
00120553

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 02 July, 2018

J. Smith



AMSTELÆDAMI, Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS cIↄ Iↄ CLXXXXVIII.

סדר מועד

ſive

LEGUM MISCHNICARUM

Liber qui inſcribitur

ORDO FESTORUM,

Cum Clariſſimorum Rabbinorum

MAIMONIDIS & BARTENORÆ


Commentariis Integris.

Quibus accedunt Variorum Auctorum Notæ ac Verſiones in eos quos ediderunt Codices.

Latinitate donavit ac Notis illuſtravit

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

PARS ALTERA.



AMSTELÆDAMI,

Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS.

cIↄ Iↄ cxcix.

REGIÆ CELSITUDINI

COSMO III.

MAGNO HETRURIÆ DUCI.

00120553

120553
oc.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

Cum tanta ſit ubique nominis tui lux, tantus virtutum tuarum ſplendor, ut in omnes eluceant terras, in quibus Tu veluti Sol princeps & moderator luminum, accendis atque

excitas omnium mentes, paullum intereſſe cenſui, Magne Coſme, ad colendam Amplitudinem & gloriam tuam, quo quiſque loco natus ſit, aut ubi habitet, modo animo Te ſanctiſſime colat. Vel in primis cum Tu ipſe olim in juventute tua, non contentus natalis ſoli limites luſtraſſe, & iis quæ a Sereniſſimis Majoribus acceperas naturæ donis, & a maximorum quos Hetruria habebat ingeniorum viris hauſiſſe doctrinam, niſi in exterarum quoque gentium mores ac vitas tanquam in ſpeculum aliquod intuitus fuiſſes, omnigenorumque ſtudiorum, diſciplinarum, ac artium adeptus fuiſſes experientiam. Etſi enim ſcires multos homines excellenti animo ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu prope divino, per ſeipſos moderatos & graves extitiſſe, ſæpiuſque ad laudem atque virtutem, naturam ſine doctrina quam ſine natura valuiſſe doctrinam. Nihilominus tamen Tibi proponebas, animum & mentem tuam ipſa cogitatione hominum excellentium conformare, ut ad naturam tuam eximiam atque illuſtrem accederet ratio quædam, conformatioque doctrinæ, & quid præclarum ac ſingulare aliquando de Te exiſteret. Hac tanta gloriæ laude cum olim ad nos veniſſes, quantus hominum concurſus! quanta Tui apud omnes admiratio! omnium oculi, animi,

ſen-

ſenſus, & ſuſpenſa ora in Te converſa erant, & adventus tuus ita celebrabatur, ut famam ingenii expectatio Tui, expectationem adventus, admirationeque ſuperaret. Hoc quis ignorat? Lugdunenſes Te norunt, Amſtelædamenſes Te viderunt, Batavi Te habuerunt, & in hodiernum uſque diem de Te loquuntur, quibus omnibus per Te unum major gloriæ cumulus acceſſit, quam illi omnes in Te unum contulerunt. Quanto honore, habita coram Te oratione gratulatoria, Muſarum Sacellum magnifica tua præſentia afficiebas, quanta humanitate ſpectatiſſimos cives & mediocris etiam conditionis homines excipiebas, & quanta animi attentione, quum Tibi curioſas vel novas res inſpiciundi dabatur copia, perluſtrabas! Qua de cauſa cui potius quam Tibi, Dux Sereniſſime, hunc fœtus mei partum Amſtelædamenſem offerrem? utpote eo in loco editum quem Tu oculis tuis ſæpe tam avidè contemplatus es? cui inquam ſecundum patriæ Proceres potius quam Tibi hancce ſecundam Legum Miſnicarum partem ſacram facerem? eſt enim liber ſingularis, antiquus, ſanctus, & per multa ſecula ſecretus, & procul inde ab oriente allatus; at quis Te rerum ſingularium, antiquorum monumentorum, abſtruſiſſimorum metallorum, lapidum pretioſiſſimo-

 rum

rum, ac vetuſtiſſimorum librorum, & cujuſque quod marium terrarumque alma mater protulit, poſſeſſor opulentior, amator vehementior, indagator diligentior, qui necdum in provecta ætate deſinis ab omnigenis rebus pretioſis undique conquirendis! ita ut, ſi quis palatiorum, vaſorum, atque ſupellectilium tuorum magnificentiſſimorum inire velit rationes, eaque omnia in numerando percenſere, utrum difficilius exitum an principium inveniat, neſciam. Et ſicuti in fatis fuit ut Gens Medicea Coſmos proderet, eoſque eo nomine appellatos vellet, ut omnia totius mundi ornamenta in unam gentem unumque locum congererent, & orbis univerſi tanquam quoddam compendium facerent; ita non abſque divino quodam ſpiritu in Parentes tuos quaſi demiſſo factum eſt ut Te Coſmum Tertium ſuſceperint, quia omnium Majorum tuorum virtutes in Te præcipuè omnibus ſuis numeris abſolvendæ, in Te clariſſima Coſmorum familia quæ Patres Patriæ prodidit, ſumma laude cumulanda erat. Ternarius enim numerus dudum in omnibus fere ſcientiis à priſcis liberalium artium cultoribus ſemper perfectiſſimus dictus atque habitus eſt; Ne dicam quanta hicce numerus in Sacris gaudet perfectione, in quo vel ipſum Numen illud ex ſeſe aptum

&

& ab omni parte beatum perfectiones ſuas non ſolum manifeſtari, ſed & terminari voluit. Nonne illius rei luculentiſſimum jam ſit teſtimonium, quod vel ipſe Regiæ Celſitudinis *titulum Majoribus tuis vere Regiis virtutibus, Regio animo, Regioque ſpiritu præditis jure dudum æquiſſimo deſtinatum, auctoritate & ſplendore tuo ſummo hodie tam glorioſiſſimè conſecutus es? Quo non ſolum Præſentibus tuis, ſed & toti Mediceorum domui inde à Coſmo primo uſque ad ultimam ipſius poſteritatem Regale decus peperiſti! Sed neque de incredibili tuo robore animi, de ſingulari videndi & pernoſcendi ardore ea quæ in regionibus Europæis inveniuntur rara ac mirabilia, mihi in virtutibus tuis recenſendis ſatis feciſſe viderer, niſi de itinere tam arduo quod poſt reditum tuum in Bataviam noſtram, ad Indos orientales, ad ignotiſſimos remotiſſimoſque Aſiæ populos, ad politam, ad ingenioſam, & perantiquam illam Chinenſium gentem, omnium curioſiſſimarum artium auctorem, quæ ſua antiquitate, & eruditione veteris diſciplinæ, Legibus, Deorumque cultu ipſam eruditionis, antiquitatiſque memoriam ſuperavit, moliebaris, verba feciſſem. Unde procul dubio a Te multa in oras noſtras allata fuiſſent canæ vetuſtatis myſterioſa monumenta, & ignotiſſima artium, ſer-*

 mo-

monis, ac ſcripturæ intelligentia expoſita, ut ex Te veluti è cornu quodam copiæ in nos effuſa fuiſſet illarum rerum omnium affluentia, niſi Te Omnipotens ille per inexpectatum Patris obitum ad regiminis gubernacula capeſcenda domi detinuiſſet, quæ huc uſque per multos jam annos in maximam tuam gloriam & in totius Hetruriæ decus ac emolumentum tam feliciter tenuiſti. Cumque in Te ſumma ſint omnia, & tam omnium hominum ſis curioſus, ſemperque novi aliquid vel audiendi vel detegendi ſtudio teneris, en Tibi librum ſingularium rerum ſupplementa quædam continentem; de quibus olim tum in monte Sinai, tum in Tabernaculo Sancto inſpectante populo Hebræo inter Deum & Moſem acta tranſacta ſunt ſecreta Studia, Divina Reſponſa, Conſilia Salutaria, Amica Colloquia, qualia nunquam antea erant habita, dum ſteterat mundus; quæ omnia & id genus alia benè multa ore tradita Hebræorum magiſtri in compendium duxerunt, & in æternam rei memoriam poſteritati reliquerunt, ne quid Leges Scripturæ extincto Moſe caperent detrimenti. Nam & hiſtoriæ veritati & ipſi rationi valde conſentaneum eſt, Deum nullum præceptum Moſi tradidiſſe in ſcriptis, vel ſcribendum mandaſſe, quin illius quoque

men-

mentem ipſi aperuerit, ut Moſis non tantum vulgaris quidam Scriba, ſed optimus legum divinarum interpres eſſet habendus. Quid enim aliud ſignificare volunt illa in libris Moſis tam clara teſtimonia? וידבר יהוה אל משה פנים אל פנים כאשר ידבר איש אל רעהו Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. *Et alio in loco vel Deo ipſo teſtante* פה אל פה אדבר בו ומראה ולא בחדת ותמונת יהוה יביט Ore enim ad os loquor ei: & palam, & non per ænigmata & figuras, Dominum videt. *Nonne ex his ſatis patet Deum in præceptis erudiviſſe Moſem, difficilia explanaſſe, obſcura illuſtraſſe, brevia quæque pluribus amplificaſſe, & ſingulis legibus ſingulas declarationes addidiſſe? Quid illa quadraginta dierum noctiumque in monte Sinai commoratio? an tantum temporis ſpatium in poliendis legum tabulis earumve Scriptura exaranda conſumendum, & dies noctesque in illis elaborandum? minime gentium. An veriſimile eſt, ſapientiſſime Princeps, ab aliquo duce poſſe Regi gentem per novas inauditasque leges, quarum ne quidem verba nec voces ipſi innotuerant antea? in primis eam in qua regnabant*

bant diſſolutiſſimi mores, & plurima collapſa fluxerant quæ ſeveris legibus vincienda erant? equidem non puto, cum tantæ molis erat Hebræam condere gentem! Erat ergo ante omnia operæ pretium ut ipſe populi dux Moſes cum Rege, illiuſque populi conditore prius ageret ſolus de iis omnibus quæ deinceps pro omnium temporum ac locorum ratione apud populum agenda erant. Verum enim vero Te quærentem a me audire videor, an in hocce volumine Miſnico contineantur ipſa Dei vel Moſis verba, iis numeris iiſque formulis quibus illa primum a Deo ſunt prolata, & a Moſe propagata? hoc nemo niſi craſſiſſimis occœcatus præjudiciis vel omnis hiſtoriæ ignarus, dixerit, nam nemo mortalium eſt, qui numeros meminerit vel verba tenuerit. Sed veriſſima rerum argumenta Tibi hic ſuppeditamus, verba non curamus; Moſis & omnium quotquot unquam in populo Iſraëltico floruerunt ſapientiſſimorum virorum ſpiritum traducimus, voces non requirimus; genuina juris antiqui monumenta quibus omnis lis terminata, & tota Hebræorum reſpublica ſtetit, dum ſtetit, veneramur, nova & ficta tanquam ſpurium quendam e congregatione Iſraëlitarum exterminamus. Glorientur Græci, jactent ſuos ritus Romani, neu-

tiquam

tiquam eorum nobilitas ad horum præſtantiam accedet. Nam quis Hebraicorum rituum auctor? Deus. Quis eorum interpres? Moſes. Quis eorum defenſor, quis propugnator? Joſua. Quis eorum cuſtos ac confirmator? Senatus populuſque Hebræus. Quis eorum propagator? Synedrium Jeruſolymitanum. Quis eorum amplificator? Salomo Rex. Quis tandem eorum non iniquus æſtimator? omnium hominum Sapientiſſimus, omniumque rituum Moſaicorum Scopus, Lux, & Vita, Jeſus Chriſtus, ſicuti nobis teſtimonium ipſius occurrit conſcribente Matthæo capite vigeſimo tertio, Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſervate, & facite. *Habes igitur, Sereniſſime Coſme, librum cujus legum non ſolum Sapientiſſimi homines fuerunt auctores, ſtrenuiſſimi ac fortiſſimi defenſores, ſanctiſſimi piiſſimique cultores, verum eum, cujus ſi quis principium, ſi finem, ſi ſcopum, ſi titulos, ſi nomina, ſi denique totam illius materiam ſpectet, omnia ſacra, omnia divina ſpirant. Ex quo tanquam e fonte quodam perenni, omnium ſcriptorum quotquot ſunt, fuerunt, & erunt, manavit Hebræi juris ac ceremoniarum peritia. De quo meritò & verè dici poteſt illud*

Ciceronianum, pleni ſunt omnes libri, plenæ Sapientum voces, plena exemplorum Hebraicorum vetuſtas, quæ jacerent in tenebris omnia, niſi Miſnicarum literarum lumen accederet. Et cum Tu in iſta gloriæ luce vivas, tantumque Nominis tui ſit ubique, nihil huic codici reſtat amplius, quam ut a Te uno comprobetur, quo fore confido ut non modo Hetruſcis tuis, ſed & totius Italiæ Maximis Viris acceptus, & apud omnes gentes ac nationes ſit prætioſus, ob inſigne judicium, ſingularemque ingenii tui excellentiam. Ego contra toto animo ad Deum Optimum Maximum vota faciam ut Te juxta ac Auguſtiſſimam tuam familiam, diu ſervet incolumem.

Amſtelædami XVI. Calend. Junii.
CIϽ IϽ CLXXXXIX.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S. D.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

PRæmiſſo ſuperiori Miſnæ volumine סדר זרעים ſive *Seminum Ordine*, quoniam in eo ritus ac præcepta ad illa quæ terra producit ſpectantia continentur, quæ fœtu ſuo adeo multiplici non ſolum animalibus ſed & homini alimenta miniſtrat, ſine quibus ei ſubſiſtere non licet, in primis fas erat ut creatori ſuo neceſſaria iſta bona tam liberaliter largienti, in grati animi teſtimonium de omnibus è terra naſcentibus offerrentur præcipua munera; at cum omnium longe præcellentiſſima ſint preces, quibus Deo nihil unquam gratius vel homini ſalutarius eſſe poteſt, propterea auctor Miſnicus a tractatu ברכות *de Benedictionibus* ſermonem ſuum exorſus eſt. Jam ipſe rerum ordo voluit ut illud exciperet alterum cui סדר מועד *Ordo Feſtorum* titulus eſt, ſicuti ipſe legiſlator nobis eum præſcripſit Exod. 23, 10, 11, 12. ושש שנים תזרע את ארצך ואספת את תבואתה : והשביעית תשמטנה ונטשתה ואכלו אביוני עמך ויתרם תאכל חית השדה וגו׳ : ששת ימים תעשה מעשיך וביום השביעי תשבת: Tandemque verſu decimo quarto & ſeptimo de feſtis ſubjungit, שלש רגלים תחג לי בשנה: שלש פעמים בשנה יראה כל זכורך אל פני האדן יהוה ſed cum omnium dierum feſtorum præceptum de Sabbatho primum ſanctiſſimumque ſit, tum etiam quod ſeptimo die celebretur, atque adeo toties in anno redeat, idcirco juxta Legis præſcriptum Tractatum de Sabbatho reliquis omnibus feſtis antepoſuit auctor. Cum enim homo infirmus quotidie terram exarando, vel conſerendo, vel fruges illius colligendo laborabat, & in terrenis aſſiduus erat, ſapientiſſimo Numini placuit concedere illi corporeum aliquod otium, ne terrenis plane immergeretur, verum ut cœleſtia meditando corpus animumque recrearet, & Deo gratias ageret pro tanta omnium rerum abundantia in uſum ipſius creata, ſicuti is omnium feſtorum pro locorum ac temporum ratione ſcopus eſt. Ut autem primus hic de Sabbatho tractatus eo luculentius intelligatur, ſcopum illius unicum ac fundamentum quibus is fere totus innititur, dicam paucis. Commendat ſæpiſſime Deus de quiete Sabbathica, dicens, כל מלאכת עבודה לא תעשו *omne opus ſervile non facietis*. Sed quærant Judæi, quidnam eſt opus ſervile, & quot ſunt opera ſervilia quæ non facienda ſint? ad hæc reſpondet auctor Miſnicus in tractatu de Sabbatho capite ſeptimo Miſna ſecunda, illa eſſe triginta novem, atque talia quæ dividuntur in genus & ſpeciem, ſive in patrem & prolem illius, ideo ſcribit, אבות מלאכות ארבעים חסר אחת הזורע והחורש והקוצר והמעמר הדש והזורה הבורר הטוחן והמרקד והלש והאופה הגוזז את הצמר המלבנו והמנפצו והצובעו והטווה והמסך והעושה שתי בתי נירין והאורג שני חוטין והפוצע שני חוטין הקושר והמתיר והתופר שתי תפירות הקורע על מנת לתפור הצד צבי השוחטו והמפשיטו המולחו והמעבד את עורו והמוחקו והמחתכו הכותב שתי אותיות הבונה והסותר המכבה והמבעיר המכה בפטיש המוציא מרשות לרשות : Id eſt, patres operum ſunt quadraginta minus uno, ut, ſerens, arans, metens, manipulos colligens, triturans, ventilans, purificans, molens, cribrans, pinſens, coquens, tondens lanam, dealbans eam, excutiens eam, tingens eam, nens, ſtamen ſubtegens, inducens duo fila in ſpatium filorum, texens duo fila, rumpens duo fila, ligans, ſolvens, ſuens duas ſuturas, diſſecans eo fine ut denuo conſuat, venans capream, mactans eam, excorians eam, ſaliens eam, parans pellem illius, radens eam, diſcindens eam, ſcribens duas literas, ædificans, deſtruens, extinguens, accendens, percutiens malleo, educens rem è loco publico in locum privatum. Et hæc omnia vocantur אבות מלאכות *patres operum*, hoc ſenſu, ſive quis aret, ſive fodiat, ſive foſſam faciat, *Pater operis* vocatur, quia omnium idem eſt opus. Sic etiam ſi quis ſerat, plantet, ramum propaget, inoculet, aut ſurculos amputet, omnia ſunt *Patres operum*, quia omnium idem eſt ſcopus & ſenſus. Pariter ſi quis metat proventum, aut legumina, uvas vindemiet, dactylos colligat, olivas deſtringat, aut ficus carpat, omnia ſunt *Patres operum*, quia omnium idem eſt finis; & ſic de cæteris.

Verum תולדות ſive *Proles* dicuntur illa opera quæ ex אבות *Patribus* proveniunt, ut, ſi quis oleris aliquid amputet ad coquendum illud, tenetur, quia hoc opus eſt proles molentis, nam is qui molit, unum ſumit corpus idque dividit in multa; quiſquis ergo ejuſmodi rem peragit, is prolem molentis protuliſſe cenſetur. Sic etiam, ſi quis ſumat lac butyraceum atque

indat

indat ei ventriculum animalis quo comprimatur, is tenetur propterea quod prolem purificantis protulit, quia ſerum è lacte ſeparavit. Sive vero caſeum inde confecerit, tenetur propter opus ædificantis, nam ſi quis unam partem cum altera conjungat, & ex iis unum corpus faciat, perinde eſt ac ſi conſtruat. Atque hoc ſenſu quilibet operum pater ſuam habet prolem, & ex uniuſcujuſque operis natura in Sabbatho peracti cognoſcendum eſt an ſit proles, an vero pater. Si quis autem opus paternum vel prolem peregerit arroganter in Sabbatho, excidio tenetur; at ſi teſtes adſint, lapidibus obruitur: ſin inſciens fecerit, debet ſacrificium pro peccato. Et non eſt differentia inter paternum opus & prolem, niſi reſpectu ſacrificii, nam ſi quis inſciens multa opera paterna fecerit in una ignorantia, debet ſacrificium pro peccato pro quolibet opere paterno; at ſi paternum opus & prolem ejus fecerit in una ignorantia, unum tantum debet ſacrificium pro peccato, hoc modo; ſi quis in Sabbatho araverit, ſeverit, & meſſuerit in eadem ignorantia, debet tria ſacrificia pro peccato, & quamvis omnia triginta novem paterna opera fecerit inſciens, ut, ſi oblitus fuerit quod hæc opera prohibita erant in Sabbatho, pro unoquoque opere debet unum ſacrificium pro peccato. Verum ſi moluerit, olus exſciderit, vel ligulam metalli abraſerit in ignorantia una, unum tantummodo debet ſacrificium pro peccato; quia unicum opus paternum cum prole ipſius fecit; & ſic in reliquis. Tandem ſi quis fecerit multa opera ejuſdem ſpeciei in una ignorantia, unum tantum debet ſacrificium pro peccato, ut, ſi quis ſeminaverit, plantaverit, ramum propagaverit, vel inoculaverit, & putaverit in una ignorantia, unum tantummodo debet ſacrificium pro peccato. Ita ut nemo unquam ultra triginta & novem ſacrificia debeat, licet quis fecerit omnia totius mundi opera in uno Sabbatho atque una ignorantia. Hæc vero quæ enumeravimus opera paterna, omnia deducta ſunt à tabernaculo Moſaico, ubi ea Lex indigitavit nomine מלאכה *operis.* Cæterum quæcunque actio ab illis dependens vocatur תולדה *proles*; & hæc de natura operum. Cum vero Hebræi poſt rerum ſuarum recenſionem ultima quæque primo explicare ſolent, idcirco auctor tractatum ſuum incipit ab Eductionibus è locis privatis in publica, & contra.

Secundo loco ponitur מסכת עירובים *Tractatus de Commiſtionibus*, quoniam & ipſe ad Sabbathi obſervationes pertinet, qui non legem ſcriptam ſed ore traditam auctorem habet, atque adeo e conſtitutionibus Sapientum compoſitus eſt. Illius autem neceſſitatem doctores arceſſunt ex iis quæ dicuntur Exod. 16, 29. אל יצא איש ממקומו ביום השביעי *Ne quis egrediatur e loco ſuo die ſeptimo.* Quærit Hebræus, quomodo, an quiſque manebit in loco ſuo, nec quoquam ſe conferet? & ſi hoc liceat, quouſque tendat? Ne ergo præceptum Dei violetur, nec homo ſibi & aliis in officiis deſit, hujus commodi gratia & ad populi fluctuantis animum confirmandum, Sapientes tradiderunt, die Sabbathi unicuique licitum eſſe duo millia cubitorum a loco ſuo quaquaverſum procedere, quod ſpatium in Novo Teſtamento dicitur *iter Sabbathicum.* Præterea, cum e loco publico in locum privatum non liceat quicquam efferre die Sabbathi, nec contra, operæ pretium erit, ut de natura locorum pauca præmittam e Maimonide noſtro in Hilchot Erubin, quibus hicce tractatus reliquis multo ignotior aliquantulum illuſtretur. Scias itaque, quod ſi atrio multi ſunt incolæ in diverſis domiciliis, e Lege divina liceat omnibus incolis res ſuas educere per totum atrium, ex atrio in domicilia, & contra, quia totum atrium cenſetur eſſe in unius poteſtate privata. Idem jus eſto de introitu cui in media porta ſua eſt tigillum aliquod, quo diſtinguitur a loco publico, ut omnibus introitus incolis liceat ubique res ſuas transferre, & ex introitu in atrium, & contra, quia totus introitus cenſetur in poteſtate privata eſſe. Item, ſi urbs aliqua muro cincta ſit decem palmos alto, cum portis & feris quæ noctu clauduntur, tum illa quoque juxta Legem Dei in poteſtate privata eſſe dicitur. Verum juxta conſtitutiones Sapientum incolis prohibitum eſt in loco privato in diverſa domicilia diſtributo, niſi donec omnes iſtiuſmodi loci incolæ mixturam ſive communionem terminorum fecerint a veſpera Sabbathi ſive die veneris. Atque hæc quæ dicta ſunt tam de atriis, quam de introitibus & urbibus muro cinctis, inſtituta ſunt a Rege Salomone illiuſque Synedrio. Pariter tentoriorum, tabernaculorum, ac caſtrorum muro non cinctorum incolis non licet quicquam efferre ex uno tentorio in aliud, niſi uſque dum omnes inter ſe mixturam fecerint. Sed militum turmæ atque ii qui ſimul iter aliquod ſuſcipiunt, ſi ſepimento quodam circumdati ſint, non obligantur ad mixturam, verum ſine mixtura ab uno tentorio ad aliud res ſuas die Sabbathi transferre poſſunt, quia omnes inter ſe commixti ſunt, ipſiſque non ſunt tentoria uni loco fixa. Hæc autem eum in finem a Rege Salomone inſtituta ſunt ne quis e populo in erro-

rem

rem *induceretur*, dicendo, ſicuti licitum eſt ex atriis transferre in civitatis plateas, & contra, ſic etiam licitum ſit e civitate transferre in agros, & contra, putans, quod cum civitatis plateæ & fora ſunt publica & communia, ea inſtar agri & deſertorum habenda ſint, atria autem ſóla eſſe loca privata, atque eductionem rerum in Sabbatho non eſſe opus, & propterea licere e loco privato educere in publicum. Hac de cauſa Rex inſtituit ut in quolibet loco privato, qui in diverſa dividitur domicilia, quorum unumquodque peculiaris eſt ditionis, omnium poteſtas eſſet æqualis, ſicuti in atrio domiciliis circumdato, perinde ac ſi illud eſſet locus multorum ſive publicus. Et ſingula domicilia peculiares incolas continentia tantum conſideramus ut locum privatum, ita ut ex illis non liceat quicquam educere in locum ubi omnium poteſtas æqualis eſt, ſicuti non licet ullam rem efferre e loco privato in publicum antequam mixtura facta ſit.

Mixtura autem hoc modo peragitur, veſperâ Sabbathi ſive die veneris omnes cujuſlibet loci privati incolæ ad unum locum aliquantulum cibi deferunt, de quo ſimul comedunt, atque ita commiſcentur, & omnium poteſtas in illum locum fit æqualis, dicentes, *Nos omnes commixti ſumus, idemque cibus eſt nobis omnibus, & nemo noſtrum ſeparatus a loco proximi ſui, ſed ſicuti omnium poteſtas æqualis eſt in loco nobis omnibus conceſſo, ſic etiam omnium noſtrum poteſtas æqualis eſt in quolibet peculiari domicilio vel loco, atque adeo omnes ſumus in eadem poteſtate.* Mixtura quam atrii incolæ inter ſe faciunt, vocatur עירובי חצרות *Mixturæ Atriorum*: quam vero urbium vel introituum incolæ faciunt, illa vocatur שתוף *Aſſociatio.* Verum atriorum mixtura tum fieri poteſt per panem integrum, etiamſi enim panis Sati coctus fuerit, & deinde diffractus, tamen non miſcent ope illius; at ſi integer ſit, & Aſſarii menſuram tantummodo habeat, nihilominus ope illius miſcere licet. Et quemadmodum miſcent per panem proventus, ſive quinque frumenti ſpecierum, ſic etiam per panem oryzæ vel lentium miſcent; ſed non per panem e milio confectum. Verum שתוף ſive *Aſſociatio* per panem atque cætera edulia perfici poteſt, præterquam per aquam & ſal ſeorſim. Menſura cibi cujus ope hæc aſſociatio fiat, debet habere menſuram grani pro ſingulis urbis aut introitus incolis, ſi octodecim ſint perſonæ, aut pauciores. Verum ſi eorum major ſit numerus, duarum epularum menſuram habere debet, quæ octodecim grana, ſive ſex ova mediocria conficit, etiamſi centum & myriadum fuerit aſſociantium numerus. Verum ſi de pane, carne cruda & frumenti ſpeciebus aſſociatio fiat, requiritur menſura quæ pro duabus epulis ſufficit; at ſi de לפתן fiat, id eſt de quovis eduli, quocum moris eſt comedere panem & *omnium* ciborum genera, uti vinum decoctum, caro *aſſa*, *acetum*, *muria*, *olivæ*, & cæpæ, duarum epularum menſura ſit. Si aſſociatio fiat per vinum non purificatum vel merum, menſura ſit duplicis quartæ partis Logi. Si per ova, duo requiruntur. Vel etiam fieri poteſt per duo malogranata, vel per unum malum citreum, vel per quinque nuces, vel per quinque mala perſica, vel per libram oleris tam crudi quam cocti, at ſi coctum ſit, ſed non bene coctum ſit, non licet per illud miſcere, quia non aptum eſt in cibum quintæ partis, de quartario Cabi. Vel etiam per Cabum dactylorum, vel Cabum granorum, vel Minam palathorum, vel Cabum malorum, vel per pugillum lupuli, vel per fabarum humidarum pugillum, vel per libram ſegetis primum creſcentis.

Atriorum vero mixtura hoc modo perficitur; e quolibet domicilio exigitur placenta integra, atque omnes hæ placentæ deponuntur in uno atrii domicilio & in uno vaſe; licet in domicilio ſtramineo vel bovili; at ſi in porta, vel in ἐξέδρᾳ, vel in porticu, vel in domicilio quod non habet quatuor ulnas in quadrum, non eſt vera mixtura. Quando autem mixturam colligunt, hac formula benedicit, ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצותנו על מצות עירוב *Benedictus ſit Dominus Deus noſter mundi Rex qui nos purificavit præceptis ſuis atque nobis præcepit præceptum de mixtura.* Et poſtea nonnemo dicit, בעירוב הדין יהירה מותר לכל בני החצר להוציא ולהכניס מבית לבית בשבת *Ope hujus mixturæ licebit omnibus atrii incolis educere & introducere ex una domo in aliam die Sabbathi.* Reſtat introituum mixtura, ſive hominum in introitibus habitantium aſſociatio, quæ ita fiebat; unus ab unoquoque incola exigebat cibi menſuram grani, vel minus, ſi plurimi eſſent incolæ, atque omnes illas cibi portiones in aliquo introitus atrio vel in domicilio deponebat quantumvis parvo, & hæc vocabatur שתוף *aſſociatio;* ſed non ita vocabatur, ſi illas portiones ſub dio depoſuiſſet. Et ſi vas depoſuerit in atrio, requiritur ut id extollatur a fundo, ut res nota fiat, & poſtea benedicit ſuper præceptum mixturæ, & deinceps hæc verba effatur, בזה השתוף יהירה מותר לכל בני המבוי להוציא ולהכניס מחצרות למבוי בשבת *per hanc aſſociationem licitum erit omnibus atrii introitus incolis educere & introdu-*

trodu-

troducere ex atriis in introitum die Sabbathi. Sed quiſquis introitus aſſociationem peregerit, denuo atrii mixturam facere debet ne juventus Legem mixturæ obliviſcatur. Cæterum tam aſſociatio quam commiſtio perfici debet in Sabbatho dum adhuc dies eſt, licet id fiat horis pomeridianis a media prima ad mediam ſextam, quod tempus vocatur בין השמשות *inter ſoles* ſive בין הערבים *inter duas veſperas.*

Terminorum mixtura hæc eſt, ſi quis veſpera Sabbathi ſive die veneris ex urbe profectus fuerit, atque duarum epularum cibum reliquerit alicubi intra terminum Sabbathicum, atque eo in loco Sabbathum agere conſtituerit, licet in urbem reverſus fuerit, & domi ſuæ pernoctaverit, is cenſetur perinde ac ſi eo in loco quietem Sabbathicam egiſſet, in quo dictarum epularum Sabbathicarum menſuram depoſuit, & hoc vocatur עירובי תחומין *Mixturæ Terminorum.* Et ex hoc loco die Sabbathi ipſi licet procedere duo millia cubitorum quaquaverſum, idcirco, quando è loco mixtionis proceſſerit duo millia cubitorum e regione urbis, non incedet per urbem niſi uſque ad finem menſuræ illius; & ſi urbs contineatur intra menſuram illius, tota urbs cenſetur eſſe quatuor cubitorum, & menſuram illius perficiet extra eam, hoc ſenſu, ſi quis mixturam ſuam depoſuerit in loco mille cubitos a domo ſua diſtante, quæ in urbe ad plagam orientalem ſita eſt, poterit die Sabbathi e loco mixturæ procedere duo millia cubitorum ad orientem, & ſic etiam duo millia cubitorum ad meridiem, mille cubitos è loco mixturæ ad domum ſuam, & mille cubitos e domo ſuo per urbem; at in urbe tantum procedit uſque ad finem mille cubitorum. Si a domo ſua uſque ad finem urbis minus quam mille cubiti fuerint, licet vel unica ulna, ita ut menſura extra urbem deficiat, tota urbs cenſetur eſſe quatuor cubitorum, & extra illam procedere poterit nongentas & ſeptuaginta ſex ulnas implentes duo millia cubitorum. Propterea, ſi quis mixturam ſuam depoſuerit in via publica duo millia cubitorum domo ſua in urbe diſtante, totam perdidit urbem, & a domo ſua ad locum mixturæ duo millia cubitorum procedere poteſt, & totidem a loco mixturæ; ſed a domo ſua per urbem verſus meridiem nequidem unicum cubitum incedere poteſt. Si vero mixturam ſuam Sabbathicam depoſuerit in loco privato, licet urbs magnitudinem Ninives habuerit, vel devaſtata fuerit, vel ſpelunca habitaculis apta, eam perambulare poteſt totam, & extra illam duo millia cubitorum verſus unamquamque plagam. Verum hæ terminorum mixturæ non peraguntur præterquam præcepti gratia, ut, ſi quis ſe conferre velit ad domum luctus, vel nuptiarum, vel magiſtri aut amici ſui faciem viſum ex itinere reverſorum; vel timoris ergo, ut, ſi ipſi ab hoſtibus vel latronibus fugiendum ſit, & id genus alia; ſi vero citra has cauſas cum licentia miſcuerit, tamen cenſetur eſſe mixtura. Sin autem nonnulli in ſocietate ad eundem ſe conferre velint locum, requiritur ut omnes mixturam terminorum ineant, at quicunque nolit illam inire ſocietatem, neque mixturam adducere, tenetur. Atque hæc de variis privatorum publicorumque locorum, atriorum, introituum, ac terminorum mixturis dicta ſint, quæ auctor Miſnicus in hocce tractatu ulterius perſequitur.

Tertium locum excipit מסכת פסחים *Tractatus de Paſchate*, tum quod in loco ubi de feſtis ſermo eſt, præceptum de Sabbatho ſequatur, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 23, 15. שבעת ימים תאכל מצות כאשר צויתיך למועד חודש האביב כי בו יצאת ממצרים לא יראה פני ריקם Tum quod præceptum illius a Deo per Moſen inſtitutum omnium primum ſit, ſicuti narratur Exod. 12. Loquimini ad univerſum cœtum filiorum Iſraël, & dicite eis; decimo die menſis hujus tollat unuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas. Si autem minor eſt numerus quam ut ſufficere poſſit ad veſcendum, aſſumet vicinum ſuum qui junctus eſt domui ſuæ, juxta numerum animarum quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus: juxta quem ritum tolletis & hœdum. Et ſervabitis eum uſque ad quartam decimam diem menſis hujus: immolabitque eum univerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam. Et ſument de ſanguine illius, & ponent ſuper utrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent nocte illa carnes aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. Non comedens ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed tantum aſſum igni: caput cum pedibus ejus & inteſtinis vorabitis. Nec remanebit quicquam ex eo mane; ſi quid reſiduum fuerit, igne comburetur, ſic autem comedetis illum; renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter; eſt enim Paſcha Domini. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eum ſolemnem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. Septem diebus azyma comedetis: in primo non erit fermentum in domibus veſtris: quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſraël, a

primo

primo die uſque ad diem ſeptimum. Dies prima erit ſancta atque ſolemnis, & dies ſeptima eadem feſtivitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent. Et obſervabitis azyma: in eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra Ægypti, & cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. Primo menſe, quarta decima die menſis ad veſperam, comedetis azyma, uſque ad diem vigeſimam primam ejuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus veſtris, qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Iſraël, tam de advenis, quam de indigenis terræ. Omne fermentum non comedetis: in cunctis habitaculis comedetis azyma. Præterea dixit Dominus ad Moyſen & Aharonem, hic eſt ritus Paſchatis, omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem ſervus emtitius circumcidetur, & ſic comedet. Advena & mercenarius non edent ex eo. In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis. Omnis cœtus filiorum Iſraël faciet illud. Quod ſi quis peregrinorum in veſtram velit tranſire coloniam, & facere Paſcha Domini, circumcidetur prius omne maſculinum ejus, & tunc rite celebrabit: eritque ſicut indigena terræ: ſi quis autem circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo. Eadem Lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. Hæc & cætera Moſis de Paſchate præcepta Hebræorum doctores omnia in compendium duxerunt. Cujuſmodi ſunt octo præcepta de fermento expurgando, tria jubentia, & quinque vetantia, ut; ne quiſquam decimo quarto die menſis Niſan comedat fermentum, a meridie & deinceps: Ut quarto decimo die ejuſdem menſis fermentum e domiciliis penitus removeatur: Ne fermentum comedatur intra ſeptem dies integros: Ne quis cibum comedat cum fermento commixtum integros ſeptem dies: Ne alibi conſpiciatur fermentum integros ſeptem dies: Nec inveniatur integros ſeptem dies: Ut comedatur panis azymus in noctibus Paſchatis: ut prima nocte Paſchatis commemoretur exitus ex Ægypto. De ipſo autem ſacrificio Paſchatis ſedecim tradiderunt præcepta, quatuor jubentia, & duodecim vetantia, cujuſmodi ſunt; ut ſacrificium Paſchatis ſuo tempore mactetur: Ne illud mactetur ab eo cui aliquid fermenti ſit domi: Ne exta ipſius pernoctent: Ut ſacrificium Paſchatis ſecundum pro aliquibus mactetur: Ut caro agni Paſchalis ad noctem quintam decimam menſis Niſan cum pane azymo & oleribus amaris comedatur: Ut Paſcha ſecundum cum pane azymo oleribuſque amaris ad noctem decimam quintam menſis ſecundi comedatur: Ne Paſcha a quoquam ſubcrudum, vel elixum comedatur: Ne quicquam de carne Paſchali extra ſodalitium deportetur: Ne Judæus apoſtates quicquam comedat de agno Paſchali: Ne de agno Paſchali quicquam comedat proſelytus inquilinus, aut homo mercenarius: Ne ex agno Paſchali quicquam edat qui non circumciſus eſt: Ne os in agno Paſchali frangatur: Neque in agno Paſchali ſecundo: Ne quidquam de agno Paſchali reliquum ſit die craſtino; neque agno Paſchali ſecundo: ne quicquam de carne ſolemnitatis decimi quarti diei menſis Niſan in diem perendinum ſuperſit. Hæc præcepta univerſa tam de fermenti expurgatione quam de ſacrificio Paſchali, & id genus alia pluribus in hoc tractatu de Paſchate exponuntur.

Quartum locum excipit מסכת שקלים *Tractatus de Siclis*, & hoc juxta Legis ordinem Exodi triceſimo capite, ubi legiſlator ita præceptum de ſolvendo ſiclo tradit וידבר יהוה אל משה לאמר: כי תשא את ראש בני ישראל לפקדיהם ונתנו איש כפר נפשו ליהוה בפקד אתם ולא יהיה בהם נגף בפקד אתם: זה יתנו כל העובר על הפקדים מחצית השקל בשקל הקדש עשרים גרה השקל מחצית השקל תרומה ליהוה: כל העבר על הפקדים מבן עשרים שנה ומעלה יתן תרומת יהוה: העשיר לא ירבה והדל לא ימעיט ממחצית השקל לתת את תרומת יהוה לכפר על נפשתיכם: ולקחת את כסף הכפרים מאת בני ישראל ונתת אתו על עבדת אהל מועד והיה לבני ישראל לזכרון לפני יהוה לכפר על נפשתיכם: id eſt, *Et allocutus eſt Dominus Moſen, dicendo: quum recenſebis ſummam filiorum Iſraëlis per numerandos eorum, tum dabit quiſque redempturam vitæ ſuæ Domino, numerando eos; ne ſit in eis plaga quum numerabis eos: Hoc danto quiſquis tranſit in numeratos; dimidium Sicli prout Siclus ſacer eſt; dimidium Sicli in oblationem Domino: Quiſquis tranſit in numeratos a nato viginti annos & ſupra, dato oblationem Domino: Qui dives eſt, ne augeto, & qui pauper eſt, ne diminuito de dimidio Sicli, dando oblationem Domino, ad expiandum animas veſtras: Et accipies pecuniam illam expiationis a filiis Iſraëlis: & repones eam in miniſterium Tabernaculi conventus; eritque pro filiis Iſraëlis in monumentum coram Domino; ad expiandum animas veſtras.* Hæc lex a Sapientibus ita definita eſt, ut unuſquiſque Iſraëlitarum vigeſimum agens annum, & ſupra, ſive dives, ſive pauper, quotannis ſacerdoti exhibeat dimidium ſiclum, qui decem Gerarum argentearum pondus ſit. Et hi ſicli omnes reponebantur in conclave, quod erat in ſanctuario, & inde expromebantur ad emenda ſacrificia jugia, addititia, omniaque cœ-

tus

tus ſacrificia ac libamina; ſal, quo ſaliebant ſacrificia; ligna diſpoſitionis ad ſacrificia in altari cremanda; panem propoſitionis; mercedem pro panem propoſitionis parante; Homer; duos panes; vaccam rufam; hircum emiſſarium; & linguam coccineam. Hujus autem Legis cauſa ac fundamentum eſt, quod Deus Optimus Maximus in omnium Iſraëlitarum commodum ac juſtificationem volebat, ut communi ſubſidio omnia ſacrificia toto anno jugiter offerrentur. Et uſque adeo, ut, ſi primo die menſis Adar Sicli exactio publicaretur, ne quidem omnium pauperrimus exciperetur, ſed veſtimenta ſua vendere cogeretur, ſi non erat ſolvendo; ſicuti Lex dicit הדל לא ימעיט *pauper non diminuet.* Præterea non pluribus, ſed una vice ſolvendus erat iſte dimidius ſiclus. Et ad ſolutionem illius tenebantur omnis conditionis homines, ut, ſacerdotes, Levitæ, Iſraëlitæ, advenæ, & manumiſſi: mulieres, & ſervi eximebantur; ſi vero eum ſolvere vellent, non prohibebantur. Porro templo ſtante conſuetudo obtinebat, ut omnes eum penderent Iſraëlitæ, ſive in terra ſancta ſive extra eam morarentur. Cæterum illo deſtructo, nemo ad ſolutionem illius obligatur, ſi vel maxime in terra ſancta commoretur. Qui vero tranſgreſſor non expendiſſet illum, contra præceptum jubens peccaverat, cujus maximum erat peccatum, quod ſe ab eccleſia ſepararet; quamobrem & ab expiatione ſacrificiorum excludebatur. Hoc autem tempore extra terram ſanctam, in memoriam ſolvendi dimidii ſicli; omnes Iſraëlitæ quotannis in Synagogis ſuis legere ſolent hanc, quam ſupra dedimus, de ſiclo ſectionem, idque fieri ſolet in Sabbatho proxime menſem Adar antecedente.

Quintum locum obtinet מסכת יומא *Tractatus de Die expiationis*, eſtque ille dies qui Deo omnium ſanctiſſimus, populoque religioſiſſimus erat, de quo tam præclarè Moſes in libro Levitico capite ſexto decimo, quò lectorem remittimus cùm hic loci nimis ſint prolixa narratu. Illius præcepti ratio hæc adfertur a doctoribus, quod Deus pro immenſa ſua in homines miſericordia, unum in anno diem conſtituere voluit, quo, adhibita ſincera mali pœnitentia, ipſis omnium peccatorum veniam daret: Et ne populi Iſraëlitici peccata in multos coacervarentur annos, totum genus humanum perditionis reus perageretur. Propterea Deo viſum fuiſſe ut ſingulis annis ad mundi ſtabilimentum dies conſtitueretur quo omnium peccatorum remiſſio fieret. Ut autem hujus tractatus lectori breve quoddam compendium ſuppeditemus, attendat ad ea quæ de omnibus diei Expiationis operibus ordine dicturi ſumus, ſicuti illa à Maimonide collecta ſunt in Hilchot Avodat Jom Haccippurim. Circa mediam noctem ſortem projiciebant ſacerdotes quis cinerem removeret, & deinceps ligna in altaris foco diſponebant, altariſque gradum cinere conſpergebant, ſicuti quotidie fieri ſolebat. Poſtea mactabatur ſacrificium juge, & linteum byſſinum extendebatur inter pontificem maximum atque populum, quod teſtimonio erat opera diurna fieri in veſtimentis byſſinis; & veſtimenta profana quotidiana ſua exuebat, aquis immergebat, atque aurea induebat, lotiſque manibus pedibuſque, incidebat ſacrificii jugis aſperam arteriam & gulam, idque deponebat mactatione perfecta, accipiens ſanguinem quem juxta præcepta ad altare aſpergebat. His præmiſſis intrabat ſanctuarium ſuffitumque matutinum conficiebat, lucernas inſtruebat, & adipes ſacrificii jugis, ſartagines, & libamina juxta ordinem quotidianum adolebat. Poſt ſacrificium juge offerebat juvencum ſeptemque agnos diei addititios, lotiſque denuo manibus pedibuſque exuebat veſtimenta aurea, & alba induebat lotis iterum manibus pedibuſque, & tum ad juvencum ſuum accedebat, qui inter porticum & altare conſiſtebat, capite ad meridionalem, facie vero ad occidentalem plagam verſa; at pontifex maximus ſtabat in oriente & reſpiciebat occidentem, ambas manus capiti juvenci imponens, confitenſque hacce formula, *Quæſo Domine, peccavi, perverſe egi, prævaricatus ſum coram te, ego & domus mea, quæſo Domine, expia jam peccata, iniquitates, & prævaricationes quibus peccavi, inique egi, & prævaricatus ſum coram te, ego & domus mea, uti ſcriptum eſt in Lege Moſis ſervi tui, dicentis, hodie expietur ſuper vos, ut purificemini ab omnibus peccatis veſtris, coram Domino puri eritis.* Hiſce peractis ſors projiciebatur ſuper duobus hircis, & capiti hirci emiſſarii alligabatur lingua coccinea, conſtituebatque unum e regione loci unde dimittendus erat, & alterum e regione illius ubi mactandus erat. Deinde accedebat ad juvencum ſecundum; ambaſque ei imponebat manus & ſecundam confeſſionem edicebat hoc ſenſu, *Quæſo Domine, peccavi, inique egi, prævaricatus ſum, ego, domus mea, & filii Aharonis cum ſanctis tuis; quæſo Domine, expia jam peccata, iniquitates, prævaricationes; quibus peccavi, inique egi, & prævaricatus ſum coram te, ego, domus mea, filii Aharonis cum ſanctis tuis, ſicuti in Lege Moſis ſervi tui ſcriptum. Nam hoc die expiabit ſuper vos &c.* vide Levit. 16, 30. Deinde vero mactabat juvencum, ſanguinemque excipiebat, & tradebat ei qui illum agitabat, ne ad pavimentum templi quartum exterius coagularet, & thuribulum capiebat quo ignem ab altari deſumebat prope occidentem, ſicuti dicitur capite Levit. 16, 12. *Ab altari, a facie Domini*, quam in deſcenſu deponebat ſuper

ſuper atrii pavimento. Poſtea ei educebant acerram, & vas minutiſſimo ſuffitu plenum, e quo pugilli plenitudinem ſumebat, non raſi neque accumulati ſed æqualis pugilli ſecundum pontificis menſuram prout is majoris minoriſve ſtaturæ ſit, & hunc ſuffitum in acerram immittebat, quocum per ſanctuarium pergebat donec ad locum ſanctiſſimum perveniſſet, ubi ſi velum deprehendiſſet complicatum, intrabat ſtatim locum illum ſanctiſſimum donec ad arcam perveniſſet, thuribulum ponebat inter duos vectes; at in templo ſecundo, ubi non erat arca, deponebat illud ſuper *lapide fundationis* vocato. Deinceps capiebat oram acerræ extremis digitis ſuis, aut dentibus, & pollice intra pugillum evacuabat ſuffitum, donec pugillum ſuum in priorem ſtatum reddidiſſet, atque hoc omnium operum in ſanctuario difficillimum erat; & poſtea ſuffitum colligebat manu ſua ſuper prunis in thuribulo, ut, ſi ſuffitus ad arcam ab ipſo remotiorem appropinquaret, illa non adureretur, propterea expectabat uſque dum domus ſancta tota impleta eſſet fumo, & tum lento gradu exibat retro, facie verſus locum ſanctiſſimum, poſterioribus vero ad templum verſis uſque dum e velis egreſſus fuiſſet. Poſtquam jam hoc modo e loco ſanctiſſimo egreſſus fuiſſet, hancce oratiunculam habebat in templo, ne nimia ipſius cunctatione turbaretur populus, & diceret quod mortuus erat in templo, hac utens formula, *Sit beneplacitum tuum Domine Deus noſter ut hicce annus ſit calidus & pluvioſus, & ſceptrum non recedat a domo Judæ, domuſque Iſraëlis ne indigeat alimentis, neque oratio peregrinantium a te exaudiatur,* (ſemper cœlum ſerenum efflagitantium.) Quando autem pontifex maximus in loco ſanctiſſimo ſuffitum adolebat; omnis populus e templo ſe conferebat, ſed non ſeparabatur e ſpatio inter porticum & altare, nam hoc tantum fiebat quando ſuffitus quotidianus in templo parabatur, & ſanguis ibidem conſpergebatur. Poſtea ſanguinem juvenci recipiebat ab eo qui illum agitabat, quocum locum ſanctiſſimum ingrediebatur & octies aſpergebat inter arcæ vectes, & reliquam ſanguinis partem deponebat in templo ſub ſtylobate quodam aureo; dein e templo egreſſus mactabat hircum & ſanguinem illius recipiebat, quocum locum ſanctiſſimum intrabat, & octies inter arcæ vectes ſpargebat, & quod reliquum erat in ſecundo templi ſtylobate deponebat. Poſtea juvenci ſanguinem capiebat e ſtylobate, & eundem ad velum e regione arcæ ſpargebat octies, & depoſita reliqua ipſius parte, capiebat ſanguinem hirci, atque ex eo ſpargebat octies ad velum e regione arcæ, & poſtea juvenci hircique ſanguinem commiſcebat, & utrumque in unum craterem indebat ut bene commiſcerentur. Tum ſtans inter altare aureum & candelabrum incipiebat ſparſiones ſuas e ſanguine illo mixto ad altaris aurei cornua, quæ circumeundo altare aſpergebat exterius, incipiens a cornu orientali ſeptentrionali ad ſeptentrionale occidentale, & ab hoc ad occidentale meridionale, & ab hoc ad meridionale occidentale, & ad omnia ſpargebat deorſum ſurſum, ultima tamen vice excepta in qua res contra fiebat, ne vaſa inquinarentur. His peractis prunas atque altaris cinerem huc illuc removebat uſque dum appareret aurum ipſius, & tum ſepties ſpargebat in loco puro in latere meridionali, ubi cornuum ſparſiones perfectæ erant; reliquias deinde ſanguinis ad fundamentum occidentale altaris exterioris effundebat. Tandem ſe conferebat ad hircum emiſſarium cujus capiti ambas imponebat manus, atque ita confitebatur, *Quæſo Domine, peccavit, inique egit, & prævaricatus eſt coram te populus tuus domus Iſraëlis, quæſo Domine, expia jam peccata, iniquitates, & prævaricationes, quibus peccavit, inique egit, & prævaricatus eſt populus tuus domus Iſraëlis, ſicuti ſcriptum eſt in Lege Moſis ſervi tui, nam hoc die expiabit ſuper vos &c.* vide Levit. 16, 30. Hac oratione habita hircum in deſertum mittebat, & juvenci hircique adipes, quorum ſanguinem in locum interiorem introduxerat, vaſi alicui impoſitos efferebat, reliquiaſque in locum cineribus deſtinatum comburendas mittebat; & tum in atrium mulierum diſcedebat atque ibidem legebat uſque dum hircus ad deſertum exceſſiſſet, & poſtea ſanctificabat ſe, alba veſtimenta exuebat, & poſt immerſionem veſtimenta aurea induebat, purificatiſque manibus pedibuſque, parabat hircum exterius parandum; nam illud additamentum quotidianum recenſebatur inter ſacrificiorum numerum. Tum porro offerebat arietem ſuum & arietem populi, uti ſcriptum eſt verſu 24. *Et exibit & parabit holocauſtum ſuum populique holocauſtum.* Poſtquam juvenci & hirci adipes adoleverat, ſacrificium juge veſpertinum offerebat. Deinceps iterum manus & pedes purificabat, aureaque veſtimenta exuebat, & immerſione facta induebat denuo veſtimenta alba, & ſanctificabat ſe locum ſanctiſſimum ingreſſurus, & thuribulum ac acerram educebat, & poſt ſanctificationem veſtimenta alba exuebat, factaque immerſione induebat veſtimenta aurea, & ſanctificabat ſe, & ſuffitum veſpertinum adolebat, lucernas veſperi inſtruebat ſicuti in cæteris diebus, & poſtea iterum manus & pedes purificabat, veſtimentiſque aureis exutis propria induebat veſtimenta, domumque ſuam diſcedebat ipſum magna populi comitante caterva, atque convivium ſatis opiparum inſtruebat quod ſalvus evaſerat. En tibi illuſtriſſimi illius diei

omnia opera juxta veriſſimam traditionem recenſita quæ ab auctore Miſnico in hoc de quo jam egimus tractatu, pluribus ediſſeruntur.

Sextum in ordine locum ſortitur מסכת סוכה *Tractatus de Tabernaculis*, quamvis juxta temporum ſeriem antecedat feſtum ſeptimanarum, ſed quia de hoc feſto non peculiaris extat tractatus, ideo tractatum de tabernaculorum feſto auctor præmiſit, feſti ſeptimanarum ritus explicaturus in tractatu ביצה de *Diebus Feſtis*, propterea quod utriuſque feſti præcepta in multis ſimilia ſunt. De hoc ita legiſlator capite tertio & viceſimo libri Levitici commate triceſimo tertio: וידבר יהוה אל משה לאמר: דבר אל בני ישראל לאמר בחמשה עשר יום לחדש השביעי הזה חג הסכות שבעת ימים ליהוה: ביום הראשון מקרא קדש כל מלאכת עבודה לא תעשו: שבעת ימים תקריבו אשה ליהוה ביום השמיני מקרא קדש יהיה לכם והקרבתם אשה ליהוה עצרת הוא כל מלאכת עבודה לא תעשו: אלה מועדי יהוה אשר תקראו אתם מקראי קדש להקריב אשה ליהוה עולה ומנחה זבח ונסכים דבר יום ביומו: מלבד שבתות יהוה ומלבד מתנותיכם ומלבד כל נדריכם ומלבד כל נדבתיכם אשר תתנו ליהוה: אך בחמשה עשר יום לחדש השביעי באספכם את תבואת הארץ תחגו את חג יהוה שבעת ימים וגו׳: וחגתם אתו חג ליהוה שבעת ימים בשנה חקת עולם לדרתיכם בחדש השביעי תחגו אתו: בסכות תשבו שבעת ימים כל אזרח בישראל ישבו בסכות: למען ידעו דרתיכם כי בסכות הושבתי את בני ישראל בהוציאי אתם מארץ מצרים אני יהוה אלהיכם: *Et locutus eſt Dominus ad Moſen, dicendo: loquere ad filios Iſraëlis, dicendo; quinto decimo die menſis ſeptimi hujus erit feſtum tabernaculorum ſeptem dies Domino: die primo convocatio ſancta erit, nullum ſervile opus perficietis; ſeptem dies offeretis ignitum Domino, die octava convocatio ſancta erit, & offeretis ignitum Domino, feriæ ſunt, nullum opus ſervile peragetis: Hæc ſunt feſta Domini quæ vocabitis convocationes ſanctas, ad offerendum ignitum Domino; holocauſtum, oblationem, ſacrificium, & libamina quotidie: Præter Sabbatha Domini; & dona veſtra, vota veſtra, & ſpontanea veſtra quæ dabitis Domino: Verum quinto decimo die menſis ſeptimi, quum terræ proventum colligetis, celebrabitis feſtum Domini ſeptem dies, die primo Sabbathum, & die octavo Sabbathum: Et die primo fructum arboris pulchræ ſumetis vobis, palmas, ramoſque denſos, & fluvii ſalices, atque coram Domino veſtro lætabimini ſeptem dies: Et celebrabitis illud feſtum Domino ſeptem dies in anno, in ſtatutum æternum pro generationibus veſtris, in menſe ſeptimo celebrabitis illud: In tentoriis habitabitis ſeptem dies, omnis inquilinus in Iſraël habitabit in tentoriis: Ut generationes veſtræ ſciant quod in tentoriis habitare feci Iſraëlis filios quando eos ex Ægypti terra educebam: Ego ſum Dominus Deus veſter.* Hæc divinæ Legis præcepta populo Hebræo in hoc tractatu veluti ad normam quandam deſcribuntur. Nam poſtquam dixiſſet Deus tabernacula eſſe conſtruenda, illorum vero conſtruendorum modum cujuſvis arbitrio reliquiſſet, Sapientes ad majorem præceptorum obſervationem, & ad quorundam fluctuantium animos confirmandos, nonnullas figuras juxta uniuſcujuſque conditionem, commodum ac locum præſcripſerunt, quibus confectis certo perſuaſi eſſe poterant menti Dei ſatisfactum eſſe. Propterea auctor capite primo ſtatim dicere inſtituit de illorum parietum menſura, loco, tectis, eorumque materia, conviviis in eo celebrandis, & perſonis quæ ad hoſce ritus obligantur. Deinde capite tertio deſcribit naturam ramorum, eoſque agitandi modum, palmarum, fluviorumque ſalices, quorum Lex fecit mentionem, quæ perſequitur ad caput quartum; ubi incipit de iis quæ ad lætitiam feſti ſpectant, cujuſmodi ſunt, ramorum agitatio, confeſſio hymnorum, Pſalmorum, & variorum inſtrumentorum muſicorum cantus a Levitis excitatus, ſaltus, aquarum e fonte Siloah effuſio, & ingentes flammæ in candelabris aureis quinquaginta ulnas altis incenſæ, quibus tota illuminabatur Jeruſolyma; quarum rerum omnium gratia tantum inter homines erat gaudium, ut inde natum ſit illud dictum, quod nemo unquam gaudium vidiſſet niſi quis feſti tabernaculorum gaudium aſpexiſſet.

Septimum obtinet locum מסכת ביצה *Tractatus de Diebus Feſtis*; Per *dies Feſtos* intelliguntur ſex dies quibus Scriptura prohibuit ullum peragere opus, cujuſmodi ſunt, primus & ſeptimus Paſchatis feſti dies; primus & octavus feſti tabernaculorum; dies feſti Septimanarum: & primus dies menſis ſeptimi. Horum vero dierum æqualis eſt quies, ita ut in iis non liceat ullum facere opus ſervile, niſi ejuſmodi ſit quod ad cibi præparationem neceſſario requiritur, ſicuti commendat Lex Exod. 12, 16. וביום הראשון מקרא קדש וביום השביעי מקרא קדש יהיה לכם כל מלאכה לא יעשה בהן אך אשר יאכל לכל נפש הוא לבדו יעשה לכם *Et die primo erit convocatio ſancta, pariterque die ſeptimo convocatio ſancta vobis erit; omne opus ſervile non fiet in illis, præterquam id tantum quod ab omni anima comedetur.* Quiſquis igitur aliquod opus egerit quod non ad cibi præparationem pertinet, ut, ſi ædificaverit, vel deſtruxerit vel texerit, & id genus alia, is tranſgreſſus eſſe cenſetur id quod dicitur, *nullum opus ſervile facietis*; & flagellis cædebatur, ſi quis id teſtibus fecerit præſentibus. Præterea, quodcunque opus die feſtum

ante-

antecedenti peragi poteſt ſine ulla diminutione ac detrimento, attamen non perficiatur, ſed inchoatum relinquatur, Sapientes illud vetuerunt ipſo die feſto abſolvere, quantumvis ad neceſſitatem feſti pertineat.

Octavum locum excipit מסכת ראש השנה *Tractatus de Initio Anni*, cujus præceptum generale eſt de calculo noviluniorum rite ineundo, deque illius conſecrandi ac figendi ritu, nec non de emboliſmi ſive intercalandi ratione. Hebræi enim verba illa Exod. 12, 2. החדש הזה לכם ראש חדשים *Hicce menſis erit vobis caput menſium*, hoc ſenſu exponunt, quod determinandum ſit novilunium quando illud apparuerit; vel ſi non appareat, tamen determinetur ex præſcripto ſupputationis quod apparere debebat. Cæterum harum rerum omnium cauſa eſt, ut Iſraëlitæ ſolemnia Dei feſta tempore ſuo celebrent. Nam Deus præceperat illis ut Paſcha conficeretur quando proventus adhuc erat in ſpicis virentibus, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 16, 1. שמור את חדש האביב ועשית פסח *Cuſtodi menſem Abib ut facias Paſcha.* Et ut feſtum tabernaculorum celebretur dum colligebatur manipulus primæ meſſis, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 34, 22. וחג האסיף תקופת השנה *Et feſtum collectionis in reditu anni.* Verum ſi anni non intercalarentur, illi dies feſti tempore ſuo conſtituto redire non poſſent; quia Hebræi menſes ſolemnitateſque ſuas juxta anni lunaris dies figunt, qui trecentis quinquaginta quatuor diebus, quinque horis, & octingentis ſeptuaginta ſex ſcrupulis conſtat, ita ut anno ſolari octo dies, horæ viginti & una, ſcrupuli ducenti & quatuor deſint. Cæteras vero novi anni conſecrandi cerimonias non injucundas lector ex ipſo tractatu rectius percipiet.

Nono loco ſequitur מסכת תענית *Tractatus de Jejuniis*, in hoc agitur, de veterum Hebræorum jejunandi ritibus, precum formulis pro concione dicendis; nam quando terra Iſraëlis peſte, fame, ſterilitate, pluviarum imminutione vel anguſtiis, & plagis, cujuſcunque illæ fuerint generis, vehementer affligebatur, jejunia publica indicebantur, exempli gratia, arca in qua volumen Legis reconditum erat, in urbis plateam proferebatur, eique cinis imponebatur, & principis, præſidiſque Synedrii & aliorum ſpectatiſſimorum virorum capita cinere conſpergebantur. Et poſtea is qui inter eos ætate, Sapientia, & pietate præſtabat, verba pœnitentiæ ad populum faciebat, quæ vel e Moſe, vel prophetis, aliiſve Hagiographorum libris hiſtoricis petitis exemplis confirmabat, quo auditores ſuos ad veram peccatorum pœnitentiam, Deumque ad miſerrimi populi Iſraëlitici ſtatus miſericordiam commovere ſtudebat, & piiſſimorum virorum, uti fuerunt Abrahamus, Joſua, Samuel, Elias, Jonas, David, Salomon aliique, teſtimonia de maximis Dei erga illos beneficiis producebat, quibus ſpiritum fidei in hominibus accenderet, quorum exemplis hic tractatus plenus eſt.

Decimo loco gaudet מסכת מגילה *Tractatus de Volumine Eſteris*, quod quotannis in Synagogis publicè prælegendum, ut populo in memoriam revocetur deteſtandum illud Hamanis conſilium de tota Judæorum poſteritate internecioni danda, & contra miraculoſa illa per Eſterem e tyrannide liberatio. Hoc volumen in ſuggeſtu ab eccleſiæ miniſtro longiſſimo quodam pergameno elegantiſſime exarato hoc modo prælegi ſolet, perinde ac ſi quis prolixioris argumenti & multarum paginarum literas magna animi attentione legat, ut eo modo literas in gratiam ſui a rege miſſas aliis legendas oſtendent. Porro in hoc tractatu de hujus libri lectione diſſeritur quando illa perfici debeat pro locorum natura, ſive illi ſint pagi, ſive urbes, eæque muro cinctæ, vel non; & quænam perſonæ ad hanc lectionem obligantur, & quibus geſtibus fiat, quoque modo volumen iſtud ſcribi debeat &c. Illius autem lectionem a prophetis inſtitutam eſſe affirmatur.

Undecimum locum excipit מסכת מועד קטן *Tractatus de Feſto Parvo*, qui ita vocatur quod dierum quorundam ex parte & minus feſtorum obſervationem continet, cujuſmodi ſunt inter primum & ultimum ſolennitatum majorum intermedii, uti in ſolennitate Paſchatis, tabernaculorumque. Et quoniam de iis in Lege non dicitur vox שבתון qua quies Sabbathica inſignitur, idcirco tanta non pollent ſanctitate quanta reliqui. Nihilominus tamen prohibitum eſt in illis diebus operari eo modo quo in diebus profeſtis, quia de iis in Lege affirmatur מקרא קדש *Convocatio Sancta*, quibus diebus olim ſtante ſanctuario offerebantur Sacrificia Feſtivitatis. Quænam ſint illa opera quæ iſtis diebus facere licet, vel non, docebit nos ipſe tractatus Miſnicus.

Agmen hujus libri claudit מסכת חגיגה *Tractatus de Sacris Solemnibus*, quia ad obſervationem horum ſacrorum non omnis generis homines obligati erant, ſed maſculi tantum, ſecundum præceptum a Deo datum Exod. 23, 17. שלש פעמים בשנה יראה כל זכורך אל פני האדון יהוה *Ter in anno omnis maſculus tuus ſe Domino Deo conſpiciendum dabit.* Quiſque igitur Iſraëlita tribus anni temporibus pedes aſcendere Jeruſolymam tenebatur, nimirum, in feſto Paſchatis, in feſto hebdomadarum, & tabernaculorum. Et ad hujus feſti celebrationem pertinebat ut addu-

cerent ſecum munera, quibus ſacrificia euchariſtica ac pacifica fierent in honorem feſti, ſicuti ſcriptum eſt verſu decimo quinto לא יראו פני ריקם *non conſpicient faciem meam vacui.* Tria enim requirebantur ad hoc feſtum rite celebrandum, cujuſmodi erant feriæ feſtivæ, apparitio in atrio templi, & lætitiæ, vide Deut. 16, 14, 16. Et Deut. 27, 7. וזבחת שלמים ואכלת שם ושמחת לפני יהוה אלהיך *Et mactabis pacifica, & comedes illic, & lætaberis coram Domino Deo tuo.* Per ſolemnem totius populi apparitionem in atrio templi deſignabatur Deum eſſe illius Regem, qui populum ſuum aliquoties in anno luſtrare vellet, ejuſque depravatos mores corrigere, vulnera curare, peccata & iniquitates tollere. Tum etiam ut populus majeſtatem illam divinam, & Templi, cerimoniarumque magnificentiam Jeruſolymæ contemplando, majori erga Regem ſuum afficeretur reverentia. Per ſacrificia feſtalia deſignabatur, Deo, quamvis omnia ei plena ſint, attamen quia omnis boni in Iſraëlitas collati auctor erat, munera quædam in gratiarum actionem adducenda eſſe. Lætitia vero reſpiciebat illam Dei benignitatem in populum ſuum quod ipſi terram omnibus ad victum neceſſariis tam copioſiſſime largitus fuerat. Hebræorum porro doctores tria illa magna feſta tria Dei ſumma beneficia ſpectare putant, pro quibus ipſi a toto populo ſimul agendæ ſint gratiæ, ut, in Paſchate propter exitum e ſervitute Ægyptiaca; in feſto hebdomadarum de Lege ſibi lata; in feſto tabernaculorum de conceſſa ſibi terra omnium fructuum genere læta. Atque his duodecim tractatibus abſolvitur Liber Feſtorum.

Reſtat autem, benevole lector, ut te paucis certiorem faciam de Tractatibus illis qui a viris doctis in Latinum ſermonem tranſlati ſunt; horum vero primi in hoc volumine occurrunt ii qui de Sabbatho & Commiſtionibus Sabbathicis tractant, quorum verſionem cum Maimonidis & Bartenoræ Commentariis adornavit Sebaſtianus Smidt olim Argentorati S. Theologiæ Profeſſor ſatis celebris, & de litteris Theologicis & Philologicis dudum bene meritus, qui & plures Tractatus Miſnicos a ſe Latine verſos eſſe in præfationibus ſuis fatetur, attamen poſt obitum ipſius in hodiernum uſque diem nondum comparuerunt. Verum ſi alicubi latitent, poſſeſſorem eorum obnixi rogamus ut eos in commune reipublicæ literariæ commodum nobiſcum communicare velit. Præmonuimus enim jam in ſuperioris Miſnæ parte nos omnium tractatuum Miſnicorum verſiones & notas recollecturos eſſe, ut virorum doctorum memoria propter ingentem in Pandectis Talmudicis vertendis laborem, celebretur. Quapropter etiam doctiſſimi Theologi & Philologi Lipſienſis piæ memoriæ Benedicti Carpzovii mentionem libenter fecimus, quod duos hoſce Tractatus a Smidio verſos magno ſtudio edi curavit, textum Hebræum adjecit, eumque cum variantibus lectionibus ex optimis aliquot codicibus expolivit, quas tibi ad quamlibet Miſnam ſeorſim multo commodius ſuppeditamus, quam ſi conjunctim ſub infimam paginæ partem diſpoſitæ eſſent. Verum ne tibi in animum induxeris quaſi nos in Miſnicis curandis lectiones variantes negligamus, quia illæ tali in forma in cæteris codicibus non conſpiciuntur, ſcias volo nos in Miſnicis excudendis uti correctiſſimo codice Miſnico Amſtelodamenſi cum notis Bartenoræ & Jomtobi, qui a plurimis vitiis repurgatus eſt, & variantes quoque lectiones uncinulis incluſas admittit. Nam poſtquam Talmudica & Miſnica noviſſime toties apud nos excuſa ſunt, crambem quandam centies decoctam recoquere viderer, ſi ex antiquiſſimis obſcuræ notæ editionibus vitia orthographica eruerem, eaque tibi pro variis lectionibus quæ fidem aliquam merentur, venditarem. Præterea nos in majorem lectoris utilitatem Commentarios Maimonidis & Bartenoræ ad quemlibet aphoriſmum Miſnicum tranſpoſuimus, quos Carpzovius ad calcem libri locaverat; quiſquis enim materiam Miſnicam intelligere deſideret, is ad ſingulas doctorum ſententias quam primum commentarios adjungere debet, ſi vero ſecus fecerit, nihil aſſequetur; & hoc pede omnium magiſtrorum Hebræorum diſcipuli in Scholis pergere ſolent. Tractatus de Siclis Latine verſus eſt a Clariſſimo Joh. Henrico Othone in Academia Lauſanienſi Phil. Profeſſore, quemadmodum is duntaxat verſionem Miſnicam nobis tradidit in principio Lexici ſui Rabbinico-Philologici, qualem tibi hic damus, niſi quod in locis quibuſdam typographiæ erroribus depravatis eam integritati ſuæ reſtituimus; nam cum vir Doctiſſimus procul à typis abeſſet, accidit hoc ipſi infortunii, ut aliquibus in locis quædam omiſſa, vel negligentius in correctionibus habita ſint, quæ a nobis fideliter ſuppleta atque omni cura emendata ſunt. Notas autem tractatui ſubjunctas huic volumini non addidimus, tum quod illæ ab auctore non ſolum in hujus tractatus uſum compoſitæ ſunt, ſed in univerſa rituum genera diffuſæ ſunt; tum quod illa quæ doctiſſimus vir congeſſit, ex Miſnicis petitæ ſunt, unde tanquam ex ipſo fonte hæ aquæ dulcius bibuntur, & majori cum certitudine hauriuntur; & hoc non majori difficultate fiet quam ſi e Lexicis peterentur, nam indices noſtri idem præſtabunt quod Lexica ordine alphabetico diſpoſita præſtant. Tractatum de Die Expiationis tibi exhibemus ex verſione Roberti Sheringamii Cantabrigienſis, cum ejuſdem notis integris, in quibus non ſolum res Hebraicæ ex aliis ſcriptoribus Hebraicis, ſed & e Græcis atque Latinis ſatis ingenioſe pertractantur, & oſtenditur plurima gentium Sacra & mythologiam ab Hebræis promanaſſe, unde Hebraicarum cerimoniarum antiquitas non parum confirmatur. Tandem hoc etiam in Sheringamio laudandum eſt, quod, etiamſi in viros doctos nimis acriter invehatur, genuinum antiquitatis ſenſum pro modulo ſuo expiſcari conatur. Tractatum de Initio Novi Anni & Calendarum apud Hebræos conſecratione Latine vertit vir ornatiſſimus Henricus Houtingius Amſtelædamenſis, qui eum quoque Excerptis Gemaricis, locis parallelis è Maimonidis Jad Chaſaka, atque aliis ex optimis ſcriptoribus ſelectis commentariis doctiſſimè explanavit, e quibus non tantum hujus ſed & cæterorum quoque codicum materiæ non exigua lux affunditur. Codicem de Jejuniis ex Hebræo ſermone in Latinum vertit & commentariis illuſtravit doctiſſimus Daniel Lundius Suecus, qui Miſnæ ſententiam noſtro judicio quam clariſſime expreſſit, cum non verbum verbo reddidit, ſed ad omnem lectori difficultatem adimendam ſubinde orationem ſuam aliquantulum adauxit, ita ut non tam nuda verſio ſed potius paraphraſis habenda ſit. In notis ſuis quoque non minus docte & perſpicue multa attulit in quibus omnia illa quæ ad veteres jejunandi ritus ſpectant, luculenter exponuntur. Vale lector & tertiam Miſnæ partem intra breve temporis ſpatium expecta. Amſtelædami 1. Auguſti. 1699.

Tracta-

מסכת שבת

Tractatus de Sabbatho.

פרק א יציאות השבת שתים שהם ארבע בפנים ושתים שהם ארבע בחוץ כיצד העני עומד בחוץ ובעל הבית בפנים פשט העני את ידו לפנים ונתן לתוך ידו של בעל הבית או שנטל מתוכה והוציא העני חייב ובעל הבית פטור פשט בעל הבית את ידו לחוץ ונתן לתוך ידו של עני או שנטל מתוכה והכניס בעל הבית חייב והעני פטור פשט העני את ידו לפנים ונטל בעל הבית מתוכה או שנתן לתוכה והוציא שניהם פטורים פשט בעל הבית את ידו לחוץ ונטל העני מתוכה או (a) שנתן לתוכה והכניס שניהן פטורין :

(a) Menaſſ. שנטל vitioſè, quippe & ſenſus & reliqui Codices diſſuadent.

CAput I. Eductiones Sabbathi duæ ſunt, quæ ſunt quatuor, intus; Et duæ, quæ ſunt quatuor, foris. Quomodo? (Sit) pauper ſtans foris, & pater familias intus. Si extenderit pauper manum ſuam introrſum, & dederit (aliquid) in manum Patrisfamilias; aut ſumſerit (aliquid) ex illa, & eduxerit: tum pauper eſt reus; pater autem familiâs liber. Sin extenderit pater familiâs manum ſuam extrorſum, & dederit (aliquid) in manum pauperis: aut ſumſerit (aliquid) ex illâ, & introduxerit: tum pater familias eſt reus; pauper autem liber. Sin extenderit pauper manum introrſum, & ſumſerit paterfamilias (aliquid) ex illa; aut dederit in illam, quod (iſte) educat: uterque liber eſt. (Sic) ſi extenderit paterfamilias manum ſuam extrorſum, & ſumſerit pauper (aliquid) ex illa; aut dederit in illam, quod introducat; uterque (etiam) liber eſt.

R: OB. DE BARTENORA.

יציאות השבת *Exitus* (vel *eductiones*) *Sabbathi:* Tam eductiones è poteſtate in poteſtatem (ſeu e loco in locum,) quæ de Sabbatho uſurpantur, quam introductiones vocantur יציאות *Exitus* (ſeu Eductiones:) ideò, quod (utrobique) educit è poteſtate in poteſtatem (è loco in locum.) At, quod textus ait, יציאות *Exitus*, & non ait, הוצאות *Eductiones*, in eo ſtylum Scripturæ amplexus eſt. Scriptum namque eſt (Exod 16:29.) *ne egreditor quiſquam è loco ſuo*: Hinc namque elicimus הוצאה Eductionem; (q.d.) ne egreditor quiſquam cum vaſe, quod in manu ipſius, ad colligendum Man.

Duo (duæ) ſunt, qui (quæ) ſunt quatuor: Duo (duæ) ſunt juxta phraſin legis (ſeu Scripturæ, in qua unum quid ſunt) Eductio & Introductio; ſc. patrifamilias, qui ſtat intus (h. e.) in loco privato. Super duobus autem iſtis reus eſt, pro errore quidem ſuo, ſacrificii pro peccato; pro contumacia autem ſua, exciſionis: at pro admonitione ſui (neglectâ) lapidationis: ſicut (idem jus eſt) in omnibus reliquis operibus Sabbathi, (h. e. quæ in Sabbatho ſunt.)

Qui (quæ) ſunt quatuor: juxta phraſin nimirum ipſorum (Doctorum noſtrorum:) qui addiderunt duos (duobus) illis, quos Schriptura vocavit (ſupra,) ut ſimpliciter interdicerent, ubicunque opus ſit per duos, quorum alter movet loco, alter deponit; quamvis alioquin duo, qui faciunt illud, liberi ſint. Quandoquidem dictum eſt (Levit. 4:27.) quum fecerit illa (anima) unum ex omnibus præceptis Domini. Quisquis facit (vult dicere) totum, non autem, quisquis facit partem ejus. Et ſic de quibuſvis operibus Sabbathi (in Sabbatho factis) pronunciamus: Unicus, qui fecerit illud, reus erit; duo, qui fecerint illud, liberi.

Et duo (duæ) ſunt, qui (quæ) ſunt quatuor foris. Duo ſunt juxta phraſin Legis (ſeu Scripturæ, in qua unum quid ſunt) Eductio & Introductio;) Duo, inquam, ſunt, qui ſunt quatuor) pauperi, qui ſtat foris (h. e.) in loco publico. *Qui (quæ) ſunt quatuor*: ſc. juxta phraſin ipſorum (Doctorum noſtrorum.) Addiderunt (iterum) duos, ad interdicendum ſimpliciter, (etiam) quum alter loco moverit, alter verò depoſuerit.

(Si) extenderit pauper manum ſuam: ita ut in illa ſit Urceus aut Corbis, qua excipiat panes à patrefamilias (impoſitos.) Cæterum ideò eductionem expreſſit (exemplo) pauperis & divitis, ut obiter nos doceret; quod res præcepti, quum cum peccato conjuncta fuerit, ſit prohibita, reique propter illam fiamus.

Et dederit (quid) in manum patrisfamilias: ita ut perficiatur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Antequam incipiam commentationem, præmittam præcognoſcenda, quibus inſiſtere oportet quemque, ut planæ evadant ipſi res hujus tractatus, ut & tractatus, qui hunc ſequitur (*i. e. Erubin.*) Ex illis eſt, quod diſcrimina locorum, quod ad obſervantias Sabbathi, ſunt quatuor, vocanturque רשויות שבת *Reſchujoth Schabbath*, (*h. e. poteſtates ſeu dominia Sabbathi.* Primum illorum eſt, quod vocatur רשות הרבים *Reſchuth ha-rabbim*, poteſtas multorum (*locum publicum dixeris:* eſtque locus, ubi ambulat univerſus populus: modò non ſit contignatus: (*Hebr.* קרי, *quod contignatum reddo; vel, qui habet trabem miſcentem: de qua in tract. Erub.*) ſit autem præterea latitudo ejus ſedecim cubitorum, aut amplius: neque ſit intra portas aut murum Urbis. Nam quando urbs aliqua eſt circumdata muro, & portæ ejus clauduntur, non eſt locus publicus; ſed habet alias obſervantias, quas infra exponemus Cap. V. tract. Erubin. Verum enim vero locus publicus ſunt e. g. deſerta, & ſylvæ, & viæ publicæ, & quæcunque aperta ſunt. Alterum eſt רשות היחיד *Reſchuth ha-jachid, Poteſtas unius;* (*locum privatum vocabimus.*) Eſt autem locus, in quo non ambulant plures. Et ejuſmodi eſſe debet, ut ſit altitudo ejus decem palmorum; & longitudo ejus quatuor palmorum: latitudo etiam ejus quatuor palmorum: aut ultra iſtas menſuras. Verum ſi fuerit minor iſtis menſuris, quod ad latus (aliquod) ex tribus lateribus; non erit locus privatus. Cæterum non eſt diſcrimen, ſive ſit columna ſtans in ſuperficie terræ in iſta menſura; ſive fovea in terra, cui ſit longitudo & latitudo, & profunditas, cujuſmodi definivimus; ſive locus circumdatus quatuor parietibus, e. g. domus, & habitationes: omnes namque vocantur locus privatus: modo ſit altitudo parietum decem palmorum, ſicut expoſuimus, & area intra illas quatuor (*palmorum*) ab omni latere; aut amplius. Tertium vocatur כרמלית *Karmelith.* Et eſt locus, in quo non perfecte implentur conditiones loci publici, nec loci privati; Deſcriptio ejus eſt, ut dicam. Nimirum: Omnis locus, qui habet quatuor palmos in longitudine, & quatuor palmos in latitudine, aut amplius, ſed altitudo ejus eſt trium (*tantum*) palmorum, (*is, inquam*, eſt *Karmelith.* Sive ſit fovea in terra ſive columna ſtans in ſuperficie terræ, perinde erit. Quod ſi fuerit columna ſtans alta novem palmos præciſè; tum vocatur locus publicus. Nam homines demittere ſolent ſuper ejuſmodi (*columnas*) res ſuas, aut adjuvantur illis, quando tollunt onera in humeros ſuos. At ſi ſit (*columna*) infra novem palmos, uſque ad tres, eſt *Karmelith.* Similiter ſi ſit ultra novem uſque ad decem, ita ut adæquet decem

ficiatur ab ipſo tam dimotio (rei) è loco publico, quam depoſitio in loco privato.

Aut ſumſerit ex illa, & eduxerit : ſubaudi aliquid, depoſueritque in loco publico; ut (ab ipſo) perficiatur tam dimotio quam depoſitio. Tum (inquam) pauper reus erit; quippe qui fecit opus perfectum. Atque hic ſunt illi duo (exitus ſeu eductiones) juxta phraſin Scripturæ, qui cadunt in eum, qui foris ſtat. Quanquam verò requirimus pro dimotione è loco, ut ſit (locus) quatuor palmorum in quadratum; itidemque pro depoſitione in loco, ut (locus) ſit quatuor palmorum in quadratum; revera autem in manu ſive pauperis ſive patrisfamilias non ſit locus, qui quatuor palmos in quadratum habeat: nihilominus dicimus cum Gemara, quod manus hominis reputetur pro quadrato IV. palmorum: quandoquidem ſic formata eſt, ut deponere in eam, aut ſumere ex illa poſſimus res valdè etiam magnas. Porrò paterfamilias (in poſito caſu) liber eſt & abſolutus plene. En namque! nihil quicquam fecit.

(Si) extenderit Paterfamilias &c. Paterfamilias (hic) reus eſt. En tibi duos (exitus ſeu eductiones) ejus, qui intus ſtat.

(Si) extenderit pauper &c. ita ut perficiat pauper dimotionem è loco publico.

Et ſumſerit paterfamilias (aliquid) *ex illâ :* (ſc.) & depoſuerit intus, ut perficiat paterfamilias depoſitionem in loco privato.

Aut dederit in illam : ita ut perficiat paterfamilias dimotionem è loco privato; pauper verò educat, & deponat in loco publico. (Tum) uterque liber eſt: idque propterea, quod neuter illorum fecit opus integrum aliquod. Nihilominus interdictum eſt illis, facere ita, ne fortè eo deveniat unusquiſque eorum ſeorſim ſolus, ut opus integrum aliquod faciat in Sabbatho. En tibi duos (exitus ſeu eductiones) juxta phraſin ipſorum (Doctorum noſtrorum;) quorum unus pauperis eſt foris, alter patrisfamilias intus. Et ecce! non reputantur pro duobus ulli eorum, dimotio ſc. pauperis è loco aut dimotio patrisfamilias è loco, cum depoſitione pauperis in loco, aut depoſitione patrisfamilias in loco: idque ideo, quia non reputantur niſi pro dimotionibus è loco, quæ ſunt initium operis, de quo (opere) quidem timendum eſt, ne fortè (aliquis) illud perficiat. Quod tamen de depoſitionibus, quæ ſunt complementum operis, non cogitandum (aut timendum) eſt.

decem palmos, erit locus privatus; propterea quod implentur in eo conditiones ejus (*ſc. loci privati.*) Nec non, ſi fuerit infra tres palmos, eſt locus publicus. Quandoquidem eſt Regula apud nos: Per totam legem, *quicquid minus eſt tribus (palmis,) eſt quaſi appendix alicujus.* Id tamen cum hac conditione; ut ſit in loco longitudo (*ſeu, ut locus habeat lougitudinem*) quatuor palmorum, & latitudo quatuor palmorum. Quia iterum (*iterum*) Regula eſt apud nos: Non eſt *Karmelith* minor quatuor (*palmis.*) Similiter vero loca, quæ habent tres parietes, ſed latus quartum vergit (*apertum*) verſus locum publicum, ſunt *Karmelith :* ſi tamen in eo ſint quatuor ſuper quatuor (*h.e. quadratum quatuor palmorum æquilaterum.* Quartum eſt מקום פטור *Locus liber.* Cujuſmodi eſt omnis locus, cujus altitudo excedit tres palmos, etiam uſque ad Cœlum: ſed latitudo ejus minor eſt iſta menſura. Hic (*inquam*) locus liber appellatur. Licet vero fuerit longitudo ejus quatuor palmorum, & latitudo ejus quatuor palmorum, infra tamen latitudinem juſtæ menſuræ ſuæ; & altitudo ejus à tribus palmis uſque ad Cœlum: nihilominus erit locus liber. Nec refert hic, ſive ſit columna ſtans in ſuperficie terræ, ſive fovea in terra; quibus fuerit iſta menſura. Modò non ſit columna ſtans (*ſeu erecta*) novem palmorum præciſè; quippe quæ locus publicus, ex ratione, quam (*ſupra*) diximus: Nec curamus longitudinem ejus aut latitudinem ejus. Obſervantiæ autem (*ſeu jura*) iſtorum locorum ita habent. Quod quidem attinet locum privatum & locum publicum: Quiſquis eduxerit ex uno illorum in alterum in Sabbatho: reus eſt lapidationis, ſi ex malitioſo animo fecerit; aut *peccati*, ſi ex errore. Idque ideò, quia eſt opus è numero eorum, quæ אבות מלאכות Patres operum, hoc eſt, *principalia opera*, vocantur: quemadmodum (*ſuo loco*) exponemus. (*Porrò verò:*) Quiſquis eduxerit ex uno iſtorum in *Karmelith*; aut ex *Karmelith* in unum iſtorum; reus eſt flagellationis; ſi animo malitioſo fecerit; quod ſi ex errore, non eſt reus ullo modo. Propterea quod inter omnia præcepta, quæ habemus, non ſit ullum præceptum; quo errans reus fiat flagellationis; niſi de ancilla deſponſata ſola: ubi flagellatur etiam propter errorem; quemadmodum exponemus ſuo loco. Verum quod ad locum liberum; licitum eſt educere ex illo in quemcunque trium (*reliquorum*) locorum; rurſuſque ex his in illum. Eſt namque licitus ſimpliciter: quare etiam vocatur locus פטור Patur, *liber.* Verum enimvero, *Karmelith* ſic appellatur propter ſimilitudinem ejus, (*quam habet*) cum muliere vidua, quæ nec Virgo eſt nec maritata. Eadem enim ratione iſta loca non ſunt loca publica; neque tamen etiam in illis implentur conditiones loci privati. Ut adeò verum nomen eſſet כארמלית h.e. *ſicut vidua.* Jam porrò ſcito, quod omnis quidem יציאה Jeziah, *Exitus*, ſit etriam introitus, in Comparatione (ſeu reſpectu) ad locum, in quem educunt aliquam rem. Et contra omnis הכנסה hachnaſah, *introitus* ſit etiam exitus, in comparatione ad locum, ex quo educunt aliquam rem. Nihilominus hic eſt modus loquendi Miſchnicus, ut motus rei è loco privato in locum publicum vocetur הוצאה Hozaah, *Eductio* : translatio autem rei è loco publico in locum privatum הכנסה Hachnaſah, *Introductio.* Et juxta hunc loquendi modum dicere ſolent, מכניס ומוציא *Introducentem, aut Educentem*, in omni hoc negotio.

Præterea ſcito, quod quocunque loco in hoc tractatu (*Schabbath*) dicunt פנים Panim, *Intus*; aut, חוץ Chuz, *Foris*, velint iſtis ſignificare locum privatum, & locum publicum. Item: Ubicunque dicunt חייב Chajiab, *Reus eſt*. notatur lapidatio; ſi quidem fuerit (*homo*) malitioſus: aut munus pro peccato, ſi fuerit errans. Quocunque loco dicunt פטור Patur, *Liber eſt*, quæcunque etiam res ſit de juribus Sabbathi: volunt dicere, quod liber ſit à morte: reus autem (*interim*) flagellationis neceſſario erit, ſi fuerit malitioſus. In certis tamen Conſtitutionibus, in quibus dicitur פטור Patur, *Liber eſt*, id fit per permutationem vocum: licet res ipſi licita (*revera fuerit :*) de quibus vero plura monebimus, quando recenſebimus eas. Quare vero dicitur, העני hæani, *pauper*, & בעל הבית Baal ha-bbajith, *Paterfamilias* : & non potius, vir aliquis ſtans in loco publico, &, vir aliquis ſtans in loco privato? (Reſp.) Factum hoc eſt brevitatis gratia. Nam dicendum fuiſſet, vir aliquis ſtans in loco publico, pro eo, quod dicitur, עני *Pauper.* Quare ſignificat nobis vox unica totam rem, quam (*alias*) ſignificant quatuor voces.

Jam quod conſtituerunt incipere à jure eductionis è loco in locum; cum tamen recenſeatur in fine principalium operum, Educens è loco in locum: Ratio prima eſt, quod hoc opus inveniatur frequentius, & in eo impingant homines plerumque; propterea, quod non indigent in eo ulla re. Ratio verò altera eſt, ad docendum nos, quod (*omnino*) opus ſit, quamvis non videatur eſſe opus. Debuit itaque priori loco commemorari, quia interpretatur id, quod ſequitur: ſicut explicabimus. Inſuper, ratio, quare coacti ſunt dicere יציאות השבת Jezioth haſchſchabbath, *exitus Sabbathi*, cum non dixerint הכנסות השבת Hachnaſoth haſchſchabbath, *introitus Sabbathi*; eſt, quod omnis exitus ſit etiam introitus: ut (*ſupra*) expoſuimus. Præterea ſecuti ſunt conſuetudinem Scripturæ. Nam quod attinet educentes è loco in locum, diſcimus de illis ex Verbis Dei benedicti, quando dixit (*Exod.* 36: 6.) Vir & mulier ne faciant ultra opus ad oblationem ſanctitatis: & prohibitus eſt populus מהביא *ab adferendo.* Diſcimus (*inquam*) quod הבאתם habaatham, *allatio eorum*, quod ad illud, quod attulerunt, vocetur opus. Atqui attulerunt è tentoriis ſuis in Caſtra Levitarum; quod eſt, è loco privato in locum publicum. Hæc verò eſt הוצאה Hozaah, *Eductio*: quemadmodum expoſuimus. Hinc dictus eſt exitus Sabbathi. Quod ſi objeceris & dixeris: Quare ergo prohibita eſt introductio, cum tamen non diſcamus ex Scriptura niſi Eductionem? Iſtam objectionem pridem formarunt in Gemara, & reſponderunt, ſufficiens eſſe. Quid, inquid Gemara, mihi eſt introductio? Quid mihi eſt Eductio? Ubi Gemara hoc vult, quod dictum iſtud legis de hoc probabile argumentum ſubminiſtret;

niſtret; inde quod Introductionis & Eductionis eadem ſit ratio: quemadmodum ſupra expoſuimus. Hoc eſt, quod præfari hoc loco viſum eſt. Nunc verò ego commentari incipiam. Et dico:

שתים שהן ארבע וכו׳ *duæ ſunt quæ ſunt quatuor &c.* Vult per hoc, quod duæ ſint ſpecies Introductionis è loco publico in locum privatum; & Eductionis è loco privato in locum publicum: In quibus duabus ſpeciebus ſint octo partes (*momenta*,) quatuor ſuſpenſæ ab homine ſtante in loco publico, & quatuor ſuſpenſæ ab homine ſtante in loco privato. Hic namque ſenſus eſt ejus, quod dicunt: quatuor בפנים *intus*, & quatuor בחוץ *foris*. Cæterum quod quatuor ſpecies attinet, quæ ſuſpenſæ ſunt à patrefamilias (*i. e. ſtante in loco privato*,) per duas earum reus fit; & in duabus liber eſt. Similiterque habent quatuor ſuſpenſæ à paupere ([illegible] *ſtante in loco publico*:) ut phraſi Miſchnæ utar. Verum enimverò fundamenta, quibus hæc Miſchna ſuperſtructa eſt, tria ſunt: quæ ſi intellexeris, tum cognoſces, qua de cauſa conſtituerint de patrefamilias, modo quod reus fiat, modo, quod liber ſit: ut & de paupere. Primum de illis eſt, quod nullus homo reus conſtituatur eſſe mortis, ſive malitioſè patraverit peccatum, ſive erraverit, propter Eductionem ſuam è loco in locum, niſi quando moverit rem aliquam è loco publico, & poſuerit in loco privato: aut contra. Sed ſi movit è loco privato, nec tamen poſuerit in loco publico: aut poſuit, non autem movit: tum liber eſt. Fundamentum alterum eſt, quod quando inchoavit homo opus in Sabbatho, ſed non abſolvit illud, venit autem homo alius, & perficit opus illud, eo quidem modo, ut ſi prior (*ita*) perfeciſſet illud, foret opus perfectum; uterque liber ſit, propterea, quod opus perfectum ſit ab ambobus, nec ullus ex ipſis fecerit opus perfectum. Atque hoc eſt, quod Gemara dicit: *Unus ſi fecerit illud, reus erit: ſi duo, liberi ſunt.* Indicium de hoc eſt in dicto Dei benedicti (*Levit.* 4:26.] *Quum fecerit* אחת *Unum.* Ubi dicunt (*Doctores noſtri*:) Qui facit totum; non autem, qui facit partem ejus. Exemplum de hoc eſto: Si Simeon ſcripſit א *Aleph*, in die Sabbathi; Ruben autem ſcripſit ב *Beth*: etiamſi conficiatur Nomen (*ſc.* אב *Pater*) ex utroque ſimul: idque duarum literarum, quæ eſt menſura ſcribentis: quamvis, inquam, ita ſe res habeat, uterque tamen liber eſt. Fundamentum tertium eſt, quod non fiat reus qui moverit (*quid*) è loco, & poſuerit in loco alio: niſi moverit è loco, qui habeat quatuor (*palmos*) ab omnibus lateribus: itidemque in loco poſuerit, qui habeat quatuor (*palmos*) ab omnibus lateribus; aut excedat. Quicquid enim iſta menſura minus eſt, in eo non deponunt res, quæ poni ſolent; neque conſiſtere poſſunt, niſi res eæ minutæ ſint. Quandoquidem tamen in manum hominis ponunt res etiam magnas, inque ea eſt facultas contrahendi ſe, & extendendi, & apprehendendi: ideo eam reputamus, quaſi eſſet locus, in quo ſunt quatuor (*palmi*) ab omnibus lateribus. Hinc ſi quis dederit aliquid in manum hominis, (*idem facit*) ac ſi poſuiſſet illud in ſolo loci, in quo homo ille ſedet. Cæterum, quoniam fundamenta iſta certa fuerunt per veriſſimam traditionem: (*ideò*) dictum eſt, quod ſi pauper dederit (*quid*) in manum patrisfamilias, reus fiat pauper: propterea (*ſcil.*) quia dimovit è loco publico, & poſuit in loco privato. Et ſimiliter, ſi pauper ſumſerit (*quid*) è manu patrisfamilias, & eduxerit, pauper reus fit: idque quia dimovit è privato loco, & poſuit in loco alio. Jamjam enim tibi fundamentum ſubminiſtravi, quod quicquid venerit in manum hominis, idem ſit ac ſi poſitum eſſet in ſolo loci, in quo eſt ipſe ille homo. At ſi immiſerit pauper manum ſuam, & ſumſerit paterfamilias (*quid*) ex illa: ambo liberi ſunt: ideo, quod unus tranſtulit è loco publico, qui eſt pauper; & alter poſuit in loco privato, qui eſt paterfamilias. Eadem ratione, ſi dederit paterfamilias rem in manum pauperis, & eduxerit eam pauper, uterque liber eſt: propterea quod paterfamilias movit è loco privato; ſed pauper poſuit in loco publico. Hæc ſunt quotuor illa, quæ foris ſunt. Juxta autem eandem hanc diſtinctionem ſentiendum etiam eſt de quatuor, quæ intus ſunt. Verum, ſi durum tibi videbitur, quod dicitur: Quatuor, quæ foris ſunt; quare attribuantur quatuor ſpecies iſtæ pauperi; quare etiam dixerimus, quod ſuſpenſæ ſint ab illo: cum tamen ille non reus fiat, niſi per duas illarum tantum? quemadmodum expoſuimus: (*Scito fieri*) propterea, quia reliqua duo illi attribui poſſint, æque ac patrifamilias; cum ambo liberi ſint. Planum hoc eſt, nec difficile. Nam pauper eſt, qui manum ſuam extendit introrſum. Unde ipſi adſcribitur actio; atque adeo ſunt quatuor ſpecies ſuſpenſæ ab illo; licet reatus ipſi & patrifamilias in duabus communis ſit. Idem reſpondendum eſt de eo, quod dicitur: Quatuor, quæ ſunt intus. Nam paterfamilias extendit manum extrorſum: ideò adſcribitur ipſi actio: licet uterque liber ſit. Tandem, ſupra notum feci tibi in præfatione commentationis meæ, quod ubicunque dicunt in conſtitutionibus Sabbathi, פטור *Liber eſt*, dicere velint, Liberum eſſe à morte; Reum tamen eſſe flagellationis. Hoc itaque etiam intendunt, quando hic dicunt: Liber eſt: quod ſc. nihilominus interdictum ipſi. Veruntamen loci ſunt, de quibus promiſimus, quod monituri eſſemus de illis, quum recenſendi fuerint. Ex his itaque locis eſt, quod dicitur: *Pauper reus eſt, & paterfamilias liber.* Nam paterfamilias non eſt reus ullo modo; quandoquidem non fecit opus, h. e. quia non extendit manum ſuam, niſi quod accepit rem & manſit, ſicut erat, i. e. non dimovit, neque poſuit. Eodem modo ſe habet, quando dicitur: Pauper liber eſt: quia liber eſt ex toto: cum ille ſimiliter nec dimoverit, nec poſuerit. Verum, quando dicitur: ambo liberi ſunt; Liber quidem eſt (*uterque*,) interim interdictum ipſi; quandoquidem quilibet eorum fecit partem operis, ſicut expoſuimus.

ב לא ישב אדם לפני הספר סמוך למנחה עד שיתפלל לא יכנס אדם למרחץ ולא לבורסקי ולא לאכול ולא לדין ואם התחילו אין מפסיקים מפסיקים (b) לקרות ק״ש ואין מפסיקים לתפלה :

(b) Menaſſ. מפסיקין לקריאת שמע.

2. Non ſedebit homo coram tonſore propè ante ſacrificium veſpertinum, donec preces peregerit. Neque balneum neque officinam coriariorum ingredietur. Neque comedere neque judicare incipiet. Si cœperit (ex his quicquam) non abrumpunt. Abrumpunt ad lectionem τȣ̃ Schema i. e. ſectionis, Audi Iſrael &c. ad preces autem non interrumpunt.

R. OB. DE BARTENORA

לא ישב אדם וכו׳ *Non ſedebit homo &c.*: etiam in profeſto die. Quandoquidem neceſſe fuit, tradere aliquid de eo, quod non exire debeat ſartor cum acu ſua &c. ne forte obliviſcatur, & exeat, quod ſimile eſt decreto, quod non ſedere debeat homo coram tonſore propè Mincham, ne obliviſcatur, & non oret: propterea tradidit (Doctor Miſchnicus) iſta hic. Quumque res ſint exiguæ, decidit & tradidit illa primò. Deinde reverſus eſt ad explicandum ea, quæ ad Sabbathum pertinent, atque in his immoratus eſt.

Propè Mincham: Mincham ſc. magnam ab initio mediæ ſeptimæ & deinceps: Prope autem Mincham, eſt, ab initio horæ

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא ישב אדם וכו׳ *ne ſedeat homo &c.* ספר Sappar, *Tonſor* (*quis ſit*) notus eſt. Sed בורסקי Burſeki eſt locus, in quo præparant pelles. Et *Minchah*, cujus h. l. fit mentio, denotat etiam Mincham magnam; quanto vero magis Mincham parvam, cujus tempus brevius eſt? quemadmodum expoſuimus in tractatu Berachoth. Cæterum ratio prohibitionis tonſuræ propè horam precum, eſt, ne fortè frangatur forpex; aut, ne contingat aliquid in aliquo inſtrumento tonſuræ, poſtquam incepit tonderi, ut neceſſe ſit reparare inſtrumentum illud; interea verò prætereat tempus precum. Ratio etiam prohibitionis ingreſſus balnei eſt à Caſu, ne deficiat fortè anima. Sed

horæ ſeptimæ. Et quamvis tempus ejus ſatis amplum ſit, caſus tamen timendus eſt, ne forte frangatur forpex tonſoria, poſtquam tonderi cœpit, elabaturque tempus precum, antequam reparet illam, abſolvaturque tonſura. *Neque ingredietur balneum prope Mincham*; ne forte deficiat animo. *Neque* בורסקי *Officinam Coriariorum*: בורסקי eſt locus præparationis pellium. (Ratio interdicti eſt:) ne forte videat damni aut corruptionis aliquid in pellibus (futurum,) niſi eas moveat loco ſuo, & melius diſponat: immoreturque labori circa illas, donec tranſierit tempus precum.

Neque comedere: etiam prandium exiguum: ne forte immoretur prandio.

Neque judicare: etiam ſic, ut judicium tantum perficiat; poſtquam nimirum audiverunt argumenta litigantium, nec reſiduum eſt in cauſa illorum, niſi hoc unicum, ut ſententia deciſiva feratur. (Ratio interdicti eſt:) ne forte obſervent (novam) circumſtantiam (aut rationem,) per quam deſtruantur, quæcunque de decidendo viſa ſunt. Ut adeò initium litis (de novo) revertendum ſit.

Si ceperint: ſc. quodcunque ex iis, quæ diximus. Non abrumpunt: ſed abſolvet (quilibet iſtorum opus ſuum,) & poſtea orabit: idque ideo, quia adhuc ſpatium de die ſuperſit ad perficiendum (opus) antequam tranſeat tempus precum. Cæterum initium tonſuræ eſt; ex quo induerit linteum tonſorium inter femora ſua. Eſt autem (Linteum tonſorium) ejuſmodi linteum, quod is, qui tondetur, ſuper femora ſua ponit, ut non decidant capilli ſuper veſtes ſuas. At initium balnei eſt, ex quo exuerit veſtem carni ſuæ proximam: quanquam ſunt, qui exponunt; ex quo removerit ſindonem, quæ ſuper ſe, quæ prima eſt in diſpoſitione veſtium ejus. Porrò initium (laboris) officinæ Coriariæ eſt, ex quo alligaverit inter humeros ſuos thecas brachiorum ſuorum, ut occupetur circa pelles. Initium comeſtionis eſt, ex quo laverit manus. Initium judicii eſt, ex quo velaverint ſe judices pallio ſuo, ut ſedeant ad judicandum cum formidine & timore. Quod ſi velati jam fuerint, & conſederint in judicio, veneritque ad illos Lis aliqua propè Mincham: tum erit initium iſtius litis, ex quo inceperint litigantes (exponere) argumenta ſua.

Abrumpunt ad Lectionem τῆ Schema h. e. Audi Iſrael: Ad rem aliam digreſſus eſt (Doctor Miſchnicus,) & ſic dicere voluit: Docti, qui circa legem occupantur, legem (vel ſtudium legis) abrumpunt ad lectionem Schema h. e. Audi Iſrael, quippe ejus tempus determinatum eſt. Scriptum namque eſt (Deut. 6: 7.) quum cubueris, & quum ſurrexeris. *Non autem interrumpunt ad preces*; quia his non eſt determinatum tempus per legem. Cæterum non tradiderunt (hoc) niſi de iis, qui ſimiles ſunt R. Schimeoni filio Jochaj & ſociis ejus, quibus lex ſua (ſtudium legis ſuum) fuit ſuum artificium. Nos verò quandoquidem interrumpimus legem noſtram (noſtrum legis ſtudium) ad artificium (exercendum) noſtrum; quantò magis interrumpere debemus ad preces?

Sed & ratio prohibitionis ingreſſus in officinam Coriariam; etiam ad videndum tantum pelles, eſt caſus; ne forte videat in illis aliquid corruptionis, & emittat manum ſuam ad movendum illas, commoreturque in opere ſuo, donec tranſeat tempus precum. Et ratio prohibitionis comeſtionis, etiam rei exiguæ, eſt, quod etiam bibere ſolebant inter comedendum: ideò prohibuerunt omnia. Contingere namque poteſt, ut forte immoretur in comeſtione, & in bibitione, & prætereat tempus precum. Similiterque non judicant prope tempus precum Minchæ, & ne quidem pronunciando ſententiam, poſtquam jam audiverunt argumenta partium litigantium, contuleruntque inter ſe ſententias judices de cauſa, ut nihil ſuperſit niſi pronunciatio ſententiæ tantum. Nihilominus (*inquam*) non decet judicem decidere litem propè tempus precum; ob caſum, ne forte obſervet judex rem novam in lite, & cogatur incipere ab initio litem, argumentaque petat à partibus litigantibus ambabus, trahaturque negotium, donec prætereat tempus. Verum enimverò ſi inchoaverunt judicium, non abrumpunt illud, donec abſolvatur. Cæterum quod dicunt: Interrumpunt ad lectionem τῆ Audi &c. ſed non interrumpunt ad preces, non hoc vult, quaſi judicium interrumpant ad lectionem τῆ Audi &c. Ipſum autem non interrumpat preces; ſed interpretatio rei hæc eſt, quod, quando homines legant in lege, adveniatque tempus lectionis τῆ Audi, abrumpant, & legant lectionem τῆ Audi: ſin adveniat tempus precum, non abrumpant. At in judicio, ſi (*illud*) jam inceperunt, non abrumpunt ullo modo. Non minus ſi incepit (*quis*) tonſuram, aut comeſtionem, aut lotionem, aut ingreſſum in officinam Coriariam, non interrumpet ulſo modo. Circumſcriptio (*ſeu determinatio,*) autem temporis initii tonſuræ eſt, ex quo induit linteamentum notum apud tonſores ſuper humores ejus (*qui tondendus eſt*) & præparaverit ſe ad tondendum: juxta phraſin Sapientum (*Talmudicorum*) vocatur מעפורת Maaphoreth. Initium autem lotionis eſt, ex quo exuerit (*quis*) veſtem adjacentem carni ipſius. Item, initium (*ingreſſus*) officinæ Coriariæ; ex quo accinxit ſe ſuccinctorio ſuo, & incepit movere pelles. Et tempus comeſtionis eſt, ex quo laverit menus ſuas. Tempus autem initii judicii eſt, ex quo diſpoſuerunt ordinem ſeſſionis eorum (*Judicum,*) & (*hi*) conſederunt ad judicium; ſi maximè diſpoſuerunt ſeſſionem ſuam ab initio diei, & immorati ſunt judicio, ex quo partes litigantes inceperunt producere argumenta ſua.

Verum enimverò hæc Miſchnah loquitur de Sanctis magnis, diſcentibus legem jugiter, ſicut Rabban Schimeon filius Jochai, & collegæ ejus. Sed de Sapientibus Gemaricis dicunt, quod interruptionem fecerint tum ad lectionem τῆ Audi, tum ad preces; quantò ergo magis alii? Denique quare venit (*poſita eſt*) Miſchna hæc hic; cum tamen in illa quicquam non ſit de Sabbatho? (Reſp.) Factum hoc eſt, duabus de cauſis. Prior eſt: quod ſit è numero octodecim rerum, quas deciderunt uno eodemque die; ſicut infra exponemus. Altera verò: quod ſit ſimilis Miſchnæ: לא יצא וכו׳ *Non exibit Sartor cum acu ſua*, quæ agit de Sabbatho. Quia itaque neceſſe fuit dicere, quod non exire debeat Sartor cum acu ſua: Voluerunt etiam ponere omnia, quæ illi ſimilia ſunt, inter decreta. At ratio, quare præmiſerint hanc Miſchnam (*Miſchnæ:*) Non exibit ſartor, dubia eſt: forte tamen juxta hunc ordinem facta ſunt decreta illo die.

ג. לא יצא החייט במחטו סמוך לחשכה שמא ישכח ויצא ולא הלבלר בקולמוסו (a) ולא יפלה את (b) כליו ולא יקרא לאור הנר באמת אמרו החזן רואה היכן תנוקות קוראים אבל הוא לא יקרא כיוצא בו לא יאכל הזב עם הזבה מפני (c) הרגל עבירה:

(a) Amſtelod. לא ſine præf. (b) Pragenſ. כליו (c) Menaſſ. מפני שהוא הרגל עבירה.

3. Propè Crepuſculum Sartor cum acu ne egreditor: ne obliviſcatur, & exeat, (poſtquam tenebræ obortæ.) Neque ſcriba cum Calamo ſuo (exibit.) Ne expurgato veſtes (quiſquam) ſuas, aut legito ad lumen lucernæ. Veriſſimum tamen eſto, quod dixerunt (Rabb. noſtri) licere Lectori Eccleſiæ videre, ubi Pueri (craſtino Sabbatho) legere debeant: ipſe tamen nihil legat. Cui ſimile eſt (hac in parte,) quod fluxu laboranti (viro) non licet cum (fœmina) fluxu laborante comedere, ne tranſgreſſioni (coitus cum eâ) aſſueſiat.

R. OB. DE BARTENORA.

*) לא יצא החייט וכו׳ *Sartor ne egreditur &c.* : Si maximè infra fuerit veſti ejus. Ne obliviſcatur & exeat: nam opifex, (quum facit quid) pro more opificii ſui, reus eſt. Jam verò mos eſt opificum (iſtorum, ſartorum ſc.) ut infigant eas (acus) veſtibus ſuis, quum exeunt in plateam.

הלבלר i. e. *ſcriba. Cum calamo ſuo:* fixo poſt aures ſuas, ut mos ſcribarum. (Ratio eſt:) ne forte obliviſcatur, exeatque, poſtquam tenebræ obortæ.

Ne יפלה *expurgato (quisquam) veſtes ſuas:* (Hic eſt) qui expurgat pediculos è veſtibus ſuis. בערתי Expurgavi ſanctum [Deut. 26, 13.] Chaldaicè eſt פליתי. *Nec legito ad lumen lucernæ:* ſc. in libro [Legis.] [Ratio eſt:] Ne forte inclinet Lucernam, ut effluere faciat oleum ad ellychnium, ut clarius ardeat. Ubi invenietur tanquam qui accendit in Sabbatho. Et ſi maximè lucerna fuerit in ſublimi ſuſpenſa duas tresve ſtaturas [hominis:] in perpetuum tamen prohibitum eſt legere ad lumen lucernæ: niſi fuerit cum ipſo [legente] homo alius aliquis, qui obſervet illum [moneatque, ſi opus ſit:] aut fuerit vir magnæ exiſtimationis, qui in perpetuum ſe non aſſuefaciat, ut corrigat Lucernam.

Lector Eccleſiæ: Qui docet pueros. *Unde pueri legant* h. e. unde incipiant legere: quia inſpectionem exiguam requirit. Nam de hoc non ſolliciti ſumus, ne forte inclinet [Lucernam.] Cæterum pueri legunt coram magiſtro ſuo ad lumen lucernæ: quia timor Magiſtri eorum eſt ſuper iis, [timent Magiſtrum ſuum, ut non corrigant Lucernam:] ipſe tamen non leget ſectionem ullam, propterea, quod non [ſimiliter] ſit timor iſtorum ſuper illo, & obſervatio iſtorum non habeatur pro obſervatione. Atque hinc ratio quoque ſumi poteſt ab eo, qui dixit, quod uxor, quum obſervat maritum ſuum, obſervatio ejus non habeatur pro obſervatione: quandoquidem nec hujus [uxoris] timor eſt ſuper illo [viro.] [Porrò] ut eodem modo procul abeſſe facerent [homines] e transgreſſione, addiderunt, quod [vir] fluxu laborans non comedere debeat cum uxore fluxum patiente: licet ambo immundi ſint: nimirum propter aſſuetudinem transgreſſionis; nam inde, quod ſoli ſunt, deveniet [fortè maritus] eò, ut coëat cum fluxum patiente [uxore:] id quod reatum exciſionis habet. Poſuit autem [virum] fluxum patientem, & [uxorem] fluxum patientem, ad rem ampliandam [illoſque includendos.] Nam coitus iſtis difficilis eſt, poſſetque excipi, quod certò non deventuri ſint in aſſuetudinem transgreſſionis. Sed quamvis ſic ſe res habeat, attamen non comedet iſte cum hac.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יצא החייט וכו׳ *non exibit Sartor &c.* חייט Chajiat, *Sartor*, eſt nomen notum opificis in ſarciendo. Et מחט Machat, *acus*, eſt nomen inſtrumenti ſarciendi. לבלר Lablar autem, eſt *ſcriba.* At קולמוס Kolemos, *Calamus*, notus eſt. Hic quoque caſus decidit; ne forte obliviſcatur.

ולא יפלה את כליו *Et ne expurgato veſtes ſuas:* nimirum ad removendum pediculos è Veſtibus ſuis. Ob caſum; ut forte adornet Lucernam: etiamſi Lucerna fuerit in ſumma altitudine ſua (*h. e. in plena luce.*) Sic etiam interdictum eſt legere ad lumen lucernæ, niſi fuerit cum ipſo homo alius, ad obſervandum illum, ne adornet lucernam.

החזן רואה *Lector Eccleſiæ videt:* hoc eſt, quod permiſerunt docenti pueros; ut accipiat (*ſc.*) in manum ſuam Codicem (*legis*,) & videat ad lumen lucernæ initium Paraſchæ (*ſeu ſectionis*,) h. e. ut incipiat cum diſcipulis ſuis duas voces aut tres: propterea, quod in tantilla menſura (*numero vocum*) non errabit, ut adornet lucernam. Ubi autem viderit initium Paraſchæ (*ſeu ſectionis*, omittet codicem, & dabit illum diſcipulis, ut legant in eo ad lumen lucernæ: quandoquidem ipſe obſervat illos (*nimirum ne adornent lucernam.*) Non autem decet docentem, ut legat cum diſcipulis in codice ad lumen lucernæ. Atque hoc eſt, quod dicit (*Miſchnicus:*) ſed ipſe non leget. Cæterum quod concluſimus permittere diſcipulis, ut legant ad lumen lucernæ, & ut Doctor obſervet illos; cum tamen non permiſerimus Doctori, ut legat, ita ut obſervent eum diſcipuli: ejus ratio eſt, quod ipſe imperet illis; illi vero non imperent ipſi. Debet itaque reverentia ipſius manere ſuper illis.

מפני הרגל עבירה *Propter aſſuefactionem transgreſſionis:* h. e. ne aſſuefaciant ſe ipſos Vir fluxum patiens, & mulier fluxum patiens, quando comederint ſimul. Forte enim inter comedendum cogitabit (*quid de coitu*,) aſpicietque illam, & congredietur cum illa: quod incurrit exciſionis pœnam, ex ſententia legis. Hinc itaque prohibuerunt comeſtionem fluxum patientis cum uxore ſua fluxum patiente ſimul: licet ambo immundi ſit.

ד ואלו מן ההלכות שאמרו בעליה חנניה (a) בן גורון (b) כשעלו לבקרו נמנו ורבו בית שמאי על בית הלל וי״ח דברים גזרו בו ביום:

(a) Sic Venet. & Amſtelod. ſed Prag. & Menaſſ. חנניה בן חזקיה בן גורון & in Prag. h. l. notatur סא (b) Venet. & Amſtel. שעלו

4. Hæ (quæ dictæ) ſunt de Halachoth ſive Conſtitutionibus, quas in Conclavi Chananiæ f. Geronis, ad quem viſitandum aſcenderant, dixerunt; ubi, quum numerarentur, Scholaſticos Hillelis Scholaſtici Schammai numero ſuperarunt. Eo autem die octodecim res (ſive controverſias) deciderunt (jam dictas.)

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו מן ההלכות וכו׳ *hæ ſunt de Halachoth &c.* (Hæ nempè,) quod non expurgent, neque legant ad Lumen lucernæ: quas legimus in Conſtitutione (præcedenti.) *In conclavi Chananiæ filii Chiskiæ*; Nam deliberarunt Sapientes de ſeponendo libro Ezechielis, propterea quod verba ejus viderentur repugnare verbis Legis, e. g. Ezech. 44: 31.) Ullum cadaver aut diſcerptum de avibus & de beſtiis non comedent Sacerdotes. Sacerdotes (inquit) illi ſunt, qui non comedere debent. Iſraelitæ itaque (Laici) comedent. Item: (Ezech. 45: 20. Et ſic facies in ſeptimo (die) in Menſe. Ubi verò indicatum eſt hoc ſacrificium (uſpiam) in lege? At abſcondit ſe Chananias filius Hiskiæ in conclavi, ſeditque ibi, & expoſuit librum Ezechielis. *Octodecim res deciderunt eo die*: quo ſc. diſſenſerunt Scholaſtici Schammæi & Scholaſtici Hillelis, & innixi ſunt numero: Ubi verò quum plures eſſent Scholaſtici Schammæi, deciderunt juxta illos (ſeu illorum ſententiam.) Quemadmodum ſcriptum eſt: Exod. 23: 2.) *Poſt multos ad inclinandum &c.* Res autem (iſtas) duodecim adducunt in Gemara; & ſunt hæ. Si quis comedit cibum,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואלו מן ההלכות וכו׳ *& hæ ſunt de conſtitutionibus &c.* *Chananias filius Chiskiæ, filii Geron*, p. m. fuit ex ſapientiſſimis Viris, & magnus in generatione ſua. Perplexi autem redditi ſunt Sapientes generationis ipſius in libro Ezechielis. Ille itaque excuſſit ſinum ſuum, ad interpretandum contenta in eo. Solitarius autem ſedebat in Cœnaculo ſuo, ad componendum Commentarium ſuum. Tum Sapientes, ſuper quos ſit pax, viſitare ſolebant eum jugiter, quamdiu ille occupatus erat in iſto opere. Aliquando autem viſitaverunt illum, congregatuſque eò eſt cœtus magnus ex diſcipulis Schammai, & Scholæ Hillelis: nec relictus in generatione illa ullus, qui idoneus fuit ad dicendum ſententiam ſuam, qui non adfuerit in iſto conventu. Cum tamen numerarentur, plures fuerunt è Schola Schammai. Jam vero Deus dixit, (Exod. 23: 2.) *Poſt multos ad pervertendum (ſc. non reſpondebis in cauſa.)* Cujus rei fundamentum dedimus in præfatione noſtri hujus operis. Scholaſtici itaque Schammai univerſi conſenſerunt in has conſtitutiones de rebus octodecim illo die. Factum itaque ita eſt, ut deciderent res octodecim.

cibum, qui primus eſt ratione immunditiei, aut ſecundus ratione immunditiei. Decreverunt (de hoc, ut fieret corpus ejus ſecundum ratione immunditiei, profanaretque Thrumam contactu ſuo. Nam ſecundum (ratione immunditiei) profanat Thrumam. Ecce iſtæ ſunt duæ conſtitutiones (ſeu deciſiones. Qui comedit cibum primum, & qui comedit cibum ſecundum, & qui bibit potus immundos, fit ſimiliter ſecundus ratione immunditiei, & profanat Thrumam. Ecce (cum hac) tres ſunt (conſtitutiones ſ. deciſiones.) Ratio autem, quæ attendebatur in tria iſta, (hæc) eſt; quod nonnunquam contingat, ut qui comedit cibos immundos, immittat potus Thrumæ in os ſuum, dum adhuc cibi immundi ſunt in ore ejus; atque ſic profanet eos: nonnumquam verò contingat, ut quis bibat potus immundos, dumque illi adhuc in ore illius ſunt, immittat cibos Thrumæ in os ſuum, & (ſimiliter) profanet eos. Conſtituerunt etiam de illo, cujus caput & major pars (corporis] poſtquam ablutus eſt ab immunditie ſua, eodem die in aquas hauſtas immergitur: Item; de plenè mundo, ſuper cujus caput ceciderunt tres logi aquarum hauſtarum. Ecce (tibi!) quinque, Conſtitutiones. Cæterum ratio, quare decreverunt immunditiem ſuper iſtis, ad immundum faciendum hominem (eſt,) quod, quum in aquis ſpeluncarum fœtidis laviſſent, poſtea effuderint ſuper ſe aquas hauſtas (è puris fontibus) ad abluendum fœtorem aquarum (ſpeluncarum.) Ubi cœperunt facere ſibi fixam opinionem, dicendo: Non aquæ ſpeluncarum mundant; ſed aquæ (è fontibus) hauſtæ (tantum) mundant. (Ideò) ſurrexerunt, & decreverunt ſuper illis immunditiem: ne fortè eo uſque; progrederetur quis, ut irritam redderet legem Mikvæh ſeu receptaculi aquarum, lavarentque in aquis hauſtis. Sexta conſtitutio eſt, ut libri Scripturarum ſanctarum profanarent Thrumam contactu. Nam olim repoſuerunt Cibos Thrumæ propè librum legis: Dicebant enim; iſta ſancta eſt, & hic ſanctus eſt. Sed poſtquam viderunt, quod libri (legis) damnum paterentur, dum mures, qui inveniri ſolent propè cibos, corruperunt libros (legis,) decreverunt, ut libri h. e. Lex, Prophetæ & Hagiographa contactu ſuo profanarent Thrumam. Conſtitutio ſeptima eſt, quam decreverunt ſuper manibus illotis, quod profanent Thrumam: propterea quod manus operativæ ſunt, & contingunt carnem ejus (hominis) etiam in loco pudoris. Jam vero ignominioſum eſt Thrumæ, ſi tangat (quis) illam manibus pollutis, atque reproba redditur, comedentibus illam. Conſtitutio octava eſt de cibis, qui polluti ſunt liquoribus, eo quod liquores iſti polluti eſſent facti propter manus, qui contigerunt eos ante lotionem, conſtituerunt de iſtis liquoribus, quod polluerent cibos, propterea, quod, quæcunque res profanant Thrumam, polluant (etiam) liquores, ita, ut ſint principium (immunditiei.) Ratio decidendi deſumta eſt à liquoribus, quæ (immundæ) veniunt propter animal aliquod immundum. De iſtis namque invenimus, quod ſint primi (ratione immunditiei) vi Legis (divinæ.) Cæterum, quod hoc decretum eſt de omni immunditiei liquorum, ut ſint principium immunditiei; Sed (idem) decretum non eſt etiam de cibis, ex fundamento à liquoribus, qui veniunt (immundi) propter animal aliquod immundum: Ejus ratio eſt, quod Doctores noſtri de liquoribus rigoroſius nonnihil decreverunt, quia facti ſint ad recipiendum immunditiem. Neque enim requirunt correctionem rectificationis, ſi diſponi ad receptionem immunditiei debeant; quemadmodum Cibi, qui requirunt affuſionem aquarum, ad diſponendum eos, ut recipiant immunditiem. Conſtitutio nona eſt de vaſis, quæ polluta liquoribus, & ejuſmodi quidem liquoribus, qui per aliquod animal immundum polluti ſunt, iſta quamvis ſint prima ratione immunditiei, vi legis (divinæ) non tamen poſſunt polluere vel hominem, vel vaſa. Quandoquidem ſive homo ſive vaſa non recipiunt immunditiem niſi à parte immunditiei, (re ex ſe immunda;) non autem à liquoribus, qui per animal aliquod immundum polluti ſunt, utpote qui ſunt prima (ratione immunditiei, ab aliis polluta,) Nihilominus Doctores noſtri conſtituerunt ſuper illis, quod vaſa polluant: ratione decidendi (ſumta,) ab humore fluxum patientis (viri,) aut (mulieris) fluxum patientis; qui (humor) eſt ſputum ejus, & urina ejus, quæ (ſputum & urina) ſunt pater immunditiei; polluunt autem vaſa vi legis divinæ. Conſtitutio decima eſt, quod filiæ gentilium ſint habendæ

pro

Præterea autem conſenſerunt Scholaſtici Schammai, & Scholaſtici Hillelis eodem die in octodecim Conſtitutiones: nec fuit inter illos diſſenſus, vel in unica. Sed & diſſenſerunt in octodecim conſtitutionibus: neque annumerati ſunt ſuper illis juxta ſententiam plurium: aut fortè numerati ſunt, ſed plures facti ſunt Scholaſtici Hillelis: nam fortè unus (*atque alter*) ex diſcipulis Schammai ſtatuit juxta ſententiam Scholaſticorum Hillelis. Aut (*contra etiam*) ex diſcipulis Scholæ Hillelis ſtatuit (*unus atque alter*) juxta ſententiam Scholæ Schammai.

Jam quod dicit (*Miſchnah:*) *Hæ ſunt de conſtitutionibus, quas dixerunt*; vult dicere, quod ſint de conſtitutionibus, in quas conſenſerunt ita, ut non incideret in illis ullus diſſenſus. Hic autem eſt numerus earum. *Exitus* (*ſeu Eductiones*) *Sabbathi duo ſunt, ſi ſunt quatuor, intus; & duo, qui ſunt quatuor, foris.* Nam hæ ſunt octo conſtitutiones: quarum diſtinctiones jam (*ſupra*) præmiſi. Nona porrò eſt: *Non ſedebit homo coram tonſore.* Decima: *neque in balneum.* Undecima: *neque in officinam Coriariam.* Duodecima: *neque ad judicandum.* Decima tertia: *neque ad comedendum.* Decima quarta: *neque exibit Sartor cum acu ſua.* Decima quinta: *neque ſcriba cum calamo ſuo.* Decima ſexta: *neque expurgabit veſtes ſuas.* Decima ſeptima: *& non leget ad lumen lucernæ.* Decima octava: *non comedet Vir fluxum patiens cum Uxore fluxum patiente.*

Sed & octodecim res (*alias,*) quas deciderunt eodem die, ego recenſebo tibi, licet non expoſitas; quoniam omnes explicabuntur ſuo loco inter Miſchnas. Prima itaque eſt: *Qui comedit cibum primum.* Altera: *qui comedit Cibum ſecundum.* Tertia: *qui bibit potus immundos.* Quarta: *qui immergitur, ut caput ejus & major pars ejus ſint in aquis hauſtis.* Quinta: *Mundus, ſuper cujus caput & majorem partem effuſi ſunt tres Logi aquarum hauſtarum.* Sexta: *Qui attingit Codicem.* Septima: *Manus.* Octava: *Cibi & Vaſa.* Nona: *Qui ponit Vas ſub Canalem.* Decima: *Omnes transferentes adunt immunditiem per craſſitiem ſtimuli.* Undecima: *Qui vindemiat in torcular, rectè ſe habet.* Duodecima: *quæ naſcuntur ex Thruma.* Decima tertia: *Si quem nox obruit in Via.* Decima quarta: *Bolus Kuthæi.* Decima quinta: *Oleum eorum.* Decima ſexta: *Vinum eorum.* Decima ſeptima: *Solitudo filiarum eorum.* Decima octava: *Quod ſit infans Kuthæus immundum reddens fluxu.*

Octodecim Conſtitutiones, in quibus diſſenſerunt eodem die, explicabuntur in hoc ipſo Capite. Prima eſt: *non macerant atramentum.* Secunda: *Colores.* Tertia: *Viciam.* Quarta: *Faſciculos lini.* Quinta: *Lanam in ahenum.* Sexta: *Retia ferarum.* Septima: *Retia avium.* Octava: *Retia piſcium.* Nona: *Non vendunt alienigenæ.* Decima: *Non imponunt onus cum eo.* Undecima: *Non levant ſuper eum.* Duodecima: *Non dant pelles.* Decima tertia: *Neque veſtes fulloni alienigenæ.* Decima quarta: *Non commodabit ipſi.* Decima quinta: *Non vendet ipſi.* Decima ſexta: *Non mutuo dabit ei.* Decima ſeptima: *Non dabit dono.* Decima octava: *Non mittet epiſtolas.*

Verum enimverò revertamur ad abſolvendam expoſitionem hujus Conſtitutionis. Quod itaque addidit: *& ſimile huic*, cum dicturus eſſet: non comedet fluxum patiens vir cum uxore fluxum patiente: (*id ideò factum eſt,*) quod iſtud juris conſequitur ex contentis hoc Tractatu. Itaque quando dixit: *Non ſedebit homo coram tonſore*, & ſubnexum ipſi eſt, quod non pertinet ad Sabbathum, factum hoc eſt, propter rationem. Ratio autem hujus, quod non ſedere debeat homo, & reliqui dicti totius; (*Ratio inquam,*) in omnibus iſtis eſt, quod nos præcavemus ingreſſum cujuſcunque temporis, ut: *non exibit Sartor cum acu ſua:* ubi ſimiliter præcavemus ingreſſum temporis. Quod ad illud verò: *non comedet vir fluxum patiens cum uxore fluxum patiente*, non eſt ad præcavendum in illo ingreſſum temporis. Adque ideò dictum eſt: וכיוצא בו *Et ſimile huic.* Cujus ſenſus eſt: quod unum ſimile ſit alteri, ſimilitudine tamen non adeò forti, aliiſque modis. Nimirum, quum dixerunt: non ſedere debet homo &c. non præmiſerant quicquam ejuſdem conditionis, ut diceretur cum illo, Et ſimile huic; ſed cum jam dicunt: non comedet vir fluxum patiens cum uxore fluxum patiente, præmiſerant illi aliquid ejuſdem conditionis; ideò

con-

pro menſtruatis fœminis ab incunabulis ſuis, h. e. ab eo die, quo nata eſt [quælibet:] ſi quidem infans filia diei ſui polluit immunditie menſtruatæ. At gentiles mares non ferit ſermo. Cæterum quoniam Prophetæ nihil expreſſè de iis docuerunt: ideò decretum de iis (iſtud) fecerunt Doctores noſtri. Undecima Conſtitutio eſt, quod omnes inferant immunditiem per particulam habentem craſſitiem Mardea, i. e. ſtimuli bovis; in cujus peripheria eſt palmus, ſed in craſſitie ejus non eſt palmus. Quamvis verò vi legis (divinæ) nullum tentorium palmo minus ſit: decreverunt tamen Doctores noſtri de omnibus mobilibus, in quorum peripheria palmus eſt, quod ſi extremitas una extenſa ſit ſuper mortuum, & extremitas altera ſuper vaſa, inferant his (vaſis) immunditiem tentorii (dictam.) Ratio decidendi hinc eſt, quod in cujuſcunque craſſitie eſt palmus, inferat immunditiem vigore legis (divinæ.) Duodecima conſtitutio eſt, quod, quando aliquis vindemiat uvas, ad calcandum illas in torculari, ſuccus, qui exit ex illis tempore vindemiationis, obnoxias eas faciat ad recipiendum immunditiem, ſi maximè pereat, illo invito: ob caſum, (ſeu ratio decidendi eſt,) ne forte quis vindemiet in urceos fricatos: quia tunc ſibi placet (vindemians) in ſucco exeunte ex illis. Nam ecce non abit in interitum (ſeu perit,) atque adeò obnoxias reddit (ſuccus iſte uvas) vi legis divinæ. Tertia decima Conſtitutio eſt, ut ſint naſcentia ex Thruma (ſicut) Truma; etiam quod ad rem, cujus ſemen corrumpitur e.g. frumentum aut legumen. Ratio decidendi (deſumta eſt) à Thruma immunda per manum Sacerdotis: quæ pro cibo prohibita, & uſurpari poteſt in ſemen; decretum verò eſt, ut ſit nomine primum (habeatur pro primo, ratione immunditiei.) Et ecce de iſta Thrumah ſolliciti ſumus, ne fortè aſſervet quis illam uſque ad tempus ſementis, veniatque eò, ut comedat eam in immunditie. Conſtitutio decima quarta eſt, quod, quem obruerunt tenebræ in via, dare debeat marſupium ſuum alienigenæ, nec transferre illud ſubinde minus quatuor ulnis. Conſtitutio decima quinta, & decima ſexta ſunt; quod non expurget aut legat ad lumen lucernæ; quemadmodum legimus in (hac ipſa) Miſchna. Conſtitutio decima ſeptima eſt, quam conſtituerunt de idololatrarum pane, & de oleo eorum, & de vino eorum, & de filiabus eorum: quæ omnia ſunt una (tantum) conſtitutio; quemadmodum dicimus: Conſtituerunt de pane illorum propter oleum, & de oleo eorum propter vinum eorum, & de vino eorum propter filias eorum, & de filiabus eorum propter rem aliam, h. e. idololatriam. Tandem conſtitutio decima octava eſt, quam conſtituerunt de puero idololatrarum, ut idem ſit cum polluente per fluxum; ut puer Iſraeliticus non aſſueſiat apud illum concubitui maris.

ה בית שמאי אוכרים אין שורין דיו (a) וסממנים וכרשינים אלא כדי שישורו מבעוד יום ובית הלל מתירין :

(a) Venet. & Amſtelod. וסמנים.

5. Schola Schammai dicit: non macerant atramentum, aut colores (materiam atramenti aut colorum, aut viciam, niſi ut macerentur (maceratio perficiatur) dum adhuc exiſtit dies. Schola autem Hillelis conceſſit.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שמאי אומרים וכו׳ *Schola Schammai dicit &c.* i. e. Colores, ex quibus atramentum faciunt ad ſcribendum. וסממנים *aut colores*: ad colorandum. וכרשינין *aut viciam*, eſt cibus beſtiarum; quem ſolent macerare aquis ab initio. In Arabica (lingua) vocant כרסנה; & barbarè, viciam. Putarunt autem Scholaſtici Schammæi, quod homo admonitus ſit tam de Sabbathiſatione (ſeu Sabbathica quiete) vaſorum, quam de Sabbathiſatione beſtiæ ſuæ. Quæ eadem ratio, quare non immittant faſciculos lini (in furnum;) eademque etiam ratio, quare non tendant retia. Quod autem ad lucernam ardentem in Sabbatho, & illam, quæ ſuper Kirah ſtat, in quæ conſentiunt Scholaſtici Schammæi (homo ipſis eſt,) quaſi qui communia facit vaſa (omnibus;) & propterea nihil illi præceptum eſt de Sabbathiſatione eorum. Contra Scholaſtici Hillelis permiſerunt, modo aquis (iſtæc) immiſert, dum adhuc dies eſt: licet macerentur magis magiſque in Sabbatho. Exiſtimarunt namque, hominem admonitum quidem eſſe de Sabbathiſatione beſtiæ, cui contingit moleſtia animantium: non autem de Sabbathiſatione vaſorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בירת שמאי אומרים וכו׳ *Scholaſtici Schammæi dicunt &c.* שורין Schorin, *Macerantes*, notum eſt, ſed דיו, Dejo, *Atramentum*, eſt nomen rei, quâ ſcribunt. Jam quod hic dicunt: non macerant atramentum, hoc notat, quod non macerent mixturam pulverum atramenti. Porrò סם Sam, eſt nomen radicis cujus vis, quæcunque etiam ſit de ſpeciebus radicum. Et habet in plurali numero סממנין ſammanin. כרשינין eſt *vicia (vel ſpelta: hanc ideò memorat h. l.)* quia ab initio macerant illam, & deinde comedendam præbent bobus.

ו בית שמאי אומרים אין נותנין אונין של פשתן לתוך התנור אלא כדי שיהבילו מבעוד יום ולא את הצמר ליורה אלא כדי שילקוט העין ובית הלל מתירין בית שמאי (a) אומר אין פורשין (b) מצודות חיה ועופות ודגים אלא כדי שיצודו מבעוד יום ובית הלל מתירין :

(a) Amſtelod. & Menaſſ. אומרים (b] Venet. & Amſtelod. פורסין.

6. Schola Schammai dicit: Non ponunt faſciculos lini in fornacem, niſi incaluerint, quum dies eſt, (ut albeſcant:) nec lanam in ahenum (ollam tinctoriam) niſi colorem receperit. Schola Hillelis (utrumque) permittit. Schola Schammai dicit: Non tendunt retia feris, avibus, aut piſcibus, niſi ut lucente adhuc die capiant. Schola Hillelis liberum facit.

R. OB. DE BARTENORA.

ב״ש אומרים אין נותנין וכו׳ *Schola Schammai dicit: Non dant &c.* אונין ſunt faſciculi lini excuſſi, quos clibano immittunt, ut dealbentur. שיהבילו i. eſt. ut incaleſcant ita, ut aſcendat de illis vapor. ליורה *in ollam*: ſc. Tinctorum. *Niſi receperit colorem*: i. e. niſi ut receperit colorem, dum adhuc dies eſt. *Permittunt* (Scholaſtici Hillelis:) ſc. immittere iſtam (lanam in illam (ollam,) dum adhuc dies eſt, ut recipiat (colorem) per totam noctem. Cæterum non permiſerunt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בירת שמאי אומרים וכו׳ *Scholaſtici Schammai dicunt &c.* אונין ſunt *faſciculi lini*, quos יבהילו h. h. *calefaciunt* tamdiu, donec aſcendat *ex illis* הבל *Vapor*. Nam Calor (*vel vapor*) in lingua Sapientum (*Thalmudicorum*) eſt הבל Habal. Cæterum ſolent, qui torrent linum, calefacere clibanos, & injicere in illos faſces (*vel fila*) lini poſt macerationem eorum in aquis & cinere. Poſtea contegunt illud veſtibus, donec albeſcat, יורה eſt *olla tinctoria*. In hoc non con-

miſerunt (iſtud) Scholaſtici Hillelis niſi de olla (tinctoria) remota ab igne. Quod ſi fuerit [adhuc] ſub illa ignis in Sabbatho, prohibita res eſt: ob caſum, ne fortè accipiat prunas. Præterea requiritur etiam; ut olla ſit clauſa & obſtructa luto: ob caſum; ne forte [quis] miſceat & vertat illam in Sabbatho, & reus fiat nomine coquentis.

conſentiunt Scholaſtici Hillelis, niſi ſub duabus conditionibus. Prior eſt; ut olla transferatur è loco, & non ſit ſub illa ignis: ne fortè accipiat prunas. Poſterior; ut ſit olla oblita h. eſt. ut os ejus ſit obturatum. Ob caſum: ne fortè moveat colorem in Sabbatho. לקלוט ארת העין Tז interpretamentum hoc eſt, *ut recipiat Colorem.* Senſus autem ut incipiat colorari.

בירת שמאי אומרים וכו׳ *Scholaſtici Schammai dicunt &c.* Hæc particula per ſe perſpicua eſt (*intelligitur.*)

ז בית שמאי אומרים אין מוכרים (a) לנכרי ואין טוענין עמו ואין מגביהין עליו אלא כדי שיגיע למקום קרוב ובית הלל מתירין :

(a) Amſtelod. לגוי

7. Schola Schammai dicit: Nihil vendunt alienigenæ, nec cum eo (beſtias) onerant, neque ſuper eum levant (onus in humeros) niſi in locum propinquum perrexerit. Schola Hillelis permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

ב״ש אומרים אין מוכרין וכו׳ *Schola Schammai dicit; nihil vendunt &c.*

Neque onerant cum illo: ſc. aſinum. *Neque ſuper eum levant:* ſc. onus in humeros ejus: nam apparet quaſi adjuvans eum, ut abſportet onus in Sabbatho.

Niſi in locum propinquum perrexerit, q. d. niſi locus, quo vult ſc. [onus] abſportare, ſit adeò propinquus, ut poſſit eo pervenire, dum adhuc dies eſt. *Schola Hillelis permittunt:* nimirum [hac cum conditione] ut exeat extra oſtium domus illius, dum adhuc dies ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בירת שמאי אומרים וכו׳ *Scholaſtici Schammai dicunt &c.* טוענין *Onerant cum eo:* Hæc eſt levatio oneris cum eo in dorſum beſtiæ. Sed מגביהין עליו *Levant ſuper ipſum*, notat Elevationem oneris ſuper humerum ipſius. *Locus vero propinquus*, hoc vult, ut perveniat alienigena in domum ſuam, aut locum habitationis ſuæ, ante introitum Sabbathi. Contra Scholaſtici Hillelis dicunt: ut exeat extra oſtium domus ipſius tantum.

ח בית שמאי אומרים אין נותנין עורות לעבדן ולא כלים לכובס (a) נכרי אלא כדי שיעשו מבעוד יום ובכולן בית הלל מתירים עם השמש :

(a) Amſtelod. גוי

8. Schola Schammai inquit: Non tradunt pelles Coriario, aut veſtes fulloni infideli, niſi interdiu parentur. At Schola Hillelis omnia concedit cum Sole, (dum adhuc oritur ſol.)

R. OB. DE BARTENORA.

ב״ש אומרים וכו׳ *Schola Schammai inquit &c.* לעבדן i. e. *Elaboratori pellium* [coriario.] *Permittunt cum ſole:* h. e. dum ſol adhuc eſt ſupra terram [ſeu] antequam occidat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בירת שמאי אומרים וכו׳ *Scholaſtici Schammai dicunt &c.* עבדן eſt, *qui elaborat* (*ſeu præparat*) *pelles.* כובס autem eſt, qui lavat cortinas veſtium lini (*Fullo:*) qui vocatur in lingua Sapientum (*Thalmudicorum*) קצר: & ſimiliter in lingua Arabica קצאר.

ט אמר רשב״ג נוהגין היו בית אבא שהיו נותנין כלי לבן לכובס נכרי ג׳ ימים קודם לשבת ושוין אלו ואלו שטוענין קורת בית הבד ועגולי הגת :

9. R. Schimeon fil. Gamalielis ait: Domi Patris mei ſoliti fuerunt, ut veſtem albam fulloni tribus ante Sabbathum diebus darent. Invicem ſibi largiuntur (Scholæ Schammai & Hillelis: vel inter eos convenit) licere onerare trabem trapetis & aſſeres rotundos torcularis.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר רש״בג וכו׳ *R. Schimeon filius Gamalielis ait &c.* Veſtis alba, utpote quæ dealbatu difficilior eſt, tres requirit dies. Arctius [quidem] ſe adſtringunt juxta Scholam Schammai. Interim non eſt deciſio juxta R. Schimeonem filium Gamalielis; ſed juxta Scholaſticos Hillelis, qui permittunt cum ſole. Conſentiunt verò Scholaſtici Schammai & Scholaſtici Hillelis [in hoc] quod onerent olivas, dum adhuc dies eſt trabibus trapetis. [Nimirum] poſtquam commoluerunt olivas, onerant eas trabibus gravibus, ut ſuccus continuè effluat ſponte ſua per totum Sabbathum. ועגולי *eſt torcularis:* iſta [inſtrumenta] torcularis vocantur עגולין h. e. *Rotunda*; quia ſunt aſſeres craſſi facti [ſ. formati] in rotunditatem. In his verò Scholaſtici Schammai conſentiunt cum Scholaſticis Hillelis; eò quod, etiamſi ea fiant in in Sabbatho, non inde tamen oriatur reatus peccati; propterea quod non imponant trabem ſuper olivas prius, quam commoluerunt ab initio molâ. Sic uvas calcant prius pedibus. Præterea etiam ſine trabe ſua exit ſponte: niſi quod non tam benè exit, ſicut iſto modo (quum trabs impoſita eſt.) Ideò (qui iſtud facit) non eſt idem cum triturante.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמר רבן שמעון בן גמליאל וכו׳ *Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis &c.* Veſtes albæ indigent lotione (*Fullonis*) magis, quam coloratæ. Ideò veſtes coloratas licet dare fulloni, etiam in veſpera Sabbathi; & quidem etiam juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis. Pro quo verò non eſt deciſio; ſed pro Schola Hillelis, quæ permiſit dare Veſtem, quæcunque illa ſit, fulloni cum ſole: modo cum illo determinet mercedem. *Trabs domus torcularis* (*trapetis*) eſt trabs torcularis. Senſus autem eſt, quod lapidem torcularis demittant ſuper ficus, & (*ſic*) relinquant eum, ut premantur & exprimantur per totum Sabbathum. Sic etiam circumducunt funes ſuper uvas calcandas (*torculari exprimendas*) eò uſque, donec exprimantur, & fluant per totum Sabbathum. עגול eſt nomen, denotans omnem rem rotundam apud ipſos (*Talmudicos.*) Licet itaque omnia iſta facere cum tenebris, (*cum tenebræ ingruunt veſpertinæ.*)

י אין צולין בשר בצל וביצה אלא כדי (a) שיצולו מבעוד יום אין נותנין פת לתנור עם חשכה ולא חררה על (b) גב גחלים אלא כדי שיקרמו פניה מבעוד יום רבי אליעזר אומר כדי שיקרום התחתון שלה :

10. Non aſſant carnem, cepam, aut ovum, niſi ut aſſentur intra diem. Panem fornaci non indunt ſub tenebras, nec placentam ſuper prunas (ponunt,) niſi ſuperior pars (facies) corticem contrahat intra diem. R. Elieſer inquit; niſi inferior (pars) corticem adſciſcere poſſit.

(a) Sic Menaſſ. Prag. & Amſtelod. ſed Venet. שיתבשלו · (b) Menaſſ. על גבי

R. OB. DE BARTENORA.

אין צולין בשר וכו׳ *non aſſant carnem &c. Ut aſſentur:* ſc. ſicut cibus filii Deroſai h. e. tertiam coctionis partem. Sic namque [jam] aptus erit comeſtioni. Præterea non timendum eſt, ne forte effervescat prunis. חררה eſt placenta prunarum (ſ. ſuper prunis cocta) *ut corticem contrahat:* ſc. prius ſuperiorem ejus partem coquunt, ut ſit ſicut cortex.* פניה *faciem ejus:* quæ ſc. verſus aërem ſpectat Clibani.

Ut corticem adſciſcat inferior (pars) ejus: quæ ſc. adhæret luto clibani (inferiori parti planæ, luto complanatæ.) Hæc namque (inferior pars panis) coquitur citius, quam corticem contrahat facies ejus, quæ verſus aërem clibani ſpectat; & quidem multo [citius.] Sed non eſt deciſio juxta R. Elieſerem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין צולין בשר בצל וכו׳ *non aſſant carnem, cepam &c.* חררה eſt *placenta.* יקרמו פניה Cruſtam contrahunt facies ejus: h. e. ut cruſtam contrahant, indurenturque facies (*exterior pars*) placentæ, quæ obvertuntur aëri clibani (*h. e. quæ ſuperior eſt pars.* Rabbi Elieſer quidem exiſtimavit, quod ſi vel maxime nihil de die ſuperſit, niſi quod ſufficiat, ut contrahant cruſtam facies ejus, adhærentes luto (*hoc eſt ſolo*) clibani; quæ indureſcunt citius, quam facies, quæ obvertuntur aëri clibani (*res ſit licita.*) Sed non eſt deciſio juxta R. Elieſerem. Quando dicunt כדי ita ut aſſentur, (*hoc volunt*) בכדי ſufficienter, ut poſſint comedi, licet non plane abſoluta fuerit coctura eorum.

יא משלשלין את הפסח בתנור עם חשכה ומאחיזין את האור במדורת בית המוקד ובגבולין כדי שתאחז האור (a) ברובן רבי יהודה אומר בפחמין כל שהוא :

(a) Venet. & Amſtelod. ברובו

11. Immittunt fornaci Peſach ſub tenebras: At ignem in pyra culinæ ſanctæ (templi Hieroſolymitani) ſuccendere licet (etiam obortis tenebris:) at in (reliquis locis) finibus (cogebantur ignem ſuccendere,) ita ut, intra diem, potiorem partem (lignorum) arriperet. R. Jehuda dicit; Prunas ſuccendunt, etiam minima ex parte (ſeu, quantulumcunque ſit, quod ignis apprehendat.)

R. OB. DE BARTENORA.

משלשלין את הפסח וכו׳ *immittunt fornaci Peſach &c.* Clibani eorum ſic habebant, ut os eorum ſuperius eſſet & dimitterent aſſandum in medium eorum. Hinc utitur textus voce משלשלים (quæ alias demittere ſignificat.) *Sub tenebras;* Quamvis enim, ut nos quidem exiſtimamus non ſolent vulgo aſſare iſto modo: [hic] tamen licitum eſt; quia filii ſocietatis [paſchalis] ſunt induſtrii, & colloquuntur inter ſe; ut adeo non deveniat [quiſquam illorum] eo, ut accipiat prunas.

Ignem ſuccendere licet: vel minima ex parte in lignis pyræ domus foci [ſ. culinæ.] Nec ſolliciti ſumus, ne forte eo progrediantur Sacerdotes, ut ſuccendant illum [ignem,] ex quo tenebræ obortæ fuerint. Nam Sacerdotes induſtrii [& cauti] ſunt. Domus foci fuit conclave magnum in atrio; in quo ſuccenderunt pyram perpetuam, ut Sacerdotes ibi caleſierent. Quandoquidem ambularunt nudis pedibus ſuper pavimento marmoreo. Cæterum in limitibus oportet hominem ſuccendere pyram ſuam, dum adhuc dies eſt, ut apprehendat ignis potiorem partem. Quanta autem exiſtimatur major pars? Ut aſcendat flamma ſponte ſua, nec opus ſit feſtucis exiguis ſub illa, ad ſuccendendum illam. Etiam prunas [vel carbones] quantulumcunque ſit [ſ. etiam minima ex parte:] nam quemadmodum, quod pyram domus foci attinet, minus adſtringimus in domo foci Sacerdotis: ſic etiam, quod ad focum prunarum, minus adſtringimus quoſcunque homines; ita ut non cogantur ignem in illis ſuccendere, niſi minima ex parte. Neque enim ſolet extingui, ſed augeri [ignis in illis,] ut nemo eo progrediatur, ut accipiat illas. Et deciſio quidem eſt juxta R. Judam, cum nemo ſit, qui illi contradicat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משלשלין את הפסח וכו׳ *ſuſpendunt Paſcha &c.* משלשלין id eſt, ſuſpendunt (*ſuſpendentes ſunt*) *cum tenebris,* (*cum obtenebreſcit*) quando incidit decima quarta [*dies*] in Niſan in veſperam Sabbathi (*diem Veneris.*) Neque caſum timemus, ne forte accipiat prunas, ad feſtinandam coctionem: Nam filii Societatis (*hoc eſt, qui ſocietatem fecerunt ad comedendum Paſcha*) ſunt viri induſtrii (*prompti ad obſervanda præcepta.*) Τὸ מאחיזין *apprehendere faciunt ignem,* ſignificat, accendere aut ſuccendere; quod initium fiat ab apprehenſione ignis. מדורה idem eſt ac יקידה aut יקוד hoc eſt *Focus,* ſed בית המוקד *domus foci* explicata eſt in Tractatu Thamid. Et eſt conclave, quod vocarunt domum foci: fuitque ibi focus ignis, ardens jugiter. Unde etiam appellatum eſt iſtud conclave domus-foci. Neceſſaria autem illa fuit, quia notum fuit per Traditionem, quod non ſufficiebat eſſet, ſine accenſione ignis ſuper altari omni die: licet ibi eſſet ignis de cœlo. Et hoc eſt, quod dicunt (*Rabbini noſtri.*) *Præceptum eſt (nobis,) ut afferatur ignis à Vulgari.* Permiſerunt itaque ſuccendere ignem in capitibus lignorum in iſto foco cum tenebris. Nec curamus, ſi forte emittat manum ſuam ad protrudendum ligna verſus ignem, ut plane comburantur, quum jam ingreſſum eſt Sabbathum, & nondum abſoluta eſt combuſtio: propterea quod Sacerdotes ſunt induſtrii (*ſc ad facienda præcepta.*) Verum in aliis locis non debent ſuccendere focum, niſi ita, ut accendatur ignis majori ex parte. *Et ſic dicunt, ut accendatur ignis majori ex parte, ante (ſc.) ingreſſum Sabbathi.* Quod tum cognoſcitur, quando flamma aſcendit à ſeipſa, ſine adjumento aut ſufflatione, & allatione lignorum exiguorum ſub eum. Cæterum non eſt deciſio juxta R. Jehudam, qui dixit, quod apprehendere debeat (*tantum*) ignis capita carbonum cum tenebris, nec opus ſit (*apprehendere*) majori ex parte.

פרק ב במה מדליקין ובמה אין מדליקין אין מדליקין לא בלכש ולא בחוסן ולא בכלך ולא בפתילת

Caput 2. Quonam (Lucernas) accendunt? Et quonam non accendunt? Non accendunt, neque muſco,

בפתילת האידן ולא בפתילת המדבר ולא בירוקה שעל פני המים (a) ולא בזפת ולא בשעוה ולא בשמן קיק ולא בשמן שרפה ולא באליה ולא בחלב נחום המדי אומר מדליקין בחלב מבושל וחכמים אומרים אחד מבושל ואחד שאינו מבושל אין מדליקין בו :

(a) Menaſſ. לא sine ו.

muſco, neque lino impexo, neque cortice bombycis (ſive ſerico,) neque filo ſalicis neque filo deſerti, neque muſco (ſive aurigine,) qui & ſuper aquis: neque pice, neque cera, neque oleo kik, neque oleo combuſtionis (profanato,) neque cauda (adipoſa,) neque adipe. Nachum Medus, accendunt, inquit, coɛto adipe. At Sapientes ajunt: ſive coctus ſit, ſive non coctus, non ſuccendunt eo.

R. OB. DE BARTENORA.

במה מדליקין וכו׳ *quonam accendunt &c.* ſc. lucernam Sabbathi, h. e. ex quo faciunt ellychnia & olea ad accendendum. *Non per* לכש: eſt ſpecies quaſi quædam lanæ in cedro inter corticem & inter lignum; vocaturque לכש. *Per* חוסן: h. e. linum, quod pexum non eſt. *Per* כלך: (כלך) eſt rejectamentum ſerici. *Per ellychnium* אידן: hoc (אידן) eſt quaſi quædam ſpecies lanæ, quæ in ſalice inter corticem & lignum eſt.

Per Ellychnium deſerti: hæc ſunt folia herbæ altæ, quam educant, ut illa accendant. *Per* ירוקה, *quæ eſt in ſuperficie aquarum:* Eſt etiam quaſi quædam lanæ ſpecies, quæ creſcit in lateribus navis, ubi hæc commorata fuerit per longum tempus in aquis. Hucuſque de rejectis ellychniis: deinceps de oleis rejectitiis. *Neque pice, neque cera:* ut ſc. non infundat quis picem liquefactam, aut ceram colliquatam in lucernam loco olei, & accendat. Verum, ut quis faciat (ex illis) inſtar ellychnii longi; quemadmodum quidam è cera facere ſolent; licitum eſt. *Neque oleo Kik:* oleum eſt, quod exit ex granis, quæ ſunt intra lanam vitis, quam vocant קוטון. Quanquam quidam intrepretantur, quod (קיק) idem ſit cum Kikajon Jonæ: quæ herba eſt, cujus folia ſunt ampliſſima, vocaturque in Arabica (lingua) כרוע. Oleum autem quod inde exit, valdè craſſum eſt. Cæterum quænam ratio eſt illorum ellychniorum, de quibus Sapientes dixerunt, quod non accendere illis debeant? (Reſp.) Propterea, quod lux obſcuratur illis, h. e. quod lux non penetret in ellychnium circumcirca introrſum. At oleis, quæ nominarunt Sapientes, propterea non ſuccendunt (lucernam,) quia non attrahuntur ab ellychnio. Unde quandoquidem lucerna non lucet clarè, ſolliciti ſumus, ne (quia) derivet oleum ad os uſque lucernæ, deprehendaturque accendens (in Sabbatho:) vel etiam ne fortè deſerat lucernam, & hæc extinguatur. Jam verò nobis hoc certiſſimum eſt, quod lucerna Sabbathi ſit neceſſaria ex debito.

Neque oleo combuſtionis: h. eſt. oleo Thrumæ, quod profanatum eſt. Quare verò vocatur oleum combuſtionis? Ideò, quod ad Combuſtionem aſſervetur; quandoquidem illicitum eſt comeſtioni. Cæterum pro die feſto, qui incidit in veſperam Sabbathi, nos laboramus. Nam, quando quis accendit lucernam, dum adhuc dies eſt, deprehenditur comburens oleum immundum Thrumæ in die feſto. Atqui nobis certiſſimum eſt, quod non comburere debeant ſancta in die feſto. Quandoquidem ſcriptum eſt (Exod. 12: 10.) Et reſiduum de illa (paſchali pecude) uſque ad manè igne comburetis. Quam Scripturam nos interpretamur ſic: Et reſiduum de illa uſque ad mane primum, uſque ad mane ſecundum aſſervabitur; & tum combures illud. Nam non comburunt in die feſto reſiduum. Idemque juris eſt omnibus reliquis ſanctificatis, quæ combuſtioni obnoxia facta ſunt.

At Sapientes ajunt: ſive coctus (adeps) *ſit*; *ſive non coctus, non ſuccendunt eo.* Atque Doctor prior Miſchnicus etiam dixit, *neque adipe*; ubi litera indicat quemcunque adipem. Verum enim verò hoc inter Doctorem Miſchnicum primum diſcriminis eſt, quod altera illorum (diſſentientium) pars exiſtimavit, licitum eſſe ſuccendere per adipem coctum, quando cum illo commixtum fuerit oleum, quantumcunque fuerit; altera verò pars dixit: ſi maximè commixtum fuerit oleum, (non ſuccendunt eo.) Cæterum ne Sapientibus quidem Gemaricis clarum fuit, utra illorum pars prohibuerit, aut permiſerit. Interim deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כמה מדליקין ובמה וכו׳ *Per quid accendunt, & per quid &c.* לכש *Muſcus*, eſt lana, quæ naſcitur in arbore Cedri. חוסן eſt *linum*, quod non eſt pexum. כלך eſt *ſericum*. פתילת האידן *Filium ſalicis*, eſt quaſi ſpecies lanæ, quæ naſcitur in ſpecie quacunque de ſpeciebus ligni (*orborum.*) פתילת המדבר *Filum deſerti*, ſunt folia herbæ, quæ (*homines*) educunt, (*plantant*) ut ſuccendant illis. ירוקה *Aurigo*, quæ eſt in ſuperficiebus aquæ, eſt quaſi ſpecies lanæ, quæ naſcitur in lateribus navium, quando dies multos in aquis commorantur. Cæterum poſtquam abſolvit (*Miſchnah*) jus quod ad fila, quibus prohibitum eſt, accendere in nocte Sabbathi: incepit commemorare olea, quibus (*etiam*) prohibitum eſt, accendere in nocte Sabbathi. Ubi זפת *Pix*, nota eſt. שעוה itidem nota eſt: *Cera* enim eſt. שמן קיק *Oleum Kik* eſt (oleum) ſeminum herbarum oleoſarum, vocanturque in lingua Arabica כרוע Oleum autem hoc eſt valdè craſſum. שמן שריפה *oleum combuſtionis*, eſt oleum Thrumæ, quæ immunda facta eſt. Vocatur autem ita propterea, quod non liceat illud comedere, atque adeò non uſui eſt; niſi ut comburatur, ſicut expoſuimus in tractatu Thrumoth cap. ultimo. Ratio autem quare prohibita eſt accenſio per fila iſta, eſt hæc, quod ignis non apprehendit illa. Sic etiam olea iſta non attrahuntur per fila (*ellychnia*) attractione juſta. Unde lumen lucernæ erit infirmum, & obſcurum; quin deſtituet illam, & extinguetur. Id verò illicitum eſt. Nam eſt regula apud nos: *Accenſio lucernæ in Sabbatho eſt* (*res*) *præcepti.* Ratio porrò prohibitionis olei combuſtionis reſpicit diem feſtum, qui incidit in veſperam Sabbathi; cum accenſio Lucernæ non debet fieri, niſi dum adhuc dies eſt. Hic itaque deprehenditur urens oleum combuſtionis in die feſto: quod vero prohibitum eſt. Siquidem non eſt licitum urere ſancta, quæ obnoxia facta ſunt combuſtioni propter immunditiem, aut propter rem aliam, in die feſto: propterea quod non permiſit Deus benedictus in die feſto, niſi cibum animæ (*hominis*) tantum. Inſuper dixit: Et reſiduum de illa (*pecude paſchali Exod.* 12: 10.) uſque ad manè igne comburetis. Ubi dicunt (*Doctores.*) Venit, (*id eſt voluit*) ſcriptura dare illis manè ſecundum ad combuſtionem; hoc eſt, ut combureretur poſtridie die feſti, non in die feſto. Et deciſio eſt juxta Sapientes, Thoſiphtha addit: Omnia iſta, quæ diximus, (*hoc volunt,*) quod non accendant illis (*lucernam*) in Sabbatho: interim facere poſſunt ex illis focum in Sabbatho. Sive ut calefiant coram illo, ſive ut utantur eo loco luminis, ſive etiam (*faciant*) ſuper ſolo, ſive ſuper candelabro. Nam non ſunt prohibita, niſi ſi facere velint filum (*ellychnium*) lucernæ.

ב אין מדליקין בשמן (a) שרפה ביום טוב רבי ישמעאל אומר אין מדליקין בעטרן מפני כבוד השבת וחכמים מתירין בכל השמנים בשמן (b) שומשמין

(a) Amſtelod. שריפה.

Non accendunt oleo Combuſtionis (profanato) die feſto. R. Iſmaël ait: Non accendunt reſina propter honorem Sabbathi. At ſapientes permittunt omnia olea (ſequentia:) oleum ſeſamorum, oleum nucum, oleum raphanorum, oleum piſcium, oleum

(b) שומשמין בשמן אגוזים בשמן צנונות בשמן דגים בשמן פקועות בעטרן (c) ובנפט רבי טרפון אומר אין מדליקין אלא בשמן זית בלבד :

(b) Venet. שומששמין (c) Amſtelod. בנפט.

oleum Colocynthidum (juxta Raſchi ; at juxta Ramb. abſinthii) reſinam, & naphtam. R. Tarphon inquit : non accendunt niſi ſolo oleo olivarum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מדליקין וכו׳ *non accendunt &c.* Hic habemus rationem ſuperioris Miſchnæ. Quaſi dicatur : Quare traditum nobis eſt : *neque oleo combuſtionis* ? (Reſp.) Quia non accendunt (lucernam) oleo combuſtionis in die feſto : ſiquidem non comburunt ſanctificata in die feſto.

Non accendunt בעטרן *reſina* : rejectamentum eſt picis, cujus odor valdè gravis eſt. Nihilominus attrahitur ab ellychnio magis, quam pix ; ideo quod tenue magis ſit. Idcirco, niſi in honorem Sabbathi (prohibuiſſent,) accenſuri eo fuiſſent. שומשמין : hoc illi nomen in (Arabica lingua.) Eſt autem ſemen exiguum, dulce, & quod in terra Iſrael frequens eſt.

Oleum צנונות *raphanorum*, eſt oleum, quod exprimitur ex ſemine raphani : פקועות ſunt cucurbitæ ſylveſtres. נפט *Naphta*, eſt ſpecies picis, & alba quidem ; ſed odor ejus gravis eſt. Cæterum deciſio eſt juxta Sapientes, quod accendant omnibus oleis, exceptis illis, quæ in ſuperiori Miſchna enumerata (& rejecta) fuerunt, & excepto etiam oleo opobalſami, atque naphtæ albæ : quia unumquodque iſtorum duorum oleorum quaſi avolat & comburitur (h. e. citiſſimè comburitur. Ubi ſolliciti ſumus, ne fortè (quis) deſerat illam (lucernam,) extinguaturque. Sed & alia adhuc ratio eſt, quare oleum opobalſami prohibeatur. Nimirum ob Caſum ; ne forte (quis) utatur de illo (ad alia.) Jam vero nobis certiſſimum eſt, quod quiſquis infuderit (in Sabbatho) oleum in lucernam, reus ſit nomine accendentis ; quiſquis vero utitur de illo, reus ſit nomine extinguentis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין מדליקין בשמן וכו׳ *non accendunt per oleum &c.* Jam (*ſupra*) expoſuimus rationem, propter quid prohibuerint accenſionem olei combuſtionis in die feſto. עטרן *Reſina*, nota eſt. Egreditur verò ex arboribus, ex quibus etiam egreditur pix. Prohibuerunt porrò illam, quia odor illius malus eſt. שומשמין *ſeſama* (*itidem*) nota ſunt. Eſt autem ſemen exiguum & dulce. שמן אגוזים *oleum nucum*, ſimiliter notum eſt. Nec non צנונות *Raphanorum.* פקועות in lingua Arabica vocantur עלקם : hoc verò עלקם, in lingua Hebræa eſt *abſinthium.* נפט Naphtha eſt ex ſpeciebus picis ; niſi quod alba eſt. Deciſio vero eſt juxta Sapientes, exceptis duobus oleis, quibus prohibitum eſt accendere in Sabbatho. Prius oleum eſt opobalſamum : idque propter præſtantiam ſuam ; ne forte ſe ungat (*quis*) illo : cùm tamen prohibitum nobis ſit diminuere quicquam de oleo, qui eſt in lucerna ; propterea quòd feſtinat tempus extinctionis ejus. Nam regula apud nos eſt : *Quicquid in cauſa eſt extinctionis, prohibitum eſt.* Alterum oleum eſt Naphtha alba ; quâ accendere propterea prohibitum eſt, quia volat & comburitur (*hoc eſt celerrimè comburitur.*) Unde (*quaſi*) aufugit ab illa (*lucerna,*) & (*hæc*) extinguitur.

ג כל היוצא מן העץ אין מדליקין בו אלא פשתן וכל היוצא מן העץ (a) אינו מטמא טומאת אהלים אלא פשתן פתילת הבגד שקיפלה ולא הבהבה רבי אליעזר אומר טמאה (b) ואין מדליקין בה רבי עקיבא אומר טהורה (c) ומדליקין בה :

(a) Venet. אין (b) Venet. & Amſtelod. טמאה היא (c) Venet. Amſtelod. & Menaſſ. טהורה היא.

3. Quicquid ex arbore naſcitur (ſive ligno,) eo non accendunt, niſi lino : & quicquid ex ligno egreditur, non impurum redditur impuritate tentoriorum, niſi linum. Filum ex veſte, quod homo duplicavit (ſive convolvit,) & non uſtulavit ; R. Elieſer dicit, immundum eſt, nec ſuccendunt illo. R. Akiba ait : mundum eſt, & ſuccendunt illo.

R. OB. DE BARTENORA.

כל היוצא מן העץ וכו׳ *quicquid ex arbore naſcitur &c.* Sc. ſic ut faciant ex illo ellychnium ; excepto lino, quod (etiam) lignum vocatur. Quemadmodum ſcriptum eſt (Joſ. 2: 6.) *& abſcondit eos inter lina ligni.* Nihilominus accendunt per ellychnium, quod faciunt ex eo. Cæterum Cannabis & lana vitis non ſunt exeuntia ex ligno ; ſed ſunt ſpecies ſeminis. Ideò ſuccendunt illis. Equidem etiam linum eſt ſpecies ſeminis, nec opus fuiſſet includere (iis, quibus accendunt,) niſi vocaretur lignum : ſicut ſcriptum eſt (loco allegato :) Et abſcondit illos inter lina ligni. *Non polluitur immunditie tentoriorum* : (nimirum) ſi quis ex illis fecerit tentorium, & mortuus aliquis fuerit ſub illo, ſunt ſicut reliquæ domus, nec requirunt aſperſionem aut lotionem : nam tentorium ipſum non recipit immunditiem ; ſed (tantum) vaſa, quæ ſub illo, excepto lino ; cujus tentorium ipſum polluitur. Quemadmodum ſcriptum eſt (Num. 19: 18) *Et aſperget ſuper tentorium.* Ubi diſcimus, quid אוהל *Tentorium* ſit, ex משכן *habitaculo* ; de quo ſcriptum eſt (Exod. 40: 10.) *Et expandit* אוהל *Tentorium ſuper* המשכן *Habitaculum.* Jam verò non fuit in tentorio habitaculi quicquam, quod egreditur ex ligno, niſi linum : Quemadmodum ſcriptum eſt (Exod. 26: 1.) *Decem cortinas è byſſo duplicata* (h.e.) quæ duplicata eſt eo modo, quo implicamus ellychnia. Uſtulavit ſc. ſuper flammam, ut areſieret, & melius arderet. Cæterum panniculo, in quo ſunt tres digiti in quadratum preſſi (ſ. præciſe,) uti ſolemus. *Immundum eſt.* nam duplicatio non eximit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל היוצא מן העץ וכו׳ *quicquid exit è ligno &c. Immunditiés tabernaculorum eſt hæc*, quando polluitur ipſum per mortuum, qui mortuus eſt in illo : Jam dixit Deus : *Et ſparget ſuper tabernaculum* (Num. 19: 18.) Quod expoſuerunt Sapientes (*Talmudici* ;) docuit (*ſeu intelligi voluit hoc*) de tabernaculo illo, quod polluitur per mortuum. Atqui non polluitur quodcunque tabernaculum per mortuum ; ſi fuerit enim tabernaculum ex lignis, aut ex lapidibus, aut extructum ex luto, non polluitur. Sed polluitur tabernaculum, ſi fuerit illud ex re aliqua texta, aut ex pellibus ; quemadmodum exponitur in Cap. 27. tract. Kelim. Nulla namque nobis res eſt, quæ egreditur è ligno, & polluitur, quando fuerit tabernaculum mortui ; niſi ſolum linum. Scimus hoc ex dicto ipſius (*Dei*,) de immunditie mortui : *& aſperget ſuper Tabernaculum* : quoniam (*alibi* 2 *Sam.* 7: 6.) dicitur, במשכן *in habitaculo.* Ubi expoſuit אהל *Tabernaculum*, per משכן *habitaculum.* Jam verò ſcis, quod אהל המשכן *Tabernaculum habitaculi* (*Moſaicum*) fuerit ex יריעות פשתים *Cortinis lini*, & cortinis piloꝛum textis, & pellibus : ut ipſa lex loquitur. Quod autem vocamus Linum עץ *lignum*, illud vox legis (*Scripturæ eſt* :) quando dicit (*Joſ.* 2: 6.) *Et abſcondit illos* בפשתי העץ *inter lina ligni.* Amplius exponetur tibi in capite 27. tract. Kelim, quod veſtis (*pannus*) ſi fuerint ſuper illa tres digiti ſuper tres digitos (*hoc eſt, in quadratum*) aut ultra hos ; quod (*inquam*) hæc polluatur per mortuum : nec minus polluatur per plagas (*lepræ* :) quod ſi minor

mit illud à lege veſtis, quum non uſtulaverit. *Mundum eſt:* eò quod (juxta illum) convolutum (ſeu duplicatum) exemtum ſit à lege veſtis, idemque cum illo, in quo ſunt tres digiti in quadratum. Jam verò, quicquid minus eſt tribus digitis in quadratum, mundum eſt; ita ut non polluatur ſive per plagas ſive per immunditiem mortui.

Non accendunt illo. De die feſto, qui incidit in veſperam Sabbathi, ſtudioſè obſervamus, quod conveniat in illum prohibitio deſtinati; nec accendant per fragmenta vaſorum quæ fracta ſunt die eodem, in quo facta ſunt. Sed (ipſis) vaſis accendunt; quandoquidem apta ſunt, ut transferantur. Item in univerſum cogitur, qui accendit, accenderé majorem partem ejus quod de ellychnio exit extra lucernam, antequam amoveat manus ſuas. Itaque ratio Rabbi Elieſeris, qui dixit: *non accendunt illo*, hæc fuit, quod exiſtimavit, duplicationem non exemiſſe à lege vaſis; quum ſi (quis) accendit illud, pro fragmento habeatur. Poſteaquam enim fuerunt tres digiti in quadratum compreſſi; factum (utique) eſt fragmentum vaſis. Quicquid namque tribus digitis in quadratum minus eſt, non eſt vas. Quando itaque accendit quis manibus, ad complendum majorem partem exeuntem (i.e. ita ut plenè ardeat major exiens) deprehenditur, quod accendat fragmentum vaſis, quod fractum eſt in die feſto. Nam quando dicimus: *accendunt vaſis*, præciſe ſic accipiendum eſt, ut non tangat (quis) illud, poſtquam diminutum eſt. At Rabbi Akiba dixit: *Accendunt illo.* Exiſtimavit namque quod duplicatio eximat à lege vaſis. Modo duplicet in veſpera diei feſti. Neque enim implicant ellychnium die feſto. Itaque non deprehenditur hic fragmentum, quod fractum ſit in die feſto: atque adeò accendunt illo. Et deciſio quidem eſt juxta R. Akibam.

ד לא יקוב אדם שפופרת של ביצה וימלאנה שמן ויתננה על פי הנר בשביל שתהא מנטפת אפילו היא של חרס ורבי יהודה מתיר אבל אם חברה היוצר מתחילה מותר מפני שהוא כלי אחד (a) ולא ימלא אדם את הקערה של שמן ויתננה בצד הנר ויתן ראש הפתילה בתוכה בשביל שתהא שואבת ורבי יהודה מתיר :

R. OB. DE BARTENORA.

לא יקואב אדם וכו׳ *ne perfcrato quiſquam &c.* שפופרת *Ovi*, eſt cortex durus ſuperior, intra quem ovum ipſum repoſitum eſt. *Ut deſtillet:* ſc. guttatim in lucernam. Ratio à caſu eſt; ne utatur de illo (oleo.) Jam verò, quandoquidem deſtinavit lucernæ, reus erit nomine extinguentis.

Quamvis etiam fuerit teſta figulina, quæ fœtida eſt. Licet ſic habuerit, nihilominus timemus. Quia namque ellychnium non ardet intra vas, in quo eſt oleum; eò [tacite) devenit, ut utatur de illo, exiſtimans, non eſſe hic (reatum) nomine extinguentis.

At R. Juda permiſit: nimirum non timuit, ne fortè eò deveniat, ut utatur de eo; quum videat oleum deſtillans ſuper ellychnium, quod infra illud. *Si tamen figulus ab initio hanc effinxit &c.* Idem juris eſt, ſi formaverit illam paterfamilias ex calce aut luto in veſpera Sabbathi. Nec ſollicitudine opus eſt; nam propter prohibitionem ejus in Sabbatho, (h. e. propterea quod prohibita eſt Sabbatho) abſtinebit ab illa.

Nec indito caput Ellychnii: (illud ſc.) quod exit ex latere ad hauriendum oleum, ut attrahatur per ellychnium uſque ad caput (ſeu extremitatem) ardentem. Indicat nobis Miſcha diſſenſum R. Jehudæ, & Doctorum noſtrorum circa teſtam ovi, & circa teſtam figulinam, nec non circa ſcutellam. Nam ſi indicaſſet nobis (tantum) teſtam ovi, dicere potuiſſem, de hac locuti ſunt (ſola) Doctores noſtri. Nam quandoquidem non eſt fœtida, eo deveniet, ut utatur de illo (oleo.) Quod vero ad figulinam; quum fœtida ſit, conſenſerunt R. Jehudæ. Sin (tamen) indicaſſet nobis figulinam: dicere potuiſſem: de hac R. Jehudah locutus eſt; Sed circa illam

minor ſit tribus digitis ſuper tres digitos, munda ſit, nec polluatur ulla re ex ſpeciebus immunditierum. Cæterum hoc fruſticulum veſtis (*panni*,) quod convolvunt, faciuntque ex illo filum (*ellychnii*,) circa quod diſſentiunt hic, eſt trium digitorum ſuper tres digitos præciſorum. Quando itaque convolvit (*quis*) hanc veſtem, & facit ex illa filum (*ellychnii*) R. Elieſer dicit, quod iſta convolutio nihil quicquam detraxerit illi, atque polluatur per plagas & per mortuum; quemadmodum fuit ante convolutionem. Sed R. Akiba putat, quod iſta convolutio exemerit illam, & liberaverit à lege vaſis; ideoque illa non polluatur per plagas: neque etiam per mortuum. Ratio diſſenſus utriuſque circa accenſionem fili (*ellychnii*) dicti in Sabbatho, eſt caſus de die feſto, qui incidit eſſe in veſpera Sabbathi. Ratio (*inquam*) diſſenſus eorum eſt, accenſio per illud in die feſto, qui incidit eſſe in Veſpera Sabbathi. Quia regula (*ſeu hypotheſis*) apud nos eſt: *Combuſtionem Vaſorum in die feſto licitam eſſe, ſed combuſtionem fruſtorum Vaſorum prohibitam eſſe*; propterea quod ſint (מוקצה) *ſeparatum quid*: quemadmodum exponetur in tract. Beza. Quin & alia nobis eſt regula (*ſ. hypotheſis*) *quod accenſio lucernæ in Sabbathis & in diebus feſtis requirat, antequam accendant ea, ut uſtulent partem eorum, nimirum filorum (ellychniorum;) & tunc debeant accendere ea.* Nam per hanc uſtulationem (*fiet, ut*) luceant lucernæ magis. Hinc R. Elieſer, qui ſtatuit, eſſe vas, concludit, quod, quando combuſſerit (*quis*) particulam illorum, futura ſint (*inter*) fruſta vaſorum. Jam verò non licere accendere per fruſta vaſorum. Verum R. Akiba dicit, quod non ſit vas apud ſe, ſed (*quaſi*) lignum vulgare: adeò, ut, quando accendat illud (*quis*,) lignum vulgare accendat; quoniam convolutio exemerit illud: Et (*ſane*) non eſt deciſio juxta R. Elieſerem.

4. Ne perforato quiſquam teſtam ovi, eamque oleo impleto, & ſuper os lucernæ ſuſpendito, ut deſtillet: quamvis etiam fuerit teſta figulina. At R. Jehuda permittit. Quod ſi tamen figulus ab initio hanc effinxit, licet; quia vas aliquod eſt. Ne impleto homo ſcutellam olei, ut ad latus lucernæ ponat: nec indito ipſi Caput Ellychnii, ut hauriat (oleum.) R. Jehudah permittit.

(a) Venet. & Amſteld. לא ימלא אדם קערה של שמן.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יקוב אדם וכו׳ *non perforabit homo &c.* שפופרת של ביצה eſt *Cortex ovi*, nimirum Cortex ſuperior durus (*teſta*.) Ratio autem quare Sapientes prohibuerunt illas tres res, ſc. teſtam ovi, & ollæ, & ſcutellam, eſt caſus dabilis, ut fortè utatur oleo illo, & ſit extinguens (*hoc eſt, ſit in cauſa extinctionis lucernæ*,) R. Jehudah quidem permiſit hoc: ideo, quod ipſe fecerat ejuſmodi quid coram Sapientibus, & hi non oppoſuerunt (*quicquam*) adverſus facta ejus. Unde putavit, quod eſſet licitum, facere iſtiuſmodi ſimpliciter, & ideo non prohibuiſſent illud ipſi. Non autem ſe ita res habebat, ſed quod tacuerunt, (*factum eſt*) propterea, quod non poterat fieri ab illo, ut emitteret manum ſuam in oleum lucernæ: nam illi viſuri fuiſſent eum. Aberat itaque ratio prohibitionis in iſto conventu: & ideo non oppoſuerunt adverſus illum (*quicquam*.) Hoc porro eſt, quod requirebatur à Doctore, ut probaret nobis diſſenſum illorum in tribus iſtis rebus. Siquidem non ſufficit nobis cognitio diſſenſus in uno illo; ſed in omnibus tribus. Si probaret nobis diſſenſum circa teſtam ovi tantum: diceremus, quod quoad teſtam ovi magis fieri poſſit; ut homo utatur de oleo ejus; & ideo circa illam diſſenſerint Sapientes, cùm non diſſenſerint in (*teſta*) ollæ. Item, ſi probaret nobis diſſenſum circa (*teſtam*) ollæ: diceremus ſimiliter; quod hæc ſola ſit, quam permiſerit R. Jehudah; propterea quod oleum ejus ſit impurum & reprobum, nec ullus homo ungatur illo; nihilominus teſtam ovi prohibitam eſſe. Item, ſi probaret nobis diſſenſum circa iſta duo, diceremus: hic permiſit R. Jehudah, quod non ſit inter illa & lucernas affinitas; nihilominus ſcutella, inter quam & lucernas eſt aliqua affinitas fili

(*elly-*

illam Doctoribus noſtris conſenſit. Rurſus ſi indicaſſet nobis utramque : dicere potuiſſem : de iis locutus eſt Rabbi Jehudah : propterea quod teſta ovi, & figulina immittantur in medium foraminis lucernæ ſuperius, ita ut nihil diſtinguat inter lucernam & illas. Ut adeo non timendum ſit, ne forte utatur ; ſed potius abſtinebit ab illo. Quod vero ad ſcutellam, quæ diſcrimen facit ; cum juxta lucernam ponitur ; ut adeo diſcrimen ſit, nec dici queat, quod illius pars ſit : conſenſit in hoc, ut timeamus. Sin tandem indicaſſet nobis hanc ; (dicere potuiſſem :) de hac locuti ſunt Doctores noſtri ; ſed circa iſtas duas conſenſiſſe Rabbi Jehudæ neceſſe eſt. Deciſio autem eſt juxta Sapientes.

(ellychnii,) prohibita eſt. Quare demonſtrare nobis debebat, quod diſſenſerint in omnibus. Deciſio interim eſt juxta Sapientes.

ה המכבה את הנר מפני שהוא מתירא מפני גוים (a) כפני ליסטיי מפני רוח רעה (b) מפני החולה שישן פטור כחס על הנר כחס על השמן כחס על הפתילה חייב (c) ורבי יוסי פוטר בכולן חוץ מן הפתילה מפני (d) שהיא עושה פחם :

5. Quicunque lucernam extinguit propterea, quod à gentilibus timet, aut à latronibus, aut propter malum ſpiritum, aut propter ægrotum qui dormit, innocens eſto : ſi (facit) tanquam lucernæ parcens, aut oleo parcens, aut parcens Ellychnio, reus. R. Joſe omnia hæc libera permittit, excepto Ellychnio, quia hoc prunulam facit (quum extinguitur.)

(a) Venet. ומפני Amſtelod. ומפני לסטים (b) Prag. & Menaſſ. מפני רוח רעה ואם בשביל החולה שישן (c) Venet. & Amſteld. רבי (d) Prag. & Menaſſ. שהוא.

R. OB. DE BARTENORA.

המכבה את הנר וכו׳ *quicunque lucernam extinguit &c. A gentilibus :* e. g. Perſis, qui non permittunt accendere ignem die feſto ſuo Idololatrico, niſi in æde idolorum ſuorum. *A Latronibus :* ne videant, ibi eſſe hominem & irruant in ipſum. *Propter ſpiritum malum :* qui invadit illum ; ita tamen, ut, quando non videt (lumen,) quies ipſi ſit. Sed Rambam interpretatus eſt Spiritum malum de genere aliquo ex morborum generibus, quod (morbi genus) contingere ſoleat iis, qui multum atræ bilis habent ; ita ut non quieſcant, niſi quando in tenebris ſedeant, & in loco ab hominibus ſolitario.

Aut ſi propter ægrotum, qui dormit, liber eſt : per hunc ægrotum intelligendus eſt (ejusmodi) ægrotus, qui periculoſè ægrotat. Nam ſi extinxerit (lucernam) propter ægrotum, qui periculoſe non ægrotat, reus erit. Quare ? Quia exiſtimavit hic Doctor Miſchnicus, propter opus, quod per ſe neceſſarium non eſt, reum (hominem) fieri. Atque ſic מפ׳ à gentilibus, à latronibus, propter Spiritum malum, omnia ita intelligenda ſunt, ſi quid periculi ſubſit. Cæterum æquum fuiſſet, ut (Miſchnicus) traderet, licitum eſſe, (non tantum liberum.) Verumenim verò quia oportebat tradere ſub finem, *Reum eſſe :* tradere ab initio voluit, *liberum eſſe.*

Tanquam parcens ellychnio, reus (eſto :) Si (nimirum) maximè opus habuerit ipſa extinctione, niſi in uſum alius rei, puta, ut non ardeat ellychnium, aut ut non rumpatur lucerna : attamen reus erit. Nam propter opus, quod non eſt per ſe neceſſarium, reus (homo) fit. Liberum pronunciat in omnibus (vel, libera omnia permittit,) excepto ellychnio : (nimirum) quia nunquam tibi erit extinctio per ſe ipſam neceſſaria, niſi extinctio prunarum, aut extinctio uſtulationis fili ; ubi quis perficit extinctionem, ut ignem citius apprehendat, quum voluerit illud (ellychnium) accendere. Sed deciſio non eſt juxta R. Joſe. *Quia hoc prunulam facit ;* h. e quia ille (qui iſtud facit) intendit nunc facere per extinctionem hanc prunam, ut uſtuletur ad lucendum melius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המכבה את הנר וכו׳ *qui extinguit Lucernam &c.* רוח רעה *Spiritum malum* vocant omnes ſpecies morborum, qui vocantur in Arabica *(lingua)* מלקוניא *(Melancholia.)* Nam eſt ſpecies ex morbis dictis, *(quæ facit,)* ut ægrotus fugiat, & abalienetur â natura humana in mediocri ſtatu conſtituta, quando videt lumen, aut quando in converſationem hominum venit : contra delectetur ipſe, & acquieſcat anima ipſius, in tenebris .. & in ſolitudine tempore paroxyſmi. Et res hæc deprehenditur multum in viris virtutibus præditis (*Hebr.* בעלי חמרות *quod etiam de hominibus magnæ ſtaturæ accipi poſſit. Sed iſtud malim ; quia melancholicus Spiritus multos egregios viros, laboribus & ſtudiis defagitatos vexat.*) Cæterum ſenſus hujus Miſchnæ ita ſe habet. Propter alienigenas, propter latrones, (&) propter ſpiritum malum פטור, *liber eſt ;* ſed ſi propter ægrotum, qui dormit ; מותר *licitum ipſi.* Propterea autem dixit פטור *liber eſt*, loco מותר *liciti*, quod deciſio in fine Miſchnæ eſt, חייב *Reum eſſe.* Jam verò non conveniens eſt, ut excidat è conditione מותר *liciti*, in conditionem חייב *Rei.* Porro *ægrotus* hic eſt, qui lethaliter ægrotat. Et conditio (*obſervanda eſt,*) ſi non poſſit eum transferre in locum alium, aut abſcondere lumen ab illo.

Quando verò dicitur : *ſicut parcens lucernæ, ſicut parcens oleo, ſicut parcens filo (ellychnio ;) Reus eſt :* Rabbi Joſe abſolvit in omnibus, excepto filo (*ellychnio*) quando itaque dicitur, חייב *Reus eſt*, ea eſt ſententia R. Jehudæ, qui ſtatuit, per opus, quod non neceſſarium ſit quod ad ſeipſum, reum (*hominem*) fieri. Atque ideò (*hic*) dixit, Reum eſſe : quandoquidem non intenderit extinctionem lucernæ ; niſi ideò, ut non combureretur teſta lucernæ, aut, ut non conſumeretur oleum. At R. Joſe ſtatuit, in opere, quod non eſt neceſſarium quod ad ſe ipſum, liberum eſſe (*hominem.*) Atque hinc ille abſolvit in omnibus, excepto filo (*ellychnii :*) Cum hac tamen conditione, ut conſtitutum habeat uſtulare, quod combuſtum eſt de illo, ut luceat melius, quando accenſurus eſt eam (*lucernam*) ſecunda vice. Tunc enim erit opus quod neceſſarium eſt, quod ad ſeipſum ; ſed deciſio non eſt ſecundum R. Joſe.

ו על שלש (a) עברות נשים מתות בשעת לידתן על שאינן זהירות בנדה ובחלה ובהדלקת הנר :

6. Ob tria peccata mulieres tempore partus moriuntur : quando non cautæ ſunt in ſeparatione menſtrua ſua, placenta, & accenſione lucernæ (Sabbathicæ :)

(a) Amſtelod. עבירות

R. OB. DE BARTENORA. על שלש עברות וכו׳ *ob tria peccata &c. Tempore partus ſui :* (ſc.) in tempore periculi præparata eſt vindicta illarum. *Placenta & accenſione lucernæ :* propter quod iſta ſunt negotia domeſtica ; illi verò (mulieri cuivis,) ſi modo domi inventa fuerit, competunt.

ז שלשה דברים צריך אדם לומר בתוך ביתו ערב שבת עם חשכה עשרתם ערבתם הדליקו את הנר ספק חשכה ספק (a) אין חשכה אין מעשרין את הוודאי ואין מטבילין את הכלים ואין מדליקין את הנרות אבל מעשרין את הדמאי ומערבין וטומנין את החמין :

(a) Amſtel. אינו

7. Tria verba unicuique in Veſpera Sabbathi domi ſuæ dicenda ſunt oborientibus tenebris: Decimaſtiſne ? Paraſtiſne mixtionem ciborum ? Accendite lucernam. Si dubium fuerit, obortæ ſint tenebræ; nec ne ? non decimare amplius licet, quod decimatum nondum eſſe conſtat, nec vaſa eluere, nec lucernam accendere: ſed tamen decimare dubium, & miſcere mixturam (atriorum,) & calidas aquas abſcondere (licet.)

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה דברים וכו׳ *tria verba &c. Dicenda homini ſunt domi ſuæ :* dicenda autem illi ſunt placidè; ſic namque (libenter) accipient ab illo (obedient.) *Oborientibus tenebris :* h. e. quum jam tenebræ prope quidem ipſi ſunt; attamen adhuc ſpatium die ſupereſt, ad decimandum, & commiſcendum (Sabbathicè:) non autem diu ante tenebras; ne fortè transgrediantur, dicantque adhuc (multum) ſpatium de die ſupereſt. *Decimaſtiſne ?* ſc. pro menſa Sabbathica; quandoquidem etiam comeſtio fortuita in Sabbatho adſtringit ad decimandum. *Paraſtiſne mixtionem (ciborum?)* pro terminis ſc. & atriis. Gæterum duo hæc congruum erat dicere per modum interrogationis; quia fieri poteſt, ut jam fecerint. Sed de lucerna non erat congruum; Accendiſtiſne lucernam ? quia res eſt, quæ in oculos incurrit; accenderitne quis, vel non accenderit ?

Si dubium fuerit obortæ ſint tenebræ, nec ne ? Ab initio occaſus ſolis, quamdiu quidem apparebit unica tantum ſtella, ſine dubio adhuc dies eſt. Quamdiu verò apparent duæ ſtellæ mediæ magnitudinis, eſt dubium, ſint tenebræ obortæ, nec ne? vocaturque בין השמשות *inter ſoles.* Onerant autem (iſtud dubium tempus) tam rigoroſis conſtitutionibus de die, quam rigoroſis conſtitutionibus de nocte. Ex quo autem apparent tres ſtellæ mediæ magnitudinis, ſine dubio nox eſt. De quacunque autem re non decimant id, quod certò non decimatum eſt; quia iſtud eſt correctio excellentior. Quamvis verò non ſit prohibitum, niſi per conſtitutionem Doctorum Sabbathicam; nihilominus exiſtimavit hic Doctor Miſchnicus, quod ſolliciti fuerint de conſtitutione Sabbathica etiam inter ſoles.

Nec vaſa eluere (licet:) nimirum ad eximendum illa ex immunditie. Nam ejuſmodi (qui iſtud facit,) eſt quaſi qui vas reparat. De hoc verò ne quidem ulla eſt conſtitutio Doctorum Sabbathica. *Neque lucernas accendere :* quemadmodum (quidam) dicunt, quod dubium legis iſtud ſit. Quod tamen ſi ita; tradere illud (h.l.) non eſſet neceſſe. Doctores itaque noſtri interpretati ſunt τὸ neque accendere lucernas, quod non liceat dicere gentili, ut accendat.

Sed tamen decimare (licet) *dubium :* neque (qui iſtud facit) ſimilis ſit ei, qui aliquid corrigit. Plerique namque de vulgo decimant. Imo commiſcent Sabbathicè atria: quod vulgo plus eſt. Non tamen (commiſcent) terminos: quod hic fundamentum habeant ex Scriptura.

Et calidas aquas abſcondere : ſc. per rem, quæ non auget calorem. At ſi per rem, quæ calorem auget, (quis abſconderet,) ſi maximè, dum adhuc dies eſt, tamen prohibitum illi eſt. Ratio autem, quare abſcondere liceat aquas calidas per rem, quæ non auget calorem, inter ſoles, eſt hæc, quod non prohibuerint (Doctores) abſcondere aquas calidas, etiam in Sabbatho ipſo, per rem, quæ non auget calorem: niſi ob caſum, ne forte (quis) inveniat ollam ſuam, quod frigida facta ſit, & calefaciat rurſus igne: deprehendaturque coquens in Sabbatho. At inter ſoles extimeſcendum non eſt ejuſmodi quid: quia communiter ollæ inter ſoles ſunt ferventes, cura opus eſt, ne forte (aliqua) frigida ſit facta, & (quis) fervidam eam faciat. Hinc eſt, quod abſcondunt aquas calidas inter ſoles: etiamſi non abſcondant in Sabbatho.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלושה דברים צריך וכו׳ *tribus ſuper rebus debet &c.* הוודאי eſt טבל *Non-decimatum :* quod eſt res, de qua decimæ datæ non ſunt, neque detraxerunt ab illa ſtatutum inter ſtatuta Dei, ſed דמאי eſt res, de qua dubitatur: detraxerintne ab illa decimas; an verò non detraxerint ? Cæterum præmiſſa ſunt jam hæc omnia jura in tractatu Demai cap. 1. Et (*nos*) expoſuimus in cap. 2. tract. Thrumoth, quod prohibitum ſit detrahere Thrumoth, & decimas, nec (*permittatur*) ablutio vaſorum, in Sabbatho: quod amplius, & ratio ejuſdem, explicabitur tibi in tractatu Beza. Atque hinc (*etiam*) prohibitum, facere illa intra ſoles; propterea quod hoc (*tempus*) ſit dubium. Et hoc eſt, quod dicunt hic: *Fortè ſunt tenebræ, forte non ſunt tenebræ.* Porro עירוב *Mixtura* hæc, de qua dicitur, quod licitum ſit, eam ſuſcipere intra ſoles, eſt mixtura atriorum. Verum mixturam terminorum ſuſcipere tempore dubio, prohibitum eſt; ſed (*fieri debet*) dum adhuc dies eſt. Idque ideo, quod conditio ejus ſit graviter (*majoris momenti:*) ſicut exponemus in (*tract.*) Erubin. Permiſerunt vero ſimiliter abſconſionem calidarum, h.e. aquarum calidarum intra ſoles; quia ne quidem prohibuerunt abſconſionem (*ſeu contectionem earundem*) in ipſo Sabbatho: quanto ergo minus intra ſoles ? Niſi fortè propter caſum: ut infra exponemus. Qui tamen caſus revera in Sabbatho (*datur:*) non autem intra ſoles. Tandem ſcito, quod poſt occaſum ſolis, donec appareat ſtella (*una*) de ſtellis mediæ magnitudinis, vocetur (*adhuc*) dies. Ex quo autem apparuit ſtella una, uſque dum appareant duæ; itidem (*adhuc*) dies eſt. Sed ex quo apparuerunt duæ, uſque dum appareant tres, eſt tempus intra ſoles. Quando denique apparuerint tres, non eſt ſine dubio. Jam regula (*ſ. hypotheſis*) eſt apud nos, quod intra ſoles ſit (*tempus*) dubium. Sed (*alibi*) magis explicabuntur hæc jura.

פרק ג כירה שהסיקוה בקש ובגבבא נותנים עליה תבשיל בגפת ובעצים לא יתן עד שיגרוף או עד שיתן את האפר בית שמאי (a) אומרים חמין אבל לא תבשיל ובית הלל אומרים חמין ותבשיל בית שמאי אומרים נוטלין אבל לא מחזירין ובית הלל אומרים אף מחזירין :

Cap. 3. Kiræ, quam ſuccendunt (ad fervendum) palea aut ſtipula, coctile indunt: ei, quam fracibus aut ligno (ſuccendunt) ne indito quis, donec everrerit (ex ea prunas,) aut (fracium & ligni prunis) cinerem inſperſerit. Schola Schammai inquit: (Licet ponere eô) calidas (aquas;) non autem coctile. Schola Hillelis: Calidas aquas & coctile. Schola Schammai dicit: ponunt quidem eò, ſed non reponunt. Schola Hillelis pergit: Etiam reponunt.

(a) Venet. אומר & ſic quater in hac Miſchnâ, pro quo in Prag. Amſtel. & Menaſſ. אומרים.

R. OB. DE BARTENORA.

כירה שהסיקוה וכו׳ *Kiræ, quam ſuccendunt &c.* כירה eſt locus factus in terra, ut ſufficiat appoſitioni duarum ollarum, inter quas duas ollas ignis interpoſitus ſit. גבבא: ſunt ligna minuta ſimilia ſtipulæ, quæ colligunt in agro. *Coctile indunt illi* (ſeu ponunt in illa:) nimirum in veſpera Sabbathi, ut relinquatur ibi per Sabbathum. גפת *Fracibus*: ſunt hæc rejectamenta olivarum, & ſeſamorum, poſtquam expreſſerunt (ex illis) oleum. *Ne indito quis* (ne ponat quis in illa:) ſc. in veſpera Sabbathi, ut commorari faciat illud ibi in Sabbatho.

Donec everrerit: nimirum prunas, ut removeantur ex Kirah, aut injecerit cinerem ſuper prunas ad contegendum eas, & extinguendum. Ratio eſt à caſu; ne forte (quis) accipiat prunas in Sabbatho, ut feſtinet cocturam ejus. Id vero ſolummodo de coctili (accipiendum eſt,) quod non, quantum oportet, coxit: aut ſi utique quantum oportet, coxit, contractum tamen eſt. De quo benè fit, quod ſolliciti ſumus; ne accipiat. Sed coctile (ſeu pulmentum,) quod (quis) planè non coxit, aut quod coxit, quantum oportet, ſed ita contractum eſt, ut non (amplius) ipſi ſapiat, licet facere commorari ſuper Kirah, ſi maximè nec everſa nec decinerata fuerit. Nec ſolliciti ſumus, ne fortè accipiat (homo prunas:) quandoquidem avertit ab illa animum ſuum. Sic etiam ſe habet coctile, quod quidem, quantum oportet, coctum eſt, ſed injecit in illud membrum (ſeu fruſtum carnis) crudum propè inter ſoles: quomodo omnia facta ſunt tanquam coctile, quod planè non eſt coctum. Siquidem animum ſuum ab iis avertit.

Schola Schammai inquit: aquas calidas: ſc. ponere poſſunt ſuper Kiram, poſtquam (aliquis everrit,) quippe quæ coctura opus non habent, nec eſt ut timeatur, ne forte (quis) accipiat (prunas.) *At non ſic coctile*; etiamſi everrerit. Nam fieri non poteſt, ut quis everrat omnes prunas, uſque dum non relinquatur ibi vel ſcintillula unica. Atqui (tum) eo devenire quis poteſt, ut accipiat, ubi illi placuerit coctura.

Schola Schammai ajunt: Auferunt &c. ne quidem aquas calidas, quas licitum eſt commorari facere ſuper Kirâ everſa, aut cui quis cinerem injecit, poſtquam inde abſtulerunt, reponunt (eò:) quia apparet tanquam coquens in Sabbatho. At Scholaſtici Hillelis dicunt, ſive aquæ calidæ fuerint, ſive coctile aliquod, poſſunt reponere, poſtquam abſtulerunt. Non tamen permiſerunt Scholaſtici Hillelis reponere, niſi quamdiu in manu adhuc illius (auferentis) fuerint, ita ut non poſuerit illa ſuper alia re. Verum ſi quando poſuerit illa in ſolo aut ſuper alia aliqua re, prohibitum eſt illa reponere, etiam juxta Scholaſticos Hillelis. Ut adeò ſit, (qui iſtud facit,) idem cum eo, qui ſimpliciter (ſeu primum) in Sabbatho condit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כירה שהסיקוה בקש וכו׳ *in Kiram, quam ſuccenderunt palea &c.* Indunt illi; volunt dicere: indunt à veſpera Sabbathi, ut maneat in illa uſque ad craſtinum (*Sabbathum.*) Cæterum Scholaſtici Hillelis permittunt aſſervare in olla modo dicta calidas (*aquas*) & coctile (*ſeu pulmentum.*) At Scholaſtici Schammai prohibent aquas tantum. Scholaſtici Hillelis dicunt: Reponunt (*licitè*) in Sabbatho ſuper everſam aut cinere conſperſam (*Kiram: quæ quid ſit, infra dicetur:*) ſive ſit Kirah, quam ſuccenderunt palea, ſive (*quam*) ſtipula. Sed Scholaſtici Schammai dicunt: non reponunt ullo modo. Quod tamen dicunt Scholaſtici Hillelis, reponere; (*eſt intelligendum*) cum hac conditione, ut non requieſcat olla ſuper ulla re, ſed ſit in aëre, donec effundat (*aliquid*) ex illa, & tunc reponat illam. Quod præterea dixerunt Scholaſtici Hillelis, quod prohibitum ſit, ſervari coctile (*ſeu pulmentum*) ſuper (*vel in*) Kederah, (*fortè, Kirah,*) olla, niſi ſit ſuccenſa palea, aut ſtipula; aut ſi ſit everſa vel cinere conſperſa: id (*accipiendum eſt*) de coctili, quod coctum eſt ſemiplenâ coctione ſua: propter quod damus caſum, ne fortè accipiat (*quis*) prunas ad perficiendam coctionem ejus. At ſi non coctum ſit ulla ex parte, adeò ut deſperent de coctione ejus uſque ad manè; aut ſi non perfici poteſt coctio ejus eo uſque, ut non opus ſit igne, & ignis potius corrumpit illud; tum licitum eſt, ſervari illud ſuper prunis, nec opus ignem removere. Atque hoc eſt, quod dicunt: donec converrerit. Quin nec opus (tum) eſt, injicere cinerem ſuper prunas, ut extinguantur. Hoc eſt, quod dicunt: donec dederit cinerem. Vocant autem hanc (*Kiram*) קטומה Ketumah. Nam Chaldaicè דשן dicitur קטמא Kitma. Hic autem (דשן) eſt Cinis. Quando verò (*coctile*) cogitur, *ut ſit coctum, & non ſit coctum* (*hoc eſt, ut nec coctum nec non coctum vocari poſſit;*) injiciunt illi tempore abſconſionis rem crudam, e.g. carnem aut olus: atque tum erit licitum, ſervari illud ſuper prunis, propterea quod animum ſuum avocavit (*homo.*) קש eſt *palea.* גבבא eſt *fimus agrorum* (*res inutilis agrorum, ut ſtipula, quæ non prodeſt, niſi ad ſtercorandos agros.*) גפת ſunt *feces olivarum*, relictæ poſt egreſſionem earum, & extractionem olei earum.

ב תנור שהסיקוהו בקש ובגבבא לא יתן בין (a) מתוכה בין מעל גביו כופח (b) שהסיקוהו בקש ובגבבא הרי (c) זה ככיריים בגפת ובעצים הרי הוא כתנור:

2. Si quem furnum ſuccendunt palea & ſtipula, nihil nec in eum, nec ſuper eum ponunt. Kuppach Furnulus (unius ollæ,) quem incendunt palea & ſtipula, eſt idem cum Cirajim h. e. foculo duarum ollarum. (Et licet ut ſupra Miſch. præced.) At quem fracibus & ligno, idem cum furno habetur, (ſive idem jus cum furno habet.)

(a) Venet. Amſtelod. Menaſſ. מתוכו (b) Venet. שהסיקוהו vitioſè. (c) Amſtelod. & Menaſſ. הרי הוא.

R. OB. DE BARTENORA.

תנור שהסיקוהו וכו׳ *ſi quem furnum ſuccendunt &c.* תנור (*ſi quem*) Furnum: Quandoquidem (furnus) eſt anguſtus ſuperius, & latus inferius: ideo continetur calor ejus intra eum melius, quam intra *Kiram*. Et licet calefecerint illum ſtipulis aut feſtucis, timemus tamen, ne fortè accipiat aliquis (ignem:) in perpetuum namque non avertet animum ſuum ab illo. בין מגביו *vel ſuper eum*: h. e. propè ad latus ejus. כופח *Kuppach*, eſt factus ſicut *Kira*, niſi quod longitudo ejus æqualis eſt latitudini ejus: nec eſt in illo niſi ſpatium appoſitionis ollæ illius, ut ignis ſub illa ſit. Cæterum calor ejus major calore *Kiræ*: ideò, quod *Kira* apta ſit ſuperius ſpatio duarum ollarum; *Kuppach* autem non ſit apertius niſi ſpatio unius ollæ. Idem tamen (calor hujus) minor eſt calore furni.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תנור שהסיקוהו בקש וכו׳ *Furnus, quem ſuccenderunt palea &c.* כופח eſt, cujus ignis eſt minor, quam ignis furni; major tamen, quam ignis Kiræ. כירה eſt locus extructus in terra, ad diſponendum in illo duas ollas, ita ut ponant ignem ſub duabus ollis in Kirah una. At כופח eodem quidem modo extruitur in terra; ſed eſt locus, in quem diſponunt (*tantum*) unam ollam, ſub quam ponant ignem. Atque ideo major eſt calor Kophachi, quam Kiræ; propterea quod ignis dividatur ſub duas ollas in Kirah.

ג אין נותנין ביצה בצד המיחם בשביל שתתגלגל ולא

3. Non licitum eſt ovum in latus calefactorii ponere,

ולא יפקיענה בסודרין ור׳ יוסי מתיר ולא יטמיננה בחול ובאבק דרכים בשביל שתצלה :

nere, ut ex parte aſſetur. Nec involvere id ſudariis. R. Joſe hoc concedit. Nec in arena aut pulvere viarum abdunt, ut aſſetur.

R. OB. DE BARTENORA.

אין נותנין ביצה וכו׳ *non licitum eſt ponere ovum &c.* Sc. in Sabbatho. *Ovum ad latus* המיחם *Calefactorii :* Cucuma ahenea eſt, in qua calefacere ſolent aquas ſuper igne. שתתגלגל h.e. ut aſſetur ex parte, ita ut ſit מגולגלת *Voluta*, h. e. commixta. *Nec* יפקיענה *ſudariis*; h.e. nec ישברנה *franget illud ſuper ſudario*, quod calefactum eſt in ſole, ut in eo aſſetur. Concludimus namque proles (quas vocant) ſolis, ſunt etiam proles ignis. Sed R. Joſe permiſit. Putavit namque, quod non concludere debeamus: Proles ſolis ſunt etiam proles ignis; Sed non eſt deciſio juxta R. Joſe.

Nec in arena aut pulvere viarum illud abſcondet: quæ ſc. calefacta ſunt à caloris ſolaris intenſione. Atque hoc non permiſit etiam R. Joſe. Concluſit enim, quod arena ſit ſicut cinis ignitus. Nam quoniam ſimilia ſibi invicem ambo ſunt quod ad abſconſionem, conſequens eſt dicere: *quid mihi cinis ignitus? Quid mihi arena?* (h. eſt. unum idemque habentur:) Iſto ſuppoſito, timuit jam R. Joſe, ne forte (quis) moveret pulverem loco ſuo: (aut) ne fortè non eſſet ibi arena omni ex parte (à pulvere) ſeparata, deveniretque eò (quis,) ut removeret pulverem adhærentem, fieretque proles arantis.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

אין נותנין ביצה וכו׳ *non dant ovum &c.* מיחם eſt nomen Vaſis, in quo calefaciunt aquas. Eſtque factum ex Ære aut ferro plerumque, ut relinquatur calidum (*diu*,) poſtquam removerint illud ab igne. Τὸ תתגלגל alias eſt תתערב *commiſcetur*. Denotat autem, quod coctum ſit ſemiplena coctione. סודר eſt *veſtis* (*aliqua*; *ſudarium*.) Cujus pluralis eſt, סודרים. Cæterum quum fuerit ſudarium calidum, & calefactum (*quidem*) in ſole; non ſemiplenè coquitur in eo ovum. Non itaque diſſentit R. Joſe circa ſudarium, quod calefactum eſt ad ignem, quod interdictum ſit, aſſare per illud; ſiquidem omnes confitentur de omni (Calore) qui ab igne proficiſcitur, quod prohibitus ſit. Sed diſſenſus eſt circa id, quod Calefactum eſt in ſole. Doctores prohibent illud (*ovum*) ne (*fortè etiam*) ſemiplenè coquatur, per Calorem ab igne profectum. Sed R. Joſe non admittit hanc caſus ſollicitudinem, ſic etiam R. Joſe non diſſentit circa arenam & pulverem viarum, quod prohibitum ſit abſcondere (*contegere*) ibi ovum ad coquendum; ſed non ideo (*prohibitum putat*, quod Calefacta ſint à ſole, ſed propter tranſlationem (*ſ. remotionem*) pulveris, quæ prohibita eſt juxta omnium ſententiam. Non tamen eſt deciſio juxta R. Joſe.

ד מעשה שעשו אנשי טבריא והביאו סלון של צונן לתוך אמה של חמין אמרו להן חכמים אם בשבת כחמין שהוחמו בשבת (a) אסורין ברחיצה ובשתיה (b) בי״ט כחמין שהוחמו בי״ט (c) אסוריי ברחיצה ומותרין בשתיה מוליאר הגרוף שותין הימנו בשבת אנטיכי אף על פי שגרופה אין שותין (d) ממנה :

4. Factum, quod Cives Tiberiadis fecerunt. Hi adduxerunt canalem frigidæ in foſſam calidarum. Dixerunt iis ſapientes: Si in Sabbatho (adducitur frigida,) pro calidis habetur, quæ in Sabbatho calefactæ ſunt, & prohibitæ ſunt ad lotionem & potum: Sin in die feſto, pro calidis feſto die calefactis, quæ prohibitæ ſunt ad lotionem, non ad potum. Ex Vaſe, Muljar dicto, terſo, in Sabbatho bibunt. Ex Antichi dicto, etiamſi terſo, non bibunt.

(a) Venet. & Amſtelod. ואסורין (b) Amſtelod. אם בי״ט Menaſſ. ואם ביום טוב (c) Venet. & Amſtelod. ואסורין
(d) Τὸ ממנה abèſt in Venet. & Amſtelod.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשה שעשו וכו׳ *factum, quod fecerunt &c.* סלון eſt *Canalis*, in quem aquas deducunt. Fuit autem iſte Canalis immiſſus in Thermas Tiberiadis, & calefactus fuit ab intenſione (intenſo calore) iſtarum Thermarum. Quando deinde aquæ frigidæ deductæ fuerunt intra illud, calefactæ ſunt in ipſo canali illo, qui calefactus eſt in aquis Tiberiadis. Jam Sapientes dixerunt, quod aquarum, quæ in illum canalem deductæ ſunt in Sabbatho, idem jus eſſet cum jure aquarum calidarum, quæ calefactæ ſunt in Sabbatho: quæ (nimirum) prohibitæ ſunt, ne quis lavet illis vel minimum membrum, imò etiam prohibitæ ſunt bibitioni. Quod (porrò) aquarum, quæ tranſibunt per illum in die feſto, idem jus eſſet cum jure aquarum calidarum, quæ calefactæ ſunt in die feſto: quæ prohibitæ quidem ſunt, ne quis lavet in illis totum corpus: licitum tamen eſt lavare illis facies ſuas, manus ſuas, & pedes ſuos; nec non licitum eſt eas bibere. Cæterum deciſio eſt juxta Sapientes. Ideoque ad ſe ipſos redierunt cives Tiberiadis, confregeruntque canalem.

מוליאר *Muliar* in Gemara ſic expoſuerunt, quod aquæ ſint ab interiori parte, & prunæ ab exteriori; ſitque vas, quod habeat receptaculum ad latus ſuum ab exteriori parte ipſi conjunctum, quo imponant prunas, cum aquæ ſint in receptaculo majori. Jam quando everrerunt illud à prunis, quum adhuc eſſet dies, bibere poſſunt de aquis, quæ in receptaculo majori ſunt, in Sabbatho; licet calefactæ fuerint aliquo modo per vas: propterea quod non tam augeat calorem, quam conſervet, & durare faciat fervorem earum, ut non frigeſiant.


אנטיכי

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעשה שעשו אנשי וכו׳ *factum, quod fecerunt viri &c.* סלון eſt *Canalis rotundus*, qui factus eſt è luto, aut plumbo, aut aliis rebus; Thermæ autem Tiberiadis notæ ſunt (*hactenus*,) quod aquæ earum omnes fuerint balnea calida per naturam ſuam. אמה eſt nomen foſſæ aquarum, quas deducunt ex illa, & canali illius. Fuerunt autem Canales immerſi in aquas Balneorum, & calefiebant: atque aquæ, quæ deducebantur per ipſos canales, calidæ fuerunt. Sapientes itaque reputarunt aquas has calidas in Sabbatho, ſicut aquas calidas, quæ calefiant in Sabbatho, quæ ſunt prohibitæ in Sabbatho, ſive ad bibendum, ſive ad lavandum in illis etiam membrum nimirum (*unum*) ex membris Corporis. At in die feſto, (*reputarunt*) ſicut aquas calidas, quæ calefiunt in die feſto, quæ licitæ tam ad bibendum, quam ad lavandum faciem, manus, aut pedes ſuos; prohibitum tamen, lavare illis totum Corpus ſuum. Scito verò, quod aquæ calidæ, quæ calefactæ ſunt à veſpera Sabbathi, licitæ ſint in Sabbatho, ad lavandum illis faciem, manus & pedes ſuos. Sic etiam aquæ calidæ, quæ calefactæ ſunt à veſpera die feſti, ſunt licitæ in die feſto, ad lavandum illis totum corpus ſuum.

מוליאר Eſt vas ex ære, intra quod accendunt ignem, circa ignem autem eſt aquæ ductus foris, quem implent aquis. Quando itaque removent ignem ex Muliar in veſpera Sabbathi, tum licitæ ſunt aquæ iſtæ, ad bibendum illas in Sabbatho, licet etiam calidæ fuerint. At אנטיכי *Antichi*, quando removerint ignem ab illo latere, in quo ſunt aquæ calidæ, in Sabbatho; tum calefiet æs; & continuabit calorem

ſuum


TAB 1
כירה לשפות בו בקדירות
מקום האש
TAB 2
מקום האש
TAB 3
מוליאר לפי ברטנורה
מקום המים
TAB 4
מוליאר לפי הרמבם
מקום האש
TAB 5
מקום המים
אנטיכי
צורת
TAB 6
TAB 7
שתי גזוזטראות כרויטא אחת ורשות הרבים באמצע
TAB 8
פורקי המשכן
עגלה
עגלה

TABULÆ

E Tractatu de Sabbatho collectæ, in quibus agitur de operibus quibuſdam circa vaſa ac ædificiorum Podia obſervandis, ne quies Sabbathica violetur.

TABULA Prima, nobis repræſentat figuram vaſis cui eſt nomen כירה *Kira*, *furnulus*, à voce כור *furnus*, cujus quoque uſum habet; inferius enim concavum foco inſtructum eſt cujus ope duæ ollæ in ſuperiori parte duobus orificiis poſitæ calefieri poſſunt, ita quidem ut calor in craſtinum duret Sabbathi diem, ſi veſperi accendatur. De hoc porro ita Bartenora ad Miſnam primam cap. 3. & eodem fere ſenſu Maimonides ad Miſnam ſecundam ejuſdem capitis כירה מקום עשוי בארץ כדי שפיתת שתי קדירות והאש עוברת תחת שתי הקדירות *Kira notat locum in ſole confectum, cui duæ imponi poſſunt ollæ, & ignis inter utramque ollam interpoſitus eſt.* Sed Jomtobus animadvertit addendum eſſe, כירה הוא כלי שנעשה בהרס *Kira eſt vas teſtaceum*, ſicuti conſtat ex infinitis in tractatu Kelim locis, videſis capite quinto, ſexto, & ſeptimo. Ritum vero illius reſpectu juris Sabbathici ita nobis deſcribit Miſna cap. 3, 1. כירה שהסיקוה בקש ובגבבא נותנים עליה תבשיל בגפת ובעצים לא יתן עד שיגרוף או עד שיתן את האפר בית שמאי אומרים חמין אבל לא תבשיל ובית הלל אומרים חמין ותבשיל בית שמאי אומרים נוטלין אבל לא מחזירין ובית הלל אומרים אף מחזירין *Si Kiram palea aut ſtipula ſuccendant, ei coctile indere poſſunt; ſi fracibus aut ligno ſuccendant,* (à veſperi Sabbathi) *nihil ei imponi poteſt* (quod in ea manet uſque in ipſum Sabbathum) *niſi quis prius everrerit prunas, vel iis cinerem inſperſerit,* (ut extinguantur, & coctio non continuetur in diem Sabbathicum; & cineris aſperſio vocatur à Maimonide קטומה, quia רשן Chaldaice vocatur קטמא, non quod ipſa Kira vocetur קטמא, uti male vertit Smidius,) *Schamai putat aquas calidas quidem poſſe imponi, at non coctile quid.* (quia aquæ non amplius coquendæ ſunt, ita ut nemo propter eas in peccatum incurrere poſſit, ut caperet prunas die Sabbathi, quia illis non indiget: ſed caro amplius reſiduo calore coqui poteſt, licet omnes prunæ remotæ ſint ideo, hoc vetat.) *Hillel vero aquas calidas & coctile permittit*, (quia non timendum eſt aliquem allaturum prunas quibus coctionem acceleret, vel è calore reſiduo coctionem promoturam) *Schamai dicit; auferre poſſunt, at non reponere; Hillel utrumque concedit.* Schamai vetat repoſitionem coctilium & aquarum calidarum, quia eo modo quis in Sabbatho coquere videtur. Hillel utramque repoſitionem permittit, quod tamen ſub hac conditione intelligendum eſt dum quis ollam nondum in ſolum depoſuerit, ſed eam manibus in aëre tenet; ſin minus, vetat repoſitionem.

TAB. Secunda, hæc fere eam quam prima repræſentat figuram, niſi quod ei una tantummodo olla impoſita eſt, quamobrem & calor illius diutius conſervatur, quam ſuperioris Kiræ. Ita Bartenora commentatur ad Miſnam ſecundam capitis tertii כופח עשוי ככירה אלא שארכו ברחבו ואין בו אלא מקום שפיתת קדרה אחת והאש עוברת תחתיה והבלו רב מהבל הכירה שהכירה פתוחה מלמעלה שיעור שתי קדרות והכופח אין פתוחה אלא שיעור קדרה אחת ופחות מהבל התנור *Cupach confectum eſt ut Kira, niſi quod longitudo ſit ut illius latitudo, & orificium ei ſit ad unam tantum in eo ollam collocandam, quam ignis inferius calefacit; major vero calor illius eſt calore Kiræ, quia Kira ſuperius duo habet orificia duarum ollarum, cum Cupach unum habet orificium pro una olla imponenda: cæterum calor illius minor calore fornacis.* Jura vero illius circa Sanctificationem Sabbathicam eadem ſunt cum iis quæ dicta ſunt in ſuperiori tabula; inſpice Miſnam ſecundam.

TAB. Tertia refert figuram vaſis Muliar dicti, ſecundum ſententiam Bartenoræ è Gemara petitam, quando ſcribit ad Miſnam quartam מוליאר פירשו בש"ס מים מבפנים וגחלים מבחוץ והוא כלי שיש לו בית קבול קטן אצל דופנו מבחוץ מחובר לו ונותנים שם גחלים והמים בקבולת הגדול *De Muliar in ſex ordinibus* (intellige Gemaram) *expoſuerunt, quod exterius habet prunas, interius vero aquam, idque eſſe vas cui eſt receptaculum parvum ad latus ſuum exterius illi conjunctum, cui prunas imponunt, cum aquæ ſint in receptaculo majori.* Hujus porro aquam calidam in receptaculo majori contentam bibere licet die Sabbathi, ſi inferius receptaculum à prunis repurgatum ſit die veneris, etſi aliquatenus per vas calefactæ fuerint; quia non tam calorem augeat, quam conſervet, ne aquæ frigeſiant, inſpice auctorem in loco citato.

TAB. Quarta idem vas *Muliar* refert, ſed ſecundum Maimonidis ſententiam, qui putat ignis receptaculum fuiſſe interius, aquæ vero inferius, propterea tradit, מוליאר הוא מנחשת ידליקו בתוכו האש וסביב האש תעלה מבחוץ וממלאים אותה מים וכשמסירין האש מן המוליאר בערב שבת הם מותרין אותן המים לשתות בשבת ואפילו הן חמין *Muliar eſt vas æneum intra quod ignem accendunt, & circum ignem aquæ ductus eſt exterius, quem aquis implent. Cum autem ignem è Muliar removent in veſpera Sabbathi, tum aquæ illæ bibi poſſunt in ipſo Sabbatho, quantumvis fuerint calidæ.* Etſi vero de figura diſſentiant Bartenora & Maimonides, de jure tamen aquæ illius die Sabbatho bibendæ conveniunt.

TAB. Quinta repræſentat vas Æneum cui nomen *Antichi* eſt, cujus figuram hoc ſenſu ad eandem Miſnam nobis deſcribit Bartenora, אנטיכי הוא כלי נחשת שיש לו שתי שולים ומשימן מים למעלה והאש למטה בין שתי השולים ומתוך שהאש בין שתי השולים חומו נשאר הרבה ואף על פי שגרף הגחלים מערב שבת המים מתחממים בו בשבת לפיכך אין שותים מהם בשבת *Antichi eſt vas æneum, duas habens fimbrias, ſuperius ei imponitur aqua, inferius vero ignis inter duas fimbrias; & cum ignis contineatur inter duas fimbrias, calor illius diu conſervatur. Quamvis enim quis prunas inde à veſpera Sabbathi ex illo everrerit, aqua tamen illius adhuc calida eſt die Sabbathi, idcirco eam non bibere licet die Sabbathi*; quia in Sabbatho nihil frui licet, præterquam iis quæ præcedenti die cocta vel parata fuerint. Hujus quoque ſententiæ Maimonides eſt in notis ſuis de natura Antichi.

TAB. Sexta, in hac duo conſpiciuntur domicilia quorum utrumque, gaudet podio in locum publicum intermedium prominente, in duobus podiis duo conſpiciuntur viri, quorum unus manu dextera baculum porrigit, quem alter manu dextera capit, ſiniſtra autem manu unus aliquid projicit, quod alter excipit. Hujuſmodi vero prominentia podia in lingua Sapientum vocantur גזוזטראות vel כצוצריורת, ſuntque aſſeres qui egrediuntur è pariete contignationis ſuper locum publicum, ut tabulatum magis ſpatioſum fiat; & ad locum omnino privatum pertinent; hoc ſenſu Bartenora ad Miſnam ſecundam capitis undecimi גזוזטראות הן נסרים יוצאים מכותל העליה ולחוץ על רשות הרבים והגזוזטראות עצמן הן רשות היחיד Eodem fere ſenſu quoque Maimonides. Cum autem hæc ita ſe habent, quæritur, an is qui ex uno podio in alterum aliquid porrexerit, vel projecerit die Sabbathi, ipſum Sabbathum violaverit, nec ne? ſed auctor reſpondet, quod non violavit Sabbathum, ideo dicit Miſna prima, הזורק כרשות היחיד לרשות הרבים מרשות הרבים לרשות היחיד חייב מרשות היחיד לרשות היחיד ורשות הרבים באמצע רבי עקיבא מחייב וחכמים פוטרין *Si quis jacit aliquid è loco privato in locum publicum, aut contra, reus eſt. Si è loco privato in locum privatum, ut locus publicus interſit; R. Akiba condemnat, at Sapientes abſolvunt:* ſed deciſio eſt juxta Sapientes. (Quid ſit locus privatus vel publicus docet Bartenora ad hanc Miſnam.) Jam ulterius Miſna ſequenti quæritur, quomodo hicce jactus ex uno loco in alterum intelligendus ſit, ideo dicit כיצד *quomodo?* & rem exemplo illuſtrat, dicens; שתי גזוזטראות זו כנגד זו ברשות הרבים המושיט והזורק מזו לזו פטור *ſi duo podia fuerint ſtructa, unum è regione alterius in loco publico, tum, ſi quis porrexerit quicquam* (die Sabbathi) *aut projecerit ex uno in alterum, liber eſt.* Ratio eſt, quia inter opera ad Tabernaculum pertinentia non invenitur ullum, quo fiat eductio è loco privato in locum publicum, ut locus publicus in latitudine ſua interſit; at quodcunque opus in miniſterio Tabernaculi non peragebatur, de illo nemo tenetur ſi die Sabbathi id peregerit: Hic autem inter duo podia locus publicus in latitudine ſua interjacet, qui non interjacebat inter plauſtra circum Tabernaculum poſita, nam unum in longitudine ſequebatur aliud.

TAB. Septima, in hac unum conſpicitur domicilium quod duplici podio circa unam contignationem gaudet, ſub quibus locus publicus in longitudine ſua ſitus eſt, & in quolibet podio vir conſtitutus; opera vero eadem in his podiis peraguntur, quæ in ſuperioribus. De ſtructura illorum atque opere hoc ſenſu breviter auctor Miſnicus, היו שתיהן בדיוטא אחת המושיט חייב והזורק פטור שכך היתה עבודת הלוים שתי עגלות זו אחר זו ברשות הרבים מושיטים הקרשים מזו לזו אבל לא זורקין *Si utrumque podium circa unam contignationem fecerint, tum ſi qui porrexerit, tenetur, at qui projecerit, liber eſt. Quia hujuſmodi quondam fuit miniſterium Levitarum, ut, conſiſtentibus duobus curribus in loco publico, altero poſt alterum, porrexerint aſſeres ex hoc loco in illum; non autem ſparſerint.* Miſna hæc ſatis clara eſt, & nititur eo fundamento quod ad tabulam ſuperiorem dedimus, nimirum, quod omnia opera principalia arceſſimus à miniſterio Tabernaculi quod erat in deſerto ante Sanctuarium Jeruſolymitanum, qualia recenſentur in Miſna ſecunda capitis ſeptimi; quodcunque ergo quis non faciebat in miniſterio Tabernaculi, ob id ipſum homo non tenetur, ſi in Sabbatho illud egerit, porrectio autem ex uno podio in aliud die Sabbathi prohibita eſt, quia eſt opus perfectum, cujuſmodi fecerunt Levitæ, quando Tabernaculi aſſeres porrigebant ex uno curru in alium, quod eſt è loco privato in privatum ſuper locum publicum, in longitudine ſua intervenientem. Verum jactus ex uno podio in aliud licitus eſt, cum ille fiat in loco privato plus quam decem palmos à terra alto, cujuſmodi jactum non invenimus in miniſterio Tabernaculi unquam fuiſſe commiſſum è loco privato in privatum ſuper locum publicum intermedium; confer Bartenoram & Maimonidem in Miſnam.

TAB. Octava repræſentat modum miniſterii Levitarum, quorum unus alteri porrigit aſſeres à Tabernaculo deſumptos. Atque hoc opus eo magis erat repræſentandum, quia uterque actus, cujus in duobus præcedentibus tabulis mentio facta, huic tanquam fundamento innititur, ſicuti Miſna oſtendit, quando dicit, שכך היתה עבודת הלוים שתי עגלות זו אחר זו ברשות הרבים מושיטים הקרשים מזו לזו אבל לא זורקים *Quia tale fuit Levitarum miniſterium, cum ſcilicet duo currus ſtabant in loco publico, unus poſt alium, aſſeres ex hoc in illum porrexerunt, at non ſparſerunt.* Connexio Miſnæ hæc eſt, ſi duo ſint podia, unum è regione alterius in loco publico, ſive quis porrexerit ſive ſparſerit ex uno in alterum, liber eſt; ſi utrumque podium fuerit circa eandem contignationem, is qui porrexerit, tenetur, qui vero ſparſerit, liber eſt, quia tale fuit Levitarum miniſterium. Sed quomodo? duo, exempli gratia, prope Tabernaculum erant currus, vel plures unus poſt alterum, & locus publicus in longitudine erat in medio eorum; ſuper quem ii qui Tabernaculum diſſolvebant, aſſeres porrigebant in altitudine ultra decem palmos, ex uno curru in alium donec totum Tabernaculum fuiſſet diſſolutum; quilibet autem erat locus privatus. Sed non projiciebant quicquam, quia aſſeres præ gravitate ſua projici non poſſunt. In hunc ſenſum Bartenora, quum ſcribit, מושיטים מזה לזה למעלה מעשרה ואורך רשות הרבים באמצע כיצד שתי עגלות זו אחר א בר"ה ופורקי המשכן היו מושיטין לאותם שעל העגלות שאצלם הן סמוכות וקרובות והן מושיטין לאלו שלפניהם וכל אחת מהעגלות רשות היחיד הן אבל לא זורקים שאין הקרשים נזרקים מפני כובדן:

אנטיכי *Antichi*, eſt vas aheneum, quod duas habet fimbrias; ita ut indant aquas ſuperius, & ignis ſit inferius inter duas fimbrias. Quamvis itaque ignis inferius eſt inter duas fimbrias, calor ejus conſervatur valdè (diu:) adeò, ut, licet everrerit (quis) prunas ſub veſperam Sabbathi, nihilominus aquæ incaleſcant in eo in Sabbatho. Ideò non bibere poſſunt de iis in Sabbatho.

ſuum, ac ſi eſſet ignis ſub eo in Sabbatho. Hinc erunt aquæ calidæ, quæ calefactæ in Sabbatho: atque ideò prohibitæ ſunt ad bibendum; quemadmodum eſt apud nos hypotheſis. Sed Muliar non ita ſe habet: ſiquidem latera ejus tantum calida ſunt; cum Antichi fimbriæ ſint calidæ. Deciſio eſt juxta Sapientes.

ה המיחם שפינהו לא יתן לתוכו צונן בשביל שיחמו אבל נותן הוא לתוכו או לתוך הכוס כדי להפשירן האילפס והקדרה שהעבירן מרותחין לא יתן לתוכן תבלין אבל נותן הוא לתוך הקערה או לתוך התמחוי רבי יהודה אומר לכל הוא נותן חוץ מדבר שיש בו חומץ וציר :

5. In calefactorium, quod evacuaverit (ex parte,) (nemo) ſuffundat frigidam, ut calefaciat hanc: ſuffundere tamen licet vel in illud, vel in calicem, ad tepefaciendum. Sartagini & ollæ, quas amovere (ab igne) ferventes, condimenta non injiciunt: ſed injiciunt (condimenta) in ſcutellam aut catinum. R. Jehudah inquit: In quodcunque quis dare poteſt, excepto, in quo acetum fuerit aut muria.

R. OB. DE BARTENORA

המיחם שפינהו וכו׳ *in Calefactorium, quod evacuavit &c.* מיחם *Calefactorium*, eſt cucuma ahenea, quam ponunt ſuper ignem ad calefaciendum aquas, quæ in illo ſunt. *Quod evacuavit* (ſeu removit:) ſc. in *Kira*; adhuc tamen in eo aquæ ſunt calidæ. *Non ſuffundet in illud:* (ſubintellige) aquæ parum, ut calefiat ab aquis calidis, quæ relictæ ſunt in calefactorio. Nam fit ſimilis ei, qui coquit in Sabbatho. Nihilominus infundit aquæ multum in illud, donec omnis aqua tebida (ſaltem) tamen fiat; aut in poculum. Quod (poculum,) licet ſit vas ſecundum ad calefaciendum ſolummodo illam, licitum eſt. Sed parum aquæ, ita ut calefaciat, (licitum) non eſt. Opinio namque hujus Doctoris Miſchnici fuit, quod vas ſecundum coquat. Atqui mox nobis traditur: *ſed injiciunt in ſcutellam*: cujus litera hoc vult, quod vas ſecundum non coquat. Et certè deciſio hæc eſt, quod vas ſecundum non coquat.

Quas amovere ab igne ferventes: ſc. inter ſoles. *Condimenta non injiciunt:* (ſubintellige, poſtquam tenebræ obortæ,) quia vas primum omni tempore, quo fervet, coquit. *Sed injiciunt in ſcutellam:* quia vas ſecundum non coquit.

תמחוי *Catinus*, eſt quædam quaſi ſpecies ſcutellæ magna, in quam evacuare totam ſartaginem (quis) poteſt. Inde vero effundit (deinde) in ſcutellas. *In quodcunque quis dare poteſt:* (h. e.) etiam in vas primum, excepto, in quo acetum fuerit, aut muria deſtillans ex ſalitione piſcium. Ejuſmodi namque coquunt condimenta. Verum non eſt deciſio juxta R. Jehudam. Cæterum ſolummodo prohibitum eſt condimenta injicere in vas primum, etiam poſtquam amoverunt illud ab igne. Interim ſal ne quidem in vaſe primo coquitur; ſed ſuper igne tantum. Ideo licitum eſt injicere ſalem etiam in vas primum, poſtquam amovit hoc (quis) ab igne.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המיחם שפנהו וכו׳ *in Calefactorium, quod evacuavit &c.* Non vult per hoc: quod dicit, פנהו *quod evacuavit*, quod non reliquerit in eo quicquam de aquis: ſed hoc vult dicere, quod aliquid ſumſerit (*vel diminuerit*) de aquis, & reliquerit ibi aquas calidas (*quaſdam.*) Hinc itaque prohibitum ipſi, addere ad iſtas aquas parum aquæ, ut omnes fiant calidæ. Interim licet ipſi addere aquas plures, donec omnes reddantur tepidæ. Atque hoc eſt, quod dicit: ſed dat in illas calicem (*Miſchna habet: in illud vel in Calicem*) ad tepefaciendum illas.

אלפס *Sartago*, & קדירה *Olla*, ſunt vaſa, in quæ dant coctile ut coquatur. Jam verò prohibitum eſt injicere condimenta in vaſa Coctionis, (*ſeu in quibus coquere ſolent,*) quando fervent: quandoquidem (*tum*) condimenta coquuntur in illis. Sed ſi coctile dederit (*quis*) in ſcutellam, ſi maximè hæc fuerit fervens, licitum eſt injicere in eandem condimenta: ideo, quod coctile, quum fuerit in ſcutella, Calorem ejus imminuit, ut non coquat id, quod injecerint in illud. Cæterum R. Jehudah dicit, quod licitum ſit injicere condimenta in ollam ferventem; modo non ſit in eadem olla acetum, aut muria: propterea, quod hæc feſtinent coctionem. Hæc verò omnia de condimentis (*intelligenda ſunt.*) Sed de ſale omnes conſentiunt, quod licitum ſit, injicere illum in ollam ferventem: quia ſal non coquitur, niſi donec vicerit ignis illum. Interim deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ו אין נותנין כלי תחת הנר לקבל (a) בו את השמן ואם (b) נותנו מבעוד יום מותר ואין ניאותין ממנו לפי שאינו מן המוכן מטלטלין נר חדש אבל לא ישן רבי שמעון אומר כל הנרות מטלטלין חוץ מן הנר הדולק בשבת נותנין כלי תחת הנר לקבל ניצוצות ולא יתן לתוכו מים מפני שהוא מכבה:

(a) בו abeſt in Venet. (b) Venet & Amſtelod. נתנוה.

6. Non ſubjicere licet vas lucernæ, ad excipiendum oleum. Licet tamen, ſi interdiu ſubjectum fuerit; ita verò ne inde uſum percipiant; quia ad hoc præparatum non eſt. Tranſportant lucernam novam: non autem vetuſtam. R. Schimeon ait: omnes lucernas tranſportare poſſunt, excepta lucerna, quæ in Sabbatho ardet. Supponere licet lucernæ vas, ad excipiendas ſcintillas; ne tamen in id aquam infundat: hic enim (qui hoc facit) extinguit.

R. OB. DE BARTENORA.

אין נותנין כלי וכו׳ *non ſubjicere licet vas &c. Non ſubjicere licet*, vas nimirum in Sabbatho. *Vas lucernæ ad excipiendum eo oleum:* (nempe) deſtillans. Idque propterea, quia oleum deſtinatum eſt. Jam verò prohibitum eſt dimovere vas è ſua qualitate, h. e. collocare vas (aliquod) in loco (ejuſmodi,) ut non poſſit (qui collocavit) amplius inde auferre

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין נותנין כלי וכו׳ *non ſubjiciunt vas &c.* Ratio, propter quam prohibuerunt ſuppoſitionem vaſis ad excipiendum in illo oleum in Sabbatho, eſt, quod oleum illud deſtillans ex lucerna prohibitum ſit, ad utendum illo in Sabbatho; quum ad illud, (*ad iſtum uſum*) paratum non fuerit: ſiquidem jam deſtinavit ad accenſionem (*lucernæ.*) Quumque itaque fecerit

auferre illud. Idem namque eſt cum determinante (ſ. figente) locum, aut conjungente illud cum luto: ut adeo ſimilis ſit (res) operi. Nam vas hoc, ex quo (momento) inciderit in illud oleum, fit deſtinatum quid, prohibitumque eſt illud transferre. *Non* נֵיאוֹתִין: h. e. non percipiunt uſum ex oleo deſtillante de lucerna in Sabbatho. Propterea quod non ſit ad iſtud præparatum: quum pridem deſtinatum fuerit combuſtioni.

Tranſportant lucernam novam: quæ non eſt reprobata, ſed apta ad utendum illâ. *Non autem vetuſtam:* quandoquidem deſtinatum quid eſt ob reprobationem. *Excepta lucerna, quæ ardet*: hæc, dum adhuc ardet, prohibita eſt ob caſum; ne fortè extinguat (dum transfert.) Cæterum R. Schimeoni nullum erat deſtinatum propter reprobationem, neque deſtinatum propter prohibitionem. Sed non eſt deciſio juxta R. Schimeonem; qui transferre permittit omnes lucernas, excepta lucerna ardente. Nam Lucernam, quam accenderunt ſub noctem Sabbathi, ſi maximè (quis) extinxerit illam, prohibitum eſt transferre per totum iſtud Sabbathum. Poſtquam namque deſtinata fuit inter ſoles tempori, deſtinata eſt toti diei. Sed quod ad reliquas lucernas, deciſio eſt juxta illum. Siquidem deſtinatum nihil habetur Sabbatho, niſi deſtinatum propter defectum pecuniæ; in quod conſentit R. Schimeon.

Supponere licet lucernæ vas: ſc. in Sabbatho. Ad excipiendas ſcintillas; (nimirùm) flammæ, decidentes de lucerna: ut non accendant id, quod ſub eâ (lucerna.) Nam in ſcintillis nihil eſt ſolidi, neque vas dimovetur è ſua qualitate iſto modo. *Ne tamen in id aquam infundat:* ne quidem in veſpera Sabbathi. Concludimus namque: Veſpera Sabbathi eſt ſicut Sabbathum. At in Sabbatho ſi faciat, utique iſta ratione fiet extinguens; atque adeò reus. Hinc (etiam) in veſpera Sabbathi prohibitum (iſtud) eſt.

rit iſtud deſtinatum (*quid*,) prohibita eſt translatio vaſis [*de loco in locum*) propter ipſum illud oleum, quod deſtinatum (*quid*) ſit. Regula namque (*ſ. hypotheſis*) apud nos eſt: *Non eximunt vas ab uſu, cui paratum eſt Sabbatho.*

Porrò Ratio prohibitæ translationis lucernæ veteris eſt, quod ſit reprobum (*quid.*) Hæc itaque vocatur deſtinatum (*quid*) propter reprobationem. R. Schimeon autem non curabat (*ullam*) ſpeciem ex ſpeciebus rei deſtinatæ. Ideoque permiſit omnes lucernas, exceptis lucernis urentibus, ob caſum, ne fortè extinguat (*quis eas.*) Ellychnium quoque licitum eſt apud ipſum, ad transferendum illud; quamvis eſſet prius prohibitum. Sed non eſt deciſio juxta illum: quod ad lucernam, quam accenderunt in Sabbatho. Siquidem eſt Regula (*ſeu hypotheſis*) apud nos, quod, *quicquid deſtinatum eſt intra Soles, nec licitum eſt transferre illud eadem hora; quod (inquam) prohibitum ſit transferre illud per totum Sabbathum.* Atque hoc eſt quod dicunt: *Propterea quod deſtinatum eſt intra ſoles*, deſtinatum eſt per totum diem. Reliquarum autem lucernarum conditio ſe habet juxta R. Schimeonem: propterea quod ex regula noſtra de Sabbatho (*decidendum eſt*) juxta R. Schimeonem, quum dicit, non eſſe deſtinatum (*quid.*)

Tandem, quod dicunt: *Subjiciunt vas ſub lucernam, ad excipiendum ſcintillas*, id (*etiam intelligendum eſt*) de Sabbatho. Nam iſtæ ſcintillulæ non tanti æſtimantur, ut prohibeatur translatio vaſis propter illas. Atque hoc eſt, quod dicunt: In ſcintillulis nihil eſt ſolidi. Et prohibuerunt ſuperinfundere aquas, etiam in veſpera Sabbathi; quantò verò magis in Sabbatho: propterea, quod feſtinat extinctionem ſcintillarum (*iſtarum.*) Eſt verò regula: *Cauſatio* (*eſſe in cauſa*) *extinctionis prohibita eſt*: quemadmodum tibi expoſui.

פרק ד במה טומנין ובמה אין טומנין לא בגפת ולא בזבל לא במלח ולא בסיד ולא בחול בין לחים בין יבשים (a) לא בתבן ולא בזגים ולא במוכים ולא בעשבים בזמן שהן לחים אבל טומנין בהן כשהן יבשין טומנין בכסות ובפירות בכנפי יונה ובנסורת של חרשים ובנעורת של פשתן דקה רבי יהודה אוסר בדקה ומתיר בגסה:

(a) Venet. & Amſtelod. ולא.

Caput 4. Quo condunt? & quo non condunt? Non condunt? neque in fecibus ficuum, neque in fimo, neque in ſale, neque in calce, neque in arena, ſive humidis, ſive ſiccis, neque in palea, neque in corticibus uvarum, neque in molli (lanâ) neque in herbis, cum hæc ſucco plena ſunt; condunt tamen in his, ſi arida ſunt. Condunt in veſtibus, in fructibus, in aliis columbinis, & in ſcobe fabrorum, & in ſtuppâ lini tenui. R. Jehuda tenui interdicit, & craſſam permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

במה טומנין וכו׳ *quo condunt &c. Quo condunt:* nimirum ſi quis voluerit removere ollam ex Kira in veſpera Sabbathi, & condere re aliqua alia. Cæterum volunt Doctores noſtri dicere: Non Condunt (ulla) re, quæ auget calorem; ſed (tantum) re, quæ conſervat calorem. Quæ verò ſunt illæ res? quæ augent Calorem, adeòque prohibitæ ſunt. *Non in* זפת i. e. *fecibus olivarum & ſeſamorum:* quæ, quando coacervatæ ſunt, valdè ſunt calidæ. *Humidis*; in his plus Caloris eſt, quam in aridis. זגין ſunt Cortices uvarum.

חרצנים ſunt acinacei. מוכין eſt omnis res mollis. Vocaturque מוכין Muchin e. g. *lana vitis*, & evulſa lana mollis beſtiæ, & abraſum (detritum) de veſtibus vetuſtis. *Cum hæc ſucco plena ſunt:* ad omnia (præcedentia) refertur, ad paleam, & cortices uvarum, & mollia, & herbas. Præterea ſucco plena (ſ. humida,) de quibus loquuntur, ſunt ſucco à ſeipſis plena, non autem humida facta ab humoribus, qui ſuper illa ceciderunt, poſtquam arefacta fuerant. Et mollia quidem etiam ex ſeipſis ſucco plena eſſe poſſunt, e. g. lana vicina caudæ, aut lana, quæ eſt inter femora beſtiæ. נסורת (*Scobs*,) eſt rejectamentum, quod ſerrando dejiciunt fabri ex ligno, quando ſerrant illud ſerra. נעורת (*ſtuppa*,) eſt res minutiſſima, quam ex lino ejiciunt, quando illud excutiunt.

R. Jehudah interdicit tenui; h. e. ſtuppa lini tenui; ſed circa ſcobem conſentit ſive tenuis ſit, ſive craſſus, quod licitus ſit. Verùm non eſt deciſio juxta R. Jehudam. Cæterum quod dixe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

במה טומנין אית וכו׳ *per quid abſcondunt &c.* גפת *Fraces*, ſupra expoſuimus, quod ſint feces olivarum, quæ exeunt ſub trabe domus torcularis, poſtquam exivit inde oleum. Sic etiam feces ſeſamorum. סיד *Calx*; nota eſt. זגין; Sagin autem ſunt *Cortices uvarum:* & חרצנים Charzannim ſunt *acinacei.* Utrumque eſt id, quod remanet de uvis poſt calcationem & expreſſionem earum in torcularibus. מוכין *mollia* porro ſunt lana & veteramenta veſtium, & his ſimilia: quibus implent pulvinaria & pulvillos, atque id genus alia. Porrò quando dicit: Tempore quo adhuc ſunt ſuccoſa: non per iſtud vult (*intellectas*) herbas ſolas; ſed refertur ad omnia; nimirum, paleam & cortices uvarum, & Muchin (*mollia*) & herbas. Neque tamen, quando dicit, ſuccoſa, vult, ut ſint macerata in aquis; ſed hoc vult, quum fuerit in iis ſuccus naturalis. Poteſt autem hic (*etiam*) eſſe in lana, ſi fuerit hæc (*detonſa*) inter femora pecoris, & ex (*partibus*) caudæ vicinis. Ibi namque eſt ſuccus naturalis.

נעורת *ſtuppa* eſt nomen rei, quæ decidit de lino, quando excutiunt illud. נסורת *ſegmentum opificum* eſt feſtuca parva, quæ decidit de ligno, quando ſecant illud ſerra. Id v. quod prohibet Rabbi Jehuda, eſt ſtuppa. Sed non eſt deciſio juxta Rabbi Jehudam. Cæterum ratio prohibitæ abſconſionis (*contectionis*,) quod ad coctile, in iſtis rebus enumeratis, eſt, quod augeat Calorem rei abſconditæ (*ſeu contectæ*) in illis, & coctionem ejuſdem. At res, quibus permiſerunt fieri contectionem, ſunt (*ejuſmodi*) ut conſervent (*tantum*)

dixerunt, ut condant, dum adhuc dies eſt per rem, quæ calorem auget, id omne (factum eſt) ob caſum; ne forte (quis) cinere ignito condat, deveniatque eo, ut accipiat prunas, poſtquam jam tenebræ obortæ ſunt. Porrò prohibuerunt condere in Sabbatho in re, quæ calorem non auget, licet non coquat; (iterum) ob caſum; ne quis forte deprehendat ollam ſuam, quod frigida facta ſit, & fervidam faciat illam igne in Sabbatho. At inter ſoles licitum eſt condere in re, quæ calorem non auget: Juxta id, quod dicimus (vel legimus) in fine Capitis: Per quod accendunt, quod ſollicitudine opus non ſit, ne forte deprehendatur alicujus frigida facta, & fervidam faciat illam; quia communiter ollæ inter ſoles fervidæ eſſe ſoleant. Cæterum R. noſter Moſes fil. Maimonis interpretatus eſt τὸ quia communiter ollæ inter ſoles fervidæ eſſe ſoleant, ejuſinodi interpretatione, quam ratio non admittit; id verò propter corruptionem exemplarium, & lectiones confuſas, quas invenit in Gemaris, quæ præcedunt (ibi) in Capite, per quod accendunt. Nam ille legit: quare dixerunt: Non condunt in re, quæ non auget calorem, ex quo tenebræ obortæ ſunt? Ob caſum; ne forte (quis) condat in cinere ignito. Et quare dixerunt: Non condunt in re, quæ auget calorem, dum adhuc dies eſt? Ob caſum; ne fortè efferveſcat. Verum enim verò non ſic habent Gemaræ; ſed ita: Quare dixerunt: non condunt in re, quæ non auget calorem, ex quo tenebræ obortæ ſunt? Ob caſum; ne fortè efferveſcat. Neque condunt in re, quæ calorem auget, dum adhuc dies eſt: ob caſum, ne forte (quis) condat in cinere ignito.

tum) ipſum contectum in Calore ſuo, ut erat, ſine incremento.

Scito autem de hac contectione, quod (*Miſchnæ textus*) loquatur de illa (*ita*,) ut prohibuerint illam (*fieri*) quod ad aliquas res; permiſerint autem eandem, quoad res aliquas, quomodo commemoravit, quantum ad veſperam Sabbathi. Verum enimverò de die Sabbathi non permiſerunt contectionem rei (*ullius*) calidæ: Sed in Sabbatho contegunt tantum coctile frigidum, ſicut exponitur in hoc ipſo Capite. Equidem probabiliter concluditur, contectionem in Sabbatho per rem, quæ non auget (*calorem*,) eſſe licitam. Et res iſtæ ſunt illæ ipſæ, de quibus dicit Miſchna, quod, ſi condant illis, licitum ſit. Nihilominus prohibuerunt illas propter caſum; ne fortè contegat (*quis*) per רמץ, qui eſt *Cinis calidus*. Licet enim hic non augeat Calorem; tamen prohibemus contectionem per cinerem calidum, ob timorem noſtrum, ne ſit in eo pruna ignis parva, & quo tempore movent cinerem, accipiat (*quis*) prunas. Hinc itaque non permiſerunt contectionem in Sabbatho, etiam per rem, quæ non auget (*calorem*;) ob caſum ſc. Cineris calidi: Habet enim Cinis calidus caſum, ut forte accipiat (quis) prunas. Verum enimverò fortè objicies regulam, quæ eſt apud nos: *Non decernunt decretum poſt decretum*: ut nimirum decernant domus judicii (*judicii Aſſeſſores*) rem aliquo tempore, quodcunque inter tempora ſit, & poſtea rurſus decernant decretum pro eodem decreto. (*Reſpondeo*:) Id quidem non faciunt. Attamen, ſi facienda ſunt duo decreta eodem tempore, Poteſtas eſt in manibus eorum (*licet ipſis*.) Quæ res ſit perpetuò. Et hoc ſignificatur, quando dicitur: *Omne* (*decretum*) *unum decretum*. Quo volunt dicere, quod, ſi quis aliquod decretum facit, videtque, non conſtitutum eſſe illud decretum, niſi per decretum aliud, quod confirmet illud, & ſuffulciat illud; ideo decernat duo decreta ſimul.

Scito ſimiliter, quod per res, per quas (*fieri*) non permiſerunt contectionem, quæ enumeratæ ſunt hoc loco; per has (*inquam*) non permiſerint contectionem, etiam in veſpera Sabbathi. Equidem opinativè concluditur, quod ſit contectio per illa licita, etiam in Sabbatho: propterea quod non prohibuerint (*Doctores*) in Sabbatho ſive augmentum Caloris, ſive calorem ab initio ſuo, niſi quoad ea, quæ ab igne proficiſcuntur: Iſta autem non eſſe ex iis, quæ ab igne proficiſcuntur. Sed nihilominus prohibuerunt illa in Sabbatho, propter caſum, ne forte efferveſcere faciant. Sed & (*tum*) concludere aliquis etiam poſſet: Quemadmodum licitum eſt augmentum Caloris in contectione; ſic idem licitum erit ſuper igne: quomodo deveniretur in reatum caloris ſuper igne in Sabbatho. Quare prohibuerunt in Sabbatho contectionem per rem, quæ auget (*calorem*,) imo verò etiam quum adhuc dies fuerit, majoris cautelæ gratiâ. Nihilominus permiſerunt contectionem intra ſoles, quæ eſt permiſſio dubii de tenebris; ſive (*illa fiat*) per rem augentem, ſ. per rem, quæ non eſt augens (*calorem*.) Ubi quidem de hoc tempore non cauſabimur caſum, ne fortè contegat per cinerem calidum, & efferveſcat. Siquidem ſimpliciter ollæ, inter ſoles, ferventes ſunt, ab ipſa veſpera Sabbathi. Neque enim nobis prohibitum eſt, augere coctionem in Sabbatho. Nonne enim vides, quod coctile, cujus coctio non eſt conſummata, licitum ſit, ut commoretur ſuper igne, ut coquatur tota nocte? quemadmodum expoſuimus in Cap. præcedente. Interim prohibuerunt hoc propter caſum, ne forte contegat per rem augentem à veſpera Sabbathi, & efferveſcat olla poſt ingreſſum Sabbathi, per aliquid, quod excitat calorem; ſitque neceſſe aperire ollam propter fervorem, donec requieſcat fervor ejus; Deinde verò reponat in ollam id, quod extraxerat ex illa; quomodo deprehenderetur contegens per rem, quæ auget (*calorem*) in Sabbatho. Sed inter ſoles licitum eſt contegere per rem, quæ auget (*calorem*:) quia olla, poſtquam conſummatus eſt fervor ejus, non efferveſcet poſtea; & quum ventum erit intra ſoles, jamjam conſummatus erit fervor omnium ollarum. Atque hoc eſt, quod dictum eſt in expoſitione cauſæ circa hanc rem: *ſimpliciter ollæ intra ſoles ferventes ſunt*. En! planum erit tibi ex hoc, quod, quoad rem augentem (*calorem*,) cujuſmodi ſunt res enumeratæ, non contegant illis; dicere volo, quod non contegant illis, quum adhuc dies fuerit: nihilominus licitum ſit intra ſoles, ex eâ ratione, quam diximus. At per rem, quæ non auget (*calorem*,) contegunt quovis tempore, ſive ſit intra ſoles, ſive dum adhuc dies eſt: nec prohibitum eſt, niſi in Sabbatho tantum; ſicut expoſuimus. Ecce expoſita tibi eſt materia hujus Capitis expoſitione accurata. Tu itaque adverte ad illam, & obſerva iſta jura: ſiquidem non exponitur ex Gemara, niſi poſt inſpectionem diligentiſſimam in locis diverſis.

ב טומנין בשלחים ומטלטלין אותן בגיזי צמר ואין מטלטלים אותן כיצד הוא עושה (a) נוטל את הכסוי והן נופלות רבי אליעזר בן עזריה אומר קופה מטה על צדה ונוטל שמא יטול ואינו יכול להחזיר וחכמים אומרים נוטל ומחזיר לא כסהו מבעוד יום לא יכסנו משתחשך כסהו ונתגלה מותר לכסותו ממלא את הקיתון ונותן לתחת הכר או תחת הכסת:

(a) pro נוטל in Venet. נוער

2. Condunt in pellibus, & has transferunt (ſive amovent:) & in ſectis lanis, ſed non transferunt (ſive removent.) Quid ergo facit (qui condit, ut ſumat ollam?) aufert operculum, ut decidant. R. Elieſer filius Aſariæ dicit: Vas (licet ei) inclinare in latus ſuum, & ſumere, ne fortè ſumat, & non poſſit reponere. Sapientes autem dicunt: ſumit, & reponit (ſi poſſit.) Si non texerit, quum dies adhuc eſt, non poterit tegere, ubi tenebræ obortæ fuerint. Si texerit, & retectum fuerit, licet id tegere. Poteſt vero etiam replere urceum (frigidæ) & ſub pulvillum aut pulvinar majus ponere (etiam in Sabbatho.)

R. OB. DE BARTENORA.

טומנין בשלחין וכו׳ *condunt in pellibus &c.* שלחין ſunt *pelles*. (Nam) τὸ והפשיט *& detrahet pellem* : Levit. 1: 6.) Chaldaicè translatum eſt, וישלח: *Et has transferunt* : ſive quis condiderit in illis, ſive non condiderit in illis. Conveniens namque eſt (poteſt licite) למזגא h. e. inniti (ſeu incumbere quis) illis. Interim non transferunt illas, quæ deſtinatæ ſunt ad nendum, aut ad texendum. Nam ſi maximè condidit illis ad tempus, non tamen omnino promiſcue uſus fecit; dum non proprias facit abſconſioni. Quod ſi proprias fecit abſconſioni, transferre poſſunt.

Quid ergò faciet ? (ſc.) is, qui illis condit : quomodo auferet ollam ſuam? quum prohibitum ſit eas transferre. Ecce enim condita eſt illa (olla) tota in iſtis. (Reſp.) Aufert operculum ollæ, cui lex vaſis (tantum) incumbit. Et quamvis illæ (pelles) jaceant ſuper illo: nihil nos moratur; quum non ſit illis factum baſis. Siquidem non eſt factum, niſi ad operiendum ollam.

R. Eleaſar dicit : Vas (licet illi) inclinare, & ſumere: h. e. ſi voluerit illam ſumere, inclinat vas (ipſum) in latus ſuum, ne fortè ſumat ſc. ollam, & decidant vellera, quæ ab utraque parte ſunt, in foveam, in qua eſt olla, &, ubi opus fuerit iterum eam condere, non poſſit transferre vellera vel huc vel illuc, aut facere foveam, & reponere in illam.

Sed Sapientes dixerunt, ſumit : ſc. ollam, etſi non deciderint vellera, quæ ab utraque parte ſunt, nec perturbata fuerit fovea, reponit ollam in locum ſuum; nec prohibemus illum, quo minus auferat ollam ſimpliciter ob caſum, ne fortè perturbetur fovea. Interim conſentiunt Sapientes in hoc, quod ſi perturbata fuerit fovea, non reponat illam, Et deciſio eſt juxta Sapientes.

Non poterit tegere, ubi tenebræ obortæ fuerint : Nam prohibitum eſt in Sabbatho condere, ſive in re, quæ auget calorem, ſive in re, quæ non auget calorem, per modum (conſuetum) abſconſionis. *Et ponere* : ſc. in Sabbatho. Sub pulvillum: quem ponit ſub caput ſuum: licet ſit plenus mollibus, aut pluma. Quia non eſt modus (conſuetus) abſconſionis ejuſmodi. כסת *pulvinar*, eſt majus, quam כר *pulvillus*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טומנין בשלחין וכו׳ *contegunt pellibus &c.* שלחין ſunt *pelles*. Nam Chaldaica verſio τῶ והפשיט *& detrahet pellem holocauſto*, eſt וישלח (Levit. 1:6.) At גיזי צמר *vellera lanæ*, nota ſunt. Et eſt (*vox*) pluralis numeri : Cujus ſingularis eſt, גז *vellus pecoris tui* (*ut dicitur Deut.* 18: 4.) vel גזה (*vellus itidem*.) Cæterum quod dicitur : *Non transferunt illa* : hoc (*verum eſt*,) quando non ſeparavit (*quis*) illa pro contectione. Sed ſi præparavit illa ad contegendum illis, licitum eſt transferre illa. Imponit autem tegumentum; h. e. imponit ori ollæ fruſtum Veſtis (*panni*) & deinde imponit eidem fruſtum vellerum. Jam quando dicitur : *aufert veſtem*, (*ſc.*) *quæ eſt ſuper ore ollæ, & decidunt vellera de illo*; h. e. translatio ex parte; ſed tamen licita eſt.

Cæterum omnes conſentiunt, quod quando mutatur ordo, quo ſunt poſitæ res, quibus contegunt, prohibitum ſit reponere calida in iſto loco. Exemplum dico: Si quis contexit ollam palea, & quum amovit ollam, obrutus eſt locus, & conturbatæ ſunt paleæ, prohibitum ipſi eſt reponere ollam in iſtam paleam; quia locus ejus obrutus eſt & conturbatus, ut oporteat ollam ſibi ipſi facere (*aliquem*) locum in palea, quando repoſiturus eſt illam. Ubi deprehenditur quaſi qui contegit in Sabbatho. Non itaque eſt diſſenſus in hoc; ſed diſſenſus hic eſt, quod R. Eleaſar filius Aſariæ vidit, quod obligatus eſſet, cavere & attendere tempore ablationis ollæ, ex reconditorio, in quo contexit illam, ut non perturbet locum ollæ, & reponat eam, poſt turbationem loci (*ejus*;) atque ideò dixit, ut mutet locum reconditorii, & inclinet illud, ne turbetur locus ollæ, quando extraxerit illam: tunc verò aperiat illam, & extrahat illam. Contra Sapientes non adegerunt eum (*hominem*) ad iſtud, ſed dixerunt (*potius*,) ut auferat pro more ſuo, & reponat: ſi tamen obruta ſit fovea, non reponat.

Quod porrò dicunt : *Si non contexit illud (coctile,) dum adhuc dies eſt, non contegit illud, ex quo tenebræ obortæ ſunt*, (*ideò dixerunt*,) ne contegat in Sabbatho, ex ratione, quam (*ſuprà*) memoravimus. Quando verò dicunt : *implet urceum, & ponit ſub pulvinar*, volunt dictum de Sabbatho; nam contectio aquæ in Sabbatho, ad iſtum modum licita eſt. Eſt autem כר Veſtis plena mollibus, aut plumis, aut ſimilibus rebus, quam ponunt ſub caput, quando homo cubat. Et כסת eſt ejuſdem generis, niſi quod majus eſt. Tandem deciſio eſt juxta Sapientes.

פרק ה במה בהמה יוצאה ובמה אינה יוצאה יוצא (a) הגמל באפסר ונאקה בחטם ולובדקים בפרומביא וסוס בשיר וכל בעלי השיר יוצאין בשיר ונמשכין בשיר ומזין עליהן וטובלין במקומן :

(a) Venet. גמל ſine ה Emph.

Caput 5. Cum quo beſtia exit (è ſtabulo;) & cum quo non exit? Camelus cum Capiſtro, & Camelus fœmina cum annulo, & aſinus Lydius cum freno, & equus cum catena, & omnes (beſtiæ) catenari ſolitæ cum catena (vel retinaculo) exeunt, & cum catena trahuntur, & aſpergunt ſuper eas (catenas ſive retinacula) in loco ſuo, & lavant eas in loco ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

במה בהמה יוצאה וכו׳ *cum quo beſtia exit &c. Cum quo beſtia exit* : quandoquidem homini præceptum datum eſt de Sabbathica quiete beſtiæ ſuæ in Sabbatho. Porro, Id per quod cuſtoditur beſtia, non habetur pro onere: at id, quod non cuſtoditur, habetur pro onere. אפאר *Capiſtrum*, eſt funis, quem ligant ſuper os beſtiæ. *Et* נאקה *Camelus fœmina*. In Gemara qui eam explicat, explicat de Camela alba, quæ arctiori cuſtodia opus habeat. בחוטם *cum annulo* : ſumunt ſpeciem aliquam annuli ferrei, perforantque narem Camelæ & immittunt eum in illam (narem.) ולובדקים *Et Aſinus Lydius* : Eſt aſinus, qui venit è regione Lydiæ. Hi autem (Aſini) ſunt duri & robuſti, & indigent cuſtodia diligentiori, quam reliqui aſini, qui in terra habitabili repeJriuntur.

בפרומביא *cum fræno* : frenum hoc eſt ferreum. בשיר *cum catena*, eſt inſtrumentum ſimile periſcelidi circa collum ejus, cui infixus eſt annulus; annulo autem immittunt funem, atque ſic ducunt beſtiam. Quæcunque autem (animalia gerunt ejuſmodi catenas, e.g. Canes venatici, & animalia parva,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

במה בהמה יוצאה וכו׳ *cum quo beſtia exit &c.* אפסר eſt *funis*, quem ligant ſuper ora Camelorum. חוטם autem eſt lamina ferri, quam alligant ſuper maxillas. Et in lingua Hebraica (*dicitur*) פח Pach : (*Exod.* 39: 3.) את פחי *laminas auri*. Quod autem diſtinctè de נאקה camela alba loquitur, (*factum eſt ideò*) quia robuſtior eſt, & indiget cuſtodia diligentiori. לובדקא eſt ſpecies aſinorum, qui non ſunt aſſuefacti. Eſtque medius (*ejuſmodi aſinus*) inter aſinum ſylveſtrem & inter aſinum domeſticum. פרומביא eſt *frenum ferreum*. שיר eſt *retinaculum*. Senſus porrò ejus, quod dicitur, *exeunt cum retinaculo, & trahuntur cum retinaculo*, eſt, quod exeant beſtiæ, quibus retinacula eſſe ſolent, ut vaſa eorum ſint obvoluta circa colla earum: Trahunturque cum retinaculo, quod licitum ſit trahere eas retinaculo earum.

Et aſpergunt illa : vult dicere, retinacula illa, quando polluta ſunt in tabernaculo mortui. Porrò dicitur : *& lavant in loco ipſorum*; id verò cum hac conditione, ut non ſint partes illorum retinaculorum impulſa aliæ ſuper alias, ſitque

ſpatium

va, quando exeunt cum catena: circumvoluto circa collum eorum fune, qui catenæ iſti inditus eſt, ducuntur per catenam iſtam. Quod ſi tamen quis voluerit, poterit etiam ducere beſtiam per funem, qui in catena iſta eſt.

Et aſpergunt ſuper eas in loco ſuo : h. e. ſicut ſunt in collo beſtiæ, ſi polluantur per mortuum. *Et lavant eas in loco ſuo :* ducunt beſtiam in aquas, ad lavandum catenam. Quamvis namque hypotheſis nobis ſit, quod nulla vaſa, propria beſtiæ, recipiant immunditiem; attamen catena ejuſmodi, eique ſimilia, pollutionem recipiunt, & lotione indigent. Idque ideò, quod ſint quid factum homini, ut ducat eo beſtiam: ſicut (aliud quodcunque) vas, (ſeu inſtrumentum,) quod in uſum hominis alicujus factum eſt.

ſpatium inter illas nonnullum, ne faciant diſcrimen (*aliquod.*) Præterea ſcito, quod ſit regula apud nos, *quod quicquid ex ornamentis beſtiarum eſt, non accipiat immunditiem :* quemadmodum exponemus in tractatu Kelim. Quod itaque dictum eſt hic, quod retinaculum & ſimilia recipiant immunditiem; id fit, quia ſunt ex vaſis hominis, tempore equitationis: quandoquidem ille regit eo beſtiam, atque adeò eſt ex illis, quæ inſerviunt homini. Hinc recipit immunditiem.

ב חמור יוצא במרדעת בזמן שהיא קשורה (a) לו זכרים יוצאין לבובין רחלות יוצאות שחוזות כבולות וכבונות העזים יוצאות צרורות רבי יוסי אוסר בכול חוץ מן דרחלין הכבונות רבי יהודה אומר עזים יוצאות צרורות ליבש אבל לא לחלב:

(a) Amſtelod. בו.

2. Aſinus cum clitellis exit, tempore, quo ei alligatæ fuerint. Arietes copulati exeunt. Oves ligatæ ad dorſum, ligatæ deorſum & circumligatæ exeunt. Capræ ligatæ (circa ubera) exeunt. R. Joſe prohibet omnia, exceptis ovibus circumligatis. R. Jehudah, capræ, inquit, exeunt ligatæ, ad exſiccandum, ſed non ad mulgendum.

R. OB. DE BARTENORA.

חמור יוצא וכו׳ *Aſinus exit &c.* במרדעת *cum Clitellis :* eſt quædam ſpecies ephippii parvi, quod ſuper Aſino relinquunt per totum diem: ut calefiat. *Quando ipſi alligatum eſt :* ſc. veſpera Sabbathi. Nam manifeſta eſt intentio ejus (hominis,) quod aſinus illo opus habeat, ut calefiat. Nam juxta id, quod dicunt Aſinarii, etiam in ſolſtitio æſtivo friget ille (aſinus.) Nec onus iſtud eſt. Attamen alligare clitellas aſino in Sabbatho, prohibitum eſt. Ideò quod fieri nequeat, ut alligentur iſtæ illi, niſi (qui alligat) fulciat ſeipſum in lateribus beſtiæ. Quomodo deprehenditur utens animalibus. Quod ſi quis transgreſſus fuerit, & alligaverit illas, prohibitum tamen, ne exeat (aſinus) cum illis.

לבובין *copulati :* ſc. per corium, quod alligant illis circa membrum maſculinum, ut non ſuper fœminas aſcendant. שחוזות *ligatæ ad dorſum :* ita ut retineant caudam alligatam ſurſum, quo ſuper eas mares aſcendant. כבולות *& ligatæ deorſum :* conſtringunt enim caudam illarum, & alligant illam ad pedes earum, ut ſuper eas mares non aſcendant. כבונות *circumligatæ :* nam ligant pannum circa agnos eo ipſo die, quo naſcuntur, ad conſervandam lanam eorum, ut non contaminetur. צרורות *Ligatæ :* ſc. ubera earum ligantur nonnunquam, ut exſiccetur lac. Nam conſtringunt ea valdè. Nonnunquam verò alligant illis ſacculum circa ubera illarum, ut non deſtillet lac in terram, & pereat.

Rabbi Joſe prohibet omnia : quaſi onera ſint, excepto, ſi circumligatæ ſint; quum hoc ſit conſervatio lanæ illarum, ut non contaminetur; ut adeò ornamento illis ſit. *Exeunt* צרורות *ligatæ :* ſc. ad exſiccandum. Cæterum R. Jehudah exiſtimavit quidem, ſicut ipſe Doctor Miſchnicus primus, quod iſtud onus non ſit: modò (fiat) ad exſiccandum. Ubi, quum conſtringat vehementer, non ſit timendum, ne forte decidat, & eo (quis) deveniat, ut reſtituat (in locum ſuum.) At ſi propter lac, ubi non tam arctè conſtringat, prohibitum eſſe. Sollicitos namque cogi nos eſſe, ne forte decidat, & (quis) eò deveniat, ut reſtituat in locum ſuum. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חמור יוצא במרדעת וכו׳ *Aſinus exit cum clitellis &c.* Quod dicit (*Miſchnicus Doctor :*) *alligata ſunt ipſi*, vult dictum de veſpera Sabbathi, ſed ſi transgreſſus fuerit (*Sabbathum*) homo, & ligaverit ſuper illum (*aſinum*) clitellas, prohibitum eſt exire cum illis in Sabbatho. לבובים *copulati*, hoc vult; quod alligent pelles ſuper membra brachii marium, ut non aſcendant ſuper fœminas, & (*hæ*) non imprægnentur. שחוזות *nudatæ* autem (*hoc vult,*) quod alligent caudas fœminarum ſuper dorſa earum, ut aſcendant ſuper eas mares per vim, & imprægnentur. Sed כבולות contrarium ejus eſt. Et hoc vult; quod alligent caudas earum pedibus, ut non aſcendant ſuper illas mares.

כבונות ſignificat *cuſtoditas.* Et hoc vult, quod circumligent veſtem (*pannum*) ſuper lanam earum, ut non polluatur pulvere, & ut permaneat in ſucco ſuo & mollitie ſua. Faciunt autem hoc in ovibus tantum (*fœminis*) quia lana earum magis tenera eſt, quam lana marium. צרורות *Vinctæ* denique ſunt, quibus ubera obligata ſunt, ut non effluat ex illis lac. Jam diſſenſit R. Jehudah circa hoc, & dixit, quod prohibitum ſit educere illas obligatas propter lac, h. e. ut ſit intentio in obligatione uberum, ut cohibeatur lac, & non effluat, (*eum in finem,*) ut emulgeant ex illis lactis multum. Licitum interim ſit, educere illas obligatas ad exſiccandum (*h. e.*) ſi ſit intentio, exſiccare lac ex uberibus omnino. Verum deciſio eſt juxta R. Joſe: & non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

ג ובמה אינה יוצאה לא יצא גמל (a) במטוטלת לא עקוד ולא רגול ובן שאר כל הבהמות לא יקשור גמלים זה בזה וימשוך אבל מכניס חבלים לתוך ידו (b) וימשוך ובלבד שלא יכרוך:

(a) Venet. & Amſtelod. במטולטלת. (b) Venet. וימשואל.

3. Cum quo autem non exeunt (beſtiæ?) Non exibit Camelus cum panno caudæ alligato, neque manu ad pedem, aut manu (ſive anteriore pede) compeditus, ſic reliquæ beſtiæ omnes. Camelos alterum cum altero non colligat, & trahit; Sed funes in manum ſuam ſumit, & ſic trahit; dum non convolverit.

R. OB. DE BARTENORA.

ובמה אינה יוצאה וכו׳ *cum quo autem non exit &c.* מטוטלת eſt fruſtum של מטלת panni, alligatum caudæ ejus in ſignum, aut alia de cauſa. עקוד (dicitur,) cujus colligant manus cum pedibus per compedes, ut non aufugiat. רגול

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ובמה אינה יוצאה וכו׳ *& cum quo non exit &c.* מטולטלת eſt *fruſtum Veſtis* (*panni,*) alligatum Caudæ beſtiæ in ſignum aut indicium peculiare alicujus rei. (*Diſſentiunt : vid. Raſchi h. l.*) עקוד ſignificat colligationem manus & pedis ſimul.

רגול (vocatur,) cujus conſtringunt manum ſuper brachium, atque ſic ligant. *Camelos alterum cum altero non colligat* (puiſquam) *& trahit :* nimirum unum, ut omnes ſequantur. (Ratio eſt:) ne appareat quaſi duceret eos in forum ad vendendum.

Sed ſumit funes in manum ſuam ; ita tamen, ut capita funium non dependeant, & exeant infra manum ejus terram verſus, palmum aut amplius, ne videatur ſimilis ei, qui portat funes ſuſpenſos à manu ejus : *Dum non convolverit :* non propter Sabbathum hoc dicimus hic ; ſed propter hererogenea, (ut funibus convolutis non convolvantur heterogenea.) Ita namque vult dicere : quiſquis ſumit funes in manum ſuam, quorum quidam ex lino, quidam verò ex lana, non debet convolvere hos cum iſtis. Nam ſi convolvat eos, erunt heterogenea, manuſque ejus calefiet per retentionem eorum : id quod prohibitum.

ſimul. Sed רגול eſt, quando incurvant manum ſuper armum, & alligant illi. Sæpè autem hoc faciunt in Camelis. Non enim alligant Camelum Camelo, ut trahat (*alter alterum,*) ſi maximè alligentur à veſpera Sabbathi : ne videatur eſſe, ſicut qui ducit eos in locum fori beſtiarum. Porrò quod dicitur : modo non convolvat, non ſuſpenſum à Sabbatho tantum eſt (*non refertur tantum ad Sabbathum,*) ſed à Sabbatho & reliquis diebus. Ratio namque ejus eſt ex Kilajim ſeu Heterogeneis (*deſumta.*) Eaque hæc eſt, quod, quando funes, quibus ducit beſtiam, fuerint partim ex lana, partim ex lino, partim ex junco, tunc prohibitum *illi* ſit, ut liget, aut obvolvat, aut ducat eam illis. Quod verò permiſit, quoad reliquos funes in Sabbatho, cum conditione (*accipiendum eſt,*) ut capita funium non dependeant, & exeant infra manum ejus ad terram, palmum aut amplius : ne ſimilis ſit illi, qui portat funes ſuſpenſas è manu ſua.

ד אין חמור יוצא במרדעת (a) בזמן שאינה קשורה לו ולא בזוג אף על פי שהוא פקוק ולא בשולם (b) שבצוארו ולא ברצועה שברגלו ואין התרנגולין יוצאין בחוטין ולא ברצועי שברגליהם ואין הזכרים יוצאין בעגלה (c) שתחת האליה שלהן ואין הרחלים יוצאות חנונות ואין העגל יוצא בגימון ולא פרה בעור הקופר ולא ברצועה שבין קרניה פרתו של רבי אלעזר בן עזריה היתה יוצאה ברצועה שבין קרניה שלא ברצון חכמים :

4. Aſinus cum clitellis, niſi alligatæ ei fuerint, non exit ; neque cum tintinnabulo, etiamſi obturatum eſt ; neque cum ligno, quod eſt in collo ejus : neque cum loro, quod eſt in pede ejus. Neque galli cum filis aut loris, quæ in pedibus eorum ſunt, exeunt. Neque arietes cum vehiculo exeunt ; quod eſt ſub cauda eorum ; neque oves, herbam in naribus habentes, exeunt. Neque vitulus cum jugo exit ; neque vacca cum pelle kophar, neque cum loro, quod inter cornua ejus eſt. Vacca R. Elieſeris f. Aſariæ exiit cum loro inter cornua ejus : Sed invitis Sapientibus.

(a) Tò בזמן abeſt in Amſtelod. (b) Amſteld. שצוארו. (c) Pragenſ. שתהא.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חמור יוצא וכו׳ *Aſinus non exit &c.* בזוג *cum tintinnabulo :* eſt ſpecies quædam campanulæ, quam ſuſpendunt à collo beſtiæ, ut audiri faciat ſonum in inceſſu ſuo. *Etiamſi obturatum eſt :* nimirum mollibus. Tum namque ropalum ejus non pulſat ad edendum ſonum. (Ratio interdicti hæc eſt:) quia apparet, quaſi abduceret eum ad vendendum in foro.

בסולם *cum ligno, quod in collo ejus* ; Quum namque illi plaga eſt, appendunt collo ejus lignum in forma Crucis, ut non convertat retrorſum caput ſuum, ad ſcabendum plagam. *Neque cum loro, quod eſt in pedibus ejus :* quando beſtia aliqua collidit pedes ſuos, alterum in alterum, in inceſſu ſuo, faciunt illi aliquid in forma annuli ex loco craſſo, & alligant id in loco, in quo pedes ejus collidunt ſe invicem. *Cum pilis* ; quæ faciunt illis (gallinis) in ſignum earum, ut non commiſceantur cum gallinis aliis. *Aut loris :* quum colligant utrumque pedem eorum loro brevi, ut non ſaltent, & vaſa frangant.

Cum plauſtrulo, quod eſt ſub cauda : Eſt aliquid in forma plauſtri, quod ligant ſub caudam agnorum, quorum cauda magna, ut non offendat in lapidibus aut ſaxis. חנונות *herbam in naribus habentes :* Eſt arbor aliqua, cujus nomen יחנון. De hac adferebant feſtucas, & immittebant ei (ovi) in nares ejus, ut ſternutaret, deciderentque vermes, qui in capite earum (ovium) eſſe ſolent. Maribus autem iſtud facere opus non erat. Nam quum collidunt capita alter cum altero, decidunt vermes ſponte ſua. בגימון *cum jugo :* ſpeciem aliquam jugi ex junco imponebant collo vituli, ut aſſueſceret incurvare caput ſuum, cum adoleviſſet. *Cum pelle Kopharis :* reptile hoc eſt, cujus pili acuti ſunt ſicut acus. Hujus pellem alligabant uberibus vaccæ, ut non ſugerent eam reptilia. *Neque cum loro, quod inter cornua ejus eſt :* ſive pro ornamento fuerit, ſive ad cuſtodiendum, prohibitum eſt. Nam omnis cuſtodia nimia eſt onus. *Vacca R. Elieſeris filii Aſariæ*, non fuit illius (propria;) ſed vicinæ ejus. Nihilominus, quia non impedivit illam, à nomine ejus denominatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין חמור יוצא וכו׳ *non exit Aſinus &c.* (*Non exit, ſc.*) quando ipſi alligatæ non ſunt à veſpera Sabbathi : quemadmodum ſupra expoſuimus. זוג eſt *tintinnabulum :* quod ſuſpendunt à collo beſtiæ, ut audiatur ſonus ejus tempore curſus ejus. Prohibitum verò eſt educere illam cum tintinnabulo, quod ſimilis ſit ei, qui educit eam in forum. פקוק *obturatum*, eſt, quando implent tintinnabulum lana (*beſtiæ,*) aut lana vitis, aut ſimil aliqua re, ut non audiatur ſonus ejus. סולם *ſcala*, quæ in collo ejus, ſignificat ligna, quæ faciunt in forma crucis ſuper collum Aſini, ut non reducat caput ſuum ſuper dorſum ſuum ad ſcabendum vulnus ſuum, ſi ibi ſit vulnus aliquod ; quomodo non permitteret ſanari. רצועה *lorum*, quod eſt in pede ejus, eſt corium, quo ligant pedem ejus, quando ungula ejus diffoſſa eſt, donec coaleſcat. תרנגול *Gallus* notus eſt. Eſt nimirum nomen maris. Nomen autem fœminæ eſt תרנגולת Gallina. Sed nomen generale omnium eſt תרנגולין (*plurale q. d.* Genus Gallinaceum.

חוטין *fila*, quæ in pedibus horum ſunt, ſunt fila, circumligata pedibus, ita ut non dependeant ex illis ab ulla parte. Fiunt autem in ſignum, ut non commiſceantur. רצועה *lorum* verò, eſt illud lorum, quod dependet ex pede. Cæterum eſt ex ovibus ſpecies (*aliqua,*) cui eſt cauda magna ; ejuſmodi ſunt oves, quæ in Ægypto reperiuntur. Nam his ſunt caudæ magnæ, (*&*) tam graves, quam eſt inſignis (*aliqua*) pars corporis earum. Iſtis caudis faciunt vehicula, ut non inſigantur (*adhæreant*) terræ, & detrahant ipſis cutem. Tò חנונות eſt deductun à nomine alicujus herbæ. Nomen enim ejus יחנון. Iſtam autem herbam indunt naribus fœminarum de grege, ut ejiciant vermes, qui ſunt in cerebro earum. Quâ mares non opus habent ; propterea quod feriant capitibus alter alterum, ut excidant vermes.

גימון מחרישה *jugum arationis eſt ex* גמי *junco :* quod imponunt illi (*vitulo,*) ut incurvet illum, diſcatque arare. Conjugatum eſt (Eſa. 59:5. *An incurvare* כאגמון *ſicut juncum, caput ſuum ?* עור הקופר *Pellis Ericii*, eſt pellis (*alicujus*) reptilis (קופר *Ericius, dicti,*) plena ſpinis. Hanc alligant ſuper

ubera

ubera vaccæ, ut non exugant eam ſerpentes, quando dormit noctu. Quando itaque veniunt ad exugendum, feriunt eos ſpinæ, quæ in pelle ſunt, fugiuntque ab illis. Tandem quod dicitur: *Vacca R. Elieſeris filii Aſariæ*; hoc vult, quod ille deciſionem hanc dederit mulieri, vicinæ illius. Sed non eſt deciſio juxta illum: propterea quod ſit quaſi onus. Ex qua etiam ratione prohibuerunt, quicquid (*hoc loco*) prohibuerunt.

פרק ו במה אשה יוצאה ובמה אינה יוצאה לא תצא אשה לא בחוטי צמר ולא בחוטי פשתן (a) לא ברצועות שבראשה ולא תטבול בהן עד שתרפה (b) ולא בטוטפות ולא (c) בסנבוטין בזמן שאינן תפורין ולא בכבול לרשות הרבים ולא בעיר של זהב ולא בקטלא ולא בנזמים ולא בטבעת שאין עליה חותם ולא במחט שאינה נקובה ואם יצאת אינה חייבת חטאת :

Caput 6. Cum quo mulier exit: Et cum quo non exit? non exit mulier cum tæniis, laneis & lineis; neque cum lorulis (ſive filis,) quæ ſuper capite ejus ſunt. Neque cum his lavabit, donec laxaverit ea. Neque cum frontalibus: neque cum genarum ornamentis, quando non ſunt aſſuta: neque cum pannulo ſubfrontali, in publicum: neque cum civitate aurea: neque cum fibula: neque cum inauribus: neque cum annulo, in quo non eſt ſigillum: neque cum acu, quæ non eſt perforata; ſi tamen exiverit (cum his,) peccati non erit rea.

(a) Amſtelod. ולאו (b) Venet. & Menaſſ. שתרפס Amſtelod. שתרפם (c) Venet. & Amſtelod. בסרביטין.

R. OB. DE BARTENORA.

במה אשה יוצאה וכו׳ *cum quo mulier exit &c. Cum quo mulier &c. quæ ſuper capite ejus ſunt.* Hoc refertur ad omnia (præcedentia) ſc. fila lanæ & lini, & lorulum, quibus implectit crines, qui in capite ſuo. Quæ vero ratio eſt, quod non exit cum iſtis in Sabbatho? (Reſp.) propterea quod dixerunt Doctores noſtri: in profeſto non licet ei lavare ſe cum illis, donec laxaverit ea: ideòque in Sabbatho non exivit cum illis, ne fortè ex improviſo contingat illi lotio præcepti, ſolvatque illa & conetur portare ſecum 4. ulnas per locum publicum.

Donec laxaverit ea: h. e. donec ex aliqua parte remittat, ut ſint laxiora, & inter illa aqua penetret, nec dividant lotionem (ut aliqua pars corporis lavetur, altera non.) טוטפות idem, quod ציץ frontale: hoc verò alligabant fronti ab una aure ad alteram. סנבוטין *genarum ornamentis:* ſuſpenſis à frontalibus, & dependentibus ſuper tempora uſque ad genas. Pauperes faciebant ea ex variis coloribus: ſed divites faciebant ea ex argento & auro. Quoniam autem magni æſtimantur, ideo ſolliciti ſumus, ne forte (aliqua mulier) exuat, & monſtret amicæ ſuæ.

Quando non ſunt aſſuta: nimirum vittæ, quæ ſuper capite ejus. Verum de aſſutis non eſt, quare ſolliciti ſimus, ne portet ſecum. Neque enim detrahet ſibi vittam è capite ſuo in loco publico. Nam alioquin nudaret ſuum capillum. בכבול *cum panniculo:* eſt fruſtum panni inſtar cidaris exiguæ, quod alligabant fronti, imponebantque illi frontale, ut frontale non læderet frontem. Nonnunquam quidem etiam mulier ornabat ſe illo ſine frontali. *In publicum:* ſed in atrium licitum eſt; cum omnia ſuperius enumerata prohibita ſint etiam in atrio. Decretum namque eſt de illis, ut planè non ornet (illis) ſe in Sabbatho, nec in atrium, nec in publicum (uſque.) At panniculum permiſerunt, quod non interdicendum ſit omnibus ornamentis, ne diſpliceat marito ſuo. Rambam p. m. זה in publicum, expoſuit, ut referatur ad omnia ornamenta, quæ in Miſchna enumerantur, quod omnia non ſint prohibita, niſi ob caſum, ne fortè tranſportet illa mulier per quatuor ulnas in loco publico.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

במה אשה יוצאה וכו׳ *cum quo mulier exit &c.* Quod dicitur: *Non lavabit cum illis, donec laxaverit ea*, illud rationem (*continet*) prohibiti exitus ejus cum illis filis in Sabbatho: quandoquidem timemus, ne opus habeat lotione in Sabbatho, cogaturque removere ea à capite ſuo, & à fronte ſua, ut non diſſiparentur; & transferat ea quatuor ulnas per locum publicum. Iſta namque fila ſuper capite ſunt. Sed cum filis colli licitum eſt (*illi*) lavare. Inde eſt, quod exit cum illis in Sabbatho.

טוטפות *Frontalia* ſunt Lamina, quam ligant ſuper frontem ab aure uſque ad aurem. סנבוטין vocantur in Idiotiſmo Sapientum (*Thalmudicorum.*) לחיים h. e. *maxillæ*, ſuntque ex generibus ornamentorum, dependent autem à Lamina, & ſuper tempora, ſuperque maxillas. Unde & dictæ ſunt לחיים *maxillæ.* Cæterum quando dicunt: quo tempore ſunt aſſutæ, hoc volunt, aſſutæ frontali. כבול eſt *fruſtum veſtis*, inſtar cidaris, quod ligant ſupra frontem, imponuntque illi laminam, ut lamina frontem non lædat. Eſtque per ſeipſum, ſine (*etiam*) laminâ, ornamentum. Quod addunt: *In locum publicum*; reſpicit omnia, quæ memorata ſunt. Nam ratio prohibitionis eorundem eſt caſus, ne fortè decidant in loco publico, tollatque ea, & portet in manu ſua.

עיר זהב *urbs auri*, eſt corona auri in forma Hieroſolymæ; fuitque apud eos (*Veteres*) ornamentum (*aliquod.*) At קטלא (*ſignificat*) *ſtrangulantem.* Fueruntque fila, in quibus diſponere ſolebant grana auri, & alligare illa ſuper collum arctè, ſicut homo, qui ſeipſum ſtrangulat. Unde etiam vocata eſt חונקת *ſtrangulans:* & in lingua Arabica מכנקא. Jam quod dicitur: non eſt rea peccati, (*dicitur*) ideò, quod annulus, ſuper quod non eſt ſigillum, ſit aliquod ornamentum, licet non ſit inter ornamenta mulierum abſolutè. Tandem per acum, quæ non eſt perforata, poteſt dividere mulier crines capitis ſui. Unde erit inter ornamentorum illius ſpecies. Hinc quoque non eſt rea peccati.

עיר של זהב *Civitas aurea*: hæc fuit corona aurea, facta in forma urbis, forma ſc. Hieroſolymæ. *Neque cum* קטלא *fibulis:* hoc ornamentum applicatur collo arctè adeò, ut mulier quaſi ſtrangulet ſeipſam illo: (eum in finem) ut videatur carnoſa. In (Lingua) Arabica (dicitur) מכנקא. *Neque cum inauribus:* h.e. inauribus naſi (ornamentis naſi quæ inauribus ſimilia.) Sed quod ad inaures aurium, cum iis exibant. חותם *ſigillo*: figura (ſeu ſculptura) eſt, ad obſignandum epiſtolas, aut quamcunque rem occultam. Quamvis verò illi (mulieri) ornamentum ſit, tamen prohibitum, ne fortè exuat & monſtret. Sed gerere etiam ſigillum poteſt, quod non ſit ornamentum ipſi: de quo dicemus infra, quod (per illud) fiat peccati rea: Si maximè exportaverit illud in digito ſuo per modum indumenti. Quandoquidem nonnumquam (fieri poteſt,) ut maritus removeat illud è digito ſuo; & det illud uxori ſuæ ad aſſervandum illud; illa vero induat digito ſuo, & ambulet cum illo; deprehendaturque, quod eductio (ſeu exportatio) ejus eſſe ſoleat ejuſmodi. Similiter annulus, ſuper quo non eſt ſigillum, quum non fuerit ornamentum viri, hic (vir) reus ſit peccati: licet exportaverit eum in digito per modum indumenti. Nam nonnumquam uxor ejus ipſi eum dat, ut adferat eum aurifabro; ille verò exportet eum in digito ſuo. Cæterum ſi maximè exiverit mulier cum omnibus iſtis, quæ hactenus in Miſchna prohibuimus: non tamen ſit peccati rea. Quoniam omnia ornamenta ſunt. Quod autem à Rabbinis noſtris de illis conſtitutum eſt, (id ideò factum eſt,) ne forte exuat & monſtret.

ב לא יצא האיש בסנדל המסומר ולא ביחיד בזמן שאין ברגלו מכה ולא בתפילין ולא בקמיע בזמן (a) שאינו מן המומחה ולא בשריון (b) ולא בקסדא ולא במגפיים ואם יצא אינו חייב חטאת :

2. Non exibit Vir, cum ſoleis, quæ clavis plenæ: ne quidem cum Una, niſi in pede ejus plaga fuerit: neque cum Thephillin: neque cum amuleto, niſi à probato viro acceperit: neque cum lorica: neque cum caſſide: neque cum tibialibus ferreis. (Cum his tamen omnibus) ſi exierit, non erit reus.

(a) Menaſſ. שאינה (b) Venet. & Amſtelod. ſine præf. לא.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יצא האיש וכו׳ *non exibit vir &c. Cum ſoleis, quæ clavis colligatæ:* hæ ex ligno fuerunt, & infixerunt illis clavos, ut durabiliores redderent. Prohibuerunt autem illas in Sabbatho, & in die feſto, ob factum (aliquod.) Contigit namque, ut aliquando eſſent abſconditi in ſpelunca (Judæi) propter perſecutionem; quumque audiviſſent ſtrepitum ſuper ſpelunca, arbitrati ſunt, quaſi adverſus ſe venirent (perſecutores) illi, impuleruntque unus alterum, atque occiderunt unus alterum clavis, qui in ſoleis illorum erant. Quoniam itaque factum hoc contigit in Sabbatho, ideo prohibueruni iſtas (ſoleas) in Sabbatho & in die feſto; qui eſt dies congregationis, ſicut Sabbathum.

Ne quidem cum una: h. e. cum ſolea una. *Niſi quando in pede ejus plaga fuerit*: ſunt qui dicunt, rationem hujus eſſe, ne fortè ſuſpicentur de illo, quaſi ſolea altera abſcondita ipſi eſſet ſub aliis (veſtimentis) ſuis, exportaretque illam in Sabbatho. Sed alii dicunt: ne forte irrideant illum propter eam; ille verò exuat eandem, quæ in pede ſuo, & portet ſecum in manu ſa. Nihilominus quum plaga fuerit in pede ejus, licitum eſt exire cum ſolea unica, in pede (illo,) in quo non eſt plaga; quia plaga ejus cauſam iſtius (rei) indicat. *Neque cum amuleto*: quod appendunt Medicinæ cauſa.

Niſi à probato viro acceperit: à viro nimirum probato, qui ſanavit tres homines. Sed quod attinet ad amuletum, acceptum à viro probato, qui ſanavit tres homines aliis ejuſmodi amuletis; licet amuletum hoc non fuerit deletum, licitum eſt. Ornamentum namque ægroto eſt, ſicut aliquod veſtimentum ejus. בקסדא *cum Caſſide*: eſt galea ferrea. מגיפן *tibialibus ferreis*: eſt ſpecies thecarum tibiarum ferrearum (tibialium ferreorum;) quas induunt in bello. Et quia non induunt illas niſi tempore belli, ideò prohibitum eſt, induere illas in Sabbatho.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יצא האיש בסנדל וכו׳ *non exibit vir cum Sandalio.* סנדל *Sandalium* eſt undiquaque plenum clavis; ſiquidem facta ſunt ad durabilitatem. Ratio prohibitionis ejus eſt, quod tempore cujuſdam perſecutionis inter perſecutiones congregati fuerunt (*Judæi*) ad preces, & lectionem צ״ ט Audi, in ſpeluncis; quumque audirent ſonum multitudinis, putarentque, quod hoſtes eos exploraſſent, impulerunt alter alterum, & conculcarunt alter alterum ipſis ſandaliis, quæ clavis plena erant, ut morerentur de illis plurimi. Hinc prohibuerunt exire cum ſandaliis, quæ clavis plena, in Sabbatho & die feſto: quod hi ſint dies congregationis & cœtus ſolennis. Quod ſi fuerit (*alicui*) in pede ipſius plaga, egredi poteſt cum ſandalio unico in pede ipſius ſano.

Quod dicunt מומחה *Momchæh*, eſt concretum ab abſtracta forma (*deductum*;) deficitque ſubjectum pro more; q.d. מאדם מומחה. Eſtque מומחה is, *qui probatus & exploratus eſt tribus vicibus, & verificata eſt probatio (deprehenſum eſt, verum eſſe, propter quod probatur.)* Erit itaque vir probatus, quando amuleto ſuo ſanavit tribus vicibus. שריון *Lorica* nota eſt. (*Sic* 1 *Sam.* 17:5.) שריון קשקשים *Lorica ſquamarum.* At קסדא eſt *caſſis ferrea.* מגפיים eſt *indumentum ferreum*, quo tegitur homo tempore belli, ne feriant illum, cadatque.

ג לא תצא אשה במחט הנקובה ולא בטבעת שיש עליה חותם ולא בכוליאר ולא בכובלת ולא בצלוחית של פלייטון ואם יצתה חייבת חטאת דברי ר׳ מאיר וחכמים פוטרין בכובלת ובצלוחית של פלייטון :

3. Non exibit mulier cum acu perforata; neque cum annulo, in quo eſt ſigillum: neque cum peplo (ſive ſyndone:) neque cum globulo balſami: neque cum vaſculo balſami (aut Myrrhæ Ramb.) Quod ſi exierit (cum his) peccati rea erit. Sunt verba R. Meir: Sapientes tamen concedunt (exire.) Cum globulo & vaſculo balſami.

R. OB. DE BARTENORA.

לא תצא אשה במחט וכו׳ *non exibit Mulier cum acu &c. Cum acu perforata*: quâ nent. Nam non eſt ornamentum. Et fit quidem rea peccati (propterea;) licet exportaverit eam in veſtimentis ſuis, & non in manu ſua. Quandoquidem artifex (quilibet,) qui exportat (aliquid) modo, qui artificio ejus uſitatus, reus fit peccati. בכוליאר *cum peplo*: eſt hoc indumentum, quod mulier circumponit circa caput ſuum, inſtar annuli; nam caput circumdat. Eſt verò onus: propterea quod ut plurimum mulieres cum eo non exeunt. בכובלת *neque cum globulo balſami*: eſt theca argentea aureave, in qua continetur aroma, ad abigendum odorem malum, qui in muliere eſt. של פלייטון: myrrha eſt, quam vocant Moſchum. *Sapientes tamen concedunt*: putarunt enim, quod ornamenta eſſent ſimpliciter. *Non exibit*: ne fortè exuat, & oſtendat. Cæterum deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא תצא אשה וכו׳ *non exibit Mulier &c.* Poſtquam abſolvit recenſere res, cum quarum aliquâ ſi exiverit, non reus (*homo*) fit peccati, juxta ſententiam omnium: incepit commemorare res, cum quarum aliquâ ſi exiverit, reus fit peccati. Propterea conjunctæ non ſunt hic prioris generis res. כוליאל eſt inſtar annuli, circumdatque caput totum. In Idiotiſmo Sapientum (*Thalmudicorum*) vocant מכבנתא.

וכובלת eſt vas exiguum ex argento vel auro, cui indunt unguentum (*oleum*) pretioſum, quo delectantur mulieres. פוליטון eſt *myrrha*, quâ ſuffitur, & quicquid ei ſimile eſt ex ſpeciebus aromatis. Deciſio verò eſt juxta Sapientes.

ד לא יצא האיש לא בסייף ולא בקשת ולא בתרים ולא באלה ולא ברומח ואם יצא חייב חטאת

4. Non exibit Vir cum gladio, neque cum arcu, neque cum ſcuto, neque cum funda, neque cum lancea. Quod ſi exierit: peccati reus erit.

R. Elie-

חטאת ר׳ אליעזר אומר תכשיטין הן לו וחכמים
אומרים(a) אינו אלא לגנאי שנאמר וכתתו חרבותם
לאתים וחניתותיהם למזמרות ולא ישא גוי אל גוי
חרב ולא ילמדו עוד מלחמה בירית טהורה ויוצאין
בה בשבת כבלים טמאין ואין יוצאין בהן בשבת :

(a) Prag. & Menaſſ. אינן.

R. Elieſer quidem dicit : ornamenta hæc ſunt illi. At Sapientes dicunt : non hoc eſt ei , niſi turpitudo : quia ſcriptum eſt : Et contundent gladios ſuos in ligones', & haſtas ſuas in falces putatorias : neque tollet gens contra gentem gladium, neque docebunt amplius bellum. Periſcelis munda eſt , & in Sabbatho cum ea egrediuntur. Compedes immundæ ſunt : & in Sabbatho cum iis non egrediuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יצא האיש לא וכו׳ *non exibit vir &c.* תריס eſt ſcutum factum in forma triangulari : ſed אלה ſcutum rotundum eſt. Utrumque autem ex ligno eſt. Audivi autem ego, quod אלה barbarè (dicatur) ממצא, & in Arabica (lingua) דסום. *Et contundent gladios ſuos in ligones :* Atqui ſi ornamentum forent, non abrogandi forent in futuro (ſeculo) בירית eſt periſcelis circa crura, ad conſtringenda tibialia, ne decidant , videanturque crura ejus (mulieris.) Ideò munda eſt ; nam neque ornamentum in honorem eſt , neque etiam eſt indumentum uſus (hominis immediatè :) ſed eſt indumentum (immediatè) inſerviens indumento (alii, ſc. tibialibus,) ſimile annulis vaſorum, qui mundi ſunt. *Cum illa egredientur* ; Nam rationem indumenti habet ; nec timendum eſt, ne fortè exuat, & monſtret. Neque enim crura ſua denudabit.

Compedes immundæ ſunt. Familia aliqua fuit in Hieroſolyma, cujus greſſus fuerunt magni, ita ut virginitates (mulierum) deciderent. Immiſerunt itaque catenulam inter periſcelidem (unam) & inter periſcelidem (alteram,) quæ in cruribus earum erant , ut fierent (inde) compedes, ne greſſus earum eſſe poſſent magni, nec virginitates earum deciderent. Hinc catenula iſta erat uſus (immediati) hominis ; nec inſerviens indumento (alii.) Quare etiam immunditiem recipiebat, nec egrediebantur cum ejuſmodi : ne fortè (aliqua) exueret catenulam , quæ ex auro formata , & oſtenderet. Neque enim , ſi utique catenulam auferret , propterea crura ejus denudabantur ; ſiquidem periſcelis in ſuo permanebat loco.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יצא האיש לא וכו׳ *non exibit Vir &c.* מגן תריס eſt *ſcutum.* אלה eſt *Clypeus ex ligno.* Non eſt autem diſcrimen inter מגן ואלה *ſcutum & clypeum* , niſi quod מגן *ſcuti* figura quaſi triangularis eſt : at אלה *Clypei* figura rotunda : ambo autem ex ligno. בירית eſt *periſcelis in cruce.* כבלים ſunt *compedes in forma periſcelidis* , inter quas interpoſuerunt (*ad connectendum*) catenulas. His compedibus ornabant ſe virgines , ut non incederent paſſu magno , contingeretque ipſis damnum in Virginitate ſua. Quod dicitur de mundis & immundis, non referendum eſt inter jura Sabbathi ; ſed dictum eſt iſtud propterea , quod mentio facta eſt hic compedum. Docuit itaque nos (*occaſione iſta*) jus aliud ; nimirum, quod עכסים *faſciæ cruris* non recipiant immunditiem ; ideò , quod non ſint ex vaſis metallorum, quibus ſint nomina pro ſe ipſis (*ſeu proprium :*) כבלים *Compedes* autem recipiant immunditiem ; propterea quod ſint è genere vaſorum, quibus ſunt nomina propria. Sed pluribus exponentur tibi iſtæ regulæ in tractatu Kelim. תכשיטים alias dicuntur עדיה וחליה *ornamentum.* At גנאי interpretandum eſt juxta contextum ſuum. Eſt nimirum contrarium laudis, q. d. רוע *turpitudo* , vel ביעור *Ignominia.* Tandem deciſio eſt juxta Sapientes.

ה יוצאה אשה בחוטי שער בין משל
חבירתה בין משל בהמה ובטוטפת (a) ובסנביטין
בזמן שהן תפורין בכבול ובפיאה נכרית לחצר
במוך שבאזנה ובמוך שבסנדלה ובמוך שהתקינה
לנדתה בפילפל (b) ובגרגיר מלח (c) וכל דבר
(d) שתתן לתוך פיה ובלבד שלא תתן לכתחלה
בשבת ואם נפל לא תחזיר שן תותבת (e) ושן של
זהב רבי מתיר וחכמים אוסרים :

5. Exit mulier cum filis comæ , vel ſuæ , vel alius (Mulieris,) vel beſtiæ : & cum frontalibus & genarum Ornamentis , cum aſſuta fuerint : cum panno ſub frontalibus , & cum angulo alieno , in atrium : cum molli , quod in aure ejus , & cum molli , quod fluxui menſtruo paravit : cum pipere aut grano ſalis , & omni re , quæ ori ejus inditur. Dummodo non indiderit primum (ſive de novo) in Sabbatho : nec ſi deciderit, repoſuerit. Dentem alienigenam, & dentem aureum Ribbi permittit : Sapientes autem vetant.

(a) Venet. & Amſtelod. ובסרביטין (b) Venet. & Amſtelod. ובגלגל מלח (c) Menaſſ. ובכל (d) Venet. & Amſtelod. שניתן (e) Venet. & Amſtel. ſine copula שן.

R. OB. DE BARTENORA.

יוצאה אשה בחוטי וכו׳ *exit Mulier cum filis &c.* *Filis comæ* : (hæc fila) ſunt coma evulſa, ex quâ (Mulier) facit filorum aliquam ſpeciem , & implicat cum illis capillos ſuos, vel etiam ligat illa ſuper frontem ſuam modo probe conſtricto, exitque cum illis. Neque enim ſimilia (illa fila) ſunt filis ex lana, aut filis ex lino, de quibus ſupra : quandoquidem aquæ in illa penetrant ; ut adeò, ſi neceſſitas lotionis ipſi ex improviſo obtingat , non opus habeat, ut illa laxet ; neque eò deveniat , ut ſecum ea portet.

Vel ſuæ vel alius (*mulieris*) *vel beſtiæ* : hic (omnibus tribus, ut ponerentur,) opus fuit. Nam ſi tradidiſſet (Doctor Miſchnicus) *ſuæ*, dicere potuiſſem, (id factum, quia non turpis ſit illi ; at de alius (mulieris coma,) quum turpis illi ſit , curandum nobis eſſe , ne fortè exuat illa (fila,) & eò deveniat, ut illa ſecum portet. At ſi tradidiſſet *alius* (*mulieris* :)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יוצאה אשה בחוטי וכו׳ *exit Mulier cum filis &c.* חוטי שער *fila comæ*, ſunt fila, quæ facta ſunt ex coma (*pilis*.) Neque enim eadem ratio eorum eſt, quæ ratio eſt filorum lanæ, aut filorum lini, de quibus ab initio Capitis facta eſt mentio. Nam fila comæ etiamſi nodus eorum ſupra fronte fuerit nodus (*probe*) conſtrictus, tamen non ſeparantur, aquæ ſiquidem illa penetrant. Quandoquidem itaque licitum eſt cum illis lavare, licitum etiam eſt cum illis egredi in Sabbatho, ſicut ab initio Capitis expoſuimus. Cæterum ſi dixiſſet (*Miſchnicus*) שלה *ipſius* ; dicturi fuiſſemus : Ipſius (*coma*) cui non ſunt abominationes, licita eſt ; ſed alterius alicujus, cui ſunt abominationes ; fortè namque alteri alicui in Capite fuit morbus, qui vocatur morbus vulpis , qui eſt defluxio pilorum aut ſimilis quis ; prohibita eſt. Iterumque ſi dixiſſet nobis : alterius alicujus , dicturi fuiſſemus : alterius alicujus,

lieris:) dicere potuiſſem, (id factum,) quia (mulier iſta altera) ejuſdem ſpeciei ſit, nec agnoſcantur (fila,) ut adeò non irrideant eam: unde etiam timendum non ſit, ne fortè exuat, progrediaturque eò, ut ſecum portet: ſed de (filis) beſtiæ, quæ non ejuſdem ſpeciei eſt, cum (iſta fila) agnoſcantur, timemus, ne forte exuat ſibi, & eò deveniat ut ſecum portet. Ideò (& hæc ponere expreſſè) neceſſe fuit.

Cum aſſuta fuerint: ſc. vittæ, quæ in capite ejus; ſiquidem non iterum exuet illa, ut ſecum portet. *In atrium:* (hoc) refertur tam ad pannum ſub frontalibus, quam ad angulum alienum; de quibus ſupra interdictum poſitum eſt, ne (qua) exeat cum illis in publicum locum. Hic verò docere nos voluit, quod in atrium licita ſint. *Angulo alieno:* Si cui mulieri rari ſunt crines, ſumit crines aliarum mulierum, imponitque capiti ſuo, apparetque quaſi eſſent crines ejus proprii.

Cum molli, quod in aure ejus: quod immittit (mulier in aurem,) ad abſorbendum humorem excrementi auris. *Quod in ſolea ejus:* ut ſolea non lædat volam pedis ejus. *Quod fluxui menſtruo paravit:* in iſto loco, h. e. (pudendo) ut abſorbeat in eo ſanguinem, ne hic polluat veſtes ejus. Idque ſi maximè non fuerit alligatum (molle iſtud:) nam ſi utique decidat, non eò deveniet, ut ſecum portet propter turpitudinem ejus. Verum cum molli, quod in aure ipſius, & quod in ſolea ejus, non exibit, niſi alligatum fuerit & probe adſtrictum. *Cum pipere:* quod indit ſuo ori propter odorem oris. *Aut grano ſalis:* quod indit (ori ſuo) in Medicinam adverſum morbum dentium. *Dentem* תותבת *alienigenam*; habitantem quaſi inter genas loco dentis, qui excidit ipſi. *At dentem aureum:* ſi cujus dentis aſpectus mutatus propter putredinem, obducit illum auro. *Rabbi permittit:* ſc. ut exeat cum illo. Eò quod non extrahat illum & monſtret, ne ſuam turpitudinem revelet. *At Sapientes prohibent:* ideò quod diverſi coloris ſit à reliquis dentibus; ne fortè irrideant illam; propterea que illa extrahat eum, veniatque eò, ut ſecum portet. Et (ſanè) deciſio eſt juxta Sapientes.

quæ eſt ejuſdem cum ipſa ſpeciei (*humanæ,*) licita quidem eſt; ſed beſtiæ, quæ non eſt ejuſdem cum ipſa ſpeciei, prohibita eſt. Ideò (*expreſſè*) dixit nobis, quod quæcunque (*illarum*) licitæ ſint.

פאה נכרית *Angulus alienus* eſt inſtar tiaræ, in quo connectunt crines pulchros & multos; ponitque mulier illum ſuper caput ſuum accidentaliter (*prout caſus exigit*) ut ſe ornet crinibus. מוך eſt parum lanæ de lana vitis, aut ſimilibus rebus. Et ſi quidem paravit *Much* (*molle quid*) pro menſtruis ſuis, utitur illis omninò, licet non fuerit alligatum: idque ideò, quia, quando deciderit, non tollit illud, nec ſecum portat, propter abominationem ejus. At cum molli, quod in aure ejus, aut in calce ejus, non exibit, niſi fuerit alligatum nodo (*probè*) conſtricto, ad aurem aut ad calcem. Quod indit mulier ori ſuo, piper aut ſal, aut ſimilia iſtis, id (*indit*) ad diſpellendum odorem oris, ſi ſit in eo quid fœtoris aut odoris ingrati.

שן תותבת *dens inquilinus*, eſt dens alienus, quem indit mulier ori ſuo loco dentis ſui, qui excidit illi caſu aliquo; & confirmat (*ſeu ſtare facit*) inter (*comprehenſionem*) anguſtias reliquorum dentium. *Dens auri ita habet*: quando dens (*aliquis*) de dentibus ipſius (*propriis*) fuerit deformis ſpecie ſua, tum facit tegumentum ex auro in forma iſtius dentis, & imponit illud eidem, ad occultandam deformitatem ejus. Rabbi itaque dicit, quod, quandoquidem hoc faciat ad occultandam deformitatem ſuam, non ſit remotura illud (*tegumentum*) ad oſtendendum amicis ſuis (*ſ. aliis mulieribus:*) ſed Sapientes dixerunt, quod (*fortè*) removeat & monſtret in loco publico; ideòque prohibitum ſit, cum illo exire. Et (*ſanè*) deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו יוצאה בסלע שעל הצינית הבנות קטנות יוצאות בחוטין ואפילו בקיסמין שבאזניהם ערביות יוצאות רעולות ומדיות פרופות וכל אדם אלא שדברו חכמים בהווה:

6. Egreditur (item Mulier) cum moneta ſuper puſtula (vel clavo.) Filiæ parvæ egrediuntur cum filis (circa collum,) etiamque cum ornamentis (filis) in auribus ſuis. Arabes exeunt tremulè (tectis faciebus Raſch.) Medæ exeunt compoſitæ (colligatis aut convolutis veſtibus.) Et ſic omnis homo (omnis mulier in ſuo loco.) Niſi quod ſapientes locuti ſunt de ſuo tempore (& de eo, quod fiebat plurimum.)

R. OB. DE BARTENORA.

יוצאה בסלע וכו׳ *egreditur cum monetâ &c.* בסלע *Cum ſcela:* Moneta eſt, ſuper qua eſt figura aliqua. *Super* הצינית *puſtula (clavo:)* eſt plaga aliqua, quæ ſub plantis pedis, ſuper quam ligant monetam, ſuper qua figura aliqua eſt, in medicinam. *Filiæ parvæ egrediuntur cum filis:* (hæ) perforare ſolent aures ſuas; neque tamen ſibi facere inaures, donec adoleſcant: ſed indunt fila aut feſtucas (quæ videntur nonnullis fuiſſe ornamentum aurium) auribus ſuis, ut non obturentur aures.

Etiamque cum feſtucis (vel; *ornamentis aurium:*) ampliativum eſt (h. e. τὸ *etiam*, feſtucas prioribus filis addit & includit:) & vult dicere: quamvis non ſint ornamentum in honorem, nihilominus hanc conſuetudinem habent, nec pro onere habentur. *Arabes*: h. e. filiæ Iſraeliticæ, quæ in Arabia ſunt. *Exeunt* רעולות: h. e. obvelatæ circa caput ſuum; ita, ut facies earum obvelatæ (totæ) ſint, exceptis oculis, pro more Arabum. *Medæ:* h. e. Filiæ Iſraeliticæ, quæ in Media ſunt: פרופות:. obvelantur pallio, & dependere faciunt lorum, ab extremitate ejus una, prope collum ſuum; at in altera extremitate involvunt lapidem aut nucem, & alligant lorum involucro, ne pallium ab eis decidat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יוצאה בסלע שעל הצניית וכו׳ *egreditur cum nummo, qui eſt ſuper puſtula &c.* צינית eſt ornamentum, quod vocatur in Arabica (*Linguâ*) סלעא: Sapientes (*Talmudici*) autem vocant ברת ארעא *Filiam terræ*, propter craſſitiem ſingularem, & duritiem peculiarem. סלע eſt ſicut nummus ſculptus, ex argento aut ære aut re ſimili: nam ſignum vermis habet in ſculptura. חוטין ſunt fila ligata in collo; modo non ſint colorata. Nam ſi fuerint colorata, propter pulchritudinem eorum removebit illa de collo ſuo, & monſtrabit amicis ſuis (*mulieribus aliis*) in loco publico.

רעלות ſunt ſicut *tintinnabula* aut *campanulæ*. Nam mulieres Arabicæ ſolebant exire cum campanulis; ſicut conſuetudo ipſis eſt exire perpetuo. Eſt autem ſpecies aliqua ex ornamentorum ſpeciebus; (*juxta Scripturam etiam Eſ.* 3: 19) *Torques, & armillas,* והרעלות *& campanulas*; Et affine illi (*ſignificationi*) eſt (*quod dicitur Nahum.* 2: 4.) *& abietes* הרעלו *horridè* (*cum ſonitu*) *movent ſe*, hoc eſt, agitantur & commoventur, ut decidat fructus earum. קסמים quæ in auribus earum, erant ligna exigua rotunda, quæ ingredi faciebant foramina aurium ſuarum, ut non coaleſceret foramen (*aliquod.*) פרופות idem eſt ac כרוכות *obvolutæ.* Mam mulieres ſolebant colligere fimbrias veli & alas ejus ſimul ſuper aliqua re ſolida e. g. lapide, aut ligno, & connectere ſupra (*ſuperiori ex parte.*) Deinde dicitur, quod quibuſcunque mulieribus licitum ſit exire iſto modo. Quod verò ſigillatim mentio fit Arabicarum & Medarum, propterea (*factum eſt,*) quod hæ (*præ aliis*) notæ erant quoad hoc factum, atque hanc conſuetudinem.

ז פורפת על האבן ועל האגוז ועל המטבע בלבד שלא תפרוף לכתחלה בשבת :

7. Convolvunt autem ſuper lapidem, aut nucem, & ſuper monetam : modò non ab initio in Sabbatho convolvat (aliqua) ſuper moneta.

R. OB. DE BARTENORA.

פורפת על האבן וכו׳ *convolvit ſuper lapidem &c.* פורפת idem eſt ac מחברת connectens. Nam τὸ קרסים Anſulæ, Chaldaicè verſum eſt פורפין. *Dummodo non ab initio in Sabbatho convolvat* (vel *connectat* :) ad monetam tantum refertur hoc; quod nimirum propterea non debeat connectere ſuper monetam, quod prohibitum ſit transferre eam (monetam.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פורפת על האבן וכו׳ *convolvunt ſuper lapidem.* Hæc convolutio eſt de Sabbatho (*accipienda* :) nam non fit in ea nodus, ſed convolutio fili tantum. Quod verò dicitur: modò non convolvat ab initio (*ſimpliciter & de novo*) in Sabbatho, id refertur ad verbum poſtremum, cum dicitur, על המטבע *ſuper monetam.* Siquidem translatio monetæ (*de loco in locum*) prohibita eſt in Sabbatho.

ח הקיטע יוצא בקב שלו דברי רבי מאיר ורבי יוסי אוסר ואם יש לו בית קיבול כתותים טמא סמוכות שלו טמאין מדרס ויוצאין (a) בהן בשבת ונכנסין בהן בעזרה כסא וסמוכות שלו טמאין מדרס ואין יוצאין (b) בהן בשבת ואין נכנסין בהן בעזרה (c) אנקטמין טהורים ואין יוצאין בהן :

8. Mutilus exit cum fulcro ſuo : Verba ſunt R. Meir, at R. Joſe prohibet. Et ſi eſt ei Receptaculum panniculorum mollium, impuratur. Fulcimenta ejus calcatione impurantur. Exeunt tamen cum his in Sabbatho, & ingrediuntur cum his in atrium (templi.) Solium & fulcra ejus non tantum polluuntur calcatione, ſed etiam cum illis in Sabbatho non exeunt, nec atrium ingrediuntur. Grallæ mundæ ſunt; ſed non egrediuntur cum his (in Sabbatho.)

(a) Amſtelod, & Venet. בהם (b) Tò בהן abeſt in Menaſſ. notante CL. Buxtorf. Lex. Talm. fol. 148.

(c) Venet. & Amſtelod. לוקטמין quomodo & in Baſileenſ.

R. OB. DE BARTENORA.

הקטע יוצא וכו׳ *mutilus exit &c.* הקטע *mutilus* eſt, cui pes abſciſſus eſt. *Exit* בקב *cum fulcro ſuo.* Faciunt illi aliquid in forma pedis, quod nonnihil excavat, ut immittere extremitatem cruris ſui poſſit eò, ita tamen, ut non innitatur illi. Licitum verò eſt egredi cum illo, quia pro calceo ipſius ipſi eſt. *Verum Rabbi Joſe interdicit:* eò quod non ſit ornamentum. Eſtque deciſio juxta R. Joſe.

Et ſi eſt ei receptaculum panniculorum mollium : ſi adeò excavaverit, ut ſufficiat etiam pro receptaculo panniculorum parvorum, & mollium, ad requieſcere faciendum extremitatem cruris ipſius ſuper illis, recipit immunditiem contactus. Quod ſi non fuerit ei, niſi receptaculum cruris ipſius tantum ſine panniculis mollibus; non habetur pro receptaculo, quoad immunditiem; ſed refertur inter ſimplicia vaſa lignea. Nam requirimus, ut receptaculum ejus factum ſit, ut transferri poſſit ſuper illo, quicquid impoſuerint illi, æquè ac crus. Licet crus ejus non transferatur ſuper vaſe, (ſeu inſtrumento.)

סמוכות *fulcimenta ejus :* Eſt mutilus ambobus pedibus ſuis, qui nihilominus incedit ſuper cruribus ſuis aut ſuper genibus ſuis, facitque ſibi fulcimenta ex corio pro cruribus ſuis. *Impurantur conculcatione :* ſi ſc. fluxum ille patitur, quia in fulturam corporis ejus facta ſunt: atque adeò conculcatione immunda fiunt, redduntur que Pater immunditiei. *Exeunt tamen cum his in Sabbatho :* nam ornamentum ſunt ejus (uniuscujuſque mutili.) *Et ingrediuntur cum his in atrium:* Licet traditum nobis legamus : Non ingredietur in montem domus (ſanctæ) cum calceis ſuis (quiſquam.) Nam hæc calcei non ſunt, cum non ſint in extremitate pedum ejus.

כסא *ſolium*: Eſt mutilus, cui nervi crurum ſuorum arefacti & ſic contracti, ut ne quidem ſuper genibus ſuis incedere poſſit : facit verò ſibi aliquid in forma ſolii humilis, inſidetque illi. At quando incedere vult, innititur manibus ſuis, auxilio ſellularum exiguarum, atque ſic movet corpus ſuum de terra, & impellit ſe antrorſum, iterumque ſuper poſterioribus ſuis (partibus) requieſcit. Solium autem poſterioribus iſtis alligatum eſt. סמיכות *fulcra :* ſc. ejuſdem mutili. Facit ſibi fulcra ex corio aut ex ligno pro extremitatibus crurum ſuorum, aut pedum ſuorum, dependentium. Quando verò innititur manibus ſuis, & ſeipſum movet, innititur ſimul pedibus ſuis nonnihil. *Sed etiam cum iis non exeunt in Sabbatho :* Nam illa, quæ appendunt (tantum,) neque intexunt, nonnunquam exuuntur, atque ſic (aliquis) eò progredi poteſt, ut ſecum portet illa. Sunt tamen, qui dicunt: propterea, quod non uſque adeò opus illis habet, habenturque pro onere. *Nec atrium ingrediuntur* (*cum illis* :) quia calcei ſunt. אנקטמין eſt forma quædam faciei hominis turpis, quam imponunt ſuper faciem ad terrendum pueros. Alia interpretatio;

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הקטע יוצא בקב וכו׳ *mutilus exit cum fulcro ligneo &c.* בית קבול כתותין *domus Receptionis panniculorum mollium*, hoc vult; quando eſt in iſto ligno, quod eſt fulcrum mutili, inciſura, ut ingrediantur in illam extremitates carnis, adeò ut areſiat, & relinquatur egrediens foras ex eo, cui amputarunt manum aut pedem; quum inciſuram non attenderunt. Jam quod dicitur: *Polluitur*, hoc vult, quod recipiat immunditiem, etiamque immunditiem מדרס *calcationis* (*quam vocant* :) propterea quod ſit vas receptionis (*receptaculum aliquod*,) ſicut exponemus in tract. Kelim. Eſt autem *immundities calcationis* hæc, quod quicquid idoneum ad cubile aut ſedem, quando pondus (*corporis ſui*) fluxum patiens ſuper illud demiſerit, polluatur; etiamſi fuerint inter fluxum patientem & ſedem res intermediæ de lapidibus aut ſimilibus, ſed plenius exponetur hæc immundities in tractatu Sabim, (*de fluxum patientibus.*) Cæterum quoniam mentionem fecit קב Kabi, *fulcri*, quod eſt pes, quem mutilus facit (*ſibi*,) mentionemque aliam fecit fulcimentorum ejus (מסעדיו) quod liceat exire cum illis in Sabbatho; propterea quod firma ſint & valida; imò quod poſſit ingredi cum illis in atrium (*Templi*,) nec ſit ignominioſum (*Templo*,) quemadmodum ſandalium & calceus, quum quibus prohibitum eſt aſcendere in montem ſanctum totum, quemadmodum expoſuimus in fine (*tractatus*) Berachoth (*de benedictionibus* :) Loqui ſimiliter voluit de *fulcris ſedis*, quæcunque etiam ſedes ſit, (*qua uſus eſt mutilus. Conf. Raſchi.*) De his verò dicit recipere immunditiem; Sed & ex formis iſtorum fulcimentorum, quæ fuerunt nota apud illos, (*veteres*) cognoſcitur, qua de cauſa non debuerit (*quis*) exire cum illis in Sabbatho; nimirum ob altitudinem diſtantiæ à pede. Siquidem (*propter illam*) qui incedebat cum illis, apparebat, quaſi ipſe duceret aut traheret ea. לוקטמין *Grallæ*, ſunt inſtar calcei ex ligno. Quia verò non erant idoneæ ſive ad cubile ſive ad ſedile, neque admittebant inceſſum cum illis, (*ideò*) non recipiebant immunditiem calcationis. Sed amplius explicabuntur omnia hæc fundamenta in tractatu Kelim. Deciſio eſt juxta Rabbi Joſe.

pretatio : Eſt aſinus, quem qui ludos exercent, faciunt, & ponunt eum ſuper humeros ſuos, (eſt & tertia pro grallis expoſitio.) *Mundæ ſunt* : ita ut non recipiant immunditiem : quia neque inſtrumentum in certum uſum, atque ornamentum ſunt.

ט הבנים יוצאים בקשרים ובני מלכים בזוגין וכל אדם אלא שדברו חכמים בהווה :

9 Filii exeunt cum corrigiis alligatis, & filii Regum cum tintinnabulis. Et ſic omnis homo (puer;) niſi quod Sapientes de ſuo tempore loquuntur (& de eo, quod frequentius fieri ſolebat.)

R. OB. DE BARTENORA.

הבנים יוצאין וכו׳ *filii exeunt &c. Cum corrigiis alligatis :* Quum puer aliquis deſiderium magnum habet erga patrem ſuum ; tum pater ſumit corrigiam calcei dextri , & alligat puero ſuper ſiniſtram (manum) ejus, & omni tempore, quo ligamen iſtud ſuper illo eſt, recedit deſiderium ab eò, modo plane ſingulari. Hinc traditur : *Filii*, non autem filiæ : quandoquidem filiæ non habent tantum erga patrem ſuum deſiderium ac filii : בזוגין. *Cum tintinnabulis :* ſpecies campanularum parvarum, *Tintinnabulum aureum*, Chaldaicè verſum eſt, זגא דדהבא (Exod. 28: 34.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הבנים יוצאין בקשרין וכו׳ *pueri exeunt cum corrigiis &c.* Hæ Corrigiæ expoſitæ ſunt in Gemara. Hoc autem eſt, quod illi (*Gemarici*) dicunt ; quod quando puer aliquis parvus maximum habet amorem erga Patrem ſuum, adeò, ut puer *iſte* non poſſit relinquere patrem ſuum, quin accidat illi aliquid damni ; quod (*inquam*) pater accipiat corrigiam calcei dexteri pedis , & alliget illam brachio ejus ſiniſtro , proſitque illi ſingulariter. Atque hæ ſunt corrigiæ. (*Lego numque* קשרים *pro* קשים.) Quod dicitur : *Et omnis homo :* refertur ad id, quod permiſſum eſt filiis Regum, ut exeant cum tintinnabulis.

י יוצאין בביצת החרגול ובשן שועל ובכסמר מן הצלוב משום רפואה (a) דברי רבי מאיר וחכמים (b) אומרים אף בחול אסור משום דרכי האמורי :

10. Exeunt cum ovo locuſtæ, & cum dente vulpis & cum clavo de ſuſpenſo , Medicinæ gratia. Verba ſunt R. Meir. At ſapientes perhibent , etiam in profeſto , propter mores Emoræorum.

(a) Additur in Pragenſ. & Menaſſ. נ״א דברי רבי יוסי ורמ״ אומ׳

(b) Pragenſ. אומרים perperam.

R. OB. DE BARTENORA.

יוצאין בביצת וכו׳ *exeunt cum ovo &c.* החרגול est ſpecies locuſtarum : ſicut ſcriptum eſt : *Chargol juxta ſpeciem ſuam* (Levit. 11: 23.) Suſpendunt autem (ovum ejus) in aure, ut medeantur dolori auris. *Et cum dente vulpis :* quo ad ſomnum utuntur. (Nam) ei, qui facile nimis expergeſit, appendunt dentem vulpis vivæ : ei verò , qui non facile obdormiſcere poteſt, appendunt dentem vulpis mortuæ. *Et cum clavo de ſuſpenſo* : h. e. clavo, qui in ligno ſuſpenſi (hominis) eſt. Hunc ſi quis imponit tumori plagæ (vel vulneris,) tumor recedit. At Rambam interpretatus eſt, quod appendant illum collo ejus , qui febri tertiana laborat , ſanetque hunc. Verum Rabbi Meir (in textu Miſchnæ eſt , Sapientes) dicit: Etiam in profeſto eſt prohibitum. Sed non eſt deciſio juxta Rabbi Meir. Nam hypotheſis nobis eſt : In quacunque re eſt aliquid medicinæ, in ea nihil eſt (ſuperſtitionis) nomine viarum (ſeu ſuperſtitionum) Amoritarum, neque legimus de ea (h. e. non pertinet ad illam, quod legimus :) *Et in ſtatutis eorum non abibitis.* (Levit. 18. 3.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יוצאין בביצת החרגול וכו׳ *exeunt cum ovo Canthari &c.* חרגול eſt ſpecies locuſtæ ; (*de qua Levit.* 11: 22.) ואת החרגול *& cantharum juxta ſpeciem ſuam.* Prodeſt autem adverſus morbum dolorum femorum ſingulariter (*& inſigniter , ſeu per occultam qualitatem.*) At dens vulpis facit ad ſomnum. Si quis enim accepit dentem vulpis vivæ , & appenderit ei, cujus ſomnus nimis longus eſt : tum expergefaciet illum. Sed ſi ſumſerit (*dentem*) de vulpe mortua , operabitur contrarium. Sic quoque exiſtimant omnes occultarum qualitatum ſcrutatores, quod , quando ſumatur clavus è ligno (*partibulo*) ſuſpenſi, & ſuſpendatur de collo ejus, qui febrem tertianam habet , proſit illi. Cæterum deciſio eſt juxta Rabbi Joſe. Eſt enim hypotheſis apud nos : In quacunque re eſt aliquid medicinæ, in eo non eſt (*reatus*) propter mores gentium (*Emoræorum* :) neque de eo Scriptura locuta eſt (*cum dixit Levit.* 20: 23. *Et non ibitis in ſtatutis gentium.*

פרק ז כלל גדול אמרו בשבת כל השוכח עיקר שבת ועשה מלאכות הרבה בשבתות הרבה אינו חייב אלא חטאת אחת היודע עיקר שבת ועשה מלאכות הרבה בשבתות הרבה חייב על כל שבת ושבת היודע שהוא שבת ועשה מלאכות הרבה בשבתות הרבה חייב על כל אב מלאכה ומלאכה העושה מלאכות הרבה מעין מלאכה אחת אינו חייב אלא חטאת אחת :

Caput 7. Regulam magnam (& notabilem) dixerunt (R. N.) de Sabbatho : quicunque obliviſcitur fundamentum Sabbathi , & (ſic) facit opera multa in Sabbathis multis : non eſt reus, niſi peccati unius. Quicunque ſcit fundamentum Sabbathi , & facit opera multa in Sabbathis multis, reus eſt de unoquoque Sabbatho. Qui ſcit , quod ſit Sabbathum, & facit opera multa in Sabbathis multis, reus eſt de omni primario opere. Qui facit opera multa unius ſpeciei operis, non eſt niſi unius peccati reus.

R. OB. DE BARTENORA.

כלל גדול אמרו וכו׳ *regulam magnam dixerunt &c. Regulam magnam , quicunque obliviſcitur fundamentum Sabbathi :* Ita ut exiſtimet, nullum Sabbathum eſſe in lege (divina præceptum :) etiamſi verò olim audiverit, modo nunc oblitus ſit illud. *Non eſt reus niſi peccati unius :* pro omnibus Sabbathis, quæ profanavit : ideò quod unicus error ſunt. Scriptum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כלל גדול אמרו וכו׳ *regulam magnam dixerunt &c.* Propterea datur Regula magna (*ſeu inſignis,*) quod ſit Sabbathum (*mandatum*) ſub graviori pœna, quam reliquæ pœnæ ſunt. Eſt namque (*mandatum*) ſub lapidatione. Porrò, quando dicunt : *Qui obliviſcitur fundamentum Sabbathi*, dicere volunt : licet fuerit ipſi notitia (*ejus*) prius. Quod vox

Scriptum namque eſt (Levit. 19: 21.) *Sabbatha mea obſervabitis.* Ubi litera dicit unicam obſervantiam pro Sabbathis multis. *Quicunque ſcit fundamentum Sabbathi:* quod Sabbathum ſit in Lege (divina præſcriptum,) quodque in eo interdicta ſint opera. *Et facit opera multa in Sabbathis multis:* per errorem Sabbathi (h. e. quia neſcit Sabbathum eſſe hoc die, reus eſt pro unoquoque Sabbatho peccati unius. Et de hoc dictum eſt (Exod. 31: 16.) *Et obſervabunt filii Iſrael Sabbathum.* Ubi litera indicat obſervantiam pro unoquoque Sabbatho, q. d. quod reus (quis) ſit pro unoquoque Sabbatho peccati.. Etiamſi verò non notum factum fuerit illi interea (temporis,) & ſit ignorantia una: attamen dicimus, quod dies intermedii ſint illi pro notitia. Quia fieri non poteſt, ut interea non audiat, quod dies iſta Sabbathum fuerit ·; niſi quod ille non recordatus eſt operum, quæ in illo fecit. Itaque unumquodque Sabbathum (per ſe) eſt error unus.

Qui ſcit, quod ſit Sabbathum, & facit opera multa: quia neſcivit, quod iſta opera prohibita eſſent, fecitque illa vicibus multis in multis Sabbathis. *Reus eſt de omni primario opere:* (ſupple) peccati unius. Et licet redierit & multiplicaverit in plurimis Sabbathis; tamen primarium opus quodvis de illis, unus (tantum) error eſt. Nam non notum factum eſt illi interea (temporis quicquam.) Nec eſt, ut quis hic dicat: dies intermedii fuerunt ſufficiens notificatio ad diſtinguenda (peccata in plura.) Nam ex diebus illis intermediis non poterat ille cognoſcere, ſive quod opus prohibitum, ſive quod licitum eſſet: niſi ille conſedit, & ſtuduit coram Sapientibus in conſtitutionibus Sabbathicis. Atque hinc eſt, quod reus (homo) ſit ſuper duabus prolibus duorum patrum diverſorum, (h. e. ſuper duobus operibus minus principalibus duorum operum principalium diſtinctorum:) ſuper quolibet (inquam) unius peccati; cum tamen, quum facit patrem & prolem ejus, aut duas proles unius patris, non reus peragatur, niſi unius (peccati.) Quemadmodum ſub finem hujus Miſchnæ traditur: *Qui facit opera multa unius ſpeciei operis, non eſt niſi unius peccati reus.* Ex. gr. duas proles unius patris: idque ideò, quod fuit faciens iterumque faciens in ignorantia una. Atqui non fit diſtinctio peccatorum per ignorantiam unam, ſed per naturas transgreſſionis, quæ ſimiles non ſunt; aut per diſcrimen Sabbathorum, quod ad errorem Sabbathi.

vox שוכח *obliviſcens*, docet (*ſc. nemo aliquid obliviſcitur, niſi prius noverit.*) Fit autem iſtud, quando obliviſcitur, quod Deus (*perpetuo*) exaltandus præceperit filiis Iſraël interdictum operis in Sabbatho, etiamſi credat, quod dies ipſe in quo opus facit, ſit Sabbathum. Hinc itaque non obligatus eſt niſi ad munus unum: ſiquidem non eſt ipſi niſi error unus de fundamento Sabbathi. Sed ſi ſcivit, quod Deus benedictus prohibuiſſet opus in Sabbatho, cogitavit autem quaſi hic dies non eſſet Sabbathum; obligatus eſt ad munus unum pro quolibet Sabbatho: nam unus error fuit iſte pro toto die. Sed quando novit, quod dies Sabbathi eſſet, & opus in eo prohibitum; ignoravit tamen id, quod faceret, eſſe opus, prohibitumve eſſe, vel non eſſe; quin potius exiſtimavit, non eſſe opus; item, ſi ignoravit, quod eſſet (*prohibitum*) ſub anathemate, ſed cogitavit, quod eſſet (*prohibitum*) ſub flagellatione; Ecce obligatus eſt ad munus pro unoquoque opere. Eſt namque error de unoquoque opere. Quod præterea dicunt, *opera multa unius ſpeciei operis*, hoc vult, quod quando faciat ex errore opus principale aliquod ex principalibus operibus, cum iis, quæ inde oriunda ſunt, vocanturque תולדות *Generationes*, non ſit reus, niſi unius peccati. Et Exempli loco dicitur (*additur,*) quod, quando quis molit triticum ex errore, quod verò principale opus eſt, de principalibus operibus; deinde ſecet lignum ſerra, ad accipiendum ſegmentum ejus; molat etiam fruſtum metalli, ad accipiendum molituram ejus; & hæc omnia in una eademque ignorantia; (*quod inquam*) non ſit reus, niſi unius (*peccati:*) quoniam hoc ſegmentum, & hæc molitura ſunt generationes molentis.

ב אבות מלאכות ארבעים חסר אחת הזורע
והחורש והקוצר והמעמר הדש והזורה הבורר
הטוחן והמרקד והלש והאופה הגוזז את הצמר
המלבנו והמנפצו (a) והצובעו והטווה והמיסך
והעושה שתי בתי נירין והאורג שני חוטין והפוצע
שני חוטין הקושר והמתיר והתופר שתי תפירות
הקורע על (b) מנת לתפור (בי (c) תפירות) הצד
צבי השוחטו והמפשיטו המולחו והמעבד את עורו
והמוחקו והמחתכו הכותב שתי אותיות והמוחק על
מנת לכתוב שתי אותיות הבונה והסותר המכבה
והמבעיר המכה בפטיש המוציא כרשות לרשות
הרי אלו אבות מלאכות ארבעים חסר אחת :

2. Patres operum (ſive principalia opera) ſunt quadraginta uno minus: Serens, arans, metens, manipulans, (ſive colligens in manipulos,) triturans, ventilans, purificans, molens, cribrans, pinſens, coquens, tondens lanam, dealbans eam, & excutiens eam, & tingens (eam,) nens, & ſtamen ſubtegens, & inducens duo (fila) in ſpatium filorum, & texens fila duo, & rumpens fila duo, ligans, & ſolvens, & ſuens duas ſuturas, diſſecans eo fine, ut conſuat, venans capream, mactans eam, & decorians eam, ſaliens eam, & parans pellem ejus, & radens eam, & diſcindens eam, ſcribens duas literas, & delens, ut ſcribat duas literas, ædificans, & deſtruens, extinguens, & accendens, percutiens malleo, educens rem è poteſtate in poteſtatem (i. e. è loco privato in locum publicum, & contra.) Hi ſunt patres operum quadraginta uno minus.

(a) Amſtelod. וצובע (b) Menaſſ. מנה (c) Omiſſæ ſunt duæ hæ dictiones in Venet. & Amſtelod. quæ tamen repetuntur in Pragenſ. & Menaſſiano Codd.

R. OB. DE BARTENORA.

אבות מלאכות וכו׳ *Patres operum &c. Serens, Arans:* Ecce non tradit Arans primò, & deinde ſerens, quemadmodum totus orbis enumerare nobis ſolet. Nimirum, quando fundus aliquis durus fuerit, araveritque & ſeverit eum (aliquis;) deinde iterum araverit illum: tum etiam propter arationem ſecundam reus peragitur. *Metens:* ſc. ſeminata. Sed & colligens ex arboribus, reus fit ſub nomine metentis. *Manipulans:* h. e. colligens ſemina evulſa, & congregans ea in locum unum. *Ventilans:* ſc. vanno ad ventum. *Purificans:* à rejectamento ſive manibus ſuis, ſive cibro. *Cribrans:* Cribro נפה dicto. Quamvis verò hæc omnia (tria) unum idemque

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אבות מלאכות ארבעים וכו׳ *principalia opera ſunt quadraginta &c.* מעמר eſt, *qui coacervat* העמרים *manipulos*, unum ſuper alterum. Nam עמיר eſt nomen manipuli tritici, aut hordei, aut quorumcunque aliorum, quæ metunt homines. בורר eſt, *qui purgat* & expurgat lapides, & ſcrupulos, & his ſimilia, è ſemine. מרקד eſt, *qui cribrat farinam*, ad ſeparandum illam à furfuribus. מנפצו *qui diſpergit illam* (*lanam*) baculo (*ſc.*) idem eſt cum חובטו, eo *qui baculo excutit.* מסיך eſt, *qui ſubtegit ſtamen.* Et hæc ſignificatio verbi הסיך deducta eſt ex (*Eſa.* 25: 7. המסכה הנסוכה, *Velamen obductum.*

que ſint ; quod ad ſeparandum rejectamentum à medio cibi facta ſint tria hæc ; attamen propterea quod hæc ipſa tria (diſtincta) fuerunt in habitaculo, utut ſibi invicem ſimilia ſint, conſideratur unumquodque in ſeipſo (ſeu ſeorſim :) vel etiam, quia non fiunt ſimul, ſed unum poſt alterum.

אופה *coquens :* non fuit hic in habitaculo (ſancto.) Nam coctura non intelligitur, niſi de pane. Jam verò coctura panis non conveniebat operi habitaculi (ſancti.) Niſi quod Doctor Miſchnicus ordinem (cœptum) in pane perſequi voluit. Nihilominus מבשל *coquens in aquis*, quod (opus) eſt de ſpecie operis אופה *coquentis panes*, fuit in habitaculo, quoad materiam (variam) coloris, hyacinthini, purpurei, & dibaphi. Cæterum etiam qui miſcet ollam, & qui ponit operculum ſuper ollam ſtantem ad ignem, reus eſt ſub nomine coquentis in aquis. Itidemque omnia iſta præcedentia, quæ in Miſchna recenſentur, (nimirum) *Serens*, *Metens*, *Triturans &c.* Omnia, (inquam) ratione materiæ coloris (variæ) pertinent ad opus habitaculi. *Tondens lanam :* & omnia reliqua opera ejus, quæ in lanam hyacinthini operis habitaculi cadunt. *Dealbans illam :* h.e. abluens in fluvio. *Excutiens eam :* Qui excutit eam baculo ; vel etiam qui pectine. המיסך *ſtamen ſubtegens :* אורדיר barbare.

בתי נירין *duo ſpatia filorum :* h.e. qui immittit duo fila in licium : *Rumpens :* removens fila ſubtegminis è ſtamine, aut ſtaminis è ſubtegmine in uſum texturæ. *Ligans & ſolvens.* Sic namque, qui capiunt limacem, ex quo hyacinthinum fit, ligant & ſolvunt. Siquidem nonnunquam neceſſe eſt, ut anferantur (nonnulla) fila de reti hoc, & addantur iſti ; & (viciſſim) ut ſolvantur hic, & ligentur illuc. Porro *ſuens & diſſecans* etiam fuit (occupatus) circa cortinas (habitaculi.) Nam in cortina, quam comederat tinea, & in qua fecerat foramen exiguum atque rotundum, oportebat latius diſſecare deorſum & ſurſum foramen, ut non redderetur plicis plena. *Suens duras ſuturas :* ita tamen, ut etiam liget eas. Nam ſi non ligat, (vel modo claudit) eas, non durant. Cæterum duobus nominibus reus fit, (ſc.) nomine ligantis, & nomine conſuentis. *Venans capream* ; (iſta venatio capreæ) & quodcunque præterea opus circa pellem ejus, deprehenditur exercitum fuiſſe iſſe in taxis & horum pellibus.

Saliens illam, & elaborans eam ; in Gemara eſt, qui objicit, quod idem ſit ſaliens & elaborans ; ideò omittit unum ex illis, & in locum ejus ſubſtituit ductum linearum ; quod ducens lineas ex patribus operum ſit. *Radens eam :* qui abradit pilos ejus. *Diſcindens eam :* h. e. diſſecans & diſcindens eam in lora aut ſandalia. *Scribens & delens :* (Hi etiam) fuerunt in habitaculo (ſancto.) Ita namque ſignabant aſſeres, ut ſcirent, quiſnam alterius ſocius (ſeu vicinus) eſſet : & quidem ſcribebant literam in hoc, & literam in iſto. Nonnunquam autem fiebat, ut erraret (ſcribens) deleretque. *Extinguens & accendens* ; ignem qui ſub olla materiæ colorum. *Percutiens malleo :* Hæc eſt conſummatio operis. Sic namque dicitur : pulſans incudem in conſummatione operis. Itaque percutiens malleo non eſt reus, niſi per conſummationem operis. Cæterum per numerum ab initio (poſitum,) quum numeravit patres operum quadraginta minus unum, etiamſi mox iterum enumeraturus (ordine) ſingulos eſſet, vult nos docere, quod, licet fecerit homo omnia opera, quæ in mundo ſunt, in uno Sabbatho, in ignorantia una, fieri tamen non poſſit, ut reus fiat, ultra quadraginta peccata. Siquidem reliqua opera omnia ſunt proles (ſeu opera minus principalia) iſtorum patrum : atque ſic deprehenditur, quod faciat patrem & prolem ejus, nec reus peragi poſſit, niſi (peccati) unius.

בתי נירין *domus liciorum* ſunt fila dependentia alia ab aliis : & eſt ſpecies texturæ : illis namque intertexit textor. Eſt verò nomen נירין *Nirin*, & res ipſa, nota apud Textores. והמולחו *& ſallens illam :* vult dicere, *ſallens pellem.* Et המעבדו eſt qui dat in locum præparationis. מוחק eſt, *qui abradit pilos ex illa (pelle.)* המחתך eſt is, *qui diſcindit pellem (corium.)* סותר eſt idem ac הורס *deſtruens.* Et percutiens בפטיש *cum malleo :* פטיש *malleus eſt inſtrumentum*, quo utuntur aurifabri, & opifices ferri atque æris (*fabri ferrarii & ærarii :* & notum quidem eſt ; (*vel ex Jerem.* 23: 29.) וכפטיש *& ſicut malleus diſpergit petram.* Cæterum, ſi quis percutit malleo, etiam tempore conſummationis (*operis,*) opus eſt : ſicut facere ſolent, qui percutiunt malleis. Nam conſuetudo illorum eſt, ut incutiant ictus (*nonnullos*) ipſi incudi tempore pulſationis. Hinc omnis exornatio operis & conſummatio ejus, ut politio, & limatio, & (*aliæ*) ſpecies expolitionis, omnes ſunt generationes (*omnia ſunt conſequentia*) ejus, qui percutit (*ſeu pulſat*) malleo. Atque hoc eſt, quod dicunt : *In quocunque eſt (ſeu conſiſtit) conſummatio operis, ob id) reus eſt nomine pulſantis (ſeu percutientis) malleo.*

Hæc autem principalia opera omnia in exempla (*poſita ſunt.*) Ita quidem, ut poſſimus (*conſequenter*) dicere : *Metens eſt inter principalia opera* : ſimiliterque, *Evellens germen adn.. um terræ*, ſiquidem intentio illius eſt (*directa*) in illam rem, quam evellit ; ut, ſi quis decerpit ficus, aut vindemiat uvas, aut decutit olivas. De ſingulis ex iſtis operibus non dicimus, quod ſint generationes (*conſequentia*) ejus, qui metit : ſed qui decerpit ficus, aut vindemiat uvas, aut decutit olivas, eſt aliquis qui metit, per ſe. Quemadmodum non dicimus de eo, qui mactavit ovem, aut bovem, quod ſit generatio (*ſeu conſequens*) ejus, qui mactat ; aut de eo, qui coquit coctile (*aliquod*) de coctilibus, quod ſit generatio (*ſ. conſequens*) האופה *Piſtoris :* quin potius ipſe eſt aliquis piſtor (*idem eſt ac Piſtor.*) Contra itaque conſequens (*ſ. generatio*) eſt, quicquid participat cum ipſo opere, quod numeratum inter principalia opera, in re tantum : ita quidem, ut, ubicunque deprehenderis iſtam rem, ſit conſequens illius principalis operis. Exemplum hujus rei eſto (*tibi,*) quod (*ſupra*) diximus ; quod qui molit, ſit ex principalibus operibus. Res ſc. ipſa in molitura, eſt contuſio rei magnæ & redactio ejus in partes minutiores. Hinc ſectio olerum in Sabbatho, aut ſectio ligni ad accipiendum ſegmentum ejus, aut molitio, limatio, ſectio metalli (*cujuſcunque*) ad accipiendum molituram ejus, aut fiſſio lignorum ad comburendum : omnia (*inquam*) hæc ſunt conſequentia molentis. Similiter : Res (*ſignificata*) coctionis eſt emollitio corporum durorum. Hinc, quando quis fundit aliquod de metallis, aut calefacit illa, eſt conſequens coquentis ; ſi vel maximè non ſuccendat ignem, aut urere faciat illum, ſed peragat fuſionem per ignem (*jam*) urentem, donec calefiat. Atque hinc conjecturam facere poteſt, quod res texturæ ſit collectio partium ſeparatarum, & connexio earundem, & immiſſio aliarum in alias. Item res præparationis pellium eſt conſolidatio rerum mollium, ut non corrumpantur facilè. Obſerva itaque hanc rem, & retine eam, & memento e.us jugiter, quandocunque videris opus ex oper.bus. Conſidera conſequens quoque, cujus principalis operis (*conſequens*) ſit : & ne placeat tibi (*ullum*) opus, quod fuerit principale opus ex principalibus operibus, cum conſequente (*ſuo :*) quemadmodum expoſui tibi.

Porrò, quando dicunt : *qui ſallit illam, & qui præparat illam*, non ſunt duo opera. Nam ſalitio pellis eſt ſpecies de ſpeciebus præparationis. Mentionem autem ejus fecit, ad docendum te, quod ſalitio ſit præparatio (*aliqua.*) Concluditur autem (*alias*) numerus triginta & novem (*operum*) in opere linearum ductarum. Sed diverſum quid fecit Doctor Miſchnicus (*hic*) in enumeratione ejus tempore ſcriptionis : Retulit enim eam inter res ſcribentis. Porrò dicit, quòd ſint *quadraginta minus unum*, & poſtea recenſuit illa, ut doceat nos, quod quiſquis fecerit omnia illa per errorem eundem, & in ignorantia eadem, reus ſit propter unumquodque (*opus* ;) modo error ſit circa opus : quemadmodum ab initio Capitis expoſuimus. Quaſi dicat : quod ſi quis in his operibus erret omnibus per ignorantiam eandem, (*committat*) quadraginta peccata, minus unum. Repetit verò (*eadem verba,*) poſtquam enumeravit iſta principalia opera ; ut exponeret, quod non ſit reus duorum peccatorum, niſi propter duo opera, ex iſtis enumeratis. Quare ſi fecerit principale opus cum minus principali (*conſequente,*) non erit reus, niſi unius. Similiterque ſi fecerit minus principalia multa, ſi tamen fuerint minus principalia iſta omnia ſub uno eodemque principali, non erit reus, niſi unius peccati. Jam quod dixit (*Doctor Miſchnicus,*) *& geminavit (bis dixit) quadraginta minus unum* ; (*factum eſt,*) ad refutandum Rabbi Jehudam, qui annumeravit שובט & מדקדק *operibus principalibus.* Eſt autem שובט is, *qui percutit baculo* aut *calamo ſuper ſtamen*, quando contrahitur ſuper liciatorium textorum, eum in finem, ut ſeparet fila. At מדקדק

eſt,

eſt, *qui ſeparat mala manu ſua tempore texturæ.* Contra verò Sapientes dixerunt, quod opera iſta, iiſque ſimilia, ſint omnia opera minus principalia (*ſub operibus principalibus*) ſubtegentis ſtamen, & texentis: quemadmodum ſupra expoſuimus. Omnia denique iſta opera, quæ enumeravit, vocavit אבות *Patres* h. e. principalia opera, juxta uſum eorum in extructione tabernaculi (*Moſaici,*) ubi vocavit ea Scriptura nomine operis. At quæcunque res ab iſtis dependet aut ſimilis eſt uni iſtorum, vocatur תולדה *Generatio*, hoc eſt, opus minus principale, ſeu conſequens; ſicut diſtinximus.

ג ועוד (a) כלל אחר אמרו כל הכשר להצניע ומצניעין כמוהו והוציאו בשבת (b) חייב עליו חטאת וכל שאינו כשר להצניע ואין מצניעין כמוהו והוציאו (c) בשבת אינו חייב אלא (d) המצניעו:

3. Adhuc regulam aliam dixerunt: Si quid dignum ad recondendum, & recondunt (vulgò) ei ſimile; Eduxerit verò quis in Sabbatho: reus eſt ob hoc peccati. Si quid non eſt dignum ad recondendum, & ei ſimile non recondere ſolent; eduxerit verò quis in Sabbatho: non eſt reus, niſi recondens illud.

(a) Venet. עוד ſine Copulâ. (b) Venet. & Amſtelod. חייב חטאת עליו (c) Tò בשבת abeſt in Amſtelod. (d) Venet. & Amſtelod. למצניע.

R. OB. DE BARTENORA.

ועוד כלל אחר וכו׳ *adhuc regulam aliam &c. Si quod dignum recondendum illud*: eo quod ſit res facta in uſum hominis. *Et recondunt illi ſimile*: eo quod eam habeat præſtantiam (ſeu æſtimationem,) ut dignum ſit, quod recondatur. *Non eſt reus, niſi recondens illud*: ſi ab homine aliquo tanti ſit, ut recondat illud; tum reus ſit per eductionem ejus, quum educit illud; ſed alius aliquis homo non ſit reus propter illud, quia apud eum non eſt opus (aliquod.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ועוד כלל אחר אמרו וכו׳ *& adhuc regulam aliam dixerunt &c.* כשר *rectum* ad obſervandum illud, h. e. ראוי *dignum* ad aſſervandum & cuſtodiendum illud: Et eſt in illo utilitas. Hinc liberum ipſi non eſt, ſi tollat. Et alii etiam aſſervant, quemadmodum ille: vult dicere; quod conſuetudo ſit hominum, aſſervare illud. Sunt namque res, quas ſi aſſervarent, eſſent cuſtoditæ, (*ut diu durarent,*) nec perderentur: ſed non aſſervant illas, neque cuſtodiunt illas (*homines,*) propter multitudinem, in qua inveniuntur in iſto loco, & vilitatem earundem ibidem. Jam quando ſimul habebit res aliqua iſtas duas conditiones, tum quiſquis exportaverit de ejuſmodi rebus & mercibus in Sabbatho, in eâ quantitate, quam declarabimus, reus eſt. At quando rei alicui deſunt iſtæ duæ conditiones, ut (*ſc.*) non ſit digna ad aſſervandum illam, &, ut homines eam aſſervare ſoleant, iſte autem eò progreditur, ut aſſervet eam, tum ille, qui aſſervavit illam, ſolus reus eſt; reliqui verò homines liberi ſunt.

ד המוציא תבן כמלא פי פרה עצה כמלא פי גמל עמיר כמלא פי טלה עשבים כמלא פי גדי עלי שום ועלי בצלים לחים כגרוגרת יבשים כמלא פי גדי ואין מצטרפין זה עם זה מפני שלא שוו בשיעוריהן המוציא אוכלים כגרוגרת (a) חייב ומצטרפין זה עם זה מפני ששוו בשיעוריהן חוץ (b) מקליפיהן וגרעיניהן ועוקציהן וסובן ומורסנן רבי יהודה אומר חוץ מקליפי עדשים (c) שמתבשלות עמהן:

4. Qui promit paleam, plenitudinem oris vaccæ (i. e. quantum os vaccæ capit;) fœnum (vel paleam: Ramb.) Leguminum, plenitudinem oris Cameli: gramen, plenitudinem oris agni: herbas, plenitudinem oris hœdi: folia allii & folia ceparum viridia (vel ſucco plena,) in quantitate caricæ: Arida, plenitudinem oris hœdi (ſc. reus eſt.) Sed non additur unum alteri: quia non ſunt ejuſdem menſuræ. Si quis promit cibos (homini in cibum cedentes, Raſch.) in quantitate caricæ: reus eſt. Et (cibus) alter alteri additur: quia æquales ſunt in menſura ſua: Exceptis corticibus eorum, & granis eorum, & petiolis eorum, & furfuraceo & glumoſo. Et Jehudah dicit: Exceptis lentium Corticibus, quia cum iis coquuntur (atque adeò adduntur.)

(a) In Veneto dictio חייב abeſt. (b) Venet. מקליפיתן Amſtelod. מקליפתן. (c) Menaſſ. שממבשלות.

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא תבן וכו׳ *qui promit paleam &c.* עצה eſt palea ſpecierum leguminis. *Plenitudinem oris cameli*: Quantitas ejus major eſt, quam plenitudo oris vaccæ. Cæterum plenitudini oris vaccæ, reatum non adſcribi propter paleam iſtam leguminum, ideò, quod vaccæ non congruit (in cibum.) עמיר: eſt *palea ariſtarum. Oris agni*: (os agni) amplius eſt, quam os hœdi. Ideò palea iſta ariſtarum, quæ non conveniens eſt (in cibum) hœdo, non facit reum per plenitudinem oris hœdi, donec fuerit plenitudo oris agni. Sed herbæ, quandoquidem conveniunt tam hœdo, quam agno, reum faciunt etiam per plenitudinem oris hœdi. *Viridia* (vel *ſucco plena*: Convenientia homini. *In quantitate caricæ*: hæc namque eſt quantitas omnis cibi hominis in Sabbatho: ſed in quantitate oris hœdi non (faciunt reum,) propterea quod viridia non conveniunt hœdo. *Et adduntur*: quicunque ſc. cibi hominis.

Alter alteri, exceptis corticibus eorum: qui non ſunt cibus,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא תבן כמלא וכו׳ *qui exportat paleam, ſicut plenitudinem &c.* עצה eſt *palea leguminis*, e. g. fabarum, & piſorum, & lupinorum, & ſimilium ex leguminibus. קליפיהן ſunt *folliculus ſuperior*, qui ſimilis eſt cuti beſtiæ. גרעיניהן ſunt *grana dura*, quæ ſunt intra fructus. עוקצין ſunt illi petioli, ex quibus fructus pendent in arboribus, e. g. petioli ficuum, & uvarum, & malorum Perſicorum, & Citreorum, & ſimilium. סובן ſunt furfures eorum, h. e. farina mediocris.

מורסנן *gluma eorum*, h. e. folliculus ſuperior craſſior, qui emergit in cribro primò. Porrò, poſtquam dixit, quod cibi omnes addantur alii aliis, & quantitas eorum, quod ad exportationem in Sabbatho, ſit ſicut carica quæ eſt ficus aliqua mediocris; jam vero de cibis nonnulli ſunt, qui habent folliculum (*ſ. corticem,*) nonnulli, qui habent grana, & petiolos, & furfures: tum oſtendit, quod nulla iſtarum rerum annumeretur cibo; adeò, ut quod metimur juxta caricam (*ſ. caricæ quantitatem,*) ſit de cibo optimè purgato, ab omni-

bus, neque implent quantitatem. *Et petiolis eorum :* hi ſunt cauda fructus, & habentur pro ligno communi. וסובן *&* *furfuraceo eorum :* eſt cortex tritici, qui decidit per evulſionem (ſeu dum evellitur.) ומורסנן *& glumoſo eorum :* eſt id, quod in cribro relinquitur. Rambam quidem interpretatus eſt invertendo; quod (ſc.) מורסן ſit craſſius quidem quid, minus tamen quam סובין. *Exceptis corticibus lentium, qui coquuntur cum illis :* ad excludendum exteriores cortices, qui decidunt, quum facit quis ex iis aream (h. e. quando quis triturat illas.) Porrò *Cortices fabarum*, quamdiu ſuccum habent & coquuntur cum cortice ſuo, Rabbi Jehudæ adduntur ad cibos in quantitatem caricæ (h. e. ad faciendam quantitatem caricæ:) ſed non æquè aridarum. Quia hæ non comeduntur cum cortice ſuo: cum appareat eſſe muſcæ in patina. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

omnibus ſpeciebus iſtorum rejectamentorum. At R. Jehudah dixit, quod, lentes tantum metiantur cum folliculo (*ſive cortice*) tenuiori, qui ſuper illis eſt : quandoquidem coquantur integræ cum folliculis (*iſtis*) ſuis, & comedantur cum iſtis. Idemque ſtatuit de fabis viridibus : propterea quod comedantur cum folliculis ſuis, qui ipſi cibo proximi ſunt. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

פרק ח המוציא יין כדי מזיגת הכוס חלב כדי גמיעה דבש כדי ליתן על הכתית שמן כדי לסוך אבר קטן מים כדי לשוף בהם את הקילור ושאר כל המשקין ברביעית וכל השופכין ברביעית רבי שמעון אומר כולן ברביעית ולא אמרו כל השיעורין הללו. אלא למצניעיהן :

Caput 8. Quicunque promit vini tantum, quantum in poculo miſcetur : lactis tantum, quantum uno hauſtu abſorbetur : mellis tantum, quantum contuſioni (cameli atque Equi ; vel manus & pedis hominis, Raſch. vel vulneris, Ramb.) imponitur : olei tantum, quanto membrum parvum inungitur ; aquæ tantum, quanto abluitur oculorum pigmentum ; & quorumcunque reliquorum potuum quartale : itemque quorumcunque liquidorum, (aquarum putreſcentium. Raſch. ad miſcendum lutum. Gemara (reus eſt.) R. Schimeon dicit omnium quartale ; nec perſcripſerunt (R. N.) omnes has menſuras, niſi iis, qui ejuſmodi recondunt.

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא יין וכו׳ *quicunque promit Vini &c. Quicunque promit, quantum miſcetur in poculo :* nimirum (in poculo) benedictionis cibi, quæ eſt pars quarta quartalis vini puri ; ut commiſcere poſſit illud juxta proportionem unius partis vini ad tres de aquis, & inſiſtat quartali Logi, quæ menſura eſt poculi benedictionis cibi. *Quantum uno hauſtu abſorbetur :* quantum homo abſorbet una vice. Cæterum lactis beſtiæ immundæ, quod non in cibum cedit, quantitas eſt, ut eo fucari poſſit unus oculus. על הכתית : vulnus eſt; quod in tergis equorum & aſinorum ex onere naſcitur : quanquam (etiam) ſcriptum inveni, quod ulcus in cute carnis, quum hæc propè cocta eſſe incipit, caput ſuum ſurſum vertat voceturque פי כתית. Cæterum licet mel præcipuè in cibum cedat, poſtquam tamen Medicina ejus inventa eſt, ideò quantumcunque (mellis) etiam ſit, ſequimur menſuram minorem cum rigore (aliquo.)

Membrum parvum : h.e. infantis, filii diei ſui. Et eſt digitus minimus, qui in pede eſt. לשוף h. eſt. לשפשף *ad abluendum & abſtergendum illis.* קילור *pigmentum :* quod allinunt oculo. *Et quorumcunque reliquorum potuum* (ſeu *liquorum,*) ex quibus non faciunt medicamentum. שופכים ſunt *aquæ fœtidæ*, quarum uſus eſt, ut commiſceatur illis lutum. *Omnium quartale :* Etiam vini, & lactis, & mellis : eò, quod menſuræ non dictæ ſint in Miſchna niſi iis, qui ejuſmodi recondunt. Verum quicunque reliqui homines non fiunt rei, niſi per quartale. Opinio namque Rabbi Schimeoni hæc fuit, quod recondens ipſe poſtulet menſuram minorem ; nec propter minus illa menſura reum facit. Neque enim juxta R. Schimeonem propter id, quod dignum non eſt, ut recondatur, & cui ſimile non recondunt, reus fit, qui recondit illud, quantumcunque ſit. Sed non eſt deciſio juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא יין כדי וכו׳ *qui promit vinum &c.* כוס *Calix*, quem intelligit hoc loco, eſt Calix benedictionis : & menſura ejus eſt quartale. Jam verò expoſuimus aliquoties, quod menſura quartalis ſint digiti duo ſuper digitis duobus, cum altitudine digitorum duorum & dimidii digiti, & quinta parte digiti. Omnes autem menſuræ (*intelligendæ ſunt*) de גודל *pollice*, qui בוהן (*dicitur*) in lingua Hebræa. Porrò miſcere ſoliti ſunt vinum ſuum ita, ut eſſet una pars vini, & quatuor partes aquæ. Quod cum ita ſe habeat, mixtura calicis habebit quartam partem quartalis vini. גמיעה autem eſt, quantum ſorbetur una vice, ſi ſit lac beſtiæ mundæ, quod aptum ſit potui : ſed lactis beſtiæ immundæ menſura, quoad in Sabbatho eductionem, eſt, quantum ſufficit ad fucandum oculum unum. כתית eſt *extremitas vulneris*, h. e. ipſum (*quaſi*) os (*apertura*) vulneris : Pluralis ejus eſt, כתיתין. Pridem autem præmiſſa eſt expoſitio ejus. Quum dicit : *membrum parvum*, vult intellectum membrum parvum hominis unum diem nati. *Minimum* autem *membrum*, quod eſt in homine, eſt digitus minimus, qui in pede eſt. (*Porrò cum dicit :*) לשוף *ad abſtergendum pigmentum*, menſura hæc eſt : ut liquefiat per illam pigmentum ; juxta ſignificationem ex qua vocatur in lingua Arabica שיאוף. Hoc verò (*intelligendum eſt*) de aquis fluvii tantum, quæ ſunt bonæ oculis : Sed reliquarum aquarum menſura eſt, quantum ſufficit ad lavandum faciem ejus, qui verberatus eſt. שופכן ſunt res omnes, quæcunque effunduntur ; dicere volo, quæ fluidæ ſunt, ut ſunt omnes potus. Non autem eſt deciſio juxta Rabbi Simeonem.

ב המוציא חבל כדי לעשות אזן לקופה גמי כדי לעשות תלאי לנפה (a) ולכברה רבי יהודה אומר כדי ליטול ממנו מידת מנעל לקטן נייר כדי לכתוב עליו קשר מוכסין והמוציא קשר מוכסין חייב נייר מחוק כדי לכרוך על (b) צלוחית קטנה של פלייטון :

2. Quicunque promit funem, ut anſam urceo ex eo faciat : Juncum, ut ſuſpenſorium cribro aut vanno (vel cribro minori & majori. Ram.) faciat : R. Jehudah dixit : ut inde menſuram calcei pro minorenni (vel puero) ſumat : Papyrum ad ſcribendum ſuper eam ſignaturam publicanorum ; & qui promit ſignaturam publicanorum : reus eſt. (Qui promit) papyrum deletam, ad volvendum circa vaſculum parvum balſami, (Moſchi, Ramb.)

(a) Pragenſ. וכברה (b) Pragenſ. & Menaſſ. על פי צלוחית.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא חבל וכו׳ *quicunque promit funem &c. Anſam urceo :* ut teneatur illa. תלאי *ſuſpenſorium :* ad ſuſpendendum hoc (cribrum) ab iſto. Minus autem eſt, quam menſura anſæ urcei. *Menſuram calcei :* ad monſtrandum opifici, (Sutori, dicendumque;) juxta hanc menſuram : oportet me (habere calceos,) hæc menſura minor eſt quam ſuſpenſorii. נייר *Papyrum :* ex herbis hanc faciunt, קשר מוכסין *ſignaturam publicanorum :* Nonnunquam ſolet homo dare vectigal in ingreſſu fluvii in hac ripa. Ubi dari ſolet ipſi ſignatura, quam demonſtret publicano, qui in altera ripa fluvii, ad probandum illi, quod jam ſolverit vectigal. Habent autem in more, ut ſcribant duas literas magnas in ſignum; & majores quidem noſtris literis (communibus.) *Papyrus deleta* non amplius apta eſt ad ſcribendum (ſuper illam aliquid.) Propterea requirit menſuram magnam, ſc. ad volvendum circa vaſculum (balſami.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא חבל כדי לעשות וכו׳ *qui promit funem ad faciendum &c.* גמי eſt *juncus.* Et in Hebræa (*lingua dicitur*) תיבת גמא *arcula junci.* תלאי eſt idem atque manubrium, unde dependet. נפה *cribrum*, notum eſt. Eſt (*ſc.*) quod exigua foramina habet. כברה autem eſt (*cribrum,*) quod majuſcula foramina habet. קשר מוכסין eſt ſignum, quod ſcribunt, qui accipiunt decimas, & publicani, ad docendum, quod hic (*qui habet ſignum*) ſolverit, quod debuerat. Menſura autem ejus ſunt duæ literæ. Vocavit autem קשר *Nodum (vel ligamen)* eo modo, quo homines noſtri ſeculi vocare ſolent ſigna & figuras, quibus calculantur rationes (*h. e. calculos*) עקר אלרומי in lingua Arabica: quod eſt in lingua Hebræa קשר רומיים *nodus (vel ligamen) Romanorum.* נייר *Papyrus (ſeu charta)* nota eſt נייר מחוק *charta deleta*, eſt inſtrumentum contractus chartaceum, quod invalidum redditum eſt, nec per illud exigunt (*amplius*) debitum. פלייטון eſt מר דרור, h. e. *Moſcus.* Non eſt deciſio juxta R. Schimeon.

ג עור כדי לעשות קמיע (דוכסוסטוס כדי לכתוב מזוזה) (a) קלף כדי לכתוב עליו פרשה קטנה שבתפלין שהיא שמע ישראל דיו כדי לכתוב בי אותיות כחול כדי לכחול עין אחת :

3. **Pellem, ad faciendum amuletum : pergamenum, ad ſcribendum ſchedam Meſuſa : Membranam (alius ſpeciei pergamenum,) ad ſcribendum ſuper eam ſectionem minimam, quæ eſt in Thephyllin, & eſt Audi Iſrael : Atramentum, ad ſcribendum duas literas : fucum, ad fucandum oculum unum.**

(a) Parentheſi incluſa abſunt in Codd. Pragenſi & Menaſſiano.

R. OB. DE BARTENORA.

עור לעשות וכו׳ *pellem de faciendum &c. Ad faciendum ex illa amuletum :* h. e. ad obducendum illa amuletum. קלף *membranam ; ad ſcribendum ſuper eam ſectionem minimam :* Quandoquidem enim pretium ejus magnum eſt, non fit ea ſignatura publicanorum, ſed Thephillin & Meſuſoth. Neque reum facit per quantitatem parvam. *Atramentum ad ſcribendum duas literas :* ad faciendum ſignum ſuper duas vertebras vaſis, aut ſuper duos aſſeres ad conſociandum illos. *Ad fucandum oculum unum ;* ſic namque facere ſolent modeſtiores (fœminæ,) quæ incedunt obvelatæ: non revelant, niſi unum oculum, & fucant illum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עור כדי לעשות קמיע וכו׳ *pellem (Corium) ad faciendum amuletum &c.* Ad faciendum ex eo Amuletum : (*hoc eſt*) ad contegendum illo amuletum. קלף *Pergamenum* notum eſt. Super Pergamenum autem ſcribunt Thephillin. Eſtque Traditio Moſis è Sinai. Sectiones Thephillin ſunt IV. (*I.*) *Sanctitas mihi :* (*II.*) *Et erit, quum perduxerit Te :* (*III.*) *Audi.* (*IV.*) *Et erit, ſi audiendo.* Supra etiam meminimus, quod *cera ſit* שעוה.

ד דבק כדי ליתן בראש (a) השבשבת זפת וגפרית כדי לעשות נקב שעוה כדי ליתן על פי נקב קטן חרסית כדי לעשות פי כור של צורפי זהב רבי יהודה אומר כדי לעשות פיטפוט סובין כדי ליתן על פי כור של צורפי זהב סיד כדי (b) לסוד קטנה שבבנות רבי יהודה אומר כדי לעשות (c) כלכול רבי נחמיה אומר (d) כדי לעשות אנדיפי :

4. **Gluten, ad dandum ſuper caput arundinis aucupatoriæ : Picem & ſulphur, ad obſtruendum foramen : Ceram, ad dandum ſuper os foraminis parvi : lutum, ad faciendum os ollæ aurifabrorum, (in quod follis immittitur : Raſch.) R. Jehudah dicit, ad faciendum Tripoda, (vel pedem ollæ, Ramb.) Furfures, ad dandum ſuper os ollæ aurifabri : Calcem, ad linendum minimam filiarum : R. Jehudah inquit, ad promovendum nutritionem capillorum; R. Nehemias dicit, ad illinendum tempora : (reus eſt.)**

(a) Venet. & Amſtelod. השפשף Conf. CL. Buxt. Lex. Talm. fol. 2501. (b) Pragenſ. כדי לסוך (c) Venet. & Amſtelod. כלכל (d) Venet. & Amſtelod. כדי לסוך אונדפי Menaſſ. כדי לסוך אנדיפי.

R. OB. DE BARTENORA.

דבק כדי ליתן וכו׳ *gluten ad dandum &c.* השבשבת *Arundinis Aucupatoriæ :* Aucupes ſuffigere ſolent aſſerculum parvum capiti arundinis, & dare ſuper eum gluten; ut avis, quando ſuper illum ſedet, adhæreat ipſi (glutini.) Oportet autem dare ſuper illum multum glutinis, ut avis hæreat in illo. *Ad faciendum foramen :* In quodcunque (vas) dant argentum vivum, ejus os obſtruunt pice, aut ſulphure; ſed faciunt in re obſtruente foramen parvum, ut emittere ex illo argentum vivum poſſint. חרסית eſt *later contuſus*, ad faciendum os ollæ, per quod follis intrat. פטפוט eſt *pes*, cui olla imponitur. Requieſcere namque faciunt ſuper pede ſeu baſi, ad hoc ipſum factis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דבק כדי ליתן וכו׳ *gluten, ad dandum &c.* דבק *gluten*, eſt res facta manibus hominum, quam quiſquis attingit, adhæret ei. שבשבת eſt *juncus*, cujus capiti addunt Gluten, alligantque illum (*juncum*) arundini, & immittunt in nidos avium, ut extrahant inde pullos. חרסית eſt *lutum ſapientiæ :* notum verò eſt medicis. פי כור *os ollæ*, eſt labrum ollæ, per quod infundunt. Eſtque (כור) vox Hebræa, (*ut Eſa.* 48:1.) *probavi te in olla afflictionis.* פטפוט eſt *pes ollæ;* Faciunt namque illi pedes, quando magna eſt. Et in tractatu Kelim (*habetur*) פטפוטי כירה *pedes ollæ.* צורפי זהב *conflatores auri*, (*ſeu Aurifabri*) noti ſunt. Eſt (צורף) vox Hebræa ſatis, (*ſeu Biblica, ut Jud.* 17:4.) & dedit illud לצורף

Furſures ad dandum ſuper os : ſc. ollæ aurifabrorum. Ubi loci non habent carbones, conflant aurum igne furfurum. Alia Interpretatio: ſolent dare furfures ſuper os ollæ, quando conflant aurum. *Calcem ad linendum minimam, quæ eſt inter filias:* Quando filiæ pervenerunt ad tempus uſque ſuum (pubertatis,) nec venit ipſis via (mulierum:) tum filiabus pauperibus illinere ſolent (matres) calcem, ut via venire feſtinet; ſed exeidere ſimul facit pilos. At filiabus divitibus illinunt farinam optimam. Filias tandem Regum oleo (ungunt) olivarum, quæ (olivæ) tertiam partem (ad maturitatem) nondum pervenerunt. כלכול ſunt tempora: quæ linunt calce, ad ponendos eò capillos. אנדיפי eſt (pars faciei) parumper infra tempora, quam vocant ברת צרעא *Filiam temporum.* Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam: nec eſt deciſio juxta R. Nehemiam.

ה ארמה כחותם המרצופין דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים כחותם האיגרות זבל וחול הדק כדי לזבל קלח של כרוב דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים כדי לזבל כרישא חול הגס כדי ליתן על מלא כף סיד קנה כדי לעשות קולמוס ואם היה (a) עב או מרוסס כדי לבשל בו ביצה קלה שבבצים טרופה ונתונה באילפס :

(a) Venet. & Amſtelod. עבה.

5. (Qui promit ſive effert,) terræ tantum, quantum ſigillum Marſupiorum eſt. Verba ſunt R. Akibæ: At Sapientes dicunt: tantum quantum eſt ſigillum literarum: Fimum aut arenam minutam, ad ſtercorandum caulem braſſicæ; Verba ſunt R. Akibæ: At ſapientes dicunt: ad ſtercorandum porrum. Arenam majorem, ad injiciendum calcis tanto, quantum vola capit: Calamum, ad faciendum calamum ſcriptorium; aut ſi fuerit craſſior vel contuſus, ad coquendum eo ovum ovorum (coctu) facillimum (i. e. gallinaceum,) fractum, & ſcutellæ inditum: (reus eſt.)

R. OB. DE BARTENORA.

ארמה כחותם וכו׳ (*qui effert*) *terræ tantum, quantum ſigillum &c.* ארמה eſt *lutum rubrum.* מרצופין ſunt *ſacci magni*, in quibus portant merces in navem. Obſignant autem eos, quemadmodum obſignant epiſtolas. Cæterum menſura Doctorum noſtrorum minor eſt, quam R. Akibæ. Et eſt deciſio juxta Sapientes. *Ad ſtercorandum* כרישא h. e. porrum. Et menſura ejus minor, quam caulis braſſicæ. Deciſio verò eſt juxta Sapientes. *Quantum vola capit.* סיד: h. e. Vola (aut forte ſcutella) cæmentariorum. *Ad faciendum calamum*: qui pertingat uſque ad articulos medios digitorum ſuorum (ſcribentis.) *Craſſior*: qui non idoneus eſt ſcriptioni. מרוסס h. e. *contuſus & fractus. Ovum leviſſimum:* h. e. ovum gallinæ. Quare verò vocatur ovum leve? Quia eſt facile coctu magis, quam reliqua ova. Menſura autem eſt, ut coquas in quantitate caricæ de illo. טרופה h. e. *commixtum oleo. Et ſcutellæ inditum:* quæ (ſcutella) prius calefacta eſt: nam hoc ovum citiſſimè coquitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ארמה כחותם המרצופין וכו׳ *Terram ſicut ſigillum Marſupiorum &c.* ארמה eſt *lutum rubrum*, ex quo faciunt ſigilla ſuper ſaccos, in quos ponunt Mercatores pecuniam ſuam, qui vocantur מרצופים *Marſupia.* Similiterque faciunt ex illo ſigilla ſuper ſcripta inſtrumenta. קלח ſignificat *Radicem.* At כרישא eſt כרתין *Porrum*: In lingua Hebræa (*Biblica*) חציר (*Num.* 11:4.) ואת החציר *& porrum.* חול גס eſt *arena craſſa.* עבה (*ſc.* קנה) craſſus (*ſc. calamus*, hoc eſt,) ut ipſa ſubſtantia calami ſit craſſior, quam ut aptus ſit ſcriptioni. Porrò quod dicit, קלה *Leve* (*de ovo*) vult dictum, quod feſtinanter coquitur. Eſt autem (*illud*) ovum gallinæ. Tò טרופה ſignificat *mixtum*: vult dicere; quod miſcent cum oleo, & motitant illud probè: propter hoc namque feſtinanter coquitur. Noli autem cogitare, quaſi è genere menſuræ ſit id, in quo calefit ſine coctura e. g. cacabus & ſartago: nam non eſt; ſed menſura eſt, quando torrent de ovo gallinæ in quantitate caricæ. Atque hoc eſt, quod dicunt: *ſicut Carica de ovo levi.* Et erit ſartago jam calefacta calore mediocri. Non autem eſt deciſio juxta R. Akibam.

ו עצם כדי לעשות תרווד רבי יהודה אומר כדי לעשות ממנו חף. זכוכית כדי לגרור בו ראש הכרכר צרור או אבן כדי לזרוק בעוף ר׳ אליעזר בר יעקב אומר כדי לזרוק בבהמה :

6. (Efferens) os, ut cochlear faciat; R. Jehudah inquit, ut faciat ex eo dentem clavis ligneæ: Vitrum, ad radendum eo caput radii textoris: ſcrupulum aut lapidem, ut in aves ſpargat (ſive jaciat;) R. Elieſer f. Jacob dicit: ad jaciendum in pecudem: (reus eſt.)

R. OB. DE BARTENORA.

עצם כדי לעשות וכו׳ *Os, ut faciat &c.* תרווד eſt *patella.* חף eſt dens de dentibus clavis, qua aperiunt januas. Non eſt autem deciſio juxta R. Jehudam. כרכר *radii*: ſc. textorum, per quem traducant ſtamen, quando hoc expanditur ante ipſum (textorem,) & quo percutit fila (ut arctius coëant.) *Ad jaciendum in pecudem*: Quia non fatigatur homo, quando tollit ſcrupum. Propter aves verò, ab abigendum eas; ubi leviſſimus (ſcrupus) communiter ſatis ſuperque eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עצם כדי לעשות תרווד וכו׳ *Os tantum, ut fiat inde Cochlear &c.* תרווד *Cochlear*, eſt cochlear medicorum parvum. Et adhuc vocant illud תרווד: multaque faciunt apud nos. חף autem eſt dens de dentibus clavis ligneæ. כרכר notum eſt. Barbarè טורטור *Tourtour.* Eſt autem verticulum.

ז חרס כדי ליתן בין פצים לחברו דברי רבי יהודה ר׳ מאיר אומר כדי לחתות בו אור האור

7. (Efferens) teſtam, ut detur inter poſtem unum & (poſtem) alterum; ſunt verba R. Jehudæ: R. Meir dicit: ut eâ ignem accipiat; R. Joſe dicit:

רבי יוסי אומר כדי לקבל (a) בו רביעית. אמר רבי מאיר אף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר (b) לא ימצא במכיתתו חרס להתות אש מיקוד אמר לו רבי יוסי משם ראיה (c) ולחשוף מים מגבא :

Ut accipiat quartale (liquidorum :) (reus eſt.) Dixit R. Meir : etiamſi rei huic deſit probatio, eſt tamen indicium (Eſa. 30: 14) Non invenietur in contuſione ejus teſta ad accipiendum ignem è foco. Dixit ei R. Joſe : Hinc verò eſt probatio, ad hauriendum aquam è foſſa (eod. v. 14. Cap. 30: Eſa.)

(a) בו abeſt in Venet. (b) Menaſſ. שנאמר ולא (c) Venet. לחשוף ſine ו.

R. OB. DE BARTENORA.

חרס כדי ליתן וכו׳ *Teſtam, ut detur &c. Inter poſtem unum & alterum:* Quando ordinant poſtes aut columnas, aut trabes, aut faciunt ordinem trabium ſuper terra, eſtque foramen inter unam alteramque, pro fultura ponit (teſtam) ſub illas, ut non in latus inclinentur. *Indicium (rei :)* nam utilis eſt teſta ad exceptionem ignis. לחשוף h.e. *ad hauriendum.* גבא eſt *fovea parva*, in qua aquæ congregantur: quandoquidem teſta etiam eſt utilis ad acceptionem aquæ. Deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חרס כדי ליתן וכו׳ *Teſtam ſufficientem ad dandum &c:* פציםּ eſt *dimidiatus later:* Quando (*ſc.*) inter dimidiatos lateres eſt cavitas, tum implent iſtam cavitatem teſtis & lapidibus parvis. Deciſio eſt juxta Rabbi Joſe.

פרק ט אמר ר׳ עקיבא מניין לעבודה (a) זרה שמטמאה במשא כנדה שנאמר תזרם כמו דוה (b) צא תאמר לו מה נדה מטמאה במשא אף עבודה (c) זרה מטמאה במשא :

Caput 9. R. Akiba dixit : Unde eſt (diſcitur & probatur,) quod idolum inquinet, ut menſtruata, per onus? Quia dictum eſt (Eſa. 30: 22.) Diſperges ea, ſicut menſtruatam : Exi, dices ei. Quid menſtruata? Per onus inquinat. (Ergo) etiam idolum per onus inquinat.

(a) Menaſſ. לע״א (b) pro צא in Amſtelod. ותצא priorem tamen Lectionem confirmat Sacra Scriptura hoc Prophetæ loco. (c) Menaſſ. ע״א.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר רבי עקיבא וכו׳ *dixit Rabbi Akiba &c. Dixit R. Akiba: Unde eſt, quod Idolum inquinet per onus?* Quandoquidem locuti ſunt ſupra de qualicunque probatione pro teſta: adduxit (Doctor Miſchnicus) etiam hic Scripturam in qualemcunque probationem. Cæterum Scriptura: *Et diſperges eos ſicut menſtruatam* (Eſa. 30: 22.) Vicina eſt ſcripturæ (dicenti. v. 14.) Quod non reſidua futura ſit in contuſione ejus teſta, quam ſupra adduxit. Quod cum ita ſe habeat; ideo, quum oportuerit tradere (mox in Miſch. 3.) Unde eſt, quod lavet circumciſionem (locum circumciſionis) &c? Tradere hic voluit aliquod, unde eſt? ſimile iſti. *Inquinet per onus* : ita, ut, qui portat illud, lavare cogatur veſtes ſuas, etiamſi non tetigerit illud, e.g. quum fuerit in dolio, aut ſimili aliqua re. Porrò diſſentiunt Rabbini noſtri (circa illud) à R. Akiba : dicuntque : Non inquinat illud, niſi per contactum, ſicut animal immundum. Et deciſio quidem eſt juxta Sapientes. *Diſperges ea ſicut languidam*, mulierem: q. d. erunt in oculis tuis, diſperſa ſicut languida h. e. ſicut mulier menſtruata: quemadmodum ſcriptum eſt (Levit. 15: 33.) והדוה & *languida in menſtruis ſuis.* Loquitur autem Scriptura de idolis, (nimirum Eſa. 30: 22.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמר ר׳ עקיבא וכו׳ *dixit Rabbi Akiba &c. Immundities oneris* (*ſ. ex onere*) eſt, quando eum, qui aliquid portat, quod polluit per onus, etiamſi non attigerit illud, ſed fuerit inter ipſum & inter illud res intermedia, quandoquidem tamen gravabat ipſum res immunda; eum (*inquam*) polluit (*res iſta.*) Cæterum in principio Seder Tohoroth explicabuntur res, quæ polluunt per onus, & quæ non polluunt: ibidemque recenſebimus rationes omnes. Jam R. Akiba opinabatur, quod, quicunque portat idolum, polluatur, ſi maximè fuerit in arca, aut ſimili aliqua re. Contra Sapientes dicunt : *non polluit, niſi per contactum*, ut, qui tetigerit illud ipſum, (*demum*) polluatur. Rationem quod attinet, quam R. Akiba adduxit, pro eo, quod polluat per onus, ex illa ipſa ratione dixerunt Sapientes, quod non polluat membra. Atque hoc eſt, quod dicunt : Aſſimilavit illud miſericordiſſimus (*Deus*) menſtruatæ, quæ non polluit membra. Quemadmodum itaque manus aut pes menſtruatæ, quando abſciſſa ſunt, non polluunt nomine menſtruatæ; ſic etiam particula de figura Idoli non polluit; ſed ipſum totum polluit per contactum, ſicut reptile, quod non polluit, niſi per contactum, quemadmodum exponemus in principio Traditionum Tohoroth. Certè comparavit illud Scriptura cum reptili, quando dixit (*Deut.* 7: 26.) *deteſtando deteſtaberis illud, & abominando abominaberis illud, quia eſt anathema.* Ratio porrò, quare Sapientes voluerunt immunditiem idoli leviorem reddere, eſt, quod ſit à Doctoribus (*conſtituta.*) Jam regula eſt apud nos, quod, quicquid à Doctoribus (*conſtitutum*) eſt, ita, ut poſſimus ſive mitigare ſive gravius reddere, potius ſuſcipiamus mitigare. Deciſio itaque eſt juxta Sapientes.

ב מניין לספינה שהיא טהורה שנאמר דרך אניה בלב ים מניין לערוגה שהיא ו׳על ו׳ טפחים שזורעין בתוכה ה׳ זרעונין ד׳ (a) על ד׳ רוחות הערוגה ואחד (b) באמצע שנאמר כי כארץ תוציא צמחה וכגנה זרועיה תצמיח זרעה לא נאמר אלא זרועיה :

2. Unde eſt, quod navis pura ſit? Quia dicitur (Prov. 30. 19.) viam navis in medio maris. Unde eſt, quod Areola ſit ſex palmorum (ſuper ſex palmis) (quadratorum?) Quia ferunt in eam quinque ſemina : quatuor in quatuor ventos (ſive plagas) areolæ, & unum in medium. Dicitur enim (Eſa. 61: 11.) Quia ſicut terra profert germen ſuum, & ſicut hortus germinat ſemina ſua. זרעה ſemen ſuum, non eſt dictum; ſed זרועיה ſemina ſua.

(a) Pragenſ. ד׳ בד׳ (b) Amſtelod. ואחת.

R. OB. DE BARTENORA.

מנין לספינה וכו׳ *unde eſt, quod navis &c. Quod pura* (ſeu *munda*) ſit : quod non recipiat immunditiem. *In medio maris.* Planum eſt (& vulgò notum,) quod navis in medio maris eſſe ſoleat. (Quid ergo opus fuit iſtud dici?) Verum enimverò docere nos voluit, quod navis ſit ſicut mare. Cujuſmodi ergò eſt mare? mundum eſt. Quare etiam navis munda eſt; licet etiam fuerit teſtacea, aut oneraverint illam in arida (terra,) & poſtea demiſerint eam in mare. *Quod ſerant in ea quinque ſemina:* ita ut ſufficiat ad faciendum inter illa diſcrimen competens, nec fiat permixtio. *Quatuor in quatuor ventos areolæ:* implet totam venti plagam, fere ad cornu (anguli) uſque. Verum in medio non ſeminat niſi unum granum; ut granum, quod in medio eſt, diſtet tres palmos à ſemine, quod eſt in quacunque venti plaga. Nam ſpatium ſuctionis uniuſcujuſque ſeminis eſt palmi cum dimidio. Licet verò in omnibus cornibus (ſ. angulis,) quæ in ventorum plagis, ſemina ſibi invicem propinqua fuerint, nec diſtantia trium palmorum inter illa extiterit, adeò ut unum ſugat ex altero, non erit tamen locus ſollicitudinis, h. e. propter quem debeamus eſſe ſolliciti:) Nam de heterogeneis tantum ſollicita eſt Scriptura, ut non fiat commixtio: de ſuctione autem non ſumus ſolliciti. Quemadmodum (alibi) traditum legimus: ſi ſepes fuerit inter eas (vineas;) una poterit fulcire ſe in ſepe ab uno latere, & altera quoque poterit fulcire ſe in ſepe ab altero latere: licet ſuxerint inferius (altera ex alterius loco.) Jam hic (in Areola) diſcernendi indicium ingens eſt, dum venti una plaga conſita eſt verſus ſeptentrionem aut meridiem; altera verò venti plaga conſita eſt verſus ortum aut occaſum. Sed inter ſemen intermedium & ſemina plagarum venti non eſt diſcernendi indicium (ejuſmodi.) Hinc ſi propinqua ſibi facerent, futura eſſet commixtio. Propterea neceſſaria eſt diſtantia (tanta,) quanta eſt ſuctio. *Dictum namque eſt*, (Eſa. 61: 11.) *Quia ſicut terra profert germen ſuum: Profert*, unum: *germen ſuum*, unum: *ſemina ſua*, duo: *germinat*, unum. En tibi quinque. Cæterum ſex palmos non poſſumus diſcere ex Scriptura: niſi quod certum eſt Rabbinis noſtris, quod ſi quinque ſemina fuerint in ſpatio ſex palmorum, non ſugant plagæ venti ex medio, nec medium ex plagis venti. Quia ſpatium ſuctionis cujuſcunque ſeminis eſt palmi cum dimidio. Quando itaque indicat Scriptura quinque ſemina in areola; ſimul ſex palmos infert. Quoniam verò in tractatu Kilajim expoſui conſtitutiones areolæ, & particularia ejus, & minutias ejus: ideò hic brevis eſſe volui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מנין לספינה שהיא טהורה וכו׳ *unde habemus de nave, quod munda ſit &c.* Conſideravi phraſin ejus (*Scripturæ, in Proverbiis cap.* 30: 19.) בלב ים *in corde maris*, quod idem valeat, ac בים *in mari*. Quemadmodum itaque mare non polluit, ſic etiam quicquid eſt in medio ejus, non polluit; ſi vel maximè fuerit navis lutea, (*vel teſtacea*) ſi maximè etiam onerata fuerit in arida, & (*poſtea demum*) dimiſerint eam in mare. Areolam porrò ſex palmarum ſuper ſex (*h. e. in quadrati formam*) jam expoſuimus in Capite tertio (*tractatus*) Kilajim. Nihilominus repetemus tibi de illa hic pauca quædam, pro more noſtro. Nimirum incumbit nobis, ut inter ſementim, quæcunque illa ſit, & inter ſementim (*aliam*) ſit ſpatium palmi cum dimidio, ut non commiſceantur inter ſe per modum heterogeneorum. Quod ſi tamen angulus fuerit juxta angulum, aut juxta latus loci ſementis alterius, non cogimur ſpatium relinquere inter illas: nam diſterminatio angulorum oſtendet etiam diſterminationem illarum. Delineavimus autem jam in (*tractatu*) Kilajim figuras multas. Hic tamen (*etiam*) delineabo tibi unicam, ut exponatur (*melius*) mens hujus conſtitutionis, & quomodo ſeminare poſſit homo quinque ſemina. Ratio autem ejus (*deſumitur*) ex voce זרועיה *ſata ſua* (Eſa. 61: 11.) quæ docet pluralitatem. Licet non ſit demonſtratio, ſed ſit (*tantum*) levis probalitas (*quædam*) inſtar indicii. Si verò (*plenius*) cognoſcere deſideraveris jura areolæ, perpende verba noſtra in quintum (*Caput tractatus*) Kilajim. Eſtque res tota veriſſima; neque enim ſolus R. Abiba (*ita opinatus eſt.*)

ג מנין לפולטת שכבת זרע ביום השלישי שהיא טמאה שנאמר היו נכונים לשלשת ימים (a) מניין שמרחיצין את המילה ביום השלישי (b) שחל להיות בשבת שנאמר ויהי ביום השלישי בהיותם כואבים מניין שקושרין לשון של זהורית בראש שעיר המשתלח שנאמר אם יהיו חטאיכם כשנים כשלג ילבינו :

3. Unde eſt, quod evomens concubitum ſeminis tertio die, immunda ſit? Quia dictum eſt; Exod. 19: 11.) Et ſint parati in tertium diem (tres dies.) Unde eſt, quod lavent circumciſionem (i. e. membrum circumciſum) tertio die, quamvis in Sabbathum inciderit? Quia dicitur: (Gen. 34. 25.) Et factum eſt die tertio, quum dolerent. Unde eſt, quod particulam coccinei hirco emiſſario alligent? Quia dictum eſt: (Eſai. 1: 18.) Etiamſi erunt peccata veſtra ſicut coccineum, ſicut nix albeſcent.

(a) Amſtelod. & Venet. שתהא (b) Sphalma heic in Manaſſ. שתחל.

R. OB. DE BARTENORA.

מניין לפולטת וכו׳ *unde eſt, quod evomens &c. Quod ſit immunda:* quia die tertio nondum putrefactum eſt ſemen concubitus, ſed poteſt tum evomi, tum proles formari ex illo: ideò etiam vocamus illud ſemen concubitus, q. d. aptum ad ſeminandum ſe (h. e. ad generandum prolem.) *In tertiam diem:* Quando ſollicita fuit Scriptura de immundis ex caſu (ſeminis emiſſi) in legiſlatione: ſimiliter, ſeparare ſe illas (mulieres) voluit tres tantum dies; nec ſollicita de hoc fuit, ſi evomerent (ſemen) poſtea in die quarto à ſeparatione (iſta,) quum putrefactum (tum) ſit, nec aptum ad ſeminandum ſe. Cæterum decidit conſtitutio, quod evomens in die tertio munda ſit. Miſchna verò confuſa eſt. Vult namque tradere, unde eſt, quod evomens concubitum ſeminis in die tertia, munda ſit. Quia dictum eſt: & ſint parati in tres dies. Quod autem Scriptura dicit: in tres dies, idem eſt ac in tertiam diem. Nam tertio die à ſeparatione data eſt lex. Aut etiam non eſt confuſa; ſed R. Eleaſar filius Aſariæ eſt, qui opinionem habebat, quod evomens in die tertio immunda

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מניין לפולטת שכבת זרע וכו׳ *unde eſt, quod evomens concubitum ſeminis &c.* Ex eo, quod monuit (*Deus Exod.* 19. *v.* 11.) *de concubitu mulieris* ante lationem legis (*abſtinendum ab eo*) tribus diebus, demonſtratio (*deſumitur,*) quod, quando deciderit à muliere concubitus ſeminis intra tres dies à coitu illius, ipſa polluatur per iſtum concubitum ſeminis. Quod ſi decidere fecerit concubitum ſeminis poſt tres dies, ecce munda erit: propterea quod iſte concubitus ſeminis corruptus ſit, ut adeò non polluatur illo. Decidit itaque conſtitutio (*hæc,*) quod evomens in tertio, immunda ſit. Sed amplius exponetur hoc in Cap. 8. (*tractat.*) Mikvaoth. Porrò, quod dicitur (*à Scriptura Gen.* 34: 25.) *Quum eſſent* כואבים *dolentes*, argumento eſt, quod dies tertius ſit moleſtus circumciſis: quia (*nimirum*) humores defluunt & deſcendunt, & naſcitur ex illis aliquod ulcus, adeò, ut augeantur dolores. Hinc permiſerunt, ut lavetur aquis calidis in Sabbatho, ſi vel maximè calefactæ fuerint in Sabbatho: quandoquidem urget periculum animarum. Denique figuram diſponendi facti circa

da ſit. Sed (tum) deciſio non erit juxta illum. *Unde eſt quod lavant &c.*? Etiam aquis calidis, quæ in Sabbatho calefactæ ſunt: ideò quod adhuc die tertio in periculo verſetur. Quantò verò magis primo & ſecundo? Cæterum aquæ confirmant corpus infantis; & ſaniorem illum reddunt. לשון *particulam coccinei:* in forma linguæ lanam rubram alligarunt, dimidium quidem ejus in capite hirci emiſſi in Aſaſeel, & dimidium quidem ejus monti. Et quum dejecit (de monte) hircum deorſum, particula iſta alba facta eſt. Cognoveruntque inde, quod peccata ſua expiata eſſent.

circa hircum emiſſarium plenius exponam in Cap. 6. tractatus Joma.

ד מניין לסיכה שהיא כשתייה ביום הכפורים אף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר (a) שנאמר ותבא כמים בקרבו וכשמן בעצמותיו:

(a) Tò שנאמר abeſt in Venet.

4. Unde eſt, quod unctio ſit ſicut bibitio die propitiationis? Quamvis rei nulla demonſtratio; indicium tamen ei eſt (in Pſalm. 109: 18.) Et veniet, ſicut aquæ, in medium ejus, & ſicut oleum in oſſa ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

מניין לסיכה וכוי *unde eſt, quod unctio &c.*? *Unde eſt, quod unctio ſit ſicut bibitio*? Non ſicut ipſa bibitio, ut poſſet reum reddere exciſionis; ſed quod ſit prohibita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מניין לסיכה שהיא וכוי *unde eſt, quod unctio ſit &c.* Quando dicit (*Doctor Miſchnicus:*) כשתייה *ſicut bibitio*, non hoc vult, quaſi reus ſit ſuper illa (*unctione*) exciſionis, ſicut reus fit ſuper bibitione. Sed ſententia hæc eſt, quod ſit prohibita ſicut bibitio, & reus fiat ſuper illa flagellationis, quemadmodum explicabimus in tract. Joma.

ה המוציא עצים כדי לבשל ביצה קלה תבלין כדי לתבל ביצה קלה ומצטרפין זה עם זה (a) קליפי אגוזין קליפי רמונים (b) איסטים ופואה כדי לצביע בהן בגד קטן פי (c) סבכה מי רגלים נתר ובורית קמוליא ואשלג (d) כדי לכבס (e) בגד קטן פי (f) סבכה רבי יהודה אומר כדי להעביר (g) את הכתם:

5. Qui effert ligna, ut coquat ovum leve (gallinaceum:) condimentum, ad condiendum ovum leve (gallinaceum) (reus eſt:) & additur unum alteri: Cortices nucum, cortices citriorum, crocum & rubiam ad tingendum iis veſtem minimam (panniculum minimum) oris galeæ: Urinam, nitrum, ſaponem, cimoliam & Aſchleg, ad eluendum veſtem minimam oris galeæ: R. Jehuda dicit, ad expungendam maculam (ſanguinis dubii; an forte menſtruus ſit:) (reus eſto.)

(a) Omiſſa hæc ſunt in Prag. ſaltem dicitur קליפת רמונים (b) pro איסטים eſt in Venet. & Amſtelod. סטים (c) ita Venet. & Amſtelod. ſed Prag. & Menaſſ. בסבכה. (d) Abeſt in Venet. Tò כדי (e) Prag. & Menaſſ. לכבס בהן בגד (f) Iterum heic in Prag. & Menaſſ. בסבכה (g) Prag. & Menaſſ. על הכתם.

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא עצים וכוי *qui effert ligna &c. Ovum leve:* eſt ovum gallinaceum, quod facile concoctu eſt magis, quam omnia reliqua ova. Non autem (vult,) ut coquatur totum, ſed in quantitate (tantum) caricæ de illo percuſſo, & ſartagini indito. *Adduntur*, ſc. omnes ſpecies condimentorum, *ſibi invicem.* אסטים *Crocum:* ניל in lingua Arabica (dictum) eſt, & color ejus ſimilis eſt hyacinthino. פואה *Rubiam:* ſunt radices herbæ, quibus tingunt rubrum. In Arabica (lingua) eſt אלפוה.

סבכה *Galeæ:* in ſummitate galeæ, quæ facta eſt cum cælatura, ponere ſolent particulam panni. נתר *Nitrum:* Eſt ſpecies terræ, quæ ſplendet, vocantque אלום (*Alumen*) barbarè. בורית *Saponem:* eſt ſpecies germinis, quod purificat & mundat. קמוליא *Cimoliam:* eſt herba, cujus pulvere mundas faciunt manus, ut abſtergant ſordes. In idiomate Gemarico vocatur שלוף דוץ; In Arabica verò (lingua) vocant eam אלקלי. ואשלג *& Aſchleg:* non eſt mihi clarum, quid ſit. Cæterum ſuper maculam, quæ deprehenditur in veſte, de qua notum non eſt, ſitne ſanguis menſtruatæ, nec ne? tranſire faciunt ſeptem res, ad probandum eis illam. E numero earum ſunt quatuor colores iſti. Deciſio verò non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא עצים כדי לבשל וכו' *qui effert ligna, ut coquat &c.* Supra expoſuimus, quod ovum leve ſit ovum gallinaceum; & תבלין ſint *aromata* e. g. piper, Zinziber, Belangan & Caſſia, & his ſimilia. Omnia autem inter ſe conjunguntur, propterea quod effectus eorum idem eſt (*ſc. condire.* איסטים (*crocus nonnullis*) dicitur ניל in lingua Arabica; eſtque res, qua tingunt juxta colorem expanſi (*h. e. ad dandum colorem cœli.*) פואה (*Rubia*) in lingua Arabica dicitur אלפוה: ſuntque radices herbæ rubræ, quâ tingunt rubrum (*ut ſit rubrum.*) סבכה eſt galea capitis, cui (*aliquid*) faciunt in forma Ziz ſuper fronte, aut ſuper capite. נתר (*nitrum*) & בורית (*Smegma*) & קמליאה (*cimolia*) & אשלג (*Aſchleg*) omnia ſunt res, quæ valdè abluunt, & dealbant. Nomina autem eorum in Arabica nota ſunt. כתם *macula*, eſt macula ſanguinis, quæ invenitur in veſte, ita ut dubium ſit; ſitne ſanguis menſtruatæ, annon? Lavant autem illam ſeptem rebus abſtergentibus & dealbantibus: è quarum numero ſunt quatuor (iſtæ (*commemoratæ modò*;) ut exponemus in (*tractatu*) Niddah. Deciſio autem non eſt ſecundum R. Jehudam.

ו פלפלת כל (a) שהוא ועטרן כל שהוא מיני בשמים ומיני מתכות כל שהן מאבני המזבח ומעפר המזבח מקק ספרים ומקק מטפחותיהם כל שהוא שמצניעים אותן לגונזן רי יהודה אומר

6. Piper quantulumcunque ſit, & Reſinam quantulacunque ſit; ſpecies aromatum, & ſpecies metallorum, quantulæcunque ſint, & de lapidibus altaris, & de pulvere altaris, & blattam librorum & blattam tegumentorum eorum, quæcunque ſint, modò ea ad aſſervandum condant (quicunque effert:

reus

(a) Quoties in hac Miſchna eſt שהוא toties in Venet. & Amſtel. legitur שהו ſine א

אומר אף המוציא המשמשי עבודה (a) זרה כל שהוא שנאמר לא ידבק בידך מאומה מן החרם :

(a) Menaſſ. ע"א.

reus eſto.) R. Jehudah inquit : Etiam de iis, quibus ututur ad Idololatriam, quæcunque ſint, qui adduxerit (reus eſt.) Quia ſcriptum eſt Deut. 13. v. 17.) Non adhærebit in manu tua quicquam de devoto, (ſeu anathemate.)

R. OB. DE BARTENORA.

פלפלת כל שהוא וכו׳ *piper quantulumcunque ſit &c.* פלפלת *piper quantulumcunque ſit:* modò id commodum ſit odori oris. Non eſt autem id piper, quod apud nos invenitur. *Reſinam, quantulacunque ſit:* qua curant eum, cui eſt dolor dimidii capitis. *Species Aromatum :* ſc. quantulæcunque ſint pro odore bono. *Species metallorum, quantulæcunque ſint :* ex quibus facere poſſint ſtimulum parvum מקק eſt *putredo*, quæ decidit de libris (legis) aut tegumentis, quæ inveterarunt. In ſignificatione τῶ המק *Tabefaciet carnem ejus.* (Sach. 14: 12.)

Modo ea condant, ad reponendum ea (alicubi:) Nam omnis ſancta res requirit repoſitionem. *Quicquam :* Quare (verò) cogitaſſet Scriptura prohibere illud ? Cum tamen correctionem ingentem (quis) faciat, quando idolum ejicit è domo ſua ? Non itaque deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

פלפלת כל שהוא וכו׳ *piper quantulumcunque ſit &c.* עטרן *Reſina*, nota eſt. In lingua Arabica (*dicitur*) קטראן. Species autem Metallorum ſunt vaſa metallina, in quibus contundunt aromata : propterea quod ſint res duræ & validæ, adeò, ut particula (*quævis*) minima de illis ſit idonea, ut faciant ex illa ſtimulum aut ſimile quid. מקק *Blatta*, eſt res, quæ conſumitur tota ; corrumpitur namque adeò, ut non relinquatur de illa, niſi ſignum (*aliquod.*) Vox autem Hebræa eſt, (*deducta ex verbo, quod habetur Levit.* 26: 39.) *Et vos* תמקו *contabeſcetis.* Et R. Jehudah quidem dicebat: quandoquidem etiam minima eorum, quæ inſerviunt idolis, curant, & æquum eſt, ut removeantur : utique rei erunt, ſi protulerint (*aliquid*) de illis, quantulumcunque ſit, prout illud magni æſtimatur. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

ז המוציא קופת הרוכלין אע"פי שיש בה מינין הרבה אינו חייב אלא חטאת אחת זרעוני גינה פחות מכגרוגרות רבי יהודה בן (a) בתירא אומר חמשה זרע קישואין שנים זרע דילועין שנים זרע פול המצרי שנים חגב חי טהור כל שהוא מת כגרוגרת ציפורת כרמים בין חיה בין מיתה כל שהוא שמצניעין אותה לרפואה רבי יהודה אומר אף המוציא חגב חי טמא כל שהוא שמצניעין אותו לקטן לשחוק בו :

(a) Venet. & Amſtelod. & Menaſſ. בתירה.

7. Si quis promit pyxidem Pharmacopolarum, licet fuerint in illa ſpecies variæ, tamen non reus erit, niſi peccati unius. Sic ſi ſemina horti, minora carica : R. quidem Jehudah f. Bathiræ dicit: Quinque (grana,) (item, ſi) ſeminis cucumerum duo (grana;) cucurbitarum duo (grana;) ſeminis fabæ Ægyptiacæ duo. (Porro ſi promit) locuſtam vivam mundam, quantulacunque ſit ; mortuam, in quantitate caricæ : (aut) aviculam vinearum (quod locuſtæ genus eſſe putant) ſive vivam, ſive mortuam, quantulacunque fuerit, quam quidem recondunt in Medicinam : (reus eſt.) Rabbi Jehudah licet dixerit : Etiam, qui promit locuſtam vivam, immundam, quantulacunque fuerit : quum recondant illam pueris, ut ludant cum illa.

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא קופת וכו׳ *ſi quis promit pyxidem &c.* הרוכלים *Pharmacopolarum :* qui vendunt aromata (adhiberi ſolita) ad ornandum mulieres. Sunt autem illis pyxides parvæ pro faſciculis aromatum. *Reus non eſt, niſi unius peccati* : nam omnium una (tantum) eſt eductio. *Minora carica :* Quamvis omnium ciborum menſura ſit quantitas caricæ ; hæc tamen (ſemina), poſteaquam ad ſeminandum ea aſſervata ſunt, etiam per minus quid carica reum reddunt. Cæterum non eſt deciſio juxta R. Jehudam fil. Bathiræ, qui dicit : quinque. *Semen cucurbitarum* præ reliquis ſeminibus hortenſibus æſtimatum eſt. Similiterque ſemen cucurbitarum Ægyptiacarum ; & ſemen fabarum Ægyptiacarum, quas vocant פאסלי Phaſelos barbarè.

Locuſtam vivam, quantulacunque ſit : Quam recondunt parvulo, ut cum illa ludat. *Mortuam in quantitate caricæ :* juxta jus reliquorum ciborum. *Aviculam vinearum :* avis eſt, quæ invenietur inter palmas ſelectiores. *Sive vivam ſive mortuam, quantulacunque ſit :* nam faciunt ex illa medicamentum pro ſagaci (vel videnre.) Cæterum Sapientibus locuſta viva habetur pro immunda, quantulacunque ſit. Unde Doctor Miſchnicus primus exiſtimavit, quod rem immundam non recondant parvulo, ne fortè ; ſi adferunt illi, ille comedat eam. Nec deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא קופת הרוכלין וכו׳ *qui educit pyxidem Pharmacopolarum &c.* הרוכלין ſunt *Aromatarii.* זרעוני גינה *ſemina horti*, ſunt ſemina, quæ non ſunt idonea comeſtioni e. g. ſemen melopeponum, & ceparum, & raparum, & his ſimilia. Quiſquis (*itaque*) protulerit de una (*ſpecie*) illarum propè caricam (*quantitatem caricæ;*) is reus erit. Equidem Rabbi Jehudah filius Bathira diſſentit circa hoc, & dicit, quod, licet de iſtis ſeminibus non protulerit niſi quinque grana tantum, aut amplius, reus ſit. Atque hic finiuntur verba Rabbi Jehudæ filii Bathiræ : & deinceps incipiunt verba dicti ſecundi, quod verba habet omnium (*conſentientia*) diciturque, quod, quiſquis protulerit de ſemine cucurbitarum, aut cucurbitarum Ægyptiacarum, aut fabarum Ægyptiacarum, duo grana, reus ſit. Quando autem dicitur, Locuſtam vivam, כל שהוא *quantulacunque ſit*, vult dictum : etiamſi fuerit exigua valdè. Verùm deciſio nec ſecundum Rabbi Jehudam filium Bathiræ, nec ſecundum Rabbi Jehudam (*alterum*) eſt.

פרק י המצניע לזרע ולדוגמא ולרפואה והוציאו בשבת חייב בכל שהוא וכל אדם אין חייב עליו אלא

Caput 10 Quicunque (aliquid ſeminis) recondit, in ſemen, ſpecimen, aut Medicinam (ante Sabbathum, & in Sabbatho promſerit : reus eſto : quantulumcunque ſit. Quamvis quicunque (reliquorum) hominum non ſit propter hoc reus ; niſi ſecun-

אלא כשיעורו חזר והכניסו אינו חייב אלא כשיעורו :

ſecundum menſuram ejus : Nec, ſi (idem ille) rurſus repoſuerit, ſit reus; niſi ſecundum menſuram ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

המצניע לזרע וכו׳ *quicunque recondit in ſemen &c. Quicunque recondit:* ſc. ante Sabbathum. *In ſemen & in ſpecimen:* ad monſtrandum, quod ſibi ſint colores, ut emant ab illo. *Aut medicinam:* ita quidem, ut oblitus ſit in Sabbatho, quare reconderit: *Et promſerit:* ſimpliciter. *Reus eſt:* per illud, quantulumcunque ſit: nam juxta mentem priorem promſit illud. Jam verò magni æſtimaverat. *Niſi ſecundum menſuram ejus:* Uniuscujuſque verò menſura (jam ſupra) expoſita eſt. *Si rurſus repoſuerit:* ille qui recondit minus, quam pro menſura, & (poſtea) promſit illud. Quod ſi tamen deliberabit ſecum, quod non in ſemen (aſſervare velit,) tum, licet iterum reconderit, tamen non erit reus per reconditionem; niſi plenam (illud) habuerit menſuram (ſuam.) Nam poſteaquam deliberavit, quod non in ſemen (aſſervare velit,) irritum fecit prius propoſitum ſuum; atque adeò ſit ſicut quivis (alius) homo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המצניע לזרע ולדוגמא וכו׳ *quicunque recondit in ſemen, aut ſpecimen &c.* Senſus hujus Miſchnæ hic eſt: Quiſquis reconderit ante Sabbathum in ſemen, & in ſpecimen, & in Medicinam, & oblitus fuerit, quem in finem (*iſtorum*) reconderit, nihilominus promſerit in Sabbatho ſimplici, reus eſt ſuper illo, quodcunque etiam ſit (*eorum,*) quod juxta mentem priorem produxit. Poſtquam verò impleta eſt intentio ejus, & produxit illam rem, quam reconderat, ſive in eum finem, ſive ſimpliciter, quemadmodum expoſui aliquoties, tum impleta eſt cogitatio illius. Et deinceps, ſi, poſtquam produxit eam, reconderit iterum, reputanda eſt iſta res ipſi, quemadmodum reputanda foret reliquis hominibus. Et propterea ſi iterum reconderit illam, non erit reus, niſi juxta (*juſtam*) æſtimationem, (*ſeu quantitatem*) ejus. Commemoratio autem (*iſtarum*) æſtimationum (*ſeu quantitatum*) omnium præceſſit ſupra. דוגמא ſignificat *exemplum* & ſpecimen; vultque dicere, quod reconderit iſtam rem, ad exhibendum eam inſpectioni.

ב המוציא אוכלין ונתנן על האסקופה בין שחזר והוציאן בין שהוציאן אחר פטור מפני שלא עשה מלאכתו בבת אחת קופה שהיא מליאה פירות ונתנה על איסקופה החיצונה אף על פי שרוב (a) הפירות מבחוץ פטור עד שיוציא את כל הקופה :

(a) Venet. & Amſtelod. ſine ה Emph. פירות.

2. Si quis promit cibos, eoſque ponit ſuper limen; ſive ipſe reverſus eduxerit, ſive alius: inſons eſt: quia non fecit una vice opus ſuum. Urceum (vel dolium) fructibus plenum, qui ſuper limen extremum poſuerit, etiamſi potior fructuum pars exterius fuerit: inſons eſt: donec totum dolium eduxerit.

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא אוכלין וכו׳ *ſi quis promit cibos &c. Super limen;* quod eſt *Carmelith*; hac quidem cum conditione, ſi ſit altum à tribus uſque ad novem (palmos;) & latitudo ejus quatuor (palmorum.) *Quia non fecit opus ſuum una vice:* non fecit dimotionem è loco privato, & depoſitionem in loco publico, quia (uterque) eſt locus reatum importans; quomodo fuiſſet opus perfectum; ſed dimovit quidem è loco reatum importante, depoſuit autem in *Carmelith*, qui eſt locus liber, quoad iſtam depoſitionem: deinde verò iterum dimovit è *Carmelith*, quod non eſt locus reatum importans, & depoſuit in loco publico, deprehenditurque, quod non ſit facta dimotio è loco reatum importante, & (ſimul) depoſitio in loco reatum importante unâ (eademque) vice.

אסקופה *exterior:* eſt porticus, quæ eſt ante portam domus verſus locum publicum. *Donec eduxerit:* q. d. niſi eduxerit prima vice totum urceum (vel dolium.) Cæterum non tradiderunt hic (quicquam,) niſi de urceo (vel dolio) pleno cucurbitis, aut cucurbitis Ægyptiacis, quæ ſunt longæ: adeò ut aliquid de iis adhuc intus ſit. Sed ſi fuerit plenum ſinapi; quandoquidem potior pars ejus, (ſi fuerit foras,) idem eſt, ac ſi totum foras foret, ſimilis factus eſt ei, qui eduxit totum urceum, atque adeò reus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא אוכלין ונתנן וכו׳ *qui profert cibos, & poſuit eos &c.* אישקופה vocatur *Limen inferius* ex liminibus domuum & habitationum, & ſi qua alia ſunt: quemadmodum vocant limen ſuperius משקוף: אשקופה חיצונה *limen inferius exterius eſt porticus*; & eſt ante limen oſtiorum domuum. Vocatur autem exterius, propterea, quod à parte loci publici eſt. Cæterum hoc limen, de quo loquitur hac in conſtitutione, eſt Carmelith. Præmiſſi verò ſunt limites Carmelith & jura ejus, ab initio hujus tractatus. בבת אחת ſignificat, una vice: propterea quod non vocatur opus, niſi tranſlatio è loco publico in locum privatum, aut è loco privato in locum publicum, ſiquidem non interfuerit inter illos locus alius; quemadmodum Regulam tradidimus ab initio verborum noſtrorum in hunc tractatum.

ג המוציא בין בימינו בין בשמאלו בתוך חיקו או על (a) כתיפו חייב שכן משא בני קהת (b) כלאחר ידו ברגלו בפיו ובמרפקו באזנו ובשערו ובפונדתו ופיה למטה בין פונדתו לחלוקו ובשפת חלוקו במנעלו בסנדלו פטור שלא הוציא כדרך המוציאין :

(a) Amſtelod. כתפיו (b) Menaſſ. לאחר.

3. Qui exportat ſive dexterâ ſive ſiniſtra ſua, in ſinu ſuo, aut ſuper humero ſuo: reus eſt: quia ſic portabant Kahathæi. (Qui exportat verò) aversa manu ſua, pede ſuo, ore ſuo, axilla ſua, aure ſua, coma ſua, cingulo ſuo, cujus os deorſum verſum, inter cingulum & induſium ſuum, & ore induſii ſui, calceo ſuo, ſoleâ ſua: inſons eſt: quia non exportat more exportantium.

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא בין בימינו וכו׳ *qui exportat ſive dextera ſua &c. Quia ſic exportabant Kahathæi:* humero portabant (iſti;)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא בין בימינו וכו׳ *qui profert ſive dextra ſua &c.* Eductio Filiorum Kahath arcæ præſtita eſt humero: & vocavit

at dextera vel ſiniſtra vel (in) ſinu (portare) eſt mos terræ (ſeu omnium hominum communis.) מרפקו *axilla ſua:* eſt pars media, quæ in brachio eſt. In (lingua) Arabica ſimiliter nomen ejus eſt מרפק. (Germ. dicimus: unter dem Arm tragen.) באפונדתו *cingulo ſuo:* Eſt cingulum cavum, cujus os deorſum (vergit:) quomodo non ſolet fieri eductiò; ſed hoc modo ſolet fieri eductio, ſi os ejus ſurſum (vergat.) Interpretatio alia. אפונדתו Veſtis eſt quam (homo) induit ſuper carnem ſuam proximè, ad abſorbendum ſudorem. In eo verò facere ſolent quædam quaſi marſupia. Jam quando invertebant eam, ut ſuperior pars eſſet inferior, tum os deorſum (vergere) deprehendebatur. *Ora induſii ſui:* h.e. orâ inferiori induſii.

eam Deus benedictus עבודה *miniſterium (ſeu opus;)* nam dicitur (*Num.* 6:9.) Nam עבודת *miniſterium ſanctitatis eſt ſuper illis, humero portabunt.* לאחר ידו ſignificat ſuper dorſo (*averſâ parte*) manus ſuæ. מרפקו ſimiliter in lingua Arabica vocatur מרפק, & eſt membrum medium de brachio. אפונדתו eſt *veſtis ſudoris:* veſtis ſc. anguſta, quâ induitur homo, ut adhæreat carni ejus. Eidem loca ſuta ſunt cava inſtar loculorum, quò recondit homo, quicquid vult. Super illud induitur veſte ſua, quæ vocatur חלוק *induſium.* Jam quando invertitur intima iſta veſtis, ut ſuperior pars ſit inferior, obvertuntur foramina (*ſeu ora aperta*) iſtorum loculorum humo, & decidit, quicquid intra illos fuerit; rerum quidem, quæ aliquod pondus habent; idque ſine dubio. שפת חלוקו *fimbria induſii ejus,* eſt fimbria veſtis inferioris.

ד המתכוין להוציא לפניו ובא לו לאחריו פטור לאחריו ובא לו לפניו חייב באמרת אמרה האשה החוגרת בשינר בין מלפניה ובין מלאחרין חייבת שכן ראוי להיות חוזר רבי (a) יהודה אומר אף מקבלי פתקין :

(a) Sphalma heic Typogr. in Menaſſ. יהודא.

4. Qui propoſuit ſibi exportare ante ſe, ſed venit poſt eum: liber eſt. (Si voluit exportare) poſt ſe, ſed venit ante eum: reus eſt. Veriſſimum eſt, quod dixerunt: Mulier adſtringens (aliquid) in ſuccinctorio ſive poſt ſe, ſive ante ſe: rea eſt: quia circumire ſolet. R. Jehuda dicit: etiam accipientes tabellas (ſive pugillares,) (rei ſunt.)

R. OB. DE BARTENORA.

המתכוין להוצוא וכו׳ *qui propoſuit ſibi exportare &c. Ante ſe, ſed venit poſt eum, liber eſt:* Quia propoſuerat ſibi cuſtodiam præſtantiorem: Contigit verò ipſi cuſtodia ignobilior. *Poſt ſe, ſed venit ante ipſum, reus eſt:* quia propoſuit ſibi cuſtodiam ignobiliorem: contigit verò ipſi cuſtodia præſtantior. סינר eſt ſpecies quædam femoralium parvorum, quibus ſe cingunt (mulieres) pudoris ergò. Quando itaque ſuſpendit (mulier aliqua) ab iis rem quamcunque, ad exportandum illam; hæc verò venit ipſi in latus alterum, rea eſt. *Quia ſic* ראוי *frequens eſt, ut circumeat:* h.e. quia ſic ſolet redire, & circumire in ambitu ſuo; atque adeo ab initio (ſtatim) noverat, futurum, ut circumverteretur. *Rabbi Jehudah dicit: Etiam accipientes tabellas:* ſc. Regis. Curſores portantes literas, ponunt eas in ligna concava, inſtar arundinum, & ſuſpendunt à collo. Jam ſolet ejuſmodi arundo redire & circumire ab anteriori parte aut à poſteriori parte circa collum ejus. (curſoris ejuſmodi.) Novit itaque, futurum, ut circumverteretur. Veruntamen non eſt deciſio juxta Rabbi Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המתכוין להוציא לפניו וכו׳ *qui propoſuit ſibi exportare ante ſe &c.* סינר eſt *Cingulum.* Et (*mulier*) quando rem ſuſpenderit à cingulo ſuo, ſive ante ſe, ſive poſt ſe, rea ſit: propterea quod convertere ſe, h.e. redire ſolet, (*quod & ipſa probe ſcit.*) מקבלין פתקין *accipientes literas*, ſunt, qui accipiunt libellos & epiſtolas: volo dicere, nuncii Regis pedites, h.e. curſores. Nam includere ſolent iſtas literas lignis excavatis, in forma calami cavi, & ſuſpendere eas à collo ſuo. Rabbi Jehudah dicit, quod calamus ejuſmodi excavatus circumeat in collo ejus, & redeat à latere in latus, h.e. ante ipſum & poſt ipſum. Sed non eſt deciſio juxta Rabbi Jehudam.

ה המוציא ככר לרשות הרבים חייב הוציאוהו שנים פטורין לא יכול אחד להוציאו והוציאוהו שנים חייבין ורבי שמעון פוטר המוציא אוכלין פחות מכשיעור בכלי פטור אף על הכלי שהכלי טפילה לו את החי במטה פטור אף על המטה שהמטה טפילה לו את המת במטה חייב וכן כזית מן המת וכזית מן הנבלה וכעדשה מן השרץ חייב ורבי שמעון פוטר :

5. Qui educit maſſam in locum publicum: reus eſto. Si eduxerint duo: inſontes ſunto. Si unus educere non poterat, & duo eduxerunt: rei ſunto. Licet R. Schimeon abſolvat. Qui exportat cibos minores, quam menſura eorum eſt, in vaſe: liber eſt, etiam ſuper vaſe, quia vas acceſſorium ei eſt. Vivum in lecto (qui educit:) liber eſt, etiam ſuper lecto: Quia lectus acceſſorius eſt. Mortuum (qui exportat) in lecto: reus eſt. Et ſic (qui exportat) ſicut olivam (in quantitate olivæ) de mortuo, aut ſicut olivam de cadavere, & ſicut lentem de reptili: reus eſt, licet R. Schimeon liberum faciat.

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא ככר לרשות וכו׳ *qui educit maſſam in Locum &c. Si eduxerint duo, inſontes erunt:* juxta id, quod diſcimus (ſ. legimus:) quum fecerit illa (anima) unum ex omnibus præceptis Domini (Lev. 4:27.) qui facit totum: non autem qui facit partem ejus. *Licet R. Schimeon abſolvat:* exiſtimavit namque, quod ſi (utique) unus ſolus non poſſit facere, duo (nihilominus,) quando illud fecerint, liberi ſint. Sed non eſt deciſio juxta R. Schimeonem. *Vivum in Lecto:* propter vivum non reum facit, quum exportaverit illum, modo non ſit ligatus. Idque propterea; quia ille portat ſeipſum. Cæterum hæc verba (intelligenda) ſunt de homine; ſed non de beſtia viva aut ave: quippe quæ homini ligato ſimilia ſunt.

Et

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוציא ככר לרשות וכו׳ *qui profert panem in locum &c.* Docet Te in hac conſtitutione Regulam, quam præmiſimus in principio Capitis primi hujus tractatus. Quæ hæc eſt, quod quando duo opus (aliquod) perficiunt, liberi ſint: ſiquidem (*quilibet*) facit totum; non autem facit partem (*ſeu, ſinguli ſeorſim, nec unus cum auxilio alterius.*) Equidem R. Schimeon dixit: Etiamſi non potis ſit unus educere illud, atque adeò ambo illud educant, liberi tamen ſunt (*ambo:*) ſed non eſt deciſio juxta R. Schimeonem.

המוציא אוכלין פחות וכו׳ *qui profert cibos minores &c.* Regula apud nos eſt, quod, ſicut oliva, de mortuo & de cadavere, & ſicut lens, de reptili, polluat, juxta quidem ſui generis

Et ſicut olivam de mortuo : ſc. reus eſt, ſi eduxerit illud. Quandoquidem enim immundum reddit, eductio magni exiſtimatur, quod faciat ad liberandum ſe ab immunditie. *Aut ſicut olivam de cadavere, & ſicut lentem de reptili:* tanta namque eſt quantitas eorum, quoad immunditiem. *Licet R. Schimeon liberum faciat :* etiam quoad plenè mortuum ; ideò quod non ſit opus propter ſeipſum neceſſarium. Quicquid enim non ſit, niſi ut removeat quis illud à ſe, eſt opus, quod non eſt neceſſarium propter ſeipſum ; hoc verò (à R. Schimeone) pro opere non reputatur. Sed non eſt deciſio juxta R. Schimeonem.

neris immunditiem ; ſed intra menſuram (*quantitatem*) iſtam non polluat. Verùm amplius explicabuntur iſtæ regulæ ſuo loco. Cæterum Ratio R. Schimeonis erat hæc, quod videret, quod non eſſet intentio ejus, qui educeret rem de rebus aliis, eadem cum intentione ejus, qui educit iſtas (*res*) commemoratas ; quin potius intentio ipſius eſſet, removere immunditiem. Quod cum ita ſe habeat, fore ipſius eductionem opus, quod non eſt neceſſarium propter ſeipſum, atque adeò ſuper quo liber eſt. At Sapientes viderunt, quod non eſſet diſcrimen inter eum, qui educit aliquam ex iſtis immunditiebus, & inter eum, qui educit rem aliam. Et ſcito, quod ſit regula apud nos : *Vivus portat ſeipſum.* Idcircò, qui exportat hominem vivum, ei non eſt onus: Quod ſi tamen vinctus ſit, onus erit, fatentibus omnibus. Contra beſtia viva & avis viva, licet ſint vivæ, tamen ſunt onus, ex ſententia Sapientum. Et (*ſanè*) non eſt deciſio juxta R. Schimeonem.

ו הנוטל צפורניו זו בזו או בשיניו וכן שערו וכן שפמו וכן זקנו וכן הגודלת וכן הכוחלת וכן הפוקסת רבי אליעזר מחייב וחכמים אוסרין משום שבות ׃ התולש מעציץ נקוב חייב ושאינו נקוב פטור ורבי שמעון פוטר בזה ובזה ׃

6. Quicunque ungues ſuos minuit, alterum altero, aut dentibus ſuis ; ſic comam ſuam ; ſic ſuum myſtacem ; ſic barbam ſuam : item quæ implicat (crines ſuos ;) ſic quæ ſe fucat ; quæ diſcernit crines ſuos : R. Elieſer quidem reos pronunciat ; ſed (melius) Sapientes ex ſtatuto Sabbathico prohibent. Evellens (aliquid) ex vaſe hortenſi perforato : reus eſt. (Ex eo) verò, quod perforatum non eſt : liber. R. licet Schimeon in utroque liberum pronunciet.

R. OB. DE BARTENORA.

הנוטל צפרניו וכו׳ *quicunque ungues ſuos minuit &c. Sic comam ſuam:* h. e. qui evellit comam capitis ſui manu ſua. Sic הגודלת *quæ implicat* ſc. crines capitis ſui, & implectit eos. עבות perplexum, Chaldaicè vertitur גדילו. הכוחלת *quæ ſe fucat:* Quæ allinit: כוחל fucum oculis ſuis. הפוקסת h. e. quæ diſcernit crines, qui in medio capitis ſunt, huc illucve verſus tempora. *Rabbi Elieſer reas pronunciat:* ſc. peccati: Et quidem fucantem ſe, nomine ſcribentis: implicantem & diſcernentem (crines,) nomine ædificantis. Sed Sapientes (tantum) ex ſtatuto Sabbathico prohibent: Exiſtimant namque, non eſſe iſtam ſcriptionis rationem, nec eſſe etiam iſtam rationem ædificationis. Et (ſanè) *deciſio eſt juxta Sapientes.* Cæterum tantummodo *eum, qui minuit ungues ſuos, aut capillos ſuos manibus ſuis,* abſolvunt Doctores noſtri à peccato, & à lapidatione. Sed de eo, qui minuit capillos ſuos aut ungues ſuos inſtrumento, fatentur Sapientes, quod reus ſit peccati. Et quidem, quando (ſibi) aufert duos pilos; reus eſt. At quando aufert (vel unicum) pilum capitis alterius alicujus hominis, etiam manu, reus ſit. Unguem tamen, qui ſeparatus eſt majori ex parte, aut pilum, qui evulſus majori ex parte, vexatque ipſum (alterum illum,) licitum eſt auferre manu ſimpliciter.

Evellens aliquid ex vaſe hortenſi perforato, reus eſt: ideo quod fuit quaſi cohærens (cum terrâ;) quandoquidem ſugebat è ſolo per foramen, quod ſuggerit humorem ſoli: ſi maximè foramen ejus fuerit in latere ejus. Quantitas autem foraminis eſſe debet tanta, quanta eſt radicis minimæ. *Rabbi licet Schimeon in utroque liberum pronunciet:* nam non eſt habitum ab illo pro cohærente, ut reum faceret illum lapidationis. Sed non eſt deciſio juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הנוטל צפרניו זו בזו וכו׳ *qui aufert ungues ſuos, unum per alterum &c.* Et ſic pilos ſuos, & ſic myſtacem ſuum, & ſic barbam ſuam ; Vult dicere : quiſquis evulſerit iſta manu ſua per ſeipſum, ſicut ungues ſuos. In hoc (*verò*) eſt diſſenſus, cujus meminit. Verum enimverò, ſi quis unum ex iſtis abſtulerit (*reſecuerit*) novaculis, aut ſimili aliquo inſtrumento tonſorio, (*ſtatim,*) ubi duos pilos abſtulerit, reus erit, fatentibus omnibus. Similiterque, quod ſi ejuſmodi quid fecerit homini alii, etiam manu, reus ſit. Scito autem, quod, quando defluxerint aut evulſi fuerint crines capitis majori ex parte, remanſerint tamen (*aliqua ex parte*) in capite pendentes, doloremque ipſi creent, licitum ſit ipſi evellere illos manu ſua in Sabbatho.

גודלת eſt *fœmina gnara alere crines*, & facere illos denſos. פוקסת autem eſt, *quæ demittit crines ſuper tempora*; quæ eſt ſpecies alendi crines. כוחלת eſt, *quæ adhibet oculo fucum.* Jam R. Elieſer dicebat, quod omnia iſta ſint opera minus principalia : nam גודלת *creſcere facientem crines* eſſe opus minus principale reſpectu ædificantis ; כוחלת *fucum adhibentem* eſſe opus minus principale reſpectu ſcribentis. At Sapientes dixerunt, quod res nutritionis crinium non ſit res ædificationis, neque res fucationis ſit res ſcriptionis. Regula etiam eſt apud nos, quod vas perforatum ſit ſicut terra, & menſura foraminis ſicut radix parva : quod expoſuimus in Cap. V. tractatus Demaj. Rabbi quidem Schimeon non exiſtimavit, quod eſſet ſicut terra, hoc reſpectu, ut reum faciat lapidationis. Verùm enimverò deciſio non eſt ſecundum Rabbi Schimeonem ; ſed deciſio eſt juxta Sapientes.

פרק יא הזורק מרשות היחיד לרשות הרבים מרשות הרבים לרשות היחיד חייב מרשות היחיד לרשות היחיד ורשות הרבים באמצע רבי עקיבא מחייב וחכמים פוטרין ׃

Caput 11. Qui ſpargit (vel jacit) (aliquid) ex privato loco in publicum ; (aut) ex publico in privatum : reus eſt. Si (quis ſpargit) ex loco privato in locum privatum, ut locus publicus in medio ſit (interſit :) R. Akiba quidem reum peragit ; at Sapientes abſolvunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הזורק מרשות וכו׳ *qui ſpargit è loco &c. Qui ſpargit è loco privato in locum publicum. Locus privatus* eſt locus, qui circumdatus eſt quatuor parietibus ; ita ut altitudo eorum ſit decem palmorum ; intra verò illos quatuor palmi in quadratum, aut amplius. Etiamſi itaque habuerit milliaria etiam pluri-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הזורק מרשות היחיד וכו׳ *qui ſpargit (projicit) è loco privato &c.* Scito, quod locus publicus extendat ſe uſque ad decem palmos : quod verò ſupra decem palmos eſt in loco publico, id liberum eſt. Diſſenſus inter illos (*de hoc*) eſt, quando (*quis*) projicit (*aliquam*) rem è loco privato in locum publi-

plurima, modo circumdatus fuerit in habitationem. e. g. Urbs, quæ muro circumdata eſt, portæ autem ejus clauduntur noctu: item introitus, quibus ſunt tres parietes, & poſtis in latere quarto: Item clivus altus decem (palmos) & latus quatuor: aut foſſa, quæ eſt profunda decem (palmos,) & lata quatuor: quin immò etiam vaſa e. g. navis aut turris lignea, & his ſimilia, ſi habuerint quatuor (palmos) in quadratum, cum altitudine decem (palmorum:) iſtæc (inquam, omnia) ſunt locus privatus. Sed & aër loci privati eſt ſicut ipſe locus privatus ad cœlum uſque. Craſſitiem quoquè parietum judicamus ſicut ipſum locum privatum. Jam verò locus publicus ſunt fora, plateæ & deſerta, & viæ, quæ ſibi apertæ ſunt, ſiquidem latitudo viæ ſit ſedecim ulnarum, nec ſit ſuper illa contignatio, (ſeu trabs mixturæ Sabbathicæ.) Eſt qui dicit, quod oporteat etiam, ut dividant illa (incedant per illa) LX. myriades quotidie, juxta vexilla deſerti (Iſraelis in deſerto.) Attamen aër loci publici non eſt ſicut locus publicus, niſi uſque ad decem palmos. Quod autem ultra decem palmos eſt in loco publico, eſt locus liber. Porrò locus, qui non habet quatuor palmos in quadratum, & omnis (locus) à tribus palmis & amplius, is eſt locus liber. Ut magis explicem: ſpinæ & tribuli, & lapides, in loco publico, altiora tribus palmis & deinceps, ſed non habentia quatuor (palmos) in quadratum, ſunt locus liber. Sic etiam locus, qui parietibus quidem circumdatus eſt, ſed non habet quatuor palmos in quadratum: aut fovea, quæ non habet quatuor (palmos) in quadratum, licet profunditas ejus fuerit à tribus & deinceps uſque in abyſſum: *locus liber* eſt. Tandem locus, qui circumdatus eſt quatuor parietibus, quorum altitudo à tribus uſque ad decem, ita ut habeat quatuor (palmos) in quadratum, aut amplius: aut clivus, qui habet quatuor (palmos) in quadratum, aut amplius, altus autem eſt à tribus uſque ad decem: aut fovea, quæ habet quatuor (palmos) in quadratum, profunda verò eſt, à tribus uſque ad decem: item introitus clauſus à tribus lateribus ſuis, ſed cui nec poſtis nec trabs à latere quarto: nec non mare & vallis: (omnia, inquam) iſta ſunt *Carmelith*. *Carmelith* autem eſt quaſi כארמלית h. e. *ſicut vidua*, quæ neque virgo eſt, neque maritata marito. Sic (namque) locus (etiam) iſte neque locus privatus eſt, neque locus publicus. Porrò aër loci *Carmelith*, eſt ſicut ipſe locus *Carmelith*, uſque ad decem (palmos.) At à decem & deinceps de *Carmelith* eſt locus liber. Jam itaque qui educit è loco privato in locum publicum; aut qui introducit è loco publico in locum privatum, reus eſt peccati. E loco privato in *Carmelith*, aut è loco publico in *Carmelith*: aut (contra) è *Carmelith* in alterutrum iſtorum: liber quidem eſt, (ſi faciat;) ſed interdictum tamen habet, (ut non faciat.) E loco privato, aut è loco publico in locum liberum; aut (contra) è loco libero in alterutrum iſtorum: ſolutus eſt ſimpliciter. Unde non opus eſt dicere, quod è *Carmelith* in locum liberum, aut è loco libero in *Carmelith* (ſi eduxerit,) ſolutus ſit. Ultro namque ex iſto ſequitur, & intelligitur. Qui porrò tranſire (quid) facit ab initio quatuor ulnarum uſque ad finem quatuor ulnarum in loco publico, reus eſt peccati: qui in *Carmelith*, liber, interdictum tamen habens: qui in loco privato, aut in loco publico, ſolutus ſimpliciter, ut transferre poſſit, & tranſire facere per totum locum, ſi maximè multa habeat milliaria Equidem R. Akiba, qui reum pronunciavit, putavit, quod quando res tranſeat per aërem loci publici intra decem, idem ſit ac ſi quieviſſet (ibi.) At Doctores noſtri ſtatuunt, quod res adhærens intra decem in loco publico, non ſit ei, quæ poſita eſt, ſimilis: at ſupra decem, qui eſt locus liber, totus mundus non diſſentit, quod liber ſit. Deciſio verò eſt juxta Sapientes.

publicum, ita, ut tranſeat locum publicum: Ubi R. Akiba dicit, quod ſi tranſierit iſta res, quam projicit per aërem loci publici, & intra decem (*pālmos*,) ſit quaſi requieſcens (*in eo*.) At Doctores noſtri non ſic dixerunt; Interim, ſi quis projicit ultra decem (*palmos*,) etiam R. Akiba liberum pronunciat. Sed deciſio eſt juxta Sapientes.

ב כיצד שתי גזוזטראות זו כנגד זו ברשות הרבים המושיט והזורק מזו לזו פטור היו שתיהן בדיוטא אחת המושיט חייב והזורק פטור שכך היתה עבודת הלוי שתי עגלות זו אחר זו ברשות הרבים מושיטין הקרשים מזו לזו אבל לא זורקין חולית הבור (a) והסלע שהן גבוהים עשרה ורחבן ארבעה הנוטל מהן והנותן על גבן חייב פחות מכן פטור:

(a) Pragenſ. וסלע.

2. Quomodo? Si duæ trabes, altera verſus alteram, in loco publico, ſive porrexerit quis, ſive ſparſerit ex altera in alteram: liber eſt. Si utraque in tabulato uno fuerit: qui porrexerit, reus erit; at qui ſparſerit: liber. *Tale enim fuit miniſterium* Levitarum: ſtantibus ſc. duobus curribus in loco publico, altero poſt alterum, porrexerunt aſſeres ex hoc in illum; non autem ſparſerunt. Si fundum foveæ, aut petra decem (palmos) alta & quatuor lata fuerint: tum qui ex illis aliquid aufert (in locum publicum) aut ſuper illa ponit (ex loco publico,) reus eſto. Si his minora fuerint: liber eſto.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד שתי גזוזטראות וכו׳ *quomodo? ſi duæ trabes &c. Quomodo?* Doctores noſtri dicunt hoc (ſeu ita quærunt.) *Duæ* כצוצריות. Idem eſt cum גזוזטראות. Et ſunt aſſeres, qui egrediuntur ex pariete contignationis extrorſum ſuper locum publicum. Ipſi verò aſſeres iſti ſunt locus privatus. Jam quando unus alteri è regione eſt oppoſitus ab utroque latere loci publici, tum qui porrigit aut jacit ex uno in alterum, liber eſt. Quia non invenimus in opere tabernaculi (ullum opus) è loco privato in locum privatum, ut latitudo loci publici interveniat. Quod ſi uterque eſt in una דיוטא h. e. *contignatione* juxta longitudinem loci publici, ita ut hæc (longitudo) intervallum loci publici conſtituat inter illos: tum qui jacit (aliquid ex uno in alterum,) liber eſt. Quandoquidem iſte (jactus) eſt ſupra decem (palmos:) neque invenimus jactum è loco privato in locum privatum juxta viam (ſeu longitudinem) loci publici in habitaculo (ſancto.) At qui porrigit (aliquid,) reus eſt: etiamſi etiam porrexerit ſupra decem palmos. Nam invenimus ſimilem iſti porrectionem in Habitaculo è loco privato in locum privatum, inter quos interveniebat longitudo loci publici.

Tale

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כיצד שתי גזוזטראות וכו׳ *quomodo? ſi duæ Trabes &c.* כצוצריות & גזוזטראות ſunt unum & idem; Nimirum ſtructura ex lignis, exiens ex pariete extrorſum in tabulatis ſuper locum publicum. Faciunt autem illum, ad latius reddendum tabulatum. Cæterum iſtæ trabes (*ſtructuræ dictæ*) erant locus privatus plenus: cujus ſupra præmiſimus limites. Quando itaque ejuſmodi trabs exivit in locum publicum ab hoc latere, & trabs (*alia*) ab altero latere, fuit locus publicus in medio; locus autem privatus utrinque. בדיוטא אחת *in eadem contignatione:* (*h. e.*) ut ambæ trabes æqualiter ſint in uno (*aliquo*) tabulato, ut una alteram excipiat, ſit tamen locus publicus inter illas: tum, qui protendit (*ſ. porrigit aliquid*) erit reus; propterea, quod ſic ſe habebat miniſterium Levitarum, quemadmodum explicatur. *At qui projicit, liber eſt: quemadmodum dicunt Sapientes*. Nam ſi quis projicit aliquid è loco privato in locum privatum ita, ut locus publicus ſit in medio, liber eſt. Eadem autem ratio foret Protendentis (*ſ. porrigentis*) niſi fuiſſet (*protenſio*) miniſterium, quo uſi fuiſſent in tabernaculo. Nam omnia opera circa tabernaculum pro perfectis agnoſcimus. Porrò ſcito, quod, quando dicunt,

Tale enim fuit miniſterium Levitarum; nimirum porrigebant hinc iſtud ſupra decem palmos, ut longitudo loci publici in medio eſſet. Quomodo? Currus unus poſt alterum erant (ſtantes) in loco publico: & qui deponebant (ſeu diſſolvebant) Habitaculum, porrigebant illis, qui erant ſuper curribus, qui ipſis vicini, & propinqui erant: hi verò (ſuper his curribus ſtantes) porrigebant iis, qui ante ipſos erant (in aliis curribus.) Jam unusquiſque currus erat locus privatus. Sed non jaciebant (quicquam:) quia aſſeres projici non poſſunt propter gravitatem ſuam. חולירת *foveæ*: terram, quam ejiciunt è foſſa foveæ, ſolent ponere circum os foveæ inſtar muri alicujus ad circumdandum. Docet verò nos, quod fovea cum iſto pulvere (חלירה dicto) conjungatur ad faciendum decem (palmos.) Conſideratque foveam juxta profunditatem ejus, & ſaxum juxta altitudinem ejus. *Qui ex illis aliquid aufert:* & ponit in loco publico; aut qui aufert è loco publico, & ponit ſuper illa, reus eſt.

cunt; *qui protendit, reus eſt* (*intelligendum ſit*,) ſi vel maximè ultra decem (*palmos protenderit.*) Siquidem etiam Levitæ ultra decem protenderunt. Deinceps redit ad explicandum, quomodo ſe habuerit miniſterium Levitarum. Ubi, quando dicit: *duo currus erant unus poſt alterum, protendebantque aſſeres ex uno in alterum*, (hoc vult,) quod ſuper curribus vehebant aſſeres. Unusquiſque autem ex iſtis curribus fuit locus privatus.

חולירת הבור *cœnum foveæ* eſt fimus & cœnum, quod invenitur in fundo ejus (*foveæ.*) Docere nos voluit, quod, quando in profunditate foveæ cum cœno ejus (*deprehenduntur*) decem palmi, debeat fovea cum cœno implere decem palmos. Quod porrò dicunt: *qui aufert de illis, & dat* (*&c. hoc vult*,) ut ſumat de illis, & det in loco publico; aut det ſuper illis, quod ſumſit è loco publico. Confirmat itaque ſuper illis regulas, quas expoſuimus ab initio hujus tractatus.

ג הזורק ארבע אמות בכותל למעלה מעשרה טפחים כזורק באויר למטה מעשרה טפחים כזורק בארץ הזורק בארץ ארבע אמות חייב זרק לתוך ארבעה אמות ונתגלגל (a) חוץ לדי אמות פטור חוץ לדי אמות ונתגלגל לתוך די אמות חייב :

(a) Menaſſ. לחוץ.

3. Qui ſpargit (ſive jacit) per quatuor ulnas in parietem, ſupra decem palmos (à ſolo,) eſt ſicut jaciens in aëre (i. e. liber:) infra verò decem palmos, eſt ſicut iaciens in Terra. Jaciens autem in terra quatuor ulnas reus eſt. Si quis jacit intra quatuor ulnas: involvitur autem (res) ultra quatuor ulnas: liber eſt. Sin (jacit) ultra quatuor ulnas, & revolvitur (in aëre à vento) intra quatuor ulnas: reus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הזורק ארבע אמות וכו׳ *qui ſpargit per quatuor ulnas &c. Qui ſpargit* (ſeu jacit) *per quatuor ulnas in parietem:* ab initio quatuor (ulnarum) ad finem uſque quatuor (ulnarum,) ut hæreat in pariete, qui conjunctus loco publico, ſupra decem palmos: e. g. ſi fuerit maſſa ficuum pinguis, adhæſeritque hæc parieti ſupra decem palmos in aëre loci publici: liber eſt. Nam quicquid eſt ſupra decem (palmos) in loco publico, eſt locus liber. *Infra verò decem, eſt ſicut ſpargens in terra:* ab initio quatuor (ulnarum) ad finem uſque quatuor (ulnarum) in loco publico: *& reus eſt. Et licet non fuerint à loco projectionis rei in parietem uſque*, niſi quatuor ulnæ præciſæ; non tamen dicimus, quod craſſities maſſæ (iſtius) ficuum (quicquam) minuat de quatuor ulnis, ut non maneat ab initio quatuor (ulnarum) uſque ad finem quatuor (ulnarum.) Quandoquidem enim non facere poteſt, ut ceſſet eſſe maſſa ficuum in pariete (fiatque pars parietis) non poteſt craſſities ejus minuere quicquam. *Volvitur autem (res) ultra quatuor ulnas; liber eſt:* Ecce enim non intendebat jactum reatum importantem. *Et revolvitur intra quatuor ulnas; reus eſt:* Idque ſi requieſcit, ex quo erat extra quatuor ulnas, antequam revolvatur introrſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הזורק ארבע אמות בכותל וכו׳ *qui projicit quatuor ulnas in pariete &c.* Supra expoſuimus ab initio hujus tractatus, quod ultra decem palmos in loco publico ſit locus liber: & ſimiliter infra decem in terra. Jam Regula eſt apud nos, quod, qui transfert quatuor ulnas per locum publicum, ſit reus. Quum ergò dicit: *ſicut qui projicit in terra*, vult dicere, quod reus ſit, cum hac tamen conditione, ut iſta res, quam projecit, *adhæreat parieti*, e.g. lutum aut oleum, aut maſſa farinæ, & ſimilia. Tunc itaque metimur à loco, in quo ſtabat, quum ſtaret in loco publico, uſque ad rem, quæ adhæſit parieti: poſteaquam ſimiliter filum menſorium, quod ducitur è loco, unde projecit è loco publico, duximus in pariete recto ad iſtam rem, quæ adhæſit. Jam quando fuerint in iſto filo quatuor ulnæ, & altitudo iſtius rei, quæ adhæſit parieti, decem palmorum aut minus: tum erit reus: propterea quod projecit ab initio quatuor ulnarum uſque ad finem quatuor, in loco publico. Quod dicit: *Liber eſt*, (*eſt accipiendum*) de eo, qui projecit (*aliquid*) intra quatuor ulnas, ſed volutum (*tamen*) eſt extra quatuor ulnas. Ubi res manifeſta ſatis eſt: quandoquidem non intenderat projectionem prohibitam. Quod tandem dicit in contrarium, *reus eſt*, (*intelligendum eſt*) cum hac conditione, ut requieſcat extra quatuor ulnas, ſi vel maximè exiguo tempore; Sed ſi planè non requieſcat, liber eſt.

ד הזורק בים ארבע אמות פטור אם היה רקק מים ורשות הרבים מהלכת בו הזורק לתוכו ארבע אמות חייב וכמה הוא רקק מים פחות מעשרה טפחים רקק מים ורשות הרבים מהלכת בו הזורק בתוכו ארבע אמות חייב :

4. Qui jacit in mare ad quatuor ulnas: liber eſt. Si fuerit lacuna aquarum, & via publica per eam tranſiverit: tum qui jecerit in medium ejus quatuor ulnas, reus erit. Quantæ autem profunditatis eſſe debet lacuna aquarum? (ſi inquam) pauciorum, quam decem palmorum, fuerit lacuna aquarum, & via publica tranſiverit per eam, qui jecerit in medio ejus quatuor ulnas, reus eſto.

R. OB. DE BARTENORA.

הזורק בים ארבע וכו׳ *qui jacit in mare quatuor &c. Qui jacit in mare:* ab initio quatuor (ulnarum) uſque ad finem quatuor (ulnarum.) *Liber eſt:* quia (mare) eſt Carmelith. *Si fuerit* רקק מים *lacuna aquarum:* (Aquæ) quæ non ſunt altiores terra, eſtque in iis cœnum & lutum, vocantur רקק. *Et via publica per eam tranſierit:* ut ambulent multi ibi. *Quanta autem eſſe debet lacuna?* Quanta ejus profunditas

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הזורק בים ארבע אמות וכו׳ *qui projicit in mare quatuor ulnas &c. Mare* eſt Carmelith. Porrò רקק מים eſt *ſtagnum aquarum.* Quum dicit: *locus publicus, in quo ambulant,* (*hoc vult*) quod homines in eo ambulare ſoleant. Quando itaque erunt in altitudine ejuſmodi ſtagni (*aquarum*) decem palmi aut amplius, non habetur pro loco publico: propterea quod illud faciat locum per ſeipſum, ſicut expoſitum eſt aliquo-

ditas eſſe debet, ut dicamus illam locum publicum, nec fiat Carmelith. Cæterum, quando, dum dicit, *Lacuna aquarum*, *& via publica per eam tranſierit*, geminavit eadem iſta verba (*lacuna aquarum*,) docere nos voluit, quod, ſi utique lacuna fuerit quatuor (palmorum,) quando tamen minor extiterit, quam decem, habere eam debeamus pro loco publico. Geminavit verò etiam verba, *& via publica tranſierit per illam*: ut doceret nos, quod etiamſi non ambulaverint ibi multi, niſi (inceſſu) coarctato: nihilominus inceſſus coarctatus ſit aliquis inceſſus.

aliquoties. Quod porrò ingeminavit: *ambulare ſolent in eo*, duabus vicibus; (*factum eſt*) ad te docendum, (*quod verum ſit*) etiamſi etiam ambulent in eo multi in anguſtiis & moleſtia. Nam regula eſt apud nos: Ambulatio cum anguſtia eſt tamen ambulatio. At quod ingeminavit: *ſtagnum aquarum*, duabus vicibus, (*factum eſt*) ad docendum te, quod, etiamſi fuerit latitudo ejus quatuor ulnarum, poſteaquam fuerint in altitudine ejus pauciores quam decem palmi, nihilominus habeatur pro loco publico; ſiquidem ambulent ibi multi (*vulgò*.) Quod ſi fuerint in altitudine hujus ſtagni decem palmi, ſi maxime in latitudine ejus fuerint pauciores, quam quatuor ulnæ, ut homines poſſint tranſire cito, non reputatur ſicut locus publicus. Cæterum idem hic erit, ſive fuerint dies ſolis (*ſicci*,) ſive pluviarum (*humidi*.)

ה הזורק מן הים ליבשה ומן היבשה לים ומן הים לספינה ומן הספינה לים ומן הספינה לחבירתה פטור ספינות קשורות זו בזו ממלטלין מזו לזו אם אינן קשורות אף על פי שמוקפות אין מטלטלין מזו לזו :

5. Qui jacit ex mari in aridam, ex arida in mare; item ex mari in navem, & ex navi in mare, & ex navi in navem: liber eſt. Si naves copulatæ fuerint altera cum altera, ex altera in alteram aliquid transferunt: ſi non copulatæ, etiamſi fuerint circumdatæ, ex altera in alteram nihil transferunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הזורק מן הים וכו׳ *qui jacit ex mari &c. Ex mari in aridam*: h. e. ex Carmelith in locum publicum. *Ex mari in navem*: h. e. ex Carmelith in locum privatum. *Ex altera in alteram aliquid transferunt*: ſi fuerint duorum hominum, transferunt per modum commixtionis Sabbathicæ, ſunt namque illis quaſi duo atria. מוקפות *circumdatæ*, h. e. conjunctæ una alteri: ſicut (alibi legimus;) Non מקיפין conjungunt duo dolia. *Ex altera in alteram nihil transferunt*: Nam ſi ſeparentur à ſe invicem, Carmelith inter illas diſcriminabit, & ceſſabit commixtio Sabbathica.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הזורק מן הים ליבשה וכו׳ *qui projicit è mari in aridam &c.* Supra expoſuimus, quod mare ſit Carmelith. Jam quod dicit: *Si colligatæ fuerint, transferunt ex una in alteram*, (*puta*) poſt factam mixturam Sabbathicam: quandoquidem ſunt quaſi duo atria. Quod addit: *Et circumdatæ*, (*hoc vult*,) quando circumdat utramque; aliquod intergerinum ex cortinis aut ſimili illis re.

ו הזורק ונזכר (a) מאחר שיצתה מידו קלטה אחר קלטה כלב או שנשרפה פטור זרק לעשות חבורה בין באדם ובין בבהמה ונזכר עד שלא (b) נעשה חבורה פטור זה הכלל כל חייבי חטאות אינן חייבין עד שתהא תחילתן וסופן שגגה תחלתן שגגה (c) וסופן זדון תחילתן זדון וסופן שגגה פטורין עד שתהא תחילתן וסופן שגגה :

6. Si quis jecerit, & poſtquam (res jacta) è manu ejus exiit, recordatus fuerit (quod Sabbathum ſit:) ubi recepit eam alius (homo,) (vel) recepit eam canis, aut combuſta eſt: liber eſt. Si jecerit ad infligendum vulnus ſive homini, ſive beſtiæ, & recordatus fuerit, antequam vulnus inflictum ſit: liber eſto. Regula hæc eſt (univerſalis:) Quicumque peccati rei fiunt, non fiunt rei priuſquam initium & finis eorum erunt erroris. Si itaque initium eorum ex errore, & finis eorum ex propoſito: aut initium eorum ex præpoſito, ex errore autem finis eorum: liberi ſunt: donec initium eorum & finis eorum ex errore fuerit.

(a) Pragenſ. לאחר (b) Manaſſ. נעשית (c) Malè heic in Prag. omiſſa dictio שגגה.

R. OB. DE BARTENORA.

הזורק ונזכר וכו׳ *ſi quis jecerit, & recordatus fuerit &c. Si quis jecerit*: ſc. in Sabbatho, per errorem. *Et recordatus fuerit*: quod ſit Sabbathum. *Poſtquam exivit*: lapis è manu ejus; attamen antè, quam requieſcat, ſi maximè non excipit eum alius, ſed requieſcit juxta morem ſuum, liber eſt. Sic namque mox infra tradi audimus: *Donec initium eorum & finis eorum ex errore fuerit*. Jam iſtius initium eſt erroris, at finis ejus cum contumacia: poſteaquam recordatus eſt, quod Sabbathum ſit, antequam requieſceret. Miſchna itaque ſic interpretanda eſt: Si quis jecerit, & recordatus fuerit, poſteaquam exivit è manu; vel etiam non recordatus fuerit, ſed alius exceperit (rem iſtam) &c. liber eſt: quandoquidem duo qui fecerunt illud, liberi ſunt: ſin requieverit, reus erit peccati: De quo verò verba dicta (& intelligenda) ſunt? quando denuò (ſeu iterum) oblitus fuerit. Sed quando non denuò oblitus fuerit, liber erit. *Quicunque rei fiunt* &c. Hæc regula includit & illum, qui tranſire facit rem aliquam è loco in locum. Nam ſi movit loco cum errore, moxque recordatus eſt, quod Sabbathum eſſet, antequam requieverat, liber erit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הזורק ונזכר מאחר וכו׳ *qui projicit, & recordatur poſtea &c.* Si diligenter expenderis verba hujus Miſchnæ, deprehendes in illa difficultatem. Quæ hæc eſt: quod dicit (*Doctor*.) quando recordatus fuerit, prohibitum eſſe, & mox exceperit alius rem iſtam, quam projecit, quod liber ſit; at ſi non exceperit eam alius, ſed deciderit in terram, reus ſit; idque poſtquam recordatus fuerit. Mox autem dicit: *Quicunque redduntur rei, peccatorum non erunt rei, niſi fuerit & initium eorum & finis eorum* (*vel actionum illorum*) *cum errore* (*conjunctus*.) Conciliarunt autem in Gemara ſic: Qui projicit & recordatur, poſteaquam exit è manu ejus, aut non recordatur, ſed excepit eam (*rem*) alius (*homo*) aut excepit eam canis, aut combuſta eſt, liber erit: Si requieverit, reus erit peccati. Quo ſenſu verba hæc dicta ſunt? Si iterum oblitus fuerit; ſed ſi non iterum oblitus fuerit, liber erit: Quandoquidem quicunque redduntur rei peccatorum, non erunt rei, niſi & initium eorum & finis eorum fuerit error.

פרק יב הבונה כמה יבנה ויהא חייב הבונה כל שהוא והמסתת והמכה בפטיש ובמעצר הקודח כל שהוא חייב זה הכלל כל העושה מלאכה ומלאכתו מתקיימת בשבת חייב (a) רבי שמעון בן גמליאל אומר אף המכה בקורנס על הסדן בשעת (b) מלאכה חייב מפני שהוא כמתקן מלאכה:

Caput 12. Qui ædificat, quantum ædificabit, ut fiat reus? Qui ædificat, quicquid ſit; qui complanat; qui malleo percutit aut ſecuri; qui forat, quidquid ſit: reus eſt. Hæc regula eſt: Quicunque ſit, qui opus durabile facit in Sabbatho: reus eſt. Equidem R. Schimeon f. Gamaliel inquit; etiam qui malleo ſuper incudem percutit tempore operis, reus eſt: propterea, quod ſimilis ſit ei, qui opus expolit.

(a) Venet. & Amſtelod זכן רש"בג (b) Menaſſ. מלאכת.

R. OB. DE BARTENORA.

הבונה כמה יבנה וכו׳ *qui ædificat, quantum ædificabit &c. Qui ædificat:* quem numerarunt inter patres operum. *Quantum ædificabit, ut reus fiat?* (Reſp.) Quicquid (ſeu quantulumcunque) ſit. מסתת eſt, qui quadratum facit lapidem, aut qui complanat eum, & præparat: ſinguli juxta conſuetudinem loci ſui. Hæc verò eſt *proles percutientis malleo.* Ipſe verò *percutiens malleo*, accipiendus eſt de conſummatione operis lapicidarum. Poſtquam (ſc.) excidit lapidem è monte circumcirca, & ſeparavit illum ab eodem: percutit ſuper illum malleo ictu magno, ut diſrumpatur atque decidat, quiſquis ergò conſummat opus aliquod in Sabbatho, eſt *proles percutientis malleo.* מעצר eſt ſecuris valdè magna. והקודח h. e. *forans. Quicquid ſit:* refertur ad omnes (antecedentes;) (ſc.) ad complanantem, & percutientem malleo, aut ſecuri, & forantem. *Et opus ejus eſt durabile:* ut nihil illi (percutiendo) addendum ſit. קורנס eſt barbarè מרטיל. סדן, barbarè אנקוינא (lacus.) (Ratio rei eſt:) Quia eſt quaſi corrigens opus. Et licet non percuſſerit ſuper opus, ſed ſuper incudem; tamen erit corrigens. Sic namque qui extendebant laminas habitaculi, facere ſolebant: nimirum percutiebant ſuper laminam tres ictus, & ſuper incudem ictum unum, ad levigandum malleum, ut non diffinderet laminam: quippe quæ tenuis erat. Cæterum non eſt deciſio juxta Rabbi Schimeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הבונה כמה יבנה וכו׳ *qui ædificat, quantum ædificabit &c.* מסתת eſt *faber*, qui exæquat opus (*ſive rectificat,*) & levigat illud inſtrumento ipſi noto. Hoc autem opus eſt opus minus principale pulſantis malleo. מעצר eſt inſtrumentum opificii notum (*ſecuris, aut dolabra; aliis*) fabri ferro laborantis. קודח, eſt, *qui forat.* Et eſt opus (*tamen*) minus principale pulſantis malleo. At R. Schimeon filius Gamaliel exiſtimavit, quod qui pulſat malleo ſuper incudem, licet non pulſaverit rem ullam ex iis rebus, quas velit extendere aut levigare, nihilominus reus ſit; hâc tamen cum conditione, ut pulſatio fiat tempore operis: propterea quod ſic facere ſoleant נפחין hoc eſt, *fabri ferrarii* multoties. (*Nam*) pulſant ſuper ferrum ictibus multis, deinde ſuper incudem ictu uno aut duobus, quaſi iſte ictus elegantiores redderet reliquos ictus omnes. Sed non eſt deciſio juxta illum.

ב החורש כל שהוא המנכש (a) והמקרס והמזרד כל שהוא חייב המלקט עצים אם לתקן כל שהן אם להסיק כדי לבשל ביצה קלה המלקט עשבים אם לתקן כל שהוא אם לבהמה כמלא פי (b) הגדי:

2. Arans, quicquid fuerit; fodicans, & putans, & amputans, quicquid ſit: reus eſt. Colligens ligna ſive ad purgandum, quæcunque ſint, ſive ad accendendum, ut coquat vel ovum gallinaceum; colligens herbas, ſive ad purgandum, quæcunque ſint, ſive pecudi, ad plenitudinem oris hœdi: reus erit.

(a) Prag. Amſtelod. & Menaſſ. המקרסם (b) Menaſſ. פי גדי.

R. OB. DE BARTENORA.

החורש כל שהוא וכו׳ *Arans quicquid fuerit &c.* המנכש eſt, qui evellit herbas malas è medio bonarum. Alia interpretatio, qui fodit circa radices plantarum; quod eſt opus aliquod arationis. מקרסם eſt, qui excidit ramos aridos ex arbore, ad purgandum illam. מזרד *amputans:* ſc. ramos ſuccoſos recenteſque hujus anni. Nonnunquam enim fieri ſolet, ut numeroſi reddantur creſcantque valdè; Sed debilitent virtutem arboris. Ideò excindere ſolent eos ex illa. *Si ad purgandum:* arborem ſc. vel etiam ſolum; exciderítque ab eo, cui adnata erant (ligna.) *Ovum leve:* in quantitate caricæ de ovo gallinaceo, quod facile coctu eſt, magis quam reliqua ova.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

החורש כל שהוא וכו׳ *qui arat, quicquid fuerit &c.* מנכש eſt, *qui fodicat circum radices vitium & plantarum (aliarum.)* Quod eſt (*opus*) de operibus agriculturæ. Eſtque ſimile arationi. מקרסם eſt, *qui amputat olera*, dum excindit ab illis, quicquid aſcendit ultra ſuperficiem terræ. מזרד eſt *qui amputat ramos arborum*, jam hic מזרד *putator arborum*, & מקרסם *amputator olerum*, quando intenderit commodum ſuum in eo, quod amputat, eſt ex principalibus operibus (*ſc.*). קוצר, *metens.* Quod ſi tantum intendit elegantiores reddere plantas, ut augeantur & creſcant, quemadmodum ſolent facere in palmitibus vitium, eſt זורע *ſeminans.* Porrò quod dicit, לתקן, *ad elegantiorem reddendam*, hoc denotat, ut aptam reddat terram arationi. At ſi intentio ejus fuerit, conferre ligna, ad comburendum illa, aut colligere herbas ad coacervandum illas, atque cibandum beſtias, vocatur מעמר *colligens* (*ſeu acervos faciens.*)

ג הכותב בי אותיות בין בימינו בין בשמאלו בין משם אי בין מבי שמות בין מבי (a) סמניות בכל לשון חייב אמר רבי יוסי לא חייבו שתי אותיות אלא משום רושם שכך (b) היו כותבין על

קרשי

3. Qui duas literas ſcribit, ſive dextera ſive ſiniſtra ſua; ſive de nomine uno (duo Aleph aut duo Beth R.) ſive de nominibus duobus (unam Aleph, alteram Beth. R.) ſive de duabus ſignaturis, (unam atramento, alteram minio) cujuſcunque linguæ: reus eſt. R. Joſe dicit: Non damnarunt (R. N.) duas literas, niſi nomine ſignantis: Nam ita ſuper

aſſe.

(a) Prag. & Menaſſ. סממניות (b) Tò היו abeſt in Amſtelodam.

קרשי המשכן לידע איזו בן זוגו אמר רבי (a) יהודה. מצינו שם קטן משם גדול שם משמעון (b) ושמואל. נח מן נחור דן מדניאל גד מגדיאל:

aſſeres tentorii ſcripſerunt, ad cognoſcendum, quis ei ſocius (ſive proximus.) R. Jehudah dixit: Invenimus nomen parvum naſcens (decerptum) ex nomine magno: (e.g.) שם Schem, (nomen Viri proprium, vel appellativum) ex שמעון Schimeon, vel שמואל Schemuel; נח Noach, ex נחור Nachor; דן Dan (vel judicans) ex דניאל Daniel; גד Gad, ex מגדיאל (ideò prohibuerunt.)

(a) In Pragenſ. & Menaſſ. Tò יהודה omiſſum. (b) Venet. & Amſtelod. ומשמואל.

R. OB. DE BARTENORA.

הכותב ב׳ אותיות וכו׳ *qui duas literas ſcribit &c.* *Sive dextrâ ſuâ, ſive ſiniſtrâ ſuâ*: quod ad hominem, qui utraque manu uti poteſt. Quod namque ad reliquos homines, ſcriptio ſiniſtræ manus non eſt ſcriptio. *Sive de nomine uno*: nimirum duo Aleph. *De nominibus duobus*: Aleph & Beth. *De duobus* סממניות *humoribus, quibus ſcribitur*: Unam ſc. atramento, alteram minio. Sunt tamen libri, in quibus legitur: סמניות, hoc ſenſu, de duobus ſignis, e.g. ſi ſcribunt Aleph in ſignum unum, & Beth in ſignum alterum. *Cujuscunque linguæ*: nec non ſcriptura cujuſcunque gentis. *Nomine ſignantis*: ſc. ſignum. Nam fecerunt (ejuſmodi) in aſſeribus habitaculi: cum in finem, ut, quando diſſolvebant eos, rurſusque erigebant, non immutarent ordinem aſſerum. Venit vero R. Joſe eò uſque, ut diceret, quod, etiamſi quis non ſcripſiſſet, ſed ſignaſſet tantum duas ſignaturas vulgares in ſignum, reus eſſet. Sed non eſt deciſio juxta Rabbi Joſen. *Invenimus nomen parvum*: q. d. Etſi non abſolutum fuerit opus ejus (e. g.) quando intendit ſcribere vocem magnam, ſcripſit autem partem (tantum:) ubi fuerit pars iſta vox (aliqua,) & valuerit loco alio, reus erit. Et ſic habet (etiam) deciſio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכותב שתי אותיות וכו׳ *qui ſcribit duas literas &c.* Quando dicunt: *ſive dextra ſua, ſive ſiniſtra ſua*, volunt dicere: Quicunque uſus fuerit duabus manibus ſuis (*h. e. ambidexter fuerit*,) quem illi vocant שולט *imperantem duabus manibus ſuis*. Sed in reliquis hominibus non vocatur ſcriptio, niſi ſcriptio dexteræ: contra per ſcriptionem ſiniſtræ non eſt (*homo*) niſi ſignans, non autem ſcribens. סמניות eſt numerus pluralis (*vocis*) סימן. Sunt autem ſigna ejuſmodi, cujuſmodi ſunt, quando ſcribunt homines א (I.) quod docet de uno; ב (II.) quod docet de duobus, in quavis lingua, & in quavis ſcriptura. Itaque R. Joſe dicit, quod qui ſcribit duas literas, non ſit reus nomine כותב *ſcribentis*, ſed nomine רושם *ſignantis*. Jam ſignans apud nos eſt aliquod ex operibus principalibus, quandoquidem fuit in tabernaculo. Nam aſſeres tabernaculi erant viginti à latere ſeptentrionali, & viginti à latere Meridionali, & octo à latere occidentali: ut maxima ſumma, quam ibi numerarunt, fuerint viginti. Scripſerunt nimirum ſuper aſſerem primum in latere ejus (*tabernaculi*) primo א (I.) & ſuper aſſerem ſecundum. ב (II.) & ſic (*conſequenter*) fecerunt uſque ad aſſerem ultimum, ſuper quem ſcripſerunt ך (XX.) Jam verò cum ita ſe habeat res, ſicut diximus: Quicunque ſcripſit in aliquo aſſere יא (XI.) quæ ſunt duæ literæ, & ſic (*conſequenter*) uſque ad יט (XIX.) reus fuit nomine ſignantis. Uſus hujus, num ſit (*reus*) nomine ſcribentis, an ſignantis, (*eſt hic*:) quod ex mente dicentis, (*reum eſſe*) nomine ſcribentis, reus erit ſuper duabus literis; cum ſcripſerit ſcripturam in Sabbatho tanquam errans. Et deinceps, ſi ſcripſerit duas Literas cum ignorantia eadem, non erit reus, niſi peccati unius, propterea, quod ſit unum (*tantum*) opus. At qui dicit, eſſe ſignantem, is numerat ſignantem inter principalia opera, ut reus fiat duorum (*peccatorum.*) Porrò בן זוגו Filius ſocietatis illius, ſignificat חבירו Socius ejus (*i. e. alter*:) vult dicere; ut ſit à latere ejus ratione ordinis. Jam verò R. Jehudah dicit: Si intendit ſcribere שמעון Schimeon, quamprimum ſcripſerit שם, reus erit: propterea quod ſcripſit שם nomen integrum; Licet verò Mem ſit (*in* שם) clauſum, cum iſtud (*nominis* שמעון) apertum ſit; tamen non curamus, ſed vocem (*potius ſeu pronunciationem.*) Quod dictum veriſſimum eſt: idque propterea, quod non acquieſcunt in intentione ejus, ſed in abſolutione operis. Probatio rei eſt, quod (*alias*,) ſi quis intenderet texere veſtem (*pannum*) ultra viginti ulnas in Sabbatho, non reus fieret, niſi abſolveret viginti ulnas; ut, ſi vel maximè per totum Sabbathum texeret, liber tamen foret. Hoc verò abſurdum eſt; ſiquidem ex quo momento texuerit duo fila, (*ſtatim reus erit*,) ſi maximè intentio illius fuerit, abſolvere integram veſtem (*pannum.*) Juxta hoc abſurdum judicium feres de omnibus operibus. Quare non eſt deciſio juxta R. Joſe.

ד הכותב שתי אותיות בהעלם אחד חייב כתב בדיו בסם בסיקרא בקומוס ובקנקנתום ובכל דבר שהוא רושם על שני כתלי זויות ועל שני (a) לוחי פינקס והן נהגין זה עם זה חייב הכותב על בשרו חייב המסרט על בשרו רבי אליעזר מחייב חטאת (b) והכמים פוטרין:

4. Qui ſcripſerit duas literas in Ignorantia una: reus eſt. Si quis ſcripſerit atramento, auripigmento, rubrica, gummi, chalcantho, aut quacunque re, quæ ſignat; ſuper duos parietes angulares, aut ſuper duas pagellas pugillarium, ut quadret altera (litera) alteri, (& cum ea legi poſſit:) reus eſt. Qui ſuper carnem ſuam ſcripſerit: reus eſt. Si quis lineam ſuper carnem ſuam ducit: R. Elieſer eum damnat peccati; at Sapientes eum abſolvunt.

(a) Venet. & Amſtelod. לווחי (b) Sic Venet. & Amſtelod. ſed omiſſa hæc וחכמים פוטרין in Pragenſ. & Menaſſ. & ejus loco: ורבי יהושע פוטר.

R. OB. DE BARTENORA.

הכותב ב׳ אותיות בהעלם וכו׳ *qui ſcripſerit duas literas in ignorantia &c.* בסם: (hoc dicitur) barbarè אורפימנט (*Auripigmentum.*) בסקרא eſt lapidis ſpecies, qui colorem dat rubrum. בקומוס eſt ſpecies terræ, cujus color niger eſt. Alia interpretatio: eſt reſina arborum גומא (*Gummi*) barbarè. בקנקנתום *chalcantho*: Arabicè eſt זאג; barbarè וודריאולי (*vitriolum.*) *Quâcunque re, quæ ſignat*: ad includendum aquas, in quibus macerarunt עפצים, barbarè gallas quæ eſt res ſignans, cujus ſignatura durabilis eſt. *Super duos parie-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכותב שתי אותיות וכו׳ *qui ſcribit duas Literas &c.* דיו atramentum notum eſt (*ex Jerem.* 36: 18.) ſcribens ſuper librum בדיו atramento. סם eſt nomen radicis, quæcunque etiam ſit radix. Intelligit autem hic radicem colorantem. סיקרא minium, ſimiliter notum eſt. Eſtque ſimiliter lapis, qui dat de ſe colorem ruſum. קומוס eſt ſpecies terræ, cujus color ater eſt: In Arabica (*lingua dicta*) אלזוג. קנקנתום eſt ex ſpeciebus Komos: Et eodem modo vocatur in lingua Arabica קלקנתום omnis res quæ ſignat; dicere volo, cujus ſigna-

parietes angulares : quorum unus ab ortu, & alter à ſeptentrione, contigui alter alteri in angulo. *Super duas pagellas pugillarium* : libellus eſt, in quo ſcribit rationes ſuas Numularius (vel Mercator.) Licet verò non fuerint (liberæ) ſuper unà pagellâ, ſi tamen pronunciantur & leguntur una cum altera, e. g. quando ſcribunt ſuper duas extremitates contiguas ſibi invicem, reus eſt. *Qui ſuper carnem ſuam ſcripſerit* : nimirum atramento. *Si quis lineam ſuper carnem ſuam ducit* : ferro ſc. faciens figuram literarum in carne ſuâ. *Rabbi Jehoſchea abſolvit* : etiamſi eduxerit ſanguinem, quia non ſolet ita ſcribi. Et deciſio eſt juxta R. Jehoſcheam.

ſignatura durabilis eſt. פנקס eſt libellus; dicere volo, rationes ſcribarum. נהגין i. e. obvii; (ex *Joſ.* 1:8.) והגירת & diſcurres in eo. Vult dicere; ut ſit litera (*poſita*) è regione literæ ſecundæ. Porrò, quod dicit: מסרט lineas ducens ſuper carne ſua, hoc vult, ut ſcribat cum linearum ductu in ſuperficie carnis ſuæ : ubi, etiamſi exire fecerit ſanguinem, reus tamen non erit peccati, juxta ſententiam R. Jehoſcheæ, propterea quod non ſit conſuetudo ita ſcribere. Et deciſio eſt ſecundum Rabbi Jehoſcheam.

ה כתב במשקין במי-פירות באבק דרכים באבק (a) הסופרים ובכל דבר שאינו מתקיים פטור לאחר ידו בפיו ברגלו ובמרפיקו כתב אות אחת סמוך לכתב וכתב על גבי כתב נתכוון לכתוב חירת וכתב בי (b) זיין אחד בארץ ואחד בקורה כתב על בי כותלי הבית על שני דפי-פנקס ואין נוהגין זה עם זה פטור כתב אות אחת נוטריקון רבי יהושע בן בתירא מחייב וחכמים פוטרין :

(a) Amſtelod. ſine ה Emph. סופרים (b) Menaſſ. זיינין.

5. Qui ſcribit in potus, in aquas fructuum, in pulverem viarum, in pulverem ſcribarum, aut quamcunque rem non ſolidam : liber eſt. Si manu averſa, pede, ore, axilla : (aut ſi) ſcripſerit literam unam propè ſcripturam; aut ſcripſerit ſuper ſcripturam; voluerit ſcribere Cheth, & ſcripſerit duo Sain; unam (literam) in terram, & unam in trabem; ſi ſcripſerit ſuper duos parietes domus, ſuper duas paginas (ſive folia) pugillarium, ut non quadret altera alteri, (nec legi ſimul poſſint:) liber eſt. (Si quis) ſcripſerit unam literam Notaricam : R. Jehoſchea f. Bathira damnat eum; at Sapientes abſolvunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כתב במשקין וכו׳ *qui ſcribit in potus &c.* *In Potus* (vel ſuccos:) qui denigrant, ut ſunt aquæ mororum, & ſimiles. *In aquas fructuum* : nimirum quorumcunque reliquorum fructuum. *In pulverem viarum* : e. g. ſi duxerit digito ſuo figuram literarum ſuper arenam aut pulverem viarum. *In pulvere ſcribarum* : eſt pulvis minutiſſimus in vaſe ſcribæ. לאחר ידו h. e. *per ſuperficiem exteriorem manus ſuæ*, ita ut teneat quidem calamum digitis ſuis, ſed vertat manum ſuam, & ſic ſcribat. ובמרפקו h. e. *articulo medio*, qui in brachio. *Literam unam propè Scripturam* : h. e. ſi juxta literam (prius) ſcriptam appoſuerit unam, & (ſic) duas effecerit. *Aut ſcripſerit ſuper Scripturam* : traduxerit calamum ſuum ſuper literas cæteras olim ſcriptas, eaſque renovaverit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כתב במשקין במי וכו׳ *qui ſcribit in potus, aquas &c.* Unam in terram, & alteram in trabem : vult dicere : ſi ſcripſerit literam unam in terram, & alteram in trabem. נוטריקון Notaricum eſt hoc, quando ſcribit literam unam de initio vocis, ut ex illa litera tota vox intelligatur, e. g. ſi ſcribet ק׳, & virgulam ſuper illud fecerit, ut ſit indicium de (*voce*) קרבן (*munus*:) aut ſi ſcribit מ׳, ut ſit indicium de (*voce*) מעשר (*decimæ*) & hæ (*decimæ*) ex illo intelligantur, juxta id, in quod conſenſerunt homines tractus alicujus aut homines urbis alicujus (*ſive provinciæ*) ubi R. Jehoſchea Filius Bathiræ dixit : quandoquidem omnes intelligunt ex ejuſmodi litera vocem integram, idem eſt ac ſi ſcripſiſſet literas multas. Sed deciſio eſt juxta Sapientes.

Et ſcripſerit duo Sajin : dum non apparet ductus τȣ̃ Chet ſuperior, ſed tantum duo pedes (ſeu fulcra,) atque ſic videtur, quaſi eſſent duo Sajin. *Super duos parietes domus* : nimirum qui non ſunt in angulo. *Super duas pagellas pugillarium* : in quibus diſtinctæ columnæ factæ : ita ut ſcribat literam unam in una columna; & literam alteram in alterâ columnâ, nec poſſit eas conjungere, niſi reſecet id, quod inter illas diſcriminat. Tradit autem primò (aliquid) de parietibus domus; & mox tradit de paginis pugillarium : quia non; ſi unum, alterum etiam tradidiſſet. *Unam literam Notaricam* : ita ut faciat ſignum puncti ſuper illam, atque intelligant per literam iſtam vocem integram e. g. per ק׳ (vocem) קרבן (Korban,) per מ׳ (vocem) מעשר (Maaſer,) per ה׳ (vocem) הדומה (ha-domæh.) *R. Jehoſchea filius Bathiræ damnat eum* : Quod, quandoquidem omnes intelligant per illam literam integram vocem, idem ſit, ac ſi ſcripſiſſet literas totius vocis. *At Sapientes abſolvunt* : quandoquidem non ſcripſit duas literas. Et deciſio eſt juxta Sapientes.

ו הכותב (a) שני אותיות בשתי העלמות אחת שחרית ואחת בין הערבים רבן גמליאל מחייב וחכמים פוטרין :

(a) Menaſſ. שתי.

6. Si quis ſcribit duas literas in duplici ignorantia, unam manè, alteram â meridie : R. Gamaliel eum damnat; at Sapientes eum abſolvunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הכותב שני וכו׳ *ſi quis ſcribit duas &c.* *In duplici ignorantia* : nimirum poſtquam ſcripſit literam unam per errorem, notum illi factum eſt, quod transgreſſus eſſet. Sed denuò occultatum eſt ab illo, erravitque, & ſcripſit literam ſecundam in latere ejus. *Unam manè, alteram veſperi* : (h. e. inter veſperas.) Hic poſtquam ipſi fuit intervallum (temporis) quod intervenit, ut cognoſcere poſſet, idem eſt, ac ſi fuiſſet duplex ignorantia. *Rabbi Gamaliel eum damnat* : Putavit enim, quod non eſſet notitia (adſcribenda) dimidiæ menſuræ, ad diſtinguendum, ut non addatur illi altera dimidia. *At Sapientes eum abſolvunt* : exiſtimarunt namque, quod noti-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכותב שתי אותיות וכו׳ *qui ſcribit duas Literas &c.* Intentio hujus conſtitutionis eſt de eo, quando quis facit partem de opere, aliquâ hora diei Sabbathi; non tamen abſolvit (*eadem*;) ſed abſolvit horâ alia, ita quidem, ut erret utraque hora, niſi quod recordatus fuerit inter ambas horas, priorem partem, quam fecerat, præteriiſſe (*vel præceſſiſſe*:) poſtea verò (*iterum*) erret, & perficiat opus. Hic (*quidem*) R. Gamaliel dicebat : non eſt notitia dimidii menſuræ, ut adeò notitia illa ſit, quaſi non fuiſſet, & non feciſſet ſignum ullum, atque adeò, in unâ ignorantia fecit opus totum; idcirco reus eſt peccati. Sed Sapientes dixerunt : Eſt notitia dimidii menſuræ,

notitia, quæ inter duas partes menſuræ (intervenit,) diſtinguat eas : ut adeo non fiant, quaſi ſint duæ partes menſuræ in una ignorantia. Et deciſio eſt juxta Sapientes.

ſuræ, & diſtinguitur pars operis ab (*altera*) parte per notitiam : Et ideò liber eſt à munere ; interim reus eſt pœnæ caſtigationis (*vel percuſſionis rebellionis*) propter dimidium menſuræ : quemadmodum expoſuimus, quod, quando dicit (*Doctor Miſchnicus*) Liber eſt, hæc ſit intentio ejus. De quo verba dicta (*intelligenda*) ſunt ? Quando fecit dimidium menſuræ malitioſè ; ſed ſi fuit ignorans, non percutitur. Et deciſio eſt juxta Sapientes.

פרק יג רבי אליעזר אומר האורג שלשה חוטין בתחילה ואחת על האריג חייב וחכמים אומרים בין בתחילה בין בסוף שיעורו שני חוטין :

Caput 13. R. Elieſer inquit : Qui texit tria fila ab initio (ſive de novo ; ſive ut ſit initium telæ. Raſch :) & unum ſuper telam cœptam, reus eſt. At Sapientes dicunt : ſive ab initio, ſive in fine fuerit, menſura ejus eſt duorum filorum.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר וכו׳ *Rabbi Elieſer inquit &c.* R. *Elieſer inquit : Qui texit tria fila ab initio :* ſi hoc fuerit initium texturæ veſtis, non erit reus ; donec texuerit tria fila ; aut ſi addiderit texturæ menſuram ejus per unum (filum,) quod conjungatur cum reliquis. Sed deciſio non eſt juxta Rabbi Elieſerem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי אליעזר אומר האורג וכו׳ *Rabbi Elieſer dicit, qui texit &c.* Et unum ſuper texturam cœptam, hoc vult, quod, ſi texat etiam filum unum ſuper illam texturam, reus ſit : juxta ſententiam ſc. R. Elieſeris. Sed deciſio eſt juxta Sapientes.

ב העושה שתי בתי נירין בנירין בקירוס בנפה בכברה ובסל חייב והתופר שתי תפירות והקורע על מנת לתפור שתי תפירות :

2. Qui facit duas Commiſſuras filorum, in licio, in cortina, in cribro, vanno, aut corbe : reus eſt : Item, qui ſuit duas ſuturas ; & qui, ut duas ſuturas ſuat, diſſuit.

R. OB. DE BARTENORA.

העושה שתי בתי וכו׳ *qui facit duas commiſſuras &c. Duas commiſſuras :* ut indat duo fila ſtaminis בניר, quod barbarè dicunt ליצא (Licium) בנירין (in licio :) In Gemara hoc explicatum eſt ita, quod conjungat duabus vicibus filum ſtaminis cum licio ; tertia autem vice conjungat cum filo, quod convolutum ſuper arundine. בקירוס eſt cortina texta ex lana palmæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העושה שתי בתי נירין וכו׳ *qui facit duas domos* (*commiſſuras*) *filorum &c.* נירין (*ſingulariter eſt*) ניר *ſtamen*, filum : quod ſupra expoſuimus in Cap. ſeptimo. קירוס eſt cortina texta ex muſco. נפה *Cribrum*, notum eſt : ſimiliterque כברה *Vannus* (*vel Cribrum majuſculorum foraminum.*) Recenſet autem hic iſtas res, per modum proponendi menſuras. At in Capite (*VII. quod incipit :*) כלל גדול *Regula magna*, commemoravit eas per modum numerandi opera principalia.

ג הקורע בחמתו ועל מתו וכל המקלקלין פטורין והמקלקל על מנת לתקן שיעורו כמתקן :

3. Qui in ira ſua, aut propter mortuum, rumpit (veſtes,) quicunque (aliquid) corrumpunt : liberi ſunt. Qui verò corrumpit ea conditione, ut reficiat : ejus menſura eſt, ſicut (ſive, eadem quæ) facientis.

R. OB. DE BARTENORA.

הקורע בחמתו וכו׳ *qui rumpit in irâ ſuâ &c. Qui rumpit ſuper mortuo ſuo &c.* de mortuo hoc (intelligendum) eſt eo, ſuper quo, ut rumpat (veſtes,) obligatus non eſt, Hic, quia eſt deſtruens, liber eſt. Sed ſi ſuper mortuo, ſuper quo, ut rumpat, obligatus eſt, eſt diſponens (hoc eſt faciens, quod alias decet facere) adeoque reus eſt. *In irâ ſuâ, & omnes, qui deſtruunt, liberi ſunt :* En ! Miſchna ſibi ipſi contrariatur. Certè deciſio eſt, quod, quia rumpit (veſtes) in ira ſua, reus ſit. Quanquam enim ſit deſtruens reſpectu veſtis ; eſt tamen diſponens, (faciens, quod voluit facere,) reſpectu affectus ſui, atque animus ejus ſic acquieſcit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הקורע בחמתו ועל מתו וכו׳ *qui rumpit in ira ſua aut ſuper mortuo ſuo &c. Qui corrumpit, ut reficiat :* vult dicere : Qui eſt quaſi deſtruere vellet, cum tamen intentio illius ſit ædificare. Porrò quod dicitur : *qui rumpit in ira ſua, aut ſuper mortuo, liber eſt,* (*id intelligendum eſt de eo, qui rumpit,*) quando non eſt obligatus, ut rumpat ſuper iſto mortuo. Sed quando dicit, *quod* (*quando*) *in ira ſua* (*rumpit,*) *liber ſit*, eſt opinio rejecta. At conſtitutio eſt hæc : *Qui rumpit in ira ſua, aut ſuper mortuo, ſuper quo obligatur ad rupturam, reus eſt.* Ratio autem, quare is, qui rumpit in ira ſua, & ſuper mortuo, reus ſit, hæc eſt : quia mens ejus in quiete eſt, (*ſana eſt,*) & ardor illius tepeſcit in ipſa ruptura, fitque ſimilis ei, qui reficit.

ד שיעור המלבן והמנפץ והצובע והטוה כמלא רחב הסיט כפול והאורג בי חוטין שיעורו כמלא הסיט :

4. Menſura dealbantis, & excutientis, & tingentis, & nentis, latitudo plena duplicatæ Sith. Qui verò texit duo fila, ejus menſura eſt unius Sith.

R. OB. DE BARTENORA.

שיעור המלבן וכו׳ *menſura dealbantis &c. Dealbantis :* ſc. lanam, & *excutientis* illam, & *tingentis* illam, & *nentis* cum illâ, quæ omnia ſunt patres operum ; (iſtorum, inquam) menſura hæc eſt, ut poſſit nere cum illa lana filum lon-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שיעור המלבן והמנפץ וכו׳ *menſura dealbantis & excutientis &c.* Latitudo סיט *Sit*, eſt ſexta pars Spithamæ. Nam hæc menſura probabiliſſima eſt, juxta meam ſententiam, (*inter eas,*) quas vidi in expoſitionibus (*vocis*) סיט *Sit* : & mihi eſt

longum juxta latitudinem plenam duplicatæ סיט Sit. Eſt autem סיט Sit intervallum, quod eſt inter digitum medium & minimum, tum quando (eos) homo, quantum poteſt, diſtendit. Quæ menſura ſpatii ſi bis ſumta fuerit, erit Sit duplicata. Spatium verò, quod inter pollicem & digitum minimum eſt, ſemel (ſumtum,) ſimiliter eſt latitudo plena duplicatæ Sit; propterea quod bis in ſe contineat id (ſpatium,) quod eſt inter medium. *Qui texit duo fila, ejus menſura eſt*, juxta latitudinem panni, *ſicut plenitudo Sit*. Licet enim non texuerit illa juxta totam plenitudinem, reus tamen erit.

eſt optima (*viſa*,) ut expoſui in Cap. V. tractat. Orlah. Unde latitudo Sit duplicatæ erit tertia pars Spithamæ. Vidi quidem apud Gaonem, quod ſit (*ſpatium*) inter pollicem & indicem, quando diſtenderit (*quis*) manum ſuam; quantum poteſt homo. Quum itaque dealbaverit homo de lana, aut excuſſerit de illa, aut coloraverit de illa, in ea quantitate, ut neatur inde filum, cujus longitudo ſit latitudo Sit duplicatæ, reus erit. Quantum itaque intelligere poſſum ex expoſitione vocum harum, quas expoſuerunt Veteres noſtri, plenitudo Sit eſt ſexta pars Spithamæ; at plenitudo latitudinis Sit duplicatæ, eſt Spatium quantum apparet inter pollicem & indicem.

ה רבי יהודה אומר הצד צפור למגדל וצבי לבית חייב וחכמים אומרים צפור לכגדל וצבי (a) לבית ולהצר ולביברין רש"בג אומר לא כל הביברין שוין זה הכלל (b) מחוסר צידה פטור שאינו מחוסר צידה חייב :

5. Rabbi Jehuda dicit: Qui venatus fuerit avem (& egerit) in turrim (vel aviarium magnum,) & capream in domum: reus erit. At Sapientes dicunt: avem in turrim, & capream in hortum vel atrium, vel vivarium. R. Schimeon f. Gamaliel dicit: Non omnia vivaria æqualia ſunt. Regula hæc eſto; Vivarium ſi careat capturis (animalibus captis;) liber erit: ſi non caret: reus. (quod ibi difficulter capiatur; hic facile.)

(a) Pro לבית legitur in Amſtelod. לגינה. (b) Menaſſ. כל המחוסר.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה אומר וכו׳ *Rabbi Jehudah dicit &c. Qui venatus fuerit avem*, donec intrare fecerit eam, *in turrim* ligneam, ארמאריאו (Armarium) barbare, *reus eſt:* quia hac ratione capi ſolet (avis.) Sed ſi intrare fecerit domum: non ita capi ſolet. Porrò *Caprea* capta habetur, ex quo (quis) ingredi eam fecit in domum, & clauſit ante illam: ſed ſi intrare fecit in hortum, aut in atrium, non eſt hæc captura (ſeu venatio.) ולביברין *vel vivarium:* hæc ſepta ſunt, circumdata muro, quo immittunt feras, ibique cuſtodiunt. *Regula: Quod caret venatione (ſeu animalibus captis:)* ubi difficile eſt capere e. g. quando non poteſt attingere extenſione (brachiorum) unâ, quum extendit ad capiendum. Et deciſio quidem eſt juxta Rabbi Schimeonem filium Gamalielis, prout expoſuit Verba Doctorum noſtrorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי יהודה אומר וכו׳ *Rabbi Jehudah dicit &c.* ביבר eſt locus, in quem concludunt aves aut beſtias. Deciſio autem eſt juxta Sapientes; ſicut expoſuit R. Schimeon filius Gamaliel.

ו צבי שנכנס לבית ונעל אחד בפניו חייב נעלו שנים פטורין לא יכול אי לנעול ונעלו שנים חייבין ורבי שמעון פוטר :

6. Si caprea ingreſſa domum fuerit, & unus (aliquis) ante eam (januam) clauſerit: reus eſt. Si duo clauſerunt; liberi ſunt. Si unus non potuit claudere & duo clauſerunt; rei ſunt. R. Schimeon quidem abſolvit.

R. OB. DE BARTENORA.

צבי שנכנס וכו׳ *ſi Caprea ingreſſa fuerit &c. Si Caprea ingreſſa fuerit:* nimirum ſponte ſuâ in domum, & clauſerit quis ante illam, hæc eſt ejus venatio. *Si duo clauſerint, liberi erunt:* ideò quod duo fuerint, qui fecerunt illud (opus.) *Si unus non potuit claudere*; h. e. ſi ordinarium (& perpetuum) eſt, ut claudant eam duo: tum verò unuſquiſque habet ſuum opus, quod per interdictum fieri non debebat: (atque adeò reus eſt.) Equidem Rabbi Schimeon abſolvit, ſed deciſio non eſt juxta Rabbi Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צבי שנכנס לבית וכו׳ *Si caprea ingreſſa domum fuerit &c.* Senſus, quando dicunt: ambo liberi ſunt, eſt pridem præmiſſus ab initio (*hujus*) tractatus. Sed deciſio non eſt juxta R. Schimeonem.

ז ישב האחד על הפתח ולא מילאהו ישב השני ומילאהו השני חייב ישב הראשון על הפתח ומילאהו ובא השני וישב בצידו אף על פי שעמד הראשון והלך לו הראשון חייב והשני פטור הא למה זה דומה לנועל את ביתו לשומרו ונמצא צבי שמור בתוכו :

7. Si unus conſedit in oſtio, hocque non implevit; aſſedit verò alter, ut hoc impleret; (iſte) alter reus eſt. Si prior conſedit in oſtio, hocque implevit; venitque alter & lateri ejus aſſidet, quamvis prior ſurrexerit: & abiverit ſibi, idem (tamen) prior reus eſt, & alter liber. Quare ergo? Hic enim (alter) ſimilis eſt claudenti domum ſuam, ad cuſtodiendum eam: cum jam cuſtodienda caprea in eâ inveniatur: (Sed prior venatus eſt, adeoque reus.)

R. OB. DE BARTENORA.

ישב האחד על וכו׳ *ſi conſedit unus in &c. Alter reus eſt:* Quia hic venatus eſt (ſeu cepit) illam. *Quare ergò? Hic enim ſimilis eſt* (vel; *Cui hic eſt ſimilis?*) poſteaquam ſc. capta eſt per primum. *Claudenti domum ſuam ad cuſtodiendum eam:* non autem ad capiendum. Ubi deprehenditur, quod caprea prius capta fuerit cuſtodita intra illam (domum.) Sic

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ישב אחד על הפתח וכו׳ *ſi unus ſederit ſuper oſtium &c.* Quando dicunt: liber eſt, eſt hic liber & licitus (*ſeu veniam habens.*)

Sic iſte (alter:) etiamſi ſurrexerit prior, non tamen aliter habendus eſt, quam ſicut cuſtodiens capream, quam habuit pridie. *Et alter liber*: (Liber,) cujus (hic) Miſchna meminit, eſt liber & ſolutus.

פרק יד שמונה שרצים האמורים בתורה הצדן והחובל בהן חייב ושאר שקצים ורמשים החובל בהן פטור הצדן לצורך חייב שלא לצורך פטור חיה ועוף שברשותו הצדן פטור והחובל בהן חייב:

Caput 14. Octo reptilia: quæ in lege dicuntur, ſi quis venatus fuerit aut vulneraverit: reus eſt. Reliqua verò abominabilia & reptantia qui vulneraverit, liber eſt. Qui verò venatus fuerit, ſi in uſum, reus eſt: Si non in uſum, liber. Beſtiam aut avem poteſtatis ſuæ qui venatus fuerit, liber eſt: qui vulneraverit, reus.

R. OB. DE BARTENORA.

שמונה שרצים וכו׳ *octo reptilia &c. Octo*: ſc. muſtela, mus &c recenſita in ſectione: Et fuit in die octavo, (quæ incipit à Levit. IIX. v. 1. iſta autem octo vid. Levit. XI. v. 29. ſeq.) *Si quis venatus fuerit, reus eſt*: quia cadit in ſpecies eorum venatio. *Aut vulneraverit, reus eſt*: eſt namque illis cutis, & vulnus eorum ejuſmodi eſt, ut non redeat (cutis ſine cicatrice.) Reus autem eſt nomine rumpentis, quæ eſt proles triturantis. Vel etiam; quandoquidem illis eſt cutis, tingitur cutis ſanguine, qui congregatur intra illam; atque ſic fit reus nomine tingentis. Sed qui reliqua reptilia aut reptantia e. g. vermes, & limaces, & ſcorpiones vulnerat, liber eſt: quia cutem non habent (ſeu corium.)

Si non in uſum, liber eſt: quia non cadit in ſpecies eorum venatio. *Beſtiam aut avem poteſtatis ſuæ, qui venatus fuerit, liber eſt*: nam ecce (pridem) captæ ſunt, & aſſervatæ. *Qui vulneraverit, reus eſt*: quia cutem (ſeu corium) habent. Cæterum non eſt (quiſquam) vulnerans reus inter omnes iſtos, quos legimus in Miſchna, niſi propter uſum eorum: ſed ſi quis non (aliter) vulneraverit, niſi ut noceat illis, tum ecce hypotheſis nobis eſt: omnes deſtruentes liberi ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שמונה שרצים וכו׳ *octo Reptilia &c.* Scito, quod חובל, h. e. is qui facit vulnus, non fit reus, niſi ſub duabus conditionibus: Prior eſt, ut faciat vulnus in anima vivente, cui ſit cutis, ut ex ea exeat ſanguis, aut ut ſanguis concreſcat infra cutem; quemadmodum contingere ſolet ex ictibus lapidis, aut ſimilis alicujus rei. Conditio poſterior eſt, ut intendat iſtud vulnus (*cum in finem*,) ut uſum aliquem capiat ex iſto ſanguine, aut ex ipſa carne, aut in Medicina, aut ad cibandum beſtiam. Nam ſi non intendit niſi damnum beſtiæ, aut ut dolorem illi crearet; ecce, eſt (*tantum*) corrumpens. Ubi jam præceſſit, quod dixerunt: Omnes corrumpentes liberi. (*Ergo & hic.*) Et hinc habetur ſenſus ejus, quod dicunt: Si quis vulnerat in commodum canis ſui, aut ignem ſuccendit in uſum cineris, tunc erit reus. Unde qui comburit rem, de quibuſcunque rebus, & intendit cinerem ejus, eſt ſuccendens, relatus in numerum operum principalium. Qui verò vulnerat, & intendit aliquid eorum, quæ diximus, is facit opus minus principale triturantis; propterea, quod diſrumpit iſtam rem, & ſeparat à ſocia ſua (*parte conjuncta.*) Dicere vult verò hic (*Doctor Miſchnicus,*) quòd octo iſtæ ſpecies commemoratæ in lege in doctrina (*ſ. puncto*) de immunditie, & ſunt Muſtela, Talpa, & bufo ſecundum ſpeciem ſuam, & attelabus, & lacerta, & ſtellio, & chamæleon, & glis, omnes ſint cute præditæ. Unde qui vulnerat eas ſub conditionibus, quas recenſuimus, erit reus. Reliquis verò præter iſta reptilibus, & ſerpere aſſuetis, non eſt cutis. Unde qui vulnerat illa, liber eſt: propterea quòd reſtituitur (*unumquodque illorum*) & revertitur in veterem ſtatum ſuum. Similiter qui occidit ea, liber eſt: niſi id, quod ex iſtis naſcitur (*ſumitur atque paratur,*) vendiderit, aut perforaverit ipſum (*reptile.*) Cæterum compertum eſt in arte medica, quod cutis, quando vulneratur, non reſtituatur, ſicut fuerat olim. Atque hinc reus eſt ſuper omni, cui cutis eſt.

ב אין עושין הילמי בשבת אבל עושה הוא את מי המלח וטובל בהן פיתו ונותן לתוך התבשלה אמר רבי יוסי והלא הוא הילמי בין מרובה ובין מועט ואלו הן מי מלח המותרין נותן שמן (a) בתחלה לתוך המים או לתוך המלח:

(a) Venet. & Amſtelod. לכתחלה.

2. Non faciunt muriam in Sabbatho. Facere tamen (quis) poteſt aquas ſalis, & bolum ſuum in has intingere, aut coctili injicere. Dixerit licet R. Joſe: annon verò muria eſt, ſive parum, ſive multum fuerit? Hæ itaque ſunt aquæ ſalis licitæ: primò infundit oleum in aquas, aut in ſalem, (& deinde addit ſalem aut aquas.)

R. OB. DE BARTENORA.

אין עושין הילמי וכו׳ *non faciunt muriam &c. Non faciunt muriam*: h. e. aquas ſalis multas, ut inſpergant herbis, quas condiunt ad aſſervandum; ſed faciunt aquas paucas, ut intingant in illas panem ſuum, aut ut injiciant pulmento.

Annon verò muria eſt, ſive parum ſive multum fuerit? q. d. ſi multæ (aquæ ſalis) ſunt prohibitæ, etiam paucæ erunt prohibitæ. (Aut num) dicent: opus magnum eſt prohibitum, exiguum autem licitum? Itaque tam hæc quam iſtæ (aquæ ſalis) erunt prohibitæ: propterea quod (qui illas facit) eſt ſicut elaborans (aliquid,) & corrigens cibum, qui injectus illis fuerit, ut aſſervetur. *Hæ verò ſunt* (aquæ) *licitæ: primò infundit oleum in aquas*: ſc. antequam injicit ſalem. Aut infundit primò oleum ſuper ſalem, antequàm infundat aquas. Quandoquidem oleum impedit, quò minus commiſceatur probè (ſal) cum aquis, & debilitat (inſuper) vires ejus. Non autem infundet primò aquas & ſalem, & deinde oleum. Nam ex quo momento infuderit aquas & ſalem ſimul, apparebit tanquam elaborans (aliquid.) Sed non eſt deciſio juxta Rabbi Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין עושין הילמי בשבת וכו׳ *non faciunt Muriam in Sabbatho &c.* הילמי eſt aqua & ſal; nec intereſt quicquam inter Hilme & aquam ſalis, niſi quod Hilme ſit quantitas magna, aqua autem ſalis quantitas exigua. Cæterum R. Joſe rigoroſus fuit, prohibuitque etiam aquas ſalis; nec permiſit, niſi ſi quis effundat oleum ſuper ſal aut ſuper aquas. Sed non eſt deciſio juxta Rabbi Joſe.

ג אין אוכלין (a) איזובין בשבת לפי שאינו מאכל בריאים אבל אוכל הוא את יועזר ושותה

(a) אבובראה

3. Non comedunt Hyſſopum in Sabbatho: quia non eſt cibus ſanorum. Poteſt tamen (aliquis) comedere pulegium, & bibere fiſtulam paſtoris, (ſive

(b) אבוברואה כל האוכלין אוכל אדם לרפואה וכל המשקין שותה חוץ ממי דקלים וכוס עיקרים מפני שהן לירוקה אבל שותה הוא מי דקלים לצמאו וסך שמן עיקרין שלא לרפואה:

ve potum ejus) Omnes cibos poteſt edere homo pro medicina, & omnes potus, præter aquas palmarum, & poculum radicum, propterea quod ſunt Medicina pro aurigine. Poteſt tamen aquas palmarum ob ſitim bibere, & oleo radicum ſe ungere ſine medicina.

(a) Venet. & Amſtelod. איזבין. (b) Pragenſ. אבוברועה Menaſſ. אבוב רועי.

R. OB. DE BARTENORA.

אין אוכלין אזוב וכו' *non comedunt hyſſopum &c. Hyſſopum Græcum:* eſt ſpecies hyſſopi, quæ creſcit inter ſpinas, & interficit vermes, qui in inteſtinis. *Quia non eſt cibus ſanorum:* quæ res arguit mox, quod pro medicina comederit. Cæterum prohibitum eſt comedere illud in Sabbatho; ob caſum, ne (quis) forte contundat aromata; quæ verò eſt proles molentis. *Poteſt tamen comedere pulegium:* ideò quod frequenter comedant illud, quum ſani ſunt. יועזר barbarè פוליו (Pulegium.) Conſumit autem vermes, qui in hepate ſunt. אבוב רועה *Fiſtulam paſtoris:* eſt arbor, quæ creſcit ſolitaria, nec habet ramos: Vocant illam Arabicè עצאל רעי. Utilis verò eſt ei, qui ægrotus factus eſt inde, quod aquas ſordidas bibit.

Omnes cibos edere poteſt homo pro medicina: h. e. omnem rem, quæ eſt cibus, & quam ſani comedunt, poteſt homo comedere in Sabbatho; ſi maximè intenderit medicinam. *Præter aquas palmarum:* Duæ arbores erant, ex ſpeciebus palmarum, quæ fuerunt in terra Iſrael, & inter illas fons aquarum. Inde ſi quis bibebat poculum primum, laxabat excrementum, quod in inteſtinis ejus: alterum autem poculum purgabat: at poculum tertium abſtergebat inteſtina, uſque adeò, ut homo ejiceret illas (aquas) limpidas, quemadmodum imbiberat illas. Porrò *poculum* עקרין *Radicum*, (ita habebat:) Sumebant ſuccum arboris, quam Arabicè vocant זאג אלכסנדריא, & herbam, quam vocant עשבא אלסדור h. e. herbam lætitiæ & crocum, contundebantque illa, & pulverem illorum injiciebant in vinum. Mulier verò fluxum patiens, quæ de illis bibebat tria pocula, ſanabatur. *Propterea quod ſunt medicina pro aurigine:* Laborans morbo, qui dicitur ירקון Aurigo, ſi bibit de illis, ſanatur à morbo auriginis; ſed efficitur ſterilis, nec gignit (amplius:) ideò dicitur (etiam) כוס עקרין h. e. poculum ſterilium. *Ob ſitim:* ſi non ægrotat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין אוכלין אזוב וכו' *non comedunt hyſſopum &c.* אזוביון *Hyſſopus* eſt in Arabica (*lingua*) אסטוכרוס. At יועזר *Pulegium* eſt in (*eadem lingua*) Arabica פורנג & ſimilia. Item אבוב רועה fiſtula paſtoris eſt in Arabica עצאלרעי. Cæterum quando dicit: Quicunque comedunt cibum hominis pro Medicamine, ejus ſenſus hic eſt, quod omnis res, cujus uſus eſt, ut comedant eam ſani, & nutriantur illa, licita fit homini ad comedendum per modum medicamenti: quandoquidem ea eſt nutrimentum apud homines in genere (*in communi.*) Porrò in terra Iſraelis (*plantare ſolebant*) duas palmas, inter quas erat fons aquarum. Si quis bibebat de illis (*aquis*) purgabant illum, & laxabant inteſtina ejus. Et iſtæ aquæ dicebantur aquæ palmarum. Prohibitum etiam erat homini אספרגוס *Aſparagum*, qui eſt medicamen purgans, bibere in Sabbatho ullo modo. כוס עיקרין *Poculum radicum* eſt hoc, quando conjungebant (*commiſcebant*) radices, ramum cum ramo, & tundebant, & bibebant eas in vino. Ubi ſi qua fluxu laborans bibebat de illis tria pocula, ſanabatur, & convaleſcebat ſponte (*ſine alia ulla Medicina.*) Quod ſi quis aurigine laborans bibebat de illis cum quocunque genere vini, ſanabatur quidem, ſed reddebatur ſterilis, nec generabat (*amplius.*) Atque hinc vocabatur כוס העיקרין, (*non tantum, poculum radicum, ſed etiam*) quaſi dicas, poculum ſterilium. ירוקה eſt nomen morbi (*alias*) dicti ירקון Aurigo; Arabicè ירקאן. Iſtæ autem radices ſunt זאג מאס"כנדריאה & עשב סרו, *Arabicè עשבא אלסדור, i. e. herba lætitiæ, & כרכום Crocus.

ד החושש בשיניו לא יגמע בהן את החומץ אבל מטבל הוא כדרכו ואם נתרפא נתרפא החושש במתניו לא יסוך יין והומץ אבל סך הוא את השמן ולא שמן ורד בני מלכים סכין שמן ורד על מכותיהן שכן דרכם לסוך בחול רבי שמעון אומר כל ישראל בני מלכים (a) הם:

(a) Τὸ הם abeſt in Veneto.

4. Qui dentibus laborat, non abſorbebit in illos acetum. Intingere verò poteſt (buccellam in acetum,) pro conſuetudine ſua: & ſi ſanatur, ſanetur. Qui laborat lumbis, non unget ſe vino & aceto. Ungere verò poteſt ſe oleo: non tamen oleo roſarum. Filii Regum quidem oleo roſarum ſe ungere ſuper plagis ſuis poſſunt; quia in profeſto ſic facere ſolent. R. Schimeon dicit: omnes Iſraëlitæ ſunt filii Regum.

R. OB. DE BARTENORA.

החושש בשיניו וכו' *Qui laborat dentibus, &c. Non abſorbebit acetum:* ſc. ut evomat (iterum:) Arguit namque res, quod ſit pro medicina (ſumtum.) Sed ſi abſorpſerit & abſorbendo demiſerit (in ventriculum, retenturus,) bene ſe habet. *Non unget ſe vino & aceto:* ſiquidem nemo hominum ungit ſe illis, niſi pro medicina. *Non tamen oleo roſarum:* propterea quod pretium ejus magnum ſit: ut adeò res iſta arguat, quod pro medicina fecerit. *Quia ſic ſolent facere (ſeu ungere ſe:)* quando ſine plagâ (ſeu vulnere) ſunt. *Rabbi Schimeon dicit &c.* Non eſt deciſio juxta Rabbi Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

החושש בשיניו לא יגמע וכו' *qui laborat dentibus, non infundet &c.* Qui laborat dentibus, ei, ut ad confirmandam gingivam ſorbeat acetum, & (*mox*) expuat, prohibitum eſt; ſed licitum ipſi eſt ſorbere & deglutire (*in ſtomachum mittere.*) Atque hoc eſt, quod dicunt, לא יגמע, *non abſorbebit*, (*ſc.*) & expuet: interim abſorbere poteſt, & in ſtomachum demittere. גמע eſt idem ac גמא, ex ſignificatione (*quam habet Geneſ.* 24: 17.) הגמיאני *pota me, quæſo, per parum aquæ.* Cæterum deciſio eſt juxta Rabbi Schimeonem. Oportet tamen, ut iſta unctione multum (*ſeu vulgò*) utantur homines.

פרק טו אילו (a) קשרין שחייבין עליהן קשר הגמלים וקשר הספנין וכשם שהוא חייב על קישורן כך הוא חייב על היתרן רבי מאיר אומר כל

Caput 15. Hi ſunt nodi, propter quos rei fiunt; nodus Camelariorum & nodus nautarum. Et quemadmodum (quis) ob horum intorſionem fit reus: ſic ob eorundem ſolutionem reus fit. R. Meir: Qui-

(a) Venet. ואילו Amſtelod. ואלו.

כל קשר שהוא יכול להתירו באחת מידיו אין חייבין עליו :

Quicunque, inquit, nodus una manu ſolvi poteſt, ob eum non fit reus (homo.)

R. OB. DE BARTENORA.

אלו קשרים שחייבין וכו׳ *hi ſunt nodi, propter quos rei ſiunt &c. Hi ſunt nodi, nodus camelorum:* perforant camelo naſum ejus, immittuntque per eum lorum, in quo nodum faciunt perpetuum. Similiter forant in roſtro navis foramen, & immittunt per illud funem, in quo faciunt nodum durabilem, quem in perpetuum non ſolvunt. Similis autem eſt (qui ejuſmodi nodos facit) ei, qui nodos faciebat filorum cortinarum in habitaculo uſurpandorum. Cæterum nodus ſi durabilis quidem eſt, ſed non operis opificis; aut non eſt durabilis, operis tamen opificis: liber eſt (homo,) prohibitum nihilominus illi, adeò ut reus non fiat, donec fuerit nodus durabilis. Qui verò nec durabilis eſt, nec operis opificis, ſimpliciter licitus eſt. *Et quemadmodum (quis) ob horum intorſionem reus fit: ſic ob eorundem ſolutionem reus fit:* Nam ſic qui capiunt conchas, coguntur nonnunquam ſolvere nodos retium durabiles, modò ad contrahendum, modo ad dilatandum illa. *Quem (quis) poteſt ſolvere:* quod eum non (arctè) conſtrinxerint. *Ob eum reus non fit:* ſi maximè eum fecit, ut perpetuus eſſet. Non eſt autem deciſio juxta Rabbi Meir.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אלו קשרים שחייבין וכו׳ *hi ſunt nodi, propter quos rei ſiunt &c.* Fundamentum, cui innititur (*conſtitutio*) eſt hoc: ſuper omni nodo, qui durabilis eſt, rei fiunt; ſuper eo autem, qui durabilis non eſt, non fiunt rei. Quod ſi tamen nodus fuerit in ligulis, aut in junctura extremitatum, & connexione tantum, is eſt licitus ſimpliciter. Et licet ſit nodus, eſt tamen res libera: ſed ſi non eſt durabilis, eſt res prohibita. Nec deciſio eſt juxta Rabbi Meir.

ב יש לך קשרים שאין חייבין עליהן כקשר הגמלין (a) וקשר הספנין קושרת אשה מפתח (b) חלוקה וחוטי (c) סבכא ושל פסיקיא ורצועות מנעל וסנדל ונודות יין ושמן וקדרה של בשר רבי אליעזר בן יעקב אומר קושרין לפני הבהמה בשביל שלא תצא קושרין דלי בפסיקיא אבל לא בחבל רבי יהודה מתיר (d) כלל אמר רבי יהודה כל קשר שאינו של קיימא אין חייבין עליו :

2. Sunt nodi, propter quos non fiunt rei, ſicut propter nodum Camelariorum, & nodum nautarum. Colligat (ſc.) mulier os induſii, & fila reticuli, & faſcias, & corrigias calcei aut ſoleæ, & utrem vini vel olei, & ollam carnis (in qua caro eſt, Raſchi: Aliquando enim veſtimentum circa os ejus ligant.) R. Elieſer f. Jakob dicit: nectunt etiam ante pecus (funem, Raſch.) ne exeat. Alligant etiam ſitulam per faſciam; non autem per funem. R. Jehudah permittit, ex regula ſua, quam dixit (ipſe) R. Jehudah: Quicunque nodus non eſt perpetuus, ob eum non fiunt rei.

(a) Amſtelod. & Menaſſ. וכקשר (b) Venet. חלוק (c) Amſtel. סבכה (d) Amſtelod. מכלל

R. OB. DE BARTENORA.

יש לך קשרים וכו׳ *ſunt nodi &c. Sunt nodi, propter quos non fiunt rei:* ſc. peccati; *quemadmodum rei* fiunt propter *nodum camelorum, & nodum Nautarum.* Sed liber eſt (homo:) licet res ipſi prohibita ſit. Cæterum non recenſiti ſunt nodi hi in Miſchna; in Gemara verò expreſſi ſunt, e.g. lorum longum, quod alligant annulo, qui in naſo camelæ, נאקה dictæ, eſt; ſimiliterque funis longus, quem illigant funi, facto inſtar annuli, ſuſpenſoque à foramine, quod in roſtro navis eſt: relinquunt autem nonnunquam ibi ſeptimanam (integram) aut aliquot ſeptimanas; & tum demum ſolvunt illum. Sic etiam propter quemcunque nodum, quem nectunt, ut maneat ſic per tempus certum (tantum aliquod,) non autem, ut duret in perpetuum, non fiunt rei. *Colligat mulier os induſii:* habet (induſium) quaſdam quaſi linguas utrinque; quas ligant, dextram quidem in humero ſiniſtro, ſiniſtram verò in humero dextro. Hæ quoniam ſingulis diebus ſolvuntur, non ſunt ſimiles ullo modo nodo perpetuo; atque adeò ſimpliciter licitæ. סבכה *reticuli:* eſt cidaris quædam, quæ ſuper capite ejus eſt, facta in forma retis. פסיקיא eſt *cingulum latum*, & fila dependent ab extremitate ejus, ut iis ligetur. *Et utres vini:* è corio, quorum coire faciunt os, & colligant illos. Et licet ſint (unicuique) duo ligamina, tamen non dicimus, quod unum illorum abrogando abroget (ne ad aliud quid utatur) ſitque nodus perpetuus. *Et ollam carnis:* Nonnunquam huic circumligant pannum circa os ejus. Et licet ei ſint quædam quaſi mammæ, per quas emittere poſſunt jus ſine ſolutione nodi, attamen non eſt nodus (perpetuus.) *Nectunt etiam ante pecus:* ſc. funem juxta latitudinem oſtii, ad claudendum ante illam, ut non exeat. Et ita habet conſtitutio. *Alligant ſitulam per faſciam:* nimirum ſuper os ciſternæ, ut ligata & ſuſpenſa ibi ſit. Nam faſciam non abrogat ibi (ab alio uſu:) non autem per funem, quia cum hic abrogat. & fit nodus perpetuus. *R. Jehudah permittit:* non permiſit R. Jehudah, niſi funem penticulamentorum, quo opus habet ad opus ſuum, nec abrogat illum hic. Sed Doctores noſtri exiſtimarunt; ſi permiſeris illi funem peniculamentorum, ligabit etiam reliquis funibus: quia funem cum fune permutabit. Et deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יש לך קשרים וכו׳ *ſunt tibi nodi &c.* Hæc Miſchna habet ſuam Menſuram. Atque hoc eſt, quod dicunt: Eſt nodus ſuper cujus innodatione non reus ſit (*homo;*). Quemadmodum reus fit ſuper nodo Camelariorum & nautarum, interim non commemoravit iſtos nodos. Sunt autem nodi, quos innodant, ut durent certum tempus de tempore (*non ſemper & omni tempore;*) quemadmodum nectunt nodum in fræno, ad ducendum eo equum; quem poſtea (*iterum*) ſolvunt. Pergit deinde, & dicit, quod ſint nodi, quos licitum ſit nectere ſimpliciter. Incipit verò (*ſimul*) recenſere eos, & dicit: colligat mulier aperturas induſii ſui, quæ ſunt oræ veſtis, ſi maximè fuerit veſtis duarum orarum. *Et fila* הסבכה *reticuli ſui*, h.e. fila mitræ, quæ ſuper capite.

פסיקיא eſt *particula veſtis*. חבלי אורג *funiculi textoris*, etiam liciti ſunt ad alligandum illis beſtiam, ex ſententia omnium. Nam inſtrumenta textoris quæcunque, funiculi & ligna & licia (קנים *nidi. Hebr.*) omnia (*inquam*) ſunt licita, ad transferendum illa in Sabbatho: propterea quod habentur, ſicut quævis reliqua inſtrumenta. Deciſio eſt juxta Rabbi Elieſer; & non eſt deciſio juxta Rabbi Meir, qui permiſit alligare ſitulam fune.

ג מקפלין את הכלים אפילו ארבע וחמשה פעמים ומציעין את הכמות מלילי שבת לשבת אבל

3. Complicant veſtes quater aut quinquies: & ſternunt lectos à nocte Sabbathi pro Sabbatho; ſed non à Sabbatho pro exitu Sabbathi (i. e. pro die Sab-

אבל לא משבת למוצאי שבת רבי ישמעאל אומר מקפלין את הכלים ומציעין את המטות מי"ה לשבת וחלבי שבת קריבין בי"ה (a) רבי עקיבא אומר לא של שבת קריבין בי"ה ולא של י"ה קריבין בשבת :

Sabbathum ſequenti.) R. Iſmaël inquit : complicant veſtes, & ſternunt lectos à die Kippurim pro Sabbatho ; & adipes Sabbathi offeruntur in die Kippurim (de jugi ut comburantur.) R. Akiba dicit : neque (adipes) Sabbathi (offeruntur) in die Kippurim, neque (adipes) diei Kippurim offeruntur in Sabbatho.

(a) Prag. Amſtelod. & Menaſſ. וחלפי שבת קריפין בי"ה אבל לא של יה"כ בשבת רבי עקיבא וכו׳.

R. OB. DE BARTENORA.

מקפלין את הכלים וכו׳ *complicant veſtes &c.* *Complicant veſtes :* veſtes quas (quis) exuit, eas complicat. *Etiam quater aut quinquies :* ita quidem ; ut iterum induat eas eodem die. Tradiderunt autem hoc non niſi de uno homine ; non autem de duobus hominibus : quippe qui apparent, quaſi corrigentes. Quia nec de uno aliquo homine loquimur, niſi quoad veſtes novas, quæ duriores ſunt (adhuc,) nec citò rugas contrahunt. Verum veterum complicatio eas corrigit (& elegantiores reddit) multùm ; ut adeò videatur (qui complicat) quaſi corrigens. Sed & de novis non loquimur, niſi albis : non autem de coloratis : nam etiam coloratarum complicatio eas corrigit valdè. Imò verò etiam de albis non loquimur, niſi quando alicui aliæ veſtes non fuerint, ut permutare poſſit. Quod ſi quis habuerit alias veſtes, quas in honorem Sabbathi permutare poſſit, prohibitum eſt complicare (priores.) *A die Kippurim in Sabbathum:* quando dies Kippurim (ſeu Expiationum) incidit in veſperam Sabbathi ; idque ideò, quia Sabbathum majoris ſanctitatis eſt, quam dies Kippurim. *Neque (adipes) diei expiationis* (Kippurim) *offeruntur in Sabbatho :* foret namque quaſi holocauſtum profeſti in Sabbatho. R. Akiba dicit : paria (ſibi invicem) eſſe, neque ſacrificium unius ex illis offerri in altero. Et eſt deciſio juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקפלין את הכלים וכו׳ *complicant veſtes &c.* Complicant : hic de veſtibus loquitur, quas homines ſolent complicare, & recondere. Sed dicunt hic (*tamen in Gemara,*) quod complicatio iſta requirat quatuor conditiones ; Et tum licitum etiam ſolvere complicationem. Illæ autem hæ ſunt : (*I*) ut complicans ſit homo unus, nec complicent duo (*ſimul* :) utque (*II*) veſtis, quæ complicatur, ſit nova : & quidem (*III*) ut non ſit veſtis colorata, ſed alba : & denique (*IV*) ut quis non habeat aliam (*ſimilem*) veſtem, ad induendum in honorem Sabbathi. Tum itaque erit licitum complicare illam. Sed & ſolvet complicationem ejus, ut appareat, quod nunc (*ſ. recens*) ſoluta ſit (*veſtis*) à complicatione ſua. ומציעין המטות *& inſternunt ſtragulas*, quæ ſunt veſtes ſuper lectis ad dormiendum ſuper illis. Et multæ ſunt ſicut lectus ſtratus. Eſt autem vox Hebræa (*Biblica ut Gen.* 49:4.) יצועי ſtratum meum aſcendit. Cæterum non eſt deciſio juxta R. Jiſchmaëlem.

פרק יו כל כתבי הקדש מצילין אותן מפני הדליקה בין שקורין בהן ובין שאין קורין בהן ואף על פי שכתובים בכל לשון טעונים גניזה ומפני מה אין קורין בהם מפני ביטול בית המדרש מצילין תיק הספר עם הספר ותיק התפילין עם התפילין ואף על פי שיש בתוכן מעות ולהיכן מצילין אותן למבוי שאינו מפולש בן בתירא אומר אף למפולש :

Caput 16. Omnes Scripturas ſanctas eripiunt (die Sabbathi) ab igne (ſive incendio :) ſive in illis legant (quæ ſunt Lex & Prophetæ) ſive in illis non legant (quæ ſunt Hagiographi libri.) Et quamvis in quacunque lingua ſcriptæ fuerint, recondi debent. Quare autem in iis non legunt ? Propter intermiſſionem Synagogæ. Eripiunt (ab igne) thecam Bibliorum cum Bibliis, & thecam Thephillin cum thephillin : quamvis pecuniæ in ea fuerint. Quouſque autem ſalvant ea ? uſque ad introitum non apertum. Ben Bathira inquit : etiam ad apertum.

R. OB. DE BARTENORA.

כל כתבי הקדש וכו׳ *omnes Scripturas ſanctas &c.* *Omnes Scripturas ſanctas :* etiam Prophetas & hagiographa. *Eripiunt :* ex atrio, quod invaſit incendium, in atrium aliud, quod in eodem introitu eſt, licet Sabbathicè non miſcuerit (quis) illud. Hoc tamen ita (intelligendum eſt,) ut hagiographa ſcripta ſint ſcriptura (ſeu literis) Aſſyriaca, & in lingua ſancta. *Sive in illis legant* ; cujuſmodi (etiam) ſunt Prophetæ, ex quibus Haphtaras legunt in Sabbatho, in domo congregationis. *Sive in illis non legant :* cujuſmodi ſunt hagiographa, in quibus ne ſinguli quidem (privatim) legunt in Sabbatho, propter neglectum Scholæ, dum illis immoratur. Nam concionati ſunt populo (in Schola) in Sabbatho, & docuerunt illos conſtitutiones interdictorum, & permiſſionum. Idque propterea, quod omnibus diebus profeſtis occupati eſſent negotiis ſuis. Itaque prohibuerunt legere in hagiographis in Sabbatho, tempore Scholæ (deſtinato.) Ideò quod (hagiographa) animum delectarent, ſolerentque impedire eos, quò minus audirent concionem. *Et quamvis in quâcunque linguâ ſcriptæ fuerint :* eſt qui dicit, quòd, licet non datæ fuerint ad legendum in illis, nec eripiant illas, nihilominus debeant reponi, prohibitumque ſit, deſerere eas in loco communi (ſeu publico.) *Uſque ad introitum non apertum* : ſi quis habet tres parietes, & poſtem unum in latere quarto, ille eſt introitus non apertus ; de quo hic ſermo eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל כתבי הקדש וכו׳ *omnes Scripturas ſanctas &c.* כתבי הקדש Scripturæ ſanctæ, in quibus legunt, ſunt Prophetæ ; at in quibus non legunt, ſunt Hagiographa. Vult autem hoc dicere, quod non legant in illis ſinguli, quilibet in domo ſua : ne negligat Synagogam. Nam non prohibuerunt lectionem in illis, niſi tempore Synagogæ (*ſ. conventus in Synagoga*) tantum. Porrò quando dicit : טעונין גניזה *requirunt repoſitionem* ; vult intellectum de reliquis diebus, (*&*) quando diſruptæ ſunt aut exoletæ. Sed propter incendium non eripiunt illas, niſi fuerint ſcriptæ ſcriptura Aſſyriaca, & in lingua Hebræa.

תיק *Theca* eſt operimentum ligneum. Cæterum introitus, quem vocant apertum, non eſt, qui à duobus lateribus apertus eſt : hic namque foret locus publicus ſine dubio ; ſed, quando dicit, apertum, vult (*apertum*) ab uno latere, cujuſmodi eſt, cui non eſt tabula (*oſtii.*) Contra qui non eſt apertus, eſt porta, cui eſt tabula (*januæ :*) quemadmodum exponitur in (*tractatu*) Erubin. Non autem eſt deciſio juxta filium Bathiræ.

eſt. At ſi (habuerit quidem) tres parietes, non autem poſtem, eſt introitus apertus. Atque ſic res expoſita eſt in Gemara. Cæterum non eſt deciſio juxta filium Bathiræ.

ב מצילין מזון ג׳ סעודות הראוי לאדם הראוי לבהמה לבהמה כיצד נפלה דליקה בלילי שבת מצילין מזון שלש סעודות (a) בשחרית מצילין מזון ב׳ סעודות במנחה מזון סעודה אחת רבי יוסי אומר לעולם מצילים מזון שלש סעודות:

(a) Venet. שחרית ſine præfix.

2. Eripiunt cibum trium Menſarum, convenientem homini, pro homine; & convenientem beſtiæ, pro beſtia. Quomodo? ſi accidit incendium in nocte Sabbathi; ante cœnam; eripiunt cibum trium Menſarum: manè (ſi accidit ante prandium;) eripiunt duarum Menſarum: ſub juge (ſeu veſperam;) unius. R. Joſe dicit: ſemper eripiunt cibum trium Menſarum.

R. OB. DE BARTENORA.

מצילין מזון וכו׳ *eripiunt cibum &c. Eripiunt cibum trium menſarum:* quamvis (hic) circa rem licitam laboret; ſiquidem non permiſerunt illi eripere, niſi in atrium Sabbathicè mixtum tantum; attamen non permiſerunt illi eripere multum: idque ideò, quod homo præcipitanter feratur ad opes ſuas, ut, ſi permitteretur ipſi (amplius quid) veniret etiam eò, ut extingueret. *Si accidit incendium in nocte Sabbathi:* ante comeſtionem (ſeu cœnam.) *Manè:* ante prandium. *Rabbi Joſe dicit: ſemper eripiunt:* quum dies ejuſmodi ſit (tamque ſanctus,) & circa rem licitam occupentur. Attamen deciſio non eſt juxta Rabbi Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מצילין מזון שלש וכו׳ *eripiunt cibum trium &c.* Homo indiget tribus menſis in Sabbatho: prima ſub noctem Sabbathi; altera in die ipſo Sabbathi mane; tertia ſub veſperam. Verum enimverò amplius explicabitur, quod hæc ereptio non (*licita ſit*) niſi uſque in atrium mixtura Sabbathica mixtum. Cæterum (*ideò*) concludimus, quod non permittere debeamus eripere, quicquid (*quis*) poterit, ne fortè eò deveniat, ut extinguat (*ignem:*) quandoquidem ille perturbatur propter jacturam opum ſuarum. Quando itaque dixerimus ipſi: non licet eripere niſi tres menſas, conſentiet in jacturam opum ſuarum, & non ſollicitus erit de extinguendo igne. Cæterum non eſt deciſio juxta R. Joſe.

ג מצילין סל מלא ככרות ואף על פי שיש (a) בו מאה סעודות ועיגול של דבילה וחבית של יין ואומרים לאחרים בואו והצילו לכם ואם היו פקחין עושין עמו חשבון אחר השבת להיכן מצילין (b) אותן לחצר המעורבת בן בתירא אומר אף לשאינה מעורבת:

(a) Tò בו abeſt in Venet. (b) Amſtelod. אותו.

3. Eripiunt corbem plenam tortis panis, quamvis centum fuerint in illa menſæ; Et orbem ficuum, & dolium vini. Poteſt etiam (qui patitur incendium) dicere aliis: intrate & eripite vobis: qui ſi fuerint prudentes (& juſti,) ineunt cum eo rationem poſt Sabbathum. Quo autem eripiunt hæc? In atrium Sabbathicè mixtum. Ben Bathira dicit: etiam in id, quod non eſt Sabbathicè mixtum.

R. OB. DE BARTENORA.

מצילין סל מלא וכו׳ *eripiunt corbem plenam &c. Eripiunt corbem plenam tortis panis:* quandoquidem enim unâ vice eripit; quid mihi parum? quid mihi multum? (h. e. non refert, ſive parum, ſive multum fuerit.) *Et orbem ficuum;* licet maximus fuerit, & in multas menſas ſuffecerit. *Qui ſi fuerint prudentes:* & ſciverint, quòd, ſi petierint mercedem, ſicut operarii, non accipiant mercedem Sabbathi; quia primò non cum intentione mercedis operæ venerunt. *Ineunt cum eo rationem poſt Sabbathum:* & timorem Dei obſervamus: licet namque de publicato (quivis) acquirat, & quicquid eripit, ipſius ſit; omninò tamen non placebit ipſi (non eo erit animo,) ut commodum capiat ex aliis, quos ſcit invitos (res ſuas) publicaſſe. Interim etiam non gratum erit, gratis feciſſe, cum laboraverit: idcircò mercedem ſuam accipit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מצילין סל מלא וכו׳ *eripiunt corbem plenam &c.* Quandoquidem סל *Corbis*, eſt vas unicum, ideò permiſerunt illam eripere, etiamſi fuerit in illa plus cibi, quam pro tribus menſis. Porrò *tò & ſi fuerint* פקחין *prudentes*, habet ſenſum, quem indicabo tibi. Nimirum: quod, quicquid eripuerint eripientes ab incendio, omne quidem illorum ſit ex Regula Juris, quòd de communi (*& publico*) ſibi acquirant. Verum enimverò loquitur de viris ſanctis, qui non volent ſibi ſumere rem ullam, quæ ipſorum non ſit, nec voluerint tamen etiam fatigare ſe fruſtra. Ideo dixit: quod ſi fuerint prudentes, qui eripiunt, i. e. ſi fuerint probi judicii, agnituri ſint, quod merces, quam ab illo poſt Sabbathum accepturi ſint, non ſit merces Sabbathi, quæ eſt prohibita; ſed merces ſui laboris, quæ eſt licita. Cæterum non eſt deciſio juxta filium Bathiræ.

ד ולשם מוציא כל כלי תשמישו ולובש כל (a) מה שיכול ללבוש ועוטף כל (b) מה שיכול לעטוף רבי יוסי אומר שמונה עשר כלים וחוזר ולובש ומוציא ואומר לאחרים בואו והצילו עמי:

(a) מה abeſt in Venet. (b) Et h. l. tó מה abeſt in Venet.

4. Eò etiam educit omnia vaſa uſus ſui: Et induit, quantum induere poterit: Et circumjacit, quantum circumjacere poteſt. R. Joſe dicit: octodecim veſtimenta; & induit reverſus, & educit. Et aliis dicit: intrate & eripite mecum.

R. OB. DE BARTENORA.

ולשם מוציא כל וכו׳ *eò etiam educit omnia &c. Eò etiam educit omnia:* nimirum juxta Doctorem Miſchnicum primum, in atrium Sabbathicè mixtum. At juxta filium Bathiræ, in atrium etiam Sabbathicè non mixtum. *Vaſa uſus ſui:*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ולשם הוא מוציא וכו׳ *& eodem exportat &c.* Octodecim iſtæ veſtes ſunt enumeratæ in Gemara hujus Miſchnæ. Et ſunt: Veſtis, quam imponunt capiti, & cidaris, & veſtis, quâ tegit (*induit*) ſe homo, quando ingreditur in balneum,

&

ſui : quæ neceſſaria illi ſunt pro iſtoc die ad menſam. *Octodecim veſtimenta :* quæ nimirum in profeſto ſolitus eſt induere : id verò una vice tantum , non autem iterum. Cæterum hæc ſunt (iſta veſtimenta :) ſaraballum ſuperius, & indumentum , quod implent mollibus & lana vitis inter ſuturas , quod vocant Arabicè כרושא ; & cingulum latum , quo accingitur ſuper veſtimentis ſuis ; & veſtis anguſta atque parva , quam vocant גונא barbarè ; & *induſium*, quod induit ſuper carnem ſuam, quod vocant קמיזא : & *cingulum :* quo accinguntur ſuper illo ; & galea , quæ in capite ejus ; & cidaris ; & duo calcei , qui in pedibus ejus ; & duo tibialia ; & duæ Chirothecæ , quas induunt ſuper manus ſuas , conteguntque illis brachia uſque ad axillas ; & duo lintea , quibus & duo calcei , & veſtis ſudoris , h. e. quæ adhæret carni (*corpori*) hominis , & induſium, in quo facit laborem ſuum, & induſium alterum latum , quod induunt ſupra (*iſtas*) duas veſtes , & tibialia , ad tegendum tibias , & chirothecæ , quas induunt manibus , & trahunt uſque ad axillas : nam terra eorum fuit frigida adeò , ut texerint manus ſuas ſemper : & tegumentum aliud ſuper tibias (*ſi crura :*) & velum exiguum , quo velet caput ſuum & humeros ſuos ; & duo vela, quibus abſtergatur , quando lavat in balneo ; & veſtis honorata , quam induat ſuper omnes veſtes ſuas ; & mantile, quo abſtergat manus ſuas tempore lotionis (*manuum ;*) & cingulum. Cæterum non eſt deciſio juxta R. Joſe.

ſe abſtergit, & pallium parvum , quo tegit caput ſuum , & humeros ſuos ; & ſudarium , quod eſt in collo ejus , cujus extremitates ante ipſum dependent ; Arabicè vocatum שיר. *Intrate & eripite mecum :* ut, quemadmodum ipſe , ſic & illi eripiant. Sed ſuprà dixit : intrate, & eripite vobis. Nam aliquando fit, ut ipſe plus eripere poſſit, quam illi eripere queant : e. g. quum ipſe cibum non ſumſit ; illi autem ſumſerunt : aut contra.

ה רבי שמעון בן ננס אומר פורסין עור של גדי על גבי שידה תיבה ומגדל שאחז בהן את האור מפני שהוא מחרך ועושין מחיצה בכל הכלים בין מלאים בין ריקנים בשביל שלא תעבור הדליקה רבי יוסי אוסר בכלי חרש חדשים מלאין מים לפי שאין יכולין לקבל את האור והן מתבקעין ומכבין את הדליקה :

5. R. Schimeon F. Nanas inquit : Extendunt pellem hœdi ſuper capſam , arcam , & turrim (theſauri ligneam : aliis, armarium,) quæ ignis apprehendit : propter quod (illa) aduritur (tantum) non autem comburitur. Et faciunt interſtitium per vaſa quæcunque , ſive plena ſive vacua , eum in finem , ut incendium non tranſeat. R. Joſe prohibet vaſa argillacea nova , aquarum plena ; quia ignem ſuſtinere nequeunt , ſed diſſipantur , & incendium extinguunt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי שמעון בן ננס וכו׳ *Rabbi Schimeon filius Nanas &c.* שידה *Capſam :* eſt quædam ſpecies arcæ. *Et arcam :* parvam ſc. menſarum. *Et* מגדל *turrim* ארמאריאו (Armarium) barbarè ; Arabicè autem מנשאר. Tria verò iſta ex ligno ſunt. *Propterea quod aduritur :* non autem ab igne deprehenditur. Jam verò ideò eripit vas ligneum , ne comburatur. *Sive plena :* ſc. aquis , ut recipere ignem nequeant , ideò quòd nova ſint. Cæterum exiſtimavit Rabbi Joſe, quod in cauſa eſſe extinctionis, prohibitum ſit, etiam ibi loci, ubi damnum opum (*quis patitur.*) *Sed non eſt* deciſio juxta Rabbi Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי שמעון בן ננס וכו׳ *Rabbi Schimeon Filius Nanas &c.* שידה Capſulæ forma, nota eſt apud nos. Et eſt arca parva. Sic etiam תיבה *Arca*, nota eſt. Item, Turris Theſauri lignea nota eſt apud nos : vocaturque Arabicè מנשאר, quando autem dicit : quia uſtulatur, indicavit tibi uſum expanſionis pellis hœdinæ : nam uſtulatur quidem , non autem flammam concipit , atque adeò prohibet ignem , quo minus attingat lignum. Sed Rabbi putavit extinctionem ignis prohibitam, etiam tempore illo , quo (*quid*) incidit in ignem. Non eſt autem deciſio juxta R. Joſe.

ו נכרי (a) שבא לכבות אין אומרים לו כבה ואל תכבה מפני שאין שביתתו עליהן אבל קטן שבא לכבות אין שומעין (b) לו מפני ששביתתו עליהן :

6. Alienigena (ſive Gentilis) ſi venerit ad extinguendum : non dicunt ei , extingue ; ſed neque , non extingue : Quia quies ejus non incumbit ipſis (Judæis : nec coguntur rationem pro illo reddere.) Sed ſi minorennis venerit extinctum : non permittunt ei ; quia quies ejus incumbit ipſis.

(a) Amſtelod. pro נכרי ſubſtituit גוי (b) Venet. בו pro quo reliqui Codd. לו.

R. OB. DE BARTENORA.

נכרי שבא לכבות וכו׳ *alienigena ſi venerit ad extinguendum &c. Non dicunt ei : Extingue :* quia mandatum idololatræ (datum) eſt ex conſtitutione Sabbathicâ (interdictum.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נכרי שבא לכבות וכו׳ *alienigena , qui venit ad extinguendum &c.* Hoc perſpicuum eſt.

Sed neque , non extingue : Non neceſſe habet , ut impediat manum ejus , ſed permittit ipſi , ut extinguat ; idque ideò, quia Sabbathica quies idololatriæ non incumbit ipſi : nam Iſraëlita non eſt admonitus de Sabbathicâ quiete idololatræ, quando hic ſervus ejus non eſt.

ז כופין קערה על גבי הנר בשביל שלא תאחוז בקורה ועל צואה של קטן ועל עקרב שלא תישך אמר רבי יהודה מעשה בא לפני רבן יוחנן בן זכאי בערב ואמר חוששני לו מחטאת :

7. Invertunt ſcutellam ſuper lumen , ne trabem apprehendat ; & ſuper excrementa infantis ; & ſuper ſcorpionem , ne mordeat. Dixit R. Jehudah : Factum (ejuſmodi) venit ante Rabban Juchananem F. Saccai in Arab (eſt nomen loci, Raſch :) Sed dixit (R. Juchanan :) dubito circa ipſum , (qui invertit ſuper ſcorpionem) de peccato : (quia Scorpio eum non fuit inſectatus , & potuiſſet evadere ; neſcio an reus ſit peccati , nec audeo dicere. Raſch.)

R. OB. DE BARTENORA.

כופין קערה על וכו׳ *invertunt ſcutellam ſuper &c. Invertunt ſcutellam :* figulinam. *Super lumen* (ſeu *lucernam*:) modò non extinguat: Quamvis etiam ſumſerit vas, pro conſervatione trabis, quæ in Sabbatho non aufertur. En! hinc reſpondemus Rabbi Jizchako, qui dixit, (vel objecit:) Non aufertur vas (ullum,) niſi in uſum rei, quæ aufertur (etiam.) Iſtud namque traditum eſt de neceſſaria ratione loci vaſis, ut hoc transferre licitum ſit, propter uſum loci ejus. *Et ſuper excrementa infantis* (*ſeu pueri:*) non excrementa ipſius pueri parvi ſignificare vult, quæ trullâ excrementorum exportanda, licitumque transferre & exportare illa; ſed ſic vult dicere: & ſuper excrementa gallinarum propter (puerum) parvum, ne manibus prehendat, & ſe illis polluat. Quæ excrementa quoniam conjiciuntur in ſterquilinium, quod in atrio eſt, quod propè ipſum (hominem) non poſitum eſt; nec eſt res trullâ excrementorum exportanda: ideò non licitum eſt, illa transferre & exportare; ſed invertunt ſuper illa ſcutellam propter infantem, ne ſe polluat. *Factum venit:* inverſionis ſc. vaſis ſuper ſcorpionem.

In ערב, eſt nomen loci. *Dubito circa ipſum de peccato:* Quandoquidem enim ſcorpio non perſecutus eſt illum, ſollicitus ego ſum, ne fortè reus peccati ſit, nomine venationis. Quod jam deciſionem conſtitutionis attinet; Ea animalia venenata, quæ certò mordent & interficiunt, e. g. ſerpentes igniti, & canis rabidus, ſtatim occidere licet, quam primum (quis) viderit illa, ſi maximè eum non perſequuntur: illa verò, quæ non certo mordent & enecant, ſed nonnunquam enecant, nonnunquam non enecant, ſi perſecuta cum fuerint, licitum erit interficere illa; quod ſi non perſequuntur eum, invertunt ſuper illa vas: ſin calcavit, & ſic occidit illa juxta ſimplicitatem ſuam (ex improviſo,) ſolutus eſt; at venari ſerpentem ideo, ut cum illo ludat, prohibitum ei eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כופן קערה על גבי הנר וכו׳ *invertunt ſcutellam ſuper lumen &c.* Regula eſt apud nos, quod omne excrementum aut ſordes, quæ fuerint in domo habitationis hominis, liceat exportare in Sabbatho; Eſt namque ſicut Scaphium excrementi, quod apud nos licitum eſt transferre in Sabbatho. Verumtamen quicquid hic dixit de excremento gallinæ, quando fuerit (*non in domo habitationis*, *hypocauſto aut cubiculo*, *ſed*) in culina aut officina, invertendum eſſe vas (*aliquod*) ſuper illud in loco ſuo, (*eſt faciendum*) propter caſum, ne fortè ingrediatur eò puerulus, & polluat ſe eo. Atque hinc vocavit illud Excrementum pueri, q. d. cum quo ludat (*polluens ſe*) puer. Præterea ex animalibus noxiis ſunt nonnulla, quæ occidunt certò, quando mordent hominem, e. g. quædam ſpecies viperarum & ſerpentum, & canis furioſus. Iſta omnia licet homini occidere in Sabbatho, ubicunque occurrerint ipſi: neque in hoc diſſenſus eſt ullus. Præter iſta ex animalibus venenatis nonnulla ſunt, quæ mordent quidem; aliquando tamen occidunt, aliquando autem non occidunt, licet dolores inferant & crucient per dies aliquot. Hæc & ſimilia ſi perſequuntur hominem ad mordendum eum, licet ea occidere; Sed ſi non perſequuntur hominem, ſed ſubſiſtunt in loco ſuo, invertendum eſt ſuper illa vas, ut non mordeant. Quod ſi tamen homo voluerit ea conculcare & occidere tempore deambulationis, hoc ecce licitum erit. Sed ſi quis venatus fuerit ſerpentem, aut ſimile in Sabbatho, ſiquidem venatus fuerit, ut ludat cum eo, ecce hoc prohibitum eſt.

ח נכרי (a) שהדליק את הנר משתמש לאורו ישראל ואם בשביל ישראל אסור מילא מים להשקות (b) בהכתו משקה אחריו ישראל אם בשביל ישראל אסור עשה (c) כבש לירד בו יורד אחריו ישראל ואם בשביל ישראל אסור מעשה ברבן גמליאל וזקנים שהיו באין בספינה ועשה (d) גוי כבש לירד בו (e) וירדו בו רבן גמליאל וזקנים :

8. Si alienigena (ſive Gentilis,) accendit lucernam, poteſt ejus lumine Iſraëlita uti. Si tamen propter Iſraëlitam: prohibitum eſt. Si hauſit aquas, ad aquandum beſtiam ſuam: poteſt poſt eum Iſraëlita aquari. Sin propter Iſraëlitam: prohibitum. Si facit gradum ad deſcendendum in eo: deſcendit poſt eum Iſraëlita. Sed ſi propter Iſraëlitam; prohibitum. Hiſtoria de Rabban Gamaliele & Senibus: Hi venerunt navi, & fecit Gentilis gradum ad deſcendendum in eo; tum & ipſe Rabban Gamaliel & Senes in eo deſcenderunt.

(a) Amſtelod. גוי (b) Pragenſ. בהמתו (c) Pragenſ. & Amſtelod. עשה גוי כבש Menaſſ. עשה ע"א כבש (d) pro גוי Menaſſ. ſubſtituit ע"א (e) in Venet. tantum: וירדו בו זקנים

R. OB. DE BARTENORA.

נכרי שהדליק וכו׳ *ſi alienigena accendit &c. Si hauſit aquas:* è puteo, qui in loco publico eſt. כבש *Gradum:* (hunc) faciunt in nave magnâ, ad deſcendendum in illo è navi in terram. Neceſſe autem habuit Doctor Miſchnicus, ut doceret nos de lucerna & aquis (ſimul.) Nam ſi quid tradidiſſet de lucerna (tantùm,) potuiſſem dicere: Lucerna eſt, quæ licita eſt: eò quod timendum non ſit, ne fortè majorem faciat propter Iſraëlitam, cum lucerna, quæ uni, eadem centum (hominibus) ſufficiat: Verum aquæ, de quibus iſtud timendum eſt, prohibitæ ſunt. Quod ſi poſuiſſet nobis aquas (tantum,) potuiſſem dicere: Aquæ, quæ propter Iſraëlitam (hauſtæ,) ſunt prohibitæ: ſed lucerna, ſi maximè propter Iſraëlitam (accenſa) ſit; quia tamen ipſe (etiam) gentilis eâ opus habet, licita eſt: quia lucerna, quæ uni, eadem centum (hominibus) ſufficit. Cæterum quanquam gradus lucernæ in hoc ſimilis eſt, quod gradus, qui uni, idem centum (hominibus) ſufficit: propter tamen factum Rabban Gamalielis & ſeniorum, tradere voluit (aliquid) de eo: quia factum egregium eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נכרי שהדליק את הנר וכו׳ *ſi gentilis accendit lucernam &c.* Si poſuiſſet nobis lucernam tantum, dicturi fuiſſemus: lucerna uni, & (*eadem*) lucerna (*ſufficit*) centum (*viris:*) & ideò, quando accendit ſibi ipſi, uti poteſt cum eo Iſraëlita: interim licet aquas hauſerit ſibi ipſi, non tamen bibet poſt ipſum Iſraëlita. At ſi poſuiſſet nobis: ſi hauſit aquas, dicturi fuiſſemus de hoc tantum, ſi propter Iſraëlitam, prohibitum eſt; quia non ſolliciti eſſemus, ne fortè plures hauriret aquas propter Iſraëlitam; ſed lucernam licet accenderit propter ſe & Iſraëlitam, licita erit. Quod dicit כבש, eſt id locus lævis, in quo deſcendunt; ſed gradus non habet, quemadmodum ſunt in ſcala. Non autem mentionem fecit hujus, niſi ad narrandum hiſtoriam Rabban Gamalielis & Seniorum. Scito verò, quod, quando fuerit gentilis & Iſraëlita, & ille hunc noverit, & familiaris ipſi ſit, prohibitum ſit huic potare beſtiam ſuam poſt ipſum; nam fortè propter familiaritatem & notitiam plures hauriret aquas propter ipſum. Et hinc etiam, quicquid poteſt multiplicari aut augeri, erit prohibitum in hoc, res illa eadem (*i. e. communis uſus.*)

פרק י״ז כל הכלים ניטלין בשבת ודלתותיהם עמהן

Caput 17. Omnia vaſa auferuntur in Sabbatho & Januæ eorum (e. g. capſarum, arcarum, turris theſauri

אף על פי שנתפרקו (a) בשבת שאינן דומין לדלתות הבית לפי שאינן מן המוכן:

(a) Tò בשבת abeſt in Venet.

ſauri ligneæ. Raſch.) cum iis: quamvis ſeparatæ fuerint: in Sabbatho (inquam, auferuntur: Ramb.) quia januis domus non ſunt ſimiles; Siquidem hæ (januæ domus) non ſunt deſtinatæ (ad transferendum.)

R. OB. DE BARTENORA.

כל הכלים ניטלין וכו׳ *omnia vaſa auferuntur &c. Omnia vaſa:* quibus ſc. januæ ſunt. *Auferuntur in Sabbatho, & januæ eorum cum iis:* quamvis etiam ſeparatæ fuerint januæ à vaſis ante Sabbathum; nihilominus auferuntur in Sabbatho ſuper vaſa. Nam non ſunt ſimiles januis domus; quæ licet avulſæ fuerint in Sabbatho, non tamen auferuntur: ideò quòd januæ domus non deſtinatæ, hoc eſt, non ſunt factæ ad transferendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל הכלים ניטלין וכו׳ *omnia vaſa abſportantur &c.* Quod dicit: licet ſeparatæ fuerint in Sabbatho, hunc habet conſtitutionis ordinem: licet ſeparatæ fuerint in profeſto, auferuntur tamen in Sabbatho. Nec ſunt ſimiles januis domus, quæ ſi removeantur, tamen non transferuntur, ſi maximè removeantur in Sabbatho: propterea, quod non cogitavit (*quiſquam*) transferre eas, & loco movere, neque in hunc finem factæ ſunt. Hinc intelligi poteſt ſenſus ejus, quòd dicunt: quia non ſunt de præparato.

ב נוטל אדם קורנס לפצע בו את האגוזים (a) וקורדום לחתוך (b) את הדבילה בגירה (c) לגור בה את הגבינה מגריפה לגרוף בה את הגרוגרות את הרחת ואת המזלג (d) לתת עליו לקטן את הכוש ואת הכרכר לתחוב בו מחט של יד ליטול בו את הקוץ ושל סקאים לפתוח בו את הדלת:

2. Aufert homo malleum ad frangendas nuces: ſecurim ad ſcindendam palatham: Serram ad ſerrandum caſeum: ſcopas, ad converrendas caricas: palam & fuſcinulam, ad dandum ſuper eam minorenni: Colum & verriculum, ad figendum (hoc) in iſtud: Acum manus, ad extrahendum (ſpinam, quæ manui infixa:) & (acum) ſaccariorum, ad aperiendum eâ januam; (ſi quis clavem amiſit. Raſch.)

(a) Venet. & Amſtelod. קרדום לחתוך בו את וכו׳ (b) Menaſſ. heic ſimiliter בו addit. (c) Menaſſ. pro לגור habet לגרור ſenſu eodem, & fortè melius. (d) Ita nos cum Prag. & Menaſſ. ſed Venet. & Amſtelod. המלגו.

R. OB. DE BARTENORA.

נוטל אדם קורנס וכו׳ *aufert homo malleum &c.* קורנס eſt malleus. *Palatha*, quando (quis) eam rotundam facit, craſſa eſt & dura, ut opus ſit ſecuri, ad ſcindendum eam. מגירה formam habet cultri longi; ſed ſunt in ea inciſuræ multæ ad ſerrandum ea caſeum, quum diſſecandus & in partes dividendus eſt. Nam beneficio inciſurarum ſuarum celeriter diſſecat rem craſſam. *Scopas, ad converrendas caricas:* ſc. è dolio. רחת *Palam:* eſt tabula, quæ manubrium habet, & duo latera; ventilant autem illâ triticum. מזלג *Fuſcinulam:* eſt inſtrumentum, cui tres dentes ſunt, & vertunt eo paleas in area (vel potius, ſtipulas & culmos:) כוש eſt colus, in quo nent mulieres. כרכר eſt lignum textorum (radius;) eſtque ſimile acui ſaccariorum, ad figendum illo, comedendumque mora, & quæcunque fructuum mollium genera. *Acum manus:* eſt acus exigua, quâ ſarciunt veſtes. *Ad extrahendum eâ ſpinam:* quæ ingreſſa eſt in carnem ejus. Licitum namque eſt extrahere iſtam in Sabbatho: quemadmodum licitum eſt aperire puſtulam, ad educendum ex illa pus; modò non intenderit facere illi os. *Saccariorum:* ad aperiendum januam, ſi cui clavis amiſſa fuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נוטל אדם קורנס וכו׳ *accipit homo malleum &c.* קורנס eſt *malleus*. קורדום eſt *ſecuris*. מגירה eſt *ſerra*, qua opifices ſecare ſolent lignum. מגריפה ſunt *everricula ſcoparum*. רחת eſt *tabula*, qua ventilant triticum: cujus forma nota eſt. מזלג eſt lignum longum, cujus caput (*ſeu initium*) cum unum ſit, dividitur inde in tria ligna, in forma digitorum manus, quo purgant paleas à ſeminibus. כוש eſt lignum (*itidem*) longum, (*ſed*) tenue, in quo mulieres nere ſolent; nimirum colus. כרכר eſt *fuſus* (*aliis verticillus*) quem addunt colo, quo tempore nent: Tourtour barbarè. מחט של יד *acus manus*, eſt acus farturæ (*ſeu quâ ſarciunt.*) Porrò, quod dicunt: *ad tollendum ea (acu) ſpinas*, argumento eſt, quod extrahere liceat, quicquid infixum fuerit carni hominis de ſpinis & carduis in Sabbatho. Sic etiam licitum eſt, exprimere ulcus, ut exeat ex illo pus; ſed non ad dilatandum os (*aperturam ejus.*) מחט של סקאין *acus Saccariorum*, eſt acus magna, quâ conſuunt cortinas pilorum, quæ vocantur ſacci.

ג קנה של זיתים אם יש קשר בראשו מקבל טומאה ואם לאו (a) אין מקבל טומאה (b) בין כך ובין כך ניטל בשבת:

3. Arundo (ſive baculus) olivarum, ſi fuerit nodus in capite ejus, accipit immunditiem: ſin, non accipit immunditiem: ſive iſtud ſive hoc (fuerit,) aufertur tamen in Sabbatho.

(a) Menaſſ. אינה. (b) Prag. בין ובין כך Sphalma Typogr.

R. OB. DE BARTENORA.

קנה של זיתים וכו׳ *arundo olivarum &c. Arundo olivarum:* (h. e.) arundo facta ad explorandum oleas, quæ in cupa ſunt, congregatumne ſit intra eas oleum earum, & eò pervenerint, ut aptæ ſint trapeti (ſeu, ut exprimi poſſint.) *Si nodus fuerit in capite ejus:* inſtar obturamenti, quod in arundine eſt. *Recipit immunditiem:* Quandoquidem enim obturata eſt nodo, relinquitur aliquid in eâ de oleo effluente ex olivis, quo explorat illas, num pervenerint eò, ut exprimi poſſint. Quomodo facta eſt illi (arundini) receptaculum aliquod. *Sin:* quum non fuerit in eâ nodus; licet excavata fuerit, foramen tamen ejus non factum eſt ad accipiendum quicquam. Hinc inter ſimplicia vaſa lignea referſtur;

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קנה של זיתים וכו׳ *arundo Olivarum &c.* Faciunt baculum longum, quo decutiunt olivas, & vertunt olivas, quando ſunt in trapete. Faciunt verò etiam in capitibus (*ſeu extremitatibus*) quorundam ex illis baculis aliquid in formâ malogranati rotundum, aut nodum, & quando vertunt olivas, ſurſum tollunt baculum, ut videant in iſto malogranato, num pinguedinem habeant, annon; Quomodo ſimilis redditur (*baculus*) vaſi recipienti (*aliquid*,) atque adeò polluitur.

tur, nec immunditatem recipit. *Sive iſtud, ſive hoc* (fuerit,) *aufertur in Sabbatho:* nam vas eſt factum ad vertendum eo olivas.

ד רבי יוסי אומר כל הכלים ניטלין חוץ מן המשר הגדול ויתד של מחרישה כל הכלים ניטלין לצורך ושלא לצורך רבי נחמיה אומר אין ניטלין אלא לצורך:

4. R. Joſe dicit: Omnia vaſa auferuntur, excepta ſerra majori; (qua ligna majora, ut trabes, ſecantur, Raſch.) Et vomere aratri. Omnia vaſa ſumuntur ſive in uſum, ſive non in uſum. R. Nehemias quidem dicit: non auferuntur, niſi in uſum.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יוסי אומר וכו׳ *Rabbi Joſe dicit &c.* מסר הגדול eſt *ſerra magna*, quâ ſerrant trabes. ויתד של מחרישה *& vomere aratri*: eſt inſtrumentum magnum, factum in modum cultri, quo faciunt foſſam ſulci. De his ſollicitus eſt (homo,) & peculiarem iis locum deſtinat, quum alii alicui operi apta non ſint. *Omnia vaſa ſumuntur* (ſeu auferuntur) *ſive in uſum, ſive non in uſum:* ſic vult dicere: omnia vaſa, quorum opus eſt licitum, e. g. ſcutellæ & pocula, auferuntur in uſum (ſive ad utendum) ſui ipſorum, aut in uſum loci vaſis: aut non in uſum, h. e. licet (quis) nec illis ipſis, nec loco illorum uti cogatur, ſed tantum ut transferat è ſole in umbram, aut ne furentur fures: (iſta, inquam, omnia auferre) licitum eſt. Sed (repeto) vaſa, quorum opus licitum eſt. At vas, cujus opus prohibitum eſt, e. g. mortarium, & mola, hiſque ſimilia, ſive in uſum ſui ipſius, ſive in uſum loci ſui, licitum quidem eſt, (ut transferatur:) è ſole verò in umbram, aut propter fures (illud transferre) prohibitum eſt.

Rabbi Nehemias quidem dicit: non auferuntur, niſi in uſum: hoc in Gemara expoſitum, in neceſſitatem uſus ſingularis (ſeu proprii) tantum, non autem in uſum rei alicujus alterius; licet etiam ratione ſui ipſius e. g. culter tantum ad ſecandum licitus eſt; non autem ad fulciendum illo patinam. Verum non eſt deciſio juxta Rabbi Nehemiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי יוסי אומר וכו׳ *Rabbi Joſe dicit &c.* מסר הגדול eſt *ſerra magna*, qua ſecant lignum craſſum. יתד של מחרישה *Vomer*, notus eſt. Quod dicit: *pro neceſſitate & non pro neceſſitate*, vult, ſive ſit pro neceſſitate ſubſtantiæ ipſius, ſive pro neceſſitate loci ipſius, etiam è ſole in umbram. Oportet autem iſta inſtrumenta eſſe idonea, ut uti iis poſſint in Sabbatho, ut, cultri, & ſellæ, & ſcutellæ. Atque hæc vocantur res, quarum opus (*ſeu uſus*) eſt licitus. Sed inſtrumenta illa, quæ ſunt res, quarum opus prohibitum eſt, e. g. mortaria, & molæ, licita quidem ſunt, ad transferendum illas pro neceſſitate ſubſtantiæ earum, & pro neceſſitate loci earum; non autem à ſole in umbram. Et hæc eſt regula (*notatu digna*) circa translationem in Sabbatho. Memento (*ejus*,) nec obliviſcere. Cæterum non eſt deciſio juxta Rabbi Nehemiam.

ה כל הכלים הניטלין בשבת שבריהן ניטלין (a) עמהן ובלבד שיהו עושין מעין מלאכה שברי עריבה לכסות בהן (b) את פי החבית שברי זכוכית לכסות בהן (c) את פי הפך רבי יהודה אומר (d) ובלבד שיהו עושים מעין מלאכתן שברי עריבה לצוק לתוכן מקפה (e) ושל זכוכית לצוק לתוכן שמן:

5. Omnium vaſorum, quæ adferre in Sabbatho licet, fragmenta etiam cum iis auferuntur: dummodo cum iis aliquid operis (ſi maximè non ſit de ſpecie prioris, Raſch.) fecerint. Fragmenta ſc. mulctralis, ad tegendum iis dolium: Fragmenta vitri, ad tegendum iis Lecythum. R. Jehudah dicit: dummodo fecerint aliquid ſui operis: fragmenta mulctralis ad infundendum in illa coagulum; & vitri, ad infundendum in illa oleum.

(a) Additur ad marginem in Pragenſi ס״א לנ׳ (b) Venet. ארת החבירת (c) Venet. ארת הפך. (d) Amſtelod. בלבד שיה: (e) Menaſſ. ושברי זכוכית.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הכלים הניטלין וכו׳ *omnium vaſorum, quæ auferre licet &c. Aliquid operis*: quodcunque operis ſit, & licet non fuerit de ſpecie prioris eorum. *Ad infundendum illis coagulum:* craſſum ſc. ſimile maſſæ farinaceæ aquis mixtæ. Cæterum non diſſentiunt, niſi circa ea, quæ fracta ſunt in Sabbatho. Sed ſi fracta ſunt in veſpera Sabbathi, totus mundus fatetur, quod auferantur, licet non fecerint aliquid de ſpecie prioris eorum operis. Non eſt autem deciſio juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל הכלים הנטלין וכו׳ *omnium inſtrumentorum, quæ auferuntur &c.* עריבה eſt *ſcutella.* מקפה eſt *coctile* aut juſculum coaguli. Cæterum diſſenſus eſt eorum (*circa hoc,*) quando fracta ſunt (*vaſa*) in Sabbatho. Sed ſi fracta ſunt in veſpera Sabbathi, (*licita ſunt,*) ſi maximè per ea non faciunt aliquid, quod proprii uſus eorum ſit.

ו האבן שבקירויה אם ממלאים בה (a) ואינו נופלת ממלאין בה ואם לאו (b) אין ממלאין בה זמורה שהיא קשורה בטפיח ממלאין בה בשבת:

(a) Menaſſ. ואינה (b) To אין abeſt à Pragenſ.

6. Lapis, qui in urceo fuerit, ſi haurire cum eo poſſunt, ut non excidat, hauriunt cum eo: ſin, non hauriunt cum eo. Lenticula, ſi malleolus vitis alligatus fuerit, hauriunt in Sabbatho.

R. OB. DE BARTENORA.

האבן שבקירויה וכו׳ *lapis, qui in urceo fuerit &c. Lapis, qui in urceo fuerit:* שבקירויה (קירויה) eſt cucurbita arida, quâ (inſtar urcei) aquam hauriunt. Hæc verò quum leviſſima ſit, non haurit (ſubmerſa,) ſed natat (in aquis.) Ideoque imponunt in illam lapidem, ad aggravandum illam. Jam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האבן שבקירויה וכו׳ *Lapis, qui in urceo &c.* קרויה eſt vas fabricatum, ut hauriant illo aquas. Suſpendunt autem ab illo lapidem, ut aggravet, & deſcendat in fundum putei. טפיח eſt *Cucuma parva.* Cæterum ratio, propter quam non permiſerunt haurire in Sabbatho, quando non eſt præparatum

Jam ſi haurire (illâ) cucurbita ſolent, nec lapis, utpote quem diligenter alligarunt ori cucurbitæ, decidit; erit vas; Sin: ecce erit ſicut quivis alius lapis, nec transferre poterunt cucurbitam, cum facta ſit baſis lapidis, quem ſuſtinet. *Malleolus vitis ſi alligatus fuerit* לטפיח: h.e. lenticulæ parvæ, quâ aquas haurire ſolent, ſive è ciſterna, ſive è fonte. *Hauriunt ea*: meretur namque hic palmes dici vas.

tum (*vas*,) eſt caſus, ne fortè (*aliquid*) abſcindat de illo, & paret ad hauriendum.

ז פקק החלון רבי אליעזר אומר בזמן שהוא קשור ותלוי פוקקין בו ואם לאו אין פוקקין בו וחכמים אומרים בין כך ובין כך פוקקין בו :

7. Operimento (ſive velo) feneſtræ, R. Elieſer inquit, quo tempore alligatum & ſuſpenſum eſt, operiunt: ſin, eo non operiunt. Sapientes verò dicunt: ſive hoc ſive iſtud fuerit, operiunt eo.

R. OB. DE BARTENORA.

פקק החלון וכו׳ *operimento feneſtræ &c. Operimento feneſtræ*: e.g. tabula, aut velo, aut reliquis quibuſcunque rebus, quibus operiunt feneſtram. Porrò ſuſpenſum eſt illud, quod non in terram detractum eſt. *Sin; eo non operiunt*: Nam ſi detractum fuerit ſuper ſolum uſque: tum, quando abſtraxerit à terra illud, ad aperiendum illo, apparebit tanquam aliquid ædificio addens (de novo.) Jam verò exiſtimavit Rabbi Elieſer, quod nihil addere liceat tentorio accidentario in Sabbatho. *Sive hoc, ſive iſtud fuerit*: ſive alligatum ſive non alligatum fuerit; modò pridem (ad hoc) paratum ſit. Exiſtimant namque Doctores noſtri, quod addere liceat aliquid tentorio accidentario in Sabbatho. Et deciſio quidem eſt juxta Sapientes (iſtos Doctores.)

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

פקק החלון רבי אליעזר אומר וכו׳ *velum feneſtræ, Rabbi Elieſer dicit &c.* פקק החלון eſt *velum*, quod ſuſpendunt adverſus feneſtras, ut obſcuret lucem earum. Nam פקק ſignificat *clauſuram*, h.e. rem, quâ claudunt. Quando verò Sapientes dixerunt: *ſive hoc, ſive iſto modo*, volunt dicere: ſive alligatum ſit, ſive non alligatum ſit, poſteaquam (*ad hoc*) ordinatum (*& paratum*) eſt, claudunt eo. Porrò diſſenſus habetur in Thoſiphtha circa tentorium accidentale. Ubi R. Elieſer dicit: non addunt aliquid ad tentorium accidentale, ne quidem in die feſto; ſed Sapientes dicunt: Addunt tentorio accidentali, etiam in Sabbatho. Et deciſio eſt juxta Sapientes.

ח כל (a)כיסוי כלים שיש להם בית אחיזה ניטלים בשבת אמר רבי יוסי במה דברים אמורים (b) בכסוי קרקע אבל בכסוי כלים בין כך ובין כך ניטלים בשבת :

8. Omne operculum vaſorum, cui eſt manubrium, aufertur in Sabbatho: R. Joſe inquit: de quibus rebus hæc dicuntur? De operimento immobilium; ſed quod ad operculum vaſorum, utra fuerint, tolluntur in Sabbatho.

(a) Menaſſ. Venet. כיסוי הכלים. (b) בכיסוי הקרקעות אבל בכיסוי הכלים. Veneta Lectio fol. CXXV. col. 2. expreſſa eſt in Textu; ſed fol. CXXVI. col. 2. ubi ſeorſim ponitur hæc Miſchna, ſe ita habet, ut & in Amſtelod. בכיסוי קרקעות אבל בכסוי הכלים וכו׳.

R. OB. DE BARTENORA.

כל כיסוי הכלים וכו׳ *omne operculum vaſorum &c. De quo verba iſta dicta ſunt? de operculis ſoli*: In Gemara dicitur: de vaſorum operculis totus mundus non diſſentit, quin licita ſint, ſi maximè illis non ſit manubrium. Sic etiam de operculo ſoli e. g. operculo ciſternæ & conceptaculi aquarum, totus mundus non diſſentit, quin prohibitum ſit, ſi non fuerit ei manubrium. Itaque diſſentiunt (tantum) de operculo vaſorum, quæ ſolo affixa ſunt. Hæc alius putavit ſimilia eſſe ipſi ſolo; alius verò putavit, non ſimilia eſſe ſolo. Sed deciſio eſt juxta Sapientes, quod, quicquid affixum eſt ſolo, ſit ſicut ſolum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל כיסוי הכלים וכו׳ *omne operimentum vaſorum &c.* Non eſt inter illos diſſenſus (*de hoc*,) quod operimenta vaſorum auferantur, ſive habeant manubrium, ſive non habeant: & operimenta ſoli non auferantur, niſi habuerint manubria. Sed diſſenſus eſt circa operimenta vaſorum, quæ ſolo affixa ſunt. Ubi R. Joſe putavit, quod non ſit diſcrimen inter ea, quæ ſunt affixa, & ea, quæ non ſunt affixa, auferanturque operimenta eorum, ſi maximè non habeant manubria. Sed Sapientes exiſtimant, quod ſint ſicut ſolum. Et deciſio eſt juxta Sapientes. Veriſſimaque Regula eſt: quod quicquid affixum eſt ſolo, ſit ſicut ſolum (*ipſum*.)

פרק יח מפנין אפילו ארבע וחמש קופות של תבן ושל תבואה מפני האורחים ומפני בטול בית המדרש אבל לא (a) האוצר מפנין תרומה טהורה ודמאי ומעשר ראשון שניטלה תרומתו ומעשר שני והקדש שנפדו והתורמוס היבש מפני שהוא מאכל (b) לעזים אבל לא את (c) הטבל ולא (d) את מעשר שלא נטלה תרומתו ולא את מעשר שני והקדש שלא נפדו ולא את הלוף ולא (e) החרדל רבי שמעון בן גמליאל מתיר בלוף מפני שהוא מאכל עורבין :

Caput 18. Expurgant etiam quatuor aut quinque areas paleæ & proventuum propter viatores & propter intermiſſionem Synagogæ (h. e. ſi indigeat loco earum ad ſuſcipiendum viatores diſcubituros: aut diſcipulos Sapientum concionaturos, Raſch.) Sed non totum theſaurum qui conditus in iis erat. Expurgant etiam Thrumam mundam, & dubium, & decimas primas, de quibus Thruma ſumpta eſt, & decimas ſecundas, & ſanctum, quæ redempta ſunt; Item lupinum aridum, quia eſt cibus caprarum. Sed non fructus, qui decimati non ſunt: neque decimas, quarum Thruma ablata non eſt: neque decimas ſecundas aut ſanctum, quæ redemta non ſunt: neque Luph (eſt ſpecies ceparum, Ramb. aut Leguminis, Raſch.) neque ſinapi. R. Schimeon f. Gamaliel permittit Luph, quia cibus corvorum ſit.

(a) Menaſſ. את האוצר (b) Sic Menaſſ. & Amſtelod. Venet. verò & Pragenſ. לעניים ut cibus pauperum denotetur. (c) In Pragenſ. & Venet. abeſt τὸ את (d) Prag. ולא מעשר ראשון שלא וכו׳ (e) Amſtel. & Menaſſ. את החרדל.

R. OB. DE BARTENORA.

מפנין אפילו ארבע וכו׳ *expurgant etiam quatuor &c. Expurgant :* ſi ſc. opus habeat (quis) ſpatio earum, ad locum dandum ibi viatoribus, ut ad cibum accumbere queant; aut diſcipulis Sapientum, ut concionem audiant : id verò duntaxat quoad rem præcepti. Nec ſolliciti ſumus de labore eorum in Sabbatho. *Quatuor aut quinque :* non præciſe. Nam ſi opus fuerit, plures etiam (expurgari poſſunt.) *Sed non theſaurum :* h. e. dummodo non removeat (quis) univerſum theſaurum, donec ad ſolum uſque ejus perveniat : ne fortè eò progrediatur, ut foveas exæquet. *Expurgant Thrumam mundam :* etiam Iſraëlita, cui non convenit, (ut comedat,) poteſt transferre illam, & expurgare illam ; cum conveniat Sacerdoti. *Et dubium :* quod pauperibus convenit : quemadmodum traditum habemus (in Gemara.) Cibant pauperes dubio : quod ſi ipſe cogatur bona ſua publicare, ut pauper cui conveniat, etiam ipſe ſit; tum ipſi quoque competit (ejuſmodi dubium.)

Et decimas primas, de quibus Thruma ſumta eſt : de quibus ſumta eſt Thruma decimarum ; nondum autem ſumta eſt de illis Thruma magna. e.g. ſi occupavit Levita, & accepit decimas in ſpicis, in quas nondum ceciderat debitum Thrumæ ; ſiquidem non obligatur frumentum ad Thrumam magnam, antequam ventilatum fuerit in cumulum. Iſte itaque qui occupavit ſumere decimas in ſpicis, non ſeparat (inde) niſi Thrumam decimarum tantum : cumque licita eſt ipſi comeſtio, licet non ſeparaverit inde Thrumam magnam. *Et decimas ſecundas, & ſanctum, quæ redemta ſunt :* quæ redemerunt domini dederuntque capitale, non autem ſuperaddiderunt quintam partem. Audimus (ſeu intelligimus hinc, quod redemta iſta (nihilominus) ſint, ſed quintam tamen partem mutuo det Dominis.

Sed non fructus qui decimati non ſunt : licet etiam fuerint non decimati ex conſtitutione Doctorum noſtrorum e. g. ſeminatum in vaſe hortenſi, quod perforatum non eſt. *Neque decimas primas, quarum Thruma ablata non eſt :* ſi occupavit Levita, & accepit decimas, poſtquam quidem ventilatum eſt frumentum in cumulum, ſed antequam ſepararunt ab illo Thrumam magnam; itemque ſeparavit quidem (Levita) Thrumam decimarum, non autem ſeparavit Thrumam magnam : tum hæ ſunt decimæ primæ, de quibus Thruma non ablata eſt, cujus hic mentio fit. Nam poſtea quam ventilatum in cumulum, & obnoxium factum eſt Thrumæ : ubi ſumſerit decimas primas, ſi maximè ſeparaverit ab illis Thrumam decimarum, omni tamen tempore, quo non ſeparaverit Thrumam magnam, erit non decimatum, prohibitumque transferre illud in Sabbatho. *Neque decimas ſecundas, aut ſanctum, quæ redemta non ſunt :* quæ nimirum redemta ſunt, ſed non redemta ſunt legitimè, e. g. quum (quis) redemit decimas ſecundas per fragmenta argenti : cum tamen decimæ ſecundæ non redimantur, niſi per nummos, ſuper quibus aliqua figura eſt, (h. e. per nummos cuſos.) Scriptum enim eſt : וצררת *& figurabis argentum in manu tua.* At ſanctum non redimitur per ſolum (ſeu fundum.) Quia ſcriptum eſt : Et dabis æſtimationem tuam in die iſto, h. e. rem, quæ traditur è manu in manum. לוף eſt ſpecies leguminis, quod ne quidem pecudi gratum eſt. Rambam expoſuit, quod ſit ſpecies ex ſpeciebus ceparum. *Corvorum :* e. g. quos divites habent, qui nutriunt corvos magnificentiæ ergo. Non eſt autem deciſio juxta R. Schimeonem fil. Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפנין אפילי ארבע וכו׳ *Expurgant etiam quatuor &c.* מפנין *expurgantes*, eſt vox Hebræa (*Biblica, ex Gen.* 24: 31.) expurgavi domum. Cæterum quod dicit : etiam quatuor aut quinque, eſt (*dictum*) per modum multiplicationis (*per Synecdochen numeri finiti pro infinito*) quaſi diceret, etiam magno numero. Modo non expurget iſtud repoſitum univerſum, adeò ut nihil relinquat ibi de ulla re. Atque hoc eſt, quod dicit : ſed non totum theſaurum (*ſ. rem repoſitam.*) Cujus rei verò ratio hæc eſt, quod (*forte*) ſolum repoſiti (*ſeu repoſitorii*) perfoſſum aut corruptum ſit. Ubi veremur, ne fortè exæqvet ſolum ejus manu ſua. Hoc eſt, quod dicit : ne fortè incipiat exæquare foveas. Id verò non permiſerunt, niſi circa rem præcepti (*ſeu de qua præceptum habetur,*) quemadmodum exemplum dedit : propter viatores, & propter Synagogam. Quod ſi tamen homo cogatur expurgare, ne expurget ultra quatuor aut quinque ; ſed unumquodque pro ſe ipſo. Porrò permiſerunt tranſlationem Thrumæ, ſi vel maximè fuit (*transferens*) Iſraëlita : quandoquidem illa digna ſacerdote eſt (*aut conveniens* ;) modò ſit Thruma munda, quæ licita ſit comeſtioni. Similiter Demaj (*ſ. dubium*) licitum eſt pauperibus, vi regulæ, quæ apud nos eſt : Cibant pauperes per Demaj (*ſ. dubium.*) Præterea quando dicit, *quod licitum ſit loco movere decimas primas, quarum Truma ablata ſit, & transferre illas*, non vult (*acceptum*) de decimis primis, quando abſtulerunt de illis, quod juris eſt, & poſtea abſtulerunt de eis decimas de decimis ; juxta debitum ; nam non loquitur de hujuſmodi, quandoquidem non eſſet reliqua ulla ratio, quare prohiberetur motio ejus & tranſlatio ejus. Sed loquitur de decimis primis, quas abſtulerunt Iſraëlitæ in ariſtis ; antequam triturarentur, ut ſit (*adhuc*) frumentum, aut auferre de illo (*adhuc*) debeat Thrumam magnam ex debito. Quare docere voluit, quod de decimis, de quibus (*aliquid*) abſtulerunt iſto modo, non cogatur Levita auferre, niſi Thrumam decimarum ſolam, eam ſc. partem, quæ ipſi impoſita eſt ; ſed partem Thrumæ magnæ, cui (*alias*) iſtæ decimæ obſtrictæ ſunt, non (*auferet,*) quandoquidem iſta Thrumah non cadit niſi in triticum, poſt triturationem & purgationem. Jam quando dicunt : *Decimas ſecundas, & ſanctum, quod redemerunt,* (*hoc volunt :*) etiamſi redemerit ſibi ipſi, obligeturque ad additamentum quintæ partis, poſtquam tamen addit ſortem, transferat illud, ſi maximè adhuc reſtet de illo pars quinta. Quod verò dicunt : *Non tamen* טבל h. e. *Fructus qui decimati non ſunt,* (*ita accipiendum eſt,*) ſi maximè ſint fructus non decimati ex conſtitutione Doctorum noſtrorum, quando ſeminatum (*quid*) fuerit in vaſe hortenſi (עציץ *dicto,*) quod perforatum non eſt. Quando dicunt : *neque decimas primas, quibus de non ablata eſt Thruma,* non hoc volunt, quod elevata non ſit de illis Thruma decimarum, tum enim res clara eſt ; ſed de quibus non ablatum eſt, quod debetur, pro Thruma magna ; licet abſtulerint Thrumam decimarum. Atque hoc æquum juſtumque eſt, quando abſtulerunt decimas de ſemine poſt triturationem atque purgationem, ſi maximè etiam abſtulerint Thrumam magnam prius. Quando dicunt : decimas ſecundas, & ſanctum, quæ non redemta ſunt, hoc volunt : quando non redemta juxta morem ; ut ſi redimentur decimæ ſecundæ, per fruſtum argenti (*aliquod infectum*) quæ redemtio non eſt competens, neque ſit juxta jus ejus (*moremque :*) ſed debent redimi per argentum factum, h. e. per מעות מצויירין *monetam cuſam*, quemadmodum Scriptura dicit (*Deut.* 14: 24. וצררת *Et figurabis argentum in manu tua.* Ubi Sapientes (*noſtri*) expoſuerunt : rem, ſuper qua ſit צורה *figura* (*aliqua.*) Aut ſi profanet ſanctum per fundum (*ſeu immobile quid :*) cum tamen ſit juris, ut non redimant ſanctum, niſi per res mobiles, quemadmodum dixit Scriptura (*Levit.* 23: 27.) *Et dabis æſtimationem tuam in die iſto &c.* nimirum ut ſit res, quæ de manu in manum traditur. Sed præmiſimus jam (*alibi*) expoſitionem rerum harum peculiarem : quæ ipſarum expoſitio perfecta habetur in Capite VII. (*tract.*) Nedaboth. Repetita inſuper ſunt iſta fundamenta in multis locis de Seder Seraim. Quod verò hic hâc de re diximus, non factum eſt, niſi per modum commonefactionis, quemadmodum ſupra indicavimus. Cæterum לוף eſt ſpecies de ſpeciebus ceparum ſine dubio. Tandem non eſt deciſio juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

ב חבילי קש וחבילי עצים וחבילי זרדים אם (a) התקינו למאכל בהמה מטלטלין אותן ואם לאו

(a) Pragenſ. & Menaſſ. התקינן.

אין

2. Faſciculos item ſtipularum, & faſciculos lignorum, & faſciculos ramorum, ſi quidem in pabulum beſtiarum eos pararunt, transferunt : ſin,

non

אין מטלטלין אותן כופין את הסל לפני האפרוחים כדי שיעלו וירדו תרנגולת שברחה דוחין אותה עד שתכנס מדדין עגלין וסייחין (a) ברשות הרבים אשה מדדה את בנה אמר רבי יהודה אימתי בזמן שהוא נוטל (b) אחת ומניח אחת אבל אם היה גורר אסור :

non transferunt eos. Invertunt corbem ante pullos gallinaceos, ut aſcendant & deſcendant. Gallinam, quæ fugit, tamdiu urgent, quoad ingreſſa fuerit. Manu ducunt vitulos & pullos aſininos in publico. Mulier manu ducit filium ſuum. Dixit R. Jehudah: Quando? Tempore, quo tollit (vel tollere jam valet) unum (pedem,) & ſiſtit alterum: ſed ſi traxerit, prohibitum.

(a) ברשות הרבים abſunt in Amſtelod. (b) Menaſſ. נוטל אחד ומניח אחד.

R. OB. DE BARTENORA.

חבילי קש וחבילי וכו׳ *faſciculos ſtipularum, & faſciculos &c.* חבילים ſunt faſciculi. זרדים ſunt rami arborum virides, quos amputant in cibum beſtiarum. *Invertunt corbem ante pullos gallinaceos:* ita, ut nihilominus (quis) non fiat dimovens vas ab uſu ſuo deſtinato: ideo, quod pulli non conſiſtant (maneant) ſuper ea (corbe.) Cæterum ille qui dicit: quod vas nullum auferatur, niſi in uſum rei, quæ auferri poteſt, interpretatur Miſchnam (hanc) de eo, quum uti oportet loco vaſis. *Quæ fugit:* ſc. è domo. *Urgent eam:* nimirum manibus. *Quoad ingreſſa fuerit:* tantummodo autem urgent; non verò manuducunt: propterea quod gallina ſe ipſam elevat de terra, deprehenditurque, quod ipſe tranſportet eam. Sed anſerem & reliquas aves manuducunt.

Manuducunt vitulos: apprehendunt collum ejus (vituli,) & à latere ejus eum trahunt, adjuvantque eum, & movent ei pedes ejus. *Et mulier manuducit filium ſuum:* apprehendit eum brachiis ejus (ſtans) poſt illum; ille verò movet pedes ſuos, & ambulat. *Quo tollit unum pedem, & ſiſtit* (ſeu figit) *alterum:* quando infans (aliquis) movet pedes ſuos, figit unum (in terra,) & elevat alterum. *Sed ſi traxerit, prohibitum:* nam tollit eum (portatque.) Cæterum ubicunque R. Jehudah in Miſchna dicit: Quando? non vult diſſentire; ſed tantum explicare verba Sapientum: & deciſio ubique eſt juxta illum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חבילי קש וחבילי וכו׳ *faſciculos ſtipularum, & faſciculos &c.* חבילות ſunt faſciculi. זרדים ſunt arborum rami, quos amputant tempore putationis, aut (*alias*) ſimile quid. Quod permiſerunt dare corbem coram pullis, ut tamen (*dans*) non dimoveat vas ab (*uſu*) eo, ad quem paratum fuit, hæc eſt ratio, quia non permanent ſuper ea (*pulli aut Gallina cum illis.*) סייח eſt aſellus, h. e. pullus aſininus. מדדין idem ſignificat ac מסייעין auxiliantes, aut ducentes manu. Et eſt vox Hebræa. (*Biblica, ex Eſa.* 38: 15.) אדדה *Vagabor omnibus annis meis*; aut quod magis clarum (*ex Pſal.* 42: 5.) אדדם *procedam cum ipſis uſque ad domum Dei.* Quocunque autem loco dixit R. Jehudah: אימתי quando? ille exponit ſententiam Sapientum. Atque ideo deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ג אין מילדין את הבהמה ביום טוב אבל מסעדין ומילדין את האשה בשבת וקורין לה חכמה ממקום למקום ומחללין עליה את השבת וקושרין את הטיבור רבי יוסי אומר אף חותכין וכל צורכי מילה עושין בשבת :

3. Non obſtetricantur beſtiæ in die feſto: adjuvant tamen. At obſtetricantur fœminæ in Sabbatho, & prudentem (hujus rei mulierem) de loco in locum ei advocant, & profanant propter eam Sabbathum, ut ligent umbilicum. R. Joſe inquit: Etiam abſcindunt, & omnia ad Circumciſionem neceſſaria peragunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מילדין את וכו׳ *non obſtetricantur &c.* *Non obſtetricantur:* non trahunt partum ex utero in die feſto: eſt namque labor ingens. Verum מסעדין *adjuvant* eundem partum, ut in terram non decidat. *Prudentem:* h. e. obſtetricem probatam. *De loco in locum:* nec curant prohibitionem terminorum. *Et profanant propter eam Sabbathum:* ex eo momento, quo ſederit ſuper ſella parturientis, incipitque ſanguis fluere, uſque ad tres dies, poſtquam peperit; ſive dixerit: opus ego habeo, ſive non dixerit: ego opus habeo. Sed à tertio die uſque ad ſeptimum, ſi dixerit: ego opus habeo, profanant (Sabbathum;) ſin non dixerit: ego opus habeo, non profanant. A die ſeptimo uſque ad trigeſimum, etiamſi dixerit: ego opus habeo, attamen non profanant, ſed faciunt illi neceſſaria per idololatram: propterea quod ſit ſicut ægrotus, de quo nullum eſt periculum. Jam verò rei, qua de nullum eſt periculum, neceſſaria per idololatras faciunt.

Ut ligent umbilicum: ſc. infantis, qui longus eſt, & niſi ligarent eum, & convolverent eum, exirent inſtina ejus: non tamen abſcindunt, ex ſententia primi Doctoris Miſchnici. *Rabbi Joſe dicit: etiam abſcindunt:* & deciſio eſt juxta R. Joſe. Abſcindunt namque & purgant eum, & inſpergunt illi pulverem myrti, aut ſimiles. *Et omnia neceſſaria circumciſionis faciunt in Sabbatho:* infra ſequenti capite exponitur, quænam ſint circumciſionis neceſſaria.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין מילדין את הבהמה וכו׳ *non obſtetricantur Beſtiæ &c.* מילדין notat *Extractionem fœtus ex utero.* מסעדין eſt, quod adjuvant beſtiam in diſtenſione pedum ejus, & excuſſione atque motu ejus, & ſimilibus. חכמה *ſapiens*, eſt mulier, quæ excipit fœtum; quam (*etiam*) in lingua Hebræa (*Biblica*) vocant מילדת. Quum autem dicunt; *è loco in locum*, hoc volunt, quod non attendant, nec curent prohibitionem terminorum Sabbathicorum. Et quando dicunt: *Profanant ſuper illa Sabbathum*, hoc volunt dicere, quod faciant illi omnia, quæ ipſi neceſſaria, quoad accenſionem lucernæ, mactationem, coctionem, contuſionem aromatum ad bibendum, nexum funium, à quibus ſe ſuſpendat ipſam tempore partus, & quæ alia ſunt, ex omnibus rebus neceſſariis. Omnia eodem modo ſe habent, ſive dicat, opus ego habeo, ſive non dicat. Veruntamen non incipiunt profanationem Sabbathi, antequam ſederit ſuper ſella parturientis, & cœperit ſanguis fluere. Ab iſto tempore uſque dum conſumantur tres dies, profanant propter illam Sabbathum, ſive dixerit, opus ego habeo, ſive dixerit, ego non opus habeo. At poſtquam conſumti fuerint ſeptem dies, profanant quidem ſimiliter propter illam Sabbathum; Sed ſi tamen dixerit: Ego opus habeo. Poſt verò quam conſumti ſunt triginta dies, etiamſi dixerit: ego opus habeo, tamen non profanant propter illam Sabbathum: faciunt nihilominus omnia illi neceſſaria per manus alienigenæ; propterea, quod ſit quaſi ægrotus, de quo nullum eſt periculum. Eſt namque apud nos Regula, *quod propter ægrotum, de quo eſt periculum, profanent Sabbathum*: Ut tamen non perpetrent prævaricationem Sabbathi parvuli, nec alienigenæ, nec populi terræ; ne aſſuefaciant ſeipſos profanationi Sabbathi, & leve quidem ipſis ſit, tanquam qui neſciunt, quod hanc profanationem Sabbathi non permiſerint committere, niſi propter neceſſitatem maximam & coactionem; ſed ut faciant iſtud præcipui viri Iſraëlis,

raëlis. Quod ſi ægrotus ſit, de quo non eſt periculum, faciunt, quæ ipſi neceſſaria ſunt, per alienigenam. Et ſic dicunt (*Doctores noſtri:*) *Rem, in qua non eſt periculum, mandant alienigenæ, ut faciat.* Dicit quidem Doctor primus, quod ligent umbilicum infantis, & relinquant eum ſuſpenſum ab illo uſque ad exitus Sabbathi (*diem primum ſeptimanæ,*) & tum abſcindant illum; ſed non eſt conſtitutio (*juxta illum:*) Potius verò abſcindunt eum, & purgant eum, & inſpergunt ipſi pulverem myrti, aut ſimiles, & involvunt eum veſtibus (*linteolis;*) idque omne in Sabbatho. Porro amplius explicabuntur neceſſaria circumciſionis in Capite ſubſequenti. Hic interim deciſio eſt juxta R. Joſen, quemadmodum indicavimus.

פרק יט רבי אליעזר אמר לא הביא כלי מע"ש מביאו בשבת מגולה ובסכנה מכסהו על פי עדים: ועוד אמר רבי אליעזר כורתים עצים לעשות פחמין ולעשות (a) כלי ברזל כלל אמר רבי עקיבא כל מלאכה שאיפשר לעשותה מע"ש אינה דוחה את השבת (b) ומילה שאי איפשר לעשותה מערב שבת דוחה את השבת:

Caput 19. R. Elieſer dicit: Si non attulit inſtrumentum (*novaculam ad circumcidendum*, Raſch.) pridie Sabbathi, affert in Sabbatho: retectum quidem; aut ſi periculum fuerit, tegit illud, conſciis teſtibus. (Quod novaculam præceptam adferat. Raſch.) Porro dixit R. Elieſer: Succidunt ligna, ut faciant carbones, & ut faciant inſtrumentum ferreum, (novaculam ad circumciſionem.) Regulam (enim) dixit R. Akiba: Omne opus, quod fieri poteſt pridie Sabbathi, Sabbathum non pellit: ſed circumciſio, quæ pridie Sabbathi fieri non poteſt, Sabbathum pellit.

(a) Venet. ולעשות ברזל. (b) In Venet. Prag. & Menaſſ. abeſt dictio מילה tantum legitur: ושאי איפשר.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר וכו׳ *Rabbi Elieſer dicit &c. Rabbi Elieſer dicit: ſi non attulit Inſtrumentum:* h. e. novaculam ad circumcidendum infantem. *Adfert illud in Sabbatho retectum:* ad demonſtrandum, quod præſtantiſſimum ſit hoc præceptum, propter quod profanent Sabbathum. *Aut ſi periculum fuerit:* quum decreverint (gentiles) perſecutionem propter circumciſionem. *Tegit illud conſciis teſtibus:* qui teſtificentur, quod novaculam præcepti adferat; ne ſuſpicentur de illo, quaſi portet res alias. *Et ad faciendum ferrum:* ut faciant novaculam pro circumciſione.

Omne opus, quod fieri poteſt: ut ſunt rectificantia (vel pertinentia ad melius eſſe) circumciſionis. Quoniam nimirum fieri poteſt, ut faciant illa in veſpera Sabbathi, non ſolvunt Sabbathum. Diſſentit (hac in parte) R. Akiba à R. Elieſere. *Quæ non poteſt fieri in veſpera Sabbathi*, ut circumciſio ipſa; quæ quia non poteſt perpetrari (in veſpera Sabbathi,) cum tempus ejus ſit octavus dies, pellit Sabbathum. Et deciſio eſt juxta Rabbi Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי אליעזר אומר וכו׳ *Rabbi Elieſer dicit &c.* Propter hoc apportabit illum (*cultrum*) denudatum, propter amores erga præceptum. Conteget tamen eum tempore periculi conſciis teſtibus, ne ſuſpicentur alii, quaſi Sabbathum profanet. Præterea ſi prævaricatus (*quis*) fuerit circa cultrum, adferat quidem illum in Sabbatho, ſed via tectorum Equiquidem R. Elieſer permiſit adferre per locum publicum; ſed iſtud non eſt conſtitutio (*aliqua.*) Nam regula eſt apud nos, quod Regula, quam dedit R. Akiba, veriſſima ſit. Circumciſio verò non poteſt fieri veſpera Sabbathi (*die Veneris,*) quandoquidem mandatum ejus de octavo die omnibus modis (*accipiendum eſt.*)

ב עושין כל צרכי מילה (a) מוהלין ופורעין ומוצצין ונותנין (b) עליה איספלנית וכמון אם לא שחק מע"ש לועס בשיניו ונותן אם לא טרף יין ושמן (c) מערב שבת ינתן זה בעצמו וזה בעצמו ואין עושין להחלוק (d) לכתחילה אבל כורך עליה סמרטוט אם לא התקין מערב שבת כורך על אצבעו ומביא (e) ואפילו מחצר אחרת:

2. Faciunt omnia ad circumciſionem neceſſaria: circumcidunt, nudant, & exugunt, & ſuper eam (circumciſionem ſive locum circumciſum) emplaſtrum ponunt & cyminum: quod (cyminum) ſi pridie Sabbathi non contudit (quis,) mandit dentibus ſuis, & imponit. Si non miſcuit Vinum & oleum pridie Sabbathi, imponetur unumquodque ſeorſim. Sed non faciunt induſium ei (circumciſioni i. e. circumciſo) de novo: ſed involvit eam panniculo. Si non præparavit (panniculum) pridie Sabbathi, circumvolvit digito ſuo, & affert, etiam ex atrio alio (ſi opus fuerit.)

(a) Prag. & Menaſſ. addit heic בשבת (b) Tò עליה abeſt in Amſtelod. (c) מערב שבת abſunt in Venet. (d) Menaſſ. בתחילה. (e) Pragenſ. אפילו ſine ו.

R. OB. DE BARTENORA.

עושין כל צרכי וכו׳ *faciunt omnia neceſſaria &c.* מוהלין *circumcidunt:* Abſcindit (circumciſor) præputium. *Nudant:* Cuticulam, quæ contegit caput membri (virilis.) *Et exugunt:* ſc. ſanguinem. Etiamſi etiam fecerit ejuſmodi vulnus, ex quo ſanguis non effluit, niſi per exuctionem. אספלנית h. e. *Emplaſtrum. Mandit dentibus ſuis:* Ubicunque enim inſoliti aliquid facere poteſt, facere debet.

Si non miſcuit vinum & oleum: ſoliti ſunt, ut miſcerent vinum & oleum in ſcutella, & commiſcerent ea in medicamentum pro circumciſione, quemadmodum (alias) miſcent ova in ſcutella. *Induſium:* fruſtum panni perforatum; per quod foramen locum circumciſionis ingredi faciunt, ut non redeat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עושין כל צרכי מילה וכו׳ *faciunt omnia neceſſaria circumciſioni &c.* פורעין idem eſt ac ſi dixiſſet, קורעין *diſrumpunt cuticulam*, quæ eſt ſubter præputio. אספלנית, quaſi oleum craſſum, & vocatur Arabicè מרהם. כמון *Cyminum*, notum eſt. לועס *Mandens* (*etiam*) notum eſt. Vult autem hoc, quod comedat homo, & commolat dentibus ſuis, non tamen deglutiat. סמרטוט eſt *veſtis vetuſta.* חלוק *induſium* hoc vult, ut perforet fruſtum veſtis (*ſeu panni,*) ut immittat circumciſionem (*membrum circumciſum*) per iſtud foramen, volvatque reliquam veſtem circa membrum. Tandem dicit, quod adferat è domo in domum, (*ſc.*) licet ſine mixtura (*Sabbathica*) ſint. Sic etiam adfert ex atrio in atrium.

redeat cuticula, & contegat membrum. *Si non* חתקן h. e. *præparavit, circumvolvit digito ſuo*; per modum veſtimenti, ad faciendum aliquid cum eo inſoliti (& diverſi) à (communi) eductione in profeſto. *Etiam ex atrio alio*: Non tantum è domo in domum in eodem atrio (ſitam,) etiamſi non miſcuerit eam Sabbathicè; ſed etiam ex atrio alio, quod non Sabbathicè cum illis mixtum eſt. atrium. Atque hoc eſt, quod volunt, quando dicunt: etiam ex atrio alio.

ג מרחיצין את הקטן בין לפני המילה ובין לאחר המילה ומזלפין עליו ביד אבל לא בכלי רבי אליעזר בן עזריה אומר מרחיצין את הקטן ביום השלישי שחל להיות בשבת שנאמר ויהי ביום השלישי בהיותם כואבים ספק ואנדרוגינוס אין מחללים עליו את השבת ורבי יהודה מתיר באנדרוגינוס:

3. Infantem lavant, tum ante circumciſionem, tum poſt circumciſionem; & effundunt (ſive aſpergunt) ſuper eum manu; non autem vaſe aliquo. R. Elieſer f. Aſariæ dixit: Lavant infantem die tertio, qui in Sabbathum incidit: quia dictum eſt: Et factum eſt die tertio, quum dolerent. Propter dubium & ἀνδρόγυνον profanant Sabbathum. R. Jehuda de ἀνδρογύνῳ permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

מרחיצין את הקטן וכו׳ *Infantem lavant &c.* Hoc lavare non debet fieri ſecundum communem modum (lavandi:) nam quod poſtea tradidit, debet explicare priora: (q. d.) Quomodo lavant? (Reſp.) per modum affuſionis manu factæ. Verum in vaſe, ſi maximè manu affuderit, prohibitum eſt. Quantò E. magis juxta communem ejus modum?

Rabbi Elieſer filius Aſariæ &c. Diſſentit (hic) à Doctore Miſchnico priore, exiſtimatque, quod lavent puerum juxta modum (lavandi) communem, tam ante circumciſionem, quam poſt circumciſionem: in die verò tertiò à circumciſione etiam tam aquis calidis, quæ in veſpera Sabbathi calefactæ ſunt, quam aquis calidis, quæ in ipſo Sabbatho calefactæ ſunt. Idque ob periculum animarum. Et deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Aſariæ.

Propter dubium: ſitne filius octo menſium, an verò novem. Nam ſi fuerit filius octo (menſium,) erit quaſi lapis vulgaris, nec circumciſio ejus pellet Sabbathum. R. Jehudah permittit Androgynum (circumcidi;) ideo, quod ſcriptum ſit: *Circumcidi vobis omnem maſculum* (Gen. 17:10.) ad includendum ſc. Androgynum. At Doctor Miſchnicus prior (urget:) præputium ejus, ſcriptum eſt. (q. d.) Is, qui totus præputiatus eſt: excipiendus itaque eſt ille, qui dimidia ex parte fœmina eſt. Nec eſt deciſio juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרחיצין את הקטן וכו׳ *Lavant infantem &c.* Quod dicit מזלפין *Affundentes*, explicat lotionem, ad quam retulit; quaſi hic diceret: Quomodo lavant infantem? Affundunt ſuper ipſum manu, non autem vaſe. Eſt autem זילוף *Aſperſio aquarum*, aut cujuſque potus (*ſeu humoris.*) Diſſenſit quidem Rabbi Elieſer filius Aſariæ circa hoc, & dixit, quod licitum eſſet lavare totum corpus ejus in Sabbatho ante circumciſionem, & poſt circumciſionem, etiam die tertio à circumciſione. Cæterum hæc lotio eſt per aquas calidas. Nec eſt diſcrimen hic inter aquas calidas, quæ calefactæ ſunt in veſpera Sabbathi, & inter eas, quæ calefactæ ſunt in Sabbatho, propterea quod ſit periculum animarum. Deciſio tandem eſt juxta R. Elieſerem filium Aſariæ; & non eſt deciſio juxta Rabbi Jehudam.

ד מי שהיו לו שתי תינוקות אחד למול אחר השבת ואחד למול בשבת ושכח ומל את של אחר השבת בשבת חייב אחד למול בערב שבת ואחד למול בשבת ושכח ומל את של ערב שבת בשבת רבי אליעזר מחייב חטאת ורבי יהושע פוטר:

4. Cui fuerint duo infantes, quorum unus poſt Sabbathum, alter in Sabbatho circumcidendus: ſi oblitus fuerit, & circumciderit eum, quem deberet poſt Sabbathum, in Sabbatho; reus eſt. Si unus circumcidendus pridie Sabbathi, alter circumcidendus in Sabbatho, oblitusque fuerit, & circumciderit eum, quem deberet veſperi Sabbathi in Sabbatho: R. Elieſer damnat (eum) peccati; at R. Jehoſchea abſolvit.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהיו לו שתי וכו׳ *cui fuerint duo &c. Cui fuerint duo Infantes &c.* Diſſentiunt Amoræi in Gemara circa lectionem hujus Miſchnæ. Lectio verò quam Doctores noſtri præcipuè amplexi ſunt, ſic habet: ſi cui fuerint duo infantes, quorum unus circumcidendus poſt Sabbathum, alter verò circumcidendus eſt in Sabbatho; at ille oblitus fuerit, circumcideritque eum, quem poſt Sabbathum (deberet circumcidere,) in Sabbatho, reus erit. Si unus circumcidendus in veſpera Sabbathi, alter verò in Sabbatho circumcidendus: at ille oblitus fuerit, circumciderit que eum, qui in veſpera Sabbathi (circumcidendus erat,) in Sabbatho, R. Elieſer reum eum facit peccati; R. Jehoſchea verò abſolvit. Sic verò habet expoſitio.

Si oblitus fuerit circumcideritque eum, qui poſt Sabbathum (circumcidendus erat,) *in Sabbatho, reus eſt*; ex ſententia omnium. Nam ecce erravit in re præcepti, nec fecit præceptum, dum anticipavit, circumciditque eum, qui poſt Sabbathum circumcidendus erat, in Sabbatho. Et hoc fatetur etiam R. Jehoſchea. *Si unus circumcidendus in Sabbatho, & alter circumcidendus pridie Sabbathi*, oblitusque fuerit, & circumciderit eum, quem deberet veſperi Sabbathi, in Sab-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שהיו לו וכו׳ *Is, cui fuerint &c.* Regula apud nos eſt: *Circumciſio, quæ non fit tempore ſuo, non ſolvit Sabbathum.* Atque inde reum peragit R. Eleaſar (*circumcidentem,*) quod ille ſit vulnerans; & non deſtruens, ut ſit liber. Et ſic dixerunt de Circumciſione, quod ille (*circumcidens*) rectificet. Quod nihilominus liberum pronuntiavit illum R. Jehoſchea, (*inde eſt,*) quod ille circumcidit unum, qui debebat circumcidi in Sabbatho, cum venia. Unde dixit: Quandoquidem datum eſt Sabbathum, ut ſolveretur ab hoc homine, & incumbit illi circumcidere unum, reus non fiet ſuper altero. Et licet circa prius membrum confeſſus ſit R. Jehoſchea, quod (*circumcidens*) reus ſit peccati; tamen hic apud ipſum non eſt reus, niſi ideo, quod prævenit, & circumcidit in veſpera Sabbathi eum, quem debuiſſet circumcidere in Sabbatho; & poſtea demum circumcidit eum, quem debuiſſet circumcidere in veſpera Sabbathi. Tunc namque reus eſt, confitentibus omnibus. Quandoquidem non datum (*hic ipſi*) eſt Sabbathum, ut ſolvat, quum filius propter quem ſolvendum erat Sabbathum, jam circumciſus ſit in veſpera Sabbathi. Verumenimverò, ſi non prævenit, ut circumcideret in Sabbathi veſpera, ſed relicti ſunt ambo præputiati, & tunc circum-

Sabbatho. R. Elieſer damnat (eum) peccati : ideò, quod circumciſio, quæ non fit ſuo tempore, non pellit Sabbathum. Et quanquam erravit in re præcepti, dum curæ ipſi fuerit ille, qui Sabbathi (h. e. in Sabbatho circumcidendus) erat, atque hinc erravit in eo; quanquam etiam in hoc præceptum fecit, dum aptus fuit, qui circumcideretur, niſi quod Sabbathum non pellebat : nihilominus exiſtimavit R. Elieſer, quod qui erravit in re præcepti, fecitque præceptum, quod non pellit Sabbathum, reus ſit. *At R. Jehoſchea abſolvit :* Exiſtimavit namque, quod, qui erravit in re præcepti, & fecit præceptum, quod Sabbathum non pellit; liber ſit : quandoquidem perſuaſus fuit, quod cum venia domus Judicii faceret. Et deciſio eſt juxta R. Jehoſcheam.

circumcidit in Sabbatho eum, qui circumcidendus erat in veſpera Sabbathi, ecce ille (*circumcidens*) liber erit ex ſententia R. Jehoſcheæ; quandoquidem datum eſt Sabbathum, ut ſolveret. Et deciſio eſt juxta Rabbi Jehoſcheam.

ה קטן נימול לשמונה (a) לתשעה ולעשרה ולאחד עשר ולשנים עשר לא פחות ולא יותר הא כיצד כדרכו לשמנה נולד לבין השמשות נמול לתשעה בין השמשות של ערב שבת נמול לעשרה י"ט לאחר (b) השבת נימול לאחד עשר שני ימים (c) של ראש השנה נימול לשנים עשר קטן החולה אין מוהלין אותו עד שיבריא :

5. Infans circumcidi poteſt ad octo, ad novem, ad decem, & poſt undecim, atque duodecim (dies :) non plures, nec pauciores. Quomodo ergo? More ſuo, ad octo. Si natus fuerit inter veſperas; circumciditur ad novem. Si inter veſperas pridie Sabbathi (natus fuerit,) circumciditur ad decem. Si die feſto poſt Sabbathum : ad undecimum circumdicitur. Si in diebus duobus principii anni; circumciditur ad duodecimum. Infantem ægrotum non circumcidunt, donec revaluerit.

(a) Menaſſ. ולתשעה (b) Prag. לאחר שבת (c) Prag. & Menaſſ. שני ימים טובים של ראש השנה.

R. OB. DE BARTENORA.

קטן נימול לשמנה וכו' *Infans circumcidi poteſt ad octo &c. Si natus fuerit inter veſperas, circumciditur ad novem:* Nam ecce circumciditur die octavo à die craſtino (numerando.) At forte inter veſperas adhuc dies fuit : Atque ſic circumciditur die nono. Si fuerit dies ille veſpera Sabbathi : non poterit circumcidi in Sabbatho ſequenti; ideò, quod fortè dies non ſit. Quomodo erit circumciſio, quæ non fit tempore ſuo; nec ſolvit Sabbathum. Itaque oportet exſpectare uſque poſt Sabbathum, qui eſt dies decimus. Si dies feſtus inciderit poſt Sabbathum (alterum, quo circumcidendus:) tum circumciſio, quæ non fit ſuo tempore, non pellit eum : itaque circumciditur die undecimo. Quod ſi fuerint duo dies feſti novi anni, qui ſunt ſanctitas una : Cum circumciſio, quæ non fit ſuo tempore, nec ſecundum diem novi anni pellat; etiam duodecimo (die circumciditur.) *Donec revaluerit*; & tranſiverint ſuper illum ſeptem dies integri, de tempore in tempus, à die, quo revaluit; & tum circumcidunt eum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קטן נימול לשמנה וכו' *Infans circumcidi poteſt ad octo &c.* Fundamenta hujus conſtitutionis ſunt (I) quod (*tempus*) intra ſoles ſit dubium num de die, an de nocte ſit : & (II) circumciſio, quæ non fit in tempore ſuo, non ſolvat ſive Sabbathum, ſive diem feſtum. Siquidem circumciſio eſt præceptum quidem affirmativum; at dies feſtus habet non tantum præceptum affirmativum, ſed & negativum. Nam Deus ipſe mandavit quieſcere in illo, ſiquidem hoc eſt, quod dixit, שבתון *quies* eſt; ſimulque interdixit in illo opere. Jam regula eſt apud nos : non veniet præceptum affirmativum, ut ſolvat præceptum negativum & affirmativum. Et præterea regula eſt apud nos, quod duo dies feſti initii anni ſoli ſint, qui faciant unam ſanctam ſolennitatem : ſicut amplius explicabitur (*tibi*) in locis (*aliis*,) quod iidem dati ſint quaſi unus idemque dies. Si jam obſervaveris iſtas regulas, hæc conſtitutio tibi clara erit. Quod dicit : *donec convaleſcat*, per illud hoc vult, quod evaſerit morbum per omnia, & plenè receſſerit morbus. Relinquuntur autem poſt diſceſſum ejus (*morbi*) ſeptem dies integri, qui ſunt dies purificationis. Et tunc circumcidetur. Quod verò dicit : *integros*, hoc indicat, ut ſint de tempore in tempus (*finiantur in ea hora, in qua inceperunt.*) Porrò ſcito, quod quando aliquis natus eſt, ut dubium ſit, natuſne ſit in menſe ſeptimo, quo erit partus vivax; an octavo, licet in hoc plerumque non ſit vivax, nec ſuper vivat, tamen conveniens ſit, ut circumcidatur die octavo, & ipſo Sabbatho. Nam ſi fuerit partus vivax, utique circumciſio ejus eſt debiti. At ſi fuerit abortus, non fecit quicquam, qui circumcidit ipſum : ſed actiones ejus erunt ſicut ſcindentis fruſtum carnis. Atque hoc eſt, quod dicunt : caro vulgaris eſt.

ו אלו הן ציצין המעכבין את המילה בשר החופה את רוב העטרה ואינו אוכל בתרומה ואם היה בעל בשר מתקנו מפני מראית (a) העין מל ולא פרע את המילה כאילו לא מל :

(a) Menaſſ. מראית עין.

6. Hæc ſunt fila, quæ circumciſionem remorantur : caro, quæ tegit majorem partem coronæ. Et (qui ſic circumciſus eſt,) non comedere poteſt de Thruma. Si fuerit (infans) magnæ carnis, rectificat eum, propter aſpectum oculi. Si circumciderit (quis,) & non denudaverit, idem eſt, ac ſi non circumcidiſſet.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו הן ציצין המעכבין וכו' *Hæc ſunt fila, quæ remorantur &c.* ציצין ſunt quædam quaſi fila carnis, quæ de præputio relicta ſunt. עטרה *Corona*, eſt labium (ſeu extremitas cutis) altum, circumdans membrum (virile) circumcirca : inde verò dimittitur & deſcendit uſque ad caput ejus, & carnem quæ coronam obtegit. Quemadmodum (alia) Miſchna tradit : ne dicas majorem partem ambitus ejus, ſed etiam majorem partem altitudinis in loco uno.

Non comedere poteſt de Thruma : ſi Sacerdos fuerit. Nam Sacerdoti præputiato interdictum eſt comedere de Thruma. Dictum (enim) eſt de paſchate (Exod. 11:45.) *Inquilinus &c.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אלו הן ציצין וכו' *Hæc ſunt fila &c.* ציצין *fila* ſunt extremitates carnis tegentis caput (*glandem*) membri (*virilis.*) Quando dicit : *Tegens coronam* (*glandem*,) indicat per illud, majorem partem altitudinis coronæ. Porrò quamdiu occupatus eſt in circumciſione, abſcindet in Sabbatho tum fila, quæ remorantur, tum fila, quæ non remorantur. Sed quando abſoluta eſt circumciſio, & amota manus ejus (*circumcidentis*,) prohibitum redire (*ad opus*) ad abſcindendum (*fila*,) niſi fuerint fila, quæ remorantur, ſola. Et ad hanc rem digitum intendit ab initio hujus Capitis, (*cum dixit :*) *Faciunt omnia neceſſaria circumciſionis.* Quod dicit : *non comedere*

& *mercenarius non comedent de illo.* Jam verò dictum eſt (etiam) de Thruma: *Inquilinus Sacerdotis & mercenarius ejus non comedet de illa* (Levit. 22:10.) (Jam porrò) Quomodo ſe habet Paſcha? prohibitum eſt præputiato. Ergo etiam Thruma prohibita eſt præputiato.

Si fuerit magna carne: quando nimirum pinguis fuerit, appareritque caro ſupra præputium ejus, poſtquam ablutum eſt præputium totum, quaſi iſta denuo operiret membrum (virile.) *Rectificat eum:* & aufert novacula de iſta craſſitie, propter conſpectum oculorum; ne videatur, quaſi præputiatus (eſſet.) *Et non* פרע h. e. non denudavit. *Idem eſt, ac ſi non circumcidiſſet:* adeoque revertetur, & denudabit; etiamſi removerit manum ſuam ab illa (circumciſione.) Cæterum quamdiu occupatus fuerit circa circumciſionem in Sabbatho, abſcindit tum fila remorantia, tum fila, quæ non remorantur: ſed poſtquam removit manum ſuam; ad fila remorantia quidem revertitur; ad fila vero quæ non remorantur, non revertitur.

comedit de Thrumah; (*hoc vult,*) ſi adoleverit, & nihilominus relictus fuerit præputiatus ſine circumciſione. Regula namque apud nos eſt: Præputiatus, & quivis immundi, non comedent de Thrumah: quemadmodum explicabitur C. IIX. (*tractatus*) Jebammoth. בעל בשר *homo carnis*, eſt homo pinguis, cujus caro mollis eſt: nam præ mollitie carnis, & poroſitate ejus, & dependentia ejus, apparebit (*quaſi*) homo præputiatus, licet circumciſus fuerit. De tota verò re iſta regula apud nos eſt, ut inſpiciatur homo eo tempore, quo induratur (*membrum.*) Ubi ſi apparebit (*tanquam*) circumciſus, relinquunt eum, ſicut eſt. Quod ſi non apparebit (*tanquam*) circumciſus, abſcindunt carnem circumcirca, donec appareat (*tanquam*) circumciſus, quum induratus fuerit. Quum porrò dicunt: *Quaſi non circumcidiſſet*, volunt dicere; quod redire (*ad opus*) debeat, & denudare in Sabbatho, ſi maximè jam removerit manum ſuam à circumciſione.

Oportet autem me monere te hic, quod homo, quando transgreditur, & non circumcidit filium ſuum, aut natum domus ſuæ, ſed parcit illi, die octavo, transgrediatur præceptum affirmativum maximum & momentoſum. Nam non eſt inter omnia præcepta ipſi æquale, nec poterit ille in æternum compenſare hoc præceptum; ſed iniquitas hæc gravior longè eſt, quam ſi cui præteriverit feſtum tabernaculorum, ut tabernaculum non fecerit; aut nox paſchatis, ut non comederit azymum. Nam hic, (*qui non circumcidit*) ubi præteriverit dies octavus circumciſionis, tamen non erit liber ab hoc præcepto, ſed (*adhuc*) præceptum ipſi incumbit, & cogitur eum circumcidere (*deinceps*) ſemper: adeò, ut quocunque tempore non circumciderit eum, manſeritque præputiatus, transgrediatur præceptum affirmativum, cujus tempus cum appropinquarit, ille tamen id non faciet; & quando circumciderit illum, (*tum demum*) recedet ab ipſo transgreſſio, & implebit præceptum. Similiter verò, quiſquis viderit hunc hominem, dicere volo, puerum præputiatum, & non circumciderit illum, transgreditur præceptum affirmativum, donec circumciderit illum, quaſi eſſet filius ipſius. At quando adoleverit puer, & attigerit tempus obligationis ad præcepta, liber erit quivis homo à circumciſione ejus; ipſe autem illo obligatus erit ad circumcidendum ſe ipſum ſtatim; & quamdiu non circumcidit ſeipſum, ipſe transgreditur præceptum affirmativum, donec circumciſus fuerit. Et quam primum circumciderit ſeipſum, etiam in extremis diebus ſuis, tum implebit præceptum, & recedet ab ipſo iniquitas. Quod ſi mortuus fuerit, manſeritque præputiatus, tunc erit obnoxius exciſioni commemoratæ in lege de eo, qui non circumciſus fuerit. Cæterum ego quidem non ſcio inter præcepta omnia præceptum (*ullum*) ſicut hoc, per quæ nemo fiat reus percuſſionis contumaciæ, cum tamen ſit ſcandalum maximum, adeò ut moriatur peccator in peccato ſuo.

פרק כ רבי אליעזר אומר תולין את המשמרת ביום טוב ונותנין לתלויה בשבת וחכמים אומרים אין תולין את המשמרת ביום טוב ואין נותנין לתלויה בשבת אבל נותנין לתלויה ביום טוב:

Caput 20. R. Elieſer dicit: Suſpendunt ſaccum colatorium in die feſto, & in ſuſpenſum infundunt in Sabbatho. At Sapientes dicunt: non ſuſpendunt ſaccum colatorium in die feſto, neque in ſuſpenſum quicquam infundunt in Sabbatho: Sed die feſto in eum infundunt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר וכו׳ *Rabbi Elieſer dicit &c. Rabbi Elieſer dicit: ſuſpendunt* המשמרת *ſaccum colatorium:* quo colant את שמרי *feces vini.* Hujus expanditur os ab omnibus lateribus circumcirca, ut fiat quaſi tentorium ſuper concavo vaſis. Quamvis verò fiat quoddam tabernaculum, licitum eſt in die feſto. Putabat namque R. Elieſer, rectificantia cibum hominis, quæ fieri poſſunt in veſpera diei feſti, poſſe etiam fieri in die feſto. Verum in Sabbatho ſimpliciter non ſuſpendit: quod ſi tamen ſuſpenſus fuerit, immittunt in illum feces, & colant; quod non ſit aliquis purgantis modus. *Non ſuſpendunt ſaccum colatorium:* quia fit tentorium accidentarium, & apparet quaſi opus profeſti (eſſet.) *Neque immittunt in ſuſpenſum in Sabbatho:* quia eſt proles purgantis, aut cribrantis. Deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ר׳ אליעזר אומר תולין וכו׳ *R. Elieſer dicit: ſuſpendunt &c.* המשמרת eſt *ſaccus*, in quem immittunt feces vini. Ubi vinum defluit ex illo parum & limpidum, ſed ſaccus colatorius ille retinet feces. Prohibuerunt Sapientes ſuſpendere illos (*ſaccos*) in Sabbatho, ut (*quis*) non faciat eo modo, quo facit in profeſto. Cæterum qui colat feces in Sabbatho per ſaccum colatorium, facit opus, quod eſt minus principale בורר *Purgantis*, aut מרקד *cribrantis.* Deciſio eſt juxta Sapientes.

ב נותנין מים על גבי (a) השמרים בשביל שיצלו ומסננין את היין בסודרין ובכפיפה מצרית ונותנין ביצה במסננת של חרדל ועושין (b) אנומלין בשבת רבי יהודה אומר בשבת בכוס ביום טוב בלגין ובמועד בחבית רבי צדוק אומר הכל לפי האורחין:

(a) Menaſſ. גבי שמרים (b) Venet. אנומליה

2. Fundunt aquas ſuper feces, ut clareſcant: & colant vinum ſudariis, & corbe viminoſa: & indunt ovum in cribrulum ſinapi; & faciunt οἰνόμελι in Sabbatho. R. Jehudah dicit: Sabbatho in calice, die feſto in lagena, & in feſto (ſolenni) annuo in dolio. R. Zadok inquit: omnia ſecundum viatores.

R. OB. DE BARTENORA.

נותנין מים על וכו׳ *fundunt aquas ſuper &c. Fundunt aquas:* ſc. in Sabbatho. *Super feces:* quæ conjectæ ſunt in ſaccum colatorium; quum adhuc dies eſſet. *Ut clareſcant:* ut

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נותנין מים על וכו׳ ניצלו *dant aquas ſuper &c.* idem eſt ac יסננו *colant.* Nam rem puram vocant צלול, *limpidam*; quod eſt contrarium עכור *Turbidum.* Hinc מסננין (*viciſſim*)

ut feces fiant claræ, & effluat omne vinum earum. Alia Expoſitio: Super feces, quæ relictæ ſunt in dolio, & colligunt aquas h. e. vinum, & educunt ilud in Sabbatho & bibunt illud. Nec eſt in hoc quicquam de purgante vinum, propter flores albos, qui in illo naſcuntur. *Sudariis:* ad id deſtinatis. Nec timendum eſt, ne forte exprimat illa, quoniam facta ſunt ad opus (iſtud) ſuum: modo non faciat manu ſua per ſudarium quandam quaſi foveam in ore vaſis, ut deſcendat vinum per declivitatem; ne faciat eo modo, quo facere ſolet in profeſto.

ובכפיפה מצרית, *& Corbe viminoſa:* Eſt corbis facta ex viminibus palmæ. Idque propterea, ut corbis non ſit altior fundo vaſis intimo palmum: ne faciat tentorium accidentarium. *Et indunt ovum in cribrulum:* in quod indiderunt ſinapi, ad colandum. Solent namque immittere ovum percuſſum in res turbidas, ut albeſcant, & purificentur per illud. יינומלין *οἰνόμελι*, eſt vinum & mel & piper. לגין *lagena*, major eſt, quam כוס *poculum*; minor autem, quam חבית *dolium. Omnia ſecundum viatores:* ſi ſc. ipſi fuerint plures viatores, facit multum, tam in Sabbatho, quam in die feſto, nec non in profeſto feſti. Deciſio eſt juxta Doctorem primum Miſchnicum; quod faciant *οἰνόμελι* in Sabbatho, quantum volunt.

ciſſim) idem eſt ac צוללין *colant vinum per ſudarium:* cum hâc modo conditione, ut non deprimat pannum in os vaſis, ut effundat in locum depreſſum; (*idque*) ne faciat eo modo, quo facit in profeſto. Porro de caniſtro viminoſo conditio hæc obſervetur, ut non ſit altius inferiori (*parte ſeu fundo*) vaſis palmo, ſed minus hoc: ut non faciat tentorium accidentale in Sabbatho: quandoquidem hoc prohibitum eſt, ſicut (*ſuo loco*) expoſuimus. Porro natura ovorum hæc eſt, ut quando percutiunt, & injiciunt ea in res turbidas, purificent eas, & diſtinguant craſſum à tenui. אנומלין *οἰνόμελι*, eſt vinum, & mel, & piper. לגין autem eſt *cadus*. Quod R. Zadok dicit: *omnia juxta viatores*, poſſumus interpretari duobus interpretandi modis. Prior illorum eſt, quod diſſenſerit à R. Jehudah in eo, quod dixit: *Et in feſto ſtato (ſ. annuo) in dolio.* Quomodo dicere vult: in feſto ſtato omnia (*fieri debent*) juxta viatores. Deinde poteſt dictum ejus: *omnia juxta viatores*, accipi tum de Sabbatho, tum de die feſto, tum de feſto ſtato. Sed tamen deciſio eſt juxta Doctorem primum, quod (*ſc.*) faciat (*quisque*) *οἰνόμελι*, quantum voluerit.

ג אין שורין את (a) החילתית בפושרין אבל נותן לתוך החומץ ואין (b) שולין את הכרשינין ולא שפין אותן אבל נותן לתוך הכברה או לתוך הכלכלה אין כוברין את התבן בכברה ולא יתננו על גבי מקום גבוה בשביל שירד המוץ אבל נוטל הוא בכברה ונותן לתוך האבוס:

3. Non macerant laſerpitium (in Sabbatho) in calidis; ponit (quis tamen) in acetum. Neque injiciunt in aquas viciam, (ut purgent à rejectamentis: Raſch.) neque terunt eam (manu:) ſed dare (quis) poteſt in cribrum, aut in menſuram. Non cribrant paleam cribro, neque ſuper locum altiorem jaciunt, ut gluma deſcendat: accipit tamen cribro, & præſepi immittit.

(a) Prag. החלתין Venet. vero החילתי abbreviatè, ut poſſis utrumque legere. Melior tamen omnino ea eſt lectio, quæ in Textu expreſſa. Conf. Cl. Buxtorf. Lex. Talm. fol. 779. (b) Prag. & Menaſſ. שורין.

R. OB. DE BARTENORA.

אין שורין את החלתית וכו׳ *non macerant laſerpitium &c.* חלתית (*Laſerpitium:*) hoc ipſi nomen eſt in (lingua) Arabica: Eſt autem calidum, proponuntque in cibum in locis frigidis. Cæterum non macerant illud in Sabbatho: quia apparet quaſi opus diei profeſti. *Viciam:* fundere ſolent ſuper eam aquas in vaſe, ad expurgandum rejectamentum ejus: nam rejectamentum ejus natat ſuperius. *Neque terunt eam:* ſc. manu, ad removendum rejectamentum ejus. Nam fit purgans. *Sed dare quis poteſt in cribrum:* licet etiam nonnunquam decidat per foramina cribri rejectamentum ejus. Nam deprehenditur, quod ſponte ſua ſe purget.

התבן *paleam:* quam fecerunt ex ſtraminibus, quæ conciderunt per tribulas, ut omnis extremitas ſpicarum fieret palea. מוץ *Gluma*; eſt barba ſpicæ ſuperior, nec apta eſt in cibum beſtiæ. Ideo cribrant illam cribro, ut decidat gluma. *Accipit tamen cribro, & præſepi immittit:* licet gluma deciderit ſponte ſua. Nam res, quæ non intenditur, licita eſt, juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין שורין את החלתית וכו׳ *non macerant Laſerpitium &c.* שורין *macerant*, eſt vox nota. חלתית *Laſerpitio* uſi propterea ſunt, quod terra illorum eſſet frigida. כרשינין eſt *leguminis genus*, quod vocatur in Arabica (*lingua*) כרסנה; at in lingua ſancta כוסמת *ſpelta*. Cibant verò illo boves. שפין idem notat, ac מקנחין *abſtergentes*, aut conterentes manu. Potius itaque injiciunt in cribrum, ut abſtergatur ibi per ſe. כלכלה eſt *corbis*. כוברין *cribrantes* eſt verbum factum eſt כברה *Cribrum*. מוץ eſt palea exigua. אבוס *præſepe* eſt locus, ubi cibant (*ſaginant*) beſtias: (*juxta illud Eſa. 1:3.*) אבוס *præſepe domini ſui.*

ד גורפין מלפני הפטם (a) ומסלקין לצדדין מפני הרעי דברי רבי דוסא וחכמים אוסרים נוטלין מלפני בהמה זו ונותנין לפני בהמה זו בשבת:

(a) Amſtelod. ומסלקן.

4. Verrunt (præſepe, Raſch.) ante altilem bovem: & removent (pabulum) ad latera, propter fimum (ne polluatur eo. Raſch.) Verba ſunt R. Duſæ. At Sapientes vetant. Auferunt ante beſtiam hanc (Aſinum) & dant ante beſtiam aliam (bovem) in Sabbatho.

R. OB. DE BARTENORA.

גורפין מלפני הפטם וכו׳ *verrunt ante altilem bovem &c. Verrunt:* ſc. in Sabbatho, præſepe, quod eſt coram bove, quem ſaginant: commiſceatur pulviſculus, qui in præſepi eſt, cum palea & hordeis, quæ ponunt ante ipſum, ut averſetur cibum ſuum. *Et removent:* ſc. paleam, quæ ante ipſum eſt, in latera, quum multa nimis fuerit; ne conculcet eam pedibus, aut polluat ſtercore. *At Sapientes vetant:* Ad utrumque refertur; tum ad everſionem præſepis, tum ad paleam, quæ coram illo, ut hanc non removeat in latera. Cæte-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גורפין מלפני הפטם וכו׳ *verrunt coram bove altili &c.* פטם eſt *bos, quem ſaginant.* (*Nam*) בריאות *pingues* (*Gen. 41:2.*) Chaldaicè verſum eſt פטימתא: רעי eſt *fimus:* & in Hebræa (*Biblica*) lingua dicitur צפיעי בקר *excrementa boum* (*Ezech. 4:15.*) Jam Sapientes prohibent verrere coram bove altili, etiamſi fuerit pabulum in arca aut ſimili re. Sed ſi præſepe ſit in ſolo, & pabulum ibi, prohibitum eſt, ex ſententia omnium: ne forte incipiat adæquare foveas. Eodem modo prohibent remotionem ad latera; interim removere à beſtia,

Cæterum non diſſenſerunt Rabbi Duſa & Sapientes, niſi circa præſepe, quod eſt vas; ſed quod ad præſepe in ſolo, de eo omnes fatentur, quod non everrant (illud:) ne fortè eo quis progrediatur, ut exæquet foveas. Cæterum Doctores noſtri (iſti Sapientes) ſtatuerunt, quod præſepe vaſis ſit idem cum præſepi ſoli. Et deciſio eſt juxta Sapientes. *Auferunt ante beſtiam hanc, & dant ante beſtiam aliam:* nec vocamus iſtud translationem, quæ conveniens non ſit: ſed manifeſte eſt conveniens. Siquidem nulla beſtia abhorret à cibo ablato coram alia. Attamen duntaxat (auferunt) coram aſino, ut dent ante bovem, aut ſimilem (beſtiam:) non autem coram bove, ut dent coram aſino. Nam cibus bovis polluitur ſaliva exeunte ex ore ejus, nec aſinus comedit de illo.

à beſtia, licitum eſt apud ipſos: cum hac tamen conditione, ut removeat (*quis*) ab aſino, & det bovi; non, ut removeat à bove, & det aſino. Nam quod reliquit aſinus, id idoneum eſt in cibum bovis; ſed quod reliquit bos, non idoneum eſt in cibum aſini, quia commaculare ſolet illud ſaliva ſua. Deciſio tandem eſt juxta Sapientes.

ה הקש שעל גבי המטה לא (a) ינענעני בידו אלא מנענעו בגופו ואם היה מאכל בהמה או (b) שהיו עליו כר או סדין מנענעו בידו ככבש של בעלי בתים מתירין אבל לא כובשין ושל (c) כובשין לא יגע בו רבי יהודה אומר אם היה מותר מערב שבת מתיר את כולו (d) ושומטו:

5. Stramen, quod eſt ſuper lecto, non commovebit (quiſquam) manu ſua: Corpore tamen ſuo movere poteſt. Quod ſi fuerit cibus beſtiæ; aut pulvinar vel ſindon ſuper eo fuerint, movet id manu ſua. Prælum Patrumfamilias ſolvunt: Sed non ſubigunt: fullonum autem non tangat (quiſquam.) R. Jehudah dicit: Si fuerit ſolutum (ex parte) pridie Sabbathi, ſolvit totum, & evacuat illud (ſeu inclinat, ut exeat, quod ſub eo eſt.)

(a) Prag. ינענעו (b) Prag. Menaſſ. & Amſtelod. שהיה (c) Sic in Veneto. Sed Prag. Amſtelod. & Menaſſ. כובסין (d) Menaſſ. מתיר את כליו ושומטן in Parentheſi tamen noſtram quoque lectionem adducit, quam & Amſtelod. retinet, ſaltem pro ושומטו ſubſtituit ושמטה.

R. OB. DE BARTENORA.

הקש שעל גבי וכו׳ *ſtramen, quod eſt ſuper &c. Stramen, quod eſt ſuper lecto:* hoc ſimpliciter (vel vulgo) comburitur, & eſt deſtinatum quid. Poteſt autem cubare ſuper illo, illudque movere; ut reddatur molle & compreſſum, ad cubandum ſuper illo. Cæterum ideò non movet illud manibus ſuis, quia deſtinatum quid eſt. Interim movet illud corpore ſuo per humeros ſuos; quia tantùm eſt tranſlatio ad latus, quæ nomen tranſlationis non meretur. *Aut pulvinar vel ſindon ſuper eo fuerint:* Quandoquidem enim manifeſta eſt mens ejus, quod deſtinaverit illa cubationi, jam lex vaſis incumbit illis.

מכבש *Prælum*: ſunt duæ tabulæ, inter quas ponunt veſtes poſt lotionem earum: comprimuntque tabulam ſuperiorem ſuper veſtibus tabulæ inferiori impoſitis, ut complicatio earum ſit elegans. *Solvunt:* quia fit in uſum Sabbathi, ad auferendum veſtes. *Sed non ſubigunt:* quia hoc pertineret ad profeſtum. *Fullonum autem non tangat:* propterea quod factum eſt ad corrigendum veſtes, & comprimunt vehementer: ut adeò ſolutio ejus ſimilis ſit deſtructioni (סתירה dictæ.) Cæterum non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הקש שעל המטה וכו׳ *ſtramen, quod eſt ſuper lecto &c.* נענוע eſt *translatio* (*ſ. commotio.*) כר *Pulvinar* eſt, quod ponunt ſub tempus & aurem. סדין eſt *velum exiguum*, notum apud nos: in Arabica verò (*lingua*) vocatur אלחרם. מכבש *Prælum*, vocatur in Arabica (*lingua*) חכרה: ſuntque duæ tabulæ inter quas ponunt veſtes lotas conduplicatas; poſtea colligant tabulas, & comprimunt eas, ut rectificentur veſtes, & conduplicatio elegans reddatur. Cæterum non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

פרק כא׳ נוטל אדם את בנו והאבן בידו וכלכלה והאבן בתוכה ומטלטלין תרומה טמאה עם הטהורה ועם החולין רבי יהודה אומר אף מעלין את המדומע באחד ומאה:

Caput 21. Tollit homo Filium ſuum, etiamſi lapis in manu ejus fuerit; item corbem, & lapidem in ea. Et transferunt Thrumam immundam cum munda, & cum profanis (juxta exiſtentem.) R. Jehudah inquit: etiam æſtimant mixtum cum Thruma in unam & centum (ſeas aut partes: ut inde ſeparent Thrumam.)

R. OB. DE BARTENORA.

נוטל אדם את בנו וכו׳ *tollit homo filium ſuum &c. Tollit homo filium ſuum:* ſc. in ſinum. *Etiamſi lapis in manu ejus fuerit:* nec dicimus, quod lapidem transferat. כלכלה eſt *corbis. Et lapidem in eâ:* Id verò (hac cum conditione,) ut fructus ſint in corbe. Nam ſi non fuerint in illa fructus, baſis facta eſt rei prohibitæ, prohibitumque eſt illam transferre. Oportet porrò ejuſmodi in eâ eſſe fructus, quos ſi in terram projiceret, polluerentur, e. g. mora, aut uvas, & his ſimilia. Sed ſi fuerint in illa fructus ejuſmodi, cujuſmodi nuces ſunt, aut amygdala, excutit fructus, ut excidant (ſponte ſua.) Quin imò ipſi fructus, qui polluuntur, e.g. mora, & uvæ, ſi fieri poteſt, ut removeantur in latera corbis ita, ut ſolus lapis excutiatur, & projiciatur, prohibitum eſt transferre illos cum lapide. Miſchna itaque loquitur de eo, quando aliquid de lateribus corbis diminutum eſt, aut de fimbriis ejus, & lapis ipſi pro latere eſt, ita ut non poſſit uſurpari corbis ſine lapide.

Thrumam immundam cum munda & cum profanis. h. e. ſuper munda, & ſuper profanis: Verum immunda per ſe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נוטל אדם את בנו וכו׳ *accipit homo filium ſuum &c.* Permiſerunt transferre vas, & lapidem in medio ejus, ſub tribus conditionibus. I. eſt, ut in vaſe ſint fructus. Quod ſi non fuerint in eo fructus, factum eſt baſis rei illicitæ. Conditio II. eſt, ut ſint ejuſmodi fructus, qui ſoleant pollui, e.g. uvæ & mora, & mala Cotonea; non autem ſi ſint nuces aut amygdala: idque propterea, quia excuti poſſunt è corbe in terram. Conditio III. eſt, ut ſit lapis in foramine corbis, ad obturandum foramen (*illud:*) quandoquidem (*tum*) erit pars totius. המדומע eſt *res mixta ex profanis & Thruma.* Nam דמע eſt appellatio Thrumæ. Equidem pridem præmiſſa ſunt jura rei Thruma commixtæ omnia in tractatu Thrumoth: de iſto tamen quod præmiſſum repetierunt (*hic*,) quod, ſi ceciderit particula una de Thruma in centum partes profanæ rei, oporteat ſeparare de univerſo quantitatem Thrumæ, ut reliquum fiat licitum. Nam Thruma de centeſima & una parte debetur. Equidem dixit Rabbi Jehudah, quod licitum ſit eximere illam partem in Sabbatho, ut illa pars, quæ eximatur, ſit ipſa illa Thruma, quæ ceci-

dit; & extra hunc caſum non fore reliquum licitum. Sed non eſt deciſio juxta Rabbi Jehudam.

ipſam eſt tranſportabilis. *Etiam æſtimant mixtum cum Thruma ad unam & centum:* Sed Thrumæ ſi cecidit inter centum ſeas profanorum, licitum eſt auferre iſtam ſeam Thrumæ ab illis in Sabbatho, ut omnia ſint profana, & licita alienis (qui Sacerdotes non ſunt.). Nec dicimus, quod corrigens ſit. Nam Thrumam, quæ inter profana cecidit, reputamus, quaſi ſeorſim poſita foret, nec mixta eſſet (cum profanis;) ut adeò, quando æſtimatur ad centum & unam (ſeas) Thruma, quæ cecidit, per ſe æſtimetur. Hinc ille non eſt corrigens. Sed deciſio non eſt juxta Rabbi Jehudam.

ב האבן שעל פי החבית כטה על צדה והיא נופלת היתה בין (a) החביות (b) כגביה ומטה על צידה והיא נופלת מעות שעל הכר (c) נוער את הכר והן נופלות היתה עליו לשלשת (d) מקנחה בסמרטוט היתה של עור נותנין עליה מים עד שתכלה :

2. Si lapis fuerit ſuper ore dolii, inclinat hoc (dolium) in latus ejus, ut decidat (lapis.) Si verò fuerit (dolium) inter duo dolia (alia:) tollit (id ipſum dolium,) & (poſtea) in latus ejus inclinat, ut decidat (lapis.) Si fuerint nummi ſuper pulvinari; excutit pulvinar, ut decidant. Si fuerit ſuper eo ſtercus: abſtergit id linteo (vetuſto.). Si pelliceum fuerit: affundunt ſuper id aquas, donec conſumatur (abluatur.)

(a) Amſtelod. החבירת (b) Menaſſ. מגביהה (c) Amſtelod. מנער (d) Prag. מקנחה Menaſſ. מקנחו.

R. OB. DE BARTENORA.

האבן שעל פי החבית וכו׳ *ſi lapis fuerit ſuper ore dolii &c. Inclinat hoc in latus ejus:* inclinat dolium in latus ejus, ſi oportebit aliquid de vino ſumere; ut lapis decidat, nec manibus eum auferat. *Si fuerit (dolium) inter dolia:* timetque, ne lapis cadat ſuper dolia (iſta,) eaque confringat, attollit dolium totum, & removet à doliis, & tum inclinat illud in latus ejus. *Excutit pulvinar*; ut decidant (nummi,) quandoquidem pulvinari opus habebit; & non (tantum) loco pulvinaris opus erit. Sed ſi loco ejus opus habuerit, attollit pulvinar cum nummis, qui ſuper illo ſunt. Hoc verò non dictum volumus, niſi quando quis oblitus eſt nummos ſuper pulvinari in veſpera Sabbathi.

לשלשת, eſt *res fœtida*, e.g. ſputum, aut fimus, aut ſtercus. *Abſtergit id linteo (vetuſto:)* nec fundit ſuper illud aquas: quia ſimplex veſtis eſt. Jam verò maceratio (vel humectatio) veſtis per aquas nihil aliud eſt, quam aliqua ejus lotio. Sin fuerit ſuper pulvinari pelliceo, quod non eſt pulvinar ejuſmodi, ut lavari ſoleat, fundit ſuper illud aquas, donec conſumtum fuerit & abiverit ſtercus. Non tamen ipſa lotio fieri debet. Nam quia communiter pulvinaria & pulvilli mollia ſunt, cadit etiam in pelles molles lotio. Attamen humectatio earum non habetur pro lotione earum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האבן שעל פי החבית וכו׳ *Lapis, qui eſt ſuper ore dolii &c.* Excutit pulvinar, ut illi decidant: (*in[illegible]it Miſchna.*) Nimirum, quando opus habuerit loco pulvinaris (*ſ. in quo pulvinar jacet,*) tollit pulvinar cum nummis ſuper ipſo; ſi modò oblitus fuerit (*ibi nummos.*) Sed ſi nummos depoſuit (*ſtudio*) in veſpera Sabbathi ſuper pulvinar, tunc erit fundamentum (*ſeu ſedes*) rei illicitæ, & prohibitum erit excutere quicquam. לשלשת eſt *excrementum & ſtercus.* מקנח *abſtergens*, notum eſt, quaſi dicat, abſtergit iſtud ſtercus. סמרטוט ſunt *veteramenta veſtium*.

ג בית שמאי (a) אומר מגביהין מן השלחן עצמות וקליפין וב״ה (b) אומר (c) נוטל את הטבלה כולה ומנערה מעבירין מלפני השלחן (d) פירורין פחות מכזית ושער של אפונין ושער עדשים מפני שהוא מאכל בהמה ספוג אם יש לו עור בית אחיזה מקנחין בו ואם לאו אין מקנחין (e) בו וחכמים אומרים בין כך ובין כך נוטל בשבת ואינו מקבל טומאה :

3. Schola Schammai dicit: tollunt (manu, Raſch.) è menſa oſſa & folliculos, (leguminum.) At Schola Hillelis dicit: tollit (quis) tabulam totam, & excutit eam, removent ante menſam micas oliva minores, & ſiliquam cicerum, & ſiliquam lentium; propterea, quod beſtiarum cibus ſint. Spongiæ ſi fuerit (anſula) manubrium ex corio, abſtergunt ea; ſi non; non abſtergunt ea. Sapientes autem dicunt: ſive talis ſive talis fuerit, ſumit (quis) eam in Sabbatho, neque (ea) accipit impuritatem.

(a) Prag. Amſtelod. & Menaſſ. אומרים (b) Iidem ſic & h. l. (c) Amſtelod. pro נוטל ſubſtituit מסלק (d) Menaſſ. מעל השלחן (e) בו deeſt in Venet.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שמאי אומרים וכו׳ *Schola Schammai dicit &c. Schola Schammai dicit: tollunt è menſa oſſa & folliculos:* In Gemara dicitur: Nos non curamus Miſchnam noſtram, prout hic tradita eſt: nam inverſus eſt ejus ordo (ſeu ordo verborum ejus.) Siquidem domus Hillelis (non autem domus Schammai) eſt, quæ dicit: Tollunt è menſa oſſa & folliculos (leguminum;) At Schola Schammai eſt, quæ dicit: tollit tabulam ſuper qua eſt lex vaſis; ſed non transferet oſſa aut folliculos manibus. Nam domus Hillelis ſecuta eſt R. Schimeonem; at Domus Schammai R. Jehudam. Nihilominus domus Hillelis non permiſit, niſi oſſa & folliculos, quæ poſſunt eſſe cibus beſtiæ (alicujus,) licet non conveniant in cibum hominis. Sed ſi ne quidem beſtiæ cibus eſſe poſſint, confitetur domus Hillelis, quod prohibitum ſit, transferre (ea.) Nam in fine Gemaræ etiam R. Schimeon conſentit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בית הלל אומרים וכו׳ *Scholaſtici Hillelis dicunt &c.* Quod permiſerunt Scholaſtici Hillelis tranſlationem corticum & oſſium, (*factum eſt*) propterea, quia apta ſunt in cibum beſtiarum. טבלא eſt *tabula magna*, ſuper quam ponunt menſam, eum in finem, ut cadant ſuper illam micæ. שער של אפונים ſunt *cortices piſorum.* ספוג *ſpongia*, nota eſt: eſt ſc. quaſi lana creſcens ad littus maris, imbibitque aquam, & abſtergunt illâ. Porrò, *manubrium ejus*, eſt manubrium ſpongiæ prius dictæ, quando (*ſc.*) illi eſt manubrium, ut apprehendant per illud; tum non premitur, nec exprimitur, quando abſtergunt illa. Quin ipſe R. Schimeon prohibet abſtergere illa, ſi non ſit illi manubrium, propterea quod prematur & exprimatur neceſſario. Nam de omni re neceſſario conſequente conſentit R. Schimeon, etiamſi non intenderit (*quis.*). Nam R. Schimeon non dicit, quod res, quam (*quis*) non intenderit, ſit licita; ſed quando effectus actio-

Removent ante menſam micas olivâ minores : h. e. etiam oliva minores. Ratio, ſicut paulo ante expoſitum, eſt, quia poſſunt eſſe cibus beſtiæ. Cæterum שער *ſiliquæ fabarum*, ſunt virgæ, in quibus legumen creſcit. עור בית אחיזה *corium anſulæ* : h. e. anſula ex corio, quâ illam (ſpongiam) tenent. *Non aſpergunt ea* ; Nam ſi (quis) apprehendit illam, exprimitur inter digitos ejus. Quomodo erit ſicut is, cui caput amputatum eſt, nec ille tamen moritur. Quo de confitetur R. Schimeon. *Sive talis, ſive talis fuerit* : h. e. ſive habeat manubrium, ſive non habeat manubrium, ſumitur in Sabbatho; modò ſicca ſit. *Neque recipit impuritatem*. Nam neque eſt vas ligneum, neque veſtis, neque ſaccus, neque metallum.

actionis poteſt fieri, & poteſt non fieri. Quemadmodum (*Doctores*) dicunt : Trahere poteſt homo lectum & ſellam, & ſedile ; ſi modo non intenderit facere foſſam. Fieri namque poteſt, ut trahat illa, & non faciat foſſam. At res neceſſaria (*ſeu neceſſario conſequens*) non (*eſt licita*.) Atque hoc eſt, quod dicunt : *Conſentit R. Schimeon in decollandum, ſi non moriatur*. At Sapientum ſententia eſt : ſive ſic ſe habeat, ſive aliter, (*licitum eſſe* :) h. e. ſive (*ſpongia*) habeat manubrium, licitum eſſe abſtergere illa ; ſive non habeat, licitum eſſe transferre illam in Sabbatho. Et deciſio eſt juxta Sapientes.

פרק כב חבית שנשברה מצילין (a) הימנה מזון שלש סעודות (b) ואומר לאחרים באו והצילו לכם ובלבד שלא יספוג אין כוחטין את הפירות להוציא מהן משקין ואם יצאו מעצמן אסורין רבי יהודה אומר אם לאוכלין היוצא מהן מותר ואם למשקין היוצא מהן אסור חלורת דבש שריסקן מערב שבת ויצאו מעצמן אסורים ורבי אליעזר מתיר :

(a) Prag. הימנו Venet. המיני (b) Manaſſ. אומר ſine ו.

Caput 22. Dolium ſi confractum fuerit in Sabbatho : eripiunt ex eo alimentum trium menſarum : & poteſt dicere aliis : intrate & eripite vobis : dummodo non extergat (quis.) Non exprimunt fructus ad educendum ex iis potum. Imò ſi exierunt (potus) à ſeipſis, prohibiti ſunt. R. Jehudah dicit : Si ſunt (repoſiti) in cibum : tum quod exit ex iis, licitum eſt. Si autem in potus : tum quod ex iis exit, prohibitum eſt. Placentulas mellis ſi quis à veſpera diſcidit (vel confringit) Sabbathi, exieruntque à ſeipſis (liquores earum,) prohibiti ſunt. R. Elieſer conceſſit.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית שנשברה וכו׳ *Dolium ſi confractum fuerit &c. Eripiunt cibum trium menſarum* : in multis ſc. vaſis : ſi namque in uno vaſe fuerit, jam diximus (ſupra) cap. omnes ſcripturas ; quod quantum opus fuerit, eripiat. *Vobis* : quilibet cibum trium menſarum. *Dummodo non extergat* : ut non immittat ſpongiam ad hauriendum Vinum, iterumque deſtillandum (ſive faciendum, ut ſtillet ;) etiamſi ſpongiæ fuerit manubrium, ut timenda non ſit expreſſio. Nam non debet facere eo modo, quo facere ſolet in profeſto. Etiam accipere manu ſua oleum aut mel, quæ craſſiora ſunt, & (manibus) adhærent ; & extergere manum ſuam in extremitate vaſis, prohibitum eſt : ideò, quod non faciendum eſt, quod fieri ſolet in profeſto. *Non exprimunt fructus* : ſepararent namque ; quæ eſt proles triturantis. *Prohibiti ſunt* : ob caſum, ne quis fortè ſimpliciter exprimat.

Rabbi Jehudah dicit : *ſi ſunt in cibum* : iſti fructus repoſiti. *Tum quod ex iis exit, licitum eſt* : Quia non libenter videt, quod effluunt : nec eſt, ut timeamus, ne forte exprimat. *Si autem in potus* : ſc. fuerunt repoſiti ; ubi videt libenter id, quod exit ex iis. *Tum quod ex iis exit, prohibitum eſt* : ob caſum, ne forte exprimat. Cæterum quoad olivas & uvas conſenſit R. Jehudah Sapientibus, quod etiamſi repoſita fuerint in cibos, nihilominus, quod ex iis exit, prohibitum ſit : poſteaquam exprimi ſolent. Certi enim ſumus, quod, quando abeunt in potus, animum ſuum ad hoc convertat. Quod ad reliquas autem fructuum ſpecies, conſentiunt Sapientes Rabbi Jehudæ : quandoquidem non ſolent exprimi. Non itaque diſſentiunt, niſi circa mora & malogranata, quæ R. Jehuda æquiparat reliquis fructibus : Sapientes verò eadem æquiparant olivis & uvis. Sed eſt deciſio juxta R. Jehudam. *Placentulas mellis* : quum hæ fractæ fuerint, effluit mel ſponte ſua ex cera, nec ſolent exprimi. Ideò R. Elieſer permittit. At Sapientes prohibent, ex ratione, quod ſint etiam, ſicut non factæ. Sed deciſio eſt juxta R. Elieſerem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חבית שנשברה וכו׳ *Dolium, quod fractum eſt &c.* Ratio, propter quam non debet extergere, eſt, ut non faciat eo modo, quo facit in profeſto. Dictio ſuo : *ſi in cibum* : R. Jehudah hoc vult, ſi repoſuit illos fructus in cibum, tunc, quod exit ex illis, licitum eſt : quia in cibum parata fuit iſta res, quæ inde exit ; ſed ſi repoſuit in potus, iſti potus non ſunt liciti ; ideò, quod non liceat ipſi (*homini*) bibere iſtos (*ipſos*) in Sabbatho. Cæterum præcipuus diſſenſus in hac Miſchna eſt circa mora & malogranata tantum. Sed de uvis & olivis omnes conſentiunt, (*confitentur*,) quod quicquid exit ex illis, prohibitum ſit. De reliquis verò fructibus præter uvas & olivas & malogranata, omnes confitentur, quod quicquid ex illis exit, licitum ſit, ſi maximè etiam repoſuit illos in potus. Porrò diſſenſus eorum circa mora & malogranata hinc eſt, quod Sapientes exæquarunt ea uvis & olivis, quod ſoleant homines exprimere illa, ſicut uvas & olivas. At R. Jehudah judicavit unamquamque ſpeciem juxta ſeipſam, quemadmodum videbis (*ipſe*.) Deciſio eſt juxta R. Jehudam. Et eſt deciſio juxta R. Elieſerem.

ב כל שבא בחמין מערב שבת שורין אותו בחמין בשבת וכל שלא בא בחמין מערב שבת מדיחים אותו בחמים בשבת חוץ מן המליח הישן (a) ודגים מלוחים קטנים וקוליים האיספנים שהדחתן זו היא גמר מלאכתן :

(a) Deſunt in nonnullis Godd. hæc verba ודגים מלוחים קטנים.

2. Quicquid coctum fuerit in veſpera Sabbathi in aquis calidis, id licitum eſt iterum macerare in aquis calidis in ipſo Sabbatho : quod verò non fuit coctum in aqua calida ante Sabbathum ; id lavant in aquis in Sabbatho, excepto ſalſamento vetuſto, & piſciculis ſalitis parvis, etiam culia Hiſpano : quia lotio eſt perfecta ipſorum præparatio.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שבא בחמין וכו׳ *quicquid coctum fuerit &c. Quicquid venerit in aquas calidas* : ſc. ut coquatur. *Lavant* : nam lotio ejus non habetur pro coctione ; ſed non macerant. *Excepto*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל שבא בחמין וכו׳ *Quicquid coctum fuerit in calidis &c.* Vult dicere, quod, quicquid coctum fuerit ante Sabbathum, & poſtea extraxerit (*quis*) è juſculo, atque repoſuerit, licitum

cepto ſalſamento vetuſto : h. e. piſce ſalito, ſuper quem tranſiit annus, ex quo ſalitus eſt. *Culias Hiſpanus* eſt piſcis, cujus cutis eſt tenuiſſima, adeò, ut ablutio ejus per aquas calidas ſit perfecta ejus coctio.

tum ſit macerare in aquis calidis in Sabbatho: Quicquid verò non coctum fuerit ante Sabbathum, prohibitum ſit macerare illud; niſi quod abluant tantum; excepto piſce ſalito, & piſce, cui tenuis cutis eſt, qui vocatur קוליס האספנין *Culias Hiſpanicus*. Idque propterea, quia ablutio eorundem (*planè*) parat eos in cibum, ut idem ſit, ac ſi coxiſſet illos in Sabbatho.

ג שובר אדם את החבית לאכול (a) הימנה גרוגרות ובלבד שלא יתכוין לעשות כלי ואין נוקבין מגופה של חבית דברי רבי יהודה (b) וחכמים מתירין ולא יקבנה מצדה ואם היתה נקובה לא יתן עליה שעוה מפני שהוא ממרח אמר רבי יהודה מעשה בא לפני רבן יוחנן בן זכאי בערב ואמר חוששני לו מחטאת :

(a) Amſtelod. הימנו (b) In quibuſdam eſt; ורבי יוסי מתיר teſte Menaſſ.

3. Poteſt homo frangere dolium, ut comedat ex eo caricas: *dummodo non cogitet ex eo vaſculum facere. Non autem perforant operculum dolii: Verba ſunt R. Jehudæ. Sapientes tamen permittunt. Neque perforabit id à latere ejus. Neque ſi perforatum fuerit, imponet ſuper id ceram: Sic enim eſt oblinens. Dixit R. Jehudah: Factum venit ante Rabban Juchanan fil. Saccai in Arab (nomen loci aut urbis eſt. R.) qui dixit: Timeo ego ei à peccato.

R. OB. DE BARTENORA.

שובר אדם את החבית וכו׳ *poteſt homo frangere dolium &c.* *Poteſt homo frangere dolium*: propterea, quod ſit deſtruens. *Dummodo non cogitet ex eo vaſculum facere*: h. e. facere illi os melius. *Non perforant operculum*: cohærens cum ore dolii; ſed aufert illud totum. Nam quando perforat illud, corrigit oſtium ejus. *R. Joſe permittit*: ideò, quod non ſit hæc communis ratio oſtii. Et deciſio eſt juxta R. Joſe. *Neque perforabit id à latere ejus*; q. d. ecce quod permiſit R. Joſe, ut perforet operculum, non permiſit, niſi ſuperius in ſummitate operculi. Nam non eſt moris, ut ibi faciant oſtium; ſed tollunt totum operculum. Equidem quod latus ejus attinet; nonnunquam faciunt foramen in latere operculi, ut ſit loco oſtii. Sed nunquam volet (quiſquam) aperire illud ſuperius, ne ſcrupi aut pulvis in vinum cadant. *Oblinens*: atque ſic habet reatum nomine delentis. *In* בערב: Nomen loci eſt. *Timeo ego ei à peccato*, ſi illevit ceram, ut faceret adhærere lateribus vaſis circa foramen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שובר אדם את החבית וכו׳ *Frangit homo dolium &c.* Non perforabit illud in latere ſuo: quaſi dicat: in latere dolii. שעוה eſt *cera*. ממרח q. d. מחליק *oblinens*. Parum abfuit, quin R. Jochanan reum feciſſet peccati, qui dederit ceram ſuper os foraminis. Sed deciſio eſt juxta R. Joſe.

ד נותנין תבשיל לתוך הבור בשביל שיהא שמור ואת המים היפים ברעים בשביל (a) שיצנו (b) ואת הצונן בחמה בשביל שיחמו מי שנשרו כליו בדרך במים מהלך בהן ואינו חושש הגיע לחצר החיצונה שוטחן בחמה אבל לא כנגד העם :

(a) Amſtelod. שיצננו (b) Menaſſ. את הצונן בחמין.

4. Collocant coctile in medium foveæ, ut conſervetur: & aquas bonas in malas, ut refrigeſcant: & aquas frigidas in calidas, ut calefiant. Cui vaſa ſua (veſtes ſuæ) exciderunt in via in aquas: is pergit cum iis, & non curat quicquam. Ubi venerit in atrium exterius, (intra urbem: R.) expandit ea in Sole; ſed tamen coram populo.

R. OB. DE BARTENORA.

נותנין תבשיל וכו׳ *Collocant coctile &c. In medium foveæ*: in quo non ſunt aquæ. *Ut conſervetur*: ne putrefiat propter æſtum. Et ecce, indicat nobis, quod non timeamus, ne fortè eo deveniat, ut adæquet foveas, quæ in fundo ſunt foveæ, ut æquale ſit ad ponendum ibi ollam. *Et aquas bonas*: quæ bibitioni idoneæ ſunt. *In malas*: in receptaculum aquarum malarum, quæ non idoneæ ſunt bibitioni. Res ſatis perſpicua eſt, cujus propter finem (Miſchnæ) meminit (Doctor Miſchnicus.) Sic namque legimus traditum (mox:) *& frigidas in calidas, ut calefiant.* Quicquid namque dixeris, vult nobis dicere: timemus, ne forte veniat ad abſcondendum in cinere ignito. *Cui veſtes ſuæ madefactæ ſunt*: dum ceciderunt in aquas in Sabbatho. *Pergit cum iis*: nec timet, ne forte ſuſpicentur de ipſo, quaſi laverit eas. *Ubi venerit in atrium exterius*: ad introitum urbis, qui eſt locus cuſtodia munitus. *Expandit eas*: ad exſiccandum illas. Sed tamen non coram populo: quippe qui ſuſpicabuntur de illo, quod laverit eas. Cæterum Miſchna hæc recepta non eſt (ſed abrogata:) nam conſtitutio in manibus noſtris eſt: omnis res, quam prohibuerunt Sapientes propter aſpectum oculi, etiam in intimis conclavibus prohibita eſt. Itaque prohibitum, eas (veſtes) expandere, etiamſi non fiat coram populo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נותנין תבשיל לתוך הבור וכו׳ *Collocant coctile in medium foveæ &c.* Fortaſſis veniat in mentem, quaſi prohibitum ſit, collocare coctile in medium foveæ, propter caſum, ne deſcendat vas in fundum imum foveæ, incipiatque exæquare foveas. Similiterque (*fortaſſis*) veniat in mentem, quaſi non debeat dare (*aquam*) frigidam in medium calidarum, ob caſum, ne fortè abſcondat in cinere ignito: ideoque declaravit nobis (*Doctor Miſchnicus*) hic, quod licitum ſit facere iſta, & iſtis ſimilia; licet alias res clarat ſit. Atque hoc eſt, quod dicunt: & aquas bonas in malas. נשרו כליו *humectatæ ſunt veſtes ejus.* (*Hoc*) נשרו eſt ex ſignificatione (*vocis*) משרה *intinctum* ſeu maceratum (*Num.* 6: 3.) & שורין *macerant* (*Talmudicis uſitatæ.*) שוטחן *Extendit illas*: vult dicere, quod licitum ſit expandere veſtes ſuas humectatas in Sole. Et שוטחן eſt vox Hebræa (*Biblica*) שוטח *Expandens gentibus* (*Job* 12: 23.) משטח *Expanſio retium.* (*Ez.* 26: 5, 14.) ſed non coram populo: (*nimirum*) ne ſuſpicentur de illo, quaſi laviſſet eas in Sabbatho. Ubi verò hoc ſimpliciter viſum (*ipſis*,) quod non ſit licitum expandere eas. Nam regula eſt apud nos, *quod quocunque loco prohibuerunt Sapientes* (*aliquid*) *propter aſpectum oculi, id etiam prohibitum ſit in intimo conclavi.*

ה הרוחץ במי מערה ובמי טבריא ונסתפג אפילו בעשר

5. Qui laverit in aquis Mearæ (calidis) aut in thermis Tiberiadis, & abſtergit ſe, decem licet linteis:

בעשר אלונטיאות לא יביאם בידו אבל עשרה בני אדם מסתפגין באלונטית אחת פניהם ידיהם ורגליהם ומביאים אותן בידן :

linteis: non tamen afferet ea, in manu ſua. Verùm decem homines abſterſi linteo uno; facies, manus, pedesque: afferunt ea (id) in manu ſua.

R. OB. DE BARTENORA.

הרוחץ במי מערה וכו׳ *qui laverit in aquis Mearæ &c.* ונסתפג h. e. *Et abſtergit ſe. Decem licet* אלונתיאות: h. e. linteis, quibus ſe abſtergere ſolent: ita nimirum, ut ſe abſtergat illis, uno poſt alterum. Quamvis non multæ aquæ (tum) eſſe poſſint in ſingulis, nihilominus tamen, vel ſic non reportabit illa in ſua manu intra domum ſuam; ne quidem mixturæ Sabbathicæ beneficio. Quia hic non eſt prohibitio eductionis; ſed ſollicitudo, ne forte obliviſcatur, & dum redit (domum,) exprimat illa. *Verum decem homines*: Quum plures ſint, colloquentur invicem. Et licet, ubi unum linteum (uſurpatur) decem hominibus, plurimum aquæ in illo futurum ſit; licet (inquam) ſic (ſe res habeat,) nihilominus reportant illud in manu ſua; nec timemus, ne fortè illud exprimant, quum plures ſint. *Facies ſuas, manus ſuas, & pedes ſuos*: conſuetudinem rei amplexus eſt: interim idem juris eſt toti corpori. Cæterum non eſt (ulla) conſtitutio in hac Miſchna: ſed etiam unus reportat in manu ſua linteum, quo abſterſus eſt; nec timemus, ne fortè exprimat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרוחץ במי מערה וכו׳ *qui lavat in aquis Mearæ &c.* Hæc lotio non eſt (*intelligenda*) niſi de loco, ex quo licitum (*alicui*) eſt, transferre aliquid domum ſuam, aut domo ſua in iſtum locum, quomodo habet (*ſe res*) in atrio, aut in urbe. Sed adeſſe etiam debet mixtura Sabbathica. Cæterum non licitum reportare ſecum. Abſit! ne fortè exprimat veſtem, qua abſtergit ſe, quando humectata fuerit: ſed tunc efferet eam, quum ſicca fuerit: quum dictum tamen fuerit ipſi, quod non moris ſit efferre eam veſtem, qua abſterſus ſit, è loco lotionis ſuæ, relinquat eam ibi, nec curæ ipſi ſit, ſive fuerit ſicca, ſive humida. Porrò dicit: quod ſi maximè abſterſerit ſe decem velis, quæ vocantur אלונטית *Alontith*, (*non intereſt.*) Nam in *Alontith* poſtrema ſine dubio non erit aqua, ut indigeat expreſſione: imò ſi utique expreſſerit eam, tamen non exibit ex illa quicquam. Quamvis autem ſic ſe habeat, non referet illas (*ſecum*) in manu ſua; propter caſum; ne fortè referat primam & exprimat hanc. Quod ſi tamen, qui lavant, plures fuerint, ceſſat caſus; quandoquidem iſti monent alter alterum. Atque ideò referet velum, quo abſterguntur; ſi maximè humidum fuerit, propterea quod plures abſterſi ſunt illo. Sed hæc (*quidem*) Miſchna repudiata eſt; & deciſio eſt, quod etiam unus referat velum, quo ſe abſterſit, manu ſua.

ו סכין וממשמשין (בבני (a) מעים) אבל לא מתעמלים ולא מתגרדין אין יורדין (b) לקירדימא ואין עושין (c) אפיקטוזין ואין מעצבין את הקטן ואין מחזירין את השבר מי שנפרקה ידו (d) ורגלו לא יטרפם בצונן אבל רוחץ הוא כדרכו ואם נתרפא נתרפא :

6. Ungunt ſe; & manu hauriunt (è rivulis fontis:) dum non laſſentur aut fricentur. Non deſcendunt in Kurdemam (nomen fluvii: Raſch. Foveæ aquarum. Ramb.) neque faciunt vomitoria in Sabbatho, neque extergunt (exornant Ramb.) infantem: neque reſtituunt rupturam; Sed cui eſt manus aut pes luxatus, non indet ea aquæ frigidæ, ſed ex more lavabit: Et ſi ſanabitur, ſanetur.

(a) Parentheſi incluſa deſunt in Amſtelod. & nonnullis Codd. aliis, teſte Prag. in margine h. l. (b) Menaſſ. לקורדומה (c) Venet. & Amſtelod. אפיקטויזין (d) Menaſſ. או רגלו.

R. OB. DE BARTENORA.

סכין וממשמשין וכו׳ *ungunt ſe, & manum traducunt &c. Ungunt ſe*: ſc. in Sabbatho. וממשמשין h. e. *manum ducunt ſuper totum corpus commoditatis alicujus gratia. Dum non laſſentur*: fricando ſe validè. *Neque* מתגרדין *ſcabunt ſe*: ſc. ſtrigili (vel pectine.) Simile huic eſt, (quod Job 2: 8. habetur;) & accepit ſibi teſtam, להתגרד *ad ſcabendum ſe illa.* (Ratio iſtorum eſt;) quia erant inter opera profeſti. *Neque deſcendunt* לפילומא: fuit vallis plena aquis, & ſub iis lutum, inſtar glutinis; erantque in illa loci, ubi immergebatur, qui ſe lavabat ibi, in iſtud lutum, hærebatque in eo; adeo, ut non poſſet aſcendere, donec convenirent homines, extraherentque illum cum difficultate multa & anguſtia. Alia expoſitio: Erat vallis, cujus lutum faciebat lubricum ita, ut, qui ibi lavabat, caderet, veſteſque ejus aquis madefierent, & eo veniret, ut exprimeret.

אפיקטוזין *Vomitoria*: ad vomendum. Et Etymologica expoſitio ejus eſt, אפיק טוי זיין h. e. ad ejicendum cibum è loco concoctionis ejus, qui eſt ſtomachus. Nam אפק ſignificat, *extrahere*, ſeu ejicere; טוי eſt idem ac coctum: aſſaturam ignis enim Chaldaicè dicimus טוי נור. זיין notat cibum. Iſtud verò præciſe (accipiendum eſt de eo,) ſi quis bibat potum, ad evomendum; ejuſmodi, qui in Sabbatho prohibitus ſit. Verum immittere digitum ſuum in medium oris ſui ad evomendum, licitum eſt. Quin imò, ubi alicui fuerint dolores, ſpeſque, ut ſanetur, ſi evomat, licitum iſtud eſt etiam beneficio potus.

Neque extergunt infantem: ad rectificandum illum, & diſponendum oſſa ejus, & juncturas ſpinæ dorſi. Idque propterea, quia apparet quaſi ædificans. Hoc verò non volumus dictum, niſi poſt aliquod (à partu) tempus; ſed in die partus, licitum eſt. מעצבין eſt ejuſdem ſignificationis cum,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סכין וממשמשין וכו׳ *Ungunt ſe & manu hauriunt &c.* סכין *ungunt ſe*, q. d. ungunt ſe oleo. ממשמשין eſt à radice משה, *Extraxit* (*quæ habetur Exod. 2: 10.*) משיתיהו *Extraxi illum.* Nam ſignificatio ejus eſt, Extrahere, & educere; q. d. quando trahunt & ducunt manus ſuas ſuper carnem hominis cum vehementia. מתעמלין idem eſt ac מתיגעין *Defatigantes ſe.* Et eſt à radice עמל laboravit (*quæ habetur Eccl. 1: 3*) *Quem laboravit homo*, & (*Pſ. 127: 1.*) *laborarunt ædificatores ejus in ea.* Ubi eſt labor & defatigatio. מתגרדין eſt à radice (גרד *ſcalpſit, quæ habetur Job. 2: 8.*) להתגרד *ad ſcalpendum ſe illa.* In ſtylo Sapientum (*Talmudicorum*) ejuſdem ſignificationis eſt (התחכך e. g.) מתחככים *Fricantes ſe pluma.* קורדימא eſt *fovea aquarum*, in qua eſt calor; propterea quod aquæ (*calidæ*) congregentur in illam. Qui verò ingreſſus fuerit eo, ſudabit. Atqui ſudor in die Sabbathi eſt prohibitus. אפיקטוזין ſignificat *evomere*. Eſtque vox compoſita ex vocibus Syriacis. Notat autem (*h. l.*) אפיקטוזין *extractionem panis è concoctione*: quaſi dicat, quod evomat panem, & extrahat illum è ſtomacho, antequam coquatur: ſiquidem biberit medicamentum vomitorium, quod prohibitum eſt; Sed immittere digitum ſuum in medium os, licitum eſt. מעצבין notat *reſumtionem ornamentorum colli*, & diſpoſitionem eorum: quomodo eſt quaſi ædificans. Verum involutio infantis in veſtes (*pannos*) & infaſciatio ejus, licita eſt. Porrò, quum dicunt: *non reſtituunt rupturam*; (*os fractum*,) non eſt conſtitutio; potius deciſio eſt, quod reducunt rupturam, נפרקה *convulſa eſt manus ejus*, q. d. שנשמט luxatum eſt membrum manus aut pedis.

Manus tuæ עצבוני *plaſmaverunt me*, *& fecerunt me* (*Job* 10: 8.) *Neque reſtituunt rupturam* : os, quod fractum eſt. Cæterum non eſt in hac Miſchna conſtitutio. Sed hæc conſtitutio eſt : reſtituunt rupturam in Sabbatho. *Cui luxata eſt manus* : cui exiit os ex junctura ejus. *Non indet illa* : (יטרפם indet,) ejuſdem ſignificationis eſt cum : ova טרופות indita & percuſſa in ſcutella. (Ratio, quare non indat eſt hæc:) quia aquas calidas debet demittere ſuper locum rupturæ, ut appareat, quod medicinæ cauſa faciat.

פרק כג שואל אדם מחבירו כדי יין וכדי שמן (a) ובלבד שלא יאמר לו הלויני וכן האשה מחבירתה ככרות ואם אינו מאמינו מניח טליתו אצלו ועושה עמו חשבון לאחר שבת וכן ערב פסח בירושלם שחל להיות בשבת מניח טליתו אצלו ונוטל את פסחו ועושה עמו חשבון לאחר יום טוב :

(a) Venet. בלבד.

Caput 23. Quilibet poteſt petere à ſocio ſuo (proximo ſuo) cados vini aut cados olei: dum non dixerit : Mutua mihi. Sic mulier à proxima ſua panes. Quod ſi ei non crediderit: poteſt apud eum pallium ſuum relinquere, & à Sabbatho rationem cum eo inire. Sic in Veſpera Paſchatis, quod in Sabbathum incidit, Hieroſolymis relinquit pallium ſuum apud eum, & ſumit Peſach ſuum; rationem autem cum eo init poſt diem feſtum.

R. OB. DE BARTENORA.

שואל אדם מחבירו וכו׳ *Quilibet poteſt petere à ſocio ſuo &c.* *Petere* : modo non dicat : Mutua mihi. Nam mutuatio dicit tempus longum, & hypotheſis nobis eſt : Mutuatio ſimpliciter dicta eſt triginta dierum. Hinc qui mutuo dat, eo venit, ut pugillaribus ſuis inſcribat; Tantum vel tantum mutuo dedi τῷ N. ne obliviſcatur. *Poteſt apud eum pallium ſuum relinquere* : quod ſi non crediderit ipſi; tum ſumit illud, & ſanctificat illud in Sabbatho. Nam pro obligationibus, quibus tempus determinatum eſt, poſſunt ſanctificare (aliquid) in Sabbatho.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שואל אדם מחבירו וכו׳ *Petit homo à ſocio ſuo &c.* Ratio prohibitionis : ne dicat homo : הלויני mutua mihi, eſt caſus, ne forte ſcribat. Reliqua (*Miſchnæ*) verba ſunt intellectu facilia & perſpicua.

ב מונה אדם את אורחיו ואת פרפרותיו מפיו אבל לא מן הכתב (a) ומפיס עם בניו ועם בני ביתו על השלחן ובלבד שלא יתכוין לעשות מנה גדולה כנגד (b) קטנה (c) ומטילין חלשים על הקדשים ביום טוב אבל לא על המנות :

2. Numerat homo viatores ſuos & bellaria ſua ex ore ſuo, non autem ex ſchedula. Sortitur homo, cum filiis & cum domeſticis ſuis, ad menſam : dum non ſtuduerit facere partem parte majorem. Et jaciunt ſortes ſuper ſancta in die feſto: non autem ſuper partes (menſæ.)

(a) Venet. מפיס Amſtelod. מפיס אדם עם בניו (b) Amſtelod. כנגד מנה קטנה (c) Prag. & Menaſſ. כנגד קטנה משום קוביא ומטילין וכו׳.

R. OB. DE BARTENORA.

מונה אדם את אורחיו וכו׳ *Numerat homo viatores ſuos &c.* פרפרותיו *Bellaria ſua* : ſunt ſpecies deliciarum. *Non autem ex ſchedula*: ſi ſcripſerit in veſpera Sabbathi, tot vel tot ſunt viatores, ut non obliviſcatur eorum; non leget ex illa ſchedula in Sabbatho; ob caſum, ne forte deleat: vel etiam, ne forte legat in libellis contractuum communibus. Jam verò licitum non eſt, in Sabbatho legere, niſi in lege ſcripta, aut in lege orali, poſtquam eam (nobis) tradiderunt, aut in commentariis earundem; ſed in aliis ſcriptis, aut in libris diſciplinarum (Philoſophicarum,) quæ non ſunt de ſcriptis Propheticis, aut de Commentariis eorundem, (legere) prohibitum eſt (omnibus.) מפיס *ſortitur* : mittit ſortem, in cujus partem cedat unumquodque fruſtum.

Cum filiis ſuis, *& cum domeſticis ſuis* : qui menſæ illius accumbunt; Nihil enim hic eſt æmulationis. Verum cum aliis non (ſortietur.) Nam qui ejuſdem ſocietatis (& conditionis) ſunt, utpote qui (facile) æmulatione tanguntur, unus adverſus alterum, nec condonant, aut concedunt (quicquam) alter alteri, agere alter cum altero debent, juxta menſuram, juxta pondus, juxta numerum, juxta mutuationem, & ſolvere (debita,) ſiquidem ſolliciti fuerunt de illis Doctores noſtri, ne ſcriberent. *Modo non ſtuduerit facere &c.* Miſchna hæc defectum quendam habet, (qui ſupplendus eſt.) Nam ita vult tradere : ſortitur homo cum filiis ſuis, & cum domeſticis ſuis ad menſam, etiam ſi fuerit (poſita) pars magna contra partem parvam; id verò tantum cum filiis ſuis, & cum domeſticis ſuis; ſed non cum alio (aliquo.) Modò non ſtudio poſuerit partem magnam adverſus partem parvam. Tunc namque (ſi ſc. non ſtudio poſuerit) in die quidem feſto prohibitum eſt; ſed in die profeſto licitum eſt. Quod ſi ſtudio poſuerit partem magnam contra partem parvam; id etiam in die profeſto prohibitum eſt, nomine fraudis. Rapina namque eſt, ſiquidem præſumtio nihil

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מונה אדם אורחיו וכו׳ *Numerat homo viatores ſuos &c.* Ratio, quare prohibuerunt numerare è ſcripto, eſt caſus, ne forte legat Epiſtolam ſalutationis in Sabbatho; quod prohibitum eſt: quandoquidem vel ſolos libros prophetarum aut commentarios eorum legere in Sabbatho, prohibitum eſt, aut in die feſto; ſi maximè liber ille, (*qui legitur*,) ſit Sapientiæ (*excellentis*) inter ſapientias. מפיס ſignificat *projicientem ſortem.* Cæterum ſenſus hujus Miſchnæ hic eſt : Et ſortitur cum filiis ſuis, & cum filiis filiorum ſuorum ſuper menſa; ſed non cum alio. Verum in profeſto eſt licitum cum alio ſortiri, modò non intenderit facere partem majorem contra partem minorem, propter קוביא *Aleam.* Eſt autem קוביא *alea*, nomen, quod uſurpatur de omnibus ſpeciebus ludi, in quo convenit de hoc, ut ſumat homo pecuniam ſocii ſui per compactum iſtius ludi, e. g. latrunculi luſorii, & teſſeræ, & alia iſtis ſimilia. At חלשין *ſortes*, ſunt ſpecies ſortium : quando nimirum ſumunt res, quarum nulla alteri ſimilis ſit, juxta numerum hominum, & eligit unusquisque ex iſtis hominibus rem unam ex iſtis rebus, & iſtis ſignis, ſibi ipſi : deinde dant illa uni alicui viro alieno, qui advenit forte, qui ponat iſtas res, unamquamque ſuper ſuam partem de partibus ſanctis, ut accipiat unusquiſque portionem ſuam juxta ſortem ſuam. Permiſerunt itaque Sapientes facere hoc in die feſto, propterea quod promtitudo comedendi ſancta, & accipiendi de illis partem magnam & pulchram, præcepti eſt. Quum autem dicunt : *ſed non ſuper partes*, volunt dicere, partes menſæ; ſiquidem non faciunt ſortes ſuper illis in die feſto. Tandem vox חלשין *ſortes*, eſt vox Hebræa, (*Biblica ex Eſa.* 14: 12.) חולש *fortitur ſuper gentes.*

nihil acquirit. Præſumtio autem hæc eſt: quod præſumſit de ſorte, ſi cadat ſibi ſors ſuper partem majorem, quod libenter velit eam accipere. Et propterea ſuſpendit ſeipſum etiam quoad partem minorem à dubio. Quod ſi ab initio ſciviſſet, ita fore, (ut partem minorem auferret,) nunquam conſenſurus fuiſſet. חלשים ſunt ſortes: juxta illud: חולש *ſortem jacit ſuper gentes*, in (Eſa. cap. 14: 12.) *Super ſanctis*: quæ mactata ſunt in die feſto, ad diſtribuendum illa inter Sacerdotes. *Non autem ſuper partes*: ſanctorum diei pridiani.

ג לא ישכור (a) פועלים בשבת (b) ולא יאמר אדם לחבירו לשכור לו פועלים אין מחשיכין על התחום לשכור (c) פועלים ולהביא פירות אבל מחשיך הוא לשמור ומביא פירות בידו כלל אמר אבא שאול כל שאני זכאי באמירתו רשאי אני להחשיך עליו:

3. Quiſquam operarios ne conduxerit in Sabbatho; neque dixerit quiſquam proximo ſuo, ut conducat ſibi operarios in Sabbatho. Non expectant tenebras prope terminos (Sabbathi) ad conducendum operarios, aut ad adducendum fructus: ſed expectare tamen poterit tenebras (quis) ad cuſtodiendum; & adducere fructus manu ſua. Regulam dixit Abba Schaul: Quodcunque præcipere mihi licet; propter id ego poſſum expectare tenebras.

(a) Amſtelod. ישכר אדם פועלים (b) Prag. ſine ו præfix. לא (c) Amſtelod. לשכר לו פועלי׳.

R. OB. DE BARTENORA.

לא ישכור פועלים וכו׳ *quiſquam operarios ne conduxerit &c. Quiſquam operarios ne conduxerit*: (quia ſcriptum eſt, Eſa. 58: 14.) *ab inveniendo voluntatem tuam, & loqui verbum. Neque dixerit quiſquam proximo ſuo &c.* exempli loco hoc poſuit (& vult dicere:) ne dixerit (quiſquam) proximo ſuo: Conduc nobis operarios; ſed (ita) dicet: Num placet, ut ſiſtas te apud me, circa veſperam? h. e. nunc placeret, ſi venires ad me, ubi adveſperaſcere cœperit. Et licet ambo ſciverint, quod eo fine, ut conducat eum ad opus ſuum, admoneat eum; attamen, cum non expreſſe de conductione ipſi dixerit, licitum eſt. Hypotheſis namque nobis eſt: verbum prohibitum eſt, cogitatio verò licita.

Non expectent tenebras propè terminum Sabbathicum: ut ſeipſum quis propiorem faciat termino, ibique tenebras expectet, quo propior ſit loco operariorum, aut horto, ad adferendum fructus. Nam quamcunque rem in Sabbatho facere prohibitum eſt, propter eandem tenebras expectare prohibitum eſt. Attamen tenebras quis expectat, ut propè ſit ad exeundem & cuſtodiendum fructus ſuos. Nam cuſtodire fructus ſuos, & adferre fructus ſuos (domum) manu ſua, eſt in Sabbatho licitum. Et ubi avertit ab hoc animum ſuum, non valet illud quicquam.

Regulam dixit Abba Schaul: diſſentit à Doctore Miſchnico priore, qui prohibuerat quamcunque tenebrarum expectationem, nec inter expectationem tenebrarum ex præcepto, & inter expectationem tenebrarum liberam diſtinxerat. Ipſe itaque venit, dicitque, quod expectatio tenebrarum præcepta, ſit licita. Nam quemadmodum licitum eſt dicere proximo ſuo in Sabbatho; paratus eſto, ut abeas poſt tenebras, ad adferendum loculum & involucra pro mortuo: Sic licitum eſt expectare tenebras apud terminum, ut poſt tenebras paratus ſit, ad adferendum loculum & involucra. Quod itaque mox (in ſeq. Miſchna) traditum eſt nobis: Ad veſperam commorantur ſuper termino, ad curandas res ſponſæ, & ob neceſſitates mortui, illud eſt Abba Schaulis (dictum.) Et deciſio eſt juxta illum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא ישכור אדם פועלים וכו׳ *Non conducet homo operarios &c.* Omnes confitentur, quod licitum ſit homini, ut dicat ſocio ſuo: cuſtodi mihi fructus meos, qui ſunt in limite (*Sabbathico*) tuo, & cuſtodiam tibi fructus tuos, qui ſunt in limite meo. Jam quemadmodum licitum eſt mandare (*hominem*) ſocio ſuo cuſtodiam; ſic licitum eidem eſt, ut veſperam tranſigat ad cuſtodiendum. Atque hoc vult, quod dicunt: *Quodcunque juſtum mihi eſt mandare, ſuper eo licitum mihi eſt veſperam tranſigere.* Porrò *veſperam tranſigere ſuper limite*, hoc notat, ut eat in Sabbatho uſque ad finem termini Sabbathici, & ſedeat in fine termini, donec exeat Sabbathum, tumque faciat rem aliquam. Cæterum noſti utique, quod prohibitum nobis ſit in Sabbatho colloquium, & conſultatio, & præparatio ad quamcunque rem, quam faciamus poſt Sabbathum, de quibuſcunque rebus, quæ prohibitæ ſunt, ut faciamus in Sabbatho: quemadmodum expoſuit & dixit (*Eſa. 58: 14.*) *ab inveniendo voluntatem tuam & loquendo verbum*: & (*iterum*) ſcriptum eſt (*ibidem:*) *facere voluntatem tuam in die ſanctitatis meæ.* Niſi (*ſc.*) ſit res præcepti, & ſit (*verbum ſ. colloquium*) de rebus divis, (*ſeu voluntatis divinæ,*) e. g. ſi loquatur in eo homo de deſponſationibus puerorum & puellarum; aut docendo filios legem, aut ſcripturam, aut opus. Nam occupatio in iſtis rebus omnibus eſt præcepti.

ד מחשיכין על התחום לפקח על עיסקי כלה ועל עיסקי המת להביא לו ארון ותכריכין (a) גוי שהביא חלילין בשבת לא יספוד בהן ישראל אלא אם כן באו ממקום קרוב עשו לו ארון וחפרו לו קבר (b) לא יקבר בו ישראל ואם בשביל ישראל לא יקבר בו עולמית:

4. Ad veſperam commorantur ſuper termino, ad curandas res ſponſæ; & ob neceſſitates mortui; (ſc.) ad adducendum ei capulum & involucra. Ethnicus ſi fiſtulas adduxerit in Sabbatho; Iſraëlitæ his non plangunt, niſi ex loco propinquo (intra terminum Sabbathicum) venerint. Si fecerint alicui (Gentili, vel ad vendendum. Raſch.) arcam, aut ſepulcrum alicui foderint: ne ſepeliatur in eo Iſraëlita. Quod ſi propter Iſraëlitam: non ſepelietur in eo in æternum.

(a) Pro גוי habet Menaſſ. ע״א i. e. Idololatra. (b) Sic Codex Amſtelod. ſed in Venet & Menaſſ. τὸ לא abeſt, ut prorſus ſit in his contrarius ſenſus, atque adeò permittatur Iſraëlitam ſepeliri in ſepulchro facto Gentili die Sabbathi; haudquaquam verò, ſi pro Iſraelita iſtud foderint.

R. OB. DE BARTENORA.

מחשכים על התחום וכו׳ *Ad veſperam commorantur ſuper termino &c.* לפקח *Ad curandas res ſponſæ*: (לפקח, h. e.) ad circumſpiciendum & inveſtigandum in neceſſaria ſponſæ. חלילין

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחשיכין על התחום וכו׳ *Veſperam agunt ſuper termino &c.* לפקח ſignificat hoc loco interrogare & inveſtigare. עסקי idem eſt ac צרכי *neceſſaria.* ארון *Arca*, eſt arca lignea. תכריכין *Inve-*

חלילין ſunt inſtrumenta Muſica cava, quorum vox excitat fletum. *Iſraelitæ his non plangunt* : mulctæ loco hoc conſtitutum eſt: res enim ipſa arguit, quod propter Iſraëlitam allatæ ſint (fiſtulæ.) *Niſi ex loco propinquo venerit:* niſi notum nobis clarè fuerit, quod ex ejuſmodi loco venerint, qui intra terminnm Sabbaticum ſit, nec aliunde extra terminum Sabbathicum illas adduxerint. *Arcam* (*ſ. loculum:*) illi ipſi, ut ſepeliatur in ea idololatra; aut ad vendendum.

Involucra, nota ſunt: ſunt ſc. veſtes (*ſ. panni*,) in quibus ſepelitur mortuus, חלילין *tibiæ* ſunt inſtrumenta excavata, quibus edunt ſonum notum, ad excitandum fletum & luctum. Porrò quod dicunt: *è loco propinquo*, (*hoc vult.*) è medio Urbis; ſed ſi non fuerint apud ipſum in Urbe, prohibitum eſt inſtituere luctum per illas, propter caſum; ne forte à (*loco*) extra murum veniant, qui eſt locus publicus. Quod porrò dicunt *de arca & ſepulchro:* ſi pro Iſraëlita, non ſepelietur in eo in æternum, (*dictum eſt*) propter divulgationem rei apud quoſvis homines Urbis. Tandem, quicquid permiſerunt de iis rebus, quas faciunt alienigenæ in Sabbatho, non eſt licitum, niſi dum expectaverit exitus Sabbathi (*diem primum ſeptimanæ*,) ut tunc faciat. Et ſic etiam iſtæ tibiæ; licet viderimus, quod veniant ex urbe.

ה עושין כל צורכי המת סכין ומדיחין אותו ובלבד שלא יזיזו בו אבר שומטין את הכר מתחתיו ומטילין אותו על החול בשביל שימתין קושרים את הלחי לא שיעלה אלא שלא יוסיף וכן קורה שנשבר' סומכין (a) אתוה בספסל או בארובות המיטה לא שתעלה. אלא שלא תוסיף אין (b) מעמצין את המת בשבת ולא בחול עם יציאת נפש (c) והמעמץ עם (d) יציאת נפש הרי זה שופך דמים :

5. Omnia neceſſaria mortuo peragunt; ungunt eum & abluunt eum, dummodo membrum in eo non moveant. Abripiunt pulvinar, quod ſub eo; cumque in (arenam) reponunt, ut duret, (nec putreſcat.) Alligant maxillam, non ut aſcendat, ſed ut non addat (aperiri ſive demitti.) Sic trabem, quæ fracta eſt, ſuffulciunt ſella aut lecti feneſtellis (vel fulcris,) non ut aſcendat, ſed ut non pergat (deſcendere.) Non claudunt oculos mortui in Sabbatho, neque in profeſto, cum exitu animæ. Nam qui claudit oculos cum exitu animæ; Ecce hic eſt effuſor ſanguinis (homicida.)

(a) Sic Codex Amſtelodam. ſed in Venet. Pragenſ. & Menaſſ. Tò לא abeſt, ut prorſus ſit in his contrarius ſenſus, atque adeò permittatur Iſraëlitam ſepeliri in ſepulchro facto Gentili die Sabbathi; hautquaquam verò, ſi pro Iſraëlita iſtud foderint. (b) Pragenſ. אותו (c) Venet. & Amſtelodam. מעצמין (d) Venet. & Amſtelodam. והמעצים.

R. OB. DE BARTENORA.

עושין כל צרכי וכוי *Omnia neceſſaria mortuo peragunt &c.* *Ungunt eum:* ſc. oleo. *Et abluunt eum:* aquis obturant etiam illius exitus (h. e.) obſtruunt illius exitus ſuperiores & inferiores panno, aut alia aliqua re: ne aër per ea ingrediatur, & infletur. *Dummodo membrum in eo non moveant:* non moveat aut tollat quis ſive manum ejus, ſive pedem ejus, ſive palpebras ejus. Nam prohibitum eſt movere mortuum; aut membrum de membris ejus (quodcunque,) quamvis licitum ſit eum tangere. Et ſic quodcunque deſtinatum permiſſum eſt quoad tactum, ſed prohibitum, quoad è loco motionem. Sed ovum tamen, quod partum eſt in Sabbatho, aut in die feſto, prohibitum eſt etiam quoad tactum. Nam propter rotunditatem ejus idem eſt ac commotio ejus.

Rapiunt etiam pulvinar quod ſub eo; quomodo fit, ut reponatur in arenam. Sed non movent, ad dimovendum eum in arenam. Nam ecce prius (Doctor Miſnicus) tradidit: dummodo non moveat in illo membrum. *Ut duret:* ut non putreſcat propter calorem ſindonum & pulvinarium. *Alligant maxillam:* ſc. mortui, ut maneat os ejus apertum. *Non, ut aſcendat*; claudaturque uſque quo apertum; hoc enim eſſet movere membrum; ſed ne magis aperiatur. *Suffulciunt ſella:* nam ecce lex vaſis ſuper illa eſt. *Non ut aſcendat:* hoc namque eſſet ædificare. *Non claudunt oculos ejus in Sabbatho:* ne quidem poſt exitum animæ: hoc namque (iterum) eſſet movere membrum. *Effuſor ſanguinis:* quia per rem exiguam feſtinat mortem ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עושין כל צרכי המת וכוי *Faciunt omnia neceſſaria mortui &c.* Quando rapit homo id, quod ſub mortuo eſt de veſtibus, incumbit (*mortuus*) arenæ. Atque hæc eſt intentio ejus, quando dicit; *& incumbere faciunt eum arenæ*; non autem ut moveant eum loco ſuo, & ponant eum ſuper terram. Nam hoc primus præcavit in lotione ejus, cum dixit· *modo non moveant in eo membrum.* Siquidem tranſlatio mortui in Sabbatho prohibita eſt, מעמצין notat *clauſuram oculorum*, & obturationem eorum.

פרק כד מי שהחשיך בדרך נותן (a) כיסוי לנכרי (b) ואם אין עמו נכרי מניחו על החמור הגיע לחצר החיצונה נוטל את הכלים הניטלין בשבת (c) ושאינן ניטלין בשבת מתיר את (d) חבלים והשקים נופלין כאליהם :

Caput 24. Quemcunque tenebræ obruerunt (in Sabbathi veſpera) in via: dare poteſt marſupium Ethnico. Si Ethnicus cum eo non fuerit: imponit aſino. Ubi ad atrium (urbis) exterius pervenerit: tollit (manu ſua, Raſch.) vaſa, tam in Sabbatho tolli ſolita, quam non ſolita in Sabbatho tolli: Mox ſolvit funes, ut ſacci (à ſeipſis) ultrò decidant.

(a) Amſtelod. עם יציאות הנפש. (b) Amſtelodam. & Menaſſ. וכיסו (c) Tò ואם abeſt in Venet. (d) Menaſſ. שאינו (e) Pragenſ. & Menaſſ. מתיר את החבלים.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהחשיך בדרך וכוי *Quemcunque tenebræ obruerunt &c.* *Quemcunque tenebræ obruerunt, dare poteſt marſupium ſuum Ethnico:* dum adhuc dies eſt. Licet verò miniſter Iſraëlitæ ille fiat, ut portet marſupium ejus in Sabbatho, certum tamen fuit Doctoribus noſtris, quod homo non poſſit continere ſe a pecunia ſua (eamque deſerere;) adeò ut, niſi illi iſtud per-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שהחשיך בדרך וכוי *Quicunque veſpera ingruit in via &c.* Permittimus illi, ut det marſupium ſuum alienigenæ, propterea quod ſolicitus ſit homo de pecunia ſua; neque etiam poſſibile ſit, ut projiciat marſupium ſuum: ut adeò, niſi hæc permiſſio foret, ipſe per ſe portaret (*ſecum*) illud. Porrò, quod dicit: *ponit illud ſuper aſinum*, hanc habet conditionem

permitteretur, venturus eſſet eò, ut ſecum (ipſe) ferret quatuor ulnas in loco publico.

Si Ethnicus cum eo non fuerit &c. En! ſi fuerit cum ipſo Ethnicus, dat huic Ethnico. Quæ ratio? De Aſini Sabbathica quiete tu (Iſraëlita) præceptum accepiſti; de Ethnici verò Sabbathica quiete nullum tu præceptum accepiſti. Cæterum quando imponere vult marſupium ſuum aſino, ex quo tenebræ obortæ ſunt, imponit, dum incedit, h. e. poſtquam movit pedes ſuo ad eundum: nam (hac ratione) non eſt in cauſa motus. Quando verò beſtia ſubſiſtere vult, aufert ex illa (marſupium.) Ubi iterum moverit pedes ſuos ad eundum, denuo imponet illi. Nam quando non cauſa erit beſtia motus & quietis, eò quod (homo) non permittat illi, eſſe in cauſa motus & quietis, ſed ille agitet illam (incedens) poſt eam, & gubernans illam; deprehenditur, quod ſit agitans beſtiam ſuam in Sabbatho: Id quod prohibitum eſt, ſi maximè non fuerit onerata, ſed fuerit, ut voluerit. Scriptum namque eſt (Exod. XX. v. 10. *Non facies opus tu & beſtia tua.* Quid opus eſt? quod intercedit homini & beſtiæ, (vel quod geritur inter hominem & beſtiam,) ut dici poſſit; hic (homo) agitat (aſinum aut beſtiam.) *Si pervenerit uſque ad atrium exterius:* Res hæc propter ſe ipſam dicta eſt, nec pertinet ad jus marſupii. Dicunt autem, uſque ad atrium exterius, ſc. urbis, qui eſt locus cuſtodiâ munitus primus. Quum verò voluerit ſolvere aſinum, aufert manu ſua (primò) ex illo vaſa ea, quæ in Sabbatho auferri poſſunt: deinde quoad ea, quæ in Sabbatho auferri non poſſunt, funes ſolvit Ephippii, qui nexi ſunt, ut ſacci (ſponte ſua) decidant.

nem, ut ponat illud ſuper aſinum tempore itineris; & ubi ſubſtiterit, ut recipiat ab illo, ut non committat poſitum quietum.; Ubi verò perrecturus eſt, iterum ponit ſuper illum, donec veniat ad oſtium domus ſuæ: ubi receptum ex eo, dum adhuc incedit, projicit in domum ſuam, quaſi poſt manum (*averſa manu:*) ne ſit inferens ex loco publico in locum privatum. Cæterum quare oneraverimus eum, ut ponat ſuper beſtiam, dum illa ambulat, (*ratio hæc eſt*,) ut non ſit onerans. Eſt autem *onerans*, qui imponit aliquid beſtiæ, & ducit (*mox*) illam; aut ducit illam cum onere ſuo, & facit eam velociter ire, licet non impoſuerit ei quicquam, & fuerit etiam onus ejus res exigua. Jam quidem decidit conſtitutio de onerante in Sabbatho, quod ſit liber. Verum enim verò, ſupra jam indicavimus tibi, quod quiſquis ſit liber in Sabbatho, liber licet ſit, ſit ipſi res prohibita. Quod ſi non fuerit cum eo ſive beſtia, ſive alienigena; tum ipſe ille fert ſecum (*marſupium*,) & pergit cum illo uſque dum minus, quam quatuor ulnæ fuerint. Denique quod dicunt: ubi pervenerit ad atrium primum, non cohæret cum jure marſupii.

ב מתירין פקיעי עמיר לפני בהמה ומפספסים את הכיפין אבל לא את (a) הזירין אין כרסקין לא את השחת ולא את החרובין לפני בהמה בין דקה ובין גסה רבי יהודה מתיר (b) בחרובין לדקה:

(a) Venet. & Amſtelodam. הזוין (b) Venet. בחרוב.

2. Solvunt manipulos fœni coram beſtia: & faſciculos conterunt (ita Rambam; at Raſchi: diſſolvunt, ſeu ſpargunt:) non autem ramuſculos cedri. Non diſcindunt, neque pabulum neque ſiliquas, coram beſtia; ſive in majuſculas partes, ſive in minutiores. R. Jehudah concedit ſiliquas in minutiores (partes diſcindi.)

R. OB. DE BARTENORA.

מתירין פקיעי וכו׳ *Solvunt manipulos &c.* פקיעי עמיר Sunt *ſtramina ſpicarum*, quæ colligarunt. *Hæc ſolvunt*: quia quamdiu ligata ſunt, non ſunt cibus. Itaque ſolvunt illa, ut apta reddantur in cibum: פספוס autem, hoc eſt diſperſio eorum, quemadmodum diſpergere ſolent (nonnihil) gramina coram beſtia, ut (magis) odoretur odorem eorum, & amœna ipſi ſint, ad comedendum ea; (diſperſio, inquam, iſta) prohibita eſt, quod ad ſtramina ſpicarum. Verum enim verò, ubi factus fuerit cibus per ſolutionem ſtraminum, & diſperſio ſimpliciter non facta fuerit, niſi propter amœnitatem (cibo addendam,) laborando in re, quæ jam cibus eſt, non laboramus (h. e. non habemus pro labore, quum laboramus in re, quæ jam cibus eſt; adeoque cum labor non ſit, in Sabbatho facere poſſumus.)

Et diſpergunt את הכיפים: hi ſunt rami virides cedri: quos diſpergunt & disjiciunt coram beſtia, ut odoretur odorem eorum: quia ſine diſperſione non forent cibus. *Non autem* את הזירין: hi ſunt פקיעי עמיר ipſa *ſtramina ſpicarum*: niſi quod פקיעין duos habent nodos, unum in ſummitate ſua, alterum in inferiore parte ſua; ſed זירין tres habent nodos, unum ſc. additum in medio. Dicit verò Miſchna, quod non diſpergant hos Sirin, licet unus ab altero remotus fuerit, & incaluerint, adeo, ut beſtia averſetur illos. Sed ſolvant (tantum) tres eorum nodos: modo ſolutio nodorum eorum aptos eos faciat in cibum, ut פקיעים: אין מרסקין את השחת: h. e. *non diſcindunt herbam frumentorum, ut fiat pabulum:* idque propterea, quia eſt labor non neceſſarius. R. Jehudah permittit ſiliquas beſtiæ parvæ, h. e. cujus dentes ſunt parvi & hebetes. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתירין פקיעי עמיר וכו׳ *Solvunt faſciculos fœni &c.* פקיעין & זירין ſunt *faſciculi graminis*, niſi quod פקיעין ſunt *minores*, duorum quilibet (*manipulorum*:) ſed זירין ſunt *majores*, quilibet trium manipulorum. Cæterum quando dicit: *ſed non Sirin*, faſciculos majores, vult dicere: non diſcindunt majores faſciculos; at ſolvere nodos licitum eſt. מפספסין idem eſt ac מפרכין *conterentes*, quando ſc. conterunt inter duas manus. כיפין eſt ſpecies ex פקיעין *faſciculis minoribus*. מרסקין eſt idem cum מחתכין *ſecantes*. שחת *pabulum recens*, notum eſt; & in lingua Hebræa (*Biblica*) eſt גז (*ut Amos VI. v. 1.*) *poſt* גזי *pabula recentia Regis*. Tandem non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

ג אין אובסין את הגמל ולא דורסין אבל מלעיטין ואין (a) ממרים את העגלין אבל מלעיטין ומהלקטין לתרנגולין ונותנין מים למורסן אבל לא גובלים ואין נותנין מים לפני דבורים ולפני (b) יונים שבשובך אבל נותנין לפני אווזין ותרנגולים ולפני יוני הרדיסיות:

(a) Venet. & Amſtelod. מאמירין (b) Venet. & Amſtelod. יוני.

3. Non faginant camelum, neque infigunt cibum gutturi; ſed manu guſtandum offerunt. Neque infundunt lac vitulis: ſed manu guſtandum offerunt. Ingerunt bolos gallinis, & dant aquam contuſis: non autem pinſunt. Nec dant aquam ante apes, & ante columbas, quæ in columbario ſunt. Sed dant ante anates, & gallinas, & ante columbas altiles.

R. OB. DE BARTENORA.

אין אובסין את הגמל וכו׳ *Non ſaginant Camelum &c. Non ſaginant:* (non) cibum ei immittunt invito, ingeruntque illi in gulam uſque illius, ut ſenſus אובסין פי׳ ſit hic: faciunt ipſi præſepe in inteſtinis ejus. *Neque* דורסין *infigunt:* ita ut (quis) infigat cibum in guttur medium ejus; nihilominus non tantum facit, quantum אובסים Ingerentes cibum. *Sed* מלעיטין *manu guſtandum dant*: ita, ut (quis) infigat quidem cibum illi, in eum tamen tantum locum uſque, unde redire poteſt. *Non* ממראין: h.e. *ſaginant.* Significationem habet ex (Eſa. I. v. 11.) Adipem מריאים *pinguium*, Senſus autem פי׳ המראה *ſaginationis* iſtius eſt. ut infigat (quis) illi (beſtiæ) cibum intra gulam eo loci uſque, unde reverti nequeat. *Et* מהלקטין *ingerunt bolos gallinis*: ita ut (quis) infigat in os ejus (gallinæ) cibum; eo loci tamen uſque, unde redire poteſt. *Sed non* גובלין: h.e. *non ſubigunt aquis ea* (contuſa.) *Non dant aquam ante apes:* nam nemini incumbit cibatio earum; ſed ipſæ exeunt, & comedunt in agro, & aquæ ab illis inveniuntur in ſtagnis. דורסיאות ſunt *columbæ*, quæ in domibus educantur. Dicuntur autem דורסיאות à nomine הורודוס Herodis Regis, qui de illis aliquas nutrivit in aula ſua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין אובסין את הגמל וכו׳ *Non ſaginant Camelum &c.* אבוס *Præſepe*, eſt Nomen loci, in quo ponunt pabulum beſtiæ. Senſus ejus, quod dicunt: אין אובסין *non ſaginant*, eſt, quod non dent illi comedere cibum dierum multorum. Atque hoc vult, quod dicunt: *Non faciunt ipſi præſepe in viſceribus ejus.* פי׳ דורסין expoſitio mihi probabiliſſima eſt, quod non collocant per vim Camelum ad cibum, ut comedat multum. מלעיטים eſt *intruſio cibi in medium oris*, ממרין notat dejectionem cibi in viſcera beſtiæ cum aquis. Itaque (*differentia tamen inter iſta hæc eſt*,) quando dicunt: מלעיטין (*volunt dicere:*) *immittunt in locum, unde rurſus ejici poteſt*; at quando dicunt: ממרין (*volunt dicere:*) *immittunt in locum, unde rurſus ejici non poteſt.* Ambæ autem ſunt voces Hebrææ (*Biblicæ.*) (*Nam*) מלעיטין habet ſignificationem ſuam ex (*Geneſ. XXV. v. 3.*) הלעיטני *guſtandum dato mihi.* At ממרין eſt ex ſignificatione ſaginationis. (*2. Sam. VI. v. 13.*) bovem ומריא *& ſaginatum.* מהלקטין eſt, quando ſumit (*quis*) cibum in manum ſuam, ſi forte לוקטין tollant illum. מורסן *contuſum*, notum eſt. גובלין idem eſt ac לשין *piſentes.* דורסות fuerunt columbæ domeſticæ peculiares Herodis, quas educabat (*nutriebat*) in Templo.

ד מחתכין את הדילועין לפני הבהמה ואת הנבלה לפני הכלבים רבי יהודה אומר אם לא היתה נבלה מערב שבת אסורה לפי שאינה מן המוכן:

4. Diſcindunt cucurbitas coram beſtia, & cadaver coram canibus. R. Jehudah dixit: niſi cadaver à veſpere Sabbathi adfuerit, erit prohibitum: quia non eſt de præparato.

R. OB. DE BARTENORA.

מחתכין את הדילועין וכו׳ *Diſcindunt cucurbitas &c. Diſcindunt cucurbitas:* avulſas ſc. coram beſtia: licet non ſimpliciter in cibum beſtiæ aſſerventur, ſed hominis. *Et cadaver:* quod cadaver factum eſt hodie: licet inter veſperas adhuc ſteterit pro homine, & non pro beſtia. *Rabbi Jehudah dicit: niſi cadaver à veſpera Sabbathi fuerit, erit prohibitum:* Quicquid namque conveniens eſt homini, non eſt deſtinatum beſtiæ. Etſi maxime jam ægrotaverat in veſpera Sabbathi, tamen exiſtimare (& ſperare) potuit, fore, ut convaleſcat. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחתכין את הדילועין וכו׳ *Deſcindunt cucurbitas &c.* Non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

ה מפירין נדרים בשבת ונשאלין (a) לנדרים שהן לצורך השבת פוקקין את המאור ומודדין את המטלית (b) ואת המקוה ומעשה בימי אביו של רבי צדוק ובימי אבא שאול בן בטנית שפקקו את המאור בטפיח וקשרו את המקידה בגמי לידע אם יש בגיגית פותח טפח אם לאו ומדבריהם למדנו שפוקקין ומודדין וקושרין בשבת:

(a) Prag. לדברים (b) Venet. ומודדין את המקוה.

נשלמה מסכת שבת:

5. Reſcindunt vota in Sabbatho: & interrogant de votis (*Sapientem,*) *quæ fuerint circa neceſſitatem Sabbathi*: & obturant lumen (*ſolarem:*) & menſurant fruſtulum panni: ac receptaculum aquarum. Factum eſt in diebus Patris R. Zadoki, & in diebus Abba Schaul filii Bitnit, ut (quidam) obturaverint lumen urceo (ex luto, Raſch.) Itaque alligarunt tabulam junco, ad cognoſcendum, eſſetne in labio apertura palmi; annon? Ex his eorum verbis didicimus, quod obturent, & menſurent, & ligent in Sabbatho.

Abſolutus eſt Tractatus de Sabbatho.

R. OB. DE BARTENORA.

מפירין נדרים בשבת וכו׳ *Reſcindunt vota in Sabbatho &c. Reſcindunt:* maritus uxori ſuæ, & pater filiæ ſuæ. *Et interrogant de votis:* nimirum Sapientem: & de iis quidem, quæ (vel quorum reſciſſio) uſum ſuum habent in Sabbatho, e. g. quum vovit, non velle comedere hoc die (Sabbathi.) Cæterum de eo, quod interrogent de votis, præciſe hoc intelligendum eſt. Nam quod iſtos attinet, maritum ſc. & patrem, reſcindit (quilibet eorum) tum vota, quæ uſum ſuum habent in Sabbatho; tum vota, quæ non habent uſum ſuum in Sabbatho: poſteaquam reſcindere non poteſt, niſi eo, quo audiverit, die ſolo. Cæterum quod ad vota, quæ ſuum in Sabbatho uſum habent, etiamſi interrogandi de iis quis otium ante Sabbathum habuiſſet, interrogant nihilominus de iis in Sabbatho. *Et obturant lumen:* h. e. feneſtram, per quam lumen ingreditur, obſtruunt tabula, aut aliis rebus, quibus obſtruere ſolent.

Et menſurant fruſtulum panni: e. g. ſi hoc fuerit immundum,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפירין נדרים בשבת וכו׳ *Reſcindunt vota in Sabbatho &c.* Reſciſſio (*voti*) eſt, quando reſcindit maritus aut pater; quemadmodum exponitur in tract. Nedarim. שאלה *Petitio* eſt, quando pœnitet (*aliquem*) & petit à Sapiente, ut reſcindat ſibi votum ſuum. Cæterum reſciſſio licita eſt, ſive pro neceſſitate Sabbathi, ſive non pro neceſſitate Sabbathi (*fiat,*) ſed petitio non eſt licita, niſi pro neceſſitate Sabbathi. פוקקין *Contegunt lumen*, eſt, quod obſtruunt feneſtram, per quam ingreditur lux veſte (*aliqua*) ex veſtibus. Sed quod obſtructionem per veſtem ſuſpenſam attinet, e. g. per velum, ejus Jus ſupra expoſitum eſt Cap. XVII. מטלית eſt *fruſtum veſtis*, quam metiuntur, ut ſciant, num in illa ſint tres digiti ſuper tribus digitis, (*h. e. in quadratum.*) Si plures in ea fuerint, recipit immunditiem: quemadmodum fundamenta iſta exponentur in tract. Kelim. At ſi minor fuerit iſta quantitate, non recipit immunditiem. Sed etiam metiuntur receptaculum aquarum, ut cognoſcant, num ſit in

dum, tetigeritque munda, metiuntur illud; num ſint in eo tres digiti in quadratum, ad cognoſcendum, ſintne munda polluta, necne. Nam fruſtulum panni, minus tribus digitis in quadratum, nec ipſum polluitur, nec polluit. *Et receptaculum aquarum*: ad cognoſcendum, num in eo ſit ulna in quadratum cum altitudine trium ulnarum. Iſtæ namque ſunt menſurationes præcepti: ideò licitum eſt, eas peragere metiendo in Sabbatho.

Ut (quidam) *obturaverint* מאור *Lumen*: h.e. feneſtram. Vocatur autem מאור *Lumen*, quia per eam lumen ingreditur. בטפיח h. e. *lenticula teſtacea.* מקידרה eſt vas (etiam) teſtaceum (ſeu figulinum.) בגמי *Junco*: propterea ſumſit juncum, quia aptus eſt in cibum beſtiæ, neque abrogat priorem uſum, ut nodus ſit perpetuus. *Ad cognoſcendum: eſſetne in labro apertura palmi:* Fuit inter duas domus quaſi quædam ſemita parva, quæ contignata non erat, niſi quod labrum ſuper ea poſitum erat. Feneſtræ verò verſus ſemitam iſtam aptæ erant. Solliciti itaque fuerunt, ne forte moreretur moribundus in domo una, & immundities penetraret per feneſtram in ſemitam, & ex ſemita in domum alteram per feneſtram apertam. Idcirco obturaverunt feneſtram apertam in ea domo, intra quam erat pollutio, per lenticulam figulinam, ita ut tergum ejus ex latere ſemitæ eſſet: quia vas figulinum non polluitur in tergo ſuo, & diſcriminat. Solliciti namque fuerunt, ne forte in ſciſſura urcei non eſſet apertura palmi, deprehenderet urque urceus tentorium quaſi facere ſuper ſemitam; ut adeò penetraret immundities per ſemitam è domo una in domum alteram. Deinde coacti ſunt aperire feneſtram, & auferre lenticulam, ad feneſtram obſtruendum, additam, cœperuntque inveſtigare num in iſta fiſſura urcei apertura palmi foret, nec ibidem in iſta ſemita eſſet tentorium, ad intromittendum immunditiem, dum immundities exiret à ſemita per ſciſſuram urcei ſurſum; an verò in ſciſſura urcei non eſſet apertura palmi, deprehenderetur que ſemita quaſi quoddam tentorium, & immiſiſſet immunditiem è domo in domum. Menſurarunt etiam Mekedam figulinam, & alligarunt eam junco, & protenderunt ſurſum, ad videndum, eſſetne in ſciſſura urcei apertura palmi, nec ne. *Et ex verbis eorum didicimus; quod obturent, & ligent, & menſurent in Sabbatho*: modo non ſit nodus perpetuus, & menſuratio ſit præcepti, aut ut informemur de re demonſtrationem indigente.

eo quantitas receptaculi aquarum (*juſta*;) quæ eſt ulna ſuper ulnam cum altitudine trium ulnarum; annon?

כפיח Eſt *urceus.* מקידה eſt *tabula parva.* גמי eſt *juncus.* גיגית eſt *ſcutella*, vel *amphora.* Hiſtoria hoc vult, quando eſt mortuus in aliqua domo, & intereſt inter iſtam domum & domum ſecundam feneſtra: tum ſi eſt in iſta feneſtra palmus ſuper palmo aut amplius, polluta eſt (*etiam*) domus ſecunda. Nam regula eſt apud nos: *palmus ſuper palmum adfert immunditiem:* quemadmodum exponemus in locis (*aliquot*) tract. Oholoth. Illo itaque tempore fuit inter duas domus feneſtra, & in iſta feneſtra ſcutella vitrea, ſolaris quaſi; ſed fracta eſt in iſtâ ſolari fractura, & ligarunt tabulam aliquam in ligno, & ligarunt iſtam tabulam in junco, ad imponendum iſtam tabulam loco fracturæ, apertæ in ſolari, & poſtea menſi ſunt tabulam: num eſſet in illa palmus ſuper palmo, quomodo adferret immunditiem; aut, an eſſet minor, ut non pollueret domum alteram per eandem immunditiem. Cæterum, quod permiſimus menſionem in Sabbatho, (*accipiendum eſt*) cum conditione, ut ſit menſio præcepti. Sic & alligatio præcepti eſſe debet. Sed & altera conditio de alligatione (*obſervanda eſt*,) ut (*ſc.*) non ſit alligatio durabilis, ſed per juncum, aut ſimile quid, quemadmodum in exemplo docuit.

F I N I S.

מסכת עירובין

De Commiſtionibus Termini Sabbatici.

פרק א מבוי שהוא גבוה למעלה מעשרים אמה ימעט רבי יהודה אומר אינו צריך (a) והרחב מעשר אמות ימעט ואם יש לו צורת הפתח אף על פי שהוא רחב מעשר אמות (b) אין צריך למעט:

CAput I. Introitus, qui altior eſt viginti ulnis, minuatur. R. Jehudah dicit: non opus eſt. Et latior decem ulnis, minuatur. Si tamen ei fuerit figura oſtii: non opus eſt, ut minuatur.

(a) Venet. הרחב ſine ו præfix. (b) Venet. & Amſtelod. אינו.

R. OB. DE BARTENORA.

מבוי שהוא גבוה וכו׳ *Introitus, qui altior eſt &c.* Si quis introitus non eſt latus XVI. ulnas, licet apertus ab utraque ſummitate ſua fuerit, verſus locum publicum; aut etiam, ſi latus fuerit XVI. ulnas, non autem apertus fuerit (plenè;) ſed ſummitas ejus una aperta cum ſit verſus locum publicum, ſummitas tamen ejus altera cauſa fuerit: is permiſſus quidem ex lege (divinâ) eſt, ut in eo transferant ſine ulla correctione; at Doctores noſtri timuerunt de eo, ne quis eò deveniret, ut (tandem etiam) transferre in loco perfectè publico; interim permiſerunt illum cum correctione per poſtem aut trabem, ut (per hæc) agnoſcatur. Jam ſi quis trabem ſupra XX. ulnas poſuit, *minuat:* h. e. demittat trabem, uſque dum fuerit infra 20. ulnas. Nam ſi ſupra XX. fuerit, non elevat ſe ad eam uſque oculus. Quod ſi in trabe iſta אמלתרא (Pragenſis codex legit מותרא) i. e. figuræ & ſculpturæ fuerint, ſi utique ſupra 20 ulnas (poſita) fuerit, non opus (quiſquam) habet, ut minuat, (ſeu demittat:) nam propter illas figuras elevat ſe ad eam uſque oculus.

R. Jehudah dicit: non opus eſt: quia ratio trabis non hæc eſt, ut agnoſcatur, ſed ut diſcriminet. Dicimus namque: *Os contignationis deſcendit, & obſtruit.* Quod cum ita ſe habeat; quid mea refert, ſive ſit intra 20. ſive ultra 20. (ulnas?) ſed non eſt deciſio juxta R. Jehudam. *Et latior decem ulnis, minuatur:* nam quod ultra 10. ulnas eſt, non vocatur oſtium, ſed ruptura. Jam verò nos oſtium requirimus. Propterea diminuet latitudinem introitus ejus, & rediget ad 10. aut pauciores (ulnas.)

Quod ſi fuerit illi figura oſtii: Quocunque loco Sapientes dicunt, figura oſtii, ibi ſufficit etiam arundo ab utroque latere, 10. palmos alta, aut plures, & arundo ſuper iſtis (tertia,) licet eas non attigerit, imo licet altior illis fuerit tribus palmis amplius. Porrò omnes ulnæ, quarum in hâc Miſchna mentio fit, & in toto Tractatu Erubhin, itemque Succah, & Kilajim, ſunt, quarum quælibet habet VI. palmos. Palmus verò omnis habet 4. digitos in pollice (h. e. quatuor pollices) niſi quod nonnunquam metiendum ſit per טפח עצב, h. e. ejusmodi palmum, in quo non relinquat quicquam laxationis, inter digitos pollicis, unum & alterum, ſed conſtricti ſint, ut unus alterum tangat: nonnunquam verò danda ſit aliqua laxatio inter pollicem & pollicem, ut alter alterum non tangat, qui palmus vocatur טפח שוחק. Quomodo verò? Quo tempore metiendum per טפח עצב q. d. *palmum dolentem* (ſ. dolore afficientem,) illa menſura rigoroſa eſt; e. g. (quum dicitur:) Introitum, qui 20. ulnis altior eſt, diminuet, & tabernaculum, quod 20. ulnis altius eſt, reprobum eſt, metiuntur palmo dolente. Et quo tempore metiendum eſt per טפח שוחק q. d. *palmum ridentem*, illa menſura non eſt rigoroſa e. g. (cum dicitur:) Altitudo introitus ne ſit minor decem palmis, Tabernaculi altitudo ne ſit minor decem palmis, metiuntur palmo ridente. Et ſic perpetuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מבוי שהוא גבוה מעשרים אמה וכו׳ *Introitus qui altior eſt viginti ulnis &c.* Rabbi Jehuda dixit, quod porta palatiorum Regum fortè altior ſit viginti ulnis: ut adeo poſſimus facere in oſtio introitus mixturam Sabbathicam, quemadmodum infra exponetur: etiam quantumcunque fuerit, quo altior erit viginti ulnis. Sed Doctor primus dicit, quod ſi utique fuerit altior altitudo trabis ſuper capite introitus, quam viginti ulnas, non cognoſcatur nec (*homines*) aſpiciant illam: Atque ideo dixit, ſi fuerint in trabe, quæ poſita eſt inter parietes introitus ſculpturæ & figuræ, cujusmodi (*trabes*) ſunt, quas nos in lingua Arabica vocamus מקרבץ quæ illæ ipſæ ſunt, quas ſapientes (*Talmudici*) vocant אמלתרא; quod tum demum non opus ſit, ut diminuamus (*eum introitum*) licet fuerit altitudo trabis figuratæ major viginti ulnis, propterea quod (*nihilominus*) homines omnes aſpiciant eam, propter inſignem pulchritudinem ejus, & verificetur cognitio. Similiter ſi fuerit illi forma oſtii, non opus eſt, ut diminuamus, licet fuerit altior viginti ulnis. Forma autem oſtii ſunt duo poſtes in altitudine (*h. e. erecti*) & tertius in latitudine (*transverſus*) inclinatus ſuper capita iſtorum à ſuperiori parte. Atque hoc eſt, quod dicunt: *calamus hinc, & calamus illuc, & calamus ſuper illis.* Et ubicunque requiritur à nobis forma oſtii, non eſt alia niſi iſta, ſive in mixturis Sabbathicis, ſive in tabernaculo.

Oportet autem quemvis ſcire, quod altitudo introitus non debeat eſſe minor decem palmis ullo modo, nec major viginti ulnis, niſi ſub alterutra iſtarum conditionum (*dictarum,*) quæ hæ ſunt, ut ſit ipſi forma oſtii, aut trabs figurata. Itaque ſi fuerit altitudo, calamus hinc, & calamus illinc, viginti ulnarum: non obligati ſumus, ut ſit calamus ſuper illis, attingens illos; ſed ſi maximè diſtabit ab illis ultra tres palmos, reputamus pro forma oſtii. Præterea ſcito, quod quævis ulna, cujus in Erubhin (*commixturis ſabbathicis,*) in Succah, (*Tabernaculo,*) in Kilajim (*ſeu Heterogeneis*) fit mentio, ſit ulna media (*mediocris:*) volo dicere, quod habeat ſex palmos. Et in unoquoque, quod cogimur metiri, quæcunque etiam ſit diſtantia cujuscunque de tribus illis locis (*ſcil. Erubhin, Succah, Kilajim*) attendimus præciſionem ſeu rigorem (*h. e. ſi præciſe habent menſuram.*) Nimirum quando metieris palmo ſtricto, attendimus, an ſit in eo menſura præciſa, e. g. altitudo tabernaculi & altitudo introitus; ſi ſunt in illis plures viginti ulnis, erunt reproba. Similiter ſi metieris palmo non ſtricto, attendimus an ſit in re aliqua menſura præciſa ex. gr. decem palmi altitudinis introitus, & altitudinis tabernaculi, aut ſedecim ulnæ calvitiei vineæ, aut duodecim ulnæ loci vacui vineæ: quorum expoſitionem præmiſimus in tractatu Kilajim. Et his ſimilia. *Strictum* autem hoc notat, ut ſint digiti manuum duarum coarctati, alii ſuper alios probe, in momento dimenſionis ſex palmorum; ita quidem, ut comprimas digitos, quantum poſſis: Sed *non ſtrictum* ſignificat id, quod contrà ſe habet, ſcil. ut ponas digitos tuos unum prope alterum, nec tamen ſint coarctati, ſed laxati, poſſitque intervenire aër inter illos. Obſerva verò hanc Regulam, & ne adige nos ad hoc, ut repetamus eam ubivis locorum. Tandem non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

ב הכשר מבוי בית שמאי אומרים לחי וקורה ובית הלל אומרים (a) לחי או קורה רבי אליעזר אומר לחיין משום רבי ישמעאל אמר תלמיד אחד

(a) Venet. & Amſtel. או לחי או קורה.

2. Juſtum introitum Scholaſtici Schammai dicunt (debere habere) poſtem & trabem; Scholaſtici Hillel ajunt: poſtem aut trabem; R. Elieſer

לפני

לפני רבי עקיבא לא נחלקו בית שמאי ובית הלל
על מבוי שהוא פחות מארבע אמות שהוא (d)
ניתר או בלחי או בקורה על מה נחלקו על רחב
מארבע אמות ועד עשר שבית שמאי אומרים
לחי וקורה ובית הלל אומרים או לחי או קורה
אמר רבי עקיבא על זה ועל זה נחלקו:

ſer dicit: duos poſtes. Nomine R. Jiſchmaëlis dixit quidam diſcipulus coram R. Akiba: Non diſſenſerunt domus Schammai & domus Hillel de introitu quatuor ulnis minore, quod ſit licitus, ſive cum poſte, ſive cum trabe. De quo ergò diſſenſerunt? de lato à quatuor ulnis uſque ad decem. De hoc dixerunt Scholaſtici Schammai: poſte & trabe (opus habet:) Scholaſtici autem Hillelis dixerunt: aut poſte aut trabe. Dixit verò R. Akiba: de utroque diſſenſerunt.

(d) Sic Amſtelod. mallem pro eo: שהוא מותר או בלחי וכו׳ Venet. Prag. & Menaſſ. planè omittunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הכשר מבוי. ב״ש. וכו׳ *Juſtum introitum Schola Schammai &c.* הכשר *Introitus*: (h. e.) rectificatio & præparatio introitus, ad transferendum (res.) intra illum per communionem Introituum. *Scholà Schammai, dicunt, (debere habere) poſtem & trabem*: utroque indiget. Putarunt namque, quod vi legis (divinæ) 4. parietes integros requiramus, deſcenderitque traditio per Moſen è Sinai, quæ conſtituerit quarto poſtem & trabem.

Schola Hillelis ajunt: poſtem aut trabem. Nam (juxta hos) tres parietes vi legis (divinæ) requirimus, & non plures: deſcenditque traditio per Moſen è Sinai, ut addatur quartus ſive per poſtem quantuſcunque ſit, ſive per trabem, ad agnoſcendum parietem. Cæterum introitus, de quo hic loquuntur, eſt introitus clauſus à tribus lateribus, ita ut quartum latus apertum ſit verſus locum publicum, & longitudo ejus ſuperet latitudinem ejus. Nam ſi longitudo ejus æqualis fuerit latitudini ejus, reputatur pro atrio, quod perruptum eſt & apertum verſus locum publicum: indigetque aſſere quatuor (palmorum) & quodcunque amplius, aut duobus aſſeribus, quantæcunque latitudinis. Sic etiam atrium, quod perruptum eſt verſus locum publicum, cujus longitudo latitudine major eſt, (jus idem habere) judicatur, quod introitus, & licitum ſit per poſtem aut trabem. Cæterum introitus, qui rectificatus eſt per poſtem, differt ab introitu, qui rectificatus eſt per trabem. Nam ſi quis fuerit introitus, qui per poſtem rectificatus eſt, idem eſt, ac ſi illi eſſent quatuor parietes; ut, qui projicit (quid) in illum è loco publico, reus ſit: at introitus, qui rectificatus eſt per trabem, licet licitus ſit, ut transferant intra illum beneficio communionis, non tamen idem eſt cum loco perfectè privato, ut adeò, qui è loco publico intra illum (quid) projicit, liber ſit. Hypotheſis namque nobis eſt: Trabs eſt propter cognitionem, & poſtis loco parietis.

R. Elieſer dicit: duos poſtes: Idem cum Schola Schammai fundamentum opinio ejus habuit: requiſivit verò poſtem utrinque. Sed non eſt deciſio juxta R. Elieſerem. *Dixit quidem diſcipulus:* hic eſt R. Mëir. *Quatuor ulnis minore:* hæc eſt latitudo oſtii ejus. *Dixit verò R. Akiba: de utroque diſſenſerunt:* At Doctor Miſchnicus primus etiam ſic (ſive in hunc ſenſum) locutus eſt. Nam non diſtinxit inter latum & brevem (introitum (In Gemara verò expoſitum eſt, (& reſponſum,) quod diſſenſus inter illos ſit quoad introitum, qui in latitudine oſtii ſui habet pauciores, quam quatuor palmos. Altera namque pars exiſtimavit, nec poſte nec trabe illi opus eſſe: Altera verò ſtatuit, poſte aut trabe opus eſſe, Sed non planum eſt ex verbis eorum, quinam ex illis ſtatuerint, opus eſſe; aut qui ex iis exiſtimaverint, opus non eſſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכשר מבוי בית שמאי אומרים וכו׳ *Juſtum introitum Scholaſtici Schammai dicunt &c.* Diſſenſus, qui eſt inter Doctorem primum & Rabbi Eleazarem, hic eſt, quod alter putat, introitum, qui habet in latitudine ſua minus quatuor palmis, non opus habere ſive poſte ſive trabe: alter verò ſentit, opus habere. Nec explicatum eſt in Talmud, quisnam eorum alterutram ſententiam amplexus fuerit? Interim fundamenta (*ſeu Regulæ,*) quarum tu meminiſſe debes, ſunt, quod introitus, qui permiſſus eſt cum poſte & trabe, juxta ſententiam Scholaſticorum Hillelis, ſit, cujus fuerit longitudo major, quam latitudo ejus, ſaltem exiguum quid: Quod ſi fuerit quadratus, h. e. ſi longitudo ejus æqualis fuerit latitudini ejus, opus habeat poſte, qui erectus ſit in latere ejus, & cujus latitudo ſint quatuor palmi; aut poſte hinc & poſte illinc, ut latitudo ejus ſit, quantacunque placuerit, pro more atrii, quod opus habet aſſere quatuor (*palmorum*) aut duobus aſſeribus quantulicunque placuerint: & tum liceat uti illo. Et ſic, ſi domus alicujus longitudo major erit latitudine ejus, jus ejus idem eſt cum jure introitus, & poſtis aut trabs ſola ipſi ſufficiet, ut licitum ſit transferre intra illam in vaſe (*aliquid.*)

הכשר *Rectitudo introitus*, ſignificat apparatum & deſtinationem ejus, ut utatur quis eo, poſt factam mixturam Sabbathicam; quemadmodum exponitur, quando dicunt: הכשר ciborum, quod (*ſane*) ſignificat præparationem eorum & deſtinationem, ad immunditiem. Porro, ſcito, quod introitus, qui non patentes ſunt, ſint Carmelith, quando (*quidem*) introitus (*aliquis*) aptus fuerit verſus locum publicum; quemadmodum expoſuimus ab initio tractatus Schabbath: Si ergo (*quis*) fecerit trabem ejuſmodi introitus, i. e. lignum altius pariete, juxta altitudinem commemoratam, & (*juxta id,*) quod adhuc (*infra*) explicabitur de quantitate latitudinis iſtius trabis, conveniens erit facere in eo mixturam Sabbathicam. Eritque Carmelith, quod ad projectionem attinet, dicere volo, quod, quisquis projecerit è loco publico ſuper eum, non reus fiat exciſionis. Quod ſi fecerit illi poſtem, erit locus privatus, & qui projecerit in eum (*aliquid,*) reus erit. Nam Regula apud nos eſt: Trabs eſt, ut cognoſcatur; poſtis eſt, ut ſit paries. Cæterum non eſt deciſio juxta Rabbi Elieſerem. Diſcipulus, qui hic commemoratur, eſt Rabbi Mëir, & quoad ambas ſententias, h. e. verba Rabbi Elieſeris aut Rabbi Mëir, deciſio eſt juxta Scholaſticos Hillelis.

ג הקורה שאמרו רחבה כדי לקבל אריח (a)
ואריח חצי לבנה של שלשה טפחים דייה
לקורה שתהא רחבה טפח כדי לקבל אריח (b)
לרחבו:

3. Trabis, de qua loquuntur, latitudo (eſſe debet tanta,) ut poſſit recipere Ariach. Ariach autem eſt dimidium lateris tripalmaris. Sufficit tamen trabi, ut ſit latitudo ejus palmaris, ad recipiendum Ariach, (ſive dimidium lateris) ſecundum latitudinem ſuam.

(a) Venet. והאריח (b) Menaſſ. & Prag. pro לרחבו i. e. ſecundum latitudinem ſuam, habent לארכו h. e. ſecundum Longitudinem ſuam.

R. OB. DE BARTENORA.

הקורה שאמרו וכו׳ *Trabis, de qua loquuntur &c. Latitudo (eſſe debet tanta,) ut poſſit recipere Ariach:* ut idonea ſit cui inædificetur ſtructura fixa. *Ariach autem eſt dimidium lateris tripalmaris:* deprehenditur (hinc) quod latitudo Ariach palmus cum dimidio ſit. *Sufficit tamen trabi, ut ſit latitudo ejus palmaris:* ſic vult dicere: poſteaquam trabis latitudo palmaris eſſe poteſt, illi dimidio palmi reſiduum, ſiquidem Ariach eſt, palmum cum dimidio: (illi inquam,) poterit allinere latum, ut digitus ſit ex una parte, & digitus ex altera. Atque hâc ratione erit (plena) latitudo ejus, ad recipiendum Ariach. Et ſic explicatum eſt iſtud in Gemara.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קורה שאמרו רחבה לקבל אריח וכו׳ *Trabis, quam dixerunt, latitudo debet eſſe ad accipiendum Ariach &c.* לבנה *Later* notus eſt. Eſt autem quadratus trium palmorum ſuper tribus palmis. Quum dicit: ſufficit trabi, ut latitudo ejus ſit palmus, eſt indulgentia, pro ea (*trabe*,) quæ deficit. Quandoquidem enim requiritur, ut latitudo ejus ſit Ariach, hoc eſt, palmus cum dimidio, indulſit (*aliquid*) dictum hoc, dum dixit: Sufficit (*tamen etiam*) trabi, ut latitudo ejus ſit palmaris. Mox verò videbis hujus indulgentiæ rationem. Dixit enim, ut poſſit admittere Ariach juxta longitudinem ſuam: vult dicere: licet ratione latitudinis non habuerit niſi palmum, fieri tamen poteſt, ut conſiſtat ſuper ea Ariach, quum fuerit juxta longitudinem trabis (*poſitus*.)

ד רחבה כדי לקבל אריח ובריאה כדי לקבל אריח רבי יהודה אומר רחבה אף על פי (a) שאין בריאה:

(a) Venet. & Menaſſ. שאינה.

4. Lata itaque debet eſſe, ut poſſit recipere dimidium laterem; ſed & ſana, ut poſſit recipere (ſive portare) dimidium laterem. R. Jehudah quidem dixit: lata debet eſſe, etiamſi non fuerit ſana.

R. OB. DE BARTENORA.

רחבה כדי לקבל וכו׳ *Lata itaque debet eſſe, ut &c.* בריאה *Sana, ad recipiendum Ariach:* h. e. robuſta ad portandum gravitatem Ariach, ne frangatur. Et ſic habet deciſio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רחבה כדי לקבל אריח וכו׳ *Latitudo ejus ad admittendum Ariach &c.* בריאה Sana (*inquit*) ad admittendum Ariach, h. e. ut ſit valida ad portandum pondus Ariach, nec frangatur. Non eſt autem deciſio juxta Rabbi Jehudam.

ה היתה של קש ושל קנים רואין אותה כאלו היא של מתכת עקומה רואין אותה כאלו היא פשוטה עגולה רואין אותה כאלו היא מרובעת כל שיש (a) בהקיפו ג׳ טפחים יש (b) בו רוחב טפח:

(a) Venet. בהיקפו Amſtelod. בהיקפו. (b) Menaſſ. יש ברוחב טפח.

5. Si ex ſtipula aut arundinibus fuerit, reputant eam, tanquam eſſet metallina: Si curva, tanquam rectam reputant: ſi rotunda, reputant eam tanquam quadratam. In cujuſcunque enim ambitu ſunt tres palmi, eſt in eo latitudo palmi.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה של קש וכו׳ *Si ex ſtipula &c. Si ex ſtipula aut arundinibus fuerint &c.* Hoc R. Jehudah dixit; ſed deciſio non eſt juxta illum. *Si curva,* nam non poteſt Ariach ſuper eâ requieſcere. Sic *ſi rotunda*; Ariach non requieſcit ſuper ea. *Si fuerit in ambitu ejus:* q. d. quæ verò eſſe debet menſura rotundæ, ut pro legitima habeatur? (Reſp.) In cujuſcunque ambitu ſunt tres palmi, ut adeo requirat filum trium palmorum pro (metiendo) ambitu ſuo circum circa: certum eſt, quod habeat latitudinem palmarem, ſi diffindatur. Nam ſic invenimus de mari, quod fecit Salomo; decem ulnæ ab extremitate una ad extremitatem alteram, rotundum circum circa, & linea triginta ulnarum circumdabat illud circum circa. Itaque unicuique ulnæ in latitudine reſpondent tres ulnæ in ambitu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היתה של קש או של קנים וכו׳ *Si fuerit ex ſtipula aut arundinibus &c.* Oportet te ſcire, quod proportio diametri circuli ad circumferentiam ſit incognita; nec fieri poſſit, ut loquamur de hac unquam accuratè. Imperfectio autem hujus apprehenſionis (*ſeu ſcibilis*) non eſt ex parte noſtri, juxta opinionem ſectæ, quæ vocatur גהליה *Gehaliæ*; ſed eſt ex natura ipſius rei hujus incognita, dum non eſt ejuſmodi natura ejus, ut apprehendatur. Attamen cognoſcitur hoc prope. Siquidem pridem compoſuerunt Autores Arithmeticæ de hoc libros, unde cognoſcas proportionem diametri ad circumferentiam prope: Et ratio admirandæ propinquitatis, cui etiam doctiſſimi Mathematici innituntur, eſt proportio unius ad tria cum parte ſeptima: ita ut, quicunque circulus habeat in diametro ſuâ ulnam, in ejus circumferentia ſint tres ulnæ cum parte ſeptima (*ulnæ*) prope. Verum enim verò, quia res tamen non cognoſcitur niſi prope, ſumpſerunt illi (*Doctores noſtri*) numerum integrum, dixeruntque. In cujuſcunque circumferentia ſunt tres palmi, ejus latitudo (*ſeu diameter*) eſt unius palmi: Atque huic innituntur, quantum nobis opus eſt ad dimenſiones in lege.

ו לחיין שאמרו גובהן עשרה טפחים ורחבן ועוביין כל שהוא רבי יוסי אומר רחבן ג׳ טפחים:

6. Poſtium, de quibus dixerunt, altitudo eſſe debet decem palmorum; latitudo autem & denſitudo quæcunque. R. Joſe quidem dixit: Latitudo eorum trium palmorum.

R. OB. DE BARTENORA.

לחיין שאמרו וכו׳ *Poſtium de quibus dixerunt &c. Poſtium, de quibus dixerunt,* poſtium nimirum, de quibus diſſenſerunt Rabbi Elieſer & Sapientes, dum juxta R. Elieſerem duos requirimus, juxta Sapientes verò unum, hæc eſt menſura: ut in altitudine eorum ſint decem palmi, juxta menſuram altitudinis introitus, cujus altitudo minor eſſe non debet decem palmis. Licet verò etiam introitus aliquis fuerit altus valdè; ſufficit tamen illi poſtis altus decem pal-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לחיים שאמרו גובהן עשרה וכו׳ *Poſtium, de quibus locuti ſunt, altitudo ſunt decem &c.* Cardo rei in hoc dicto de poſtibus, circa quos diſſentiunt Rabbi Elieſer & Sapientes, hic eſt, quod alter dicit, poſtem unum (*requiri*;) alter, poſtes duos: interim ambo fatentur, quod latitudo & craſſities eorum poſſit eſſe, quæcunque placuerit. Supra verò expoſuimus, quod non ſit deciſio juxta Rabbi Elieſerem. Similiter etiam non eſt deciſio juxta Rabbi Joſe. Porro dicit,

palmos. *R. Joſe dixit : latitudo eorum trium palmorum* : quaſi requiratur res digna, quæ pro pariete habeatur. Sed non eſt deciſio juxta R. Joſen.

dicit, altitudinem eorum (*poſtium*) eſſe debere decem palmorum ; propterea quod iſta ſit altitudo minima, quæ in introitum cadit, quemadmodum (*ſupra*) meminimus. Quod ſi verò etiam fuerit altitudo introitus viginti ulnarum, & fecerit (*quis*) poſtem decem (*tantum*) palmorum in altitudine ejus, tamen ſufficiet.

ז בכל עושין לחיין אפילו בדבר שיש (a) רוח חיים ורבי (b) מאיר אוסר ומטמא משום גולל ורבי מאיר מטהר וכותבין עליו גיטי נשים ורבי יוסי הגלילי פוסל :

7. Ex omni re faciunt poſtes : etiam ex re, in qua eſt ſpiritus vitarum. R. Meir autem prohibet id. Et polluit nomine operculi ſepulchri (ſi fecerit quis ex operculo ſepulchri Raſch.) Mundum tamen ſatis dicit R. Meir. (operculum ſepulchri.) Et ſcribunt ſuper eo libellum repudii mulierum. Licet R. Joſe Galilæus rejiciat.

(a) Amſtelod. & Menaſſ. שיש בו רוח (b) Pro ר׳ מאיר qui in Venet. & Amſtelod. nominatur, ſubſtituunt Prag. & Menaſſ. ר׳ יוסי.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל עושין לחיין וכו׳ *Ex omni re faciunt poſtes &c. Rabbi Joſe prohibet* : quod timendum nobis ſit, ne forte moriatur (iſta res viva) & non ſit alta decem (palmos ;) ille verò non advertat animum, & innitatur ei. *Et polluit nomine ſepulchralis operculi* : ſi fecerit (quis) ex ea operculum ſepulchrale, polluit in perpetuum, ſi tetigerit illam homo, aut vaſa, ſicut tentorium mortui ; etiamſi inde auferatur. Scriptum namque eſt : *& omne, quod tetigerit ſuper faciebus agri*, quod interpretamur, (dictum eſſe) ad includendum operculum ſepulchrale & latus ſepulchri. גולל eſt *operculum ſepulchri. Mundum tamen ſatis dicit R. Meïr.* Ratio R. Meïr inde eſt, quod exiſtimavit, quod omnis paries, qui per ſpiritum vivum ſe ſuſtentet, non ſit paries. Quod verò non eſt conſtitutio.

Licet R. Joſe Galilæus rejiciat : eo quod ſcriptum ſit : & ſcribet illi כפר *libellum*. Quid eſt כפר *libellus* ? non eſt in eo ſpiritus vivus : ideo & in quacunque alia re, (ex qua libellus repudii fieri debet,) ſpiritus vivus ne eſto. At Doctores noſtri (illi reſponderunt :) ſi ſcriptum eſſet : & ſcribet illi בספר *in libello*, tum eſſet (verum,) quod dixiſti. Jam verò ſcriptum eſt ; & *ſcribet illi* כפר q. d. *narrationem*, nimirum לספור *ad narrandum res*. Et deciſio eſt juxta Doctorem primum, ita, ut ſi quis ſcripſerit libellum repudii ſuper cornu vaccæ, & dederit illi (mulieri) vaccam, cùm nulla, poſtquam ſcriptus eſt, abſciſſione opus ſit, legitimus ſit ; verum ſi non dederit vaccam, ſed tantum cornu, cum abſciſſione opus ſit, non poſſit per eum (libellum) repudiare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בכל עושין לחיין וכו׳ *Ex omni re faciunt poſtes &c.* גולל eſt *operculum ſepulchri*, quod quiſquis attingit, immundus eſt ſeptem diebus. Atque hoc eſt, quod lex dixit (*Num. XIX*, *v*, 16.) Et omne, quod tangat, ſuper agro, confoſſum gladio, aut mortuum, aut os hominis, aut ſepulchrum. Sed amplius explicabitur hoc explicatione accurata ſuo loco in tractatu Oholoth. Cæterum non eſt deciſio juxta Rabbi Joſe, nec juxta Rabbi Mëir, nec juxta Rabbi Joſe Galilæum.

ח שירא (a) שחנתה בבקעה והקיפוה (b) בכלי בהמה מטלטלין בתוכה ובלבד (c) שיהא גדר גבוה עשרה טפחים ולא יהו פירצות יתרות על הבנין כל פרצה שהיא בעשר אמות מותרת כפני שהיא כפתח יתר מכאן אסור :

8. Si turma caſtra metata fuerit in valle, & circumdederit eam (vallem) vaſis beſtiarum, transferunt intra eam : dummodo ſepes ſit decem palmarum alta ; nec ſint rupturæ ſtructurâ majores. Omnis ruptura, quæ decem eſt ulnarum, licita eſt : quia eſt tanquam oſtium : Major his, prohibita eſt.

(a) Menaſſ. שירה (b) Venet. & Amſtelod. כלי ſine ב præf. (c) Menaſſ. שהיא.

R. OB. DE BARTENORA.

שירא שחנתה וכו׳ *Si turma caſtra metata fuerit &c. Nec ſint rupturæ majores ſtructura* : licet fuerint rupturæ parvæ, minores decem ulnis, nihilominus, ſi ruptum amplius erit ſtante, non erit paries, etiamque prohibitum id, quod ſtanti obvertitur. *Omnis ruptura, quæ decem eſt ulnarum, licita eſt* : ſi modo id, quod ſtat, amplius illa ſit, aut etiam perruptum æquale ſtanti, erit paries, atque id quoque, quod perrupto obvertitur, licitum. *Major his prohibita eſt* : adeò, ut unica etiam ruptura decem ulnis major, prohibeat totam circumferentiam ; ſi maximè id, quod ſtat, amplius fuerit. Quandoquidem non ſolent homines portam facere ullam, quæ decem ulnis major ſit : ut adeò ruptura ſit ; id tamen præciſè, ſi non ſit illi forma portæ. Sed ſi habuerit formam portæ, ſi maximè major decem ulnis fuerit, pro porta habebitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שירה שחנתה בבקעה וכו׳ *Turma, quæ caſtra metata eſt in valle &c.* ארחת *Turma Iſmaelitarum* (*Gen. XXXVII. v.* 25.) Chaldaice verſum eſt שירת ערבאי *turma Arabum*. Cæterum quando perruptum majus eſt ſtante, in tota lege non eſt paries : quando tamen perruptum eſt æquale ſtanti, tum eſt paries, & licitum eſt transferre intra totum (*incluſum ei ſpatium.*) At quando in tota iſta perrupta parte fuerit ruptura latior decem ulnis, quemadmodum expoſuit, non erit paries : ſi maxime ſtans majus fuerit. Quod ſi tamen fuerit forma oſtii, nihilominus erit paries : ſi maximè latitudo rupturæ erit amplior decem ulnis. Nota verò has regulas perpetuo.

ט מקיפין שלשה חבלים (a) זה למעלה מזה וזה למעלה מזה ובלבד שלא יהא בין חבל לחברו שלשה טפחים שיעור חבלים ועוביין יתר על טפח כדי שיהא הכל עשרה טפחים :

9. Circumducunt (circa turmam in valle Raſch.) tres funes, unum ſuper alterum : dummodo inter unum & alterum tres palmi non interſint. Menſura autem funium (omnium trium) & eorum denſitudo palmam ſuperare debet, ut omnia (ſive in univerſum) ſint decem palmi.

(a) Amſtelod. זו למעלה מזו וזו למעלה מזו.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

מקיפין ג׳ חבלים וכו׳ *Circumducunt tres funes &c. Circumducunt tres funes*: ad turmam, quæ caſtra metatur in valle, (hoc) refertur. *Unum ſuper alterum*: ſuper baculis circumcirca; ab infimo fune uſque ad ſolum eſſe debet ſpatium tribus (palmis) minus. Quomodo habebit ſe, quaſi univerſum eſſet res quædam ſtans (ſeu recta:) dum quicquid tribus palmis minus eſt, ſimile ſit appendici. Porrò ab iſto uſque ad medium (funem) ſpatium (iterum) tribus (palmis) minus. Quomodo habes rem ſtantem ſex palmorum, detractis defectibus duobus, in duobus ſpatiis. Tandem à medio uſque ad ſummum (funem) ſpatium tribus palmis minus. En! habes rem ſtantem novem palmorum, detractis defectibus qui deſunt, tribus in tribus intervallis: Jam craſſities funium explebit palmum cum iſtis tribus defectibus: ut interſint inter omnes decem palmi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקיפין ג׳ חבלים זו למעלה מזו וכו׳ *Circumducunt tres funes unum ſupra alterum &c.* Hoc clarum eſt, quod menſura parietis ſint decem palmi. Jam Regula eſt apud nos: quicquid minus eſt tribus palmis, eſt quaſi appendix alicujus rei. Eſtque illud è numero conſtitutionum, quas accepit Moſes è Sinai. Hinc requiritur, ut craſſities funium faciat ultra palmum, ad integrandum tres menſuras deficientes inter funem & funem, ut interſit inter illos minus tribus (*palmis.*)

י (a) ומקיפין בקנים ובלבד שלא יהא בין קנה לחברו שלשה טפחים בשיירא דברו דברי רבי יהודה וחכמים אומרים לא דברו בשיירא אלא בהווה כל מחיצה שאינה של שתי ושל ערב אינה מחיצה דברי רבי יוסי בר יהודה וחכמים אומרים אחד משני דברים ארבעה דברים פטרו במחנה מביאין עצים מכל מקום ופטורים מרחיצת ידים ומדמאי ומלערב :

(a) Copula in Menaſſ. Prag. & Amſtelod. abeſt.

10. Circumdant etiam arundinibus: dummodo inter arundinem unamquamque & alteram non interſint tres palmi. De Turma loquuntur: inquit R. Jehudah. At Sapientes dicunt: non loquuntur de turma (alio ſenſu,) niſi tanquam de eo, quod frequentius contingit. Quodcunque interſtitium non eſt ſtamen & ſubtegmen, non eſt interſtitium: verba R. Joſe fil. Jehudæ. At Sapientes dicunt: Alterutrum de duabus his rebus (ſufficit.) Quatuor res permiſerunt in caſtris: Adducunt ligna ex quocunque loco, liberi ſunt à lotione manuum, & à dubio, & à commiſcendo (ante Sabbathum, ſeu mixturâ Sabbathicâ.)

R. OB. DE BARTENORA.

מקיפין בקנים וכו׳ *Circumdant etiam arundinibus &c. Circumdant etiam arundinibus*: infixis (terræ) & erectis. Et hic eſt מחיצת שתי paries ſtaminis: ſed (paries) funium eſt מחיצת ערב paries ſubtegminis. *De turma loquuntur*: indulſerunt his, ut non opus habeant, niſi vel ſtamine e. g. arundinum, vel ſubtegmine e. g. ex funibus. Sed uni ſoli non indulſerunt (idem,) adeò ut requiratur in eo (pariete illius) ſtamen & ſubtegmen. Sed tres homines ſunt quædam quaſi turma.

Quæcunque maceries non eſt ſtamen & ſubtegmen &c. Rabbi Joſe Filius Jehudæ, diſſentit à patre ſuo, & dicit, etiam Turmam opus habere ſtamine & ſubtegmine. *Alterutrum de duabus his rebus* (*ſufficit:*) ſc. vel ſtamen, vel ſubtegmen. Diſſenſus aliquid intercedit Doctoribus prioribus noſtris cum Doctoribus noſtris poſtremis. Nam Doctores noſtri primi non permiſerunt uni ſoli (quicquam,) niſi ſimilis factus fuerit turmæ in via, dum non poteſt facere parietem convenientem ſibi in terrâ habitata. Sed Doctores noſtri poſteriores dicunt: unum ex duabus iſtis rebus, tam uni ſoli quam multis, tam in via, quam in terra habitata (ſufficit.) Et deciſio eſt juxta hos; niſi quod homo unus aut duo, qui Sabbathum in deſerto tranſigunt, non poſſunt facere parietem ſpatio duarum Searum majorem, quod (ſpatium) habet centum ulnas in longitudine, & quinquaginta in latitudine, ſicut atrium habitaculi (ſancti.) At tres homines, pluresve faciunt turmam, & poſſunt facere parietem magnum, etiam aliquot milliarium, prout neceſſarius fuerit ipſis, & vaſis uſus eorum: & beſtiis eorum: modo non relinquatur locus vacans intra parietem duabus Seis major.

Permiſerunt in caſtris: exeuntibus in bellum, etiam in bellum arbitrarium. *Adducunt ligna*: nec ſolliciti ſunt de rapina, ſi maxime iſta (ligna) poſſeſſores eorum exciderint, & (ex iis) faſciculos fecerint. *Liberi ſunt à lotione manuum*: ante cibum ſumtum; verum ad aquas (ſumendas) poſt cibum obligati ſunt; quandoquidem hæ ordinatæ ſunt propter ſalem Sodomæum, qui oculos excœcat. Gravius enim eſt periculum, quam obligatio. *Et à dubio*: ut non oporteat eos Thrumam ſeparare decimarum dubii; nimirum quando emerint frumentum à populo terræ. *Et à com-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקיפין בקנים ובלבד שלא יהא וכו׳ *Circumdant arundinibus, modo non ſint &c.* Mentionem fecit in iis, quæ præceſſerunt, ſubtegminis ſine ſtamine: quando nimirum dixerunt: circumdant funibus. Nunc itaque mentionem facit parietis, qui ſit ſtamen ſine ſubtegmine: quum ait: circumdant arundinibus. Poſtea dicit Rabbi Jehuda, quod non permiſerint illum, niſi turmetur; hoc eſt, quando plures fuerint, quam duo (*homines.*) Sed Doctor primus dixit, quod nullum ſit diſcrimen, ſive ſit turma, ſive unus aliquis. Quandocunque cogitur aliquis facere parietem in turma, ſufficit illi ſtamen aut ſubtegmen, e. g. quando circundant arundinibus aut funibus. (*Ita R. Jehuda.*) At Sapientes, quando dicunt: alterutra ex iſtis duabus rebus (*ſufficit*,) loquuntur de hoc, quod etiam unus aliquis ſi ſit in urbe (*aut provincia*,) ſufficiat illi alterutra ex iſtis duabus rebus; quocunque etiam loco faciendus ſit paries.

Oportet autem te ſcire, quod, quando homo unus aut duo veniunt in deſertum, & faciunt parietem, quemadmodum meminimus; quod (*inquam*) inter conditiones parietis ſit, ut non ſit intra illum (*ſpatium ſ. area*) ultra ſpatium duarum Searum; qui locus eſt, in cujus dimenſione, tempore ſubducti calculi, (*h. e. quum calculus ſubducitur*,) quinque millia ulnarum ſunt, (*ſeu deprehenduntur;*) quamcunque etiam figuram habeat. Eſt namque iſta dimenſio atrii tabernaculi; (*quippe*) cujus longitudo fuit centum, & latitudo quinquaginta (*ulnarum.*) Quando verò tres aut plures fuerint, tum faciunt turmam, & poſſunt facere parietem tantæ dimenſionis, quanta opus fuerit ipſis & vaſis eorum, & uſui eorum; ſi vel maximè in dimenſione loci (*comprehenſa*) fuerint milliaria multa: modò non relinquatur de loco, quem circumdederunt pariete, locus vacuus, in cujus calculo deprehendatur ſpatium duarum horarum.

Caſtra hæc, quæ commemorantur hic, (*intelligenda ſunt*) etiam de bello arbitrario: quanto magis de bello præcepto. Cæterum ſublevamus eos (*indulgemus*) propterea quod occupati ſunt in ſubjugatione terrarum inſidiatorum. Adferunt itaque ligna ex quocunque loco, ſi maxime ceciderint illa poſſeſſores eorum; & fecerint ex iis faſciculos: ut tamen non incumbat illis iniquitas rapinæ. Liberi quoque ſunt

commiſcendo: ſc. mixturas atriorum, e. g. è tentorio uno in tentorium alterum intra caſtra parietibus circumdata. Interim commiſcere commixtiones terminorum illos oportet.

ſunt à lotione manuum, ita quidem, ut poſſint comedere, licet non laverint manus ante cibum; nec laborem hunc ipſis imponunt, ut quærant aquas: attamen poſt cibum lavabant manus neceſſariò, cum (*aliàs*) periculum ſit, propterea quod ſal eorum noceat oculis. Eſt namque moris illis intingere in ſalem, quo tempore edunt. Hinc ſolliciti ſumus, ne forte tangat (*quis miles*) manu ſua oculos ſuos, & noceat illis. Atque hæc eſt ratio lotionis manuum poſt cibum. Vocarunt autem aquas poſtremas. Et (*liberi etiam ſunt*) à Demaj ſeu dubio. Quo hoc volunt, quod licitum ipſis ſit comedere Demaj: hoc eſt, rem, è qua non detraxerunt, quæ ſtatuta ſunt, cum tamen detrahere debeant, e. g. Thrumam decimarum, & decimas ſecundas. Sed jam expoſuimus Demaj, & jura ejus, in tractatu Demaj. Item (*ſc. liberi ſunt in caſtris*) à miſcendo Sabbathicè. Quo hoc ſignificatur, quod liberi ſint, ut utantur in caſtris ſuis (*rebus*) è tentorio in tentorium (*tranſlatis*;) Atque adeo liberi ſint à faciendo mixturam Sabbathicam inter tentoria; quæ ſunt inſtar atriorum. Sed ad mixturas Sabbathicas terminorum tenentur. Verum amplius explicabuntur mixturæ terminorum ſuo loco in hoc ipſo tractatu. Non eſt autem deciſio juxta R. Jehudam (*in ſuperiori Miſchna*:) nec eſt deciſio juxta R. Joſe; ſed deciſio eſt juxta ſapientes.

פרק ב עושין פסין לביראות ארבעה דיומדין נראין כשמונה דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר שמונה נראין כשנים עשר ארבעה דיומדין וארבעה פשוטים גובהן עשרה טפחים ורוחבן ששה ועוביים כל שהוא וביניהן כמלא שתי רבקות של שלש שלש בקר דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר של ארבע (a) ארבע קשורות ולא כותרות אחת נכנסת ואחת (b) יוצאת:

(a) Amſtel. של די קשורות (b) Prag. & Menaſſ. יוצאה.

Caput 2. Faciunt aſſeres ad fontes, quatuor Dijumedin, q. d. quater binas columnas, quæ appareant eſſe octo: Verba ſunt R. Jehudæ. R. Mëir dicit: octo, quæ appareant eſſe duodecim: nimirum quatuor Dijumedin, ſeu duplices columnas (vel aſſeres,) & quatuor ſimplices. Sit autem earum (columnarum, vel aſſerum) altitudo decem palmorum, latitudo ſex, denſitudo quæcunque. Et inter eas ſpatium duorum armentorum ex ſaginarii ternis bobus: Verba ſunt R. Mëir. At R. Jehudah dicit: ex quaternis ligatis (bobus,) non ſolutis. Ita, ut uno ingrediente, alterum egrediatur.

R. OB. DE BARTENORA.

עושין פסין לביראות וכו׳ *Faciunt Aſſeres ad Fontes &c. Faciunt aſſeres ad fontes*: qui ſunt in loco publico; ideò quod fontes ſint locus privatus, cum ſint profundi decem palmos; ut adeò non poſſint haurire ex illis, & educere in locum publicum. Faciunt itaque Aſſeres, ut aſſeres circa fontem locum privatum faciant. Tum verò (quis) haurire poteſt & educere (in locum publicum intra aſſeres incluſum) & relinquere ibi, ut ingrediatur beſtia ejus ſive tota, ſive quoad caput & majorem partem ſui, eamque ille (ſic) potet. דיומדין h. e. *duæ columnæ*. Nam unaquæque ex iſtis quatuor columnis apparebat, quaſi binæ eſſent. די δύο in lingua græca *duo* ſignificat. Cæterum quando fixerit columnam (unam aliquam) factam in forma duarum in angulo meridiano occidentali, deprehendetur, quod latus ejus unum verſus ortum, alterum verſus ſeptentrionem vergat. Si (dein de) alteram (fixerit) in angulo ſeptentrionali occidentali, latus ejus unum verſus ortum, alterum verſus meridiem verget. Quando tandem omnes quatuor in quatuor angulis erexerit, deprehendetur verſus ſingulos ventos latus duarum ulnarum, ita ut ulna ſit è regione ulnæ, & ſpatium in medio.

Et quatuor ſimplices: in medio verſus ſingulos ventos erigit aſſerem, cujus latitudo eſt ulna. Quando tamen inter aſſerem unum ex iſtis quatuor duplicibus, & inter aſſerem alterum nonniſi decem ulnæ interfuerint, aut minus, fatetur R. Mëir, quod aſſeribus ſimplicibus opus non ſit. Viciſſim, ſi quid ultra tredecim ulnas & trientem interfuerit, confitetur R. Jehudah, quod aſſeribus ſimplicibus opus ſit. Itaque non diſſenſerunt, niſi de (ſpatio) decem uſque ad tredecim ulnas cum triente. Nam (de hoc) R. Mëir dicit: opus habet ſimplicibus; At R. Jehudah dicit: non opus habet. Deciſio eſt juxta R. Jehudam.

Duorum armentorum externis bobus ſaginatis: cùm latitudo uniuſcujuſque bovis ſit duarum ulnarum triente minus, invenitur latitudo ſex boum decem ulnarum. Atque hoc eſt ſpatium, quod relinqui poteſt inter aſſerem & aſſerem; juxta verba R. Mëir. Quod ſi latitudo iſta major fuerit, neceſſe erit, ut multiplicentur aſſeres ſimplices. רבקות *Armenta ſaginata*, habet ſuam ſignificationem ex (Jerem. XLVI. v. 21.) עגלי מרבק *Vituli ſaginarii. R. Jehudah dicit: ex quaternis*: qui faciunt tredecim ulnas cum triente. *Ligatis, non ſolutis*: ne exciperes, quaſi ligatis, non autem revera ligatis, ſic (majoris evidentiæ cauſa) tradere voluit. *Non autem ſolutis*: ut rigoroſius agatur, & minuatur ſpatium, quod inter illos (boves.) *Ita ut uno ingrediente, alterum egrediatur*: armentum unum boum ingredi debet; alterum verò armentum egredi. Quomodo erit latitudo major, quam ſi ambo egrederentur, aut ambo ingrederentur. Atque hoc eſt indulgentiæ alicujus, ut non requiramus (ulnas) uſque adeò conſtrictas (ſeu præciſas.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עושין פסין לביראות וכו׳ *Faciunt aſſeres fontibus &c.* דיומדין eſt vox compoſita ex duabus vocibus (*q. d.*) דיו עמודין *duas columnas*. Nam דין δύο in lingua græca *duo* (*ſignificat*) itaque vox exponenda eſt per duo, &, columnæ. ביראות autem eſt pluralis τῷ באר *fontis*; qui eſt fons aquarum ſcaturiens. רבקות eſt pluralis τῷ רבקה, quod notat *armentum boum ſaginatorum*: ex ſignificatione (*vocis* מרבק *ſagina Jerem. XLVI. v. 21.*) *ſicut vituli ſaginarii*.

Quod verò dicit: *ligatarum*, & non: ſolutarum, (*factum eſt*) ad commonefaciendum, quod de ligatis conſtare debeat. Latitudo autem vaccæ mediocris, ad quam hic digitus intenditur, quoad veram quantitatem, eſt minor triente, ut adeo latitudo, quæ inter aſſeres eſſe debet, juxta ſententiam Rabbi Mëir, ſit decem ulnarum; ſed juxta ſententiam Rabbi Jehudæ, tredecim ulnarum & trientis. Interim non eſt diſſenſus inter Rabbi Mëir & inter Rabbi Jehudam, in hoc, quod, ſive interſint inter aſſeres decem ulnæ, ſive minus, non opus ſit quatuor ſimplicibus: nec in hoc, quod ſi interfuerint quatuordecim ulnæ, aut amplius, inter illos opus ſit ſimplicibus. Itaque diſſenſus (*in hoc tantum*) inter illos eſt, quando interſtitium, quod eſt inter aſſerem & aſſerem, latius fuerit decem ulnis, uſque ad quatuordecim ulnas. Omnino autem una ingredi debet, & altera egredi. Neque enim poteſt fieri, ut (*integrum*) armentum ſaginarii ingrediatur, & (*integrum*) armentum exeat; niſi inter illa ſit ſpatium: quod erit illud ipſum, ad quod digitum intendit per iſtas decem ulnas, quæ fuerunt inter binos quoſque aſſeres, quum fuerint (*ulnæ*) latæ, non ſtrictæ. Tandem deciſio eſt juxta Rabbi Jehudam in utroque dicto.

ב מותר להקריב לבאר ובלבד שתהא פרה (a) ראשה ורובה בפנים ושותה מותר להרחיק כל שהוא ובלבד שירבה בפסין :

(a) Venet. ראשונה.

2. Licet etiam aſſeres propè puteum erigere, dummodo vaccæ caput & major pars (corporis) eſſe poſſit intus, quum biberit. Licet amplificare (ſive remotè ponere aſſeres,) quantum libet; dum (amplificans) multiplicet aſſeres.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר להקריב וכו׳ *licet etiam propè puteum erigere &c. Licet etiam propius puteum erigere:* nimirum aſſeres, & facere circumferentiam minorem: dummodo fuerit ab extremitate (ſeu labro) putei, uſque inter aſſeres (ſpatium tantum,) quantum requirit caput & major pars corporis vaccæ; quæ erunt duæ ulnæ; non autem iſto minus, ne fortè quis trahat verſus vaccam ſuam, & (ſimul) educat ſitulam extra parietem. *Licet amplificare, quantum libet:* ut faciat (quis) circumferentiam majorem, prout cor illius deſiderabit. *Dum multiplicet aſſeres:* quo magis namque amplificabit (ſeu removebit) à puteo (ſeu fonte,) eò majus reddet ſpatium, quod inter aſſeres eſt. Ideo oportet multiplicare aſſeres, uſque eò, donec non fuerit (ſpatium) inter ſimplicem & ſimplicem (aſſerem) latius tredecim ulnis cum triente: juxta verba R. Jehudæ, juxta quem deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מותר להקריב לבאר וכו׳ *Licitum eſt abluere ad fontem &c.* Si fuerint aſſeres multi, obſervabit, ut non deprehendantur in latitudine ſingulorum aſſerum ſex palmi, nec interſint inter aſſerem plures quam tredecim ulnæ & triens. Iterumque eſt deciſio juxta R. Jehudam, ſicut diximus in conſtitutione præcedente.

ג רבי יהודה אומר עד בית סאתים אמרו לו לא אמרו בית סאתים אלא לגינה ולקרפף אבל אם היה דיר או סהר או מוקצה או חצר אפילו בית חמשת כורין אפילו בית עשרה כורין מותר (a) ומותר להרחיק כל שהו ובלבד שירבה בפסין :

(a) Verba hæc: ומותר להרחיק כל שהו ובלבד שירבה בפסין : prorſus abſunt in Veneto.

3. R. Jehudah dixit: Donec fiat ſpatium duarum Searum. Dixerunt ei: non dixerunt (Doctores noſtri:) ſpatium duarum Searum, niſi de horto & Karpeph, (lignorum repoſitorio:) ſed ſi caula ſit (extra urbem,) aut carcer (caula intra urbem: Raſch.) aut ſpatium deſtinatum, aut veſtibulum (atrium;) etiam quinque Cororum, imo decem Cororum eſſe licet. Unde utique etiam licet ampliare (hic) quantum libet, modò multiplicet (quis) aſſeres.

R. OB. DE BARTENORA.

ר׳ יהודה אומר וכו׳ *Rabbi Jehudah dicit &c. Rabbi Jehudah dicit: donec fiat ſpatium duarum Searum:* h. e. non faciet (quiſquam) circumferentiam putei majorem, quam uſque ad duas Seas. *De horto & Karpeph:* quippe quorum circumferentia non eſt pro habitatione. Karpeph eſt ſpatium magnæ circumferentiæ extra urbem, ad introducendum eò ligna in theſaurum (zum Vorrath.) דיר *Caula:* pecudum eſt, quam erigunt in agro, hodie hîc, cras alibi, ad ſtercorandum eum fimo pecudum. סהר *Carcer:* pro beſtiis intra urbem. Sunt tamen qui legunt, carcer domus vinctorum. חצר *atrium:* eſt locus *aptus*, qui ante domos eſt. מוקצה *ſpatium deſtinatum:* eſt ſpatium latum, quod poſt domos eſt. Nam hæ omnes circumferentiæ ſunt pro habitatione. Jam verò aſſeres hi fontium etiam, cum aquæ eorum idoneæ ſint bibitioni hominum & beſtiarum, uſus excellentioris ſunt. *Unde utique etiam licet ampliare (hîc) quantum libet:* quaſi dicat: quemadmodum, ſi omnia iſta, quæ pro habitatione circumdata ſunt, maxima fuerint uſque etiam ad decem coros, nihilominus licebit intra illa transferre: ſic licebit ampliare circumferentiam aſſerum fontium, quantum (uniuscujuſque) cor deſiderabit. Et ita quidem habet deciſio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי יהודה אומר עד בית סאתים וכו׳ *R. Jehudah dixit, uſque ad ſpatium duarum &c.* Rabbi Jehudah dicit, diſtantiam à latere fontis aſſeribus eſſe debere quantitatis ſeptuaginta ulnarum, & duarum tertiarum ulnæ tantùm: quæ eſt quantitas lateris ſpatii duarum Searum, ſicut infrá explicabitur. Porrò קרפף eſt *locus circumdatus macerie.* דיר eſt *locus ubi congregantur greges* (*caula ſcil.* סהר *carcer* eſt notus (*ex Gen. XXXIX. v. 10.*) *in domum* סהר *carceris.* (*Equidem h. l. alii aliter accipiunt: vid. Raſch. h. l.*) חצר *Atrium*, eſt locus, qui non eſt contabulatus (*trabibus.*) Ratio autem in hoc (*negotio ſeu dicto*) eſt, quod hortus, & Karpeph locus macerie munitus, non ſit circumdatus in habitationem. Cæterum alibi diximus, quod ſpatium Cori adæquet triginta Seas. Quod jam dicunt: licet ampliare, quantum libuerit, modo multiplicet (*quis aſſeres*,) refertur ad aſſeres fontium. Atque hoc eſt, quod dixerunt Sapientes ad R. Jehudam: Non dixerunt: ſpatium duarum Searum &c. Et non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

ד רבי יהודה אומר אם היתה דרך (a) הרבים מפסקתן יסלקנה לצדדין וחכמים אומרים אינו צריך אחד בור הרבים ובאר הרבים ובאר היחיד עושין להן פסין אבל לבור היחיד עושין (b) מחיצה (c) גבוה י׳ טפחים דברי רבי עקיבא רבי יהודה בן בבא אומר אין עושין פסין אלא לבאר הרבים בלבד ולשאר עושין חגורה (d) גבוה י׳ טפחים :

4. R. Jehuda dixit: Si via publica interſecuerit eos (aſſeres,) declinant (viam) in latera: ſed Sapientes, non eſſe neceſſe, pronunciarunt. Eadem eſt ratio foveæ (ciſternæ) publicæ, & putei publici, & putei privati, ut faciant iis aſſeres: ſed foveæ privatæ faciunt maceriem decem palmos altam: Verba ſunt R. Akibæ. R. Jehudah f. Babæ dicit: non faciunt aſſeres, niſi puteo publico ſoli; Reliquis autem faciunt cincturam (funium: Raſchi.) decem palmos altam.

(a) Venet. & Amſtelod. דרך רשות הרבים. (b) Amſtelod. & Menaſſ. עושין לו מחיצה. (c) (d) Venet. & Menaſſ. utrobique גבוהה.

R. OB. R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה אומר וכו׳ *Rabbi Jehudah dicit &c. Si fuerit via publica* : via, quam multi terunt. *Interſecuerit eos :* ſc. aſſeres. *Declinet eam in latera* : extra aſſeres, ut non ambulent plures intra aſſeres : quippe ſimiles redderent loco publico, & irritum redderent parietem. Non eſt autem deciſio juxta R. Jehudam. *Foveæ publicæ :* ſi (tamen) defecerunt aquæ, admonuerunt ſe invicem. Nam non permiſerunt aſſeres fontium, niſi ut aquæ invenirentur pro beſtiis aſcendentium ad ſolennia feſta. Quamdiu autem non erat ibi aqua, non valebat pro aſſeribus lex parietum. *Fons privatus* etiam eſt licitus. Nam באר eſt fons aquarum vivarum (ſeu ſcaturientium :) ut nunquam deficiat aqua. *Puteo publico* : quia duobus par eſt ratione præſtantiæ. Et ſic habet deciſio. Cæterum non licet haurire aquas, & educere extra fontem mediantibus aſſeribus fontium, niſi ad potandum beſtias aſcendentium ad feſta ſolennia, & in terra Iſraël tantum. Sed educere aquas, ut ipſe homo bibat, prohibitum eſt. Deſcendit verò ad fontem, & bibit, aut facit parietem decem palmos altum.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

רבי יהודה אומר אם היתה וכו׳ *Rabbi Jehuda dicit : ſi fuerit &c.* Si fuerit via publica interſecans : vult dicere : interſecans inter aſſeres, dimovebit eam in latera : vult dicere : ut ſit inceſſus hominum extra aſſeres, non intra illos.

באר Eſt *fons aquarum ſcaturientium.* בור *fovéa* ſeu *ciſterna*, eſt fovea, ubi congregantur aquæ. Non autem eſt deciſio juxta R. Jehudam filium Babæ. Ubi tamen conditiones peculiares (*obſervandæ ſunt.*) Quæ hæ ſunt, quod inter jura aſſerum fontium, de quibus in antecedentibus egimus, illa (*conſtitutio*) non reputetur nomine parietis, niſi quando fons eſt fons aquarum vivarum, & publicus eſt, & eſt in terra Iſraël. Nam hoc *privilegium*, quod conceſſum eſt in ea, non fecerunt niſi propter aſcendentes ad feſta ſolenniſſima (רגלים *dicta.*) Atque hoc eſt quod dicunt : Non permiſerunt aſſeres fontium, niſi beſtiis aſcendentium ad feſta ſolenniſſima ſolum. Et præter omnia iſta non licitum eſt potare in ejuſmodi (*fonte*,) niſi beſtias ; quæ non poſſunt deſcendere ad ciſternam. Verum homini non permiſſum eſt, ut hauriat inter aſſeres, & bibat, niſi fecerit parietem, decem palmos altum ; Siquidem non ſit ciſterna lata, adeo ut nequeat homo extendere (*ſeu dilatare*) pedes ſuos in lateribus ciſternæ, & deſcendere. Tum enim licitum erit ipſi bibere inter aſſeres.

ה ועוד אמר רבי יהודה בן בבא הגינה והקרפף (a) שהן שבעים אמה ושיריים על שבעים אמה ושיריים (b) מוקפרת גדר (c) גבוה עשרה טפחים מטלטלין בתוכה ובלבד (d) שיהא בה שומירה או בית דירה או שתהא סמוכה לעיר רבי יהודה אומר אפילו אין בה אלא בור ושיח ומערה מטלטלין בתוכה רבי עקיבא אומר אפילו אין בה אחת מכל אילו מטלטלין בתוכה ובלבד שיהא בה שבעים אמה ושיריים על שבעים אמה ושיריים רבי אליעזר אומר אם היתה ארכה יתר על רחבה אפילו אמה אחת אין מטלטלין בתוכה רבי יוסי אומר אפילו (e) ארכה פי שנים ברוחבה מטלטלין בתוכה :

5. Præterea dixit R. Jehudah F. Babæ : Hortus aut Karpeph (ſeptum vel lignorum repoſitorium) ſi LXX. ulnarum & Scherajim (duarum tertiarum ulnæ) in quadratum fuerit, maceriéque cinctus decem palmos altâ, transferunt in eo : dummodo in eo domus habitationis fuerit, aut adjunctus ſit urbi (locus.) R. Jehudah dixit : Etiamſi non fuerit in eo (niſi ciſterna) & ſpelunca, transferunt in eo. R. Akiba dixit : Etiamſi nihil de his omnibus in eo fuerit, tamen transferunt in eo : dummodo in eo fuerint LXX. ulnæ, & Scherajim in quadratum. R. Elieſer dixit : ſi fuerit longitudo ejus major latitudine, vel unicâ ulnâ, non transferunt in eo. R. Joſe dixit : Etiamſi ejus longitudo latitudinis gemina fuerit, tamen transferunt in eo.

(a) Menaſſ. pro שהן habet שהיא (b) Amſtelod. המוקפרת (c) Menaſſ. גבוהה. (d) Menaſſ. שהיא. (e) Venet. אפילו היתה ארכה.

R. OB. DE BARTENORA.

ועוד אמר ר׳ יהודה וכו׳ *Præterea dixit R. Jehudah &c. Præterea dixit R. Jehudah Filius Babæ :* propterea quod unum (dictum) dixit (ſuprà) rigoroſum circa aſſeres, dum dixit, quod non faciant illos niſi puteo publico ; nunc verò dicit alterum (quoque) rigoroſum, quod ſc. etiam de circumdato pro habitatione non permiſſum ſit, plus duabus Seis, ideo (inquam) utitur voce, præterea. שומירה eſt tentorium cuſtodum : quod etiamſi fuerit circumdatum pro habitatione duarum Searum, licitum erit ; non tamen ultra. *Aut adjunctus ſit urbi (locus :)* nam poſteaquam propinquus eſt domui ejus, mens ejus eſt, uti eo jugiter, atque adeò ſimilis eſt circumdato pro habitatione.

Dummodo fuerint in eo LXX. ulnæ & Scherajim, in quadratum : non autem plures. Cæterum Doctor Miſchnicus primus etiam, qui ſupra, cui dixerunt : non dixerunt ſpatium duarum Searum, niſi de Karpepho & horto, ſed ſi fuerit caula, aut carcer, aut atrium &c. juxta R. Akibam, dixit, quod, ubicunque ſit domus habitationis, etiam majus eſſe poſſit (ſpatium ;) at quando non fuerit (ſpatium) circumdatum in domum habitationis, eſſe debeat duarum Searum. Quid ergò inter iſtos eſt (diſſenſus ?) Dicimus in Gemara, quod inter eos ſit res exigua, qua domus Searum duarum major eſt LXX. ulnis & Scherajim quadratis. Nam Doctor primus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ועוד אמר ר׳ יהודה בן בבא וכו׳ *Et præterea dixit R. Jehuda F. Babæ &c.* Quandoquidem præceſſit dictum R. Jehudæ fil. Babæ, perrexit & dixit : Et præterea dixit R. Jehuda filius Babæ. Supra expoſuimus, quod atrium tabernaculi fuerit ſpatium duarum Searum. Noſti verò etiam jam, quod atrii tabernaculi quantitas ſit ejuſmodi ſpatium duarum Searum, quod contineat quinque millia ulnarum : cum longitudo ejus fuerit centum ulnarum, & latitudo ejus quinquaginta. Hinc quivis locus, cujus quantitatis dimenſio fuerit quinque millia ulnarum, erit ſpatium duarum Searum, in quacunque etiam figura fuerit ; ſive (*inquam*) fuerit circularis, ſiue triangularis, ſive quadratus, ſive alius (*figuræ ;*) ex figuris omnibus.

Verum enim verò, quando ſuperficiei quadratæ, cujus anguli ſunt æquales (*ſeu recti*,) dimenſio fuerit quinque millium ulnarum, non cognoſcitur latus (*ullum*) iſtius ſuperficiei, niſi propè (*ſeu præter propter :*) propterea quod quinque millia ſunt numerus non quadratus, radix verò ejus quadrata ſunt ſeptuaginta prope ulnæ & quinque partes ſeptenæ ulnæ. Et res ſic ſe hic habet in hoc numero, quemadmodum indicavi tibi (*ſupra*) in iis, quæ præceſſerunt, circa proportionem diametri circuli ad circumferentiam ejus. Nam in æternum non pervenitur ad cognitionem radicis quadratæ

mus permiſit domum duarum Searum plenarum. At Rabbi Akibæ (eſſe debent) ſeptuaginta ulnæ & Scherajim in quadratum, & non amplius. Quomodo verò cognoſcimus, quod domus duarum Searum ſuperet ſeptuaginta ulnas & Scherajim quadratas? (Ecce in Gemara dicimus:) quantæ ſunt duæ Seæ? ſicut atrium habitaculi (ſancti:) Jam verò de atrio habitaculi ſancti ſcriptum eſt; (Exod. XXVII. v. 18.) *Longitudo atrii centum ulnæ & latitudo quinquaginta in quinquaginta.* Quod ſic interpretamur. Quid eſt, quinquaginta in quinquaginta? Voluit lex dicere: ſubtrahe quinquaginta, quibus excedit longitudo latitudinem, & ſepone quinquaginta reſiduas pro menſura Sabbathi, ut ſint illis LXX. ulnæ & quatuor digiti, quadratæ. Quomodo verò? Fac ex illis quinque lora, quorum (ſingulorum) latitudo decem ulnarum, & longitudo eorum quinquaginta. Pone unum ab ortu ejus, & alterum ad occaſum ejus. En! habebis latitudinem ejus ſeptuaginta, & longitudinem ejus quinquaginta (ulnarum.) Pone (porro) unum à meridie, & unum à ſeptentrione. En! habebis ſeptuaginta in quadratum, niſi quod cornua (ſeu anguli) inciſa ſunt, ita ut unicuique cornu ſint decem (ulnæ) in quadratum, propter additamentum, quod additum eſt. Sume de loro quinto quatuor fruſta decem (ulnarum ſingula.) & appone quatuor cornibus, ut impleantur. Sume decem ulnas quadratas reliquas, quæ ſunt ſexaginta palmi, & fac ex iis lora binorum palmorum. Ecce! habebis triginta lora, quorum ſingulorum longitudo erit decem ulnarum quæ ſunt trecentæ ulnæ. Pone ſeptuaginta verſus ſingulos ventos. En! habebis LXX. & *duos* palmos, niſi quod cornua inciſa erunt binos palmos quadratos; relinquenturque in manu tua duæ ulnæ. Sume de illis octo palmos, & appone cornibus, ut impleantur. Tum relinquentur in manu tua XVIII. ulnæ, & quatuor palmi, in longitudine, cum latitudine duorum palmorum. Atque hæc eſt iſta res exigua.

Nam ſi volueris partiri eas, & circumducere, non perveniet additamentum ad latitudinem uſque duarum tertiarum digiti. Ecce enim cogimur facere inde lorum ducentarum octoginta trium ulnarum ratione longitudinis, ut circumdemus quatuor ventos. Sic inveni interpretationem dimenſionis hujus in Commentario Raſchi. Et benè ſe habet. Sed Rambam inveſtigavit calculationes varias; ad profunditatem verò mentis ejus non deſcendo. Cæterum quoad hoc, quod dixit R. Akiba: etiamſi nihil de his in eo fuerit, tamen transferunt in eo, deciſio juxta illum eſt. Verum quoad id, in quo à Sapientibus diſſenſit, qui dixerunt illi iſtud, quod ſupra (habuimus,) putavitque, quod eſſe debeant ſeptuaginta ulnæ & Scherajim quadratæ; ſed nil amplius; in hoc (inquam) eſt deciſio juxta Sapientes, quod ſc. domus (ſeu ſpatium) duarum Searum, ſicut atrium (habitaculi ſancti) licita ſit: quæ paulo amplius quid habebit ſupra ſeptuaginta ulnas & Scherajim quadratas. *Si longitudo ejus ſuperaverit latitudinem ejus.* Licet (quis) diminuerit latitudinem, & addiderit longitudini ita, ut tota tamen non ſit, niſi ſpatium duarum Searum: nihilominus non transferunt intra illud. Nam quadratum permiſerunt Doctores noſtri, ubicunque non fuerit circumdatum pro habitatione. Sed deciſio eſt juxta R. Joſen, quum diſſentit à Rabbi Elieſere, quod non requirantur quadrata.

dratæ numeri; qui non eſt magnus, niſi præter propter. Idque non propter defectum ſcientiæ noſtræ, ſed propter naturam hujus numeri. Atque ideo dixerunt, ſeptuaginta & שירים.

Nam ſi ſuppoſueris iſtas שירים eſſe quinque partes ſeptenas, quemadmodum indicavi, & multiplicaveris in ſe ipſas ſeptuaginta cum quinque ſeptenis, proveniet numerus quinque millium, & una dimidia pars propè. Quod ſi ſuppoſueris, iſtas שירים eſſe duas tertias, quò inclinat mens Hieroſolymitani (*Talmudis:*) erit dimenſio iſtius ſuperficiei quatuor millia nongenta nonaginta tria, cum ſeptem nonis partibus. Atque hic eſt diſſenſus, qui inter dictum R. Jehudæ filii Babæ, qui dixit ſeptuaginta & Scherajim (*ſive quinque ſeptenæ,*) & inter id quod dixit Rabbi Akiba, qui dixit: modo ſint ſeptuaginta & Scherajim (*duæ tertiæ*) ſuper ſeptuaginta & Scherajim (*duas tertias;*) conjunctus cum diſſenſu, qui eſt inter eoſdem circa domum cuſtodiæ & domum habitationis. Nam Rabbi Jehudah accurate expendit numerum valde, adeo ut fiat dimenſio quadrati ſpatium duarum Searum plenarum, & ſupponit Scherajim eſſe quinque ſeptenas partes, quemadmodum indicavimus, aut ſi quid accuratius eſt iſto. At Rabbi Akiba propius (*ſeu præter propter*) accedere facit numerum, & ſupponit Scherajim eſſe duas tertias aut circiter propius, ita ut dimenſio quadrati ſit propè ſpatium duarum Searum. Atque ſic videtur (*mihi*) ex verbis eorundem, (*quæ habent*) in alio loco.

Cæterum R. Jehuda per dictum: *Etiamſi non fuerit ibi, niſi ciſterna & fovea & ſpelunca*, hoc vult, (*etiamſi non fuerit ibi niſi*) unum ex iſtis aut ciſterna, aut fovea aut ſpelunca. Explicaturque in Thoſiphtha, quod Rabbi Elieſer exiſtimaverit, quod ſi longitudo ejus ultra duplum exceſſerit latitudinem, non transferant in medio ejus. Ubi diſſenſus eorum conſiſtet in eo, quod indicabo tibi. Nempe hic eſt; quod R. Joſe dicit: in loco, qui habeat ſpatium duarum Searum, cujus menſura quinque millia ulnarum, quemadmodum expoſuimus, etiamſi fuerit longitudo ejus bis tanta, quanta latitudo ejus, ita ut longitudo ejus ſint centum ulnæ & latitudo ejus quinquaginta ulnæ, ſicut atrium tabernaculi, transferri (*res in Sabbatho:*) etiamſi in eo diameter ſit circiter centum & duodecim; quod plus, quam duplicata latitudo. Sed Rabbi Akiba putavit, quod non excedere debeat longitudo latitudinem, niſi juxta dimenſionem, qua diameter ſit duplicata latitudo. Quomodo longitudo ſuperficiei erit nonaginta trium (*ulnarum*) cum tribus novenis: Latitudo verò quinquaginta trium ulnarum cum parte tertia: diameter autem centum & ſeptem (*ulnarum*) cum dimidia. Omnes tamen iſti numeri præter propter (*accipiendi ſunt.*) Ubi quod commemoravi tibi, pro exemplo eſſe poteſt; nec fieri poteſt, ut extrahamus illos (*numeros*) accurate, propterea quod omnes ſint numeri ſine radicibus quadratis.

Itaque juxta ſententiam Rabbi Elieſeris in æternum non erunt in longitudine ſpatii duarum Searum ultra nonaginta tres ulnas cum tribus novenis. At juxta ſententiam R. Elieſeris erit longitudo ejus centum ulnarum. Et hæc eſt figura ejus, quod commemoravimus ex ſententia R. Elieſeris. Summa verò dicti Rabbi Elieſeris hæc erit: ſi fuerit diameter magis quam bis tanta, quanta latitudo ejus vel unicam ulnam, non transferent in medio ejus. Porrò quicquid commemoravimus de radice quadrata, & extractione diametri, & calculo, id valde veriſimile eſt in oculis ejus, qui novit artem Arithmeticam & calculum: contrà difficile valde, adeo ut in eo ſit quaſi cœcus, quiſquis iſtam artem non didicit. Cæterum deciſio eſt juxta Rabbi Akibam, quatenus dicit: etiamſi non ſit ibi ullum ex omnibus iſtis; non autem quatenus dicit, quod debeant eſſe ſeptuaginta cum Scherajim ſuper ſeptuaginta cum Scherajim. Et deciſio eſt juxta Rabbi Joſe, quum dicit: Etiamſi longitudo ejus duplo major fuerit latitudine ejus, quemadmodum expoſuimus. Oportet verò te hic ſcire, quod, cuicunque loco (*homines*) fecerunt maceriem, & intentio fuit, habitare in eo, quem vocant קרפף ſeptum circumdatum in habitaculum, ſi maxime in dimenſione ſua haberet mille millaria, licitum ſit transferre in toto. Itaque quicquid hic dixerunt de horto, & (*Karpeph*) ſepto, dixerunt de eo, quod non eſt circundatum in habitaculum.

(a) ו אמר רבי אלעאי שמעתי מרבי אליעזר ואפילו היא כבית כור וכן שמעתי ממנו אנשי חצר ששכח אחד מהן ולא עירב ביתו אסור מלהכניס (b) ולהוציא לו אבל להם מותר וכן

(a) Menaſſ. אפילו ſine ו. (b) Menaſſ. ומלהוציא.

שמעתי

6. Dixit R. Ilaj: Audivi ex R. Elieſer: Etiamſi fuerit ſpatium Cori. Et ſic audivi ex eodem: (Hominum) dominorum atrii, ſi unus oblitus eſt miſcere domum ſuam, illicitum eſt ipſi inferre aut educere; Cæteris autem licitum eſt. Sic audivi ex eo,

quod

שמעתי ממנו שיוצאין (a) בעקרבנין בפסח וחזרתי על כל תלמידיו ובקשתי (b) לי חבר ולא מצאתי :

quod (legi) ſatisfaciant per ſcorpionitidem in Paſchate. Et circumivi ad omnes diſcipulos ejus, & quæſivi mihi ſocium (qui hoc etiam audiiſſet:) ſed non inveni.

(a) Sic legitur in Pragenſi & Menaſſ. Codd. ſed Amſtel. & Venet. pro eo habent: בעיקבלין Conf. CL. D. Buxtorf. Lex. Talm. fol. 1655. & 1676. (b) Amſtelod. לו.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר רבי אלעי וכו' *Dixit Rabbi Ilai &c. Etiamſi fuerit ſpatium Cori:* ad diſſenſum ſuperiorem de horto & Karpeph refertur. *Hominum atrii ſi unus oblitus eſt miſcere:* poſtero autem die reſignavit poteſtatem atriorum ſociis ſuis, quos alioqui impediviſſet, quo minus vel introducere vel educere poſſent è domibus ſuis in atrium, cum atrium ſit poteſtatis omnium (communis,) adeò ut pars illius impediat hos: tum poſtquam reſignavit poteſtatem atrii ſuam, reſignavit etiam poteſtatem domus ſuæ, etiamſi non expreſſè ejus mentionem fecerit; & factus eſt (quaſi) viator apud iſtos. Quomodo etiam domus illius iſtis licita erit, at prohibita illi, quo minus (quiſque) ſive introducat, ſive educat à domo ſua in atrium. Etiamſi verò etiam licitum illi ſit tum introducere, tum educere, è domibus iſtorum in atrium, ſicut cuivis alii homini, qui ingreditur domum ſocii ſui, licitum eſt educere è domo ſocii ſui in atrium, quum poteſtas unius ſit: omnino tamen prohibitum illi eſt, è domo ſua (quicquam) educere (in atrium.) Nec dicere debemus; poſteaquam reſignavit iſtis poteſtatem domus ſuæ, facta domus illius eſt, ſicut domus iſtorum. Nam quo momento educit (aliquid) è domo ſua in atrium, iterum apprehendit poteſtatem ſuam, & impedit iſtos. Quemadmodum traditum nobis eſt de habitante cum alienigena; ſi quis dederit poteſtatem ſuam (alii,) ſed iterum eduxerit (aliquid,) ſive per errorem ſive per comtumaciam, ei prohibitum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמר ר' אילעאי שמעתי וכו' *Dixit Rabbi Ilai audivi &c.* Jam diximus aliquoties, quod ſpatium (*ſeu area*) Cori ſint triginta areæ Seæ, Porro quum dicit: Sed illis licitum eſt, (*ita accipiendum eſt*,) quando reſignavit poteſtatem ſuam illis ſimpliciter (*vel ingenere.*) Nihilominus Sapientes putant, quod etiamſi reſignet poteſtatem ſuam illis ſimpliciter, prohibitum tamen illis ſit, uti domo illius, niſi clare (*vel in ſpecie*) dixerit illis, quod reſignet ipſis poteſtatem domus ſuæ h. e. poteſtatem ſuam in atrio; id verò eſt atrium, quod eſt ante habitationes trabe carentes. Sed amplius hoc exponetur loco ſuo in hoc (*ipſo*) tractatu. Præterea autem audivit (*Rabbi Ilai*,) quod homo ſatisfaciat debito ſuo in Paſchate per Akrebalim, quando comederit illud (*olus*) nomine מרור amaritudinis. Eſt autem מרור Amaritudo è numero olerum, quibus homo ſatisfacit debito in nocte Paſchatis, enumeratorum in cap. 2. tractatus Peſachim. Et pro Akrebalim in lingua Arabica dicitur אלעקרבון, notumque (*olus*) eſt apud nos, cujus folia ſunt in forma ſcorpionis. Cæterum interrogavit Rabbi Ilai omnes diſcipulos R. Eleaſaris, num audiviſſet quiſquam ex illis ex Rabbi Eleaſare unam ex iſtis tribus conſtitutionibus, quas audiverat ipſe. Sed non invenit quenquam, qui audiviſſet illas: niſi quod ille ſolus (*audiviſſet,*) Quare nulla illarum eſt conſtitutio. Sed omnes ſunt repudiatæ.

Quod ſatisfaciant (*legi*) בעקרבנין *per ſcorpionitidem in Paſchate*: nomine amaritudinis. Sunt autem עקרבנין olus, cujus folia ſimilia ſunt ſcorpioni. Quanquam (etiam) audivi ego, quod ſit muſcus, qui circa palmas creſcere ſolet. *Et quæſivi mihi ſocium*: quoad tria iſta dicta; num audiviſſent ea ex ore ejus. *Sed non inveni:* non itaque eſt conſtitutio aliqua in ullo eorum. Nam quod ad hortum & Karpeph, non permiſſum eſt (ſpatium) majus ſpatio duarum Searum. Quod ad homines verò ejuſdem atrii, ſi ex iis unus oblitus fuerit, ut non miſceat, licet reſignaverit poteſtatem ſuam, ſi tamen non reſignaverit domum ſuam: tum iſtis quoque domus illius prohibita eſt, quanquam è domibus ſuis in atrium (educere) iis licitum eſt. Quod tandem ad ſcorpionitidem; non eſt amaritudo, nec quiſquam debito ſuo in paſchate per illam ſatisfacit.

פרק ג בכל מערבין ומשתתפין חוץ מן המים ומן המלח והכל ניקח בכסף מעשר חוץ מן המים ומן המלח הנודר מן המזון מותר (a) במלח ובמים מערבין לנזיר ביין ולישראל בתרומה סומכוס אומר בחולין (b) ולכהן בבית הפרס רבי יהודה אומר אפילו (c) בין הקברות מפני שיכול (d) לחוץ ולילך ולאכול :

Caput 3. Per omnia miſcent, & per omnia communicant, præter aquam & ſal. (Sicut) etiam omnia emimus pecunia decimarum, præter aquam & ſal. Qui vovet autem aliquid de cibo, ei licitum eſt ſal & aqua. Miſcent Naſiræo per vinum, & Iſraëlitæ per Thrumam. Somchos dixit: per profana (tantum.) Item Sacerdoti in Beth Peras (i. e. agro, ubi prius aliquis fuit ſepultus.) R. Jehudah dixit: etiam inter ſepulchra, quia poteſt maceriam extruere, & ire, & comedere.

(a) Prag. מותר במים ובמלח. (b) Amſtelod. לכהן ſine ו (c) Prag, Menaſſ. & Venet. אפילו בבית הקברות. (d) Prag. & Menaſſ. לילך לחוץ ולאכול.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל מערבין וכו' *Per omnia miſcent &c. Per omnia miſcent:* ſc. mixturas terminorum. Nam ſi de mixturis atriorum (quæratur,) non miſcent niſi per panem. Cæterum τὸ בכל Per omnia, quod in Miſchna nobis poſitum eſt, non præciſè (ſeu in latiſſima ſignificatione accipiendum.) Quemadmodum in Gemara dicimus: Non diſcere debent (homines) ex univerſalibus (dictis;) ne ibi quidem loci, ubi in iis dictum eſt, *excepto.* Nam, ecce, hîc traditum legimus: *Per omnia miſcent, exceptis oquis & ſale:* cum tamen etiam fungi & boleti ſint (excipiendi;) per quos nec miſcere nec communicare poſſunt, cum æquè cibus non ſint, ac aqua & ſal. *Et communicant*; ſc. communiones introituum.

Omnia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בכל מערבין ומשתתפין וכו' *Per omnia miſcent & communicant &c.* מערבין *Miſcentes* (*ſunt*,) indicat mixturas Sabbathicas terminorum, quæ amplius explicabuntur infra: ſed mixturis Sabbathicis atriorum ſunt ſua jura, quæ explicabuntur in fine cap. VII. ומשתתפין *Et communicant* (*ſeu ſocietatem ineunt:*) hæ ſunt communicationes introituum. Eſtque communio hominum introitu utentium, ut utantur illo de domo in domum: quemadmodum explicabitur in cap. VIII. Cæterum non convenit, ut fiat ulla de his mixturis, niſi per cibos. Jam verò aqua & ſal non ſunt ex cibis: ſed deducunt cibum in loca ſua nota. Sic non miſcent aut communicant per herbas notas apud nos, fungos ſcil. & boletos: nam hi propter corruptionem cibi, quæ oritur

ex

Omnia emimus pecuniâ decimarum: quemadmodum ſcriptum eſt: *& dabis argentum pro omni eo, quod deſideraverit anima tua* (Deut. XIV. v. 26.) *Præter aquam & ſal:* quoniam non ſunt ſpecies de ſpeciebus fructuum. *Qui vovet autem aliquid de cibo:* non-(tamen) ut (tantum) dicat: prohibitus erit mihi cibus: nam non vocantur מזון *cibus*, niſi quinque ſpecies quæ nutriunt & recreant. Sed quando dixerit: *quicquid alit, mihi per votum ſit prohibitum.* Omnes autem res ſunt alimenta, & ad tempus ſaltem (ſeu in caſu neceſſitatis) ſaturant, excepta aqua & ſale. *Miſcent Naſiræo per vinum:* Licet namque non conveniat ipſi, convenit tamen aliis. *Et Iſraelitæ per Thrumam:* quippe quæ convenit Sacerdotibus.

Somchos dixit: per profana (tantum:) quaſi id, quod convenit requiramus. Cæterum circa vinum pro Naſiræo non diſſentit Somchos; propterea, quod fieri poſſit, ut interroget Naſiræus ſuper voto ſuo (ſapientem, qui illud ſolvat) ut vinum ipſi ſit in iſto Sabbatho licitum. Verum Thruma ut Iſraëlitæ conveniat, non fieri poteſt. Si enim maximè, qui ſeparat Thrumam, de ea interroget, reddaturque illi, quaſi non eſſet Thrumata; illa tamen iterum fit non-Thrumatum, ut prohibitum ſit de illa comedere donec denuò Thrumam aliam ſeparaverit. Jam cum Thrumam non ſeparent in Sabbatho & ne quidem inter ſoles; utique non conveniens ipſi erit. Sed non eſt deciſio juxta Somchoſum.

Item Sacerdoti in Beth-Peres: Per ſe hoc poſitum (utcum antecedentibus non cohæreat:) nec Somchos illud dixit. *In Beth Peres:* ager, in quo aratum ſepulchrum eſt, licitus eſt Sacerdoti, ut eo ingrediatur, quum inflatus fuerit: modo progrediatur, & circumſpiciat, ut non tangat os juxta quantitatem ejus (per quam polluit.) Hinc licitum erit ponere mixturam ejus eo. Nam poteſt ingredi in locum, ubi mixturam ſuam poſuit, ut ipſe & mixtura ipſius ſint in eodem loco.

לחוץ h. e. *extruere* מח צרח *maceriem* inter ſe & ſepulchrum, ut tentorii rationem non habeat: e. g. ſi ingreſſus fuerit cum capſa, aut arca, aut turri lignea (quæ arcæ genus eſt.) Itaque convenit ipſi. Cæterum quod ad diſſenſum R. Jehudæ & Doctorum noſtrorum, aſſerimus in Gemara, quod etiam circa Iſraëlitam Doctores noſtri à R. Jehudah diſſenſerint, dixerintque, quod (ne iſti quidem) ponant mixturas terminorum in loco ſepulchrorum. Itaque non eſt poſitus Sacerdos, niſi ad docendum te, quouſque progreſſus ſit R. Jehudah, nimirum eo uſque ut permiſerit, ſi maximè Sacerdos fuerit. Ideo autem diſſentiunt, quia R. Jehudah putavit, quod, etiamſi prohibitum ſit, ne quis commodum accipiat, aut utatur loco ſepulchrorum, licitum tamen ſit eò ponere mixturam; quum non miſceant mixturas terminorum, niſi propter rem præcepti. Jam præcepta non ſunt data ad percipiendum commodum. Quamvis verò etiam conſervata fuerit ibi mixtura poſt acquiſitionem ejus (quâ locus acquiritur,) ſiquidem inter veſperas acquirit; ut adeò præceptum tum impleatur: quamvis (inquam) conſervata ibi fuerit per totum Sabbathum: nihilominus exiſtimavit Rabbi Jehudah, quod homini curæ non eſſe debeat mixtura ſua, ſive pereat, ſive facto auferatur, poſtquam acquiſivit (ſibi locum.) Contra verò Doctores noſtri exiſtimarunt, quod homini curæ eſſe debeat mixtura ſua, poſtquam acquiſivit, & (quod debeat) velle, ut furto non auferatur. Hinc quando mixtura conſervatur in loco ſepulchrorum per totum Sabbathum, poſtquam acquiſivit inter ſoles, & impletum eſt præceptum ejus, invenitur, quod fruatur re, quoad commodum (ex ea percipiendum) prohibita Siquidem ſepulchra, quoad commodum (ex iis) prohibita ſunt. Ideo non debebit homo ponere mixturam ſuam in loco ſepulchrorum. Et deciſio eſt juxta Sapientes.

ex illis, quod ſint extremè mali, non numerantur inter cibos.

Cæterum quod dicit: בכל, *per omnia*, eſt modus loquendi hyperbolicus. Regula verò apud nos eſt: non diſcunt ex univerſalibus propoſitionibus, etiam illorum locorum, in quibus dicitur: *Excepto.* Porrò, Argentum decimarum eſt decimarum ſecundarum, cujus (*argenti*) jus eſt, emere illo cibum & potum in Jeruſalem tantum. Atque hoc eſt, quod dixit ſcriptura: *Et dabis pro omni, quod concupiverit anima tua* (*Deut. XIV. v. 26.*) ſed pridem expoſuimus omnia jura ejus in tractatu Maaſer Scheni. Præterea quando dicunt: *Qui vovet à cibis* (*abſtinere*,) id ordinarunt de nutrientibus. Nam ſi quis juraverit, ſe non comeſturum, quicquid nutriat, aut alat, ei licita ſunt aqua & ſal: propterea quod non alant, quemadmodum expoſuimus. Si quis juraverit, ſe non comeſturum cibum, ei non prohibitæ ſunt, niſi quinque ſpecies. Verum amplius explicabuntur hæc jura in tractatu Nedarim. Et (*pergunt*) Naſiræo per vinum, atque Iſraëlitæ per Thrumam: idque ideo, quia licet hæc non conveniant illis in cibum, conveniunt tamen in cibum aliorum. Symmachus quidem dicit, quod requiratur à nobis, ut res ejuſmodi ſit, quam quis miſcere Sabbathicè poſſit ſibi ipſi. Jam verò vinum convenire Naſiræo, quum petierit à Sapiente, ut ſolvat ſibi votum ſuum. At Thruma non convenit Iſraëlitæ in eo Sabbatho, pro quo miſcuerit, ullo modo. Nam ſi roget Sapientem, & hic liberaverit eum ab errore ſuo, (*vel tanquam errantem*,) non quidem erit Thruma, erit tamen non decimatum; jam verò non decimatum non convenit pro cibo (*Iſraelitæ*:) neque tamen etiam licitum eſt ipſi detrahere de illo Thrumam & decimas in Sabbatho; ſicut exponetur in tractatu Jom Tob. Atque hinc diſſenſit Symmachus circa Thrumam, non autem circa vinum pro Naſiræo. Sacerdoti (*pergit*) in agro immundo: hoc vult, quod Sacerdos mixturas Sabbathicas terminorum ſuorum ponat in agro immundo: Jam verò requiruntur à nobis tales mixturæ Sabbathicæ terminorum, ut qui miſcet, poſſit intrare locum, in quo ſuam dedit mixturam Sabbathicam, ut ipſe & mixtura ejus ſint in eodem loco; Sed Ager immundus tres habet ſpecies; quæ explicatæ ſunt in fine tractatus Oholoth. Prima eſt, quando aratum eſt ſepulchrum in agro, & commixta ſunt oſſa cum terra, & comminuta ſunt. In ejuſmodi itaque locum ingredi poteſt Sacerdos, cum hac conditione, ut perveſtiget terram, ſuper quâ iturus eſt, & poſtea eat, ut non attingat os, quum miſcet.

לחוץ ולאכול *Extruere maceriem & comedere*, hoc vult, ut ingrediatur maceriem, donec perveniat ad locum mixturæ, & comedat eum (*cibum*) ibi, ſi voluerit; quemadmodum ingreditur in eum, quoad aërem. Cæterum principium diſſenſus Rabbi Jehudæ & Doctorum noſtrorum, eſt id quod dicam tibi. Nimirum, omnes conſentiunt in quatuor fundamenta. Quorum primum eſt: Domus (*ſeu locus*) ſepulchrorum prohibita eſt quoad uſum (*& commodum inde accipiendum.*) Alterum: Non miſcent, niſi circa rem præcepti. Tertium: præcepta de non capiendo commodo ſunt conditionata. Quartum: tempus acquirendæ mixturæ Sabbathicæ eſt inter ſoles. Jam itaque omnes quoque in hoc conſentiunt, quod tempore acquirendæ mixturæ Sabbathicæ, licitum ſit, eſſe in domo ſepulchrorum; licet interdicta ſit quoad uſum; quia iſtiuſmodi mixtura eſt præcepti; at præcepta de non capiendo commodo ſunt conditionata. Sed Rabbi Jehudah dicit, quod ex quo tempore acquiſiverit homo mixturam, non curet amplius, num ſuperſit iſta res per quam miſcuit; an verò perierit poſtea. Atque hinc licitum illi eſt apud ipſum, ut acquirat mixturam in domo ſepulturæ. At Doctores noſtri dicunt, quod homo intendat, ut remaneat ſibi iſta res, qua miſcuit, ad comedendum illam, ſi opus habuerit ea, etiam poſt acquiſitionem mixturæ. Hinc non licitum eſt apud illos relinquere eam in domo ſepulturæ; propterea quod hæc prohibita ſit quoad uſum, nec licitum ipſi ſit recondere ibi rem aliquam. Neque verò etiam ibi eſt aliquod præceptum: nam præceptum eſt de tempore acquiſitionis mixturæ Sabbathicæ. Clarum autem tibi erit ex hoc, quod non Sacerdoti tantum prohibuerint Sapientes relictionem mixturæ in loco ſepulchrorum, ſed ſimul (*cuicunque*) Iſraëlitæ. Tandem non eſt deciſio juxta Symmachum; nec juxta Rabbi Jehudam.


ב מְעָרְבִין בִּדְמַאי וּבְמַעֲשֵׂר רִאשׁוֹן (a) שֶׁנִּטְּלוּ תְרוּמָתוֹ

2. Miſcent per Demai (ſive dubium;) & per de-


(a) Prag & Menaſſ. שנטלה תרומתו.



TAB 1
TAB 2
TAB 3
TAB 4
TAB 5
TAB 6
TAB 7
TAB 8
TAB 9
TAB 10
TAB 11
TAB 12
TAB 13
TAB 14
TAB 15
TAB 16


TAB 3
כפי ר' יהודה


TAB 4
זה לפי ברטנורה



TAB 7
נפשות


TAB 8
כפר חיצון
כפר חיצון
כפר אמצעי


TAB 11
נקב
נקב


TAB 12


TAB 15


TAB 16

TABULÆ

De tractatu de Commiſtionibus Termini Sabbathici recollectæ, quarum varii caſus difficiliores pro locorum & ædificiorum ſitu in figuris Geometricè demonſtrantur.

TABULA Prima, hæc duplicem fontis aſſeribus circumdati figuram repræſentat, ea quæ ad ſiniſtram conſpicitur, juxta ſententiam R. Jehudæ depicta eſt, cujus hæc in Miſna prima capitis ſecundi verba ſunt עושין פסין לבירואת ארבעה דיומדין נראין כשמונה *Conficiunt aſſeres ad fontes quatuor Dijumedin*, (quatuor geminas columnas) *quæ apparent ac ſi eſſent octo &c.* In medio itaque vides fontem è quo nonnemo beſtiæ aquas potandas proponit, quæ intrare & exire poteſt per ſpatium illud vacuum quod eſt inter illos Dijumedin, decem ulnas longum; & ipſe fons munitus eſt circumferentia quadrangulari gemina, decem palmos alta, cujus quilibet angulus duplex vocatur דיומדין, (quæ vox partim Græca, partim Hebraica eſt, ex δύο & עמודין *columnæ*) hi Dijumedin ad quodvis latus ſex ulnarum ſpatium continent. Et hoc modo licitum eſt in Sabbatho aquam præbere beſtiis inter puteum & Dijumedin, nam ope iſtorum Dijumedin locus antea publicus jam factus eſt privatus; conſtat enim multis è regulis Sabbathicis, quod in Sabbatho non licet quicquam educere è loco privato in publicum, nec contra. Quinam vero ſit privatus & publicus, docet Bartenora ad Miſnam primam capitis undecimi tractatus de Commiſtionibus termini Sabbathici. Qui vero ad dextram conſpicitur puteus, depictus eſt juxta mentem R. Meyri, & Bartenoræ in ipſum commentantis; verba R. Meyri hæc ſunt in Miſna, רבי מאיר אומר שמנה נראין כשנים עשר ארבעה דיומדין וארבעה פשוטין גובהן עשרה טפחים ורוחבן ששה ועוביים כל שהוא *Rabbi Meyr dicit, ſint octo columnæ quæ apparent eſſe duodecim, quatuor ſcilicet Dijumedin (duplices columnæ) & quatuor ſimplices. Altitudo earum ſit decem palmorum, latitudo ſex, craſſities vero qualiſcunque.* Ad hæc ita Bartenora, ſi quis circa puteum fixerit columnam aliquam in forma duarum in angulo meridionali occidentali, fiet, ut latus illius unum verſus ortum; alterum verſus ſeptentrionem vergat. Et ſi deinde alteram fixerit in angulo ſeptentrionali occidentali, latus illius unum verſus ortum, alterum verſus meridiem verget. Quando tandem quatuor in quatuor angulis erexerit, verſus ſingulos ventos duarum ulnarum latus erit, ita ut ulna ſit è regione ulnæ, & ſpatium in medio. Et præterea *quatuor ſimplices* in medio ad omne latus, quarum unaquæque lata eſt ulnam. Cæterum controverſia inter R. Jehudam & Meyrum tantum eſt de ſpatio decem ulnarum uſque ad tredecim cum triente inter Dijumedin; R. Meyr dicit, quod requiruntur columnæ intermediæ ſimplices, R. Jehuda dicit, quod non; deciſio eſt juxta R. Jehudam. Sed quando inter columnas decem ulnæ interſint, vel minus, non diſſentiunt, quod requiruntur quatuor ſimplices; nec, ſi quatuordecim interfuerint ulnæ, aut plus, quod requiruntur ſimplices. Spatium vero quod eſt inter fontem & columnarum circumferentiam, tantum eſſe poteſt, quantum id quis deſideret.

TAB. Secunda duplicem quoque refert figuram, ea quæ ad dextram conſpicitur, juxta mentem R. Joſis facta eſt, cujus hæc ſunt verba in Miſna quinta capitis ſecundi in tractatu Erubin, רבי יוסי אומר אפילו ארכה פי שנים ברחבה מטלטלין בתוכה *Rabbi Joſe dicit, etiamſi longitudo ejus latitudinis gemina fuerit; tamen transferunt in eo*, (ſcil. horto.) Longitudo igitur hujus horti ſepimento decem palmorum circumdati centum continet ulnas, latitudo autem quinquaginta; diametri longitudo centum & duodecim propemodum ulnas continet, atque adeo hoc Diametri ſpatium latitudine plus duplo majus eſt. In hujuſmodi ſpatio eſt quod juxta ſententiam R. Joſis res quaſdam ex uno loco in alium transferre liceat die Sabbathi. Sed juxta R. Elieſerem non licet in horto licet ſepimento cincto quicquam transferri die Sabbathi, ſi longitudo plus duplo major fuerit latitudine; idcirco ad ſiniſtram juxta R. Elieſerem depinximus figuram nonaginta & tres ulnas cum triente nonæ partis (male Smidius, tribus novenis) continentem in longitudine, & quinquaginta & tres ulnas cum tribus quadrantibus in latitudine; diametri longitudo in latitudine duplex eſt, nimirum centum & decem ulnarum cum dimidio ulnæ. Huc pertinent ea quæ Maimonides adfert è Toſaphta, exponitur R. Elieſerem exiſtimare, quod, ſi longitudo illius latitudinem ultra duplum exceſſerit, non licet in eo quicquam transferre, nimirum, ſi exempli gratia, juxta R. Joſen, locus comprehenderit ſpatium duorum Satorum, cujus menſura eſt quinque millia ulnarum, etſi longitudo illius bis tanta fuerit, quanta latitudo illius, ita ut longitudo ejus ſit centum ulnarum, latitudo quinquaginta, inſtar ſpatii Tabernaculi, licet in eo transferre res in Sabbatho, quamvis in longitudine diametri circiter centum & duodecim contineantur ulnæ, quod duplici latitudine plus eſt. Verum R. Elieſer putat, quod longitudo non debeat excedere latitudinem, niſi quatenus diameter conficere poſſit duplicem ſpatii latitudinem, & ſuperficiei longitudo nonaginta & tres ulnas cum triente nonæ partis, latitudo vero quinquaginta tres ulnas cum triente; at diameter centum & ſeptem ulnas cum dimidio ulnæ. Sed hi numeri omnes præter propter accipiendi ſunt, & non accurate educendi, quia omnes ſunt indeterminati. Itaque ſecundum R. Elieſeris mentem nunquam in longitudine loci duorum Satorum ultra nonaginta & tres ulnas cum triente nonæ partis erit; at ſecundum R. Joſis mentem longitudo erit centum cubitorum, ſicuti ex ipſa tabula videre licet. Summa omnium R. Elieſeris verborum eò redit, quod, ſi longitudo diametri latitudine magis quam bis exceſſerit, licet unicam ulnam, non licet tali in loco die Sabbathi quicquam transferre.

TAB. Tertia, hæc quoque ad eandem ad quam ſuperior pertinet Miſnam, & in ordine Miſnæ quidem has præcedit, eſt enim depicta juxta opinionem R. Jehudæ fil. Babæ, cujus hæc ſunt Miſnæ verba הגינה והקרפף שהן שבעים אמה ושיריים על שבעים אמה ושיריים מוקפת גדר גבוהה עשרה טפחים מטלטלין בתוכה ובלבד שיהא בה שומירה או בית דירה או שתהא סמוכה לעיר רבי יהודה אומר אפילו אין בה אלא בור ושיח ומערה מטלטלין בתוכה *Hortus aut Karpeph (locus maceris circumdatus) ſi ſeptuaginta ulnas & Schiraim (id eſt duplicem ulnæ trientem) in quadrum habuerit, maceriequè cinctus decem palmos alta, transferunt in eo, (die Sabbathi) dummodo in eo domus habitationis fuerit, aut locus prope urbem ſitus fuerit*; R. *Jehuda dicit, etſi in eo tantum puteus fuerit, ciſterna, aut ſpelunca*, trans-

transferunt in eo. Cæterum R. Akiba putat, quod, etſi nihil horum omnium in eo fuerit, tamen transferant in eo, ſi modo in eo fuerint ſeptuaginta ulnæ, & Schiraim in quadratum. R. Elieſer putat, quod, ſi longitudo illius latitudine major fuerit, vel unica ulna, non transferant in eo. R. Joſe ſtatuit, quod, etſi longitudo duplo major fuerit latitudine, nihilominus in eo transferunt. R. Jehuda filius Babæ & R. Akiba conveniunt de ſpatio loci accurate ſeptuaginta ulnas & Schiraim continente, non plus, quod in eo tum transferre licet in Sabbatho, modo ſepimento decem palmos alto cinctum ſit; (hoc enim in omnibus eductionis caſibus tenendum eſt, quod die Sabbathi non licet quicquam portare vel transferre niſi in loco circumdato quodam ſepimento.) Præterea R. Akiba in eadem ſententia eſt cum doctore Miſnico primo, cui de ſpatio inter aſſeres & ipſum puteum quærenti, & duo Sata ſtatuenti, Sapientes dixerunt, duorum Satorum ſpatium de horto & Karpeph tantum intelligendum eſſe; at ſi in eo ſit caula, ſtabulum, ſpatium deſtinatum, aut veſtibulum, uſque ad decem Coros ampliare licet, & ulterius. Sed quando ſpatium non fuerit circumdatum in domum habitationis, duo tantum Sata continere debet ad transferendum in eo, non plus. Controverſia itaque inter doctores in Gemara בדבר מועט *de re admodum exigua* ſtatuitur, nempe, quatenus duorum Satorum ſpatium majus eſt ſeptuaginta ulnis & Schiraim quadratis. Nam doctor primus ſive R. Jehuda in Miſna tertia permiſit ſpatium duorum Satorum plenorum, quod paulo plus eſt ſeptuaginta ulnis & Schiraim quadratis. Sed R. Akiba vult quod ſeptuaginta tantum ulnæ eſſe debent & Schiraim in quadrum, quod paulo minus eſt. Quantum autem duo Sata conficiunt ſpatium, elicitur è Tabernaculo ſancto, de quo ſcriptum eſt Exod. 27. 5. ארך החצר מאה באמה ורחב חמישים בחמישים *longitudo atrii centum in ulna, & latitudo quinquaginta in quinquaginta.* Quærunt doctores quid ſibi velint *quinquaginta in quinquaginta?* & reſpondent, quinquaginta ſubtrahi debere quibus longitudo excedit latitudinem, & quinquaginta reſiduas ſeponendas eſſe pro menſura Sabbathi in rebus transferendis, ut ſint illis ſeptuaginta ulnæ & quatuor digiti in quadrum, hoc modo; conficiantur ex illis quinque lora, quorum ſingulorum latitudo decem ulnarum eſt, longitudo autem quinquaginta, & unum ponatur ad latus quadrati orientale, alterum vero ad occidentale, tum in latitudine habebis ſeptuaginta ulnas, & quinquaginta in longitudine. Porro unum lorum ponatur ad latus meridionale, & alterum ad ſeptentrionale, tum habebis ſeptuaginta in quadrum; ſed anguli inciſi ſunt, & deficiunt unicuique decem ulnæ in quadrum, propter additamentum quod acceſſit. Præterea ſumantur quatuor fruſta (decem ulnarum ſingula) de loro quinto, & apponantur illa quatuor angulis, ut impleantur. Sumantur quoque decem ulnæ quadratæ reliquæ, quæ ſunt ſeptuaginta palmi, & fiant ex illis lora duorum palmorum, quomodo habebis triginta lora, quorum ſingulorum longitudo erit decem ulnarum, quæ ſunt trecentæ ulnæ, & ponantur ſeptuaginta ad quodlibet latus, habebis ſeptuaginta ulnas & duos palmos, niſi quod angulis deficiunt bini palmi in quadrum, & remanebunt viginti ulnæ; (male Smidius, duæ ulnæ) ſumito de illis octo palmos, & apponito illos cornibus ut impleantur. Tandem reſtabant octodecim ulnæ, & quatuor palmi in longitudine, cum latitudine duorum; & hæc eſt illa דבר מועט *res exigua* de qua inter doctores controverſia eſt. Nam ſi quis eas ulnas dividere velit, & circumducere, non perveniet additamentum illud ad duarum tertiarum digiti latitudinem; quia requiritur ut inde fiat lorum ducentarum & octoginta trium ulnarum in longitudine, ad quatuor latera circumdanda. Hæc ita ſecundum Bartenoræ ſententiam, quæ clarius à nobis demonſtrantur in ſequenti Tabula, quacum ea quæ hic de quinquaginta ulnis & Schiraim diximus, conferenda ſunt.

TAB. Quarta repræſentat ad ſiniſtram ſpatium agri quinquaginta ulnarum in quadrum, ſic etiam ad dextram conſpicitur ejuſdem menſuræ ager, quem in quinque lora diſſecamus, unumquodque lorum in longitudine conficiens quinquaginta ulnas, & decem in latitudine, quæ lora quatuor poſuimus ad quatuor latera in figura quadrata, quomodo ager iſte ſeptuaginta ad ulnas in longitudine atque in latitudine extenditur; remanent quatuor anguli vacui, quorum unuſquiſque decem ulnas continet in quadrum, qui ut impleantur, ſumamus quintum lorum adhuc reſiduum, ipſumque ſecemus in quinque partes, quarum unaquæque in quadrum decem ulnas comprehendit, & quatuor harum apponamus quatuor angulis vacuis. Jam una adhuc reſtat pars quinque ulnarum in quadrum conficiens ſexaginta palmos in quadrum, quam ſecamus in triginta lora, quarum unumquodque decem ulnas longum & duos palmos latum eſt. Hæc triginta lora ſi conjungamus in longitudine, faciunt trecentas ulnas, & duos palmos in latitudine; & ſi de hiſce trecentis ulnis ſumamus quater ſeptuaginta, in quadrum, agri ſpatium fit ſeptuaginta ulnarum & quatuor palmorum in quadrum. Sed cuilibet angulo deſunt duo palmi in quadrum, idcirco de viginti ulnis reſiduis e trecentis ſumendi octo palmi in longitudine, quibus in quatuor partes diviſis, quælibet pars habebit duos palmos in quadrum; hæ quatuor partes apponendæ ſunt quatuor agri angulis, tum ager ſeptuaginta ulnas & quatuor palmos habebit in quadro perfecto. Tandem reſtant octodecim ulnæ cum quatuor palmis in longitudine, & duo palmi in latitudine, quæ dicuntur *res exigua*, de qua doctores diſſentiunt. Nam ſi quis eas dividere velit in lora ad hunc agrum iis circumdandum, ut ſupra, additamentum hoc tantum ne quidem tertiam digiti partem in latitudine conficeret, quia ex illis octodecim ulnis & quatuor palmis paranda ſunt lora quæ in longitudine efficiunt ducentas & octoginta tres ulnas ad quatuor agri latera cingenda. Hoc modo propoſitionem hanc geometricam difficillimam clariſſime demonſtraſſe putamus.

TAB Quinta in medio refert virum in agro confidentem qui propter obortas ipſi illico tenebras Sabbathicas in itinere non poterat pervenire eo quo Sabbathiſationem ſuam agere conſtituerat, & propterea mixturam Sabbathicam facit in loco ipſius ubi conſiſtebat, dicens, *Sedes mea Sabbathica eſto in loco meo*, tum acquirit ſibi à loco ſuo bis mille ulnas verſus quamcunque plagam rotundas, juxta ſententiam R. Chaninæ filii Antigoni; verum juxta Sapientum opinionem, etiam quadratas ulnas acquirit, ut angulos lucrifaciat. Sed hoc ab eo tantum fiat qui Conſtitutionis Sabbathicæ imperitus eſt, nempe, qui neſciverit, quod hoc ipſi proſit, ſi dixerit, *Sedes mea Sabbathica eſto in loco N.* Et propterea dixerit, *ſedes Sabbathica eſto mihi in loco meo*, quæ inſolita eſt nuncupandæ Sabbathiſationis formula. Deinde etiam talis conſiderandus eſt caſus, ſi nec arborem nec locum pariete inſtructum cognoſceret, hic enim Miſnæ octavæ capitis quarti ſenſus eſt, quum dicit, אם אינו מכיר או שאינו בקי בהלכה ואמר שביתתי במקומי זכה לו מקומו אלפים אמה לכל רוח עגולות דברי רבי חנינא בן אנטיגנוס וחכמים אומרים מרובעות כטבלה מרובעת כדי שיהא נשאר לזויות Atque talis mixtura eſt de qua ſequenti Miſna dicitur, העני מערב ברגליו *pauper miſcet per ſuos pedes*, quia in itinere ipſi non eſt panis, ita ut inſtar pauperis ſit.

TAB. Sexta urbium mixturam continet, nimirum, ſi quis conſtituerit iter aliquod ſuſcipere extra urbem in Sabbatho, & ſignare voluerit bis mille ulnas, quæ iter Sabbathicum conficiunt, tum, ut ſpatium illud eo longius extendatur, incipere poterit à circulo illo quadrato urbem undiquaque ambiente, & inde metiri bis mille ulnas uſque ad locum illum quo Sabbathiſmum ſuum agere voluerit; & hæc univerſalis doctorum ſententia eſt, ſicuti conſtat è Miſna prima capitis quinti. Sed in ſequenti Miſna inter R. Meyrum & Sapientes controverſia eſt de ſpatio quodam urbi addendo quod Karpeph appellatur, quod duo continet Sata ſive ſeptuaginta ulnas & duplicem ulnæ trientem, uti expoſitum eſt ad capitis ſecundi Miſnam quintam. R. Meyr putat quod hujuſmodi Karpheph ſive margo urbi addi poſſit, & inde fieri dimenſio, quia Num. 35. 4. de urbibus ad aſyla definitis dicitur מקיר העיר וחוצה *à muro urbis & extrorſum*, & per חוצה *extrorſum* intelligit ſpatium Karpeph

à quo

à quo ulterior dimenſio fieri poſſit. Sapientes hoc non concedunt niſi duæ pluresve fuerint urbes vicinæ, quæ hoc modo conjunguntur perinde ac ſi una tantum eſſent urbs, ut, ſi quis ex una ſe conferre velit in alteram, metiantur ei bis mille ulnas extra hanc alteram, quia ope Karpephorum ſive marginum in unam urbem conjunguntur, quemadmodum comparatum eſt cum tribus pagis in triangulo ſitis, de quibus in tabula ſequenti agendum erit. Jam tibi conſtabit de ſenſu verborum Miſnæ ſecundæ נותנין קרפף לעיר דברי רבי מאיר וחכמים אומרים לא אמרו קרפף אלא בין שתי עיירות אם יש לזו שבעים אמה ושיריים עושה קרפף את שתיהן להיות אחד.

TAB. Septima quoque ad urbium mixturam referenda eſt, de qua auctor quærit in Miſna prima capitis quinti כיצד מעברין את העירים בית נכנס ובית יוצא פגום נכנס ופגום יוצא היו שם גדודיות גבוהות עשרה טפחים וגשרים ונפשות שיש בהן בית דירה מוציאין את המדה כנגדן ועושין אותן כמין טבלא מרובעת כדי שיהא נשכר את הזויות : *Quomodo miſcent* (, extendunt) *urbes? ſi domus aliqua introrſum recedat, & alia extrorſum; aut ruptura introrſum vel extrorſum recedat; aut rudera quædam ſint decem palmos alta; & pontes, ac tumuli, in quibus eſt domus habitationis, tum è regione eorum extendunt menſuram, & deſcribunt illam menſuram in formam tabulæ quadratæ, ut angulos lucrifaciat.* Miſnæ ſenſus hic eſt, ſi quis iter Sabbathicum dimetiri velit ab urbe ipſius ad locum quo tendit, & urbs illa non accurate rotunda ſit, ſed ædificia quædam circa murum introrſum recedant, vel extrorſum promineant, vel prope urbem ſint rudera quædam decem palmos alta, pontes, & cœmeteria domicilio inſtructa, tum urbs talis linea quadrata cingenda eſt, intra quam hujuſmodi res continentur, quæ urbi adjunguntur, ſicuti fœtus ventri mulieris impræguatæ, idcirco auctor in principio Miſnæ dicit כיצד מעברין *quomodo imprægnant?* id eſt, extendunt. Et tum ab hac linea quadrata & deinceps dimetiendus eſt terminus Sabbathicus, qui eſt bis mille ulnarum verſus unamquamque plagam, quomodo omnes iſtius urbis cives additamenta illa lucrari poſſunt, quæ forma quadrata circulari addidit. Imo quamvis, exempli gratia, ad urbis plagam orientalem ſeptentrionalem tantum fuerit ejuſmodi prominentia, & ad plagam orientalem meridionalem ei oppoſitam nihil fuerit, nihilominus tamen rem conſiderant perinde ac ſi ibidem prominentia quædam eſſet, ut terminus Sabbathicus ubique æqualis ſit.

TAB. Octava comprehendit tres pagos in triangulo confines. Inter duos exteriores centum quadraginta & una ulna ſunt cum triente; & adjungitur iis tertius pagus qui cenſetur intermedius, atque hoc modo hi tres omnes fiunt unus pagus. Sic enim Miſnæ tertiæ capitis quinti ſenſus eſt, quando dicit, וכן שלשה כפרים המשולשים אם יש בין שנים חיצונים מאה וארבעים ואחד ושליש עשה אמצעי ארת שלשתן להיות אחד *Et ſic etiam cum tribus pagis in triangulo ſitis comparatum eſt, ſi inter duos exteriores centum quadraginta & una ſint ulnæ cum tertia parte, tum intermedius facit, ut omnes tres unus ſint.* Miſna hæc cum ſuperiori cohæret, in qua R. Meyr ſtatuebat urbi licet uni in dimenſione termini Sabbathici largiendum eſſe Karpeph, (marginem 70 ulnarum & duorum trientum) & deinde menſurandum eſſe. Sapientes autem ſtatuebant hoc ſpatium tantum concedi inter duas urbes finitimas, ut unaquæque accipiat Karpeph. Propterea auctor pergit dicendo, quod ſicuti cum duabus urbibus comparatum eſt, ita quoque cum pagis in triangulari ſitis comparatum ſit, ut, exempli gratia, civis ex uno pago poſſit ire in alterum, & ex altero in tertium, & tum demum ex illo metiri terminum Sabbathicum, ſive bis mille ulnas. Hac tamen conditione, ne pagi plus quam bis mille ulnæ à ſe invicem diſtent, cæteroquin enim non cenſentur unus. Notes etiam, quod, cum Miſna dicit כפרים המשולשין *pagi in triangulo ſiti*, non intelligit pagos accurate in triangulo ſitos, ſed quod tertius ſitus ſit è regione diſtantiæ quæ eſt inter exteriores, ita ut, ſi menſuretur medii pagi ſpatium inter duos, inter unam atque alteram non ſit plus quam centum quadraginta & una ulna cum triente.

TAB. Nona ut & tres ſequentes omnes ad octavam Miſnam octavi capitis pertinent, in quibus de variis domiciliorum Podiis, & per illa in Sabbatho hauriendis aquis ſermo fit. Verba Miſnæ hæc ſunt; גזוטרא שהיא למעלה מן המים אין ממלאין הימנה בשבת אלא אם כן עשה לה מחיצה גבוה עשרה טפחים בין מלמעלה בין מלמטה וכן שתי גזוטראות זו למעלה מזו עשו לעליונה ולא עשו לתחתונה שתיהן אסורות עד שיערבו : *Si podium ſuper aquis* (id eſt puteo) fuerit, *non hauriunt per illud in Sabbatho* (male Smidius, non hauriunt ex ea ſcil. trabe; nam è puteo per podia hauritur aqua, & non è podiis:) *niſi ei parietem fecerint decem palmos altum, ſive ſuperius; ſive inferius. Et ſic ſi duo podia fuerint, unum ſupra alterum, & ſuperiori fecerint parietem; at non interiori, tum utrumque prohibitum eſt, donec mixturam fecerint.* גזוטרא *ſive podium* conſtat ex aſſeribus quibuſdam è pariete loci privati egrediens ſuper locum publicum; & ex illo podio aliquid exire & deſcendere poteſt ſuper fontes aquarum & fluvios, ſicuti arborum rami ſuper res quaſdam prominere ſolent. Et quia podia illa perforare ſolent, ut per illa è fonte aut flumine hauriant, idcirco auctor Miſnicus dicit, quod per ejuſmodi foramen non licet inferius, niſi donec infra foramen parietem fecerint qui deorſum deſcendit, & decem palmos altus eſt, inſtar alvearii, vocaturque גדר אחירת מחיצתה *paries qui deſcendere facit maceriem ſuam*; quia alveus ille cenſetur putei vel fluminis aquas inferius tangere. Vel etiam maceriem circum puteum facere ſolebant, ſicuti conſpicitur in tabula duodecima, & talis paries vocatur גור אסיק מחיצתה *paries qui aſcendere facit maceriem ſuam*; & tum maceries illa cenſetur attingere uſque ad ipſum foramen quod ſuperius eſt in podio, per quod aquas hauriunt, ita ut hauſtio quaſi intra maceriem fieri cenſeatur. Si itaque contingat ut in uno atrio vel domicilio duæ ſint contignationes, una ſuper alteram, & ex unaquaque contignatione egreſſum ſit podium cum foraminibus, quorum unum foramen reſpondet alteri, ita quidem, ut ſi è contignatione ſuperiori homines dimittant ſitulam ad hauriendum, ea ingrediatur per foramen podii inferioris contignationis, & dehinc porro ad aquas perveniat, tum diverſa ſunt jura quæ hic recenſenda ſunt, ex quorum numero eſt, ſi duo fuerint podia ſe invicem intra decem palmos attingentia, tum eorum unum prohibet alterum, ſi maxime circumdederint illa pariete, ita ut neutri licitum ſit haurire per podia, niſi prius inter ſe mixturam fecerint. Verum ſi duo podia ſe non attingant in ſpatio decem palmorum, ſed major ſit diſtantia, tum rurſus oboritur difficultas; nam ſi ſuperioris contignationis incolæ circum podium ſuum fecerint parietem, & inferioris contignationis incolæ non fecerint circum ſuum, tum ſuperioris contignationis incolæ aquam die Sabbathi haurire poſſunt, at non inferioris. Id autem quod auctor Miſnicus dicit שתיהן אסורות utrumque prohibitum eſt, ſub hac conditione accipiendum eſt, quando inferior conditionem inverit cum ſuperiori ad faciendum inter ſe parietem, propterea auctor prohibet hauſtionem donec mixturam Sabbathicam inter ſe fecerint utriuſque contignationis incolæ. Si vero inferioris contignationis incolæ parietem fecerint, & ſuperioris contignationis incolæ non fecerint, ſimiliter utriſque aquæ hauſtio prohibita eſt, eo quod ſuperioris contignationis incolæ participant cum inferioris incolis reſpectu aquæ; at ſi uterque fecerit parietem, utrique etiam licitum eſt haurire aquam. Et ſic omnes circa Podia difficultates luculenter explicuimus.

TAB. Decima tertia refert puteum inter duo atria, ſuper quem murus extenditur decem palmos altus, de quo hoc ſenſu inter doctores controvertitur in Miſna ſexta capitis octavi בור שבין שני חצרות אין ממלאין ממנו בשבת אלא אם כן עשו לו מחיצה גבוה עשרה טפחים בין מלמטה בין מתוך אוגנו רש"בג אומר בית שמאי אומרים מלמטה ובית הלל אומרים מלמעלה אמר רבי יהודה לא תהא מחיצה גדולה מן הכותל שביניהם *Si puteus ſit inter duo atria, non hauriunt ex eo in Sabbatho, niſi fecerint ei parietem decem palmos altum,*

altum, ſive infra ſive intra circuitum illius. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, Schammæani ajunt, infra; Hillelæi dicunt, ſupra. R. Jehuda dixit, ne ſit paries major muro intermedio. Obſervandum eſt quod puteus ille media ex parte ſit in atrio uno, & media ex parte in altero, ut paries diſtinguat inter duo atria. E tali puteo haurire non licet die Sabbathi, quia incolæ unius atrii haurirent ex eo quod eſt in poteſtate alterius, quod prohibitum eſt, niſi inter ſe atria miſcuerint. Et hic putei paries juxta Schammæanos debet eſſe infra, nimirum, ut novem palmi aquis immerſi ſint, unus autem ſuperius conſpiciatur. Hillelæi ſtatuunt ſupra, ut novem parietis palmi ſupra aquas ſint, unus vero in aquis. מתוך אוגנו *intra circuitum ejus*, ſenſus eſt, quod paries decem palmos altus ſufficit, etſi ille non attigerit aquas.

TAB. Decima quarta comprehendit duo atria contigua, unum magnum, alterum parvum, magnum vero in pariete ſuo perruptum eſt verſus parvum. Jam de hoc caſu quæritur in Miſna ſecunda capitis noni, an in illa die Sabbathi educere liceat è domiciliis? & reſpondetur quod in magno hoc quidem permiſſum ſit, at non in parvo, eo quod ruptura parietis ſit quaſi porta magni, ita enim ſe habent illa Miſnæ verba חצר גדולה שנפרצה לקטנה גדולה מותרת וקטנה אסורה מפני שהיא כפתחה של גדולה. Nam atrium magnum quatuor habet parietes, & ruptura ei eſt pro porta, modo ruptura non ſit major decem palmis; ſed parvum tres tantum habet, & quartus totus cenſetur perruptus. Verum hoc ea conditione intelligendum eſt, ſi ante Sabbathum ruptura facta ſit; at ſi in ipſo Sabbatho, etiam in parvum educere licet vaſa, juxta illam regulam, quicquid in parte Sabbathi licitum eſt, id totum Sabbathum licitum eſt.

TAB. Decima quinta duorum atriorum figuram comprehendit, quorum ad dextram depictum refert atrium verſus locum publicum diſruptum ultra decem ulnarum ſpatium; ex hoc ſiquis die Sabbathi quicquam educat in locum privatum, aut contra, tenetur juxta ſententiam R. Elieſeris. Sapientes vero putant, quod ſi quis è medio ejus quicquam in locum publicum exportaverit, aut contra, liber ſit, quia eſt *Karmelith*, (qui non eſt locus privatus, nec publicus, cujus deſcriptionem vide apud Maimonidem ad Miſnam primam capitis primi tractatus Schabbath.) Jam confer ſecundæ Miſnæ noni capitis verba in fine, חצר שנפרצה לרשות הרבים המכניס מתוכה לרשות היחיד לתוכה חייב דברי רבי אליעזר וחכמים אומרים מתוכה לרשות הרבים או מרשות הרבים לתוכה פטור מפני שהיא ככרמלית: Verum ad ſiniſtram conſpicitur atrium à duabus plagis perruptum verſus locum publicum, de quo hoc ſenſu in Miſna ſequenti, חצר שנפרצה לרשות הרבים משתי רוחותיה *atrium quod perruptum eſt ad duas plagas illius verſus locum publicum.* Verum quamvis hic unica videatur ruptura in uno loco, nihilominus tamen duplex eſt & ad duas plagas perrupta, quæ in angulo perrupta eſt in duo latera excurrente. Requiritur etiam ut ruptura hæc habeat decem ulnas (male Smidius, palmos) vel minus, quæ ſunt inſtar portæ, niſi quod illæ ſint in cornu anguli; at in cornu anguli non eſt moris erigere portam, ideoque hic ruptura illa non habetur pro porta.

TAB. Decima ſexta refert domum ab utroque latere perruptam, ſicuti in ſuperiori Miſna tertia ſequitur, quæ בית שנפרץ משתי רוחותיו dicitur, hoc ſenſu intelligenda, quod domus perrupta ſit in cornu anguli, ita ut ab utroque pariete ceciderit pars quædam, & nulla trabs extenſa fuerit ſuper locum perruptum. Verum ſi trabs ſuper locum perruptum extenſa fuerit, tum ruptura domum non reddit prohibitam reſpectu vaſorum in Sabbatho educendorum, quia trabs illa cenſetur deſcendere & rupturam obſtruere. Tectum ſuperius conſtat è tignis in triangulo poſitis juxta ſententiam Jomtobi, ita ut domicilii tectum ab una parte ad alteram diſruptum ſit, & ab omni tigno vacuum, qua figura mentem Maimonidis explanaſſe putat, in eo quod dicitur, וזה הבית שאמרנו שנפרץ מכ׳ רוחותיו הוא שנפגם סדרם ונהרס זוית מזויותיו ונפל קצת מזה הכותל ולא תהיה קורה פרושה על מקום אלא אשר יהיה מושב הקורות בקירותיו על זאת הצורה *Cum iſta autem domo quæ perrupta eſt à duobus lateribus illius, ita ſe res habet, quando deſtructus eſt tignorum ordo, & unus ex angulis illius perruptus eſt, atque ceciderit pars de hoc pariete, neque tignum extenſum eſt ſuper locum rupturæ, ſed tigna alia repoſita ſunt ſuper ipſam contignationem; juxta hanc figuram.* Et propterea uſus iſtius domicilii interdictus eſt.

תרומתן ובמעשר שני והקדש שנפדו (a) והכהנים בחלה ובתרומה אבל לא בטבל ולא במעשר ראשון שלא ניטלה (b) תרומתן ולא במעשר שני והקדש שלא נפדו השולח עירובו ביד חרש שוטה וקטן או ביד מי שאינו מודה בעירוב אינו עירוב ואם אמר לאחר לקבלו ממנו הרי זה עירוב:

decimas primas, de quibus detraxerunt Thrumam ſuam; & per decimas ſecundas atque ſanctum, quæ redemta ſunt. Sacerdotes verò etiam per placentam (oblatam in munere.) Non tamen per non decimatum; nec per decimas primas, de quibus non ablata eſt Thruma earum; neque per decimas ſecundas, & ſanctum, quæ redemta non ſunt. Si quis mittit mixturam ſuam per manum (ſive miniſterium) ſurdi, ſtulti, & minorennis, aut per manum ejus, qui non credit mixturam; (illius mixtura) non eſt mixtura. Quod ſi tamen alteri alicui dixerit, ut accipiat ab illo; tum ecce erit mixtura.

(a) Verba: והכהנים בחלה ובתרומה abſunt in Veneto. Menaſſ. Parentheſi incluſit, ut eſſet ſignum, in Codd. aliis deficere. In Amſtelod. tamen Tò ובתרומה ſaltem abeſt. (b) Prag. Menaſſ. תרומתו

R. OB. DE BARTENORA.

מערבין בדמאי וכו׳ *Miſcent per Demaj (ſeu dubium) &c.* *Miſcent per Demaj (ſ. dubium:)* per tortam panis, quam (quis) à populo terræ emit, nec ſeparavit de ea Thrumam decimarum Demaj ſeu dubii. *Et per decimas primas &c. non tamen per non decimatum &c.* Hæc omnia expoſita ſunt in tractatu de Sabbatho, Cap. מפנין *Expurgant.* *Si quis mittit mixturam ſuam per manum ſurdi &c.* ut deferat illam ad finem uſque bis mille ulnarum. Cæterum tantummodo quod ad mixturas terminorum non erit (juſta) mixtura, ſi eam per manum minorennis miſerit (quis) ſed quod ad mixturas atriorum, hypotheſis nobis eſt: Minorennis colligit mixturam. *Per manum ejus qui non credit mixturam:* e. g. gentilis aut Sadducæi. *Quod ſi tamen alteri alicui dixerit:* qui ſc. aptus eſt accipere illam ab inepto, detuleritque eam qui aptus eſt, ad finem uſque bis mille ulnarum, tum ecce erit mixtura; modo ille (propè) ſtet, videatque, quo momento ineptus det eam in manum apti, licet non viderit, quum aptus detulerit. Præſumtio namque eſt, quod Legatus legationem ſuam (rite) perfecturus ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מערבין בדמאי ובמעשר ראשון וכו׳ *Miſcent per Demaj & decimas priores &c.* Dicit, quod poſſit homo miſcere per Demaj, & per decimas primas, à quibus detracta eſt Thruma, & per decimas ſecundas, & per ſanctum, quæ redempta ſunt. Id quod manifeſtum eſt. Præterea dicit: *Sed non per non decimatum*, quod ipſum etiam manifeſtum eſt. Reſponſionem autem ad unumquodque eorum; & interpretationem, ad eum modum, quo poſuimus in tractatu Berachoth & Schabbath, inquires ibi. Cæterum mittens mixturam ſuam per manum ſurdi, eſt is, qui mittit mixturam ſuam cum eo ad finem bis mille ulnarum. Dictum enim hujus loci non eſt (*accipiendum*) niſi de mixturis terminorum. Sed quod ad mixturam atriorum, ſufficit ipſi ad acquiſitionem, ſicut exponetur. Is autem qui non confitetur mixturam Sabbathicam, eſt Gentilis & Sadducæus; qui non confitentur mixturam Sabbathicam. Si tamen (*quis*) miſerit eam per manum unius ex iſtis ineptis, ut perveniat in manus idonei, & hic idoneus deportet ad finem bis mille ulnarum, tum ecce licita eſt; modo viderit iſtum ineptum, quando tradiderit in manum hominis idonei.

ג נתנו באילן למעלה מעשרה טפחים אין עירובו עירוב למטה מעשרה טפחים עירובו עירוב נתנו בבור אפילו עמוק מאה אמה עירובו עירוב נתנו בראש הקנה או בראש (a) הקונדס בזמן שהוא תלוש ונעוץ אפילו גבוה מאה אמה הרי זה עירוב נתנו במגדל (b) ואבד המפתח הרי זה עירוב רבי אליעזר אומר אם אינו יודע שהמפתח במקומו אינו עירוב:

3. Si quis dederit* eam (mixturam ſuam) in arbore altius decem palmis: non eſt mixtura ejus mixtura. Si infra decem palmos; tum mixtura ejus eſt mixtura. Sin in fovea, ſi maximè profunda fuerit centum ulnas, tamen mixtura ejus erit mixtura. Si (quis) dederit eam (mixturam ſuam) in capite arundinis, aut in capite perticæ, eo tempore, quod fuerit avulſa (à terra,) ſed infixa (terræ,) ſi maximè alta fuerit centum ulnas; nihilominus erit mixtura. Si dederit in arca (Migdal dicta,) cujus perdita fuerit clavis: Ecce erit mixtura. Licet Rabbi Elieſer dixerit: Si non novit, quod clavis ſit in loco ſuo, non eſt mixtura.

(a) Amſtelod. הקונדוס (b) Menaſſ. נתנו במגדל ונעל בפניו ואבד וכו׳

R. OB. DE BARTENORA.

נתנו באילן וכו׳ *Si dederit eam in arbore &c: Si dederit eam in arbore:* quæ ſtat in loco publico, & habet quatuor palmos quadratos, aut plures. *Altius decem palmis:* tum mixtura ejus non erit mixtura. Nam poſteaquam arbor lata eſt quatuor (palmos,) id quod ſupra decem (palmos) eſt, erit locus privatus. Jam ille acquiſivit quietem ſuam Sabbathicam in loco publico. Quandoquidem itaque quando neceſſe fuerit, ut ſumat & comedat mixturam ſuam, quo tempore miſtura acquiſivit ipſi (locum,) h. e. inter veſperas, non poteſt ſumere ſibi, cum (alioquin) educturus ſit è loco privato in locum publicum, (utique) non erit mixtura.

Si infra decem (palmos,) tum mixtura ejus eſt mixtura: Nam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתנו באילן למעלה וכו׳ *Si dederit illam in arbore altius &c.* Hæc Miſchna exigit fundamenta: quorum nonnulla præmiſſa ſunt; nonnulla nondum præmiſſa ſunt. Ego verò adducam ea hic clarioris expoſitionis gratia. Fundamenta itaque iſta hæc ſunt. *Locorum diſcrimina quoad Sabbathum ſunt quatuor: Locus publicus, locus privatus, Carmelith, & locus liber:* quos locos pridem definivimus in principio tractatus Schabbath, & indicavimus, quod qui educat è *Carmelith* in locum publicum aut in locum privatum, non ſit reus mortis; prohibitum tamen ipſi ſit ex conſtitutione Doctorum. Item, *tempus acquiſitionis mixturæ eſt inter ſoles.* Item Ribbi putat, quod quando res ſit, quæ ex conſtitutione Doctorum (*oriunda*,) non conſtituerint ſuper

Nam infra decem (palmos) eſt Karmelith: ſiquidem quicquid fuerit à tribus uſque ad novem cum latitudine quatuor, Karmelith eſt. Quum itaque, ſi ſumat mixturam ſuam, non ſit hîc niſi prohibitio conſtitutionis Doctorum Sabbathicæ, erit (omnino) mixtura. Nam Miſchna Doctoris Rabbi eſt, qui dixit: quæcunque res prohibita eſt conſtitutione Doctorum Sabbathica, de ea nihil decreverunt quoad tempus inter ſoles. Quare cum eo tempore, quo mixtura illius illi acquirit (locum,) h. e. inter veſperas, poſſit ſumere ſibi, inveniaturque ipſe & mixtura ipſius in eodem loco; ideo erit mixtura.

Sin in fovea: quæ in Karmelith e. g. quæ in valle, aut quæ in agro eſt, ita ut intendat quietem Sabbathicam habere in valle aut in agro: tum ecce erit mixtura. Nam fovea ipſa eſt locus privatus, & ille acquirit Sabbathicam ſuam ſedem in Karmelith. Jam quo tempore mixtura acquirit ipſi (& legitima ipſi ſit,) h. e. inter veſperas, poteſt ſumere ſibi, juxta Rabbi, qui dixit: Quæcunque res prohibita eſt conſtitutione Doctorum Sabbathica, de ea nihil decreverunt quoad tempus inter ſoles. *Si maximè alta fuerit centum ulnas*: & inferius non fuerit latitudo quatuor (palmorum.) Nam non erit locus privatus: etiamſi ſuperius lata fuerit quatuor (palmos.). Mixturam enim ſuper loco quatuor palmorum requirimus.

Si fuerit avulſa, ſed infixa, erit mixtura: verum ſi conjuncta, non erit mixtura; idque ideo, quia ſi vult ſibi ſumere, caſus timendus eſt, ne forte confringat. Quandoquidem enim arundo infirma eſt, omnino timendum eſt, ne confringat, ſi acceperit. Arbor quidem robuſta eſt: Et, ne forte (hanc) inter veſperas conſcendat aut evellat, non curamus. At quod ad confractionem arundinis, cum hæc infirma ſit, manifeſtum eſt, quod confracturus, & reus futurus ſit nomine metentis. Sed & arundo aut pertica cohærens (cum terra) permutari poteſt cum avulſa: nam multæ arundines avulſæ & infixæ apparent, quaſi eſſent cohærentes. Unde inſuper timendum eſt, ne forte confringat cohærentem, putetque avulſam eſſe. Contra de arbore timendum non eſt, ne forte conetur eam evellere, aut erret putando, eam avulſam eſſe.

Si dederit in arca Migdal dicta, cujus perdita fuerit clavis; ecce erit mixtura: Quando enim ſera ligata fuerit filis aut funiculis ita, ut, ſi non inventa fuerit clavis, nemo poſſit eos diſſecare, niſi per cultrum; exiſtimavit Doctor primus, quod, quum poſſit (quis) aperire ſic, ut funiculos cultro diſſecet, non ſit hic prohibitio lapidationis; ſed tantum prohibitio conſtitutionis Doctorum Sabbathicæ; dum deſtruens ſit per diſſectionem funiculorum. Jam verò omnes deſtruentes liberi ſunt. Sed &, quod conſtitutionis Sabbathicæ attinet prohibitionem, de tempore inter veſperas, quod tempus acquiſitionis mixturæ eſt, nihil decreverunt; ſicut diximus. Quare mixtura erit; quum poſſit adferre cultrum & diſſecare funiculos, atque mixturam ſuam ſumere. At R. Elieſer putavit, quod nullum inſtrumentum auferatur, niſi in uſum ſuum proprium, prohibitumque ſit transferre cultrum, ad diſſecandum funes, cum non ſit ejus uſus, niſi ad ſecandum cibos. Quum itaque, (concluſit idem,) duo ſint, tranſlatio cultri, & diſſectio funiculorum, etiam Rabbi, qui dixit: Quæcunque res prohibita eſt conſtitutione Doctorum Sabbathica, de ea nihil decreverunt, quoad tempus inter veſperas; de ejuſmodi conſentiet, quod decreverint. Verum non eſt deciſio juxta R. Elieſerem.

ſuper ea (*quicquam*) de tempore inter ſoles. Item, quod prohibitum ſit, uſum capere ex arbore, per conſtitutionem Doctorum. Item, quod quando homo miſceat mixturas terminorum, neceſſe ſit, ut ipſe & mixtura ejus eſſe poſſint in eodem loco; dicere volo, ut poſſit comedere mixturam ſuam in loco, in quo Sabbathum tranſigere velit.

Jam itaque quod ab initio hujus Miſchnæ dicit: *Si poſuit eam (mixturam) in arbore*; id (*accipiendum*) cum hac conditione, ut ſint circa arborem quatuor palmi, ſuper quatuor palmis aut amplius: & ipſe intentionem habeat tranſigendi Sabbathum (*vel conſtituendi ſedem Sabbathicam*) in loco publico, ſi ergo poſuerit mixturam ſuam in ejuſmodi arbore ſupra decem (*palmos*,) tum erit mixtura in loco privato; ipſe verò (*homo*) in loco publico. Hinc mixtura ejus non erit mixtura (*legitima*;) quia non fieri poterit, ut ille accipiat mixturam ſuam inter ſoles, & educat in locum, ubi ipſe Sabbathum agit, (*ſeu ſedem Sabbathicam fixit.*) Quod ſi poſuerit infra decem (*palmos*,) erit mixtura in *Carmelith*, poteritque educere inter ſoles in locum publicum; quia (*non eſt eductio illa prohibita*) niſi ex conſtitutione Doctorum: atque adeo, ſi maxime uſum capiat ex arbore, id tamen licitum eſt inter ſoles, juxta ſententiam Ribbi. Atque hæ omnes conſtitutiones ſunt ejuſdem Ribbi. Quod jam præterea dicit: *ſi poſuit eam in fovea* (*ciſterna*,) hoc vult, ut fovea ſit Carmelith, & locus tranſigendi Sabbathi publicus.

קונטס Eſt *baculus tenuis*, ex quo fecerunt הרמחים *lanceas*. Nomina autem רמח (&) קנרס & קונטס omnia paria ſunt, propterea quod & arundo & baculus tenuia ſunt; nec in iis ſunt (*palmi*) quatuor ſuper quatuor, qui eſt locus liber. Itaque ſi quis voluerit Sabbathum tranſigere in loco publico, & dederit ibi mixturam ſuam, etiam ſupra centum ulnas, nihilominus erit mixtura (*legitima*;) propterea quod poſſit inde demittere etiam in Sabbatho. Attamen requiſivit hic Ribbi, ut, ſive arundo ſive baculus ſit, ſit evulſa (*terræ non amplius adnata*) & infixa; nec etiam terræ affixa (*ſeu conjuncta.*) Quamvis enim tum fuerit inter ſoles, quod eſt tempus acquiſitionis mixturæ Sabbathicæ, & licitum ſit, uſum capere ex affixo (*ſeu immobili*,) iſto tempore: caſus tamen (*attendendus eſt*,) ne forte incidat, caſus item, ne forte concidat iſtam arundinem, quum adfixa ſit terræ; quod *prohibitum eſt ſub* pœna lapidationis. Quare mixturam ſibi facere debet in arundine evulſa è loco, quo crevit; quia tum licitum erit concidere illam. Eadem eſt ratio baculi tenuis.

מגדל eſt *arca*, in qua aſſervant veſtes: Ubi ſi fuerint fila aut ſera, ut non poſſit aperiri turris iſta, niſi per clavem, aut ſolutionem iſtorum filorum, amiſſa autem fuerit clavis; tum dicit Doctor primus, quod poſſit ſolvere fila cultro, & educere mixturam, nec ſit ibi interdictum ſub lapidationis pœna; propterea quod ſit deſtruens in iſta ſectione; unde etiam mixtura ſit mixtura (*legitima.*) At Rabbi Elieſer exiſtimat, quod non ſumendum ſit inſtrumentum, niſi in uſum ſuum (*proprium*,) prohibitumque ſit transferre cultrum ad ſecanda fila; ſed (*tantum*) ad ſecandum cibum; atque adeo non poſſit (*quiſquam*) educere mixturam, niſi per clavem. Atque propterea dixit, ſi neſcit clavem in loco ſuo, non eſt mixtura. Deciſio eſt juxta Rabbi, quum dixit: Rem, quæ (*prohibita*) per conſtitutionem Doctorum Sabbathicam, inter ſoles non conſtituerunt, tanquam præceptum. Nec eſt deciſio juxta Rabbi Elieſerem.

ד נתגלגל חוץ לתחום (a) ונפל עליו גל או נשרף
(b) או תרומה (c) ונטמאת מבעוד יום אינו עירוב
משחשיכה הרי זה עירוב (d) אם ספק רבי מאיר
ורבי יהודה אומרים הרי זה חמר גמל רבי יוסי
ורבי (e) שמעון אומרים ספק עירוב כשר אמר

4. Si provoluta fuerit (alicujus mixtura) extra terminum Sabbathicum, aut ceciderit ſuper illam acervus, (aut) combuſta fuerit, aut (ſi fuerit) Thruma, quæ polluta fuerit, dum adhuc dies fuerit, non erit mixtura; at poſtquam tenebræ obortæ, erit mixtura: ſin dubium (num dum dies adhuc; an poſtquam tenebræ obortæ,) tum R. Meir & R. Jehudah dicunt: Ecce hic eſt (ſicut) Aſinarius Camelarius; at R. Joſe & R. Schimeon dicunt: Si dubium erit, mixtura erit legitima. Di-

(a) Venet. & Amſtel. נפל ſine præfix. ו. (b) או abeſt in Venet. & Amſtel. (c) Prag. & Menaſſ. ונטמארה (d) Tò אם abeſt in Venet. (e) Pro רבי שמעון habet Venet. רבי ישמעאל.

רבי יוסי אבטולמוס העיד משום חמשה זקנים על ספק עירוב שכשר:

xit (enim) R. Joſe: Abtolemos conteſtatus eſt nomine quinque Seniorum, quod dubia mixtura eſſet legitima.

R. OB. DE BARTENORA.

נתגלגל חוץ לתחום וכו׳ *Si provoluta fuerit extra terminum &c. Si provoluta fuerit extra Terminum, non erit mixtura:* Nam cum à domo ejus, ubi ille pernoctavit, uſque ad mixturam ejus, plures quam bis mille ulnæ ſint, non poteſt abire & ſumere eam. (Intelligendum vero hoc eſt) de ea (mixtura,) quæ duas ulnas ultra bis mille ulnas provoluta eſt. Nam unuſquiſque homo habet quatuor ulnas à loco mixturæ ſuæ; duas ulnas à latere orientali ejus, & duas ulnas à latere occidentali ejus. *Aut ceciderit ſuper illam acervus:* ita ut ligone aut ſecuri opus ſit, ad removendum hunc. Nam hoc opus aliquod eſt; non conſtitutio Doctorum Sabbathica.

Thruma quæ polluta fuerit: Nam hîc (illa) non convenit, neque ipſi neque aliis. Cæterum oportuit Doctorem Miſchnicum exprimere nobis (utrumque tum,) ſi provoluta fuerit extra Terminum Sabbathicum, (tum) aut cecidit ſuper illam acervus. Nam ſi tantum nobis expreſſiſſet τὸ ſi provoluta fuerit; tum, quia non eſſet apud ipſum, ſed ipſe eſſet in loco uno, & mixtura ejus in loco alio, dicturus fuiſſem, quod quum, ſi ceciderit ſuper illam acervus, apud ipſum tamen ſit, ſit mixtura (juſta.) Quod ſi (tantum) expreſſiſſet nobis τὸ ceciderit ſuper illam acervus, ubi non poteſt ſumere, niſi per opus beneficio ligonis aut ſecuris, dicturus fuiſſem: Docet nos quod quum, quando provoluta fuerit, fieri poſſit, ut ſpiret aura, illamque intra terminum Sabbathicum rejiciat, ſit mixtura (legitima.) Porrò tradit (Miſchna:)

Aut combuſta fuerit, ut nervum R. Joſes Filii Jehudah notum tibi faceret: quod ſc. etiamſi (mixtura) non fuerit in mundo (amplius,) attamen nomine dubii prohibitum illi nihil ſit. Tradit etiam de Thruma, quæ polluta eſt, ut nervum monſtret tibi Rabbi Mëir: quod ſc. etiamſi (adhuc) fuerit (mixtura) in mundo, poſſitque (qui miſcuit) à præſumtione de antegreſſo eam confirmare inter veſperas, imò (revera) etiam ipſa (mixtura Thrumæ) munda fuerit; nihilominus non pronuntiemus ob præſumtionem (iſtam) in mitiorem ſententiam. *At poſtquam tenebræ obortæ, erit mixtura:* Nam poſtquam acquiſivit (ſpatium bis mille ulnarum,) non curamus, ſi maximè perierit.

Ecce hic eſt (ſicut) Aſinarius Camelarius: dubios namque nos reddit, acquiſiveritne ipſi mixtura aliquid, ita, ut quum hoc eſſet domus ejus, & inde bis mille ulnas verſus ſingulos ventos haberet, perdiderit bis mille ulnas, quæ ultra domum illius & deinceps; an verò forte non acquiſiverit (quicquam) mixtura, ita ut (tantum) habeat à domo ſua bis mille ulnas verſus ſingulos ventos, nec ultra mixturam ſuam acquiſiverit quicquam. Propter itaque dubium hoc prohibitum illi erit abire, niſi ad bis mille uſque ulnas, quæ inter domum illius & mixturam interſunt. Nam, quod per te ipſe vides, iſtæ ipſi licitæ ſunt: non autem bis mille, quæ à mixtura & deinceps, cum fortè mixtura (nihil) acquiſiverit: item, à domo illius & deinceps etiam non, cum fortè mixtura (aliquid) acquiſiverit. Itaque deprehenditur, quod hoc trahat illum huc: iſtud verò trahat illum iſtuc: quemadmodum ſi quis homo ducat Aſinum ſimul & Camelum. Nam Aſinus tum præcedit ipſum, & ipſe gubernat iſtum; Camelus autem ſequitur ipſum, & ipſe trahit illum: ut adeo oporteat ipſum ſpectare antrorſum, & retrorſum. *At R. Joſe & R. Schimeon dicunt: ſi dubia erit mixtura, erit licita;* dicunt namque, quod confirmationi mixturæ ſufficiat præſumtio; atqui quum reliquit eam, adhuc fuit intra terminum Sabbathicum, & fuit adhuc munda, nec jacuit ſuper ea acervus: ideò mixtura ejus erit mixtura. Et ſic habet deciſio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתגלגל חוץ לתחום וכו׳ *Si voluta fuerit extra terminum &c.* Si voluta fuerit extra (*terminum*) &c. uſque ad Rectum. Pridem noſti, quod, quicquid dicitur in omnibus his conſtitutionibus, non ſit dictum niſi de mixturis terminorum. Noſti etiam, quod acquiſitio mixturæ ſit inter ſoles. Et quando appropinquavit tempus inter ſoles, & mixtura invenitur conveniens in cibum; non quærunt de eâ, (*aut curant,*) ſi perierit poſtea. Scito verò porrò, quod, quando poſuit homo mixturam ſuam in loco, quicunque etiam ſit, quo poſuerit eam; quod (*inquam*) competant ipſi quatuor ulnæ in loco mixturæ ſuæ, ut medium ſit in medio, (*ſeu centro*) quatuor ulnarum. Jam quod dicit: Si voluta fuerit extra terminum, hoc vult, quod voluta ſit verſus aliquod latus duas ulnas è loco ſuo, in quo poſita erat: quomodo erit extra terminum, nec erit ipſi licitum, reponere illam (*in ſuo loco.*) Senſus τοῦ Camelarius & Aſinarius, eſt; quod ejusmodi ſit, quaſi trahens camelum & aſinum. Simile autem iſtud hoc vult, quod, quando quis trahit camelum & aſinum, non poſſit unus ire propter alterum. Nam camelus non poterit ire, niſi quando ille iverit & duxerit ipſum ante ipſum; nec aſinus poterit ire, niſi quando iverit rector aſini poſt ipſum: atque ideo, quando iverit, alter ſtabit, nec poterit ire.

Eodem modo ſe habet is, qui dubius eſt circa mixturam. (*Nam*) non poterit abire in locum, ubi mixturam fecit; ne forte perierit mixtura, quum adhuc dies eſſet, & non ſit mixtura: ſimiliter non poterit abire bis mille ulnas verſus quemcunque ventum, quemadmodum potuit ire prius: ne forte perierit mixtura, quum adveſperaviſſet, & mixtura fuiſſet inter ſoles; ut prohibitum ipſi ſit abire, niſi in locum, pro quo mixturam fecit. Judicium autem iſtud fecerunt juxta rigorem, ſi ex. gr. mixturam fecit ad mille ulnas verſus ortum tantum, & ter mille (*ulnas*) verſus occaſum, ut infra exponemus, & incidit in mixturam, quodcunque cadere poteſt, dubium ex dubiis; non poterit verſus ortum abire ultra mille ulnas, & verſus occaſum ad bis mille tantum. Cæterum Rabbi Joſe & Rabbi Schimeon dicunt, quod dubium mixturæ rectum tamen ſit. Dixerunt enim: inſiſtunt præſumptioni ſuæ. At Rabbi Mëir & R. Jehudah dixerunt, quod termini ex lege ſtrictius jus habeant in Sabbatho.

Porrò indicat nobis per τὸ נתגלגל *voluta erit*, quando non relinquitur mixtura in loco ſuo. Et per τὸ quando ceciderit ſuper illam גל *acervus*, ut relicta ſit in loco ſuo, quod tum idem omnino ſit: quemadmodum contra, quum dicit: *ſi cecidit ſuper illam* גל *acervus, ut poſſibile non ſit educere illam, niſi poſt foſſionem, aut voluta eſt, ut poſſit ventus eam reponere*, idem omnino eſt. Addicit nobis τὸ נשרף *combuſta fuerit*, ad oſtendendum nobis vim hujus juris apud Rabbi Joſe; qui rectam pronuntiat, ſi maximè combuſta fuerit, ut in nihilum redacta ſit: Nec non vim Juris apud Rabbi Mëir, qui rigoroſius cenſuit, ſi maximè fuerit Thruma magna, ſed polluta, quæ permanet quidem loco ſuo, & ſicut fuit, verum dubia facta eſt, quod ad immunditiem ſuam: ſitne polluta; quum adhuc dies eſſet, an non? Tandem verò deciſio eſt juxta Rabbi Joſe & Rabbi Schimeonem.

ה מתנה אדם על עירובו ואומר אם באו (a) גוים מן המזרח עירובי למערב מן המערב עירובי למזרח אם באו (b) לכאן ולכאן למקום שארצה

5. Conditionatam reddere poteſt homo mixturam ſuam, & dicere: Si venerint Gentiles ab oriente, erit mixtura mea verſus Occidentem: (ſi venerint) ab Occidente, mixtura mea erit verſus O-

(a) Menaſſ. עא. (b) Amſtelod. אם לכאן ולכאן Prag. & Menaſſ. אם באו מכאן ומכאן.

אלך לא באו לא (a) לכאן ולא לכאן הריני כבני עירי אם בא חכם מן המזרח עירובי למזרח מן המערב עירובי למערב בא (b) לכאן ולכאן למקום שארצה אלך לא (c) לכאן ולא לכאן הריני כבני עירי רבי יהודה אומר אם היה אחד מהן רבו (d) הולך אצל רבו ואם היו שניהם רבותיו למקום שירצה ילך :

rientem: ſi hinc & illinc (venerint,) verſus locum, quo ire voluero, (erit mixtura mea:) (ſi) non venerint ſive hinc ſive illinc, tum ecce ego ero ſicut cives urbis meæ. (Item:) ſi venerit Sapiens ab oriente, mixtura mea erit ab oriente: (ſi) ab occidente, mixtura mea erit ab occidente: (ſi) venerit (aliquis) hinc, & (alius) illinc, (erit mixtura mea) verſus locum, quo abire voluero: (ſi) neque hinc neque illinc: Ecce ego ero ſicut cives urbis meæ. Licet R. Jehudah dixerit: ſi fuerit unus illorum Doctor ejus, ibit ad Doctorem (iſtum) ſuum; ſin uterque fuerat Doctor ejus: ad locum, quem voluerit, ibit.

(a) Prag. & Menaſſ. לא מכאן ולא מכאן. (b) Menaſſ. מכאן ומכאן (c) לא מכאן ולא מכאן. (d) Menaſſ. ילך.

R. OB. DE BARTENORA.

מתנה אדם על עירובו וכו׳ *Conditionatam reddere poteſt homo &c. Conditionatam reddere poteſt homo mixturam ſuam:* ponit duas mixturas; Unam in fine bis mille ulnarum verſus ortum domus ſuæ, & alteram in fine bis mille ulnarum verſus occidentem ſuæ domus: *Et dicere: ſi venerint gentiles ab oriente:* ut fugere me coram illis oporteat, acquiret mihi (ſpatium) mixtura mea, quæ ab occidente eſt, ut quater mille ulnæ ab occidente domus meæ mihi ſint. Et ſi maximè non venerint niſi poſtero die, nihilominus dicimus: manifeſtum eſt, quod inter veſperas acquiſiverit ipſi (ſpatium) mixtura iſtius lateris (quod venientibus oppoſitum.) *Ecce ego ero ſicut Cives urbis meæ*: verſus ſingulos ventos, ut non cogar lucrifacere quicquam hinc, & perdere iſtinc. *Si venerit Sapiens ab ortu:* (maneat tamen) extra terminum Sabbathicum urbis meæ, volueroque ego aliquid ex ore ejus diſcere, ſed nunc neſcius, à quo latere venturus ſit, cras audivero ex (aliis) hominibus inde venientibus, eò (abibo) beneficio mixturæ. *Rabbi Jehudah dicit:* (vult dicere R. Jehudah:) ſi venerint (duo Sapientes) hinc & iſtinc. *Fueritque unus illorum Doctor ejus, ibit ad Doctorem iſtum ſuum*: & non ad alterum. Nam certum nobis de animo ejus eſt, quod in momento acquiſitionis mixturæ inter veſperas, mens ejus fuerit, ut acquireret ſibi illa mixtura, quæ verſus Doctorem ſuum eſſet. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam. Nonnunquam enim magis placet homini ſocius (commilito) ſuus, quam Doctor ſuus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתנה אדם על עירובו וכו׳ *Conditionem poteſt addere homo mixturæ ſuæ &c.* Miſcendos terminos, quos promiſi tibi expoſiturum, hic exponam tibi: Nimirum quod licitum ſit unicuique homini ire duo millia ulnarum extra urbem, verſus quemcunque ventum velit, de quatuor ventis; verſus ortum, verſus occidentem, verſus ſeptentrionem & verſus meridiem. Atque hic terminus Sabbathicus. At quando, quiſquis ſit civium urbis, voluerit ire, verſus quemcunque ventorum, ultra duo millia ulnarum: tum opus habebit mixtura Sabbathica. Atque hæ ſunt mixturæ terminorum. Repræſentato tibi ipſi hoc per exemplum, (*vel attende animum tuum ad exemplum.*) Quum aliquis homo fuerit, qui voluerit ire verſus ortum tria millia ulnarum. Tum ſumet mixturam Sabbathicam in veſpera Sabbathi, & diſcedet ab urbe mille ulnas, deponetque ibi mixturam ſuam; atque tum erit quaſi quem Sabbathum deprehendiſſet in iſto loco, poteritque ire à loco mixturæ ſuæ duo millia ulnarum. Itaque cum ortus fuerit dies craſtinus, h. e. Sabbathum aut dies feſtus, ibit uſque ad locum mixturæ, & à loco mixturæ duo millia ulnarum. Quomodo deprehendetur, quod iverit verſus ventum orientalem tria millia ulnarum. Interim non licebit ipſi ire verſus occidentem, niſi mille ulnas tantum. Nam mille (*ulnas,*) quas protulit (*ulterius*) verſus ortum, illas diminuit de latere occidentali. Eodem modo, ſi depoſuit mixturam, diſcedendo duo millia ulnarum ab urbe verſus orientem; poteſt abire verſus orientem quater mille ulnas; ſed non poterit pergere verſus occidentem, vel unicam ulnam; propterea quod ſumpſit bis mille (*ulnas,*) quas habuit in vento (*ſeu plaga*) occidentali, & addidit vento (*ſeu plagæ*) orientali. Eadem hac ratione poteris addere decem ulnas, aut viginti, aut centum, aut quamcunque volueris quantitatem, quemadmodum indicavimus. Sed quantum addideris ab una plaga (*ſeu vento,*) tantum detrahes de plaga altera ipſi oppoſita; donec perveneris eò, ut addas tota octena millia uni plagæ, (*ſeu vento.*) Et tu obſerva rem hanc, nec coge nos, ut repetamus eam quocunque loco: imprimis, quia hujus ejuſdem rei mentio fit in multis locis. Dixit verò hic, quod homo conditionatè facere poſſit mixturam ſuam, & facere in veſpera Sabbathi geminam mixturam; ita quidem, ut ponat unam in diſtantia bis mille ulnarum ab urbe verſus occaſum, alteram verò in diſtantia bis mille ulnarum verſus ortum, conditionemque apponat, ut dicat: Si venerint Gentiles ab occidente, ibo quatuor mille ulnas verſus ortum, & acquieſcam in mixtura, quæ ab occaſu eſt, ut fugiam coram gentilibus. Item, ſi Sapiens (*aliquis*) venerit ab ortu, acquieſcam in mixtura, quæ ab ortu eſt, uſque dum perveniam ad iſtum Sapientem. Item, ſi novi aliquid continget ab utroque vento (*ſeu plaga,*) in locum, quem elegero, ibo, h. e. acquieſcam in mixtura, quæcunque placuerit: quod ſi non emerget aliquid novi, ero ſicut quivis civis urbis meæ, ut abeam tantum bis mille ulnas, verſus unumquemque ventum (*ſeu plagam.*) Quomodo non curabit (*homo*) utramque mixturam ſuam. Equidem Rabbi Jehudah dicit, quod (*homo*) accedere debeat Doctorem ſuum omnibus modis, ſi maxime alter ſit ſapientior, nec libera ipſi electio, ut abeat in quemcunque locum voluerit. Sapientes non reſpexerunt hoc; quandoquidem homo forte eligat honorare facies amici ſui (*viſitationem amici ſui*) magis, quàm honorare faciem Doctoris ſui. Et (*revera*) non eſt deciſio juxta Rabbi Jehudam.

ו רבי אליעזר אומר יום טוב הסמוך לשבת בין מלפניה ובין מלאחריה מערב אדם (a) שני עירובין ואומר (b) אם עירובי בראשון למזרח בשני למערב בראשון למערב בשני למזרח עירובי

6\. R. Elieſer dicit: Dies feſtus, ſi vicinus Sabbatho, ſive fuerit ante illud, ſive poſt illud; miſcet homo duas mixturas, & dicit: Mixtura mea in primo (die) erit verſus orientem, in altero verſus occidentem: (aut) in primo verſus occidentem, in altero verſus orientem: (aut) mixtura mea in

(a) Menaſſ. שתי. (b) Hæc leguntur in Pragenſ. h. m. ואומר עירובי הראשון למזרח והשני למערב הראשון למערב והשני למזרח עירובי הראשון והבי כבני עירי השני והראשון כבני עירי וחכמים אומרים מערב לרוח אחת וכו׳ Cum qua lectione ferè Menaſſ. conſentit.

בראשון primo

בראשון ובבי כבני עירי בשני ובראשון כבני עירי וחכמים אומרים או מערב לרוח אחרת או אינו מערב כל עיקר או מערב לשני ימים או אינו מערב כל עיקר כיצד יעשה מוליכו בראשון ומחשיך עליו ונוטלו ובא לו בשני מחשיך עליו ואוכלו (a) ונמצא משתכר בהליכתו ומשתכר בעירובו נאכל בראשון (b) עירובו לראשון ואינו עירוב לשני אמר להם רבי אליעזר מודים אתם לי שהן שתי קדושות:

primo (mihi valeat;) at in ſecundo ero ſicut cives urbis meæ: (aut) mixtura mea in ſecundo (mihi valeat;) at in primo ero ſicut cives urbis meæ. At Sapientes dixerunt: aut miſcebit verſus ventum unum, aut non miſcebit ullo modo: (item:) aut miſcebit pro duobus diebus, aut non miſcebit ullo modo. Quomodo (verò iſtud) faciet? Deportabit ſecum in primo (die,) & tenebras tranſiget ſuper illa, & ſumet illam, & abibit ſibi: in ſecundo tenebras tranſiget ſuper illa, & comedet illam, & abibit ſibi: quâ ratione deprehenditur lucrifeciſſe iter ſuum, & lucrifeciſſe mixturam ſuam. Comedetur autem in primo (die) mixtura ejus pro primo (deſtinata:) & non comedetur (eodem) mixtura ejus pro ſecundo. Excepit (itaque) adverſus R. Elieſer: conceditis vos mihi, quod (dies iſti) ſint duæ ſanctitates (diverſæ:) atque adeò habeo, quod volo.)

(a) Venet. ובא לו נמצא Amſtelod. ובא לו ונמצא (b) Venet. & Menaſſ. עירוב לראשון ואין עירוב וכו׳ Amſtelod. ואין עירובו לשני.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר וכו׳ *Rabbi Elieſer dicit &c. Miſcet homo duas mixturas*: ſi ſc. oporteat eum primo die abire huc, & altero die iſtuc; poterit miſcere verſus orientem, & verſus occidentem. Si miſcuerit die primo, dicet: mixtura mea verſus ortum acquiret mihi hodie in uſum craſtini diei; at mixtura mea verſus occidentem acquiret mihi inter veſperas craſtini diei, in uſum diei ſecundi. Arbitratus namque fuit R. Elieſer, Sabbathum, & diem feſtum non eſſe quaſi unum diem longum, ſed duas (diſtinctas) ſanctitates, & tempus inter veſperas prioris (diei) pro illo ipſo eſſe, ut acquirat, non autem pro die altero.

Mixtura mea (valeat mihi) in primo, at ſecundo ero ſicut cives urbis meæ: quaſi dicat: quod ſi non opus fuerit illi, ut abeat, niſi in die primo; ſecundo autem non opus habuerit movere ſe loco ſuo; interim non voluerit perdere, neque bis mille ulnas termini ſui Sabbathici hinc, neque bis mille ulnas termini Sabbathici ſui iſtinc; miſcebit mixturam unam ex latere, quo vult abire die primo, dicetque: mixtura mea hæc acquiret (ſ. valebit) mihi in uſum diei craſtini; ſed die ſecundo ero ſicut cives urbis meæ, qui non miſcuerunt. Aut ſi oportuerit illum abire die ſecundo, & primo non: dicet, mixtura hæc mea acquiret mihi inter veſperas craſtini diei; primo autem ero ſicut cives urbis meæ.

Aut miſcet pro duobus diebus: Atqui hoc idem eſt cum eo, quod paulò ante dixerunt, verſus ventum unum; Quare ergò repetitur? Verum enimverò ſic voluerunt Rabbini noſtri R. Elieſeri dicere: ſi tu conſentis in diem unum, quod aut verſus ventum unum miſcere debeat, aut nullo modo miſcere debeat; cum non poſſit dicere: pro dimidio die mixtura mea erit verſus ortum, & pro dimidio die erit mixtura mea verſus occidentem: Utique etiam quod duos dies, Sabbathum ſc. & diem feſtum, attinet, aut miſcere debet quemadmodum pro die uno; aut nullo modo miſcere debet. Nam dubium erat Rabbinis noſtris, eſſetne Sabbathum & dies feſtus uni diei longo ſimiles, nec ne: & ideò conſtituerunt tum hîc juxta rigorem, quod non poſſit (quis) miſcere verſus duos ventos, quum fortè una ſanctitas ſint; tum ibi juxta rigorem, quum dicunt infra: ſi comeditur in primo, non erit mixtura pro ſecundo; quia ſc. fortè ſunt duæ ſanctitates, nec uni diei longo ſimiles ſunt. *Deportabit*: ſc. legatus (ejus) in veſpera diei feſti, qui ante Sabbathum eſt.

Et tenebras tranſiget ſuper illa: donec ſc. mixtura valeat. *Et ſumet illam, & abibit ſibi*: forte namque periret, & non amplius ipſi mixtura pro ſecundo foret; juxta id, quod tradit (Miſchna:) ſi comeſta fuerit mixtura ejus in primo (die,) erit mixtura pro primo, & non erit mixtura pro ſecundo. *Et ſecundo (die:)* iterum deportabit illam (mixturam) ſecundo die. Eſt namque nobis Hypotheſis: Quicun-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי אליעזר אומר יום טוב וכו׳ *Rabbi Elieſer dicit: Dies feſtus &c.* R. Elieſer putat, quod Sabbathum & dies feſtus ſint duæ (*diſtinctæ*) ſanctitates, ut quævis illarum diſtincta ſit ab altera: atque ideo licitum ſit homini, ut faciat duas diſtinctas mixturas terminorum, in veſpera diei feſti, quando inciderit dies feſtus, ut ſit in veſpera Sabbathi; aut in veſperâ Sabbathi, ſi dies feſtus inciderit in primam (*ſeptimanæ*:) ita quidem, ut ponat mixturam unam ab ortu, & alteram ab occaſu; acquieſcatque in altera ex illis die feſto, & in altera in Sabbatho; aut, ut faciat mixturam in aliqua ex plagis (*ſeu ventis*,) & acquieſcat in illa alterutro ex (*iſtis*) diebus; in die altero verò, ſit ſicut (*alii*) cives urbis ſuæ, abeatque in locum, quo illi poſſunt abire. Quomodo libera electio illi erit in omnibus iſtis modis (*miſcendi*.) Verum enim verò Sapientes dixerunt, eſſe unam eandemque ſanctitatem, ideoque non eſſe illi libertatem miſcendi, niſi ab una plaga pro utroque die.

Quod verò Sapientes dixerunt hîc in hac Miſchna; dixerunt tanquam excipientes adverſus Rabbi Elieſerem. Et ſenſus exceptionis eorum eſt hic, quod dicere ipſi voluerunt ſic: Quemadmodum homo non poteſt ſibi mixturam facere pro ejuſdem diei dimidia parte verſus ortum, & pro dimidia parte verſus occaſum; ſed poteſt tantum mixturam facere verſus plagam unam, aut nullo modo debet mixturam facere: ſic etiam, quantum ad duos dies (*iſtos*,) faciet mixturam verſus plagam unam pro ambobus diebus, aut nullam omnino faciet: propterea quod illi reputarunt ſanctitatem iſtam pro una ſtrictè. Judicarunt autem ita de ſanctitate iſta, eum in finem, ut (*homo*) obligatus ſit, denuò ponere mixturam eandem; quemadmodum videbis ex ſimili eorum. Et eſt ſane Regula apud nos: Quiſquis mixturam fecerit pro (*die*) primo per portionem (*cibi*) & voluerit per portionem (*cibi*) mixturam facere pro (*die*) ſecundo, eum oportet mixturam facere una eademque mixtura; ideoque tollet eam, & perget ſibi. Hoc verò fieri non poteſt, niſi quando inciderit dies feſtus in veſperam Sabbathi. Tum (*namque*) fieri poterit, ut portet mixturam die quinto, & veſperam tranſigat ſuper illa; deinde ſecum ſumat, & portet poſtero die, qui eſt dies feſtus, & veſperam (*ſimiliter*) tranſigat ſuper illa, comedatque illam: propterea quod, quum Sabbathum ſit, non poſſit reportare.

At quum dies feſtus erit poſt Sabbathum, non ſupereſt ipſi alia via, niſi ut ponat eam ibi à veſpera Sabbathi in loco certo, ut maneat ibi uſque ad exitus Sabbathi, quæ erit nox diei feſti. Verum enim verò quum audivit ipſos Rabbi Elieſer, quod adacti eſſent ad reportationem mixturæ: reſpondit ipſis: confitemini vos mihi, quod ſint duæ ſanctitates: niſi enim hoc foret, ſuffeciſſet iſti ut veſperam tranſigeret ſuper illa (*die*) primo. Sed ipſi ſententiam tulerunt juxta rigo-

cunque vult miſcere per panem (die) primo, volueritque (ſimul) miſcere per panem ſecundo, eum oportet miſcere per eandem illam mixturam, quam denominavit heri, ut nunc taceat: non autem per panem alium, quem appellare hodie nomine mixturæ cogatur, ut adeò fiat præparans in die feſto pro Sabbatho.

Deprehenditur lucrifeciſſe iter ſuum: quaſi diceret: acquirit ſibi iter ſuum pro die craſtino, & lucrifacit mixturam ſuam, dum comedit eam. Cæterum die feſto, qui Sabbathum ſequitur, quum idem fieri non poſſit; deportabit eam gorem; quemadmodum memoravi tibi. Cæterum deciſio eſt juxta Rabbi Elieſerem, quoad ſententiam *illius*, quod ſint duæ (*diverſæ*) ſanctitates; poſſitque quis facere quicquid dixit, itemque quoad id, quod concluſit, quod non permittere debeamus facere mixturam in die feſto pro Sabbatho, propterea quod Regula apud nos ſit: Dies feſtus nihil præparat Sabbatho, quemadmodum exponemus in tractatu Beza. Idcirco mixturam facimus Sabbatho in veſpera diei feſti.

in primo, ſed non comedet: iterumque abibit eò die ſecundo ad videndum, (ut ſe habeat.) Si adhuc ſuperfuerit mixtura, tenebras expectabit ſuper illa, & poſtea, ſi voluerit, eam comedet. *Conceditis vos mihi, quod ſint duæ ſanctitates:* Dixiſtis enim: ſi comeſta fuerit mixtura ejus (dic) primo, non erit mixtura pro ſecundo. Nam ſi una forent ſanctitas, forent quaſi unus dies longus, & acquireret inter veſperas (diei) primi pro ambobus. At quoniam duæ ſunt ſanctitates, poteſt miſcere etiam verſus duos ventos. Verum enim verò Doctores noſtri ſecuti ſunt hîc rigorem, & iſtîc; ut (ſupra) diximus: propterea quod res ipſis dubia fuit. Interim deciſio eſt juxta R. Elieſerem, quod duæ ſint ſanctitates.

ז רבי יהודה אומר ראש השנה שהיה ירא שמא תתעבר מערב אדם שני עירובין ואומר עירובי בראשון למזרח ובשני למערב בראשון למערב ובשני למזרח עירובי בראשון ובשני כבני עירי עירובי בשני ובראשון כבני עירי ולא הודו לו חכמים :

7. R. Jehudah dicit: Sub novum annum, quando timuerit, ne forte intercaletur, miſcebit homo duas mixturas, & dicet: Mixtura mea (die) primo erit verſus orientem; at ſecundo verſus occidentem: (aut) primo erit verſus occidentem; at ſecundo verſus orientem: (aut) mixtura mea (valeat mihi) primo, at ſecundo ero ſicut cives urbis meæ; vel ſecundo (valeat mihi,) at primo ero ſicut cives urbis meæ. Sed non conceſſerunt ipſi (iſtud) Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה אומר וכו׳ *Rabbi Jehudah dicit &c. Ne forte intercaletur:* ne forte domus Judicii magna faciat (menſem) Elul intercalatum, fiantque duo dies feſti, nimirum dies trigeſimus Elul, & dies trigeſimus primus: Ipſum verò oporteat abire primo (die) verſus latus unum, & altero verſus latus aliud. *Miſcebit duas mixturas:* ponetque eas in veſpera diei feſti, horſum unam, alteram iſtorſum, & dicet &c. *Sed non conceſſerunt ipſi (iſtud) Sapientes:* putarunt namque, quod una ſint ſanctitas. Deciſio eſt juxta Sapientes, quod ad duos dies feſtos novi anni. Quia non nomine dubii tantum ordinatum iſtud eſt, ne forte ſanctificaverit domus judicii diem 30. aut 31, unuſque eorum profeſtus ſit: ſed hoc quoque nomine, ne fortè veniant teſtes poſt Mincham & deinceps, (dicantque) quod celebrent hunc diem tanquam ſanctum, & craſtinum etiam tanquam ſanctum, ſintque ambo ſanctitas una. Verum quod ad reliquos dies feſtos captivitatum, de quibus nil ordinatum eſt, ſed res tantum eſt dubia, dum ignoramus, quando ſanctificaverit domus judicii magna menſem (ſeu Novilunium,) conſentiunt Sapientes R. Jehudæ, quod duæ ſanctitates ſint. Sapientes tandem, quorum hic mentio fit, eſt R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי יהודה אומר ראש השנה וכו׳ *Rabbi Jehudah dicit: Pro initio anni &c.* Dies dubius fuit apud illos, quando egerunt juxta viſionem (*ocularem.*) Is verò eſt dies trigeſimus Ælul (*Menſis ſexti*) Nam ſi apparebat Luna nocte trigeſimi, fuit Ælul viginti novem (*dierum*,) h. e. fuit Ælul deficiens (*menſis, ſive inter eos, qui pauciores; quam triginta dies habent:*) quod ſi non apparebat Luna nocte trigeſimi (*diei,*) fuit Ælul triginta dierum, h. e. fuit Ælul intercalatus (*ſ. plenus:*) initium autem anni fuit in die trigeſimo primo ab Ælul (*menſis die primo numerando.*)

Itaque Rabbi Jehudah dixit, ut (*quis*) faciat die vigeſimo nono Æluli duas mixturas, *ſi velit:* quandoquidem ignoret, futurumne ſit poſtridie initium anni, an verò perendie. Et licet voluerit ire poſtridie verſus ortum, & altero die (*perendino*) verſus occaſum; poſſe tamen Conditionem, quamcunque voluerit, addere: ita ut, ſi voluerit, mixturam ponat pro die trigeſimo verſus plagam unam (*mundi,*) & pro die trigeſimo primo verſus plagam aliam; aut, ut ponat mixturam pro alterutro iſtorum duorum dierum verſus plagam quamcunque de plagis; die autem altero ſit ſicut Cives urbis ſuæ; ſitque ipſi poteſtas electionis in omnibus iſtis, propterea quod incertus ſit de ſanctitate (*dierum.*) Et deciſio eſt juxta R. Jehudam, quoad hanc conſtitutionem.

Veruntamen tempore hoc, in duobus diebus feſtis initii anni, quos nos conſtituimus juxta Calculum, prohibitum eſt, diverſas facere mixturas; ideo quod una ſit ſanctitas. Regula namque apud nos eſt, quod ſint ſicut dies unus longiſſimus. Sed reliqui bini dies captivitatum (*ſ. exiliorum*) ſunt duæ (*diſtinctæ*) ſanctitates, & licitum eſt in illis facere, quicquid (*modò*) commemoratum eſt, juxta ſententiam R. Jehudæ, circa diſtinctas mixturas.

ח ועוד אמר רבי יהודה מתנה אדם על הכלכלה ביום טוב ראשון ואוכלה בשני וכן ביצה שנולדה בראשון תאכל בשני ולא הודו לו חכמים :

8. Præterea dixit R. Jehudah: Conditionem conſtituit homo ſuper corbe (in qua fructus) in die feſto primo, & comedit illam in ſecundo; & ſic ovum, quod poſitum eſt in primo, comeditur in ſecundo. Sed neque (hoc) conceſſerunt Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

ועוד אמר ר׳ יהודה וכו׳ *Præterea dixit Rabbi Jehudah &c. Conditionem conſtituit homo ſuper corbe:* in quacunque ſc. (corbe) fuerint fructus non decimati, conſtituit ſuper ea conditionem in die feſto primo novi anni, & dicit: ſi hodie ſit profeſtus (dies,) erit hæc (corbis) Thrumah pro iſtis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ועוד אומר ר׳ יהודה וכו׳ *Et præterea dicit R. Jehudah &c.* Regula apud nos eſt, quod prohibitum ſit, detrahere Thrumoth, & decimas in die feſto: quod amplius explicabitur ſuo loco. Exemplum verò ad dictum R. Jehudæ, hoc eſto. Si coram aliquo ſint duæ corbes fructuum non decimato-

(*fructibus alterius corbis*:) quod ſi hodie ut feſtus non valebunt verba mea quicquam. Quia in die feſto Thrumam non ſeparant. Die verò poſtero dicet: ſi heri fuit dies ſanctus, & hodie profeſtus, erit hæc, quam heri dixi, Thrumah pro iſtis: quod ſi hodie ſit dies ſanctus & heri (fuerit) profeſtus, jamjam Thrumah eſt. Atque ſic comedit corbem præparatam, & relinquit Thrumam.

Sed neque (hoc) conceſſerunt Sapientes: Eſt hic R. Joſe; quemadmodum (ſupra) diximus, qui exiſtimavit, quod una eſſent ſanctitas, nec Thrumam in iis ſepararent; id tamen duntaxat quoad duos dies feſtos novi anni, ut ſuprà expoſuimus. *Et ſic ovum, quod poſitum eſt in primo*, ſc. novi anni, *comeditur in ſecundo:* nam ſi primus ſit ſanctus, alter eſt profeſtus. Jam verò ovum, quod in die feſto poſitum eſt, in profeſto licitum eſt. Quod ſi primus ſit profeſtus, & alter ſanctus; deprehenditur, quod profeſtus ſancto præparaverit. Et egregiè congruit ſimile. *Sed neque (hoc) conceſſerunt Sapientes:* quod ad duos dies feſtos novi anni tantum; quippe qui una ſanctitas ſunt. Sed circa dies duos feſtos captivitatum, conſentiunt illi.

rum, tum monſtrabit corbem unam, vocabitque eam primam, atque dicet, in die feſto primo: ſi dies hic profeſtus fuerit, quo licitum ſit detrahere Thrumoth & decimas, hæc corbis prima (*dabit*) Thrumam & decimas pro corbe altera; ſed ſi fuerit dies ſanctus, nihil quicquam valeant verba mea. Poſtero autem die dicet: ſi hic dies fuerit profeſtus, tum hæc ipſa corbis, quam monſtravi heri, (*dabit*) Thrumam & decimas pro corbe altera. Tum licebit ipſi edere de corbe ſecundâ. Quod ſi, (*perget*,) hic dies fuerit ſanctus, tum non valeant quicquam verba mea. Atque ita licebit comedere de corbe ſecundâ neceſſariò in die feſto. Quandoquidem ſi dies feſtus ſecundus ſanctus fuerit, conditio ejus die primo (*poſita*) manebit firma; ſed ſi dies primus fuerit ſanctus, tum conditio in die ſecundo (*dicta*) manebit firma.

Similiter ovum, quod partum eſt in primo, comedetur in ſecundo, eâdem ratione. Nam ſi primus fuerit ſanctus, & ſecundus profeſtus, tum licitum erit in Cibum: Quod ſi dies feſtus ſecundus ſanctus fuerit, primus profeſtus erit, & profanum etiam id, quod præparaverat diei feſto, quemadmodum exponitur & explicatur in tract. Beza. Hoc enim omne juxta id, quod exiſtimavit (R. *Jehudah*,) eſſe duas (*diverſas*) ſanctitates. Propoſuit verò (*Miſchna*) nobis iſtas tres conſtitutiones; ut doceret te conſequens ſententiæ ipſius, quando ipſe ſuppoſuit, eſſe iſtas duas ſanctitates, tum quoad mixturam, ut in ea non faciat opus; tum quoad corbem, ut Caſus non timeatur, ne fortè ſeparet ex illa (*corbe*) Thrumam alterutro iſtorum dierum: tum etiam quoad ovum, ut non timeatur caſus, ne fortè comedatur quod partum in die feſto, cum prohibitum tamen ſit, quemadmodum exponetur in (*Tractatu*) Beza. Cæterum jam ſupra expoſui tibi, quod deciſio ſit juxta R. Jehudam in illis omnibus rebus; tantùm non in duobus diebus feſtis initii anni; propterea quod ſint una ſanctitas.

ט רבי דוסא בן הרכינס אומר העובר לפני התיבה ביום טוב (a) של ראש השנה אומר החליצנו ה' אלהינו את יום ראש (b) החדש הזה אם היום אם למחר ולמחר הוא אומר אם היום אם אמש ולא הודו לו חכמים :

9. R. Duſa f. Harkini dicit: Qui præteribat ante arcam (fœderis) in die feſto initii anni, dicebat: Expeditos nos redde, Domine Deus noſter, in diem initii menſis hujus, ſive hodie ſit, ſive cras; poſtero autem die idem ille dicebat: ſive hodiè (ſit,) ſive heri (fuerit:) Sed nec huic conceſſerunt Sapientes.

(a) Menaſſ. ביום טוב ראשון של ראש וכו׳. (b) Menaſſ. ראש חדש.

R. OB. DE BARTENORA.

ר׳ דוסא בן וכו׳ *Rabbi Duſa Filius &c.* והחליצנו h. e. expeditos nos redde, & indue nos robore: juxta illud: נחלץ *expediti erimus feſtinantes.* (Num. XXXII. v. 17.) Alia expoſitio: Eripe nos, & libera nos; quemadmodum; חלצני *Libera me Domine ab homine malo* (Pſalm. CXL. v. 2.) *ſive hodie ſit, ſive cras:* ſive hodie ſit, expeditos nos redde hodie; ſive cras ſit, expeditos nos redde cras. *Sed nec huic conceſſerunt Sapientes*: neque ut mentionem faceret initii novi anni in novo anno; neque ut conditionatè loqueretur, ſive hodie ſit, ſive cras: ſed dicere debebat ſimpliciter utroque die: Expeditos redde nos, nec initii novi anni ullam omnino mentionem facere. Et deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי דוסא בן הרכינס אומר וכו׳ *Rabbi Duſa filius Harghini dicit &c.* Rabbi Duſa complexus eſt in hoc dicto duas ſententias. Una eſt, quod ille fuerit Maſkir (*memoriam repetens*) novilunii initii anni. Altera eſt, quod conditione uſus ſit in initio anni, & dixerit: ſive hodie, ſive cras ſit. Cæterum eſt regula apud nos, quam modò ſuggeſſi tibi, quod duo dies feſti initii anni ſint una ſanctitas. Itaque conditiones in illis non ſunt licitæ. Ratio ſumitur à Caſu; ne fortè parvi pendant eos populi terræ (*vulgus*,) quando audiverint, quod dubia ſit res. Attendimus autem (*eò magis*) hoc in initio anni; quia etiam eo tempore quo conſtituerunt (*initium anni*) juxta apparationem (*lunæ*,) celebrarunt initium anni duobus diebus plerumque. Similiter regula apud nos eſt, ut non mentio fiat Novilunii in precibus novi anni; ſed memoriam tamen unam indicet (*Maskir*,) quæ utrumque reſpiciat. Porro quod dicitur בכסה *in tempore conſtituto, ad diem feſti noſtri* (*Pſalm. LXXXI. v. 4.*) (*hoc vult*:) Feſtum, in quo initium anni occultum eſt. Ecce clarum factum eſt tibi, quod verba R. Duſa ab omnibus repudientur.

פרק ד מי שהוציאוהו (a) גוים או רוח רעה אין לו אלא ארבע אמות החזירוהו כאלו לא יצא הוליכוהו לעיר אחרת נתנוהו בדיר או בסהר רבן גמליאל ורבי אליעזר בן עזריה (b) אומרים מהלך את כולה רבי יהושע ורבי עקיבא (c) אומרים אין לו אלא (d) ארבע אמות : מעשה שבאו (e) מפלנדרסין והפליגה ספינתם (f) בים רבן

Caput 4. Si quem eduxerint (extra terminum Sabbathicum) gentiles, aut ſpiritus malignus, non ſunt illi (permiſſæ,) niſi quatuor ulnæ. Sin reduxerint eum, erit quaſi nunquam exiviſſet. Si perduxerint eum in urbem aliam, (aut) poſuerint in caula aut carcere, perambulare poterit tota, ut Rabban Gamaliel & R. Elieſer f. Aſariæ dixerunt; quicquid R. Jehoſchea & R. Akiba dixerint, (quaſi) non eſſent illi (permiſſæ) niſi quatuor ulnæ. Hiſtoria (notatu digna) eſt, quod abiverint (nonnulli Rabbini) ex Phlandreſin, quumque na-

(a) Menaſſ. עא. (b) Venet. אומר. (c) Et hic tantum Singul. אומר. (d) Amſtel. ארבעה. (e) Prag. & Menaſſ. pro מפלנדרסין habent מפרנריסים (f) Venet. בין eſt Sphalma.

גמליאל vis

גמליאל ורבי אליעזר בן עזריה הלכו את כולה
רבי יהושע ורבי עקיבא לא זזו מארבע אמות
שרצו להחמיר על עצמן :

vis jam in altum mare perveniſſet, Rabban Gamaliël & R. Elieſer F. Aſariæ perambularunt totam (navem:) licet R. Jehoſchea, & R. Akiba non moverent ſe ultra quatuor ulnas; dum voluerunt erga ſeipſos rigoroſiores eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהוציאוהו וכו׳ *Si quem eduxerint &c. Si quem eduxerint gentiles:* cogendo eum, extra terminum Sabbathicum. *Aut Spiritus malignus:* dum ingreſſus eſt in eum dæmon, & amota eſt mens ejus, ita ut exiret extra terminum Sabbathicum; ſed iterum ad ſanam mentem rediit, viditque, quod eſſet extra terminum Sabbathicum. *Si reduxerint eum:* ſc. intra terminum Sabbathicum. *Erit quaſi nunquam exiviſſet:* ita ut tota urbs ipſi ſit ſicut quatuor ulnæ, ſicut prius, & extra illam bis mille ulnæ verſus ſingulos ventos. Hoc verò præciſe, ſi non modo eum eduxerint; ſed etiam reduxerint invitum. Sed ſi ſciens, volenſque exiverit, etiamſi reduxerint eum invitum; aut ſi eduxerint eum invitum, ſed ſciens volenſque redierit: non erunt ipſi niſi quatuor ulnæ. *Si perduxerint eum in urbem aliam;* quæ muris fuerit circumdata. *Aut poſuerint in caula aut carcere:* quæ ſunt circumdata, etiamſi ambitus eorum ampliſſimus fuerit, perambulare poterit tota. Quandoquidem enim parietibus ſunt circumdata, erunt ipſi ſicut quatuor ulnæ.

Quicquid R. Jehoſchea & R. Akiba dixerint, quaſi non eſſent ipſi permiſſæ, niſi quatuor ulnæ: nimirum quaſi quum non acquiſiviſſet Sabbathicam quietem in ara parietum, dum adhuc dies eſſet, non prodeſſent ipſi parietes. Sed Doctores mei expoſuerunt: propterea quod exiſtimarunt, caulam & carcerem idem eſſe cum valle, quæ non habet parietes. Jam de valle totus mundus conſentit, quod non habeat niſi quatuor ulnas.

מפרנדסין eſt nomen loci. Navigatio quum elongata fuerit à littore maris, & progreſſa in medium ejus, vocatur הפלגה Haphlagah: ex ſignificatione (vocis פלגי *Rivi*, Pſalm. I. v. 3. in) פלגי מים *Rivi aquarum. Perambularunt totam (navem:)* fuerunt ambulantes per totam navem. Et licet navis perrexerit in Sabbatho, & extra terminum Sabbathicum exiverit; idem tamen fuit, ac ſi quis exeat extra terminum Sabbathicum, & ponatur in caula aut carcere. Siquidem navis parietibus circumdata eſt.

Dum voluerunt erga ſe ipſos rigoroſiores eſſe: nam illorum quoque ſententia fuit, quod decreviſſent (Doctores,) caulam & carcerem eſſe ſicut vallem: Verum enim verò, quod navem attinet, quamdiu illa pergit; erit licitum perambulare totam. Et præterea iſti Sabbathicam quietem acquiſiverant ſibi in areâ parietum, quum adhuc dies eſſet. Sed (ut dictum) voluerunt erga ſeipſos rigoroſiores eſſe. Interim deciſio eſt juxta R. Gamalielem, & juxta R. Elieſerem filium Aſariæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שהוציאוהו גוים או רוח רעה וכו׳ *Si quem eduxerunt gentiles aut ſpiritus malus &c.* Spiritum malum vocant omne damnum, quod non venit à manu hominis, ſed alia, quæcunque illa ſit, cauſa. Cæterum quando homo egreditur extra terminum (*Sabbathicum*) voluntariò, non (*licitæ ſunt*) ipſi, niſi quatuor Ulnæ, ſi maximè reductus fuerit contra voluntatem ſuam. Sic; ſi exiverit contra voluntatem ſuam, & reverſus fuerit voluntariò.

פרנדסין Eſt nomen loci. הפליג dicitur de progreſſu navis in alto mari. Porrò ſcito, quod R. Elieſer & Jehoſchea diſſentiant à R. Gamaliele & R. Elieſere filio Aſariæ, circa navem, quæ erat in portu, quod illa ſimilis ſit caulæ aut carceri: ſed navis, quæ exivit, juxta omnium ſententiam licita eſt, ut quis ambulet in tota. Ratio autem diſſenſus eorum eſt, quod R. Elieſer & R. Jehoſchea dicunt: ſi tu permiſeris alicui ire in caulâ & Carcere, cui parietes ſunt, ſimiliter ibit in Valle, ſi eo collocatus fuerit. Atque non permiſſum illi eſt, ut ambulet in ea, niſi quatuor ulnas. Inſuper prohibuerunt caulam & carcerem, ut non miſceatur jus eorum, quemadmodum jus vallis. Sed R. Gamaliel, & R. Elieſer filius Aſariæ non attendunt (*ſ. curant*) hunc Caſum. Et (*ſanè*) deciſio eſt juxta R. Gamalielem & R. Elieſerem filium Aſariæ in toto hoc negotio.

ב פעם אחת לא נכנסו לנמל עד שחשכה
אמרו לו לרבן גמליאל מה אנו לירד אמר להן
מותר (a) אתם שכבר הייתי מסתכל והיינו בתוך
התחום עד שלא חשיכה :

(a) Tò אתם abeſt in Menaſſ.

2. Aliquando non ingreſſi erant (nonnulli) portum, antequam tenebræ oborirentur: tum dixerunt Rabban Gamalieli: Licetne nobis deſcendere (è navi in terram?) Qui dixit illis. (utique) licitum eſt vobis: nam dudum obſervavi, quod fuerimus intra terminum Sabbathicum, antequam tenebræ obortæ eſſent.

R. OB. DE BARTENORA.

פעם אחת לא נכנסו וכו׳ *Aliquando non ingreſſi erant &c.* לנמל In portum: eſt locus, ubi ſtant naves, poſtquam egreſſæ ſunt è mari ad litus ejus. *Licetne nobis deſcendere?* ſc. è navi in medium urbis. q. d. Venimus extra terminum Sabbathicum, ex quo tenebræ obortæ ſunt. Cæterum hic portus muris non erat circumdatus. Nam ſi fuiſſet locus circumdatus muris: jam ſupra dixerat Rabban Gamaliel ad τὸ ſi poſuerint eum in caula aut carcere, quod perambulet (homo) totum (locum.) *Nam dudum obſervavi:* per calamum arundinis cavæ, quæ præparata erat, ad menſuram proſpectus bis mille ulnarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פעם אחת לא נכנסו לנמל וכו׳ *Aliquando non ingrediebantur in portum &c.* Vocant נמל *Namal*, locum, ubi naves abſconditæ (*ſecuræ*) ſunt à vento, & egredi poſſunt inde in aridam. Quod dicit: Fui videns (*& obſervans*,) id omne vult, quod licet impoſſibile ſit ſcire diſtantiam loci, quemcunque ſumere volueris, ex eo, quod cognoſcit oculus: (*poſſibile tamen ſit*) per inſtrumenta, quæ faciunt Mathematici. Intelligi enim hoc poteſt per radicum tubicum, qui eſt aliquod ex Inſtrumentis aheneis, per quod vident, qui ſtellas obſervant, vocaturque in lingua Arabica אצטרלב Aſtrolabium. Nolo immorari, & commemorare, quomodo adprehendatur (*intelligatur.*) Nam prolixus foret ſermo hac de re; & tamen ex prolixitate quoque non intelliget hoc quiſquam, niſi is, qui novit Mathematicum ſtudium, ſcitque, quid conſequatur ex proportione ſimilium, quæ inter ſe ſimilia ſunt; & qua ratione producatur latus aliquod, quod cognitum non eſt, quando ſciveris latera reliqua, quæ ad eandem rem faciunt (*& proportionem inter ſe habent.*) Ex eo autem, in quo convenit doctrina Arithmetica, (*i. e. ex proportionibus Arithmeticis*) cum hâc ſcientia, inveniri poteſt res iſta (*aliquo modo*,) ut non opus ſit prolixitate. Scito præterea, quod portus non ſit circumdatus macerie. Nam ſi foret circumdatus, foret etiam licitus, juxta ſententiam & Gamalielis, ſi maximè non foret intra terminum Sabbathicum,

cum, donec adveſperaſſet; quemadmodum noviſti ſententiam ejus de caulâ & carcere, de quibus dicit: Perambulat totum. Et ſic etiam expoſitum (*hoc*) eſt in Hieroſolymitano (*Talmude.*)

ג מי שיצא ברשות ואמרו לו כבר נעשה מעשה יש לו אלפים אמה לכל רוח (a) אם היה בתוך התחום כאלו לא יצא (b) שכל היוצאים להציל חוזרין למקומן:

(a) Venet: ואם. (b) Venet & Amſtelod. כל.

3. Si quis exiverit (extra terminum Sabbathicum) cum venia, dixerintque (homines) ipſi: factum jam eſt opus, (nec opus, ut amplius defatigeris,) erunt illi (permiſſæ) bis mille ulnæ verſus quamcunque plagam. Sin fuerit tum intra terminum Sabbathicum, idem erit, ac ſi nunquam exiviſſet. Omnes qui exiverint ad eripiendum (aliquos è periculo:) reverti poſſunt in locum ſuum.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שיצא ברשות וכו׳ *Si quis exiverit cum venia &c. Si quis exiverit cum venia &c.* (e.g.) in teſtimonium novilunii, aut ad eripiendum (aliquem) ab hoſtili exercitu, aut è fluvio. *Factum eſt opus:* nec opus tibi eſt ut abeas (ulterius.) *Erunt illi bis mille ulnæ verſus quamcunque plagam:* à loco ſc. in quo (iſtud) ipſi dictum eſt. *Idem erit, ac ſi nunquam exiviſſet:* Hoc vult; ſi iſtæ bis mille ulnæ, quæ ipſi verſus quamcunque plagam conceſſæ ſunt à loco, ubi (iſtud) ipſi dictum eſt, ingreſſæ fuerint intra bis mille ulnas termini Sabbathici domus illius, idem eſt, ac ſi non exiviſſet extra terminum ſuum Sabbathicum, & in domum uſque ſuam abit: ubi ſe habebit (porrò) ſicut prius. *Omnes qui exiverint ad eripiendum, reverti poſſunt in locum ſuum:* Hoc vult dicere; quandoquidem enim de omnibus aliis caſibus, quoad eos, qui ad eripiendum ab hoſtili exercitu aut è lapſu, ideò, quod, cum venia exeant, permittunt illis, ut cum armis ſuis in locum ſuum revertantur, nec eò illos adigunt, ut deponant arma ſua: utique etiam hic indulgere iis voluerunt, qui cum venia exiverunt, ut ſint, quaſi nunquam exiviſſent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שיצא ברשות וכו׳ *Si quis exiverit cum poteſtate &c.* Per רשות *Poteſtatem*, hoc vult, quod lex dederit poteſtatem faciendi præceptum, aut eripere è manu prædatorum, aut ex flumine. Porrò, quando dixerunt illi: Jam factum eſt opus, ad quod faciendum egreſſus es, licet (*adhuc*) ire ipſi à loco illo ſuo, in quo fuit, quum dicerent illi: Jam factum eſt opus, bis mille ulnas verſus quemcunque ventum (*ſ. mundi plagam.*) Si itaque interfuerit inter ipſum & locum, in quo Sabbathum ingredi conſtituit, infra quater mille ulnas à loco ſuo (*menſurando;*) & quando iverit bis mille ulnas à loco ſuo, quemadmodum diximus, relictæ fuerint inter ipſum & locum, in quo Sabbathum ingredi conſtituit, pauciores quam bis mille ulnæ, jam pervenit ad terminum Sabbathicum, qui fuit ipſi præparatus à veſpera Sabbathi, licebitque ipſi pergere ad locum, in quo Sabbathum ingredi conſtituit, & poterit inde abire bis mille ulnas verſus quamcunque plagam, quemadmodum ſe habuit prius. Atque hoc eſt quod dicunt: Et ſi fuerit intra Terminum Sabbathicum, eſt quaſi non exiviſſet.

Quod prætereà dicit, quod omnes, qui exeunt ad eripiendum (*alios,*) poſſint reverti ad locum ſuum, non eſt demonſtratio, quæ congrua ſit ei juri, quod prius recenſuit; ſed eſt jus aliud, in quo remittitur (*concedendo*) ei aliquid, qui exivit cum poteſtate legis (*ſeu venia ejus.*) Amplius autem adduxit demonſtrationem, pro indulgendo ei, qui exivit cum poteſtate (*ſ. venia:*) nec non ei, qui exivit ad eripiendum animas ex Iſraële. *Atque hæc ipſa res eſt, quam dicunt:* ad eripiendum. Dederuntque ipſis poteſtatem, nimirum, *Eripientibus iſtis*, ut revertantur cum armis, donec ad ſuum uſque locum perveniant. Sic namque dicunt: Revertuntur cum armis ſuis in locum ſuum.

ד מי שישב בדרך ועמד וראה (a) והרי הוא סמוך לעיר הואיל ולא היתה כונתו לכך לא יכנס דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר יכנס אמר רבי יהודה מעשה היה ונכנס רבי טרפון בלא כתכון:

(a) Venet. & Amſtel. הרי זה הוא כמוך.

4. Si quis permanſerit in via; conſtiterit tamen, & viderit (deinde,) quod prope urbem ſit; quandoquidem non fuit (amplius) animus eò (ut ingrederetur,) non ingredietur: ut quidem verba R. Meir habent. Ribbi Jehudah dicit (rectè:) ingredietur. Narravit (etiam) Rabbi Jehudah factum, quod contigit, dum ingreſſus eſt R. Tarphon, licet (prius) non fuiſſet ipſi hic animus.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שישן בדרך וכו׳ *Si quis obdormivit in via &c. Si quis obdormivit in via:* ad requieſcendum. Nec ſcivit, quod intra terminum Sabbathicum urbis eſſet; tenebræque ipſi ibi obortæ ſunt. Sed quando ſurrexit, vidit, quod propè urbem & intra terminum Sabbathicum illius eſſet: non ingredietur in urbem, ut ſit, ſicut civis urbis; ſed à loco, ubi tenebræ ipſi obortæ ſunt, bis mille metietur ulnas, & ad locum uſque, ubi terminantur, abire poterit in urbe; non autem ulterius. *Rabbi Jehudah dicit: ingredietur:* Et perambulabit totam urbem, & extra illam bis mille ulnas, ſicut cives urbis. Deciſio eſt juxta R. Jehudam. *Licet (prius) non fuiſſet ipſi hic animus:* ſiquidem quum tenebræ ipſi obortæ eſſent, non noverat, quod intra terminum Sabbathicum urbis eſſet; unde animus ipſi non erat, ut ſedem ſuam Sabbathicam haberet in urbe, ſed in loco ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שישב בדרך ועמד וראה וכו׳ *Si quis manſerit in via, ſteteritque & viderit &c.* Rabbi Meir dicit, quod, quandoquidem non ſciverit, ſe propè Urbem eſſe, & commoratus fuerit intra Terminum Sabbathicum, non cogitaverit, ingredi Urbem, atque ideò non acquiſiverit ſibi locum Sabbathiſationis in Urbe, atque ſic non liceat ipſi ire niſi bis mille ulnas verſus quamcunque plagam; ut ambulare debeat (*tantùm,*) donec perveniat ad finem termini Sabbathici, prohibitumque ipſi ſit, ire per totam urbem; At R. Jehudah dicit, quod, etiamſi non cogitaverit de iſto, quum tamen eſſet (*revera*) intra Terminum Sabbathicum, acquiſiverit Sabbathiſationem intra Urbem, cum civibus Urbis; ut ingredi poſſit & ambulare per totam Urbem, nec non egredi extra illam uſque ad bis mille ulnas verſus quamcunque plagam. Et deciſio (*etiam*) eſt juxta R. Jehudam.

ה מי שישן בדרך ולא ידע שחשכה יש לו אלפים אמה לכל רוח דברי רבי יוחנן בן נורי וחכמים

5. Si quis obdormivit in via, nec ſcivit, quod tenebræ obortæ eſſent, ei ſunt (permiſſæ) bis mille ulnæ verſus quamcunque plagam: quæ ſunt verba

והכמים אומרום אין לו אלא ארבע אמות רבי אליעזר אומר והוא באמצען רבי יהודה אומר לאיזה רוח שירצה (a) ילך ומודה רבי יהודה שאם בירר לו שאינו יכול לחזור בו :

(a) ילך abeſt in Venet.

verba R. Juchanan Filii Nuri. Licet Sapientes dixerint: Non ſunt (permiſſæ) illi niſi quatuor ulnæ: Rabbi Elieſer addiderit; ita ut ipſe ſit in centro earum; R. verò Jehudah dixerit: verſus quemcunque ventum voluerit, abibit, ita quidem ut conceſſerit, quod ſi elegerit ſibi (certam plagam) non poſſit retrocedere ab illa.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שישן בדרך וכוי *Si quis obdormivit in via &c. Ei ſunt (permiſſæ) bis mille ulnæ verſus quamcunque plagam*: Rabbi Juchanan Filius Nuri exiſtimavit; ſi fuerint res publicatæ, quæ ſcientiam nullam habent, tùm poſſeſſores earum acquirunt ſedem Sabbathicam in loco earum, ut ſint iis bis mille ulnæ verſus ſingulos ventos. Sic itaque dormientis, qui, quo tempore ſedem Sabbathicam acquirunt, nullam (rei) habet ſcientiam, jus idem erit, quod rerum publicatarum, ut ſint ipſi bis mille ulnæ verſus ſingulos ventos. At Doctores noſtri exiſtimarunt: Res publicatæ ſedem Sabbathicam in loco ſuo non acquirunt, ſed qui eas ſibi ſuas fecit, abſportat eas in locum uſque, in quem ipſe pergere poteſt. Sic etiam, qui obdormivit, non acquirit ſibi ſedem Sabbathicam, nec illi, niſi quatuor tantum ulnæ, ſunt. Sed deciſio eſt juxta R. Juchanan fil. Nuri; quod ſc. qui obdormivit, acquirat ſibi ſedem Sabbathicam in loco ſuo, & bis mille ulnæ illi ſint verſus ſingulos ventos. Sed quod ad bona publicata, deciſio eſt juxta Sapientes, quod ſc. quemadmodum unius cujuſque hominis pedes habeant, nec Sabbathicam ſedem in loco ſuo acquirant, ſed qui eas ſuas facit, eò loci, quo ipſe abire poteſt, abſportare queat.

Licet Sapientes dixerint: non ſunt (permiſſæ) illi, niſi quatuor ulnæ; poſteaquam quo tempore dies ſanctus eſſe cœpit, ille dormivit; non acquiſivit ſedem Sabbathicam, nec illi ſunt, niſi quatuor ulnæ, quas indulſit illi lex (divina,) ſcriptum enim eſt: *ſedebitis quivis ſubter ſe* (Exod. XVI. v. 29.) Jam ſtatura hominis mediocris eſt trium ulnarum; una inſuper ulna (danda eſt) ad extendendum manus ſuas, & pedes ſuos. *Rabbi Elieſer addiderit: ita ut ipſe ſit in centro eorum*: Sapientes exiſtimarunt, dare nos illi poſſe quatuor ulnas verſus ſingulos ventos. At R. Elieſer putavit, dare nos illi debere quatuor ulnas, h. e. binas ulnas verſus ſingula latera illius. *Verſus quemcunque ventum voluerit*: ſc. extendent illi quatuor ulnas: ſed poſtquam unum aliquod latus elegerit, non poterit denuo aliud latus eligere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שישן בדרך ולא ידע עד שחשיכה וכוי *Si quis dormiverit in via, & non cognoverit, donec adveſperaverit &c.* Rabbi Juchanan Filius Nuri dicit: Divitiæ communes acquirunt Sabbathiſationem in loco ſuo, nec moris eſt transferre illas, niſi ad bis mille ulnas verſus quamcunque plagam. Similiter verò hominem, quando illi non eſt ſcientia ulla de mixturæ Sabbathicæ tempore, h. e. quando dormit, ſimilem eſſe divitiis communibus, (*ſeu bonis communibus*,) quæ non noverunt dominos; ut licitæ ipſi ſint bis mille ulnæ verſus quamcunque plagam. Verum enimverò Sapientes dicunt: divitiæ publicæ acquirunt Sabbathiſationem ſuam in loco ſuo; ſi quis verò eas ſibi promeruit & acquiſivit eas (*ſibi*;) licet ipſi abſportare in quemcunque locum, in quem ipſi licet ire. Atque hæc res ipſa eſt, quam dicunt: Ecce eſt ſicut pedes cujuſcunque hominis. Hinc quando homo dormit tempore mixturæ Sabbathicæ, erit ſicut divitiæ publicæ, quibus nulla eſt ſcientia, nec acquiret (*ſibi*) Sabbathiſationem, neque ibit, niſi quatuor ulnas. Sed deciſio eſt juxta Rabbi Juchanan Filium Nuri quoad hoc, quod hic dixit: licet deciſio ſit juxta Sapientes, quoad divitias publicas, quod hæ ſint ſicut pedes cujuſcunque hominis. Eſt namque hoc mitius. Jam autem amplectimur mitiorem ex duabus ſententiis.

ו היו שנים מקצת אמותיו של זה בתוך אמותיו של זה מביאין ואוכלין באמצע ובלבד שלא יוציא זה מתוך שלו לתוך של חבירו היו שלשה והאמצעי מובלע ביניהן הוא מותר עמהן והן מותרין עמו ושנים החיצונים אסורין זה עם זה אמר רבי שמעון למה הדבר דומה לשלש חצירות הפתוחות זו (a) לזו ופתוחות לרשות הרבים עירבו (b) שתיהן עם האמצעית היא מותרת עמהן והם מותרות עמה ושתים החיצונות אסורות זו עם זו :

(a) Venet. זו עם זו (b) Venet. שתיהם עם האמצעיו.

6. Si duo fuerint, quorum unius ulnæ ex parte tranſiverint in ulnas alterius: tum conferre poſſunt (cibos,) & comedere (unà) in medio; modo unus è ſuo (termino) non tranſeat in eum, qui alterius eſt. Si fuerint tres, quorum intermedius abſorptus fuerit (ratione termini Sabbathici) inter reliquos: tum licitum erit iſti cum his (converſari,) & his cum iſto licitum erit: interim duo extremi prohibiti ſunt ſibi invicem. Ubi R. Schimeon dixit: Cuinam res ſimilis eſt? (Similis eſt) tribus atriis apertis ſibi invicem, & apertis (ſimul) loco publico. (Nam) quando miſcuerint duæ (extremæ) cum intermedia, hæc licita erit utrique, viciſſimque utraque iſti: ſed tamen duæ extremæ prohibitæ ſunt ſibi invicem.

RO. B. DE BARTENORA.

היו שנים מקצת וכוי *Si duo fuerint, quorum &c. Si duo fuerint*: ſtantes & diſtantes à ſe invicem ſex ulnas, ita ut abſorbeantur binæ ulnæ uniuſcujuſque intra alterius (ulnas.) *Adferre poſſunt* (cibos) & *comedere* (una:) intra duas (iſtas) ulnas; modo neuter manum ſuam intra duas (ulnas) exteriores extendat; ſiquidem in iis quicquam (poteſtatis) non habet; ut educat eo panem ſuum vel ſuas res.

Quorum intermedius abſorptus fuerit inter reliquos: ita ut binæ ulnæ hujus (abſorptæ ſint) intra illius (ulnas,) & binæ

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

היו שנים מקצת אמותיו של זה וכוי *Si duo ſint, quorum unius Ulnæ quædam &c.* Hæc Miſchna complectitur Sabbathum & diem feſtum: & ſupponit, quod homini licita ſit in Sabbatho tranſlatio ad quatuor ulnas tantum. Hîc itaque de hoc loquitur, quando ſocietas interceſſerit duobus hominibus, ut uti poſſint (*uterque*) loco communi, idque clarum eſt. Sic verò etiam, quando interceſſerit ſocietas in bis mille ulnis, quas quilibet habet, ut licitum ipſis ſit uti loco communi in die feſto. Cæterum fuit tamen diſſenſus inter

binæ ulnæ (reliquæ) intra (ulnas) iſtius: tum huic (intermedio) licet (converſari) cum utroque, ut convertat ſe illuc, & converſetur cum iſto; iterumque convertat ſe illuc, & converſetur cum illo. *Tribus atriis:* quorum quodlibet alteri adjacet, & aperta (omnia) ſunt verſus locum publicum: nam unicuique eſt ſua poteſtas pro ſe ipſo, neque illis permiſſa eſt calcatio pedis unius ſuper alterum. Tunc enim unum alteri (nihil) prohibet.

(*Nam*) *quando miſcuerint duo* (*extrema*) *cum intermedio, hoc licitum erit utrique &c.* Verum Doctores noſtri à R. Schimeone in hoc diſſenſerunt, prohibueruntque; ita ut quodlibet alterum prohiberet. Tunc dixit ipſis R. Schimeon: nonne verò hæc res (de quâ agitur,) quum tres fuerint, quorum medius intra illos abſorptus eſt, ubi vos confitemini, quod huic licitum ſit cum illis (converſari,) viciſſimque illis cum hoc, ſimilis eſt tribus atriis? Quare E. diſſentitis à me circa tria atria? dixerunt ei Doctores noſtri: Hîc, h. e. circa tria atria propterea (diſſentimus,) quod multi ſint (inhabitatores eorum:) ſi conabuntur duo, quæ ſibi invicem prohibita ſunt, educere (quid) ex uno in alterum, intermedius non advertet animum ſuum, neque loquetur cum iſtis, ſed dicent (ſive cogitabunt incolæ ejus:) fortè hic, qui educit, eſt unus ex habitatoribus intermediis, cui tam iſtud, quam illud (atrium) licitum eſt. Sed hic, quod tres ſc. viros attinet; ſi venerit unus de duobus extremis ad educendum (aliquid) intra duas ulnas extremi alterius, advertet intermedius animum ſuum, & loquetur ad eum (dehortando.) Deciſio tamen eſt juxta R. Schimeonem, quod ad tria atria; quod nimirum duo extrema tantum ſibi invicem ſint prohibita.

inter R. Schimeonem & Sapientes circa tria atria aperta invicem, quorum duo exteriora Sabbathicè miſcuerint cum intermedio. Nam Sapientes dixerunt, quod (*omnia*) tria ſint prohibita. At R. Schimeon dixit: duo tantùm exteriora ſunt prohibita invicem. Et quum audiviſſet illos Rabbi Schimeon, quod in huic juri ſimilibus idem docuiſſent, quum dixiſſent: Fuerunt tria, ſed medium abſorptum eſt inter illa (*exteriora:*) incepit objicere illis: Nonne hoc ipſum eſt conſtitutio Sabbathica Doctorum de tribus atriis apertis invicem? quare ergò diſſentitis à me circa hoc jus trium atriorum? Diſſenſerunt autem Sapientes ab illo ibi, propterea quod dicebant: ſi permiſerint domui exteriori, ut communicet cum intermedia, & intermediæ, ut cum exteriori altera (*communicet:*) forte communicabit quis è domo exteriori altera cum exteriori (*prima;*) nec admonebunt eum viri iſtius intermediæ (*domus*) propterea quod putent, eſſe eum è ſuo numero, præ multitudine habitantium ibi, ſed hîc, ubi non ſunt, niſi tres viri, unuſquiſque eorum feſtinabit ad ſocium ſuum, nec permittet illi transgredi limitem ſuum; atque ſi erravit, commonefaciet. Nihilominus deciſio eſt juxta R. Schimeon, quum dicit, quod duo extrema tantum prohibita ſint invicem.

ז מי שבא בדרך (a) וחשכה לו והיה מכיר אילן או גדר ואמר שביתתי תחתיו לא אמר כלום שביתתי בעקרו מהלך ממקום רגליו ועד עיקרו אלפים אמה ומעיקרו ועד ביתו אלפים אמה נמצא מהלך משחשיכה (b) ארבעת אלפים אמה:

7. Si quis ſuſceperit iter, & tenebræ ipſum deprehendunt; ſed noverit aliquam arborem, aut maceriem, dixeritque: ſedes mea Sabbathica eſto ſub illa: tum non dixit quicquam. (Sin dixerit:) ſedes mea Sabbathica erit ad radices ejus: tum poteſt abire à loco pedum ſuorum (in quo ſtat) uſque ad radices ejus bis mille ulnas, & à radicibus ejus uſque ad domum ſuam bis mille ulnas: ut deprehendatur iviſſe quater mille ulnas, ex quo tenebræ obortæ ſunt.

(a) Menaſſ. מי שבא בדרך והיה ירא שמא תחשך והיה מכיר וכו׳. (*b*) Menaſſ. ארבעה.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שבא בדרך וכו׳ *Si quis ſuſceperit iter &c. Sed noverit aliquam arborem, aut maceriem*: quò, antequam tenebræ oboriantur, pervenire poſſit; niſi quod feſtus ſit, & requieſcere in loco ſuo velit. *Tum non dixit quicquam:* Quandoquidem non expreſſit, quaſnam quaternas ulnas eligat ſub arbore, non erit (ibi) illius ſedes Sabbathica, nec habebit ille niſi quatuor ulnas in loco, ubi eſt. Ecce enim! Non acquiſivit ſedem Sabbathicam in loco ſuo, poſtquam animum ſuum à Sabbathicè ibi ſedendo avertit. Sed neque ſub arbore Sabbathicam ſedem acquiſivit. Hæc verò valebunt tum, quum octo ulnæ ſub arbore fuerint, aut plures. Sed ſi ſeptem ulnæ fuerint; vel te invito pars domus, (ſeu ſedis Sabbathicæ) ejus cognoſcitur per mediam ulnam (quæ in centro eſt.) Nam, ut hanc non eligat, fieri nequit. Si enim in medio arboris quatuor ulnas ſibi elegit, iſta eſt ex illis. At ſi ab hoc latere, aut ab iſto latere, (rurſus iſta) erit ex illis. Itaque ibi domum (ſeu Sabbathicam ſedem) acquiſivit. (*Sin dixerit:*) *ſedes mea Sabbathicæ erit ad radices ejus:* Poſteaquam locum ſuum determinavit, iſta ſedes Sabbathica ipſi acquiſivit bis mille ulnas, ad latus pedum ejus, & bis mille ulnas ad latus domus ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שבא בדרך והיה ירא שמא וכו׳ *Si quis iter ſuſcepit, & timuit, ne forte &c.* Regula apud nos eſt id, quod jam indicabo Tibi. Nimirum, quod homo quicunque: modo ſit in via propter quod pauper ſit, licitumque ipſi mixturam Sabbathicam facere per pedes ſuos, quemadmodum exponetur; quando interfuerit inter ipſum & inter locum, qui locus privatus eſt, infrà bis mille ulnas, noveritque ille locum iſtum, atque dixerit: Sabbathiſatio mea in loco N. N. hoc eſt, in iſto ipſo loco (*privato:*) quod (*inquam*) acquirat Sabbathiſationem, ibi, quaſi poſuiſſet mixturam; ita ut liceat illi perambulare totum locum, & extra illum ad bis mille ulnas; hâc modò cum conditione, ut adhuc ſit altus dies, quando acquirit ſibi Sabbathiſationem in loco iſto, poſſitque pervenire ad locum iſtum, ſaltem celerrimo curſu, antequam ingrediatur Sabbathum, ut imputetur ipſi, quaſi eò perveniſſet.

Similiter ſi acquiſiverit ſibi Sabbathicam ſedem in loco publico, qui quidem locus notus (*illi*) ſit, e. g. radix arboris, aut ſepes, tum erunt illi in loco iſto quatuor ulnæ, & bis mille ulnæ extra illas quatuor ulnas. Verum enim verò quando dixerit: ſub eâ (*arbore,*) quod indefinitum eſt; tum nihil quicquam dixit (*aut præſtitit,*) nec poterit ire, niſi ad radicem arboris tantum, nec abibit inde ad domum ſuam ulnas bis mille, & ne quidem quatuor ulnæ, quæ ipſi ibi ſunt, non definitæ conjungentur cum iis, quas mille metiamur, bis mille ulnis. Hoc verò ita (*accipiendum eſt,*) quando fuerint ſub arbore octo ulnæ, aut plures, ut quoad illas incidat dubium, nec conſtet, quo loco acquiſiverit ſibi Sabbathicam ſedem. Sed ſi fuerint ſub arbore pauciores, quam octo ulnæ, poterit inde abire ad domum ſuam ad bis mille ulnas. Nam ſi abſtraxeris de illis quatuor ulnas, quæ eſt menſura loci Sabbathiſationis ejus, invenies, quod quædam illarum communes ſint cum iſtis quatuor Ulnis, quas habet ibi. Omne autem hoc (*intelligendum eſt cum iſta conditione,*) quando ſuperfuerit de die tantum, ut poſſit pervenire ad locum iſtum curſu; quemadmodum indicavimus.

ח אם אינו מכיר או שאינו בקי בהלכה ואמר שביתתי

8. Quod ſi (vel) non ſciverit (arborem aut maceriam

שביתתי במקומי זכה לו מקומו אלפים אמה לכל רוח עגולות דברי רבי הנינא בן אנטיגנוס וחכמים.אומרים מרובעות כטבלה מרובעת כדי שיהא נשכר לזוית:

ceriam aliquam, ejuſque diſtantiam,) vel non fuerit gnarus (iſtius) conſtitutionis, dixeritque (*ideo*:) Sedes Sabbathica mea eſto in loco meo (in quo ſto:) tum acquirit ſibi à loco ſuo bis mille ulnas verſus quemcunque ventum, ut quidem verba R. Chaninæ filii Antigoni habent, rotundas; Sed Sapientes (melius) dixerunt: Quadratas, ſicut tabula quadrata (eſt,) ut ſibi lucrifaciat angulos.

R. OB. DE BARTENORA.

אם אינו מכיר וכו׳ *Quod ſi vel non ſciverit &c. Quod ſi vel non ſciverit*: ſc. arborem aut maceriem. *Aut non fuerit gnarus (iſtius) conſtitutionis*: adeoque non ſciverit, quod proſit ipſi, quum dixerit: ſedes mea Sabbathica eſto in loco N. ideoque dixerit: ſedes Sabbathica eſto mihi in loco meo, acquiſivit ſibi locum ſuum. *Rotundas*: nam de urbibus refugii, ex quibus bis mille ulnas termini Sabbathici diſcimus, ſcriptum eſt: *& hoc erit ipſis (ſuburbiis urbium)* (Num. XXXV. v. 5.) Huic tu das פאות h. e. *angulos*. Num ergo non dabis angulos agentibus Sabbathum? & Doctores noſtri, qui requiſiverunt quadratas, interpretati ſunt; זה *hoc* (dictum eſt,) ad includendum; q. d. כזה, *quod huic ſimile eſt*, erit omnibus agentibus Sabbathum. Deciſio etiam eſt juxta Sapientes. *Sicut tabula quadrata (eſt:)*. ſcripſit R. noſter Moſes filius Majmonis, quod cum fieri nequeat, ut quis faciat quadratum præciſum accuratè, tradiderit ſicut tabula quadrata q. d. quemadmodum homines quadrare ſolent, etiamſi præciſè quadratum quid non fuerit. *Ut ſibi lucrifaciat angulos*: angulos ſc. qui ſunt in diametro quadrati, & circulum, qui intra illud eſt, excedunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם אינו מכיר או שאינו בקי וכו׳ *Si non cognovit, aut non peritus eſt &c.* Non eſt בקי בהלכה *peritus in conſtitutione*, hanc habet interpretationem; quando non novit, num licitum ſit homini, ut det Sabbathiſationem ſuam in loco ab ipſo remotiori, præter locum, in quo ipſe conſiſtit. Porrò quod dicit: *Sicut tabula quadrata, (dictum eſt)* propterea, quod impoſſibile ſit in opere (*aliquo*) facere (*illud*) quam ratum accuratè. Hinc notum fecit nobis, quod ſufficiat nobis, ut appareat (*quid*) quadratum, quantum fieri poſſit ab homine, ſicut tabulæ quadratæ, in quibus intenditur quadratura, quanta fieri poteſt. Per τὸ *lucrifaciens angulos*, vult dicere, quatuor additamenta, quæ ſunt in quadrato ſupra circulum, qui intra illud (*inſcriptus fuerit*:) illa namque additamenta ſunt in angulis; & ideò vocavit illa angulos. Deciſio eſt juxta Sapientes.

ט וזו (a) היא שאמרו העני מערב ברגליו אמר רבי מאיר אנו אין לנו אלא עני רבי יהודה אומר אחד עני ואחד עשיר (b) לא אמרו מערבין בפת אלא להקל על העשיר שלא יצא ויערב ברגליו:

9. Atque hoc eſt, quod dixerunt: Pauper miſcet (ſibi) per pedes ſuos. Ubi quidem R. Meir dixit: Nobis non (exprimitur) niſi pauper: (Ergò dives excluſus eſt.) Sed (certè) reſpondit R. Jehudah: (Perinde eſt) ſive pauper ſive dives ſit. Nam non conſtituerunt, ut miſceant per buccellam (panis,) niſi ad reddendam rem faciliorem diviti, ut non cogeretur exire, & miſcere pedibus ſuis.

(a) Venet. וזה הוא Menaſſ. זו היא omiſſâ copulâ. (b) Menaſſ. שלא.

R. OB. DE BARTENORA.

וזו היא שאמרו וכו׳ *Atque hoc eſt, quod dixerunt &c. Atque hoc eſt, quod dixerunt*: Qui ejuſmodi eſt, cujuſmodi hic, qui in via eſt, nec panis cum ipſo, ut adeò nunc pauper ſit, ei permiſerunt Sapientes, ut miſcere poſſit per pedes ſuos. Nam R. Mëiro hæc fuit ſententia: Principaliter mixtura Sabbathica fit per panem; ſed indulgentia hæc eſt, qua indulſerunt pauperi, aut ei, qui in via cum ſit, panem ſecum non habet, ut per pedes ſuos miſceat. Sed R. Jehudah exiſtimavit: principaliter mixtura Sabbathica fit per pedem; ſed indulgentia hæc eſt, qua indulſerunt diviti, qui ſuis pedibus ire non poteſt, ut mixturam ſuam per manum legati mittat. Et deciſio eſt juxta Rabbi Jehudam. Interim R. Mëir & R. Jehudah in hoc conſentiunt, quod, ſi quis dixerit: ſedes mea Sabbathica eſto in loco N. is non acquirat ſedem Sabbathicam in iſto, quem dixit, loco; niſi pauper fuerit, aut ſi in via conſtitutus, nec panem ſecum habeat; divitem autem oporteat mittere panem in locum ſedis Sabbathicæ ſuæ. Item, qui dicit: ſedes mea Sabbathica erit in loco N. non acquirit ibi ſedem Sabbathicam, niſi ipſi tantum de die ſpatium ſuperfuerit, ut, ſi currat, poſſit pervenire eò, antequam tenebræ oboriantur. Quod ſi itaque, quo tempore dicit, ſedes mea Sabbathica eſto in loco N. non ſuperfuerit tantum de die ſpatium, non acquiſivit ibi ſedem Sabbathicam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וזו היא שאמרו עני מערב וכו׳ *Hoc eſt, quod dixerunt: Pauper miſcet &c.* Hoc dictum refertur ad id, cujus paulo ante mentionem fecerat (*dicens*:) quum dixerit: Sabbathica mea ſedes eſto in loco meo, acquiſivit ſibi à loco ſuo bis mille ulnas, verſus quamcunque plagam. Sed R. Mëir non permittit hoc factum, niſi pauperi: propterea, quod non ſit ipſi facultas mixturam facere per bolum (*cibi.*) Sed ſi quis facultatem habuerit, oportebit ipſum mixturam facere in loco ſuo omnibus modis: & tum demum poterit abire ad bis mille ulnas, verſus quemcunque ventum. Eſt namque ſententia R. Mëir, fundamentum eſſe in mixtura per bolum. Interim dedit poteſtatem pauperi, ut dicat: Sabbathica ſedes mea erit in loco meo, tantum ad rem faciliorem reddendam pauperi. Rabbi verò Jehudah dicit, quod fundamentum ſit mixtura per pedem: interim rem faciliorem reddidit diviti, ut det bolum in manum legati ſui, ponatque legatus bolum iſtum in loco (*aliquo*,) ut ſit Sabbathica ſedes in iſto loco, poſſitque abire inde bis mille ulnas verſus quemcunque ventum. Itaque non eſt diſſenſus inter R. Jehudam & R. Mëir. Nam (*juxta utriuſque ſententiam*) quando aliquam arborem aut ſepem, aut locum circumdatum pariete (*ſeu macerie*,) novit, dicitque: Sabbathica mea ſedes eſto in loco N. non ſufficit hoc pauperi; ſed divitem oportet facere, ut perveniat bolus ad locum Sabbathicæ ſuæ ſedis. Permiſerunt tandem hoc ei, qui in via eſt, propterea quod hîc eſſe ſoleat pauper: huic verò non eſt facultas perveniendi eò, & ponere eò bolum. Deciſio eſt juxta R. Jehudam.

י מי שיצא לילך בעיר שמערבין (a) בה והחזירו חברו הוא מותר לילך וכל בני העיר אסורין דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר כל שהוא יכול לערב ולא עירב הרי זה חמר גמל :

(a) Pro בה eſt in Venet, לא quod fortè Sphalma Typogr.

10. Si quis exiverit, ut eat verſus urbem, verſus quam (eum concives) mixturam facere juſſerunt; reduxerit verò eum ſocius ejus (alius aliquis:) tum ipſi licitum erit, ut abeat; ſed omnibus civibus urbis prohibitum: verba ſunt R. Jehudæ; quicquid dixerit R. Meir: quiſquis potuit mixturam peragere, & non peragit, ecce is eſt ſicut Aſinarius Camelarius.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שיצא לילך וכו׳ *Si quis exiverit, ut iret &c. Si quis exiverit:* ex urbe ſua, dum miſerunt illum cives urbis ipſius, ad deportandum iis mixturam, quò poſſint abire poſtero die in urbem, cum qua miſcent, & ſita eſt iis ad duos terminos Sabbathicos, ut adeò ex una in alteram beneficio mixturæ abire queant. *Reduxerit vero eum ſocius ejus:* dicens illi: tempus æſtus eſt, (aut) tempus frigoris eſt: ipſi licitum quidem erit, abire poſtero die in alteram iſtam urbem; quia quum iter ſuſceperit, ut acquireret ſedem Sabbathicam, ad finem bis mille ulnarum ab urbe remotum, eſt ſicut pauper, qui dicit: ſedes mea Sabbathica erit in loco N. atque adeò acquiſivit (ſibi) ibi ſedem Sabbathicam.

Sed omnibus civibus urbis prohibitum: quia non ſuſceperunt iter, unde non erunt illis niſi bis mille ulnæ verſus ſingulos ventos ab urbe ſua. R. Mëiro res dubia fuit; eſſetne iſte pauper, quando domo ſua egreſſus eſt, & iter ſuſcepit: an verò fortè, poſtquam per panem miſcere potuit, & tamen non miſcuit, pauper non eſſet? Quomodo hic eſſet ſimilis Aſinario-Camelario; ita ut non eſſent ipſi bis mille ulnæ verſus ſingulos ventos ab urbe ſua, quod fortè ſedes Sabbathica ejus in eo loco, quò ad deportandum eò mixturam perrexerat, in fine ſc. bis mille ulnarum ab urbe ejus; nec in fine etiam bis mille ulnarum ab urbe ejus acquiſiviſſet bis mille ulnas verſus urbem alteram; quod fortè non niſi in domo ſua Sabbathicam ſedem acquiſiverit. Sed deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שיצא לילך לעיר שמערבין בה וכו׳ *Si quis exivit ad eundum in Urbem, in qua miſcent &c.* Fundamentum hujus dicti eſt, quod cives urbis fecerunt eum legatum, ut faceret ipſis mixturam ad urbem alteram, quæ ſita ipſis eſt in diſtantia duorum terminorum Sabbathicorum, ut poſſint ire poſtero die extra urbem (*ſuam*) ad quater mille ulnas. Sed hic legatus cum exiviſſet poſtero die extra urbem, reduxit eum ſocius ejus in urbem, antequam eò perveniret, ut non faceret mixturam. Rabbi itaque Jehudah dicit: poſteaquam egreſſus eſt, & ingreſſus viam, ad acquirendum per eam Sabbathicam ſedem in diſtantia bis mille ulnarum, acquiſivit (*ſibi*) ibi Sabbathicam ſedem; propterea quod pauper ſit; quemadmodum ſupra jam diximus; quod hic acquirat (*ſibi*) ſedem Sabbathicam in diſtante loco (*aliquo*,) tantum per hoc, quando ingreſſus eſt viam ſuam, & ſuam fecit eam viam. Poſteaquam itaque exivit (*iſte legatus*) cum hâc intentione, (*ut miſceret*,) licet ipſi abire extra urbem illam quater mille ulnas; ſed civibus urbis, qui miſerunt eum, non perfectè facta eſt mixtura. Ideoque non ibunt extra illam quater mille ulnas; ſed ibunt extra urbem ſuam bis mille ulnas, verſus quamcunque plagam, tantum.

Verùm Rabbi Mëir dicit, quod Legatum, poſteaquam ipſi facienda fuit mixtura, nec fecit eam, judicemus rigoroſius, ut ne quidem abeat bis mille ulnas, verſus unamquamque plagam, quemadmodum cives urbis (*illius*,) qui fecerunt eum legatum; ſed tantum abire poſſit bis mille ulnas verſus illam plagam, verſus quam miſerant eum ad mixturam faciendam: verſus plagam autem alteram, illi oppoſitam, abeat, quemadmodum abiturus fuiſſet ſi mixturam feciſſet. Quomodo erit ſicut Aſinarius & Camelarius, ſicut in antecedentibus expoſuimus. Sed deciſio eſt juxta Rabbi Jehudam.

יא מי שיצא חוץ לתחום אפילו אמה אחת לא יכנס רבי אליעזר אומר שתים יכנס שלש לא יכנס מי שהחשיך (a) חוץ לתחום אפילו אמה אחת לא יכנס רבי שמעון אומר אפילו חמש עשרה אמות יכנס שאין למשוחות ממצין את המידות מפני הטועין :

(a) Menaſſ. שהחשיך לו חוץ וכו׳.

11. Si quis exiverit extra terminum Sabbathicum, vel unicam ulnam; non poterit retrocedere. Licet R. Jehudah dixerit: (ſi) duas, retrocedet; (ſin) tres, non retrocedet. Si cui tenebræ ingruerint extra terminum Sabbathicum, vel unicam ulnam, non ingredietur. Licet R. Schimeon dixerit: ſi maximè XV. ulnas, tamen ingredietur: quandoquidem dimenſiones non exprimunt accuratè menſuras, propter errantes.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שיצא חוץ לתחום וכו׳ *Si quis exiverit ultra terminum &c. Vel unicam ulnam, non poterit retrocedere:* nec habebit niſi quatuor ulnas hinc, & quatuor ulnas iſtinc. Et quamvis quatuor iſtæ ulnæ intra terminum Sabbathicum urbis abſorptæ ſint; non tamen dicimus, ubi ingreſſus fuerit, ſit ita. Exiſtimavit namque (hic Doctor,) quod abſorptio terminorum Sabbathicorum nulla ſit. *Si duas, retrocedit:* Ita R. Elieſer ex eâ ratione, qua dixit: & ille in medio eorum: quod nimirum in fine bis mille ulnarum ſint quatuor ulnæ; duæ, ex uno latere, intra terminum Sabbathicum; & duæ, ex altero latere, ultra finèm termini Sabbathici. Hinc, ſi ille ſteterit in ulna altera, ingredietur: quoniam abſorptio terminorum aliqua eſt. Sed non eſt deciſio juxta R. Elieſerem.

Si cui tenebræ ingruerint: quum fuerit in via conſtitutus, &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שיצא חוץ לתחום וכו׳ *Si quis exiverit extra Terminum &c.* Rabbi Elieſer exiſtimat, quod ſint homini in loco ſuo quatuor ulnæ, & ipſe in medio earum (*conſtitutus*.) Ubi Ergo is fuerit extra terminum duas ulnas, incidit communio inter quatuor ulnas ipſius, & inter finem termini; atque adeò ingredi poteſt. ממצין *Exprimentes* ſunt menſuras, hoc notat, quod (*conſtituti*) Menſores terminorum (*Sabbathicorum*) dimenſiones non accuratè obſervent in menſuris, ut perveniant (*præcisè*) ad finem termini: ſed metiantur paulo minus, quam pro menſura juſta, & diminuant de quolibet fune parumper; inde (*ſc.*) quod contingat venire in loca (*modò*) depreſſa, (*modò*) verò alta; ut (*iſta ratione*) decedant bis mille ulnis ulnæ (*aliquot*,) ſi rigoroſius examinemus. Hinc permiſit R. Schimeon ingredi. Sed non

120553

& tenebræ illi obortæ fuerint extra terminum Sabbathicum, non ingredietur; propterea, quod in loco ſuo ſedem Sabbathicam non acquiſiverit. Satis namque manifeſtam fecit mentem ſuam., quod ſedem Sabbathicam in loco ſuo acquirere noluerit. Jam in urbe (quoque) ſedem Sabbathicam non acquiſivit; quum inter ipſum & urbem plures, quam bis mille ulnæ interſint. Ita non erunt illi, niſi quatuor ulnæ; juxta jus ejus, qui extra terminum Sabbathicum egreſſus eſt. non eſt deciſio juxta R. Elieſerem: neque etiam juxta R. Schimeon.

Si maximè quindecim ulnas: non præciſe; nam idem juris eſt, ſi paulo minus, vel paulo amplius fuerit. Sunt quidem, qui interpretantur præciſè quindecim: ſed neſcio, quomodo ſententiam eorum defendere debeam. *Dimenſiones:* Qui metiuntur terminos Sabbathicos urbibus, & ſignum in fine termini Sabbathici faciunt, non accuratè ſumunt (aut extendunt) menſuras, ita ut in ipſiſſimo bis mille ulnarum fine ſignum faciant; ſed (paululum) remittunt intra bis mille, propter errantes, qui ſignum non cognoſcunt, & ideò nonnunquam ultra illud exeunt redeuntque, non tamen ex propoſito. Hæc ex ratione perpetuo aliquid remittere ſolent intra bis mille ulnas. Quomodo deprehenditur, quod quindecim iſtæ ulnæ adhuc intra terminum Sabbathicum ſint. Jam quia hic, (cui tenebræ ingruerunt,) ab aliqua neceſſitate oppreſſus eſt, ingredi illi permittunt, nec rigoroſè cum illo agunt. Nam ubi rigoroſè agimus, res nobis eſt cum eo, qui extra terminum Sabbathicum egreſſus eſt. Hic namque cautior eſſe, & animum ſuum advertere deberet, ut non egrederetur. Nihilominus non eſt deciſio juxta R. Schimeonem.

פרק ה כיצד מערבין את הערים בית נכנס (a) ובית יוצא פגום נכנס (b) ופגום יוצא היו שם גדודיות גבוהות עשרה טפחים וגשרים ונפשות שיש בהן בית דירה מוציאין את המדה כנגדן ועושין אותן כמין טבלא מרובעת כדי שיהא נשכר את הזויות:

Caput 5. Quomodo miſcent urbes? ſi domus (aliqua) introrſum recedit, & domus (alia) extrorſum prominet: (aut) ruptura introrſum recedit, & ruptura (alia) extrorſum prominet: (aut) ſunt ibi rudera alta decem palmos, & pontes, & tumuli, in quibus eſt domus habitationis: tum extendunt menſuram verſus illa, & faciunt (deſcribunt) illam (urbem) in formam tabulæ quadratæ, ut lucrifaciat angulos.

(a) Prag. Menaſſ. & Amſtelod. בירת ſine ו. (b) Sic h.l. iidem פגום ſine ו.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד מעברים את וכו׳ *Quomodo gravidant urbes &c.* *Quomodo* מעברין *gravidant:* ſignificatio ſumta eſt à muliere עוברה *gravida*, cujus venter prominet. Et hoc vult dicere: Quomodo fit, ut urbs aliqua graviditatem habeat. *Si domus (aliqua) introrſum recedit, & domus (aliqua) extrorſum prominet &c.* Quum ſuſceperit (quis) ſignare ſignum termini Sabbathici urbis, & ſuſceperit metiri bis mille ulnas extra urbem; tum, ſi murus ejus non æqualis fuerit, ſed domus cohæſerint & conjunctæ fuerint, (ſolet fieri, ut) domus (una) intra urbem magis, quam altera recedat, & retroceſſio ejus rupturæ ſimilis videatur; itemque (alia) domus promineat, & extrorſum magis, quam (altera) exeat. *Aut ruptura introrſum recedit, & ruptura (alia) extrorſum prominet:* Nam turres prominentes nonnunquam prominent introrſum, nonnunquam extrorſum. *Aut ſunt ibi:* poſt cornua ſc. urbis.

גדודיות *rudera alta:* fragmenta muri ex devaſtatione: ſuntque intra ſeptuaginta ulnas cum Scherajim urbi. נפשות *Tumuli:* ſunt ſtructura, quam ſuper ſepulchro erigunt; idque propterea, ut ibi aliquis habitationis locus ſit. *Verſus hæc menſuram educunt.* Si prominentiarum harum aliqua ad cornu orientale-ſeptentrionale fuerit, ita conſiderant (& accipiunt,) ac ſi adhuc alia prominentia iſti oppoſita in cornu orientali-meridionali foret, & filum ab una ad alteram extenſum: atque ſic menſurat (menſor) à filo extrorſum, ita ut terminus Sabbathicus ab utroque cornu æqualis ſit, ne hinc longior, iſtinc brevior. Faciunt præterea terminos iſtos Sabbathicos quadratos, ut ſint bis mille ulnæ & latera æquè, ac in medio; non autem rotundos, ut ſint illis bis mille in medio, ad latera autem diminuantur, ut in re rotunda fieri ſolet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כיצד מעברין את הערים וכו׳ *Quomodo imprægnant urbes &c.* מעברין *Impraegnantes ſunt (hoc loco)* ſignificat hoc, quod conjungant urbi rem (*aliquam*) aliam inſtar fœtus, qui additus (*ſeu adjunctus*) eſt corpori matris ſuæ: ut incipiat dimenſio extra illam rem adjunctam. Dicit autem hîc, quod, ſi domus (*aliqua*) fuerit extra urbem, & domus (*alia*) intra urbem, metiamur extra domum, quæ egreditur ultra urbem, ut addamus Civibus Urbis ſeptuaginta ulnas. Similiter ſi fuerit, ruptura, aut ædificium devaſtatum, aut גדודיות *Rudera:* quæ ſunt (*locus*) cui ſunt tres maceries tantum. גשרים *Pontes*, noti ſunt. נפשות ſunt loci attollentes ſe de terra; modo ibi ſit locus habitationis. Porrò quando dicit: *faciunt eam ſicut tabulam quadratam;* per, ſicut tabulam, vult dicere, quod, quando urbs fuerit rotunda, faciant formam quadratam, quæ illam attingat, & tunc metiantur extra quadratam bis mille ulnas verſus unamquamque plagam, ut lucrifaciant Cives urbis iſta additamenta, quæ addit quadrata forma circulo, qui intra illam (*ſitus*) eſt.

ב נותנין קרפף לעיר דברי רבי מאיר וחכמים אומרים לא אמרו קרפף אלא בין שתי עיירות (a) אם יש לזו שבעים אמה ושירים ולזו שבעים אמה ושירים עושה קרפף (b) את שתיהן להיות אחת:

2. Dant Karpeph (marginem) urbi: Verba ſunt R. Meir. Sed Sapientes dicunt: Non dixerunt (Veteres,) Karpeph (marginem dari) niſi inter duas urbes. (Nam) ſi uni fuerint ſeptuaginta ulnæ & Scherajim (duæ tertiæ,) & alteri (etiam) ſeptuaginta ulnæ & Scherajim: tum facit (menſor) Karpeph utrique, ut ſint una.

(a) Venet. שתי עיירות בלבד. (b) Prag. לשתיהן להיות כאחת Amſtelod. את שתיהן להיות אחד Menaſſ. לשתיהן להיותן כאחת.

R. OB. DE BARTENORA.

נותנין קרפף לעיר וכו׳ *Dant Karpeph (marginem) urbi &c.* *Dant Karpeph (marginem) urbi:* quiſquis cœperit metiri terminos Sabbathicos, relinquit urbi ſpatium ſeptuaginta ulnarum & Scherajim, h. e. ulnarum ſeptuaginta & duorum trien-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נותנין קרפף לעיר דברי ר״מ וכו׳ *Dant Karpeph urbi: verba ſunt R. Mëir &c.* קרפף Eſt latus ex lateribus quadratis; cujus menſura eſt ſpatium duarum Searum, h. e. ſeptuaginta (*ulnæ*) & Scherajim. Quod jam expoſuimus in Capite ſecundo

trientum ulnæ: & inde incipit metiri bis mille ulnas. Quia dictum eſt: *à muro urbis, & extrorſum mille ulnarum circumcirca* (Num. XXXV. v. 4.) vult Lex dicere; da forinſecus mille ulnas, & poſtea metire; q. d. Da illi Karpeph ſeptuaginta ulnarum & Scherajim, & deinde metire inde extrorſum.

Non dixerunt Karpeph, niſi inter duas urbes: ſi duæ urbes vicinæ ſibi invicem fuerint, dant ſeptuaginta ulnas cum Scherajim unicuique, ad conjungendum eas beneficio horum Karpephorum, ut quaſi una urbs ſint. Et quando quis abire voluerit ex una illarum in alteram, metiuntur illi bis mille ulnas extra (hanc) alteram; propterea quod ambæ ſint quaſi una urbs beneficio Karpephorum iſtorum, quæ illos conjungunt. Deciſio autem eſt juxta Sapientes, quod non dent Karpeph urbi uni; ſed duabus urbibus tantum.

cundo hujus tractatus. Et ita quidem expoſuimus quod Scherajim ſint duæ tertiæ (*ulnæ*) prope. Sententia itaque R. Meir eſt, quod diſcedendum ſit ab urbe ſeptuaginta (*ulnas*) & Scherajim, & tunc menſurandæ ſint bis mille ulnæ termini (*Sabbathici.*) Argumentum ejus pro hoc eſt (*ab ipſo ſumtum*) ex phraſi legis, מקיר העיר וחוצה *à muro urbis, & extra*, (*h. e. ut urbs ſit extra murum*) quaſi dicat, quod urbi contingat eſſe, extra urbem.

Sed Sapientes non ita ſtatuunt; ſed ſi fuerint duæ urbes, quarum diſtantia duæ Karpephoth, aut, quantumcunque ſit, minus, quod (*tum*) ſint quaſi una urbs, ita ut metiantur bis mille ulnas verſus quamcunque plagam extra utramque, & licitum ſit utrique earum, ut abeat in alteram, & extra illam (*alterius*) bis mille ulnas. Et hæc ipſa res eſt, quam dicunt: Facit Karpeph ambabus, ut ſint quaſi una, q. d. quod quando fuerit inter illas iſta diſtantia, tunc attribuat (*menſor*) unicuique Karpeph cohæreantque invicem, & ſint quaſi una urbs. Et non eſt deciſio juxta Rabbi Meir.

ג וכן ג׳ כפרים המשולשין אם יש בין שנים חיצונים (a) מאה וארבעים ואחד ושליש עשה אמצעי את שלשתן (b) להיות אחד :

(a) Menaſſ. החיצונים. (b) Prag. & Menaſſ. להיותן כאחד Venet. להיות אחת.

3. Et ſic tres pagi (ſe habent) in triangulo ſiti. (Nam) ſi fuerint inter duos exteriores centum quadraginta & una (ulna) & pars tertia: tum facit intermedius, ut omnes tres ſint unus.

R. OB. DE BARTENORA.

וכן ג׳ כפרים המשולשין וכו׳ *Et ſic tres pagi in triangulo ſiti &c. Et ſic tres pagi in triangulo ſiti:* Non triplicati revera in recta (linea,) ut tertius ſitus ſit remotè reſpectu (lineæ rectæ ductæ) ad extremas. Quicunque itaque ſic ſe habent, ut ſi immittas inter illos intermedium, non ſint inter hunc (medium) & unum extremum plures, quam centum quadraginta & una ulnæ cum triente, quæ conſtituunt ſeptuaginta ulnas & Scherajim pro uno, & ſeptuaginta ulnas cum duobus trientibus pro altero; & ſic, quod ad latus pagi (urbis) extremi alterius, non interſint inter medium & iſtum plures quam centum quadraginta & una ulnæ cum triente: tum ecce, omnes reputantur ſicut unus; & qui ex uno illorum exit, ut abeat via reliquorum, numerat à muro alterius extremi. Quantum vero intererit inter medium & extremum? *Bis mille ulnæ.* Quandoquidem enim medius abire poteſt ad extremum, & extremus ad medium *ſine mixtura*, ſic ſpectant (vel conſiderant) quaſi medius poſitus foret inter illos. Sed ſi remotior fuerit, quam ad bis mille ulnas, non dicimus, quod ſic ſpectent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכן השלשה כפרים המשולשים וכו׳ *Et ſic tres pagi in Triangulo ſiti &c.* Quando fuerint Scherajim duæ tertiæ (*ulnæ*) manifeſtum eſt, quod quantitas duarum Karpephoth ſit centum quadraginta una (*ulnæ*) & tertia (*pars.*) Cæterum ſenſus intentus hic eſt, quod ſi inter duos (*pagos*) extremos diſtantia ſit iſtius quantitatis, fingaturque intermedius, quod inter eos ſit (*in medio,*) relinquantur inter illum & inter unumquemque iſtorum duæ Karpephoth ab omni latere; accedente quidem conditione altera, ut ſint inter ipſum intermedium, & unumquemque extremorum bis mille ulnæ, aut minus. Tunc itaque reputabuntur (*omnes*) tres pro una urbe, ut dimenſio incipiat extra illos.

ד אין מודדין אלא בחבל של חמשים אמה לא פחות ולא יותר ולא ימדוד אלא כנגד לבו היה מודד והגיע לגיא או לגדר מבליעו וחוזר למידתו (a) הגיע להר מבליע וחוזר למידתו ובלבד שלא יצא חוץ לתחום אם אינו יכול להבליעו בזו אמר רבי דוסתאי בר ינאי משום רבי מאיר שמעתי שמקדרין בהרים :

(a) Venet. וחוזר למידתו והולך לו הגיע להר מבליעו וכו׳.

4. Non metiuntur, niſi per funem quinquaginta ulnarum, nec pauciorum nec plurium. Nec metietur (menſor) niſi è regione cordis ſui. Si menſus fuerit, & pervenerit ad vallem aut maceriem; tum abſorbet illa & (deinde) revertitur ad dimenſionem ſuam. Si pervenerit ad montem, abſorbet (etiam) hunc, & revertitur ad dimenſionem ſuam: modo non progreſſus fuerit extra terminum Sabbathicum. Sin non potuerit abſorbere illum: de ejuſmodi dixit R. Duſthaj filius Jannaj, nomine R. Meir: Audivi (& didici,) quod perforent montes.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מודדין אלא וכו׳ *Non metiuntur, niſi &c. Non metiuntur:* nimirum bis mille ulnas termini Sabbathici, niſi per funem lineum quinquaginta ulnas longum. *Non minus:* Nam ſi funis brevior fuerit, extenditur validius, & longiorem reddit ulnam. *Sed nec amplius:* nam ſi nimis longus fuerit, gravitas ejus duplicat eum in medio ejus (quodammodo,) ut (nimis) brevis reddatur. *Niſi è regione cordis ſui.* Determinarunt illi Sapientes locum, ut ſc. unuſquiſque è regione cordis ſui principium (ſeu extremitatem) funis teneat. Nam ſi unus è regione colli ſui, & alter è regione pedum ſuorum teneret; funis brevior redderetur, & termini Sabbathici diminuerentur.

לגדר *Ad maceriem:* Eſt hic murus lapideus, qui corruit, &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין מודדין אלא בחבל וכו׳ *Non metiuntur niſi per funem &c.* Hunc funem oportet eſſe ex lino. Planum verò hoc eſt, quod in omnem dimenſionem incidat parum (*ſ. nonnihil*) propinquitatis, (*h. e. ut non accuratiſſimè, ſed propè & præterpropter ita ſe habeat.*) Hinc conditionem hanc poſuit, ut nihil addant longitudini hujus funis, nec diminuant de eo quicquam. Quando porrò dicit: *Et non metiatur niſi reſpectu cordis ſui,* hoc vult dicere, ut teneat finem de fune è regione cordis ſui, nec ſupra illud, nec infra illud. At quod dicunt: *Abſorbet illam,* hoc ſignificat, quod extendat funem ſuper illam ſuperius, nec opus habeat dimenſione profunditatis vallis aut altitudinis maceriei. Quando nimirum hoc fieri poteſt: hoc volo dicere: quando latitudo vallis

& factus eſt acervus altus (partim,) & depreſſus (partim.) *Abſorbet illa:* ſi non fuerit (aliquod iſtorum) quinquaginta ulnas latum ab una extremitate ſua ad alteram extremitatem ſuam ſuperiùs, etiamſi in declivitate ejus iter plurium, quam mille (ulnarum) fuerit, non dicimus, quod menſura declivitatis ejus menſuræ termini Sabbathici addi debeat. Sed unus ſtabit ſuper extremitate ejus hinc, & alter ſtabit ſuper extremitate ejus iſtinc, ut abſorbeant declivitatem ejus in fune uno.

Et (deinde) revertitur ad dimenſionem ſuam: ex eo quod tradit: ad dimenſionem ſuam, indicat, quod ſi latitudo ejus è regione urbis quinquaginta ulnis latior fuerit, nec poſſit eam abſorbere ibi in funem; in aliqua verò extremitatum ejus, quæ è regione urbis non eſt, poſſit abſorbere, abeat & abſorbeat ibi; deinde metiatur & pergat indè ab extremitate ejus & deinceps, uſque è regione loci, in quo conſumitur (ſeu deſinit) latitudo vallis è regione urbis, redeatque ad menſuram ſuam è regione urbis, dimenſionemque terminorum Sabbathicorum ejus abſolvat.

Si pervenerit ad montem, abſorbet (etiam) hunc: ſi tamen mons non ſit nimis præceps, ſed declivis, ita ut inter ſpatium quinque ulnarum de ipſo non aſſurgat niſi decem palmos. Sed ſi adeò præceps fuerit, ut intra minus ſpatium, quam quinque ulnarum, erigatur decem palmos, non abſorbet illum, ſed æſtimat tantum & pergit. *Modo non progreſſus fuerit extra terminum Sabbathicum:* quando abiverit menſor ad abſorbendum montem aut vallem; non exibit extra terminum Sabbathicum ad locum uſque, ubi extremitates vallis breviores (aut anguſtiores,) ut abſorbere eas poſſit ibi, redeatque deinde ad dimenſionem ſuam verſus urbem. Ratio à caſu eſt: nimirum propterea, quod qui metientem eum progredientem eò viderit, dicturus ſit, quod menſura terminorum Sabbathicorum laterum urbis eò uſque pertingat.

De ejuſmodi dixit R. Duſthaj: De ejuſmodi; ad excludendum urbem refugii, & vitulam decollatam propinquam confoſſo; ubi non perforant. מקדרין h. e. *Perforant:* nimirum ſpectant, (ſeu conſiderant,) quaſi perforarent illos & metirentur per foramen ad diminuendum menſuram declivitatis ejus (uniuſcujuſque.) Quemadmodum in Gemara dicimus, quod metiuntur illum fune quatuor ulnarum, ita ut inferior (menſor) teneat funem è regione cordis ſui, ſuperior autem è regione pedum ſuorum; & ſic metiantur eum totum per quaternas ulnas, ut diminuatur quævis declivitas quatuor ulnarum dimidiam ſtaturam hominis. Deciſio autem eſt juxta *Rabbi Duſthaj.*

lis erit quinquaginta ulnarum, aut minus; quæ eſt menſura funis. Similiterque altitudo maceriei, (*ſi ſic ſe habeat.*) At quando fieri non poteſt, metietur eam, quemadmodum mox exponitur. Idque quando dicit: *ſi pervenit ad montem, abſorbet illum:* quod cum conditione (*accipiendum eſt;*) ſi ſit altitudo ejus ſupra terram (*tanta,*) ut deprehendantur, quando menſus fuerit de longitudine ejus in terra quinque ulnas; ut (*inquam*) deprehendantur in altitudine lineæ incidentis in extremitatem quinque ulnarum ſuper angulo recto decem palmi.

Verùm ſi altitudo ejus ſupra terram fuerit (*tàm exigua*) ut deprehendatur altitudo quidem decem palmorum in iſta linea incidente, ſint verò inde ad finem montis pauciores, quam quinque ulnæ: tum ecce erit ſicut maceries alta ſtans ſuper terræ ſuperficie; nec opus erit abſorbere illum, ſed includet illum juxta conjecturam. Modo non exeat extra terminum Sabbathicum: quo hoc vult dicere, ut non conſiſtat iſte menſor extra terminum, quando voluerit traducere funem ſuper locum altum, ad videndum, ad quem uſque locum pertingat. Idque propterea; quia timemus, ne fortè videat eum aliquis hominum, cum metitur, cogitetque, quod ad locum ſtationis ejus uſque pertigerit terminus Sabbathicus.

(*Pergit:*) *Audivi, quod* מקדרין *diſcindant* (*perforent*) *montes:* quo vult indicare conjecturam & propinquitatem, (*τὸ præterpropter.*) Eſt autem קודר in ſtylo eorum (*Talmudicorum*) idem ac המחתך diſcindens; ut ſint מקדרין *diſcindentes menſuram.* Ipſa ejus in Talmud interpretatio ita habet: Quod nimirum ſumant funem quatuor ulnarum, & unus ſtet in loco montis alto, & alter in loco depreſſo ejusdem: tumque ſtans in loco alto demittat finem funis verſus pedes ſuos; ſtans verò in loco depreſſo teneat finem funis verſus cor ſuum; deinde diſcedat ab eo juxta menſuram longitudinis funis; atque ſic metiantur illum totum per quatuor ulnas juxta hanc propinquitatem, donec cognoſcatur, quantum decedat de termino Sabbathico. Et deciſio eſt juxta Duſthai.

ה אין מודדין אלא מן המומחה ריבה למקום
אחד ומיעט למקום אחר שומעין למקום שריבה
ריבה (a) לאחד ומיעט (b) לאחר שומעין למרובה
אפילו עבד אפילו שפחה נאמנין לומר עד כאן
תחום שבת שלא אמרו חכמים את הדבר להחמיר
אלא להקל:

(a) Menaſſ. אחר ſine ל. (b) Ita & h. l. אחר.

5. Non metiuntur, niſi per peritum (virum.) Si amplius quid dedit uni loco, & minus loco alteri, attendunt locum, cui amplius quid dedit. (Si ex duobus menſoribus) amplius quid (unus) dedit uni loco, & (alter) minus loco alteri: attendunt ei, qui amplius quid dedit. Etiam ſervus, etiamque ancilla fide digni ſunt, ut dicant: hucuſque terminus Sabbathi. Nam non dixerunt Sapientes dictum (de non exeundo extra terminos,) ad difficiliorem rem reddendam, ſed faciliorem.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מודדין אלא מן וכו׳ *Non metiuntur niſi per &c.* Non metiuntur niſi per המומחה h. e. *virum dimenſionis peritum.* Equidem Gaon interpretatus eſt τὸ מומחה in ſignificatione τοῦ ומחה *Et perveniet ad latus maris Cinnereth* (Num. XXXIV. v. 11.) q. d. quod ſtudeant metiri terminos Sabbathicos ſimpliciter (& ab initio) à loco plano & æquali, ut perforare non oporteat.

Si amplius quid dedit uni loco, & minus loco alteri: ſi deprehenduntur ſigna termini Sabbathici hujus remotiora & prominentiora, quam ſigra termini Sabbathici cornu oppoſiti, obſervant locum, ubi amplius quid dedit, & proferunt (ulterius) menſuram breviorem oppoſitam; propterea quod non extenderit ab initio funem, quantum oportebat. Hinc in Thoſiphtha traditio eſt, quod expandere omnibus viribus ſuis debeat. *Sin plus dederit uni, & minus alteri;* vult dice-

R. MOSCHE, FIL. MAIMON.

אין מודדין אלא מן המומחה וכו׳ *Non metiuntur niſi per probatum &c.* מומחה Probatus eſt homo Sapiens, promtus in opere ſuo, quodcunque etiam opus fuerit, aut in ſcientia (*aliqua*) de ſcientiis. Hîc quidem vult, ut ſit Sapiens (*doctus*) in Arithmetica, promtus in dimenſione fundorum. Quod dicunt: *Attendunt ad locum, quem ampliavit* (*menſor,*) id expoſuerunt in Talmud (*Gemara,*) quod ſi (*Menſor*) dixerit, hic eſſe terminum Sabbathicum, ita ut minor ſit menſura, quam putavimus; aut ſi dixerit, hic eſſe terminum Sabbathicum, ita ut major ſit, quam putavimus: quod, (*inquam*) quemadmodum credamus ipſi, & innitamur illi (*quoad hoc,*) quod locus minor ſit, quam putaveramus, ſimiliter inniti illi debeamus (*quoad hoc,*) quod major ſit, quàm putaveramus prius. Senſus tandem alterius partis hujus Miſchnæ: *ſi unus* (*Menſor*) *ampliavit, ſed diminuit*

dicere : ſi unus plus dedit, & alter minus ; quando ſc. duo homines probati fuerint, quorum unus plus dedit, alter minus.

nuit alter, *attendunt ad ampliantem*, hoc vult, ſi fiat: ut duo (*menſores*) diſſentiant inter ſe, uterque tamen probatus ſit, quod acquieſcamus & faciamus juxta verba ejus, qui largitur plus.

ו עיר של יחיד ונעשית של רבים מערבין את כולה ושל רבים ונעשית של יחיד אין מערבין את כולה אלא אם כן עשה חוצה לה כעיר חדשה שביהודה שיש בה נ׳ דיורין דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר שלש חצירות של שני בתים :

6. Si urbs (aliqua) fuerit unius, ſed facta fuerit multorum, miſcent totam. Sin multorum fuerit, ſed facta fuerit unius, non miſcent totam, niſi fecerit extra illam (ſpatium reſiduum tantum,) quanta fuit urbs Chadaſchah (Nova,) quæ in Judæa eſt, in qua ſunt quinquaginta habitationes : verba ſunt R. Jehudæ. Sed R. Schimeon dicit: tria atria duarum domuum.

R. OB. DE BARTENORA.

עיר של יחיד ונעשית וכו׳ *Si urbs (aliqua) fuerit unius &c. Si urbs aliqua fuerit unius*: e. g. ſi homo unus illam totam emerit, elocaveritque ſingulas domos hominibus eam inhabitantibus; poſtea verò facta fuerit multorum, miſcent eam totam ; quemadmodum eam, quum unius eſſet, miſcuerunt, ut non opus habeat ſpatio reſiduo. *Non miſcent totam* : nam prohibitum eſt miſcere urbem plurium, niſi quis relinquat in ea domos ſine mixtura, ut iſtud reſiduum ſit documentum (mixturæ.) Si quidem cauſa mixturæ hæc eſt, ut oblivioni non tradatur lex loci publici. Cæterum iſta (urbs) quandoquidem fuit multorum, & opus habuit ſpatio reſiduo; etiamſi nunc unius fuerit, judicatur tamen ſicut prius. *Niſi fuerit extra illam*: ſc. ſpatium reſiduum, quod non miſceant cum reliqua urbe. Amplius quid (hic) nos docet, ſc. quod licet ſpatium reſiduum fuerit extra illam, proſit tamen (*toti*) reliquæ urbi.

Quanta fuit urbs Chadaſchah ; quæ in Judæa eſt : Urbs fuit in Judæa, cujus nomen Chadaſchah fuit, in qua non fuerunt plures, quam quinquaginta habitationes: & extitit urbs iſta omnium, quæ in Judæa fuerunt, minima, fuitque ſpatium reſiduum urbis magnæ illi vicinæ, & facta eſt menſura ſpatii reſidui, quod relinquere oportet in urbe, ut non miſceant cum reliquis ; documenti ergò. *R. Schimeon dicit, tria atria &c.* Et decidit deciſio, etiamſi unica domus in uno atrio fuerit, ſpatium reſiduum (*ibi*) eſto ; at ſi urbi alicui non fuerit niſi una porta tantum ; ſi maximè plurium fuerit, attamen ſpatio reſiduo non indigebit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עיר של יחיד שנעשית של רבים וכו׳ *Urbs unius, quæ facta eſt plurium &c.* Regula apud nos eſt, quod urbi plurium, quando fuerint duæ portæ, ita ut homines ingrediantur per unam, & exeant per alteram; quod (*inquam*) non faciant toti (*urbi*) unam eandemque mixturam, ne utantur homines loco publico promiſcuè (*& vulgari modo*,) nec agnoſcant, quod mixtura faciat, ut licitus ipſis uſus intra illam ſit. Hinc neceſſitas urget, ut relinquatur de illo reſiduum quid ſine mixtura, ut iſtud reſiduum non uſurpetur cum Urbe (*reliqua*,) ad notum faciendum, quod mixtura faciat, ut licitus nobis ſit uſus in medio ejus. Declaravit porrò nobis, quod ſi urbs antea fuerit plurium, etiamſi hodie ſit unius, nihilominus illa opus habeat reſiduo aliquo omnibus modis, quemadmodum opus habuerit olim ; ſed ſi fuerit unius anteà, ita ut is potuerit facere mixturam unam in tota, relinquatur, quemadmodum fuerit (*olim*,) ſi maximè nunc fuerit plurium. Quod ſi unam tantum habuerit portam, licet fuerit plurium, non opus habebit reſiduo aliquo. Diſſenſus R. Jehudæ & R. Schimeonis eſt circa quantitatem reſidui (*iſtius*,) quod relinquendum eſt in illa ſine mixtura. Fuit autem in terra Judah urbs, cujus nomen erat Chadaſcha, Nova, in qua fuerunt quinquaginta habitationes, fuitque illa minima urbs, quæ in tota terra Judah erat. Deciditque conſtitutio, etiamſi eſſet domus unica in atrio unico, requiri tamen reſiduum.

ז מי שהיה במזרח ואמר לבנו ערב לי במערב במערב ואמר לבנו ערב לי במזרח אם יש הימנו ולביתו אלפים (a) אמות ולעירובו יותר (b) מכאן מותר לביתו ואסור לעירובו לעירובו אלפים אמה ולביתו יותר (c) מכאן אסור לביתו ומותר לעירובו הנותן את עירובו בעיבורה של עיר לא עשה ולא כלום נתנו חוץ לתחום אפילו אמה אחת מה שנשכר הוא מפסיד :

(a) Menaſſ. אמה. (b) Venet. מכן. (c) Venet. יתר מכן.

7. Si quis fuerit ab oriente, & dixerit filio ſuo: mixturam mihi fac ab occidente : (aut) ab occidente, dixeritque: mixturam mihi fac ab oriente: (tum) ſi ab ipſo uſque ad domum ipſius fuerint bis mille ulnæ, ſed uſque ad mixturam ipſius quid amplius iſtis: licitum ipſi (abire) domum, & prohibitum uſque ad mixturam, (quæ ideò nulla eſt,) Sin ad mixturam uſque ipſius bis mille ulnæ ; ſed ad domum ipſius amplius quid iſtis, prohibitum ipſi (abire) uſque ad domum, & licitum uſque ad mixturam. Si quis poſuerit mixturam ſuam in graviditate urbis, ne quidem quicquam facit. Si poſuerit ultra terminum vel unicam ulnam ; tum quantum lucrifecit, tantum perdidit.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהיה במזרח וכו׳ *Si quis fuerit ab Oriente &c. Si quis fuerit ab Oriente*: in agro, & dies ſuper illo ſanctus eſſe cœperit ibi, dum ille adhuc à mixtura ſua amplius, quam bis mille ulnas, abeſt, ut adeo mixtura ejus non ſit mixtura, quum abire, eamque ſumere nequeat ; tum ſedes Sabbathica ejus in domo ejus erit. Ecce enim! intra terminum Sabbathicum domus ſuæ ille conſiſtit, & omnino melius illi eſt, ut ſedes Sabbathica illius in domo illius ſit, poſtquam mixtura ejus non eſt mixtura.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שהיה במזרח וכו׳ *Si quis fuerit in ortu &c.* Graviditas Urbis ſunt additamenta, quæ adjungunt Urbi, ut tunc menſura bis mille ulnarum ſit verſus omnem plagam æqualis, cum eo, quod additum illi eſt, quando illa, quæ rotunda eſt, fit quadrata ; aut quando (*ipſi*) fuerit domus extra ipſam ; quemadmodum expoſuimus ab initio Capitis (*hujus*,) quod menſura egrediatur à domo extima. Quando itaque quis mixturam fecit in iſto additamento ; tum ecce erit idem, quaſi non feciſſet mixturam ſuam, ſimiliſque conditionis erit cum civi-

Prohibitum ipſi (*abire*) *uſque ad domum ſuam:* ut numeret à domo ſua bis mille ulnas verſus ſingulos ventos. *In graviditate urbis*: in aliqua domuum, quæ ſtant intra ſeptuaginta ulnas & Scherajim. *Ne quidem quicquam fecit*; Ecce enim! etiam ſine mixtura habet ille ab urbe bis mille ulnas verſus ſingulos ventos, & tota urbs cum graviditate ſua reputatur illi pro quatuor ulnis. *Si poſuerit ultra terminum:* (h. e.) extra graviditatem urbis. Atque ita expoſitum hoc eſt in Gemara.

Tum quantum lucrifecit: ſc. verſus hunc ventum (ſeu plagam.) *Tantum perdidit*: ſc. verſus ventum oppoſitum. Ecce enim! à mixtura numerat bis mille ulnas verſus ſingulos ventos. Jam ſi poſuit illam in fine mille (ulnarum) verſus ortum, deprehenditur, quod bis mille verſus ortum terminentur in fine ter mille ab urbe: ut lucratus ſit mille. At bis mille occidentis terminantur in fine mille verſus occidentem ab urbe; ut perdiderit mille. Ubi ſimul (& obiter) nos docet, quod urbs non addatur numero bis mille (ulnarum) verſus occidentem; ſed tota pro quatuor ulnis habeatur. Id quod tamen hactenus tantum valet, ſi bis mille (ulnæ,) quæ à mixtura verſus urbem (numerantur,) non terminatæ fuerint niſi in fine urbis, aut extra urbem. Sed ſi in medio urbis, aut quocunque intra eam loco terminatæ fuerint, non poterit pergere in urbe, niſi ad locum uſque, in quo bis mille ulnæ mixturæ terminantur; non autem ulterius: ſicut mox traditum legimus (in ſequenti Miſchnah.)

civibus Urbis (*reliquis*,) ut abeat bis mille ulnas verſus omnem plagam. Cæterum quum dicit: Extra terminum (*Sabbathicum*,) non vult reſpectu bis mille ulnarum; ſed hoc vult, extra graviditatem, (*ſeu additamentum*) urbis, de qua paulo ante locuta ſunt verba noſtra.

(*Pergit verò*:) *quicquid lucratus erat*, *perdidit*: propterea (*ſc.*) quod ſi fecit mixturam ſuam in diſtantia mille ulnarum, e. g. à domo ſua, quæ ipſi eſt in urbe, verſus plagam orientalem, licitum quidem eſt ire verſus orientem ter mille ulnas; (*nimirum*) mille uſque ad mixturam, & bis mille à loco mixturæ; ſed non poterit abire in plaga altera, h. e. in plaga occidentali, niſi mille: ut (*omninò*) iſtud mille, quod lucratus eſt ab oriente, perdiderit ab occidente. Sed hanc rem jam expoſuimus aliquoties. Scito tamen, quod res iſta, quemadmodum diximus, cum conditione ſit (*intelligenda*,) quando (*ſc.*) metimur à loco mixturæ, quam poſuit, e. g. ab ortu urbis ad mille ulnas, menſura pertigerit ad finem uſque urbis, aut ad (*locum*) extra illam. Sed quando menſura pertigerit (*tantum*) ad partem urbis, tum ecce perdidit totam urbem, nec licebit illi ambulare in urbe verſus occidentem, niſi ad finem bis mille ulnarum à loco mixturæ. Nota itaque hoc fundamentum.

ח אנשי עיר גדולה מהלכין את כל עיר קטנה (a) ואנשי עיר קטנה מהלכין את כל עיר גדולה כיצד מי שהיה בעיר גדולה ונתן את עירובו בעיר קטנה בעיר קטנה ונתן את עירובו בעיר גדולה מהלך את כולה וחוצה לה אלפים אמה (b) רבי עקיבא אומר אין (c) לו ממקום עירובו אלא אלפים אמה:

8. Cives urbis magnæ perambulant totam urbem parvam: & cives urbis parvæ perambulant totam urbem magnam. Qui ſic? Si quis fuerit in urbe magna, & poſuerit ſuam mixturam in urbe parva: (aut) in urbe parva, & poſuerit mixturam ſuam in urbe magna: perambulat totam urbem & extra illam bis mille ulnas. R. Akiba dicit: non ſunt ipſi (permiſſæ) à loco mixturæ ipſius, niſi bis mille ulnæ.

(a) Pragenſ. & Menaſſ. particulam Negandi omiſſam in Amſtelodam. & Venet. heic interponunt h. m. ואין אנשי עיר קטנה מהלכין וכו׳ ut prorſus inde ſit contrarius ſenſus, ſic exprimendus ex horum Codd. Lectione: Cives urbis magnæ perambulant totam urbem parvam; *Sed cives urbis parvæ non perambulant totam urbem magnam.* Atque hanc lectionem confirmat Majemonides in פי׳ ad *h. l. quem infrà videas.* (b) *Prag.* ורבי (c) *Prag. & Menaſſ.* אין לו אלא ממקום עירובו אלפים אמה:

R. OB. DE BARTENORA.

אנשי עיר גדולה וכו׳. *Cives urbis magnæ &c. Cives urbis magnæ:* quibus (vicina) eſt urbs parva intra bis mille ulnas (ſita,) ut poſſint ex exire urbe ſua, & numerare atque pergere verſus (urbem) parvam. *Perambulant totam urbem parvam*: vicinam ipſis, tanquam quatuor ulnas, & dimenſionem ſuam extra iſtam abſolvunt. *Sed cives urbis parvæ non perambulant urbem magnam totam:* tanquam quatuor ulnas; ideò enim, quod dimenſio termini Sabbathici eorum in medio urbis magnæ terminata eſt, urbs magna eis pro quatuor ulnis non reputatur, neque in ea pergunt, niſi ad terminum uſque ſuum Sabbathicum. Qui ſic?

Si quis fuerit in urbe magna: Miſchnæ huic aliquid deeſt. Sic autem vult tradere: Cives urbis magnæ perambulant totam urbem parvam. Sed cives urbis parvæ non perambulant totam urbem magnam. Quomodo (& de quo) hæc verba accipienda ſunt? de metiente bis mille ulnas. Sed ſi quis mixturam ſuam poſuerit intra urbem; ſive cives urbis magnæ poſuerint mixturam ſuam in parva, ſive cives urbis parvæ mixturam ſuam (poſuerint) in urbe magna; perambulant eam totam, in qua mixtura poſita eſt &c. Rabbi Akiba diſſentit à Doctore primo, & putat, quod mixtura eam urbem, in qua ponitur, non faciat tanquam quatuor ulnas, nec numerent bis mille ulnas, niſi à loco mixturæ. Sed non eſt deciſio juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אנשי עיר גדולה וכו׳ *Cives Urbis magnæ &c.* Miſchna hæc opus habet ordinatione (*ſ. conſtructione verborum ordinata:*) quam ordinationem ego tibi exponam poſt fundamenta (*expoſita*,) quibus te oportet inniti. Suntque hæc: quod, quiſquis Sabbathicam ſedem conſtituit in loco, cui ſunt bis mille ulnæ verſus omnem plagam, quemadmodum expoſitum eſt aliquoties, & quando menſus eſt bis mille ulnas â loco alio, pertigitque finis bis mille ulnarum uſque ad partem urbis aut ſpeluncæ, non liceat illi abire niſi uſque ad locum, ad quem pertigit uſque menſura; non autem abire liceat per urbem totam, nec per ſpeluncam: At ſi pertigerit menſura uſque ad finem urbis, aut ad extra illum (*locum*,) ita ut ingrediatur urbs tota aut ſpelunca in medium bis mille (*ulnarum*,) reputemus illi urbem totam pro quatuor ulnis, ut terminetur menſura ejus (*omnis reliqua*) extra illam. Si ſint e. g. inter locum Sabbathicæ ſedis illius & inter urbem, centum ulnæ, ingrediaturque urbs intra bis mille (*ulnas*,) perambulabit urbem totam, & extra illam mille octingentas nonaginta ſex ulnas; quandoquidem reputamus totam urbem quaſi quatuor ulnas. Hoc idem jus ad eum quoque pertinet, qui metitur à loco mixturæ ſuæ bis mille ulnas, ut ipſi eò uſque ire liceat à loco mixturæ ipſius; ſed ſita eſt in medio (*occurritque*) urbs, aut ſpelunca. Quem quidem vocant מודד *Metientem.* Verum, ſi quis dedit, (*ſeu fecit*,) mixturam (*ſuam*,) ut fecerit in urbe; is ire poteſt per univerſam iſtam urbem, & extra illam bis mille ulnas; ſi vel maxime foret (*urbs*) ſicut Ninive.

Juxta iſta porrò fundamenta, quando fuerint duæ urbes vicinæ, una magna & altera parva, hoc modo, ut, quando metimur extra (*urbem*) magnam bis mille ulnas, ſit parva abſorpta intra iſtas bis mille ulnas, ſed quando metimur extra parvam bis mille (*ulnas*,) pertingat menſura (*tantum*) ad partem urbis magnæ, tum juxta iſta (*inquam*) fundamenta, quæ præmiſimus, licitum eſt Civibus urbis magnæ, ut perambulent parvam totam; at Cives parvæ non ibunt per totam

magnam,

magnam, ſed uſque ad locum (*tantum*,) ad quem pertigit menſura eorum. Et hoc quidem, quando (*& quatenus*) menſuramus bis mille ulnas. Verum enim verò, quando dederint Cives urbis mixturam in urbe alia, perambulant totam, & extra illam (*pergunt.*) Quæ cum ita ſe habeant, ordo hujus Miſchnæ & paraphraſis in hunc verborum ſenſum habebit: Cives Urbis magnæ perambulant totam urbem parvam; ſed non Cives Urbis parvæ perambulant totam urbem magnam. Quo de verba (*hæc*) dicta (*& accipienda*) ſunt? De eo, qui metitur bis mille ulnas extra terminum Sabbathicum; ſed is, qui dederit mixturam ſuam, ſive jam dederint cives urbis magnæ mixturam ſuam in parva, ſive dederint cives urbis parvæ mixturam ſuam in magna, ambulat, per totam urbem in qua ponit mixturam. Quomodo? Is qui fuerit in urbe magna &c. Diſſenſit quidem circa hoc R. Akiba, propterea, quod ille exiſtimabat, quod licet homo dederit mixturam in loco privato, non tamen ambulet bis mille ulnas, niſi à loco mixturæ. Sed non eſt deciſio juxta R. Akibam.

ט אמר להן רבי עקיבא אי אתם מודים לי בנותן עירובו במערה שאין לו ממקום עירובו אלא אלפים אמה אמרו לו אימתי בזמן שאין בה דיורין אבל יש בה דיורין מהלך את כולה וחוצה לה אלפים אמה נמצא קל תוכה מעל גבה ולמודד (a) שאמר נותנין (b) לו אלפים (c) שאפילו סוף מידתו כלה במערה:

9. Dixit namque illis R. Akiba: nonne vos ipſi conceditis mihi de eo, qui ponit mixturam ſuam in ſpelunca, quod non ſint ipſi (permiſſæ) à loco mixturæ ipſius, niſi bis mille ulnæ? Reſponderunt illi: Quandò? quo tempore non fuerint in illa habitationes: Sed ſi fuerint in illa habitationes, perambulat totam, & extra illam bis mille ulnas. Deprehenditur enim nobilius (majoris privilegii) medium ejus præ ſuperficie ejus. At quod ad menſorem, quem dixit; dant illi (etiam) bis mille (ulnas:) quod etiam finis menſuræ ejus deſinat in Spelunca.

(a) Venet. Prag. & Menaſſ. שאמרו (b) Tò לו abeſt in Venet. & Amſtel. (c) Venet. נותנין אלפים אמה שאפילו וכו׳.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר להן רבי עקיבא וכו׳ *Dixit (namque) illis R. Akiba &c. Quando? Quo tempore non fuerint in illa habitationes:* poſtquam parietes ejus disjecti, & illa habitationibus inepta facta eſt. Nam ſi apta (nihilominus) habitationibus fuerit, etiamſi inpræſentiarum nullæ in ea habitationes, tota tamen non reputatur, niſi tanquam quatuor ulnæ; juxta verba Sapientum. Sic ſi in aliqua urbe nullus incola ſit, habeat tamen murum circumcirca, intra quem quis mixturam ſuam ponat; reputatur pro quatuor ulnis, etiamſi tanta, quanta Antiochia fuerit.

Deprehenditur enim nobilius (majoris privilegii) medium ejus, quam ſuperficies ejus: Nam quod ad ſuperficiem ſpeluncæ, ſi in ea quis mixturam ſuam poſuerit, non habebit niſi bis mille ulnas à loco mixturæ ſuæ: cum ſuperficies ejus habitationibus inepta ſit; verum quod ad medium (ſeu interiora) ejus, id ille totum perambulat, & extra illud bis mille ulnas.

At quod ad menſorem, quem dixerunt: Quamvis diſſenſerint Sapientes à R. Akiba circa eum, qui ſuam mixturam in urbe poſuit, dicendo, quod tota urbs illi ſit, tanquam quatuor ulnæ: in hoc tamen conſentiunt, quod, ſi quis veniat è loco ſedis ſuæ Sabbathicæ, finiaturque menſura ejus bis mille ulnarum, etiamſi in ſpelunca id fiat, in qua habitationes ſunt; quod (inquam) ultra menſuram ſuam minimum non progrediatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמר להם רבי עקיבא וכו׳ *Dixit ipſis Rabbi Akiba &c.* Quando dicit, quod in Spelunca non ſint habitacula, nec commoda ſit habitaculis, vult dicere, quando ejus maceries fuerint deſtructæ: ſed ſi reſiduæ fuerint maceries, licet fuerit ſine habitatoribus, perambulabit totam, & extra illam. Sic ſi quis poſuit mixturam ſuam, aut ſedem ſuam Sabbathicam conſtituit in urbe vacua, ubi reſiduus fuerit murus ejus, ambulat per illum totum, & extra illum ad bis mille ulnas, juxta ſententiam Sapientum. Quando verò dicunt: ſi inventum fuerit medium ejus æquatum, ſuper illud, (*hoc vult*) quod ſuper illud (*medium ſpeluncæ*) à loco mixturæ ſuæ tantum progrediatur: at ſi dederit mixturam in medio ejus, progrediatur ad bis mille ulnas extra illud. Item, quod dicunt: Metienti, quo de dixerunt, id ſupra expoſuimus, quod ſit (*intelligendus*) finis bis mille ulnarum, quod tantum pergat ad locum, ubi deſinunt (*iſtæ bis mille ulnæ*;) ut, ſi deſinant in parte Speluncæ, non liceat ipſi perambulare totam.

פרק ו׳ הדר עם (a) הנכרי בחצר או עם מי שאינו מודה בעירוב הרי זה אוסר עליו (b) רבי אליעזר בן יעקב אומר לעולם אינו אוסר עד שיהו שני ישראלים אוסרין זה על זה:

Caput 6. Si quis habitat cum gentili in atrio, aut cum eo, qui non confitetur mixturam, ecce hic prohibet illum. Rabbi Elieſer filius Jacob dicit: In æternum non prohibet, niſi dum fuerint duo Iſraëlitæ prohibentes alter alterum.

(a) Amſtelod. עם הגוי. (b) Interponit heic Pragenſ. דברי רבי מאיר ut ita præcedens conſtitutio huic Doctori adſcribatur. Idem & Menaſſ. qui tamen parentheſi incluſit.

R. OB. DE BARTENORA.

הדר עם הנכרי וכו׳ *Si quis cum alienigena habitat &c. Si quis cum alienigena habitat &c.* is, qui non confitetur mixturam, eſt Gentilis aut Sadducæus. *Ecce hic prohibet illum:* quo minus è domo ſua in atrium (quicquam) deportet, donec poteſtatem hujus, quam in atrio habet, conduxerit.

In æternum non prohibet, niſi dum duo Iſraëlitæ fuerint: Inter Doctorem primum & R. Elieſerem filium Jacobi hic diſſenſus eſt. Habitatio Idololatræ non eſt appellanda habitatio, & de jure eſt, ut non prohibeat, niſi quod decretum à Doctoribus noſtris factum eſt, ut Iſraëlita cum Idololatra non habitet, ne de operibus ejus diſcat. Jam Doctor primus putavit; licet Idololatra de effuſione ſanguinis ſuſpectus ſit, Iſraë-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הדר עם הנכרי בחצר וכו׳ *Si quis habitat cum alienigena in atrio &c.* Regula apud nos eſt: Habitatio Gentilis non meretur nomen habitationis (*vel non eſt ibi habitatio.*) Unde de jure eſt, ut non opus habeamus cum ipſo mixturam facere; propterea, quod non poſſideat quicquam, ut opus habeamus (*propterea*) accipere ab illo poteſtatem. Nihilominus conceſſerunt illi habitationem; ſed dixerunt, quod ille impediat, nec nobis ſit conſuetudo facere mixturam cum illo; donec conduxerimus poteſtatem (*l. locum*) ejus. Ut notum facerent nobis, quod Gentilis non doceet (*Iſraëlitæ,*) propterea quod timeat ab eo propter verſutiam, aut fraudem, aut ne obveniat ſibi aliquid damni. Quæ cum ita ſe

Iſraëlitæque, ne cum illo ſolo ſit, prohibitum: nonnunquam poteſt tamen contingere, ut Iſraëlita cum Idololatra habitet; & tum dicere voluerunt Doctores noſtri, quod mixtura non proſit in loco Idololatræ, itemque reſignatio poteſtatis non proſit in loco Idololatræ, donec conduxerit. Hic verò Idololatra non elocabit. Sollicitus namque erit de incantationibus. Ideò non veniet Iſraëlita, ad habitandum cum Idololatra, nec diſcet de operibus ejus. At R. Elieſer filius Jacob exiſtimavit; poſteaquam Idololatra de effuſione ſanguinis ſuſpectus eſt, de duobus, qui habitare (cum eo), poſſunt, decretum ſuum Doctores noſtri fecerunt; de uno autem qui non poteſt habitare (cum eo;) quum eſſe ſolum cum ſolo idololatra, ipſi prohibitum ſit, nil decreverunt de eo Doctores noſtri. Et deciſio quidem eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi.

Cæterum qui conducit ab idololatra, (poteſt conducere) etiam minoris, quam obolo; etiamque in Sabbatho. Et licet idololatra non reſignet poteſtatem ſuam, donec conducat ab illo; attamen Iſraëlita poteſt reſignare poteſtatem, etiamque in Sabbatho. Idque ſic, ut dicat proximo ſuo, quum non miſcuerit: poteſtas mea reſignata eſto tibi. Tum verò illi prohibitum erit transferre in atrio (quicquam:) at proximo ejus licitum erit. Quinimò ſi voluerint, poſteaquam proximus ejus abſolverit transferre, quantum ipſi neceſſarium fuit; poteſt proximus ejus viciſſim reſignare ei poteſtatem ſuam, ut ipſi licitum ſit, proximo autem ejus prohibitum.

ſe habeant, non conveniens eſt ulla ratio mixturam faciendi cum eo. Nam ſi hoc noverit ipſe Iſraëlita, non elocabit habitationem in domo ejus (*etiam*) gentili. Hæc verò tota ſeparatio fit, ob caſum, ne forte (*Iſraëlita*) diſcat (*aliquid*) de operibus illius. Similiter regula apud nos eſt, quod cum gentilibus non eſſe debeant ſoli (*Iſraëlitæ*;) propterea, quod iſti ſuſpecti ſint de effuſione ſanguinis. Ideo dixit R. Elieſer filius Jacobi, quod quando fuerit unus gentilis, & unus Iſraëlita, nihil prohibeat (*ille hunc:*) propterea quod non opus habeamus, ut dicamus, eum prohibere: cum non conducere debeat ab illo, ut non diſcat (*aliquid*) de operibus ejus: Itemque de cauſis aliis prohibeatur Iſraëlita habitare cum Gentili ſimul: (*nimirum*) propterea, quod hic ſuſpectus ſit de effuſione ſanguinum.

Sed ſi duo Iſraëlitæ fuerint, quibus licitum eſt, ut ſoli ſint cum Gentili; tum dicimus prohibitum eſſe, ne habitent cum ipſo; ob caſum, ne forte diſcant de operibus ejus (*aliquid.*) Doctor verò primus dicit: ſi etiam unus gentilis fuerit & unus Iſraëlita, forte obfirmabit cor ſuum, & perſiſtet in eo, ut habitet cum ipſo ſolus, de facto. Oportet autem te ſcire, quod regula apud nos ſit: Iſraëlita dat locum (*ſ. poteſtatem*) & reſignat locum (*ſ. poteſtatem:*) ſed de gentili (*dicimus;*) donec conducat. Cæterum datio loci (*ſ. poteſtatis*) eſt, ut faciat mixturam in veſpera Sabbathi; cujus jura jam præceſſerunt. Reſignat autem locum (*ſeu poteſtatem,*) quando dicit is, qui non fecit mixturam in veſpera Sabbathi, cum hominibus atrii, aut ingreſſus: reſignavi locum (*ſ. poteſtatem*) meam vobis: tum enim licitum eſt illis uti eo, ipſi autem prohibitum eſt. Et licitum quidem eſt homini reſignare poteſtatem ſuam in Sabbatho. Regula etiam apud nos eſt: Reſignant, & viciſſim reſignant. Ubi dicere volumus; quod Ruben (*e. g.*) reſignare poſſit Schimeoni, donec Schimeon expediverit negotia ſua: & deinde viciſſim reſignet Schimeon poteſtatem ſuam Rubeni. Atque hoc eſt, quod diximus, conducunt à gentili ſaltem re minutiſſima; & conducunt quidem ab eo in Sabbatho. Deciſio eſt juxta R. Elieſerem Filium Jacob.

ב אמר רבן גמליאל מעשה בצדוקי אחד שהיה דר עמנו במבוי בירושלם ואמר לנו אבא מהרו (a) והוציאו את (b) הכלים למבוי עד שלא יוציא ויאסר עליכם רבי יהודה אומר בלשון אחר מהרו ועשו צרכיכם במבוי עד שלא יוציא ויאסר עליכם:

2. Dixit Rabban Gamaliel: factum (narrabo) de Zadokæo aliquo, qui habitavit nobiſcum in introitu in Jeruſalem, & dixit nobis Pater meus: feſtinate, & exportate vaſa in introitum, antequam (iſte) exportet, & prohibeat vobis. Rabbi Jehudah utitur alia phraſi: Feſtinate, & facite neceſſitates veſtras in introitu, dum ille nondum exportaverit (quicquam,) & prohibeat vos.

(a) Amſtelod. והוציאוהו. (b) Prag. & Menaſſ. את כל הכלים.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר רבן גמליאל וכו׳ *Dixit Rabban Gamaliel &c. Factum (narrabo) de Zadokæo:* Miſchnæ aliquid deeſt. Vult autem hoc dicere: Zadokæus eſt ſicut Idololatra. Rabban Gamaliel verò dicit: non eſt ſicut idololatra: Et factum (narrabo) de Zadokæo aliquo &c. *Et dixit nobis pater meus: feſtinate & facite neceſſaria vobis, antequam exportet iſte, & prohibeat vos:* Obſervate hinc, quod ſicut Iſraëlita ſit iſte, poſſitque reſignare poteſtatem ſuam, ideò, ubi reverſus fuerit, & eduxerit ſive per errorem, ſive ex contumacia, prohibere poteſt, ut infra ſequetur. Hinc dixit Rabban Gamaliel: Feſtinate & facite neceſſaria vobis, antequam educat iſte vaſa ſua in atrium, & iterum ſibi acquirat poteſtatem (ſuam,) quam reſignavit, prohibeatque vos. Atque ſi foret (Zadokæus) ſicut Idololatra, cum Idololatra reſignare nequeat, adeo, ut conducere cogatur (Iſraëlita;) quomodo potuiſſet illos prohibere, poſtquam elocaſſet, pretiumque accepiſſet? Verum R. Jehudah dixit: non ſic dixit R. Gamaliel; nam in æternum, quod Zadokæus ſicut Idololatra ſit, exiſtimavit Rabban Gamaliel; neque ex iſto facto nobis eſt demonſtratio, (quod contrarium ſenſerit.) Nam ecce, dixit illis Rabban Gamaliel: feſtinate & facite neceſſaria vobis in veſpera Sabbathi, antequam tenebræ oboriantur. Neque (dixit:) antequam iſte educat vaſa ſua, ſicut diximus; ſed, antequam exeat dies, & prohibeat vos.

Cæterum decidit conſtitutio, quod omnis Iſraëlita, qui publicè Sabbathum profanat, ſit ſicut Idololatra; nec cum eò miſceant, nec ille reſignet poteſtatem, ſed conducant ab illo,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמר רבן גמליאל וכו׳ *Dixit Rabban Gamaliel &c.* Significatio (*vocis*) צדוקי hæc eſt, quod ſit homo addictus Zadoko diſcipulo Antigoni Sochitæ: qui fuit primus abnegantium legem (*oralem.*) Quo de verò plura dicam ſuo loco. Cæterum R. Gamaliel exiſtimavit, quod non eſſet ſicut Gentilis; & argumentum adduxit ex hoc facto (*in Miſchna narrato.*) Porro diſſenſerunt R. Mëir & R. Jehudah, circa dictum R. Schimeonis patris R. Gamalielis, quomodo ſe habeat? Et R. quidem Mëir, qui dixit prius dictum, dicit quod hic Zadokæus reſignaverit ipſis poteſtatem ſuam, dixeritque R. Schimeon (*tum:*) feſtinate, & exportate omnia vaſa veſtra ad introitum; ut (*nimirum*) ipſis confirmaretur præſumtio de introitu quoad uſum, & ille, quando exiret poſtea, non prohibere (*ſeu impedire*) poſſet ipſis uſum. Siquidem regula apud nos eſt: ſi quis reſignaverit alteri poteſtatem ſuam, & deinde (*nihilominus ipſe*) uſus fuerit contumaciter; (*tum*) ecce irritum reddidit, quicquid egit circa reſignationem, & prohibet illis (*ſeu impedit illos:*) præveniunt tamen etiam eum, qui reſignavit ipſis poteſtatem ſuam. Propterea præcepit iſtis Rabban Schimeon, ut prævenirent illum in uſu. Hinc verò conſequitur nobis, quod iſte (*Zadokæus*) ſit ſicut Iſraëlita. Nonne enim vides, quod ſicut Iſraëlita reſignaverit poteſtatem ſuam? Sed R. Jehudah dicit, quod dictum Rabban Schimeonis filii Gamalielis (*accipiendum*) ſit de veſpera Sabbathi; quandoquidem ille iſtud dixerit viris introitus, (*hoc ſenſu:*) facite neceſſitates veſtras in introitu nunc, antequam exeat dies, & prohibeat vo-

illo, quemadmodum ab idololatra conducunt. Qui verò obſervat Sabbathum publicè, licet nonnunquam illud clam profanet; nec tamen confitetur legem mixtionis Sabbathicæ, cujuſmodi hoc tempore Zadokæi ſunt, quippe qui ſervant Sabbathum, ſed legem commixtionis Sabbathicæ non confitentur, cum eo non commiſcent quidem; poteſt ille tamen reſignare poteſtatem ſuam, nec conducere ab illo, opus eſt: idemque non eſt idololatra.

vobis: q. d. ante ingreſſum Sabbathi. Unde apparet, quod iſte (*Zadokæus*) ſit ſicut Gentilis. Decidit verò conſtitutio, quod cum quocunque Iſraelita, cujuſcunque etiam ſectæ fuerit, ſi is profanaverit Sabbathum manifeſtè, non faciant mixturam, nec is reſignare poſſit poteſtatem ſuam: Interim conducere poſſunt (*Iſraëlitæ*) ab illo, ſicut à Gentili. Quod ſi non profanat (*ſine pudore*) publicè Sabbathum, tum, modò non ſit cultor Idolorum, ecce idoneus erit, ut reſignet poteſtatem ſuam nobis; non tamen dat poteſtatem, niſi confeſſus fuerit mixturam, h. e. crediderit illam. Planum tandem fit tibi ex his omnibus, quod prævaricator Iſraelita, quando non profanaverit Sabbathum publicè, nec fuerit ſectator Idololatriæ reſignet poteſtatem; ſed non det poteſtatem, nec etiam elocet. Atque hæc deciſio eſt veriſſima.

ג אנשי חצר ששכח אחד מהם ולא עירב ביתו אסור מלהכניס ומלהוציא לו ולהם (a) ושלהם מותרין לו ולהם נתנו לו רשותן הוא מותר והן אסורין היו שנים אוסרין זה על זה שאחד נותן רשות ונוטל רשות שנים נותנים רשות ואין נוטלין רשות׃

(a) Venet. שלהם ſine ו.

3. Si ex hominibus atrii (alicujus) unus oblitus fuerit, nec miſcuerit domum ſuam (cum atrio:) prohibitum erit ſive inferre ſive efferre (quicquam è domo illius in atrium,) tàm ipſi quàm reliquis: reliquorum autem (domus) permiſſæ ſunt (ad inferendum & efferendum inde in atrium,) tàm ipſis, quam iſti. Si conceſſerint iſti poteſtatem ſuam (reliqui:) tum iſti licitum eſt; ſed illis prohibitum. Sin duo fuerint, (qui non miſcuerint:) tum unus prohibet alterum. Quandoquidem unus (iſte) poteſt dare poteſtatem, & recipere poteſtatem: ſed duo etiamſi poſſint dare poteſtatem; non tamen poſſunt recipere poteſtatem.

R. OB. DE BARTENORA.

אנשי חצר ששכח וכו׳ *Si ex hominibus atrii (alicujus) &c. Domum ſuam, prohibitum erit, ſive inferre ſive efferre:* ſc. è domo ejus in atrium, tàm ipſi quàm hominibus atrii (reliquis:) idque etiam tum, quum reſignavit illis poteſtatem ſuam atrii, h. e. partem, quam cum illis in atrio habet, non reſignavit tamen illis poteſtatem domus ſuæ. Exiſtimavit namque hic Doctor, quod, quicquid reſignaverit, reſignatum ſit, quicquid verò non reſignaverit, non ſit reſignatum. Hinc eſſe ipſi domus ſuæ poteſtatem, ſed atrii poteſtatem illis.

Reliquorum autem: domus reliquorum. *Permiſſæ ſunt:* ad educendum ex illis in atrium, tum ipſi, tum illis. Siquidem domus reliquorum & atrium unius poteſtatis ſunt: & ipſe quidem etiamſi non miſcuerit, eſt tamen apud ipſos ſicut viator. Jam verò viator transfert in poteſtate ſui hoſpitis. *Si conceſſerint iſti poteſtatem ſuam (reliqui:)* atrii ſui; tum iſti licet educere è domo ſua in atrium, cum omnia in poteſtate ipſius ſint: ſed illis prohibitum erit, etiam transferre (aliquid) è domo iſtius in atrium, nec erunt (ſicut) Viatores apud iſtum. Nam unus quidem apud plures viator eſt; non autem plures apud unum viatores ſunt.

Sin duo fuerint: qui non miſcuerint, & quibus reliqui atrii incolæ ſuam poteſtatem reſignaverint, tum ambo, alter alterum prohibent; propterea quod atrium amborum eſt, domus autem ſingulorum propriæ, quælibet domus ſc. domini ſui. Jam verò nemo educere (quicquam) poteſt è poteſtate ſibi ſoli propria, in poteſtatem ſibi & proximo ſuo communem. Quinimò ſi vel (tandem) unus illorum conatus fuerit reſignare proximo ſuo (poteſtatem ſuam,) nihil tamen proficiet; quandoquidem eo tempore, quo (reliqui) incolæ atrii poteſtatem ſuam iſtis duobus, qui non miſcuerunt, reſignarunt, alter alterum prohibuit. Unde deprehenditur, quod prior iſta reſignatio ipſis nihil proſit; & quod, ſi vel tandem (unus) reſignet, non poſſit (alteri) tradere poteſtatem ipſorum (utriuſque;) cum (alter) nequeat acquirere. Hinc incolarum atrii, quorum quidam miſcuerunt, quidam verò non miſcuerunt, illi quidem, qui non miſcuerunt, reſignant poteſtatem ſuam iſtis, qui miſcuerunt; iſti verò, qui miſcuerunt, non reſignant poteſtatem ſuam illis, qui non miſcuerunt; cum unus alterum prohibeat, quemadmodum diximus. Porrò ſi quis ſuam poteſtatem re-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אנשי החצר ששכח אחד מהן וכו׳ *Viri atrii, quorum oblitus eſt unus &c.* Hic eſt locus, de quo promiſi tibi expoſiturum in eo naturam reſignantis poteſtatem. Cæterum præmiſſum jam eſt in hoc Capite, quemadmodum oſtendi tibi, quod homo reſignare poſſit poteſtatem ſuam in Sabbatho. Et unicuique habitantium in domo (*aliqua*) eſt poteſtas in atrio. Jam Rabbi Elieſer exiſtimat, quod, quiſquis reſignet poteſtatem ſuam ſimpliciter, ſimul reſignet poteſtatem domus ſuæ, & atrii ſui poteſtatem. Sed Sapientes dixerunt, quod ille reſignaverit quidem poteſtatem atrii ſui, poteſtatem autem domus ſuæ non reſignaverit. Quando verò expreſſè loquitur, & dicit, quod reſignet poteſtatem domus ſuæ, & atrii ſui, aut alterutrum de iſtis tantum, tum de eo, quod reſignet, non eſt inter eos diſſenſus.

Porro ſupra expoſuimus in fine Cap. II. hujus tract. quod non ſit deciſio juxta R. Elieſerem. Quare hæc Miſchna eſt Sapientum, & de eo (*agit*) qui reſignavit poteſtatem ſuam ſimpliciter. Hinc domus illius eſt prohibita illi & iſtis (*quibus reſignavit;*) licitum verò eſt omnibus uti atrio, & habitationibus iſtorum. Propterea verò permittimus ei, qui reſignavit poteſtatem ſuam, ut utatur poteſtate iſtorum virorum, quibus reſignavit; quia reputamus eum quaſi inquilinum apud iſtos. Quum dicit: *dederunt illi poteſtatem ſuam,* hoc vult, quod reſignent poteſtatem ſuam iſti uni, qui non fecerit mixturam, ut ſit illi licitum, uti totô atrio, & domo ſua; exceptis domibus illorum, niſi expreſsè dixerint, quod reſignent ipſi poteſtatem in domibus ſuis, quemadmodum commemorat ex fundamento ſententiæ Sapientum.

Hoc interim non dicimus, quod illis, qui reſignarunt poteſtatem ſuam; quod inquam, licitum ſit illis, ut utantur domo ejus, cui reſignarunt, & quod dicere poſſimus, eos eſſe quaſi inquilinos apud iſtum. Nam non reputamus plures pro inquilinis apud unum aliquem. Quandò porrò dicit: *duo prohibent alter alterum*, hoc vult dicere: quando duo de viris atrii obliti ſunt, ut non fecerint mixturam, quod (*tunc*) non poſſint illi, qui mixturam fecerunt, reſignare poteſtatem ſuam iſtis duobus, qui non fecerunt mixturam: idque propterea, quod quando reſignant uni ex iſtis poteſtatem ſuam, alter prohibeat ei uſum, quum reſignaverint ei poteſtatem ſuam, ex ratione alia, quod ipſe ſit unus illorum, qui non fecerunt mixturam. Quin imò ſi maximè viciſſim unus reſignet poteſtatem ſuam ei; tamen prohibitum erit ei, uti:

reſignare vult incolis atrii, oportet eundem (reſignantem) expreſſe dicere, quod omnibus & ſingulis reſignet.

uti: propterea quod eo tempore, quo reſignarunt, qui mixturam fecerunt, non licitus erat uſus. Atque hoc eſt etiam, quod dicunt: *duo non accipiunt poteſtatem.* Itaque perſpicuum erit tibi ex hoc, quod, quando virorum atrii (*unius*) nonnulli mixturam fecerunt, nonnulli verò relicti ſunt ſine mixtura, & iſti relicti plures ſunt quam unus; quod (*inquam*) iſti, qui mixturam non fecerunt, reſignare poſſint (*quidem*) poteſtatem ſuam iis, qui mixturam fecerunt; illi tamen, qui mixturam fecerunt, non poſſint reſignare poteſtatem ſuam iis, qui non fecerunt mixturam: quandoquidem duo, qui non fecerunt mixturam, non accipiant poteſtatem, quando datur illis. Oportet verò hoc te ſcire, quod, quiſquis reſignat poteſtatem (*ſuam*) filiis atrii, debeat reſignare poteſtatem ſingulis expreſsè (*& nominatim.*)

ד מאימתי נותנין רשות בית שמאי אומרים מבעוד (a) יום ובית הילל אומרים משחשיכה מי שנתן רשותו (b) והוציא בין בשוגג בין במזיד הרי זה אוסר דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר במזיד אוסר בשוגג אינו אוסר:

4. Ex quo dant poteſtatem? Scholaſtici Schammaj dicunt: dum adhuc dies eſt. Sed Scholaſtici Hillelis dicunt: ex quo tenebræ obortæ ſunt. Si quis dederit poteſtatem (ſuam alteri;) & tamen exportat (aliquid:) ſive errans ſit, ſive contumax, prohibet: ſunt verba Rabbi Meir. Sed Rabbi Jehudah dicit: Si contumax (fecerit,) prohibet; ſin errans, non prohibet.

(a) Tò יום abeſt in Venet. (b) והוציא Itidem in Venet. abeſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מאימתי נותנין רשות וכו׳ *Ex quo dant poteſtatem &c. Scholaſtici Schammai dicunt: dum adhuc dies eſt:* exiſtimant namque quod reſignatio poteſtatis faciat acquirere poteſtatem; jam verò facere, ut acquiratur poteſtas, in Sabbatho prohibitum eſſe. *Sed Scholaſtici Hillelis dicunt: ex quo tenebræ obortæ ſunt*: exiſtimant enim, quod reſignatio poteſtatis non ſit, facere, ut poteſtas acquiratur, ſed diſcedere à poteſtate ſua: jam verò à ſua poteſtate diſcedere in Sabbatho, benè ſe habere. Et in Barajetha expoſuerunt, quod quocunque loco dicamus: ubi (quid) prohibitum ſit in parte Sabbathi, id per totum Sabbathum prohibitum ſit, excipiendus ſit is, qui poteſtatem ſuam reſignet. *Si quis dederit poteſtatem ſuam (alteri,) & tamen exportaverit (aliquid:)* ſic ut redeat, & denuo utatur poteſtate (ſua,) quam reſignaverat. *Sive errans ſit, ſive contumax:* nam punitur errans una cum contumaci. Sed non eſt deciſio juxta R. Meir.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מאימתי נותנין רשות וכו׳ *Ex quo dant poteſtatem &c.* Supra oſtendi tibi, quod homo, qui dat poteſtatem ſuam (*alteri,*) is ſit, quem nos vocamus מבטל *Reſignantem poteſtatem ſuam.* Is verò, qui accipit iſtam poteſtatem, vocatur נוטל *Accipiens poteſtatem.* Quæ cum ita ſe habeant, נותן & מבטל eidem rei competunt. Itaque Scholaſtici Schammaj dicunt, quod quiſquis reſignat poteſtatem ſuam, faciat eam ab altero acquiri; jam autem prohibitum eſſe acquirere aliquid in Sabbatho. Sed Scholaſtici Hillelis dicunt, quod non faciat acquirere, ſed reſignet poteſtatem ſuam: jam, ut reſignet poteſtatem in Sabbatho, licitum eſſe. Et quum utitur alter, qui reſignavit poteſtatem ſuam, (*eâdem poteſtate ſua iterum*) irrita facit opera ſua, quemadmodum expoſuimus. Rabbi Meir pœnam conſtituit erranti, ut non fiat contumax. Cæterum deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ה בעל הבית שהיה שותף לשכניו לזה ביין ולזה ביין אינם צריכים לערב לזה ביין ולזה בשמן צריכים לערב רבי שמעון אומר אחד זה ואחד זה אינן צריכין לערב:

5. *Si (quis) Paterfamilias ſocius fuerit cum vicinis ſuis, & quidem tàm cùm hoc quoad vinum, quàm cum altero quoad vinum: non opus habebunt, ut miſceant. Sin alteri (ſocius fuerit) quoad vinum, alteri verò quoad oleum: tum opus habebunt, ut miſceant. Quicquid Rabbi Schimeon dixerit: Sive hoc, ſive iſtud fuerit; non opus habebunt, ut miſceant.*

R. OB. DE BARTENORA.

בעל הבית שהיה וכו׳ *Si quis paterfamilias fuerit &c. Socius fuerit cum vicinis ſuis:* nam quod ad introitum, ſi nomine communionis ſimpliciter, & non nomine mixturæ (fiat res,) non neceſſe eſt, ut miſceant: modo fuerint ſocii omnes per unum vas. Cæterum tantum communiones introituum per vinum fiebant, (non autem mixturæ atriorum:) quemadmodum traditum habemus: per omnia miſcent & communicant. Mixturas verò atriorum non miſcent, niſi per panem: quia (hæc) mixtura propter habitationem fit. Jam in habitatione (acquirendâ) hominis cor nil ſpectat, niſi panem. Quod ſi verò faciat quis communiones introituum per panem, hoc melius iſtud exiſtimatur: adeò ut innitantur iſti per panem communioni loco mixturæ, nec miſcere mixturas atriorum neceſſe ſit. Verum ſi per vinum aut alias res communicaverint, oportet eos mixturas atriorum miſcere, nec innituntur communioni: idque ne lex mixturæ oblivioni tradatur apud minorennes. *Quicquid R. Schimeon dixerit &c.* Nam deciſio non eſt juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בעל הבית שהיה שותף לשכנים וכו׳ *Poſſeſſor domus, qui fuerit ſocius vicinorum &c.* שותף *Socius*, notus eſt. Non eſt autem diſcrimen, ſive miſcuerint ambo vinum ſuum, ſive emerint vas vini in commune. Porro hoc dictum loquitur de Sociis introituum. Hinc dixit: שותף *Socius.* Modo autem fuerit vinum eorum trium, dicere volo, Poſſeſſoris domus cum duobus vicinis, in eodem vaſe. Oportet autem te hoc ſcire hîc, quod ſocietates introituum faciant per cibos (*quoſcunque,*) quemadmodum expoſuimus in dicto eorum (*Doctorum Talmudicorum:*) Per omnia miſcent Sabbathicè & ſocietatem ineunt. Jam verò mixturæ atriorum non fiunt niſi per bolum panis, omnibus modis. Cujus ampliorem addam expoſitionem in locis (*ſuis.*) Porrò viri introitus (*unius*) obligantur (*ad hoc,*) ut mixturam faciant quoad atria, & ſocietatem habeant quoad introitum; ut tunc utantur domibus & introitu ſimul. Quod ſi tamen ſocietatem fecerunt quoad introitum per bolum (*panis;*) tum non opus habent mixtura quoad atria, ſed acquieſcunt ſocietati per bolum (*factæ.*) Deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

ו חמש (a) החבורות ששבתו בטרקלין אחד בית שמאי אומרים עירוב לכל חבורה וחבורה ובית הלל אומרים עירוב אחד לכולן ומודין בזמן שמקצתן שרוין בחדרים או בעליות שהן צריכין עירוב לכל חבורה וחבורה :

(a) Venet. חמשה.

6. Si quinque ſocietates ſedem ſuam Sabbathicam fixerint in triclinio uno, tum Scholaſtici Schammaj dicunt: mixtura ſingulis ſocietatibus (incumbit;) at Scholaſtici Hillelis dicunt: mixtura unica omnibus. Concedunt tamen de tempore, quo quædam illarum commorantur in cubiculis aut conclavibus; quòd (tum) requiratur mixtura à ſingulis ſocietatibus.

R. OB. DE BARTENORA.

חמש חבורות ששבתו וכו׳ *Sin quinque ſocietates ſedem ſuam &c.* בטרקלין *In triclinio:* (Triclinium) eſt domus magna & lata, habitatio Regum (ſeu, cujuſmodi Reges habere ſolent.) Hoc poſſunt dividere ita, ut ſingulis (ſocietatibus) oſtium ſit è triclinio (ipſo) in atrium, & requiratur, ut cum reliquis incolis atrii miſceant. *Tum Scholaſtici Schammai dicunt:* quod nimirum poteſtates earum diviſæ ſint, & neceſſe, ut quælibet ſocietas panem, ad miſcendum atrium, ponat. *At Scholaſtici Hillelis dicunt:* paries (earum) non eſt diviſio poteſtatum. Quandoquidem triclinium parietes magnos, qui ad contignationem uſque pertingunt, diviſerunt, totus mundus non diſſentit, quod (parietes) ſint diviſio poteſtatis: ſiquidem (ſocietates) redduntur quaſi habitantes in conclavibus (diſtinctis,) & in tabulatis. Sed diſſenſus (tantum) eſt, quod circa parietes humiles diſſenſerunt, qui contignationem non attingunt. Hic Scholaſtici Schammai putarunt, ejuſmodi parietem eſſe diviſionem poteſtatis; ſed Scholaſtici Hillelis exiſtimarunt, non eſſe diviſionem poteſtatis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חמש חבורות ששבתו בטרקלין וכו׳ *Quinque Societates, quæ ſedem Sabbathicam habent in Triclinio &c.* טרקלין *Triclinium* eſt domus ampla; eſtque palatium regium. Atque ideo dicunt, של מלכים *Regum.* Cæterum quando diſcriminabit inter ſingulas ſocietates paries pertingens uſque ad contignationem, non eſt diſſenſus hactenus, quod unaquæque ſocietas obligata ſit ad mixturam faciendam; propterea quod ſeparatæ ſint, & (*ejus conditionis*) factæ, quaſi habitarent in (*diſtinctis*) tricliniis & cameris. Itaque diſſenſus eſt (*tantum*) circa hoc, quod res diſcriminans ſingulas ſocietates ſunt parietes, qui non pertingunt uſque ad contignationem.

ז האחין (a) שהיו אוכלין על שלחן אביהם וישנים בבתיהם צריכין עירוב לכל אחד ואחד לפיכך אם שכח אחד מהם ולא עירב מבטל את רשותו אימתי בזמן שמוליכים (b) עירובן (c) במקום אחר אבל אם היה (d) עירובן בא אצלן או שאין עמהן דיורין בחצר אינן צריכין לערב :

(a) Prag. & Menaſſ. האחין השותפים שהיו אוכלין וכו׳. (b) Venet. את עירובן. (c) Menaſſ. למקום. (d) Prag. & Menaſſ. עירוב.

7. Si fratres nonnulli comedunt ad menſam patris eorum, & dormiunt in domibus ſuis: tum requiritur mixtura à ſingulis. Itaque ſi oblitus fuerit unus ex illis, & non miſcuerit, reſignat poteſtatem ſuam. Quando? Quo tempore deferunt mixturam ſuam in locum alium; ſed ſi mixtura illorum (totius atrii, Raſch.) pervenit etiam ad ipſos, (domum patris eorum, Raſch.) aut ſi non fuerint cum ipſis habitationes (aliæ) in atrio; non opus habent ut miſceant.

R. OB. DE BARTENORA.

האחין השותפין שהיו וכו׳ *Si fratres (ſocii nonnulli) comedunt &c. Si fratres (ſocii nonnulli:)* Hoc vult dicere: ſi fratres nonnulli comedunt ad menſam patris ſui, aut ſocii nonnulli comedunt ad menſam unius (vel unam.) Cæterum filii intelligendi ſunt, non qui comedunt ad menſam patris ſui tantummodo, ſed qui ſumunt cibos ſuos è domo patris ſui, ut quilibet eos domi ſuæ comedat. Sic ſocii (quoque) ſunt (hîc,) qui opus faciunt apud patrem familias unum in ſocietate, ſed auferunt cibos ſuos è (domo) patris familias, & deportant ſecum, ut in domibus ſuis comedant. *Et dormiunt in domibus ſuis:* ut tamen tam ipſi, quam pater ipſorum in uno atrio habitent. *Tum requiritur mixtura à ſingulis:* ſi voluerint cum (reliquis) incolis atrii communicare. *Reſignat poteſtatem ſuam:* oportet eum reſignare poteſtatem ſuam. *Quando? quo tempore auferunt mixturam ſuam:* ad dandum illam uni ex domibus reliquorum atrii incolarum. Quandoquidem enim ad mixturam obligantur, & reliquæ habitationes prohibent, illi quoque prohibent (ſe invicem:) ut adeo oporteat omnes panem pro mixtura dare; cum habitationes eorum ſint diviſæ quoad pernoctationem; neque etiam ad menſam patris ſui revera comedant, ſed quilibet cibum ſuum ſumat, & domi ſuæ comedat. Verum ſi mixtura totius atrii ad domum patris eorum venerit, ita ut ad mixturam non obligentur, quum domus, in quam mixturam deponunt, non requirat (ab iis) dari panem; aut ſi non fuerint cum iis habitationes aliæ, ut hæ habitationes ad mixturam eos obligent, non coguntur miſcere; cum quaſi ſingulæ perſonæ ſint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האחין השותפין היו אוכלין וכו׳ *Fratres ſocii fuerunt comedentes &c.* Senſus hujus Miſchnæ ita habet: Fratres, qui comedunt ſuper menſa patris ſui, aut ſocii, qui comedunt ſuper menſa eadem. Ubi te oportet ſcire, quod comeſtio hæc, quâ comedunt iſti unà, non hoc velit, ut miſceant cibum ſuum, aut emant cum in commune: nam ſi ita eſſet, ecce forent ſicut homo unus, nec opus haberent niſi unâ mixtura. Itaque intentus ſenſus in hoc is eſt, quod filii ſint conducti apud patrem; aut ſocii conducti apud unum ex ipſis, ita ut conditionem inierit cum ipſis, quod cibaturus eſſet ipſos, ipſi verò facturi illi opus aliquod certum. Hinc ergò quandoquidem ipſi dormiunt in domibus ſuis, opus habent ſinguli mixtura (*propria;*) ſicut exponitur.

ח חמש חצירות פתוחות זו לזו ופתוחות למבוי עירבו בחצירות ולא נשתתפו במבוי מותרין בחצירות ואסורין במבוי ואם נשתתפו במבוי מותרין

8. Si quinque fuerint atria aperta ſibi invicem, & aperta (ſimul) introitui: tum ſi miſcuerunt atria, ſed non communem fecerunt introitum, atria illis ſunt licita, verum introitus prohibitus. Quod ſi communem fecerunt introitum, licentiam habent

hîc

מותרין כאן וכאן עירבו בחצרות ונשתתפו במבוי ושכח אחד מבני חצר ולא עירב מותרין כאן וכאן (a) מבני מבוי ולא נשתתף מותרין בחצירות ואסורין במבוי שהמבוי לחצירות כחצר לבתים :

hîc (in introitu) & iſtic (in atriis.) Sin miſcuerunt atria, & communem fecerunt introitum, ſed oblitus fuit unus ex filiis atrii, ut non miſceret: licentiam habent hîc & iſtîc. Sin unus ex filiis introitus fuerit, qui non communem fecerit (introitum:) tum licentiam habent quoad atria, prohibiti autem ſunt quoad introitum. Nam introitus atriis eſt, ſicut atria domibus.

(a) Venet. ואם מבני מבוי Menaſſ. שכח אחד מבני מבוי וכו׳.

R. OB DE BARTENORA.

חמש חצרות פתוחות וכו׳ *Si quinque fuerint atria aperta &c. Aperta ſibi invicem, & apta (ſimul) introitui:* In Gemara habetur, quod non legere debeamus in Miſchna aperta ſibi invicem: cum hypotheſis nobis ſit, quod introitus non reddatur licitus per poſtem & trabem, donec domus & atria intra illam aperta ſint, h. e. duæ domus apertæ ſint toti atrio, & duo atria aperta introitui. Hæ itaque cum omnes invicem ſibi apertæ fuerint, & mixtæ ſimul quoad viam oſtiorum ſuorum, pro una habentur (domo.) Quare non debemus legere aliter, quam ſic: ſi quinque fuerint atria aperta introitui.

Si miſcuerunt atria: unumquodque per ſe. *Atria ipſis ſunt licita:* Licentiam habent incolæ atrii, quoad hoc ipſum. *Verum introitus prohibitus:* nam non innituntur mixturæ loco communionis. *Quod ſi communem fecerunt etiam introitum:* poſtquam miſcuerunt atria, licentiam habent hîc & iſtîc. *Sed oblitus fuit unus ex filiis atrii, ut non miſceret:* ſc. atrium ſuum, ad licentiam (reliquis) dandam atrii ſui; partem interim tamen in introitu habet. *Licentiam habent hîc & iſtîc:* Quæ ratio eſt? Non innituntur communioni quidem loco mixturæ, ne lex mixturæ apud minorennes oblivioni tradatur; hîc tamen quum potior pars filiorum atrii miſcuerint, unus autem ex illis tantum, quo minus miſceret, oblitus ſit, lex mixturæ oblivioni non tradetur. *Nam introitus atriis eſt, ſicut atria domibus*: quemadmodum nimirum prohibitum eſt, educere è domibus in atrium ſine mixtura: ſic prohibitum eſt, educere ex atriis in introitum ſine communione. Nec eſt, ut dicas, non ſimilia ſunt; cum domus & atrium ſint poteſtas unius (alicujus,) hic verò (introitus) ſit poteſtas multorum. Nam ambo atria & introitus, ſunt poteſtas multorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חמש חצרות פתוחות זו לזו וכו׳ *Quinque atria aperta invicem &c.* Regula apud nos eſt: nullus introitus licitus per aſſerem aut trabem, niſi domus & atria aperta fuerint verſus illum. Quandò itaque fuerint atria aperta invicem, etiamque aperta introitui, erunt ſicut domus una, nec cadet mixtura in ejuſmodi introitum, quum aſſerem aut trabem habuerit. Et hæc quidem Miſchna tota extructa eſt ſuper regulam, cujus (*ſuprà*) fecimus mentionem, quod neceſſaria ſit mixtura quoad atria, & ſocietates quoad introitum. Ratio verò hæc eſt, ut minorennes non obliviſcantur legem mixturæ. Hac itaque de cauſa mixturas facimus in atriis, ut videant illud minorennes; licet (*etiam*) ſocietatem (*nonnulli*) quoad introitum habuerint. Hinc etiam, quando aliquis oblitus fuerit de filiis (*ſociis*) atrii, ut mixturam non faciat, (*nihilominus*) permittunt illi atrium & introitum; quod, quum ſocietatem habeat in introitu, ipſi ſufficiet. Quod verò dicunt: ut non tradatur oblivioni lex mixturæ Sabbathicæ; id non ideò redditur irritum, ſed quum omnes mixturam fecerint in atrio, iſtum unicum non reſpiciunt.

ט שתי חצירות זו לפנים מזו עירבה הפנימית ולא עירבה החיצונה הפנימית מותרת והחיצונה אסורה החיצונא ולא הפנימית שתיהן אסורות עירבה זו לעצמה וזו לעצמה זו מותרת בפני עצמה וזו מותרת בפני עצמה רבי עקיבא אוסר (a) החיצונה (b) שדריסת הרגל אוסרתה וחכמים אומרים אין דריסת הרגל (c) אוסרתה :

9. Si duo atria fuerint, quorum unum intra alterum ſit: tum ſi miſcuerit interius, & non miſcuerit exterius, interius licentiam habet, ſed exterius prohibitum eſt. Sin exterius (miſcuerit) & interius non: utrumque eſt prohibitum. Si hoc miſcuerit pro ſe, & iſtud (etiam) pro ſe; tum hoc licentiam habebit pro ſe ipſo, & iſtud licentiam habebit pro ſeipſo. Licet Rabbi Akiba prohibuerit exterius; propterea quod calcatio pedis prohibeat. Nam Sapientes (contra) dixerunt: calcatio pedis non prohibet.

(a) Menaſſ. איסר את החיצונה. (b) Venet. מפני שדריסת הרגל אוסרת. (c) Venet. & Amſtel. אוסרת.

RO. B. DE BARTENORA.

שתי חצרות זו וכו׳ *Si duo atria fuerint &c. Quorum unum intra alterum fuerit*: ita ut interius apertum ſit verſus exterius, & exterius verſus locum publicum, & calcatio pedum interioris ſit ſuper exteriori (h. e. interius tranſitum habeat per exterius,) ad exeundum in locum publicum. *Tum ſi miſcuerit interius:* pro ſe ipſo ad transferendum in ſuo atrio. *Utrumque eſt prohibitum:* nam ipſum interius eſt pes prohibitus in loco ſuo; quandoquidem miſcuit pro ſe ipſó. Prohibet verò etiam per calcationem pedum ſuorum (ſ. tranſitum) exterius. *Tum hoc licentiam habebit pro ſe ipſo &c.* Nam pes licentiam habens in loco ſuo, non prohibet. *Licet R. Akiba prohibuerit*: exiſtimavit enim quaſi pes etiam licentiam habens prohibeat, eo quod ibi non miſcuerit. *Nam Sapientes dixerunt &c.* Siquidem exiſtimarunt; etiam pes in loco ſuo prohibitus, e. g. quando interius pro

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

שתי חצרות זו לפנים מזו וכו׳ *Si duo atria, quorum unum intimius altero &c.* In hac Miſchna eſt triplex diſſenſus. Hic ſcilicet: Rabbi Akiba dicit: Pes licitus prohibet: Cujus ſenſus hic eſt; quod, etiamſi mixturam fecerit interior (*domus,*) ut licitum ſit ei uti atrio ſuo; quod (*inquam,*) prohibeat, (*impedimento ſit*) exteriori, niſi fecerint mixturam utraque ſimul. At Sapientes exiſtimant, quod etiam pes prohibitus tamen non prohibeat. Senſus hic eſt: quod licet interior (*domus*) non fecerit mixturam, ita ut prohibitum illi ſit uti atrio ſuo, non tamen prohibeat exteriorem; quin, ſi exterior fecerit ſola mixturam, licitus ipſis ſit uſus. Atque hoc vult (τὸ,) non calcatio pedis prohibet. Sed Doctor primus dicit: Pes prohibitus prohibet, & pes licitus non prohibet. Atque hinc dicit: ſi mixturam fecerit hæc ſibi ipſi, & iſta ſibi ipſi; hæc licentiam habet pro ſe

pro ſe ipſo non miſcuit, non prohibet exterius. Deciſio eſt juxta Doctorem primum.

ſe ipſa, & iſta licentiam habet pro ſe ipſa. Nam interior non prohibet, propterea, quod illi licitus ſit ſuus locus. Et (*ſane*) deciſio eſt juxta Doctorem primum.

י שכח אחד מן החיצונה ולא עירב הפנימית מותרת והחיצונה אסורה מן הפנימית ולא עירב שתיהן אסורות נתנו עירובן במקום אחד ושכח אחד בין מן הפנימית בין מן החיצונה ולא עירב שתיהן אסורות ואם היו של יחידים אינן צריכין לערב:

10. Sin aliquis ex exteriori oblitus fuerit, ut non miſceat: tum interius licentiam habet, at exterius prohibitum eſt. (Si aliquis) ex interiori (oblitus fuerit) ut non miſceat: tum utrumque erit prohibitum. Si dederint mixturam ſuam in loco uno, & oblitus fuerit unus, ſive ex interiori, ſive ex exteriori, ut non miſceat, utrumque prohibitum erit. Quod ſi verò fuerint ſingulorum: non opus habebunt, ut miſceant.

R. OB. DE BARTENORA.

שכח אחד מן וכו׳ *Sin aliquis ex exteriori &c. Sin aliquis oblitus fuerit (&c.) ex interiori &c.* Nam interius eſt pes prohibitus & prohibens. *Si dederint mixturam ſuam in loco uno:* Quando miſcuerint ambo, unum cum altero, derintque mixturam ſuam in exteriori. Vocatur autem locus unus, propterea quod ambo atria illo utuntur ſimul. *Et oblitus fuerit*: etiam unus ex exteriori, ut non miſcuerit. *Utrumque erit prohibitum:* nimirum etiam interius prohibitum erit, quò minus transferat in atrio ſuo: ſiquidem ab exteriori ſeparari non poteſt, & uti ſe ipſa, cum mixtura ejus apud ipſum non ſit, ſed illam, quæ in atrio ipſi licentiam dat, mixturam in exterius deportaverint. Verum ſi dederint mixturam in interiori; tum exterior quidem prohibebitur per oblivionem interioris; at interior non prohibebitur per oblivionem exterioris: nam januam tenet, eâque utitur. *Quod ſi fuerint ſingulorum:* ita, ut in interiori non ſit niſi unus (incola,) & in exteriori unus. *Non opus habebunt, ut miſceant*: unus cum altero propter calcationem pedis, (ſeu tranſitum.) Quia namque, qui in interiori eſt, eſt unicus pes licentiam habens, & non prohibens. Finiit autem Miſchna cum Doctore primo, qui ſupra; qui exiſtimavit, pedem, qui licentiam habet, non prohibere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שכח אחד מן החיצונה וכו׳ *Si oblitus eſt unus de Exteriori &c.* Hæc Miſchna eſt Doctoris primi, qui prius (*etiam*) locutus eſt. Atque ideò dixit: ſi oblitus fuerit unus ex interiori (*atrio*,) & mixturam non fecerit, utrumque (*atrium*) eſt prohibitum; propterea quod (*tum*) ſit pes prohibitus & prohibens; ſicut expoſuimus. Quando verò dicunt: in loco uno, intelligunt exterius (*atrium*) ſolum. Vocavitque id locum unum, propter ſocietatem eorum (*habitatorum*) invicem, quoad uſum ejus. Sed quando ambo (*atria ſeu homines in utroque atrio*) poſuerunt mixturam ſuam in interiori, & oblitus eſt unus ex interiori, utrumque prohibitum eſt (*atrium*;) ſicut (*etiam*) expoſuimus. Quod ſi oblitus fuerit unus ex exteriori, interius eſt licitum. Quod tandem dicunt: Et ſi fuerint ſingulorum, hoc volunt; quando habitat unus in tota domo; volo dicere, ipſe & omnes domeſtici, qui ſunt quaſi unus homo; ſicut (*quoque*) expoſuimus.

פרק ז חלון שבין שתי חצירות (a) ארבעה (b) על ארבעה בתוך עשרה מערבין שנים ואם רצו מערבין אחד פחות (c) מארבעה על ארבעה או למעלה מעשרה מערבין שנים ואין מערבין אחד:

Caput 7. Si feneſtra (aliqua) fuerit inter duo atria (habens) quatuor (palmos) ſuper quatuor (palmis, i.e. in quadratum,) & intra decem (palmos à ſolo:) tum miſcent duabus; vel, ſi voluerint, unâ miſcebunt (tantum mixtura.) Sin fuerit minus quatuor ſuper quatuor (palmis,) & altius decem (palmis;) miſcebunt duabus; nec miſcebunt unâ (tantum mixtura.)

(a) Menaſſ. ארבע על ארבע. (b) In Venet τὸ על ארבעה abeſt. (c) Menaſſ. מארבע על ארבע.

R. OB. DE BARTENORA.

חלון שבין שתי וכו׳ *Si feneſtra (aliqua) fuerit inter duo &c. Si feneſtra, intra decem (palmos:)* ut ſit pars de illa, quantulacunque etiam erit, intra decem (palmos) propè ſolum. *Tum miſcent duabus:* h. e. duabus mixturis, ſic ut tàm hi pro ſe ipſis, quam illi pro ſe ipſis (miſceant;) & prohibita erunt ſibi invicem. *Vel ſi voluerint, unâ miſcebunt:* h. e. una mixtura. Nimirum ſi dabunt mixturam ſuam in altero, & miſcebunt cum illis, ut ſint (quaſi) unum (atrium.) *Sin fuerit minus quatuor:* tum non erit oſtium, nec conveniens (aut facile) erit, tranſire ex uno (atrio) in alterum. *Et altius decem:* tum etiam non facilis erit uſus ejus: ideò non miſcebunt una (mixtura.) Hoc verò tantummodo (verum eſt) de atrio, quod trabem non habet. At quod ad domum, quæ trabem habet, etiamſi altius decem palmis fuerit, nihilominus una miſcent. Solent namque ſellas & arcas ponere circa domos, ut facilis ejus uſus ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חלון שבין שתי חצרות וכו׳ *Feneſtram, quæ eſt inter duo atria &c.* מערבין שנים *Miſcent duabus*, hoc eſt, quod miſceatur Sabbathicè unumquodque atrium pro ſe ipſo ſolo. ומערבין אחד *Et miſcent una (ſc. mixtura,)* hoc notat, ut duo atria ſint ſicut domus una. Porrò quod dicunt, *infra quatuor, aut ſupra decem*, licet pertineat ad id, quod præceſſit, verum (*hic tamen poſitum eſt*,) ad oſtendendum tibi, quod oporteat, ut feneſtra ſit tota ſupra decem palmos, ſi impoſſibilis eſſe debeat ipſis mixtura una; ſed ſi fuerit pars cavitatis feneſtræ intra decem palmos, ſufficit ipſis, ut faciant mixturam unam; propterea quod inter ipſos quidem eſt paries; jam verò expoſuimus, quod paries non debeat eſſe minor decem palmis.

ב כותל שבין שתי חצירות גבוה עשרה ורוחב (a) ארבעה מערבין שנים ואין מערבין אחד

(a) Menaſſ. ארבע.

2. Si paries fuerint inter duo atria, cujus altitudo decem, & latitudo quatuor (palmi:) miſcent duabus, & non miſcent unâ (mixtura.) Si in ſum-

חיו בראשו פירות אילו עולין מכאן ואוכלים ואילו עולין מכאן ואוכלין ובלבד שלא יורידו (a) למטה (b) נפרצה הכותל עד עשר אמות מערבין שנים ואם רצו מערבין אחד מפני שהוא כפתח יותר מכאן מערבין אחד ואין מערבין שנים :

(a) Venet. & Amſtelod. למטן. (b) Venet. & Menaſſ. נפרץ.

mitate ejus fuerint fructus: tum hi (in uno atrio) aſcendere hinc poſſunt, & comedere, & iſti (in altero atrio) aſcendere iſtinc poſſunt, & comedere: modo non (ſecum) deſcendere fecerint deorſum. Si perruptus fuerit paries uſque ad decem ulnas: tum miſcebunt duabus; vel, ſi voluerint, miſcebunt unâ (tantum mixtura:) propterea quod ſit quaſi porta. Si amplius quam iſtas (quam decem ulnas perruptus fuerit:) tum miſcebunt unâ; & non miſcebunt duabus mixturis.

R. OB. DE BARTENORA.

כותל שבין שתי וכו׳ *Si paries fuerit inter duo &c. Si paries fuerit inter duo atria:* Quod hîc poſuit latitudinem quatuor (palmorum,) non propterea (factum eſt,) quaſi requiratur latitudo quatuor, ut ſit obſtructio; ſiquidem paries, in quacunque fuerit latitudine, erit obſtructio; ſed ideò quia neceſſe habuit infra tradere, quod, ſi fuerint fructus, hi aſcendant hinc, & comedant (&c.) modo non (ſecum) deſcendere fecerint deorſum; quæ poteſtas eſt per ſe. Et propter jus hoc oportet, ut ſit latitudo quatuor (palmorum.) Nam quicquid infra quatuor (palmos) eſt, eſt locus liber, licitumque eſt tam his, quam iſtis, ut deſcendere faciant deorſum; modo non deſcendere fecerint deorſum in habitationes in domibus. At in atrium licitum eſt. *Si ultra hoc:* tum erit ruptura, eritque totum, quaſi atrium. Quod ſi miſcuerit quodlibet pro ſe ipſo, idem erit, ac ſi mixturam ſuam diviſiſſent, & prohibebunt ſe invicem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כותל שבין שתי חצרות וכו׳ *Parietem, qui eſt inter duo atria &c.* Quando dicit: *Modò non deſcendere faciant deorſum*, hoc dicere vult, ut abſportent id, quod ſuper pariete eſt, in habitationes, quæ in domibus ſunt. Interim, ut faciant deſcendere in atrium domus, licitum eſt. Quin imò ſi latitudo parietis habet pauciores quatuor palmis, qui eſt locus liber, ſicut expoſuimus aliquoties; tum licitum erit ipſis exportare aliquid eorum, quæ in domibus ſunt, & ponere illud ſuper iſtum parietem; ut (*ſimul*) licitum ſit hominibus domus alterius, ut ſumant illam ipſam rem à pariete, & inferant in domum ſuam.

ג חריץ שבין שתי חצירות עמוק עשרה ורוחב ארבע מערבין שנים ואין מערבין אחד אפילו מלא קש או תבן (a) מלא עפר או צרורות מערבין אחד ואין מערבין שנים :

(a) Venet. אבל מלא.

3. Si foſſa fuerit inter duo atria, profunda decem (palmos) & lata quatuor: tum miſcebunt duabus, & non miſcebunt unâ (mixturâ:) Si maximè repleta fuerit ſtipulis aut paleis. Sed ſi repleta fuerit terrâ aut lapillis: tum miſcebunt unâ, & non miſcebunt duabus (mixturis.)

R. OB. DE BARTENORA.

חריץ שבין שתי וכו׳ *Si foſſa fuerit intra duo &c.* Foſſa eſt longa, & diſcriminat totius atrii oppoſitam faciem. *Et lata quatuor:* nam ſi minus quid iſto fuerit, ab extremitate (una) ejus in extremitatem ejus alteram (ſeu à ripa in ripam,) tranſilire facile erit. *Si maxime repleta fuerit ſtipulis aut paleis:* non (tamen) erit obſtructio; neque enim hic quicquam illorum abdicatur, cum rurſus auferendum tandem ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חריץ שבין שתי חצרות וכו׳ *Foveam, quæ eſt inter duo atria &c.* חריץ eſt *fovea* in terra. Omnia verò (*reliqua*) perſpicua ſunt (*in hâc Miſchnâ.*)

ד נתן עליו נסר (a) שהוא רחב ארבע טפחים וכן שתי (b) גזוזטראות זו כנגד זו מערבין שנים ואם רצו מערבין אחד פחות מכאן מערבין שנים ואין מערבין אחד :

4. Sin (aliquis) poſuerit ſuper illam aſſerem, cujus latitudo quatuor palmi; ſimiliterque duas trabes, unam è regione alterius: tum miſcebunt duabus; vel, ſi voluerint, miſcebunt unâ. Si verò minus iſtis (quatuor palmis:) miſcebunt duabus, & non miſcebunt una.

(a) Venet. & Amſtelod. נסר שרוחב ארבעה טפחים Menaſſ. שהוא רחבה טפחים ubi procul omni dubio ſphalma.
(b) Prag. גזוטראות.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן עליו נסר וכו׳ *Sin poſuerit ſuper illam aſſerem &c. Si poſuerit ſuper illam aſſerem:* inſtar pontis, erit quaſi quoddam oſtium. *Similiterque duas trabes:* inſtar contignationis (ſeu trabis miſcentis) prominentis extra locum privatum ſuper locum publicum: à quarum una ad alteram ponat aſſerem quatuor (palmos) latum: tum etiam (quaſi) porta erit. Sed ſi minus quid iſto fuerit, ut ſc. aſſer quatuor (palmos) latus non ſit, timebit homo ſuper eo tranſire, nec facilis ejus uſus erit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתן עליו נסר שרחב ד׳ טפחים וכו׳ *Si dederit ſuper illam aſſerem, latum quatuor palmos &c.* Tabulam tecti vocant נסר *Aſſerem.* Quando itaque (*quis*) dederit (*ſeu poſuerit*) lignum in longitudine foveæ, ſi maximè ſit latum (*tantum*) digitum, non requirit quid amplius. Nam ecce diviſit iſtam foveam, & relicta eſt (*poſt iſtam diviſionem*) latitudo ejus minor quatuor palmis. Porro כצוצרה & גזוזטרא unum ſunt; nimirum, trabs prominens è loco privato ſuper locum publicum. Expoſuimus autem ſupra in Cap. XI. (*tractatus*) Schabbath, quod ejuſmodi trabs ſit locus privatus perfectus. Et exit ſuper locum publicum, quemadmodum ſtructuræ Gallorum, quas extruunt tempore hoc noſtro in terra Iſraël. Supra etiam expoſuit Thalmud, quod hæc conditio, quam poſuit Miſchna, quando trabes fuerint una è regione alterius, ut tunc ipſis ſufficiat mixtura una, veriſſima ſit, quatenus interfuerit inter illas diſtantia trium palmorum

aut

aut plurium. Sed ſi interfuerint inter illas pauciores tribus palmis, ſi vel maximè non fuerint una è regione alterius, (*nihilominus*) faciunt mixturam unam, ſi voluerint: propterea quod ſit quaſi una trabs incurvata; ſicut expoſuimus.

ה כתבן שבין בי חצירות גבוה י׳ טפחים מערבין שנים ואין מערבין אחד אלו מאכילין מכאן ואלו מאכילין מכאן נתמעט התבן מעשרה טפחים מערבין אחד ואין מערבין שנים :

5. Si palearium fuerit inter duo atria, altum decem palmos: tum miſcebunt duabus, & non miſcebunt una (mixtura,) illi verò illinc dant cibum, & hi hinc dant cibum. Sin minus fuerit palearium decem palmis: tum miſcebunt una, & non miſcebunt duabus.

R. OB. DE BARTENORA.

מתבן שבין שתי וכו׳ *Si palearium fuerit inter duo &c.* מתבן Eſt acervus palearum. Diſcriminant autem (h. e.) anteriorem (ſeu obverſam) partem totius latitudinis atriorum. *Illi verò dant cibum:* ſtare faciunt beſtiam ſuam ad comedendum de paleis, nec curant, ne forte minuant paleas intra decem (palmos,) fiatque una poteſtas, ut prohibeant ſic ſe invicem: ſed nihilominus transferunt in atrio, nec animum ſuum advertunt. De hoc (inquam,) non ſolliciti ſumus. Ecce enim! Etiamſi diminuerit: ſi tamen iſta diminutio non fuerit ad decem uſque ulnas, aut amplius, non prohibent (ſe invicem:) quandoquidem decem ulnæ (demum) ſunt porta. Atque (una) beſtia non uſque adeò diminuet comeſtione ſua una vice. *Si tum diminutæ fuerint paleæ intra decem palmos:* (paleæ nimirum) obverſæ totæ longitudini atrii, aut in tractu (ſeu ſpatio) ſaltem decem ulnarum: tum commiſcent (commixtione) unâ; ſiquidem in profeſto ante Sabbathum diminutæ fuerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתבן שבין שתי חצרות וכו׳ *Palearium, quod eſt inter duo atria &c.* Vult dicere per מאכילין *Cibum præbentes*, quod ponant (*aliquid*) beſtiis, ad comedendum de paleis, ab utroque latere.

ו כיצד משתתפין במבוי מניח את החבית ואומר הרי זו לכל בני מבוי ומזכה להן על ידי בנו ובתו הגדולים ועל ידי עבדו ושפחתו העברים ועל ידי אשתו אבל אינו מזכה לא על ידי בנו ובתו הקטנים ולא על ידי עבדו ושפחתו הכנענים מפני שידן כידו :

6. Quomodo ſocietatem ineunt quoad introitum? Ponit (aliquis) dolium, & dicit: Ecce hoc eſt pro omnibus filiis introitus. Atque acquirit ipſis (ſocietatem) per manus filii ſui aut filiæ ſuæ, adultorum; & per manus ſervi ſui atque ancillæ ſuæ, Hebræorum; & per manus uxoris ſuæ. Sed non acquirit, ſive per manus filii ſui, & filiæ ſuæ minorennium; ſive per manum ſervi ſui, aut ancillæ ſuæ, Cananæorum: propterea quod manus horum ſit ſicut manus ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד משתתפין וכו׳ *Quomodo ſocietatem ineunt &c. Ponit dolium:* de ſuo, ſi voluerit, & tum illis imputare (ſeu jus acquirere) decet. Nam ſi de illorum, non opus eſt, ut illis imputet. *Cæterum (imputat &) acquirit ipſis per manus filii ſui, aut filiæ ſuæ:* dum dicit his; accipite dolium hoc, & acquirite (jus) per illud nomine omnium filiorum introitus. Qui autem acquirit, attollit mixturam manu ſua, ad palmum uſque ſupra ſolum. Nam quamdiu permanet in ipſius poteſtate, non imputat (ſeu acquirit aliis.) Dicit (verò ſimul) imputo (ſeu acquiro) illis. *Nam manus illorum eſt ſicut manus ejus:* neque imputat, (ſeu acquirit.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כיצד משתתפים במבוי וכו׳ *Quomodo ſocietatem ineunt quoad introitum &c.* Regula eſt apud nos, quod mixturæ terminorum, & ſocietates introituum, & mixturæ coctilium omnes requirant acquiſitionem per manus alius alicujus: itemque requirant, ut vas, in quo congregant ſocietates introituum, ſit altius terrâ palmum, ut appareat, ſeparatum eſſe. Jam perſpicuum eſt, quod hic, quem dicimus, מזכה להם *acquirentem illis*, ita ſe habeat: (*ſc.*) quando iſta rēs, in qua ſocietatem habere debent, fuerit ab homine uno; tum oportet ſiſtere hominem alium, qui acquirat ipſis portionem ſuam, & ſit loco eorum. Sed ſi quilibet dederit ſuam portionem, non eſt ibi reſpectus acquirentis.

ז נתמעט האוכל מוסיף ומזכה ואין צריך להודיע נתוספו עליהן מוסיף ומזכה וצריך להודיע :

7. Si imminutus fuerit cibus, poterit addere (aliquid,) ut acquirat: nec opus eſt, ut notum faciat. Sin additi fuerint illis, poterit addere, ut acquirat; ſed (tum) opus eſt, ut notum faciat.

R. OB. DE BARTENORA.

נתמעט האוכל וכו׳ *Si imminutus fuerit cibus &c. Si imminutus fuerit cibus:* infra quantitatem ſuam, mox exponendam in Miſchna ſequenti. *Poterit addere, ut acquirat:* & ſi quidem voluerit addere de ſuo, etiam de ſpecie alia, quæ non ſit de ſpecie communionis prioris, addere & acquirere poteſt. *Nec opus eſt, ut notum faciat:* poſteaquam aliquid de ſpecie priori relictum eſt, non apparet, ut qui miſcet de novo. Quinimo ſi ponere voluerit de ſpecie communionis prioris, etiamſi omnino conſumta fuerit (prior communio;) adfert de iſta ſpecie, & acquirit pro illis, nec, ut notum faciat, opus habet.

Si additi fuerint (homines) ad iſtos: homines habitationum (novarum.) *Addit (& ipſe,) ut acquirat, ſed opus eſt, ut notum faciat:* id tamen tantummodo, quo tempore

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתמעט האוכל מוסיף ומזכה וכו׳ *Si diminutus fuerit cibus, addit & acquirit &c.* Regula hujus juris hæc eſt, quòd, ſi fuerit ſocietatis (*acquirendæ*) medium unius ſpeciei, ſi maximè totum perierit, non tamen opus ſit notum facere. Sed ſi fuerunt ſpecies multæ, & diminutæ ſunt, addat & acquirat (*jus ſocietatis*;) itidemque non opus habeat notum facere. Quod ſi tamen perierit totum, opus habeat, notum facere. Quod ita habet (*& cum hac conditione accipiendum eſt:*) ſi domui (*alicui*) fuerint duæ portæ (*ſ. oſtia*) in duobus introitibus: idque ideò, quia poſteaquam fecit mixturam cum hominibus hujus introitus, prohibitus ipſi eſt uſus introitus alterius. Et ideò oportet ipſi notum facere, ut ſciamus, quo introitu ex (*iſtis*) duobus introitibus velit uti. At ſi non fuerit illi oſtium, niſi in iſto introitu

pore atrio fuerint duo iſta verſus duos introitus. Nam quando (quis) mixturam facit cum viris introitus hujus, prohibitum illi eſt uti introitu altero. Ideò notum facere oportet, ne forte iſtis non placeat acquirere ab hoc latere, & deſerere ſpatium à latere oppoſito. Verum ſi non habuerit oſtium, niſi verſus hunc introitum, in quo ab initio communionem fecerunt, non cogitur notum facere. Nam acquirunt (aliquid juris aut privilegii aut commodi) homini (alii,) etiamſi præſens non ſit; licet reum eum non faciant, niſi præſentem.

ſolo, non opus eſt notum facere: quia Regula eſt apud nos: acquirunt (*aliquid*) homini, qui non eſt præſens (*& conſcius;*) ſed non condemnant eum niſi præſentem (*& auditum.*)

ח כמה הוא (a) שיעורן בזמן שהן מרובין מזון שתי סעודות לכולם בזמן שהן מועטין כגרוגרות (b) לכל אחד ואחד:

8. Quanta eſſe debet quantitas eorum? Quo tempore aucti fuerint, (eſſe debet) cibus duarum menſarum pro omnibus: quo verò tempore imminuti fuerint, (eſſe debent) ſicut caricæ pro ſingulis.

(a) Venet. Prag. & Menaſſ. שיעורו. (b) Prag. & Menaſſ. כגרוגרות להוצאת שבת לכל אחד ואחד.

R. OB. DE BARTENORA.

כמה הוא שיעורו וכו׳ *Quanta eſſe debet quantitas &c. Aucti:* Octodecim homines, & plures. *Imminuti fuerint:* infra octodecim. Cibus autem duarum menſarum continet (in ſe) octodecim caricas. *Juxta eductionem in Sabbatho:* h. e. juxta quantitatem eductionis in Sabbatho. Nam qui in Sabbatho cibos educit, non fit reus per id, quod carica minus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כמה הוא שיעורו בזמן שהן מרובין וכו׳ *Quantus erit numerus eorum, quo tempore erunt plures &c.* מועטין *Pauciores* ſunt. Hoc vult, ut ſint pauciores, quam octodecim homines. Quando verò ſunt ſupra octodecim, tum ſunt מרובין *plures.* Nam cibus duarum menſarum ſunt octodecim grana (גרוגרות.) Dixit autem de eductione Sabbathi, h. e. quod ſit numerus eductionis Sabbathi; ſicut præmiſſum tibi eſt in tractatu Schabbath.

ט אמר רבי יוסי במה דברים אמורים בתחילת עירוב אבל בשירי עירוב כל שהוא ולא אמרו לערב בחצירות אלא כדי שלא לשכח את התינוקות:

9. Dixit Rabbi Joſe: de qua (re) verba iſta dicta (& intelligenda) ſunt? de initio mixturæ, ſed de reliquiis mixturæ (ſufficit,) quantulumcunque fuerit. Non enim juſſerunt miſcere atria, niſi ut non obliviſcantur pueri.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר רבי יוסי וכו׳ *Dixit Rabbi Joſe &c. De reliquiis mixturæ:* quæ diminuta eſt intra quantitatem ſuam. *Non enim juſſerunt miſcere atria:* poſtquam communionem quoad introitum fecerint, niſi ut lex mixturarum atriorum à minorennibus oblivioni non tradatur, qui neſciunt, quod per introitum communionem inierint. Atque hinc (nonnihil) debemus indulgere. Verum licet ratio, propter quam mixturas atriorum miſcent, poſtquam de introitu communionem inierunt, hæc ſit, ut lex commixtionis à minorennibus oblivioni non detur, nullo tamen modò deciſio eſt juxta R. Joſen, quoad reliquias mixturæ: neque enim tantum circa eas indulgemus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמר רבי יוסי וכו׳ *Dixit R. Joſe &c.* Hæc quoque regula, quam commemorat, quod non dixerint, ut miſceamus atria, niſi ut non obliviſcantur minorennes, veriſſima eſt. Quandoquidem *pueri parvi non intelligunt, quid peragatur inter homines introitus circa ſocietatem.* Cogimur itaque miſtura Sabbathica atriorum uti, quantumvis communia facta fuerint, quoad introitum; ut non obliviſcantur minorennes quoad introitum legem mixturæ. Interim deciſio non eſt juxta R. Joſe.

י בכל מערבין ומשתתפין חוץ מן המים ומן המלח דברי רבי אליעזר רבי יהושע אומר ככר הוא עירוב אפילו מאפה סאה והיא פרוסה אין מערבין בה ככר כאיסר והוא שלם מערבין בו:

10. Per omnia miſcent & ſocietatem ineunt, excepta aqua & ſale: ſunt verba Rabbi Eleaſaris. Rabbi Jehoſchea dicit: Torta panis (integra) eſt mixtura: &, ſi maximè fuerit coctura (integræ) Seæ, quæ fuerit fracta, non miſcent per illam: cum tamen, ſi torta fuerit ſicut aſſarium, modo ſit integra, miſceant per illam.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל מערבין ומשתתפין וכו׳ *Per omnia miſcent, & ſocietatem &c. Per omnia miſcent:* mixturas terminorum. Nam ſi de mixturis atriorum (ſermo ſit,) non niſi per panem miſcent. Nihilominus verò τὸ per omnia etiam miſcent, quod dixit R.klieſer, hic (etiam poſitum) eſt, ad includendum illas atriorum commixtiones, quibus per panem fractum commiſcent, quaſi non requiratur torta integra. Sed à R. Elieſere diſſentit R. Jehoſchea, & dicit: Tantummodo torta integra eſt mixtura. Et deciſio etiam eſt juxta R. Jehoſcheam. *Non miſcent per illam:* Ratio ab offenſione (ſeu æmulatione) deſumitur; nam ſocii ejuſdem atrii ad contentionem (facile) devenire poſſent, dicendo: Ego do (tortam)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בכל מערבין ומשתתפין וכו׳ *Per omnia miſcent & ſocietatem faciunt &c.* Supra jam præmiſſum eſt tibi, in initio Capitis tertii, quod, quando dicunt, per omnia miſceri & ſocietates fieri, exceptis aquis & ſale, non ſit (*accipiendum*) niſi de mixturis terminorum, & ſocietatibus introituum. Nec de iſtoc diſſenſus eſt. Sed hîc diſſentiunt R. Elieſer & R. Jehoſchea. Nam R. Elieſer dicit, quod mixturis atriorum ſatisfiat per tortam panis fractam: quam ipſam rem complexi ſint in dicto ſuo, Per omnia miſcent. At R. Jehoſchea dicit, quod pro mixturis atriorum non ſufficiat ullo modo, niſi integra (*torta:*) licet poſſit eſſe quantitatis exiguæ. Et ratio deſumitur ab inimicitiæ (*periculo;*) ne dicat unus

tam) integram, & iſte dat (tantum) fractum (ſeu partem.) *Torta ſicut aſſarium:* modo integra ſit. *Miſcent per illam:* ponunt illam pro mixtura cum reliquis tortis ſociorum atrii: unus vicinorum; Ego facio (*mixturam*) per integram, & tu per fractam. Et deciſio eſt juxta R. Jehoſcheam. modo omnes tantum habeant (quantitatis,) ut ſicut carica unicuique obtingere poſſit. Rambam expoſuit, quod per tortam, quæ ſicut aſſarium, unam, pro omnibus ſociis atrii commiſceant, nec quantitas (juſta) requiratur.

יא נותן אדם מעה לחנוני (a) ולנחתום כדי שיזכה לו (b) עירוב דברי רבי אליעזר וחכמים אומרים לא זכו לו מעותיו ומודים בשאר (c) כל אדם (d) שזכו לו מעותיו שאין מערבין לאדם (e) אלא מדעתו אמר רבי יהודה במה דברים אמורים בעירובי תחומין אבל בעירובי חצירות מערבין לדעתו ושלא לדעתו לפי שזכין לאדם שלא בפניו ואין חבין לאדם שלא בפניו:

11. Dat homo pecuniam cauponi & piſtori, ut ipſi acquirat mixturam: ſunt verba Rabbi Elieſeris. Sed Sapientes dicunt: non acquirunt ipſi nummi ipſius (mixturam.) Conceſſerunt tamen de reliquis omnibus hominibus, quod acquirant ipſis nummi eorum: quia non miſceant pro ullo homine, niſi ex mente illius. Dixit Rabbi Jehudah: de qua (re) verba iſta dicta (& intelligenda) ſunt? de mixturis finium; ſed quod ad mixturas atriorum, miſcent ipſi ex mente ipſius, & non ex mente ipſius: quandoquidem acquirunt homini non præſenti; licet non damnent hominem niſi præſentem.

(a) Venet. או לנחתום. (b) Venet. & Menaſſ. בעירוב. (c) Amſtel. & Menaſſ. כל האדם. (d) Venet. שזכין (e) Venet. שלא.

R. OB. DE BARTENORA.

נותן אדם מעה וכו׳ *Dat homo pecuniam &c. Dat homo pecuniam* לחנוני *Cauponi:* qui vendit vinum, & cum ipſo in introitu habitat. *Aut* לנחתום *Piſtori:* qui (panis) tortas vendit, & cum ipſo in eodem atrio habitat. *Ut ipſi acquirat* (jus) *per mixturam*, cum ſociis ipſius, (dicendo:) ſi ſocii introitus venerint, ad emendum à te vinum pro communione (introitus,) aut ſocii atrii, ad emendum tortam pro mixtura, ſit mihi in ea pars. *Non acquirunt ipſi nummi ipſius:* quia pecunia non acquirit, antequam trahatur (& trahentis fiat.) Etiamſi verò etiam iſte caupo pro reliquis omnibus miſcuerit, & huic quoque acquirere voluerit, non tamen erit mixtura. Nam non intendit (hic) ut acquirat ſibi iſte datione gratuita, ſicut reliqui, qui per mixturam (aliis) acquirunt, ſed ut emat pecunià (ab eo.) Quomodo ſibi non acquirit, cum pecunia non acquirat: Ille verò inveniatur per pecuniam ſuam acquirere.

Conceſſerunt tamen de reliquis omnibus hominibus: Patribus familiâs, quod ſi dixerit quis: Abſporta pecuniam hanc & acquire mihi mixturam; iſte verò abierit, & acquiſiverit illi, mixturam (verè) acquirat. Quandoquidem enim paterfamilias (aliàs) tortas panum vendere non ſolet, non intendit hic (aliud;) niſi ut ſuum iſtum legatum faciat; quomodo ſimilis ei ſit, qui dicit ei, miſce mihi. *Quia non miſcent pro ullo homine:* quando nimirum de ipſius (proprietate) ipſi miſcent. *Niſi ex mente illius:* Itaque quoad Cauponem, qui ei dixerit, acquire mihi, non intendit, niſi ut ab illo emat, neque intendit hoc, ut legatum ſuum faciat. Jam pecunia (ipſa) non acquirit; Quum itaque animus ejus non intendat (iſtud,) deprehenditur, quod miſcuerit ei, cum hæc mens ipſi non fuerit. *Mixturis finium:* neceſſe eſt ut plagam alteram abſcindat; quod fortè ipſi non utile ſit. Deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נותן אדם מעה לחנוני וכו׳ *Dat homo pecuniam Cauponi &c.* Eum in finem, ut acquirat mixturam. Senſus eſt: ut det (*caupo*) ipſi bolum (*panis*) pro iſta pecunia, & acquirat ipſi (*mixturam*) per alium aliquem, ſi maxime non ſit ipſe præſens: propterea quod ex quo momento dedit ipſi pecuniam, abſoluta ſit emtio ex lege; ſicut exponemus ſuo loco. At Sapientes dicunt, quod non abſoluta ſit emptio, niſi quando acceperit bolum, quemadmodum hanc conditionem poſuerunt Sapientes de venditione mobilium extractione; ob Caſum, ne fortè prævaricetur caupo, & non acquirat ipſi (*mixturam*) per bolum (*ſ. panem*) miniſterio alius alicujus. Sed ſi dederit Domino domus (*ſ. patrifamilias*) & mandaverit, ut mixturam faciat ipſi, acquiratque ipſi per alium aliquem, ſufficit ipſi: poſtquam (*inquam*) mandavit. Ex ratione, cujus meminit, quòd non faciant mixturam homini, niſi ex mente ipſius. Rabbi autem Jehudah diſſentit, ut (*ipſe*) vides. Et deciſio eſt juxta Rabbi Jehudam.

פרק ח כיצד משתתפין בתחומין מניח את החבית ואומר הרי זה לכל בני עירי לכל מי שילך לבית האבל או לבית המשתה (a) וכל שקבל עליו מבעוד יום מותר משתחשך אסור שאין מערבין משתחשך:

(a) Menaſſ. כל שמקבי עליו.

Caput 8. Quomodo ſocietatem ineunt quoad terminos Sabbathicos? ponit (aliquis) dolium, & dicit: Ecce hoc (erit) pro omnibus civibus urbis meæ, pro omni qui abibit in domum luctus, aut in domum convivii. Et quiſquis receperit (iſtud) in ſe, dum adhuc dies fuerit: ei licitum erit. Sed ex quo tenebræ obortæ, prohibitum: quandoquidem non miſcent, ex quo tenebræ obortæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד משתתפין בתחומין וכו׳ *Quomodo ſocietatem ineunt quoad terminos &c. Pro omni, qui abibit in domum luctus &c.* Nam res præcepti ſunt. Jam hypotheſis nobis eſt; non miſcent mixturas terminorum Sabbathicorum, niſi propter rem præcepti. *Et quiſquis receperit* (*iſtud*) *in ſe* (h. e. conſenſerit & approbaverit:) ut mixturæ innitatur, ei licitum eſt. *Sed ex quo tenebræ obortæ, prohibitum:* hæc verò

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כיצד משתתפין בתחומין וכו׳ *Quomodo ſocietatem ineunt quoad terminos Sabbathicos? &c.* Quod ad exempla, quæ addidit quando fecit mentionem domus luctus, & domus convivii, inde id factum eſt, quod utrumque eſt res mandati, & habet retributionem miſericordiarum. Nam regula eſt apud nos: Non faciunt mixturam, niſi pro re præcepti. Quando porrò dicunt: *quiſquis in ſe receperit, ex quo tenebræ*

verò verba ſic intelligenda ſunt, quando ei non fecerit notum, dum adhuc dies. Sed ſi notum fecerit ei, dum adhuc dies eſt, etiamſi non receperit in ſe, ut innitatur mixturæ huic certò, niſi ex quo obortæ ſint tenebræ, res licita erit.

bræ obortæ ſunt, *prohibitus eſt*, dictum eſt de eo (*caſu*) quando non fecerunt ipſi notum, dum adhuc dies eſſet: ſed quando notum fecerunt ipſi dum adhuc dies eſſet, ſi maximè non receperit in ſe, niſi ex quo tenebræ obortæ fuerunt, tamen licitum eſt.

ב כמה הוא (a) שיעורו מזון שתי סעודות לכל אחד (b) ואחד מזונו לחול ולא לשבת דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר לשבת ולא לחול וזה וזה מתכוונין להקל רבי יוחנן בן ברוקה אומר מככר בפונדיון מד׳ סאין בסלע רבי שמעון אומר שתי ידות לככר משלש לקב חציה לבית המנוגע וחצי חציה לפסול את הגויה:

2. Quanta erit quantitas ejus? Cibus duarum menſarum pro ſingulis: cibus ſc. cujuſlibet pro profeſto, non autem pro Sabbatho: verba ſunt Rabbi Meïr. Rabbi Jehudah dicit: pro Sabbatho, & non pro profeſto. Uterque tamen intendit rem faciliorem reddere. Rabbi Juchanan filius Brukæ dicit: per tortam panis pro obolo, quando quatuor Seæ (veneunt) pro Siclo. Rabbi Schimeon dicit: per duas partes tortæ panis, de tribus in Kabum: ut dimidium ejus ſit, pro domo percuſſa; & dimidium dimidii ejus, ad profanandum corpus.

(a) Venet. שיעורן. (b) ואחד 'ס abeſt in Prag. & Menaſſ.

R. OB. DE BARTENORA.

כמה הוא שיעורו וכו׳ *Quanta erit quantitas ejus? &c. Cibus duarum menſarum pro ſingulis:* Propterea namque, quod acquirit (homo) ſibi ſedem Sabbathicam ibi (ubi mixtura ponitur,) oportet ponere ibidem tantum cibi, quantum in Sabbathum ipſi neceſſarium eſt. *Uterque tamen rem intendit faciliorem reddere:* Rabbi Meïr quidem exiſtimavit: In Sabbatho homo plus comedit, propterea, quod ſuave ipſi ſit coctile ſuum. At Rabbi Jehudah ſtatuit: Poſteaquam in Sabbatho comedit tres menſas, non multum in ſingulis menſis comedit, adeò ut duæ menſæ profeſti plus ſint, quam duæ menſæ Sabbathi.

Per tortam panis pro obolo: Tortam panis emtam obolo, quum vendiderint quatuor Seas tritici pro ſiclo. Sunt autem quatuor Seæ, viginti quatuor Kabi. Et ſiclus viginti quatuor nummi. Deprehenditur itaque Kabus pro nummo quovis. Jam nummus habet duos obolos. En! torta panis obolo vendita in foro foret dimidium Kabi. Sed piſtor ſibi dimidium in mercedem cocturæ accipit & molituræ. Unde (tandem) deprehenditur, quod torta panis obolo à piſtore emta ſit quarta pars Kabi, hoc eſt, ſex ova. Kabus namque exæquat viginti quatuor ova. Atque hæc eſt menſura quantitatis mixturæ, *juxta verba Rabbi Juchananis fil. Brukæ.* Juxta quem etiam eſt deciſio. R. Schimeon iſtam quantitatem adhuc minorem fecit, dum dixit, ſufficere in mixturam duas partes (tertias) tortæ, cujuſmodi tres (tortæ) Kabum faciant. Ubi quidem integra torta faciet ova octo tertiam ſc. partem Kabi. Et duæ partes (tertiæ,) quæ erunt quinque & quod excedit, ova, facient duas menſas.

Dimidium ejus pro domo percuſſa: abſolute Miſchna loquitur: atque adeò ſunt verba Rabbi Meïr. Hoc autem vult dicere: Dimidium tortæ, qua menſurarunt tàm iſte quam hic Doctor, eſt menſura moræ in domo percuſſa. Nam ſi quis ingreſſus fuerit domum, in qua eſt plaga lepræ, licet ſtatim immundus fiat, non tamen ad lotionem obligatur veſtium niſi ubi commoratus fuerit (ſpatium temporis, quod ſufficit) comeſtioni juſtæ. Jam verò dimidium tortæ iſtius eſt juſta comeſtio. Rabbi itaque Juchanani Filio Brukæ, qui dixit, tortam integram eſſe debere quartam Kabi partem, h. e. ſex ova, deprehenditur dimidium ejus eſſe tria ova. Atque hoc erit dimidium panis, quod per omnia perfectè ſe habet. At juxta Rabbi Schimeonem, qui dixit, tortam panis eſſe tertiam Kabi partem, h. e. octo ova, dimidium ejus erunt quatuor ova. Quod (etiam) erit dimidium panis, per omnia perfectè ſe habens, juxta mentem Rabbi Schimeonis. Quanquam verò Rabbi Schimeon exiſtimavit, quod in torta integra contineantur tres menſæ, ſiquidem R. Schimeon duas partes ejus facere duas menſuras, dixit: nihilominus verba iſta (tantum accipienda ſunt) de mixtura iſta, quam faciliorem reddere intenderunt, ut non requirerentur duæ menſæ plenæ. Sed in reliquis omnibus locis R. Schimeon ſtatuit, quod nulla menſa minor ſit dimidio tortæ, quæ tertiam Kabi partem facit. Et requirimus quoque ut quis commoretur tempus, quod ſufficiat comeſtioni dimidiæ tortæ ejuſmodi; quæ quatuor ova faciat. *Dimidium dimidii ejus ad profanandum corpus:* ejus ſc. hominis, qui comedit cibos immundos in quantitate dimidii de dimidio panis, corpus profanatur, juxta Rabbinos noſtros, ut de Thruma comedere nequeat. Dimidium autem de dimidio panis erit ovum & dimidium ovi, juxta R. Juchanan filium Brukæ: juxta verò R. Schimeonem duo ova.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כמה הוא שיעורו וכו׳ *Quanta eſt menſura ejus &c.* Quare requiramus ab eo hic cibum duarum menſarum pro uno quoque, ratio eſt, quia res mixturæ terminorum ſic ſe habet, ut (*quis*) conſtituat ſedem ſuam Sabbathicam in iſto loco, & deponat ibi cibum ſuum, quo opus habet in Sabbatho. Sed R. Meïr dicit, quod homo comedat in Sabbatho plus, propter acceſſionem obſonii. Ad profanandum corpus, hoc vult quod quiſquis comederit cibos immundos, polluat corpus ſuum, & hoc polluat Thrumam; quemadmodum exponemus in tract. Tohoroth. Porrò autem (*Gemara*) dixit, quod dimidium fruſti commemorati hîc circa negotium profanationis corporis, ſit ſicut ovum & dimidium. Deciſio eſt juxta R. Juchanan filium Brukæ.

ג אנשי חצר ואנשי מרפסת ששכחו ולא עירבו כל שגבוה עשרה טפחים למרפסת פחות מכאן לחצר חוליית הבור והסלע (a) גבוהים עשרה טפחים למרפסת פחות מכאן לחצר במה דברים אמורים בסמוכה אבל במופלגת אפילו (b) גבוה

3. Homines atrii & homines (Marpæſæth) porticus quum obliti fuerint, ut non miſceant: tum quandocunque altitudo fuerit decem palmorum, (licentiam habebit) porticus; Sed quando minor iſtis, atrium. Fundum foveæ, & collis, quando alta fuerint decem palmos, (licentiam habebit) porticus: Sin minora iſtis, atrium. De quibus (rebus) verba dicta ſunt? de vicinis; Sed ſi diſtincta fuerint,

(a) Venet. & Menaſſ. והסלע שהן גבוהין. (b) Menaſſ. אפילו היא גבוהה.

י׳ טפחים

ה׳ טפחים לחצר ואיזו (c) היא סמוכה כל שאינה רחוקה ד׳ טפחים :

(a) Venet. ואיזוהי.

rint, etiamſi alta fuerint decem palmos, atrium (habebit poteſtatem.) Sed quæ ſunt vicina? Quæcunque non remota ſunt quatuor palmos.

R. OB. DE BARTENORA.

אנשי חצר ואנשי מרפסת וכו׳ *Homines atrii & homines &c.* מרפסת *Porticus:* eſt locus altus in atrio domus, cui multa conclavium oſtia ſunt apta, ita ut omnes (homines incolæ) in atrium per unas ſcalas exeant, & ex iſto (atrio) in locum publicum. Quanquam verò ſic ſe habet, tamen non prohibent, cum Marpæſæth (ſeu porticus) alta fuerit decem palmos: dummodo filii (ſ. incolæ) porticus pro ſeipſis miſceant porticum, ut pes licentiam habeat in loco ſuo, & non prohibeat. *Ut non miſceant:* hi cum iſtis; miſceant tamen hi pro ſeipſis, & iſti pro ſeipſis. *Tum quandocunque altitudo fuerit decem palmorum:* (vel) *quicquid altum fuerit decem palmos:*) h. e. ſi fuerit in atrio cumulus aut columna alta decem palmos, propè porticum: cum porticus columna iſta decem palmos habente altior non ſit, ut adeò uſus columnæ filiis porticus commodus ſit; poteſtas porticus dominatur in iſtum, iſtique (filii porticus) eâ utuntur; non autem filii atrii.

Sed quando minor iſtis (vel; *quodcunque minus iſtis,*) *atrium* (vel, *atrii eſt:*) mentionem etiam atrii facit. Nam duæ poteſtates ei dominari poſſunt; ſc. porticus, & atrii. Si itaque non miſcuerint alterum cum altero, utrique res illa prohibita erit. חוליית *Foveæ (ſeu ciſternæ:)* labrum foveæ ſuperius ſi atrio altius fuerit decem palmos, poteſtas porticus dominatur illi. Id verò tùm demum; ſi fuerit fovea plena uſque ad labrum ſuum ſuperius rebus, quas in Sabbatho transferre prohibitum eſt. Nam tum fieri non poterit, ut aliquid de altitudine minuatur, ſicut petra non minuitur. Erit itaque (& manebit labrum) ſolo porticus æquale. Sed ſi fovea impleta non fuerit, aut ſi impleta fuerit rebus, de quibus in Sabbatho auferre aliquid poſſunt, & diminuere illas; tum, quia, quum diminuuntur, prohibita eſt, etiam prohibita erit, ſi non fuerint diminutæ. Unde, niſi porticus, & atrium invicem miſcuerint, prohibitum illis erit ambobus, ſi maximè decem palmos altum fuerit. *Atrium* (vel; *Atrio:*) h.e. etiam atrium; quemadmodum porticus: ut adeo ambobus prohibitum ſit, niſi invicem miſcuerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אנשי חצר ואנשי מרפסת וכו׳ *Viri atrii & viri porticus &c.* מרפסת *Porticus* eſt locus altus in atrio domus, ſicut ſolum altum decem palmos, & habet duos gradus, ut aſcendant in illis in conclavia. Et hic locus altus circumdatus eſt ſtructura, & habitant in illo. Vocaturque מרפסת propterea, quod ſit locus calcationis quoad illos aſcendentes in conclavia. Et quum fuerit locus (*ejuſmodi*) in atrio altus decem palmos, fueritque ad latus porticus, aut propè illam, in quantitate dictâ, ut ſit æqualis eidem, ſitque hic locus altus atrium iſtius porticus, tum licitum eſt illis habitantibus in porticu uti illo (*loco alto,*) ſed prohibitum erit hominibus atrii (*inferioris,*) propterea, quod ſeparatus ſit ab atrio; quando non facta fuerit mixtura, quemadmodum commemoravit. Quandò porrò dicit: *Minus iſthoc ad atrium,* hoc ſignificat, quod communis ſit atrio & porticui, prohibituſque tum hominibus atrii, tum hominibus porticus, uti illo; niſi fecerint mixturam. Cæterum de hujus foveæ (*cujus hîc mentionem facit*) conditionibus eſt, ut ſit plena rebus, quas prohibitum ſit transferre in Sabbatho, ita ut adæquet ſolum porticus. Atque tum licitum erit hominibus porticus uti illâ (*foveâ.*) Sed ſi fovea fuerit vacua, aut non vacua quidem revera, non tamen etiam plena eo uſque, ut pertingat ad oram ejus res iſta (*quæ in illa eſt,*) tum prohibitum erit uti illa, non tantum hominibus atrii, ſed etiam hominibus porticus, quouſque non fecerint mixturam.

ד הנותן את עירובו בבית שער אכסדרה ומרפסת (a) אינו עירוב והדר שם אינו אוסר עליו (b) בבית התבן ובבית הבקר ובבית העצים ובבית האוצרות הרי זה עירוב והדר שם אוסר (c) רבי יהודה אומר אם יש שם תפיסת יד של בעל הבית אינו אוסר (d) :

4. Si quis poſuerit mixturam ſuam in domo portæ, exedra & porticu, non erit mixtura: nec qui habitat ibi, prohibet illum. Si in domo palearum, aut in Stabulo boum; aut in domo lignorum; aut in domo theſaurorum: tum ecce erit mixtura; & qui habitat ibi, prohibet. Rabbi Jehudah dicit: ſi ibi fuerit apprehenſio manus patrisfamilias, non prohibet.

(a) Venet. אין עירובו עירוב. (b) Venet. & Amſtelod. בית התבן ובית הבקר ובית העצים ובית האוצרות. (c) Prag. & Menaſſ. אוסר עליו. (d) Venet. & Menaſſ. אוסר עליו.

R. OB. DE BARTENORA.

הנותן את עירובו וכו׳ *Si quis poſuerit mixturam ſuam &c. Si quis poſuerit mixturam ſuam:* mixturam atriorum. *In domo portæ:* h. e. loco portæ atrii vicino. Ibi autem ſolent facere habitare cuſtodem; ne ingrediantur filii loci publici in atrium. *Et qui habitat ibi:* in domo portæ, quæ in atrio eſt. *Non prohibet:* Incolas atrii, nec panem ponere cogitur, cum non ſit (plena) habitatio. *Et qui habitat ibi, prohibet:* ſi elocaverit paterfamilias palearium ſuum, ad habitandum ibi, prohibet ipſum: cum verſus atrium apertum ſit.

Si ibi fuerit apprehenſio manus patris familias: quando patrifamilias in habitatione iſtius locus fuerit, quo vaſa ſua, ad aſſervandum illa, reponat, non prohibet illum. Hoc verò tantummodo, quando aliæ habitationes ibi non fuerint. Quod ſi aliæ habitationes ibi fuerint, prohibet illas. Tradit namque (*Miſchna*) notanter: non prohibet illum; illum non prohibet; ſed habitationes alias prohibet, ſi maximè paterfamilias cum iſtis miſcuerit. Quod ſi vaſa illa, quæ paterfamilias eò reponit, ſint res ejuſmodi, quæ in Sabbatho auferri poſſunt, non erit apprehenſio manus, & prohibebit (etiam) illum. Nam ſi opus habuerit, auferet ea, & projiciet ea foras. Deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הנותן עירובו בבית וכו׳ *Qui dat mixturam ſuam in domo &c.* בית שער *Domus portæ* eſt introitus atrii; locus ſc. per quem ingrediuntur omnes habitantes in atrio in domos ſuas. אכסדרה Ἐξέδρα eſt locus circumdatus à tribus ventis (*ſ. lateribus*) ſuis. מרפסת *porticus* verò locus calcationis omnibus, quemadmodum paulo ante expoſuimus. תפישת יד *Apprehenſio manus* (*ſ. fulcrum*) quam palpant, notat, quando fuerint illi in loco iſto inſtrumenta, quæ prohibitum ſit transferre, ſicut clavus aratri, & ſimilia; aut ſi fuerit habitans ibi quaſi viator aliquis ex viatoribus, & non de hominibus domus (*ſ. domeſticis.*) Hinc ille non prohibet. Deciſio eſt juxta R. Jehudam.

ה המניח ביתו והלך לשבות בעיר אחרת אחד (a)

(a) Amſtelod. גוי.

5. Si quis relinquit domum ſuam, & abit ad

נכרי ואחד ישראל הרי זה אוסר דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר אינו אוסר רבי יוסי אומר נכרי אוסר ישראל אינו אוסר (a) שאין דרך ישראל לבא בשבת רבי שמעון אומר אפילו הניח (b) ביתו והלך לשבות אצל בתו באותה העיר אינו אוסר שכבר הסיע מלבו :

(a) Venet. לפי שאין. (b) Venet. את ביתו.

tranſigendum Sabbathum in alia urbe, ſive fuerit gentilis, ſive Iſraëlita, prohibet: verba ſunt Rabbi Meïr. Rabbi Jehudah dicit: non prohibet. Rabbi Joſe dicit: gentilis prohibet; Iſraëlita non prohibet: quia non eſt conſuetudo Iſraëlitæ, ut redeat in Sabbatho. Rabbi Schimeon dicit: Si maximè reliquerit domum ſuam, & abiverit ad tranſigendum Sabbathum apud filiam ſuam in iſta urbe: non prohibet; quia jam omiſit è corde ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

המניח ביתו והלך וכו׳ *Si quis relinquit domum ſuam &c.* *Prohibet:* nam habitatio ſine dominis nomen tamen habitationis meretur. *Non prohibet:* (Nam) nomen habitationis non meretur. R. Joſe quidem etiam exiſtimavit, non mereri nomen habitationis: nihilominus gentilem prohibere, ne forte in Sabbatho veniat. Et deciſio eſt juxta R. Joſen. *Apud filiam ſuam:* Notanter (dicit:) *Filiam ſuam.* Factus namque eſt homo, qui habitat cum genero ſuo. Sed quod ad filium; non avertit homo animum ſuum à domo ſua ad habitandum apud filium ſuum. Fortè enim rixabitur nurus ejus cum eo, & exibit. Deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המניח את ביתו וכו׳ *Si quis relinquit domum ſuam &c.* Quum dicit: *Ecce hic prohibet*, hoc vult: prohibet Cives Urbis ſuæ, poſteaquam ille eſt vicinus aliquis è numero vicinorum, & tamen non fecit mixturam cum illis: licet enim non ſit præſens, tamen non avulſa eſt vicinitas ejus ab (*illis*) omnibus. Sed Rabbi Schimeon dicit, poſteaquam ſedem Sabbathicam fixit in domo, in qua poteſt habitare; (Ideò enim dixit: Filiam ſuam:) jam averſa eſt mens ipſius ab iſto loco (*urbis ſuæ*) quoad hoc Sabbathum, nec prohibet quenquam. Deciſio eſt juxta Rabbi Joſe: Et eſt (*etiam*) deciſio juxta Rabbi Schimeon.

ו בור שבין בי חצרות אין ממלאין (a) ממנו בשבת אלא אם כן עשו לו מחיצה (b) גבוה י׳ טפחים (c) בין מלמטה בין מתוך אוגנו רשב״ג אומר בית שמאי אומרים מלמטה ובית הלל אומרים מלמעלה אמר רבי יהודה לא תהא מחיצה גדולה מן הכותל שביניהם :

(a) Venet. הימנו. (b) Venet. & Menaſſ. גבוהה. (c) Prag. & Menaſſ. גבוה י׳ טפחים בין מלמעלה בין מלמטה בין מתוך וכו׳.

6. Si puteus fuerit inter duo atria, non hauriunt ex eo in Sabbatho, niſi fecerint illi parietem altum decem palmis; ſive infra ſive ſupra oram ejus. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit: Scholaſtici Schammaj dicunt: infra; at Scholaſtici Hillelis dicunt: Supra. Dixit Rabbi Jehudah: non eſt paries major muro, qui eſt inter iſta (atria.)

RO. B. DE BARTENORA.

בור שבין שתי וכו׳ *Si puteus fuerit inter duo &c. Si puteus fuerit inter duo atria:* ita ut dimidium ejus in uno, & dimidium (alterum) ejus in altero (atrio) ſit. *Non hauriunt ex eo:* nam unus è poteſtate alterius hauriret: quod prohibitum eſt, niſi atria miſcuerint, unum cum altero. *Sive ſupra*, ut novem palmi parietis ſupra aquam ſint, & unus palmus in aquas immergatur. *Sive infra*; ut novem palmi aquis immerſi ſint; unus verò ſuperius appareat. *Sive* מתוך *è medio oræ ejus:* Etiamſi paries non omninò aquas attigerit. Nam indulgentia eſt, quam de aquis Sapientes indulſerunt. Dicimus namque: Paries aquæ deſcendere facit ſuum interſtitium: modo intra oram fuerit putei, ut tanquam interſtinctio appareat. *Muro, qui eſt inter iſta:* qui diſtinctionem facit inter atria, & diſtinctionem (ſimul) facit ſuper foveâ; ita tamen ut non ingrediatur intra oram ejus. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

בור שבין שתי חצרות וכו׳ *Si fovea inter duo atria &c.* Fovea, quæ eſt inter duo atria, hoc vult, ut paries (*ſeu murus*) diſtinguat inter duo atria ſuper foveam, & ſit pars foveæ in hoc atrio, & pars ejus in atrio altero, quod ad terram foveæ, & quod conjunctum illi. Regula verò eſt, quod paries factus in hac fovea altus eſſe debeat decem palmos. Qui ſi factus fuerit infra aquas, oportet apparere aliquid de eo ſuper aquis (*altum*) palmum, ita ut diſtinguat inter aquas & aquas reſpectu atriorum. Quod ſi factus ſit ſuper aquarum ſuperficie, oportet, ut ingrediatur aliquid de eo in aquas (*altum*) palmum, ut diſtinguat inter aquas, quemadmodum meminimus, verſus fundum ejus (*foveæ.*) Equidem dicit Rabbi Jehudah: reputamus parietem diſtinguentem inter atria, quaſi deſcenderet in imum uſque foveæ: ſed non eſt deciſio juxta Rabbi Jehudam.

ז אמת המים שהיא עוברת בחצר אין (a) ממלאין הימנה בשבת אלא אם כן (b) עשו לה מחיצה (c) גבוה י׳ טפחים בכניסה וביציאה (d) רבי יהודה אומר כותל שעל גבה תדון משום מחיצה אמר רבי יהודה מעשה באמה של אבל שהיו ממלאין ממנה על פי זקנים בשבת אמרו לו מפני שלא היה בה כשיעור :

7. Si ſtagnum aquarum tranſiverit per atrium (aliquod,) non hauriunt ex illo in Sabbatho: niſi fecerint illi parietem altum decem palmos, in introitu & exitu. Rabbi Jehudah dicit: murus, qui ſuper eo, jus dabit nomine parietis. Narravit (inſuper) Rabbi Jehudah factum de Stagno Abel, ex quo hauſerint juxta os Seniorum in Sabbatho. Sed reſponderunt illi: (factum iſtud eſſe) propterea, quod non fuiſſet illi (juſta) quantitas.

(a) Venet. ממלין. (b) Prag. & Menaſſ. עשה. (c) Venet. & Menaſſ. גבוהה. (d) Verba hæc, רבי יהודה אומר כותל שעל גבה תדון משום מחיצה abſunt in Venet.

R. OB. R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

אמת המים שהיא וכו' *Si ſtagnum aquarum tranſiverit &c.* *Stagnum aquarum*, licet in loco privato fuerit, nihilominus eſt Carmelith. *Niſi fecerint illi parietem*: infra ripam ejus, juxta latitudinem ejus, ita ut cognoſcatur, quod propter aquas factus ſit. *De ſtagno Abel*: (Abel) nomen urbis eſt. Tranſivit autem illud ſtagnum per medium atriorum. *Et ex eo hauſerunt*: ſc. in atriis. Profuerunt namque illi parietes muri, qui ſuſpenſi ſuper illud erant. Cæterum R. Jehudah vi rationis iſtius ſuæ, is eſt, qui ſimul circa puteum diſſentit. Sed deciſio juxta eum non eſt. Nam non habuit quantitatem loci Carmelith: quandoquidem non fuit profundum decem palmos: aut non fuit latum quatuor. Nam aquæ nunquam fiunt locus per ſe, ut reputentur pro loco *Carmelith*, niſi profundæ fuerint decem palmos, & latæ quatuor. Si fecerint illi (parietem) in introitu, non autem in exitu, non prodeſt quicquam. Nam conjungetur aquis extra atrium in exitu ſuo, fientque omnia locus *Carmelith*: apparebitque, quaſi inciperent in hoc atrio. Aut, ſi (in exitu, ſed) non introitu (fecerint;) conjungetur aquis ſuperioribus extra atrium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמת המים עוברת בחצר וכו' *Si ſtagnum aquarum tranſiverit in atrium &c.* Oportet incipere ſtructuram ſtagni à tempore ingreſſus ejus in domum, & in loco, ex quo illud exit. Cum conditionibus tamen, quas diximus: ut ſit palmus de pariete in aqua, ſi fuerit paries ſuper aquis; aut palmus ſuper aquis, ſi paries ſub aquis; diſtinguatque inter aquas, quæ ingrediuntur in atrium, & inter aquas, quæ ſunt in loco publico. Indicare autem volo per diſtinctionem aquarum, ipſam diſtinctionem loci illarum. Cæterum quum dicit: *propterea quod non ſit ibi juſta menſura*, (*hoc vult*,) quia non ſunt in altitudine ejus decem palmi, & in latitudine ejus quatuor palmi. Nam quicquid minus eſt iſtis menſuris in altitudine vel latitudine, non poſtulat à nobis parietem: quandoquidem non diſtinguit locum publicum per ſeipſum. Non eſt autem deciſio juxta Rabbi Jehudam.

ח גזוזטרא שהיא למעלה מן (a) הים אין (b) ממלאין הימנה בשבת אלא אם כן עשו לה מחיצה (c) גבוה עשרה טפחים בין מלמעלה בין מלמטה וכן שתי גזוזטראות זו למעלה מזו עשו לעליונה ולא עשו לתחתונה (d) שתיהן אסורות עד שיערבו:

8. Si trabs fuerit ſuper mari, non hauriunt ex ea in Sabbatho: niſi fecerint illi parietem decem palmos altum, ſive ſuperius, ſive inferius. Et ſic ſi duæ trabes fuerint, altera ſupra alteram, faciuntque ſuperiori, non autem faciunt inferiori (parietem;) tum utraque eſt prohibita, donec mixturam fecerint.

(a) Prag. & Menaſſ. מן המים. (b) Venet. ממלין: (c) Venet. גבוהה. (d) Menaſſ. interponit heic aliqua, quare integrum paragraphum ex eo recenſemus: וכן שתי גזוזטראות זו למעלה מזו עשו לעליונה ולא עשו לתחתונה התחתונה מותרת והעליונה אסורה לתחתונה ולא לעליונה שתיהן אסורות עד שיערבו: h. e. *Et ſic, ſi duæ trabes fuerint, altera ſupra alteram, faciunt ſuperiori, non autem inferiori* (parietem.) (Quod ſi) *inferior licita, & ſuperior prohibita, Inferiori, & non ſuperiori* (faciunt parietem.) *Utraque* (tamen) *eſt prohibita, donec mixturam fecerint.* Conferatur jam Rambami ad h. l. annotatio.

R. OB. DE BARTENORA.

גזוזטרא שהיא למעלה וכו' *Si trabs fuerit ſuper &c.* גזוזטרא. Eſt in forma tabulæ, aut locus trabe concluſus, quæ è loco privato ſuper aquas exit & prominet. *Niſi fecerint illi parietem*: Circa totam trabem (aut tabulam) iſtam, aut circa foramen ſaltem ad quatuor palmos quadratos, in medio ejus exſculptum. Dicimus namque: Paries aquæ interſtitium ſuum deſcendere facit. *Sive ſuperius*: ſuper foramen trabis (aut tabulæ.) *Sive inferius*: annexum trabi ab inferiori ejus parte. Rambam verò expoſuit τὸ *inferius*, ſuper aquas verſus foramen trabis: eò quod dicamus: Paries aquæ aſcendere facit interſtitium ſuum; ut adeò idem ſit, ac ſi interſtitium (parietis) ipſum foramen attingeret, quod in trabe eſt, & ex quo aquas hauriunt.

Altera ſuper alteram: ita ut foramen, ex quo hauriunt, in ſuperiori deſpiciat (rectà) verſus foramen inferioris. *Faciuntque ſuperiori*: quando ſocietatem inierint filii inferioris cum filiis ſuperioris, ad faciendum parietem in ſuperiori; non fecerint autem in inferiori: tum ambæ prohibitæ erunt, donec miſcuerint. Poſteaquam enim filii inferioris (ii, ad quos inferior pertinet) participes facti ſunt parietis iſtius, qui ſuperiori eſt, prohibent ipſam (ſuperiorem.) Quod ſi fecerint (parietem) inferiori, non autem ſuperiori, ſi maximè non habuerit partem ſuperior in pariete inferioris, ambæ tamen ſunt prohibitæ. Et ſuperior quidem prohibita eſt: quia non habet parietem; inferiorem verò, quia ſuperiori via per eam patet, ut hæc quoque inde aquas hauriat, hæc (ſuperior) prohibet, donec miſcuerint cum hac. Hæc autem vera ſunt, quando duæ trabes iſtæ à ſe invicem ita diſtinctæ ſunt, ut inter unam ad alteram uſque decem palmi aut plures interſint. Sed ſi ambæ intra decem fuerint, licet utraque parietem fecerit, in æternum tamen ſe invicem prohibent, donec miſcuerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גזוזטרא שהיא למעלה מן המים וכו' *Trabs quæ eſt ſuper aquis &c.* Trabis figuram jam ſupra deſcripſimus. Eſt nimirum locus (*ſ. pars*) trabis, egredientis è pariete loci privati ſuper locum publicum. Itaque forte de iſta trabe egredietur aliquid ſuper fontes aquarum & fluvios, ſicut arbor aut ramus; perforabuntque per eam foramen, ut hauriant per iſtud foramen ex fonte aut flumine. Hinc dixit hîc, quod non licitum ſit haurire ex iſto foramine deorſum, donec fecerint parietem infra iſtud foramen, deſcendentem (*deorſum;*) parietem (*inquam*) ſuſpenſum, altum decem palmos, inſtar alvei. Cujuſmodi frequenter faciunt apud nos. Et tunc vocatur גור אחית מחיצתה *Paries, qui deſcendere facit maceriem ſuam.* Reputamus namque iſtum alveum, quaſi attingeret aquas. Aut faciunt parietem ſuper aquis, qui dicitur, גור אסיק מחיצתה *Paries qui aſcendere facit maceriem ſuam.* Reputamus enim maceriem quaſi attingeret ipſum foramen, quod eſt in trabe, unde hauriunt aquas, & adhæret ipſi; ut ſit hauſtio intra maceriam. Quod ſi fuerint in atrio aliquo duæ contignationes, quarum una ſuper alteram, exiveritque ex unaquaque contignatione trabs, & foramen unum verſus alterum foramen, ita, ut quando contignatio (*ſuperior*) demittit ſitulam ad hauriendum, ingrediatur ſitula per foramen trabis inferioris (*contignationis;*) & porrò perveniat ad aquas, quod contingit frequenter; tum obſerva tibi, quod de hoc ſint (*diverſa*) jura: quæ quidem recenſebo tibi. Si (*nimirum*) fuerint duæ trabes intra decem palmos, tum quilibet illarum prohibet alteram, ſi maximè fecerint parietem; ita ut non licitum ſit haurire, niſi per mixturam, quam faciant poſt ſtructuram parietum. Verùm ſi non fuerint duæ (*iſtæ*) trabes intra decem palmos, ſed majus (*ſpatium*) interfuerit inter illas iſtâ diſtantiâ: tum rurſus incidit diſcrimen. Nam ſi fecerit ſuperior parietem; non autem fecerit inferior; tum ſuperior eſt licita, inferior prohibita. Quod verò in hâc Miſchna dicunt, *utramque eſſe prohibitam*, cum hac conditione (*accipiendum eſt*,) quando inferior conditionem iniverit cum ſuperiore, ad faciendum parietem ſecum. Hinc eſt, quod perhibet illam, donec mix-

mixturam fecerint. Quod ſi fecerit inferior, ſuperior autem non fecerit, ſimiliter utraque prohibita eſt; propterea, quod ſuperior participet cum inferiori hactenus, quod partem habeat de aquis. Atque ſic trabs inferior prohibet illam; & ſuperiori ipſi etiam non eſt licitum haurire, quum non fecerit parietem. Ideoque ambæ ſunt prohibitæ. At ſi fecerint parietem, ambæ erunt licitæ. Quoties autem (*hactenus*) diximus, prohibitas eſſe, hoc voluimus dicere, quod prohibitæ ſint, donec fecerint mixturam.

ט חצר שהיא פחותה (a) מארבע אמות אין שופכין בתוכה מים בשבת אלא אם כן עשו לה עוקה מחזקת סאתים מן הנקב ולמטה בין מבחוץ בין מבפנים אלא שמבחוץ צריך לקמור מבפנים אין צריך לקמור:

(a) Amſtel. ארבעה.

9. Si atrium (aliquod) minus fuerit quatuor ulnis, non effundunt in eo aquas in Sabbatho, niſi fecerint illi foveam continentem duas Seas, à foramine & deorſum; Sive foris fuerit, ſive intus, (non refert;) niſi quod, quæ foris eſt, eam oportet fornicis in formam ædificare; cum intus non opus ſit fornicem extruere.

R. OB DE BARTENORA.

חצר שהיא פחותה וכו׳ *Si atrium aliquod minus &c. Non effundunt in eo aquas in Sabbatho:* nam intra quatuor (plenas) ulnas, aquæ, quibus homo quotidie uti ſolet juxta conditionem ſuam, abſorbetur in loco ſuo, nec in locum publicum exeunt; intra id verò, quod quatuor ulnis minus eſt, non abſorbentur in loco ſuo, ſed in locum publicum exeunt. עוקה eſt *fovea. Continentem duas Seas:* propterea quod hæc hominis conditio ſit, ut duæ Seæ aquarum in ſingulos dies ipſi ſufficiant. *A foramine & deorſum:* ut cavitas foveæ duas Seas contineat, antequam aquæ ad foramen, quod in ora ejus eſt, & per quod in locum publicum effluunt, pertingant. *Sive foris fuerit, ſive intus:* ſive fecerit (quis) foveam in atrio, ſive fecerit eam in loco publico.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חצר שהיא פחותה מד׳ אמות וכו׳ *Atrium ſi fuerit minus IV. ulnis &c.* Quando habebit atrium aliquod pauciores quam quatuor ulnas ſuper quatuor ulnis (*h. e. in quadratum,*) tum, quando homo effuderit aquas, quibus uſus eſt, in hoc atrio exiguo, exibunt aquæ in locum publicum: & quidem aquæ effluent in locum publicum, ut non ſit impedire potis. Ideoque prohibitum ipſi erit effundere aquas in ejuſmodi atrio, donec fecerit עוקה i. e. *foveam*, in qua congregentur aquæ, continentem duas Seas; *ſub foramine*, quod ſit in iſta fovea, ut aquæ exeant per illud. Statuimus namque, quod id, quo indigeat homo de aquis die uno, ſummum ſit duarum Searum. Cæterum, quum dicunt: *ſive intus ſive foris*, hoc ſignificat, quod idem ſit, ſive faciat quis foveam intra domum, ſive extra domum; ita quidem ut hæc fovea, in qua congregantur aquæ, ſit extra domum (*tantum.*) Quod ſi verò fecerit foveam extra atrium (*etiam,*) oportet, ut circumducat circa eam ſtructuram aliquam ejuſmodi, quæ diſtinguere poſſit à loco publico. קמירה eſt *ſtructura* fornicis ſupernè. Ubi dicit (*Scriptura Num. VII. v. 3.*) *Sex currus* צב *fornicis*, (*Targum habet*) קמורות *fornicatos*, q. d. quod fuerit ſuper illis tegumentum inſtar קובות fornicum. Quod (קובות) eſt deſumtum ex (*Num. XXV. v. 8.*) *Virum Iſraël in* הקובה *tabernaculum ejus.*

י רבי אליעזר בן יעקב אומר ביב שהוא קמור (a) ארבע אמות ברשות הרבים שופכין לתוכו מים בשבת וחכמים אומרים אפילו גג או חצר מאה אמה לא ישפוך על פי הביב (b) אבל שופך (c) הוא לגג והמים יורדין לביב החצר והאכסדרה מצטרפין לארבע אמות:

(a) Amſtelod. ארבעה. (b) Venet. על פי הביב בשבת. Menaſſ. שופך הוא על הגג.

10. Rabbi Elieſer filius Jacob dicit: ſi foſſa in fornicem extructa fuerit ad quatuor ulnas in loco publico, effundunt in medium ejus aquas in Sabbatho. Sed Sapientes dicunt: ſi maximè tectum (aliquod) aut atrium centum fuerit ulnarum, tamen non effundet (quiſquam) ſuper os foveæ: licet effundat ſuper tectum, ut aquæ decidant in foveam. Atrium & exedra conjunguntur in quatuor ulnas.

(c) Venet. אבל שופך הוא מגג לגג Prag. אבל שופך כגג לגג

R. OB. DE BARTENORA.

Oportet לקמור *in fornicis formam ædificare:* ut extruatur ſuper ea aliquid in forma fornicis ſuperius coopertæ, ut ſit diſtincta (fovea) à loco privato. ביב eſt foſſa facta, ut aquæ, quæ in atrio effunduntur, in locum publicum effluant: eaque fornicata (ſeu fornice ornata) per tractum (ſeu ſpatium) quatuor ulnarum verſus locum publicum. Nam quatuor ulnæ menſura ſunt, intra quam duæ Seæ aquarum, quæ homini in ſingulos dies ſufficiunt, abſorbentur. *Effundunt in medium ejus:* Si quidem aquæ conſumuntur, nec in locum exeunt publicum. *Non effundet ſuper os foveæ* (vel, *foſſæ:*) quia namque in eam ipſam effundit, effluunt manifeſte & in locum publicum exeunt: quod qui videt, dicit, quod prope exitum ejus effuderit eas in locum publicum. Deciſio verò eſt juxta Sapientes. *Conjunguntur in quatuor ulnas:* ſi atrium cum exedra quatuor ulnas quadratas habuerit, conjunguntur, licitumque eſt aquas in medium ejus (atrii) effundere, nec fovea opus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי אליעזר בן יעקוב אומר וכו׳ *Rabbi Elieſer filius Jacobi dicit &c.* ביב Eſt *ſtagnum* aut *canalis*, quo effunduntur aquæ, ut exeant in locum publicum. Dixit itaque R. Elieſer Filius Jakob, quod, quando fuerit ſtructura fornice tecta in loco publico, licitum ſit effundere eò aquas in Sabbatho ex atrio. Et licet aquæ, quæ exeunt ex atrio, fluxerint quatuor ulnas ſub fornicem, tamen licitum erit effundere aquas in iſtum canalem per exitum canalis, qui in atrio; propterea, quod non exeat in locum publicum (*canalis*;) ſed aquæ abſumantur ſub iſtas quatuor ulnas extructas foris. At Sapientes prohibent effundere per exitum canalis, quocunque etiam modo fiat: quandoquidem ſit quaſi effundens in locum publicum: potius effundat extra canalem, ut aquæ fluant ad illum. Porrò explicavimus ſupra, quod אכסדרא *Exedra* ſit locus circumdatus à tribus lateribus ſuis. Si itaque fuerit in atrio juxta exedram (*ſpatium*) quatuor ulnarum ſuper quatuor ulnas, licitum erit effundere aquas in atrio, nec opus habebunt fovea, ut ibi congregentur aquæ. Deciſio tandem eſt juxta Sapientes.

יא וכן שתי דיוטאות זו כנגד זו מקצתן עשו עוקה ומקצתן לא עשו עוקה את שעשו עוקה מותרין את שלא עשו עוקה אסורין :

11. Et ſic duo tabulata unum e regione alterius, ſi nonnulli fecerunt foveam; nonnulli verò non fecerunt foveam: tum qui fecerunt foveam, licentiam habent: qui vero non fecerunt foveam, prohibiti ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

וכן שתי דיוטאות וכו׳ *Et ſic duo conclavia &c.* דיוטאות ſunt *conclavia*, quorum unum è regione alterius; ita ut atrium quatuor ulnis minus, in quo aquas ſuas effundant, ante ipſa ſit. *Si nonnulli:* ſc. filii conclavis unius fecerunt foveam in atrio, ſed filii alterius non fecerunt. *Si qui non fecerunt foveam, prohibiti ſunt:* omni eo tempore, quo non miſcuerint. Nam ſi permitteretur his uti fovea iſtorum; eò deventuri eſſent, ut vaſa cum rebus effundendis è domibus exportarent, & manifeſtè in atrium deportarent uſque ad oram foveæ pedibus ſuis. Atqui hic (qui iſtud faceret) foret transferens in atrio, in quo non miſcuiſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכן שתי דיוטאות זו כנגד זו וכו׳ *Et ſic ſi duo conclavia, unum è regione alterius &c.* דיוטאות *Conclavia*, nota (*vox*) eſt. Et ſic דירין *Habitationes.* Cæterum hîc loquitur de eo, quando fuerint duo iſta conclavia unum è regione alterius; ita, ut inter illa ſit atrium, quò utrumque effundat aquas. Tum ſi fecerit poſſeſſor conclavis unius עוקה i. e. *foveam* in atrio à parte ſua, non licitum erit hominibus atrii alterius effundere aquas cum vicino in iſtam foveam, donec mixturam fecerit. Timendum namque eſt, ne fortè utantur ex habitationibus atrio (*quoque*) ſine mixtura, ſi permiſerimus ipſis effuſionem aquarum è domibus eorum in iſtam foveam. Atque hæc intentio eſt hujus conſtitutionis.

פרק ט כל גגות העיר רשות אחת (a) ובלבד שלא יהא גג גבוה עשרה או נמוך עשרה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים כל אחד ואחד רשות בפני עצמו רבי שמעון אומר אחד גגות ואחד חצירות ואחד קרפיפות רשות (b) אחד לכלים ששבתו לתוכן (c) ולא לכלים ששבתו בתוך הבית :

Caput 9. Omnia tecta urbis (cujuſcunque) ſunt poteſtas una: modo tectum unum non fuerit altius (altero) decem (palmos,) aut (alterum) depreſſius decem (palmos:) verba ſunt Rabbi Meïr. Sed Sapientes dicunt: Unumquodque eſt poteſtas per ſeipſum. Rabbi Schimeon dicit: Sive tecta fuerint, ſive atria, ſive Karpephoth, poteſtas una ſunt vaſis, quæ ſedem Sabbathicam in iis habent; non autem vaſis, quæ ſedem Sabbathicam nacta ſunt intra domum.

(a) Venet. אחת הן. (b) Amſtelod. רשות אחת הן לכלים. (c) Menaſſ. לא.

R. OB. DE BARTENORA.

כל גגות העיר וכו׳ *Omnia tecta urbis &c. Omnia tecta urbis (cujuſcunque) poteſtas una ſunt:* Et licet habitationes diviſæ deorſum fuerint duobus hominibus, omni tamen modo tectorum, quorum uſus non eſt perpetuus, poteſtas diviſa non eſt; Et *ſi vaſa in uno tecto ſuam ſedem Sabbathicam nacta fuerint, in alterum illa transferre licet.* Modo tectum (unum) non fuerit altero altius decem palmis. Nam ſi (unum) diſcrepaverit à reliquis decem palmis ratione altitudinis, prohibitum erit transferre ex illo in tecta (reliqua.) Ratio rei deſumta eſt à clivo decem palmos alto, & quatuor palmos lato in loco publico; ne quis eo progrediatur, ut in humeros (quid) elevet illius beneficio.

Unumquodque eſt poteſtas pro ſe ipſo: & niſi habitationes, quæ ſub illis ſunt, miſcuerint, prohibitum eſt ex uno in alterum transferre. Rabbi Schimeon plus omnibus indulget, dicitque: Tecta & atria, & *Karpephoth*, quæ ſpatio duarum Scarum majora non ſunt, quandoquidem uſus eorum nec uni rei certæ deſtinatus, nec perpetuus eſt, una poteſtas ſunt, & ſine mixtura ex uno in alterum transferunt; Etſi tecta decem palmis vel pluribus altiora, aut decem palmis, vel quicquid infra eſt, depreſſiora fuerint. Nam juxta R. Schimeonem mixturæ atriorum introductæ non ſunt, niſi propter vaſa domus. *Vaſis quæ ſedem Sabbathicam in iis habent:* vaſa, quæ ſedem Sabbathicam in aliquo illorum nacta ſunt, ex uno in alterum traducunt. *Non autem vaſis, quæ ſedem Sabbathicam nacta ſunt intra domum:* & quæ deportavit (quis) in atrium, beneficio hujus, quod filii atrii miſcuerunt: illa, inquam, transferre ex uno atrio in aliud atrium prohibitum eſt, ſi non ſimul duo atria miſcuerunt. Deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל גגות העיר רשות אחת וכו׳ *Omnia tecta urbis ſunt una poteſtas (locus) &c.* Quamvis R. Meïr exiſtimaverit, quod ſint poteſtas (*ſeu locus*) unus, quando alia ab aliis fuerint diſtincta, tamen non licitum eſt apud ipſum, uti (*illis, transferendo*) ex aliis ad alia. Dicit enim, in quocunque loco tu inveneris duas poteſtates, quæ (*ſuo modo*) fiant una poteſtas, prohibitum eſt educere (*quid*) ex hac in alteram. Exempli loco, eſto columna in poteſtate (*ſeu loco*) privata, alta decem palmos, & lata quatuor (*palmos.*) Sed Sapientes dicunt de tectis; quemadmodum diſtinctæ ſunt poteſtates deorſum; ſic etiam diſtinctæ ſunt (*poteſtates*) ſurſum; ut unumquodque tectum diſtinctum ſit ab altero. Rabbi verò Schimeon dicit, quod diſtinctio & diſcrimen in loco habitationis tantum (*obſervandum*) ſit: ſed atria domuum, & tecta, & loca circumdata muro, aut parietibus, nec facta per habitationem hominum, quæ vocantur קרפפות *Karpephoth*, quemadmodum expoſitum eſt in hoc (*ipſo*) tractatu aliquoties, omnia ſint una poteſtas, quoad ea vaſa, quæ fuerint in iiſdem (*iſtis*) locis, quum Sabbathum ingreſſum fuerit. Interim exportare vaſa ex habitationibus, & ponere ea in atrio*, & transferre ex atrio in atrium aliud, non licitum eſſe. Ubi quidem dictum R. Schimeonis, quod licitum ſit exportare id, quod in atrio hoc, in atrium aliud, eodem modo ſe habet, ſive fecerint domeſtici mixturam, ſive non fecerint mixturam. Nec dicere debemus, quod fortè, ſi fecerint mixturam, exportare poſſint id, quod in domibus illorum, in atrium, & poſtea auferre idem in atrium aliud. Juxta ſententiam vero R. Schimeonis licitum eſt homini, ut exportet rem, quæ fuerit in atrio (*illius*) domus, in qua Sabbathicam ſuam ſedem conſecuta eſt, in tectum, & ex tecto in atrium alterum, & ex atrio altero in *Karpeph*, & ex *Karpeph* in tectum alterum, & porrò ſemper; ita quidem, ut poſſit transferre iſtam rem, & circumducere per totam urbem ſuper tectis, & ſuper atria domuum, & per loca circumdata parietibus, ſi non fuerit in iis habitatio. Interim hoc manet prohibitum, ut exportemus rem aliquam de iis, quæ in domo ſunt, in domum aliam, aut in tectum, niſi fecerint mixturam inter duas domos. Et (*ſane*) deciſio eſt juxta R. Schimeonem; ſive fuerint alta tecta, ſive humilia.

ב גג גדול סמוך לקטן הגדול מותר והקטן אסור חצר גדולה שנפרצה לקטנה גדולה מותרת וקטנה אסורה מפני שהיא כפתחה של גדולה חצר שנפרצה לרשות הרבים המכניס מתוכה לרשות היחיד או כרשות היחיד לתוכה חייב דברי רבי אליעזר וחכמים אומרים כתוכה לרשות הרבים או כרשות הרבים לתוכה פטור מפני שהיא ככרמלית :

2. Si tectum magnum contiguum fuerit tecto parvo: tum magnum eſt licitum; parvum verò prohibitum. Si atrium magnum perruptum fuerit verſus parvum: tum magnum licitum; parvum verò prohibitum: propterea quod (ruptura) ſit quaſi porta magni. Si atrium (aliquod) perruptum fuerit verſus locum publicum: tum quiſquis (aliquid) infert è medio ejus in locum privatum, aut è loco privato in medium ejus, reus fit: ſunt verba Rabbi Elieſeris. Sapientes dicunt: è medio ejus in locum publicum, aut è loco publico in medium ejus, liber eſt; propterea quod ſit ſicut Karmelith.

R. OB. DE BARTENORA.

גג גדול סמוך וכו׳ *Si tectum magnum contiguum &c. Magnum licitum eſt:* ad educendum in illud vaſa domus, quæ ſub eo eſt; nec filii (ſeu domeſtici) parvi illud prohibent. Nam reſpectu magni ruptura hæc oſtium (quaſi quoddam) eſt, & licitum per clauſuras prominentes partim hinc, partim iſtinc in lorica, quæ circa tecta eſt; ut adeò habeatur pro obſtructione: modo ruptura decem palmis major non fuerit.

Verum parvum prohibitum eſt: quo minus in illud vaſa domus educantur. Filii namque magni prohibent illud; quandoquidem ruptum eſt in plenitudine ſua (ſeu totum.) *Tum magnum licitum*: propter clauſuras, quæ relictæ ſunt utrinque, ruptura hæc erit quaſi oſtium. *Parvum verò prohibitum:* quandoquidem in plenitudine ſua (totum) perruptum eſt. Hoc verò tantummodo, quum ante Sabbathum perruptum fuerit. Sed ſi in Sabbatho perrumpitur, etiam parvum licitum eſt: quandoquidem enim aliqua Sabbathi parte, antequam perruptum eſt, licitum fuit, in totum Sabbathum licitum erit. *Si atrium (aliquod) perruptum fuerit verſus locum publicum:* dum paries, qui locum publicum ſpectat, in plenitudine ſua (ſeu totus) aut ultra (ſaltem) decem palmos corruit. *Reus fit:* quia in loco publico eſt. *Liber eſt*: prohibitum ipſi tamen; quia non eſt locus publicus; ſed Carmelith. Deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גג גדול סמוך לקטן וכו׳ *Si tectum magnum conjunctum parvo &c. Atrium magnum, quod perruptum eſt verſus parvum, (ita accipiendum eſt,)* ut parvo non ſint niſi tres parietes; magno autem locus perruptus juxta ſimilitudinem portæ: quemadmodum planum fit ex figura, quam deſcripſimus. Valetque hoc jus (*ſ. lex,*) quando perruptus eſt (*paries*) à veſpera Sabbathi. Sed ſi perruptus fuerit in Sabbatho, etiam parvum licitum erit, ut utantur habitationibus ejus, quemadmodum fuit (*licitum prius:*) poſteaquam habuit permiſſionem, antequam perrumperetur paries. Regula namque apud nos eſt: quicquid eſt licitum in parte Sabbathi, id eſt licitum per totum Sabbathum. Et juxta hunc ipſum modum ſe habent tectum magnum, & tectum parvum; quando paries aliquis tecta circumdederit. Sed ſi nulla ibi fuerit circummunitio, omnia ſunt poteſtas una; quemadmodum (*ſuprà*) expoſuimus. Prætereà quod dicunt: *Atrium quod perruptum eſt verſus locum publicum*, hoc vult, quando collapſus fuerit paries totus, à parte loci publici, & relicti tres parietes. Tum itaque Rabbi Elieſer putavit, eſſe locum publicum iſtos (*parietes;*) ſed Sapientes ſtatuerunt, illos eſſe *Karmelith*. Expoſui autem pridem ab initio (*tractatus*) Schabbath quatuor poteſtates, (*ſ. loca,*) & jura earum. Nunc verò ſciendum, quod, quando dicunt, liberum eſſe, hoc ſit (*accipiendum,*) quod non ſit reus mortis quidem; ſed tamen prohibitum fit. Cæterum non eſt deciſio juxta R. Elieſerem.

ג חצר שנפרצה (a) לרשות הרבים משתי רוחותיה וכן בית שנפרץ משתי רוחותיו וכן מבוי (b) שנטלו קורותיו או לחייו מותרין (c) באותו שבת ואסורין לעתיד לבא דברי רבי (d) יודא רבי יוסי אומר אם מותרין (e) לאותו שבת מותרין לעתיד לבא ואם אסורין לעתיד לבא אסורין (f) לאותו שבת :

3. Atrium quando perruptum fuerit verſus locum publicum à duobus ventis ſuis: item, ſi domus perrupta fuerit à duobus ventis ſuis: nec non ſi introitu ablatæ fuerint trabes ejus, aut aſſeres ejus (ſeu tabulæ:) permiſſa ſunt in illo ipſo Sabbatho (quo iſta facta;) prohibita autem in ſequens proximè: Verba ſunt Rabbi Judæ. Rabbi Joſe dicit: ſi permiſſa ſunt illi ipſi Sabbatho, licita etiam erunt proximè ſequenti: & ſi prohibita ſunt proximè ſequenti, prohibita etiam erunt illi ipſi Sabbatho.

(a) לרשות הרבים abeſt in Venet. (b) Venet. שנטלה קורתו. (c) Venet. באותה. (d) Sic Venet. & Amſtel. ſed Prag. & Menaſſ. רבי יהודה. (e) Venet. לאותה. (f) Venet. & heic לאותה.

R. OB. DE BARTENORA.

חצר שנפרצה וכו׳ *Si atrium aliquod perruptum fuerit &c. A duobus ventis ſuis:* ab uno quidem vento, ſed qui duos ventos includit, e.g. ſi perruptum fuerit in cornu anguli: licet ruptura decem palmos non habuerit. Hic namque in cornu anguli pro porta non reputatur. Portam namque in cornu anguli homines facere non ſolent. At ruptura decem palmos excedens, etiam ab uno vento, prohibet. *Item ſi domus perrupta fuerit à duobus ventis ſuis:* Quando perrupta fuerit in cornu anguli, & pars de hoc pariete, & pars de iſto pariete ceciderit, ita ut trabs non extendatur protendaturque ſuper locum perruptum. Sed ſi trabs protenſa fuerit ſuper locum rupturæ, ruptura domum non prohibet. Dicimus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חצר שנפרצה ל״רה משתי רוחותיה וכו׳ *Atrium, quod perruptum eſt verſus locum publicum à duobus lateribus &c.* Hæc ruptura, qua atrium perruptum, eſſe debet decem ulnarum, aut minor, & non in porta, ſed in cornu anguli. Nam portam in cornu anguli non ſolent homines facere. Sin amplior decem ulnis fuerit, ſi maximè fuerit in uno latere, prohibitum eſt (*atrium.*) Domus autem hæc, quam diximus perruptam à duobus lateribus (*ſ. ventis*) ſuis, eſt (*ita accipienda,*) ut perruptus ſit ordo, (*ſ. ſtructura*) eorum, & ſubrutus angulus (*aliquis*) ex angulis ejus, cecideritque pars de hoc pariete, nec fuerit trabs extenſa ſuper locum rupturæ, ſed fuerit (*ipſe*) repoſitorium trabium in con-

mus namque: extremitas trabis deſcendit, & obſtruit. *Permiſſa ſunt in illo ipſo Sabbatho:* Quum in parte ejus permiſſa fuerint. *In ſequens proxime.:* in Sabbathum inſequens.

Rabbi Joſe dicit: ſi permiſſa &c. q. d. Quemadmodum prohibita ſunt in proximè ſequenti; ſic prohibita ſunt in hoc ipſo Sabbatho. Et deciſio quidem eſt juxta R. Joſen. Nam non dicimus: ſi pars Sabbathi permiſſa fuerit, permiſſum erit totum, niſi de re commixtionis; quod ſc. quando fuerit res, quæ beneficio commixtionis permiſſa ſit in parte Sabbathi, emerſerit autem (alia) res in illo ipſo Sabbatho, quæ ſufficiens ſit, ut per eam mixtura irrita reddatur, mixtura tamen irrita non reddatur: ideo quod, quum pars Sabbathi permiſſa fuerit, totum etiam permiſſum ſit. Verum de loco, in quo parietes ante Sabbathum fuerunt, ſed parietes ejus perrupti ſunt in Sabbatho, non dicimus: Quandoquidem pars Sabbathi permiſſa fuit, totum permiſſum eſt.

contignatione ſua, juxta hanc figuram. Et ideò interdicta erit (*domus.*) Sed quando (*paries*) perruptus fuerit juxta hanc (*alteram*) figuram, licita erit. Nam regula eſt apud nos: Os (*ſ. extremitas*) trabis deſcendit & obſtruit. Rabbi Joſe dicit: prohibiti ſunt in iſto Sabbatho, & prohibiti ſunt in venturo. Et deciſio quidem eſt juxta Rabbi Joſe. Nec eſt, ut cogites, quaſi hoc dictum obſtet ei fundamento, quod ante commemoravit: ubi diximus: (*quicquid*) licitum eſt in parte Sabbathi, licitum eſt per totum Sabbathum. Nam quod ibi diximus, id eſt (*accipiendum*) de jure mixturæ; dicere volo, ut (*quis*) utatur poſt ingreſſum Sabbathi eo, cujus uſum in eodem loco impedire videtur, quod profanata fuerit mixtura in eo; ſed cum fuerint liciti (*loci*) à veſpera Sabbathi, liciti etiam ſint per totum Sabbathum. Hoc verò loco loquitur de parietibus, quando perrumpuntur, & uſus redditur prohibitus propter remotionem parietum; non autem propter ablationem mixturæ.

ד הבונה עלייה על גבי (a) שני בתים וכן גשרים המפולשים מטלטלין תחתיהן בשבת דברי רבי יהודה וחכמים אוסרין ועוד אמר רבי יהודה מערבין למבוי המפולש וחכמים אוסרין :

(a) Menaſſ. שתי.

4. Si quis conclave (aliquod) ædificaverit ſuper duabus domibus, ſimiliterque pontes apertos, transferunt ſub illis in Sabbatho: verba ſunt Rabbi Jehudæ. Sed Sapientes prohibent. Præterea verò dixit Rabbi Jehudah: miſcent pro introitu aperto. Sed Sapientes (etiam hoc) prohibuerunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הבונה עלייה על וכו׳ *Si quis ædificaverit conclave &c. Super duabus domibus:* quæ ſunt à duobus lateribus loci publici; transferunt ſub (iſto) conclavi: nam extremitas trabis utrinque deſcendit, & obſtruit. *Similiterque pontes aptos:* quibus ſint parietes interius in duobus lateribus. *Miſcent pro introitu* aperto: cum duos habeat parietes. Putavit namque (R. Jehudah:) ſi quis introitus duos parietes juxta legem habuerit, erit locus privatus. Sed deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הבונה עלייה על גבי שני בתים וכו׳ *Si quis ædificat cœnaculum ſuper duas domos &c.* Rabbi Jehudah putat, quod, poſteaquam locus privatus habeat duos parietes, jam diſtinctus ſit à loco publico. Sic enim dicit: duo parietes legis ſunt. Atque hinc licita eſt apud ipſum mixtura in duobus parietibus. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

פרק י המוצא תפילין מכניסן זוג זוג רבן גמליאל אומר שנים שנים במה דברים אמורים בישנות אבל בחדשות פטור מצאן צבתים או כריכות מחשיך עליהן ומביאן ובסכנה מכסן והולך לו :

Caput 10. Si quis exportaverit (in agrum) Thephillin, infert (in urbem, vel domum) ea par poſt par, (unum in capite, alterum in brachio:) Rabban Gamaliel dicit: bina & bina (paria ſcil. duo in capite, & duo in brachio.) De quibus verò verba dicta ſunt? De veteribus; ſed quod ad nova, liber eſt. Sin invenerit (quis) ea, ut ſint faſciculi aut involucra: tenebras ſuper illis expectat, & tum ea infert. In periculo tamen contegit illa, & abit ſibi.

R. OB. DE BARTENORA.

המוצא תפילין וכו׳ *Si quis exportaverit Thephillin &c.* In agrum (h. e.) in locum, ubi cuſtodita non ſunt. *Par poſt par:* unum in capite, & alterum in brachio; quemadmodum ea in profeſto induit. Atque hoc eſt זוג *Par.* Redit autem ſubinde, & introducit par poſt par, donec omnia introduxerit. Exiſtimavit (hic Doctor:) Sabbathum eſt tempus Thephillin, niſi quod Sapientes decretum fecerunt (prohibitorium) ex ſollicitudine, ne forte lorum ſolvatur, portetque ſecum (aliquis) in manu ſua. Cæterum (pergit idem) ſi quis plura, quam par, induerit, eſt contra (interdictum:) ne addas (quicquam.) Quando verò iſtud interdictum, ne addas, acceſſerit, fiunt iſta ſuper illo onus, ſicut (quodvis aliud) onus. Sed Rabban Gamaliel exiſtimavit: Sabbathum non eſt tempus Thephillin: atque hæc ratio eſt, quare Doctores noſtri ereptionem (eorum) permiſerunt; quod nimirum ornamentum ſint, hinc introducere quis illa poterit, duo paria poſt duo paria; cum duo paria ornamentum ſint. Siquidem legimus: Locus eſt in capite, ad ponendum in eo duo Thephillin: quantò verò magis, quum ornamentum fuerint, licita erunt? Nec interdictum, ne addas, hic locum habebit; quum hic nullum omninò de The-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המוצא תפילין מכניסן זוג זוג וכו׳ *Si quis effert Thephillin, infert par poſt par &c.* זוג זוג *Par poſt par:* quod ita interpretandum; (*Thephillin*) capitis & Thephillin manus (*ſingula.*) Et hoc vult, ut apponat ea, quæ manus ſunt, manui; & ea, quæ capitis ſunt capiti. Exiſtimavit enim (*hic Doctor,*) quod Sabbathum ſit tempus Thephillin. At Rabban Gamaliel dicit: Sabbathum non eſt tempus Thephillin, & prohibitum eſt, illa in Sabbatho apponere. Permiſerunt tamen (*Doctores*) illa induere, ad eripiendum illa, ne pereant. Et ideò eripiunt illa bina & bina (*paria;*) volo dicere, quod alliget duo, quæ capitis ſunt, capiti ſuo, & duo, quæ ſunt manus, manui ſuæ. Quæ verò verba accipienda ſunt, quando fuerint vetera cum locis ſuis & nodis ſuis. Sed quando fuerint nova, ſine locis & ſine nodis, non moleſtiam imponimus ipſi, ut recondat ea. Nam fortè eſſet amuletum in forma Thephillin factum, & juxta eorundem proprietates. צבתים idem eſt ac אגודות *faſciculi.* Eſtque ex ſignificatione, (*quam habet Ruth. II. v. 16.*) dimittendo dimittite illi מן הצבתים *de manipulis.* Similiterque כריכות (*ſignificat faſciculos ſeu manipulos.*) Diſcrimen tamen inter illa (*vocabula*) eſt; quod צבתים ſint illa (*Thephillin*) quæ

Thephillin præceptum ſit, ſed ſe habeant, ut reliqua communia ornamenta. Verum deciſio non eſt juxta Rabban Gamalielem.

De Veteribus: quorum nodus agnoſcitur. Hæc namque certò Thephillin ſunt, & ſuam habent ſanctitatem, prohibitumque eſt, in loco contemto illa relinquere. Sed *propter nova* non profanant Sabbathum, ut illa introducant. Fortè namque vulgare aliquod amuletum ſunt. Nec ſanctitatem habet: niſi illa quæ facta ſunt juxta morem eorum, & titulo eorum. צבתים ſunt, quando ſingula paria colligata ſunt ſeorſim: כריכים, quum multa ſimul. *Tenebras ſuper illis expectat:* manet, & cuſtodit illa ibi, uſque dum tenebræ obortæ fuerint; & ubi tenebræ fuerint, omnia ſimul introducit; & quidem, quemadmodum multa ſimul ſunt. Nam ſi par poſt par ſecum portaret, abſportatio eorum ante noctem non abſolveretur. Quod ſi tamen ſic ſe res habuerit, ut introductio eorum in domum ante noctem abſolvi poſſit; par poſt par introducit, ſicut (ſupra) diximus. *In periculo tamen:* quum decretum perſecutionis fecerint, ne Thephillin applicentur. Cæterum Miſchnæ aliquid deeſt. Vult autem ita dicere: de quo verba dicta ſunt? de periculo perſecutionis; ſed ſi quis timuerit expectare ibi propter latrones, portat illa ſecum paulo minus, quam ad quatuor ulnas, iteratis ſubinde vicibus.

quæ ſunt capitis & manus ſeorſim alligata alterum cum altero ſolum: כריכות autem ſint, quando plura colligata ſunt in unum nodum. At quod dicimus: tenebras expectat ſuper illis, hanc conditionem habet, quando fuerint adeò multa, ut non poſſit in eo, quod relictum fuerit de die, inferre illa alligata bina & bina, per modum indumenti: quemadmodum indicavit & dixit. At in periculo contegit illa, nimirum quando fuerit, quod Deus procul abeſſe jubeat à nobis, tempus anguſtiæ (*ſ. perſecutionis*) ita, ut, ſi deprehendantur in manu ejus, eveniat ipſi damnum. Verum ſi à latronibus tantum ſibi timet, portabit ſeu promovebit illa paululum, iterumque paululum infra quatuor ulnas; quemadmodum expoſuimus in Capite ultimo (*tractatus*) de Sabbatho. Cæterùm non eſt deciſio juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

ב רבי שמעון אומר נותנן לחבירו וחבירו לחבירו עד (a) שמגיע לחצר החיצונה וכן בנו נותנו לחבירו וחבירו לחבירו אפילו (b) מאה רבי יהודה אומר נותן אדם חבית לחבירו וחבירו לחבירו אפילו חוץ לתחום אמרו לו לא תהלך זו יותר מרגלי בעליה׃

(a) Menaſſ. שמגיעה. (b) Menaſſ. אפילו הן מאה.

2. Rabbi Schimeon dicit: dat illa ſocio ſuo (ſeu proximo ſuo,) & ſocius ejus, ſocio ſuo; donec pervenire faciat (ea) ad atrium exterius urbis. Sic etiam filium ſuum (in agro natum) dat ſocio ſuo, & ſocius ejus ſocio ſuo: Si vel centum ſint. Rabbi Jehudah dixit: dat homo dolium ſocio ſuo, & ſocius ejus ſocio ſuo, etiam extra terminum Sabbathicum. Reſponderunt illi: non ibit iſtud ulterius, quam pedes poſſeſſoris ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

ר״ש אומר נותנן וכו׳ *Rabbi Schimeon dicit; dat illa &c. Dat illa ſocio ſuo:* & non portat illa paulo minus, quam quatuor ulnas, quando ſibi à latronibus timet: ob caſum, ne fortè transferat illa ab initio quatuor ulnarum uſque ad finem earum. Et deciſio quidem eſt juxta R. Schimeonem. *Sic etiam filium ſuum*, quem Mater ejus in agro peperit in Sabbatho, dat ſocio ſuo. Atque hoc melius eſt, quam ſi transferat eum paulo infra quatuor ulnas, iteratis ſubinde vicibus. *Etiam extra terminum Sabbathicum:* quando de dolio publicato loquuntur. Nam ſi dominos (ſuos) habeat; hypotheſis nobis eſt: beſtia & vaſa ſunt ſicut pedes dominorum. Cæterum exiſtimavit R. Jehudah, quod bona publicata ſedem Sabbathicam nullam acquirant.

Reſponderunt illi: Hic qui dixit (reſpondit) iſtud, eſt Rabbi Juchanan filius Nuri: cujus ejuſdem dogma eſt, quo dixit: bona publicata ſedem ſuam Sabbathicam in ſuo loco acquirunt. *Non ibit iſtud ulterius, quam pedes poſſeſſoris ejus:* q. d. ſi haberet dominos, qui non miſcuiſſent, non abiret, niſi ad bis mille ulnas: nunc itaque (ubi non habet dominos) etiam non ibit niſi ad bis mille ulnas à loco ſedis Sabbathicæ. Sed deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ר״ש אומר נותנין וכו׳ *Rabbi Schimeon dicit, dant &c.* R. Schimeon diſſentit à dicto, quod commemoravimus in conſtitutione præcedente; quando nimirum diximus, quod portet illa paululum iterumque paululum infra quatuor ulnas: propterea quod dicebat: ſolliciti ſumus, ne fortè eat cum *illis quatuor ulnas in loco publico. Contra melius eſſe, ut det involucrum totum ſocio ſuo, qui ante ipſum, & ſocius* (*hic*) ejus ſocio ſuo (*tertio,*) donec perveniat in domum. Porrò dictum R. Jehudæ: & extra terminum, (*accipiendum eſt*) cùm conditione, ut dolium iſtud ſit commune (*factum.*) Sed ſi habebit ſuos dominos, eſt Regula apud nos: beſtiæ & vaſa ſunt ſicut pedes dominorum: quemadmodum exponetur in (*tractatu*) Beza. Quod ſi itaque dolium fuerit commune; tradet illud de manu in manum, etiamſi exportaverint illud extra bis mille ulnas. Verum enim verò R. Juchanan filius Nuri exiſtimavit, quod bona communia acquirant ſedem Sabbathicam in loco ſuo, nec auferri poſſint niſi bis mille ulnas: quemadmodum expoſuimus in Capite quarto hujus tractatus. Atque hoc eſt, quod dixit ad R. Jehudam: non perget hoc ulterius, quam pedes dominorum, quaſi dicat: ſi habuerit ſuos dominos. Scito autem, quod licitum ſit homini, ut portet (*ſecum*) rem (*aliquam,*) paululum ſubinde infra quatuor ulnas, aut det ſocio ſuo, & (*hic*) ſocius ejus ſocio ſuo (*tertio,*) quemadmodum indicavit R. Schimeon. Et deciſio eſt juxta R. Schimeonem: & eſt (*ſimul*) deciſiò juxta R. Jehudam.

ג היה קורא בספר על האיסקופה (a) ונתגלגל הספר מידו גוללו אצלו היה קורא בראש הגג ונתגלגל הספר מידו עד שלא הגיע לי׳ טפחים גוללו אצלו משהגיע לי׳ טפחים הופכו על הכתב רבי יהודה אומר אפילו (b) אין מסולק מן הארץ

(a) Prag. Venet. & Amſtelod. נתגלגל. (b) Venet. אינו.

אלא

3. Si quis legerit in libro ſuper limine, evolutuſque fuerit liber è manu ejus: tum convolvit eum verſus ſe. Si (quis) legerit in ſummitate tecti, & evolutus fuerit liber è manu ejus, ut tamen non pervenerit uſque ad decem palmos: convolvit eum verſus ſe; ſed quando pervenerit uſque ad decem palmos: tum convertit eum ſuper ſcripturam. Rabbi Jehudah dicit: Si maximè non abfuerit à terra niſi plenitudinem acus (ſeu ſpacium, quantum acus implet:) convolvit eum ad ſe. Rabbi

Schi-

אלא כמלא מחט גוללו אצלו רבי שמעון אומר אפילו בארץ עצמו גוללו אצלו שאין לך דבר משום שבות עומד בפני כתבי הקודש :

Schimeon dicit: Etiamque in ipſa terra, convolvit eum ad ſe; quia nullo modo tibi res, ex conſtitutione Rabbinorum ſancita, conſiſtet coram Scripturis ſanctis.

R. OB. DE BARTENORA.

היה קורא בספר וכו׳ *Si quis legerit in libro &c. Si quis legerit in libro:* omnes libri eorum fuerunt convolubiles; quemadmodum apud nos liber legis. אסקופה eſt quædam porticus ſpecies, quæ ante januam domus: eſt autem locus Carmelith. *Tum convolvit eum verſus ſe:* quandoquidem extremitas ejus una in manu ejus eſt. *Uſque ad decem palmos:* inferiores (ſeu deorſum) contiguos ſolo loci publici. Nam ſi non contraxerit manu ſua, erit conſtrictus per legem. Concludimus itaque: ſi contrahit manu ſua, idem eſt ac ſi non contrahat manu ſuâ. In Gemara verò objicitur: & ecce, non quievit! q. d. Etiamſi pertigerit uſque ad decem palmos inferiores, non tamen hîc interdictum eſt legis, ſi maximè foret pro ipſo (excuſando) iſtud: ſi contrahit manu ſua &c. quum non quieverit in loco publico. Reſpondetur autem: Quando fuerit ibi paries declivis, requieveritque liber ſuper prominentia parietis decem palmorum inferiorum, idem erit, ac ſi in loco publico requieviſſet. Ubi ſi non foret pro ipſo τὸ ſi contrahit manu ſua &c. eſſet reatus ex lege (oriundus,) ſi ad ſe retraxiſſet. Miſchnæ itaque aliquid deeſt, & ſic vult tradere: ſi pertigerit uſque ad decem palmos à terra, invertit eum ſuper ſcripturam: Quo de verba hæc dicta ſunt? de pariete declivi, ſuper quo quievit; ſed quod ad parietem non declivem, convolvit eum verſus ſe; verba ſunt R. Jehudæ: nam R. Jehudah dixit: ſi maximè non abfuerit à terra niſi plenitudinem acus, convolvit eum ad ſe: eò quod requiramus requieſcentiam ſuper quantulumcunque ſit. *Invertit eum ſuper ſcripturam:* ita ut literæ obvertantur parieti, ne adeò in contemtu projectus ſit. Relinquit autem eum ibi, uſque dum tenebræ oboriantur. *Res ex conſtitutione Rabbinorum ſancita:* cujuſmodi iſta eſt, quum contraxerit cum manu ſua. Siquidem non eſt, niſi conſtitutio Sabbathica Doctorum noſtrorum, ſi conatus fuerit eum convolvere ad ſe. Nam non erit reatus ex lege, niſi exiverit liber totus è manu ejus, & in loco publico quieverit; ille verò ſuſtinuerit dimovere è loco publico & in loco privato ponere. Sed non eſt deciſio juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היה קורא בספר על האסקופה וכו׳ *Si legit in libro ſuper ſcamno &c.* אסקופה Eſt *ſtructura*, quæ eſt ante oſtium domus, & eſt Karmelith. Pridem autem expoſitæ ſunt poteſtates (*ſ. loca diverſa*) ab initio tractatus Schabbath. Jam quod dicunt: quamdiu non pervenit ad decem palmos, (*accipiendum ita*) ſicut expoſuimus in (*tract.*) Schabbath. Et cum hâc conditione, ut paries ſit inclinatus in hanc formam, (*quam Rabbi deſcripſerat, ſed deeſt cum aliis,*) atque adeò ponat librum in locum publicum. Sed ſi fuerit paries rectus ſuper terra ad angulum rectum, nec liber, tanquam qui adhuc ſuſpenditur in aëre loci publici, requieſcat ſuper ulla re: tum ecce licitum erit advolvere eum, & reducere ad ſe omni eo tempore, quo nondum attingit pars ejus terram. R. Schimeon tamen dicit, quod etiamſi attigerit terram, licitum ſit tollere eum: propterea, quod, ſit (*prohibitio tantum*) ex conſtitutione Doctorum Sabbathica; quamdiu quidem remanſerit pars libri in manu ejus, nec fuerit ſicut dimovens (*aliquid*) è loco publico in locum privatum. Sed ſi exiverit liber totus, è manu ejus, & jacuerit in loco publico, tum prohibuerunt tollere quicquam è loco publico, ſi maximè adhæſerit, imò alligatum fuerit loco privato; ex (*conſtitutione*) Doctorum; ne fortè excidat, & conetur reſumere. Jam quidem res, quæ eſt ex (*conſtitutione*) Doctorum, non conſiſtit coram Scripturis ſanctis. Interim non eſt deciſio juxta R. Schimeonem.

ד זיז שלפני חלון נותנין עליו ונוטלין ממנו בשבת (a) עומד אדם ברשות היחיד ומטלטל ברשות הרבים ברשות הרבים ומטלטל ברשות היחיד ובלבד שלא יוציא חוץ מארבע אמות :

4. Si prominentia ante feneſtram fuerit: ponunt (aliquid) ſuper illam, & auferunt ab illa in Sabbatho. Conſiſtere poteſt homo in loco privato, & transferre (aliquid) in loco publico. (Conſiſtere contra poteſt) in loco publico, & transferre (aliquid) in loco privato: modo non eduxerit extra quatuor ulnas.

(a) Poſt vocem בשבת additur adhuc in Venet.: היה שם זיז אחר אין נוטלין הימנו בשבת i. e. *Si fuerit ibi prominentia alia, non auferunt inde in Sabbatho.*

R. OB. DE BARTENORA.

זיז שלפני חלון וכו׳ *Si prominentia ante feneſtram &c.* זיז *Prominentia:* eſt lapis aut lignum prominens ex pariete ſuper aërem loci publici, altum decem palmos à ſolo loci publici. *Ponunt ſuper illam:* filii conclavis. *Et auferunt ab illa:* quia aër loci publici non ſurgit, niſi uſque ad decem palmos. Hoc autem, quod ponunt ſuper illam, non niſi de ejuſmodi vaſis, quæ franguntur, verum eſt; non autem de vaſis, quæ non franguntur; ne fortè in locum publicum decidant, & (homo) illa tollere audeat. *Conſiſtere poteſt homo in loco privato:* (e.g.) in domo, aut ſuper tecto; & ſumere rem aliquam hinc, atque iſtuc in loco publico ponere. Licet verò caput & major pars ejus non ſint in loco publico, in loco ſc. rei (iſtius:) attamen non timemus, ne fortè ad ſe attrahat. *Modo non eduxerit extra quatuor ulnas:* intra quas poſita fuerat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זיז שלפני חלון נותנין עליו וכו׳ זיז *Tigillum*, eſt extremitas exiens è pariete ædificii, ſive lignum ſit, ſive lapis, aut aliud quid; modo ſit inter illam & inter locum publicum plus, quam decem palmi. Quandoquidem regula eſt apud nos, quod locus publicus extendat ſe uſque ad decem palmos. Quicquid verò fuerit ſupra decem palmos in loco publico, id eſt locus liber. Cœterum prohibitum eſt uti hujuſmodi tigillo prominente, niſi ad vaſa figulina & ſimilia: propterea, quod ſi decidant, frangantur. Verum res, quæ in caſu ſuo non frangitur, non eſt licita, ut utamur illa ſuper ejuſmodi tigillo; ob caſum, ne fortè decidat in locum publicum, & tollat eam inde.

ה לא יעמוד אדם ברשות היחיד וישתין ברשות הרבים ברשות הרבים וישתין ברשות היחיד וכן לא

5. (Sed) non ſtare debet homo in loco privato, & mingere in locum publicum: (aut) in loco publico, & mingere in locum privatum. Sic etiam non ex-

לא ירוק רבי יהודה אומר אף (a) משנתלש רוקו בפיו לא יהלך ארבע אמות עד שירוק :

(a) Menaſſ. אף מי שנטל.

expuet. Rabbi Jehudah dicit : Etiam quum jam dependerit ſputum ejus ab ore ejus, non perget quatuor ulnas, antequam expuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יעמוד אדם וכו׳ *Non ſtabit homo &c. Et mingere in locum publicum*: nam educit è loco privato in locum publicum. Quod ſi minxerit, reus erit peccati. Et licet (ſi aliquis reus fieri debeat) requiramus dimotionem è loco, in quo quatuor ulnæ quadratæ ſunt: urina tamen, nec non ſputum ſunt (æſtimata,) quaſi res in loco, qui quatuor ulnas quadratas habet, repoſitæ. *Etiam quum* נתלש *evulſum fuerit ſputum ejus* : h. e. quando convolvitur, & convertitur in ore ejus. Sed non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יעמוד אדם ברשות היחיד וכו׳ *Non ſtabit homo in loco privato &c.* Si quis ſtat in loco publico, & mingit in locum privatum, reus eſt peccati; & idem eſt ac ſi dimoviſſet (*aliquid*) è loco quatuor (*ulnarum*:) ſi quidem hæc urina retenta erat in ſuo loco permanens, ſicut permanet res (*alia*) in loco quatuor (*ulnarum*:) quemadmodum expoſuimus in conſtitutione prima (*tractatus*) Schabbath. Porrò dictum R. Jehudæ, quod à cujuſcunque ore ſputum ejus exiverit, ei prohibitum ſit prodire quatuor ulnas, (*accipiendum quidem eſt*) cum conditione, ſi retraxerit illud in os ſuum. Sed tamen non eſt deciſio juxta R. Jehudam.

ו לא יעמוד אדם ברשות היחיד וישתה ברשות הרבים ברשות הרבים וישתה ברשות היחיד אלא אם כן הכניס ראשו ורובו למקום שהוא שותה וכן בגת קולט אדם מן המזחילה למטה מעשרה טפחים ומן הצינור מכל מקום שותה :

6. Non ſtabit homo in loco privato, & bibet in loco publico : aut in loco publico, & bibet in privato : niſi immiſerit caput, & potiorem partem ſui, in locum, in quo bibit. Et ſic in torculari (ſe res habet.) Recipit homo (ore aquas) è ſtillicidio infra decem palmos; at è canali omni modo bibit.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יעמוד אדם וכו׳ *Non ſtabit homo &c. Et bibet in loco publico:* Hæc verba intelligenda ſunt de vaſis, quibus ille opus (alias) habet. Timemus namque, ne eò progrediatur, ut ſecum ſumat) & educat.) Quod verò ad vaſa, quæ (aliàs) illi neceſſaria non ſunt, res licita eſt: licet caput ſuum & majorem ſui partem in locum publicum non immiſerit. *Et ſic in torculari (ſe res habet:)* quod decimas attinet. Nimirum, ſi caput ſuum & majorem ſui partem immiſerit (quis) in torcular, ſine decimis (datis) bibere poteſt; quia erit bibitio fortuita. Verum extra torcular bibere ſine decimis poteſtatem non habet: quum ſit bibitio fixa (& non fortuita.

קולט idem eſt ac תופס *Recipiens :* quaſi diceret, accipit de aquis defluentibus, & bibit. המזחילה Eſt ſtructura quædam deſcenſus (ſeu declivis,) facta juxta parietem, in qua aquæ defluunt. Et propterea vocatur מזחילה; Quia quævis res, quæ ſuper pariete vel ſuper ſolo ambulat aut reptat vocatur זוחל: Quemadmodum dicitur (Deut. XXXII. v. 24.) זוחלי עפר *ſerpentia in pulvere.* *Infra decem palmos:* Ita legimus; vult autem dicere: ſtabit homo in loco publico, & recipiet vaſe intra decem palmos de aquis deſcendentibus è ſtillicidio. Recipit autem tantummodo: ſicut in Gemara expoſitum eſt. Non autem admovebit aut applicabit os ſuum, aut vas (aliquod) ſtillicidio, quod intra tres palmos à tecto abeſt: licet fuerit infra decem palmos (à ſolo.) Quæ verò ratio? Quia poſitum eſt juxta longitudinem parietis, & intra tres palmos à tecto, ſicut tectum eſt: ſiquidem tum erit quaſi educens è tecto, quod locus privatus eſt, in locum publicum. *Et è canali omni modo bibit.* q. d. tam recipit, quam admovet (os aut vaſa:) nam canalis perpetuo prominet, & in locum publicum exit. In Gemara ſic interpretantur hoc : ſi non habebit canalis quatuor palmos quadratos; ut poteſtatem ſibi ipſi non diſcriminet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יעמוד אדם בר"ה וישתה וכו׳ *Non ſtabit homo in loco privato & bibet &c.* Quod hic prohibemus ſtare in loco uno (*privato*) & bibere in loco altero (*publico, & contra*,) hanc habet conditionem, ut bibitio fiat per vaſa pretioſa, quibus opus habet (*aliàs*,) nec relinquere ea poſſit propter pretioſitatem eorum. Nam ſi permitterent ipſi bibere ex illis, ſoliciti eſſe cogeremur, ne fortè educeret ea è loco in locum. Sed ſi non fuerint ibi vaſa pretioſa apud ipſum, licitum erit ipſi bibere, ſi maximè non ingredi fecerit caput ſuum & majorem partem ſui, in locum, in quo bibat. Porrò quum dicit: *Et ſimiliter*, in torculari habet ſenſum alium: Dicere volo, loqui de decimis; quod licitum ſit illi (*homini*) bibere ante detractionem decimarum fortuitò, ut tamen bibat intra torcular. Verum extra torcular non bibet, donec detraxerit decimas. Expoſita verò eſt hæc res cum radicibus & ramis ſuis (*h. e. cum fundamentis & conſequentibus ſuis*,) in tract. Maaſeroth. Poſt iſtud jam revertitur (*Miſchnicus*) ad Sabbathum, & dicit, quod tollat homo aquas: vult dicere; quod accipiat è loco effuſionis aquarum, & ex canali: quandoquidem accipit de aquis ipſis. Sed quando tetigit manus illius canalem, ut congregentur aquæ in vola manus illius, & bibat, prohibitum eſt : niſi fuerit ultra decem palmos; quomodo erit locus liber : ſi modo non ſint intra canalem quatuor palmi, quæ eſt quantitas loci liberi; Et cum hâc quoque conditione altera, ut non interſint inter locum, ex quo congregantur aquæ, & inter tectum, ex quo deſcendant aquæ, pauciores quam tres palmi. Regula namque eſt apud nos; quicquid eſt intra tres palmos, eſt quaſi appendix alicujus rei. Unde idem erit, ac ſi aquas ſumſiſſet è tecto, quod eſt locus privatus, & eduxiſſet in locum publicum. Scito verò, quod זוחלין vocentur aquæ, quæ effluunt ex fluviis & fontibus ſcaturientibus; quæ (*inquam*) effluunt in terram. Et (*ſumtum*) eſt ex ſignificatione (*Radicis Deut. XXXII. v. 24.*) זוחלי *ſerpentium ſuper pulvere*; ubi notantur ſerpentes & præſteres; ſerpentes ſuper terra. Atque hinc etiam vocarunt locum, in quem deſcendunt aquæ מחילה *Maſchilah.* צינור autem *canalis*, notus eſt.

ז בור ברשות הרבים וחולייתו (a) גבוהה י׳ טפחים חלון שעל גביו (b) ממלאין הימנו בשבת

(a) Amſtelod. גבוה. (b) Venet. ממלין.

7. Si fovea (puteus) fuerit in loco publico, cujus fundum fuerit altum decem palmos: è feneſtra, quæ ſupra illam, hauriunt in Sabbatho. Si

אשפה ברשות הרבים גבוהה עשרה טפחים חלון שעל (a) גביו שופכין להוכה מים בשבת :

(a) Venet. & Menaſſ. גבה.

ſterquilinium fuerint in loco publico, altum decem palmos: è feneſtra, quæ ſupra illud, effundunt in medium ejus aquas in Sabbatho.

R. OB. DE BARTENORA.

בור ברשות הרבים וכו׳ *Si fovea fuerit in loco publico &c. Cujus labrum fuerit altum decem palmos, è feneſtra, quæ ſupra illam hauriunt:* Poſtquam namque *Chuliah* ejus h. e. labrum, quod circa illam circumcirca eſt, decem palmos altum; jam verò hypotheſis nobis eſt, quod locus publicus non ultra decem palmos ſurgat, ſed (deinceps) locus liber ſit: ideò hauriunt è feneſtra, quæ ſupra illam eſt, in Sabbatho. Siquidem è loco privato in locum privatum educunt per medium locum liberum. Imò licet fovea (ſ. ciſterna vel puteus) à pariete feneſtræ deſtiterit quatuor palmos: nihilominus ex ea hauriunt. Nam hic locus publicus inter foveam & feneſtram, tempore illo, quo aquas hauriunt, diſcrimen facere nequit; ſed locus liber tantum erit. Sic etiam *ſterquilinium in loco publico, altum decem palmos:* locus privatus eſt. Nec ſolliciti ſumus, ne fortè de ſterquilinio aliquid auferatur, conſiſtatque infra decem palmos, veniatque ad effundendum, ſicut qui dimovet (quid è loco in locum.) Id verò tantum (accipiendum eſt) de ſterquilinio plurium, quod ad everrendum factum non eſt; ſed in ſterquilinium unius, quod ad everrendum factum, nihil in Sabbatho effundunt. Timemus namque, ne fortè illud everrat, reddaturque locus publicus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בור ברשות הרבים וכו *Si fovea in loco publico &c.* Jam aliquoties præmiſimus, quod (*quicquid*) ſupra decem palmos in aëre loci publici ſit, ſit locus liber. Jam quod ad hanc foveam, non refert, ſive fuerint inter illam & inter parietem quatuor palmi, ſive ſupra (*quatuor palmos*,) ſive etiam ſit adjacens parieti; inveniaturque in fundo ſuo alta decem (*palmos.*) Scito namque quod fovea & fundum (*ſ. cœnum in fundo ejus*) conjungantur in decem (*palmos.*) Atque hoc eſt quod dicunt: Et fundum ejus altum, quaſi dicerent: Et fundum ejus fecerit illam explere decem (*palmos.*) Modo tamen adjaceat parieti. Porrò hoc ſterquilinium eſt loci publici, quod non frequenter purgant. Sed ſuper ſterquilinium privatum prohibitum eſt effundere aquas, ſi maxime altum fuerit decem palmos, ob caſum, ne fortè purget illud poſſeſſor ejus, deprehendaturque effundens è loco privato in locum publicum.

ח אילן (a) שהוא מיסך על הארץ אם אין נופו (b) גבוה מן שלשה טפחים מטלטלין תחתיו שרשיו גבוהין מן הארץ שלשה טפחים לא ישב עליהן והדלת שבמוקצה (c) וחדקים שבפרצה ומחצלות אין נועלין בהן אלא אם כן גבוהים מן הארץ :

8. *Si* arbor (aliqua) obtexerit terram, & corpus ejus non fuerit altius à terra tribus palmis, transferunt ſub ea. Si radices ejus fuerint altiores à terra tribus palmis, non ſedebit ſuper illis. Januâ, quæ in deſtinato, & ſpinis, quæ in ruptura, & mattis non claudunt: niſi fuerint elevata ſuper terram.

(a) Venet. & Amſtelod. שהיה. (b) Venet. & Amſtelod. גבוהה. (c) Amſtelod. וחורקים Venet. verò וחרקים per ר loco ד.

R. OB. DE BARTENORA.

אילן שהוא מיסך וכו׳ *Si arbor aliqua obtexerit &c. Obtexerit:* dum corpus ejus ab omnibus lateribus ejus circumcirca deorſum ſeſe demittit. *Transferunt ſub ea:* quandoquidem enim corpus ejus nonniſi tres palmos ſupra terram eminet, erunt quaſi quædam appendices terræ, deprehendenturque quaſi parietes: atque ideò licitum erit transferre ſub illa (arbore.) Interim omnino aërem illum, qui inter corpus (arboris) & terram eſt, paleis aut ſtipulis, aut ſimilibus rebus implere oportet, & colligare corpora (ſeu ramos,) ut ventus ea non moveat. Nullus namque paries, qui coram vento qualicunque (ſeu quotidiana levi aura) conſiſtere nequit, paries (verus) eſt; nec intra illum transferunt, niſi intra ſpatium duarum Searum, quæ ſunt ſeptuaginta ulnæ cum Scherajim. Nam intra nullum parietem, cujus uſus eſt pro ſpatio, h. e. ad cuſtodiendum ſpatium agrorum & vinearum, non autem, ut ibi habitetur, transferunt, niſi intra ſpatium duarum Searum.

Non ſedebit ſuper illis: ſiquidem (tum) uſus arboris interdictus eſt: ob caſum; ne fortè evellat. Quod ſi altitudo earum non fuerit trium palmorum, tum ſicut ſolum erunt, licitumque, ut ſuper illis ſedeat. *Janua, quæ in deſtinato:* ſi area fuerit poſt domos, & janua ejus non fuerit affixa cardinibus, ut reliquæ januæ, ſed erecta (tantum) ante oſtium, ita ut, quando aliquis aperit, januam ſuper terram projicit. וחדקין h. e. *Et ſpinis:* quas ſc. præparavit, ut rupturam illis claudat. Et ſic *mattis* ex calamis. Omnia iſta alligata non ſunt, nec in loco ſuo fixa: ſed quando aperire volunt, projiciunt illa ſuper terram. Ideò illis non claudunt: quia apparet quaſi ſtructura, niſi fuerint decem palmos ſupra

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אילן שהוא מיסך על הארץ וכו׳ *Si arbor obtexerit terram &c.* Si fuerint inter quoſdam ramos arboris, & inter terram pauciores quam tres palmi; tunc ecce eſt quaſi cohærens cum terra, & facti ſunt iſti (*rami*) parietes. Nam quicquid eſt infra tres (*palmos,*) eſt quaſi appendix rei alicujus. Modo expleatur vacuum inter arbores totum rebus minutis, ut paleis, & his ſimilibus, ut non motitet eos (*ramos*) ventus quotidianus. Nam quicquid moverit ventus quotidianus, id non eſt paries. Regula namque eſt apud nos: omnis paries, qui non poteſt conſiſtere coram vento quotidiano, non eſt paries. Id verò quod permittimus (*homini*) ipſi, ut utatur ſub illa (*arbore,*) quantitas duarum Searum tantum. Regula tamen (*iterum*) eſt apud nos: omni in habitatione, cujus uſus eſt pro aëre (*ſ. refrigeratorio*) non transferunt ultra ſpatium duarum Searum. Quando verò radices arboris fuerint altæ ſuper terra tres palmos, prohibitum eſt uti illis: quandoquidem prohibitum eſt uti arbore in die feſto; quanto itaque magis in Sabbatho? & quidem ob caſum, ne fortè exſcindat ramum ex illa: quemadmodum exponetur in tractatu Beza.

Quod ſi (*radices*) fuerint ſupra terram infra tres palmos, reputantur tanquam ſolum. Janua, quæ in deſtinato, h. e. quæ fuerit in certo loco; qua ſc. non ſolent uti, nec opus habent, ut caulæ, aut turris (*carceris,*) & cui quidem eſt oſtium, non tamen cardo. Verum, ſi fuerit illi cardo, tum licet dejecta fuerit, aut fracta (*janua,*) licitum nihilominus erit claudere eâ locum. חרקים eſt pluralis à חרק; & ſunt ſpinæ; juxta illud (*Proverb. XV. v. 19.*) כמשוכת חרק *ſicut ſepes ſpinæ.* Colligant autem ſpinas arundinibus (*ſ. baculis*) & faciunt ex illis tabulam, ut claudant illis rupturas horto rum,

pra terram alta. Tunc namque non apparet quaſi ſtructura, atque adeò illis claudunt.

rum, ne ingrediantur eò fures aut beſtiæ. Quod porrò dicunt, altæ, (*hoc vult*,) etiamſi fuerint altæ ſuper terra; quantacunque fuerit, quantitate ſua. Hoc verò omne (*tunc valet*,) quando non colligaverint eas aliquo ligamine cohærenti cum parietibus: ſed prout contingit, tollunt eas, & reſtituunt eas.

ט לא יעמוד אדם ברשות היחיד ויפתח ברשות הרבים ברשות הרבים ויפתח ברשות היחיד אלא אם כן עשה מחיצה גבוהה עשרה טפחים דברי רבי מאיר אמרו לו מעשה בשוק של פטמים שהיה בירושלם שהיו (a) נועלין ומניחין את המפתח בחלון שעל גבי הפתח רבי יוסי אומר שוק של צמרים (b) היה:

9. Non ſtabit homo in loco privato, & aperiet in loco publico: (nec) in loco publico, & aperiet in loco privato; niſi fecerit maceriam altam decem palmos: verba ſunt Rabbi Meïr. Objecerunt illi factum in foro ſaginatorum, quod in Jeruſalem fuit, ubi clauſerunt, & repoſuerunt clavem in feneſtra, quæ ſuper oſtio erat. Rabbi Joſe dicit: Forum vendentium lanam fuit.

(a) Venet. שהיו פותחין ונועלין וכו׳. (b) Venet. & Amſtelod. הוא.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יעמוד אדם וכו׳ *Non ſtabit homo &c. Non ſtabit homo in loco privato:* & ſumet clavem in loco publico repoſitam, aperietque illa oſtium tabernæ in loco publico ſitæ: ſi maximè à loco clavis uſque ad oſtium quatuor ulnæ non fuerint: ob caſum, ne forte clavem ad ſe introducat. Faciet tamen ſibi parietem, ſtabitque in medio ejus, & aperiet, claudetve. *Objecerunt illi:* Annon verò, quid factum ſit in foro ſaginatorum, audiverunt? Ita Doctores noſtri ad R. Meïrum. Nam quemadmodum ille dixit: non ſtabit homo in loco privato, & aperiet in loco publico &c. Sic etiam dicere coactus eſt: non ſtabit homo in loco Carmelith, & aperiet in loco publico, aut in loco publico, & aperiet in loco Carmelith. Atque ideò objecerunt illi forum ſaginatorum, quod Hieroſolymis fuit. Fuit namque locus Carmelith. Siquidem, quum januæ ejus noctu clauſæ fuerint, locus publicus vocari non potuit. Itaque homo fuit in loco privato, & feneſtra, in quam clavem repoſuerunt, (etiam) fuit locus privatus; ſteterunt autem in loco Carmelith, quando aperuerunt in loco privato. פטמין ſunt *lanii*, qui beſtias ad mactandum (illas) ſaginant. Cæterum non eſt deciſio juxta R. Meïr: neque quoad locum publicum, neque quoad locum Carmelith. צמרים ſunt, *qui lanam vendunt.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יעמוד אדם ברשות היחיד וכו׳ *Non ſtabit homo in loco privato &c.* Quemadmodum prohibet R. Meïr, ut ſtet homo in loco publico, & aperiat in loco privato: ſic etiam prohibuit ipſi, ut ſtet in loco Karmelith, & aperiat in loco privato. Hinc produxerunt adverſus illum argumentum ab iſto foro, quod in Jeruſalem fuit, in quo fuerunt ſaginantes aves, & vendentes illas; quod vero fuit locus Karmelith. Et חנות *Diverſorium eſt* locus privatus. Stabant nihilominus (*caupones*) in foro, & diverſoria aperiebant in Sabbatho. Cæterum reputamus Hieroſolymam pro loco Karmelith, propterea quod illa fuit urbs multorum, fueruntque illi portæ multæ, nec opus habuit mixtura Sabbathica; per fundamenta, quæ expoſuimus in Capite quarto hujus tractatus. Non eſt autem deciſio juxta R. Meïr in utroque dicto, (*h.e.*) neque quoad locum publicum, neque quoad locum privatum. Quod ad vocem פטמין; Chaldaicè בריאות *pingues* (*Geneſ. XLI. v. 5.*) vertitur פטימתא & quoniam in hoc foro ſaginabant aves, & pingues faciebant eas, vocatum eſt שוק של פטמין *forum ſaginatorum.*

י נגר שיש בראשו גלוסטרא. רבי אליעזר אוסר ורבי יוסי מתיר. אמר רבי אליעזר מעשה (a) בכנסת שבטבריא שהיו נוהגין בו היתר עד שבא רבן גמליאל והזקנים ואסרו להן רבי יוסי אומר איסור נהגו (b) בה בא רבן גמליאל והזקנים והתירו להן:

10. Vectem, in cujus capite eſt craſſities rotunda, Rabbi Elieſer prohibet; Sed Rabbi Joſe permittit. Narravit Rabbi Elieſer factum de congregatione, quæ in Tiberiade: ubi ſolebant permittere, donec veniſſet Rabban Gamaliel & Seniores, qui prohibebant ipſis. Rabbi Joſe (contra) dicit: Prohibere ſolebant ibi; (ſed) venit Rabban Gamaliel & Seniores, qui permiſerunt illis.

(a) Menaſſ. בבית הכנסת. (b) Venet. בו.

R. OB. DE BARTENORA.

נגר שיש בראשו וכו׳ *Vectem in cujus Capite eſt &c.* נגר Eſt quædam vectis ſpecies, quem parietibus aut ſuperliminari infigunt, ad claudendum illo januam. גלוסטרא eſt, quum caput ejus craſſum & rotundum, quaſi malogranatum aliquod, fuerit, factumque in formam piſtilli, quo pipera tundere poſſunt; etiamſi lex vaſis ei incumbat. *R. Elieſer prohibet*, niſi alligatus & pendulus fuerit. *At R. Joſe permittit:* Et deciſio eſt juxta R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נגר שיש בראשו גלוסטרא וכו׳ *Vectis, in cujus capite eſt craſſities rotunda &c.* נגר Eſt vectis, quem faciunt habere ſtamen & ſubtegmen (*in formam crucis trajici*,) & ponunt in januis, ut claudant eo oſtia. Vocant autem homines in lingua Arabica מערץ. Significatio ejus eadem eſt cum בריח *Vectis:* propterea quod בריח מבריח trajicitur à pariete in parietem. גלוסטרא eſt forma malogranati, aut quadrata, aut ſimilis aliqua earum, quæ doceat eſſe illum (*vectem*) inſtrumentum (*aliquod*) & non baculum vulgarem, quem prohibitum eſt transferre in Sabbatho; deciſio eſt juxta R. Joſe.

יא נגר הנגרר נועלים בו במקדש אבל לא במדינה

11. Vecte, qui alligatus (januæ,) claudebant in

במדינה והמונח כאן וכאן אסור רבי יהודה אומר המונח (a) מותר במקדש והנגרר במדינה:

(a) τὸ מותר abeſt in Venet.

in Sanctuario: ſed non in urbe. Qui verò (ſeparatus) deponitur, prohibitus erat utrobique. Rabbi Jehudah dicit: qui deponebatur, licitus erat in Sanctuario: & qui alligatus, in urbe.

R. OB. DE BARTENORA.

נגר הנגרר נועלים וכו' *Vecte, qui alligatus (januæ,) claudebant &c.* הנגרר Eſt vectis alligatus januæ quidem, ſed non pendulus ab illa: dum funis, qui illi annexus eſt, longus eſt, ita ut vectis in terram uſque deſcendat. Cæterum de vecte in cujus capite craſſities rotunda (nodus) non eſt, agimus (hic.) Nam eum, in cujus capite craſſities rotunda eſt, jam ſupra R. Joſe permiſit, ſi maximè alligatus non ſit; & deciſio juxta eum eſt.

Claudebant (illo) in ſanctuario: nam conſtitutio Sabbathica communis (ſeu ſimplex) eſt, nec eſt, (qui iſtud facit) reverà ædificans; quum (vectis) alligatus ſit; niſi quod, quum pendulus non ſit, appareat quaſi ædificans. Atqui conſtitutio Doctorum Sabbathica in ſanctuario non valebat. מונח *Vectis ſeparatus ſeu relictus*, h. e. qui planè non eſt alligatus, eſt ſtructura quædam reverà: quamvis R. Jehudah exiſtimaverit, non eſſe reverà ſtructuram, ſed apparere tantum quaſi ſtructuram; jam verò de ſanctuario conſtitutionem Doctores Sabbathicam non conſtituiſſe ullam. *Et qui alligatus (tantum,) in urbe:* licitus erat, quum alligatus fuerat, etiamſi non eſſet pendulus. Et deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נגר הנגרר נועלים בו וכו' *Vecte trajecto claudunt &c.* הנגרר Exponunt ita, quod cohæreat cum janua per vinculum (*aliquod.*) מונח autem eſt, qui ſeparatus eſt, nec cohæret. Sumunt itaque eum manu, & trajiciunt eum trans januam ſuper ſera: deinde verò removent eum, & ponunt in loco alio. Atque propterea vocavit eum מונח Poſitum. Hæc autem Res fieri ſolet circa vectem, in cujus capite non eſt craſſities rotunda. Nam cuicunque eſt diſcrimen (*ſ. ſignum, quo diſcriminatur,*) licitus eſt, etiamſi ſit מונח, ſeu, qui ſeponi ſolet; quemadmodum paulò ante expoſuimus. Deciſio autem eſt juxta R. Jehudam.

יב מחזירין ציר התחתון במקדש אבל לא במדינה והעליון כאן וכאן אסור רבי יהודה אומר העליון במקדש והתחתון במדינה:

12. Reſtituunt (in locum ſuum) cardinem inferiorem in Sanctuario; ſed non in urbe: ſuperior autem utrobique prohibitus. Rabbi Jehudah dicit: *Superior in Sanctuario*, **& inferior in urbe** (**Hieroſolyma reſtituebatur.**)

R. OB. DE BARTENORA.

מחזירין ציר התחתון וכו' *Reſtituunt Cardinem inferiorem &c. Reſtituunt Cardinem inferiorem:* januæ. Nam, quamdiu ſuperior (cardo) non exit, facile eſt, iſtum (inferiorem) reſtituere; ut nulla hîc ſit ſtructura. *Sed non in urbe:* ob caſum, ne fortè quis infigat; quod foret opus (*aliquod.*) *Superior autem utrobique prohibitus:* nam quando ſuperior exiverit, tota (janua) demittitur; eritque (*reſtituens*) ſicut ædificans. *Rabbi Jehudah dicit &c.* exiſtimavit nimirum, in vaſis nullam eſſe ſtructuram; ut res nihil aliud ſit, niſi conſtitutio Doctorum Sabbathica. Sed deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחזירין ציר התחתון וכו' *Reſtituunt cardinem inferiorem &c.* ציר *Cardo*, notus eſt: habetque ſignificationem ex (*Prov. XXVI. v. 14.*) *convertitur (janua) ſuper* צירה *cardine ſuo.* Atque adeo eſt nomen ſatis Hebræum. Quando dicunt: ſi excidit è ſcutella ſua, non reſtituunt eum, propterea prohibent reſtitutionem ejus, quod caſus timendus, ne forte reparet illum: quandoquidem requirit ampliorem confirmationem ſine dubio. Atque ſic dicunt: ne forte infigat. Deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

יג מחזירין (a) רטייה במקדש אבל לא במדינה אם בתחילה כאן וכאן אסור קושרין נימא במקדש אבל לא במדינה (b) אם בתחילה כאן וכאן אסור חותכין יבלת במקדש אבל לא במדינה ואם בכלי כאן וכאן אסור:

(a) Venet. ומחזירין. (b) Amſtelod. ואם.

13. Reſtituunt (ſuper vulnus) emplaſtrum in Sanctuario: ſed non in urbe. Si primum (imponendum:) utrobique prohibitum eſt. Ligabant chordam in Sanctuario; ſed non in urbe: & ſi de novo (inducenda fuit,) utrobique prohibitum erat. Secabant verrucam in Sanctuario: non autem in urbe. Quod ſi inſtrumento (faciendum iſtud;) utrobique erat prohibitum.

R. OB. DE BARTENORA.

מחזירין רטיה במקדש וכו' *Reſtituunt Emplaſtrum in Sanctuario &c. Reſtituunt emplaſtrum:* ſi ſacerdos (aliquis) in Sabbatho miniſterium divinum peragere coactus eſt, & abſtulit emplaſtrum, quod ſuper vulnere, quod in manu ipſius, fuit, ut inter carnem ejus & rem miniſterii non diſcriminaret, reſtituere illud ſuper vulnus poſt miniſterium (peractum) potuit. Nam ſi non fuiſſet ipſi licitum illud reſtituere, impeditus fuiſſet, quo minus miniſterium ſuum præſtaret. *Sed non in urbe:* ob caſum; ne forte emplaſtrum liniret (aut emolliret,) reuſque fieret nomine delentis.

Si primum (imponendum:) ut ſc. dum adhuc dies (veſperæ Sabbathi) eſſet, nondum fuerit alligatum, ipſeque etiam Sacerdos non removerit illud, ſic exigente miniſterio. *Utrobique prohibitum erat:* nec excipimus hic, quod conſtitu-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחזירין רטיה במקדש וכו' *Reſtituunt (in locum ſuum) emplaſtrum in Sanctuario &c.* רטיה *Emplaſtrum* eſt fruſtum veſtis (*ſ. panni,*) ſuper quod extendunt unguentum, ad imponendum illud plagæ. Quando itaque deciderit à plaga (*ſ. vulnere,*) aut detraxerit (*quis*) manu ſua, poſueritque ſuper vaſe aliquo, licitum eſt ipſi reſtituere (*ſuper locum plagæ*) denuò; idque tamdiu, quamdiu occiderit ſuper ſolum. Sed quando ceciderit ſuper ſolum, prohibitum erit reſtituere illud, excepto Sacerdote in ſanctuario. Illitio autem unguenti ſuper plagam ſimpliciter prohibita eſt, tam in ſanctuario, quam in urbe. *Ligant etiam fidem (ſ. chordam:)* hoc vult, quod ligent fidem, quando avulſa fuerit fides aliqua ex fidibus nabliorum & cithararum, aut ſimilium inſtrumentorum, quæ in ſanctuario fuerunt: quibus cecine-

ſtitutio Sabbathica in ſanctuario nihil valeat. Siquidem non propter Deum, ſed propter ſeipſum (iſtud faciebat.) Cæterum quando Doctores noſtri hîc prohibent reſtitutionem emplaſtri, non aliter illud eſt (accipiendum) niſi quum ſepoſuerit (quis) ſuper ſolum. Sed ſi à manu abſtulerit, quamdiu in manu fuerit, aut ſi etiam ſuper vas aliquod poſuerit; non autem in ſolum depoſuerit, omnibus in locis illud reſtituere licet.

runt cantica quotidie; quemadmodum ſuo loco explicabitur. יבלת Verruca nota eſt: eſt ſc. inſtar capitis clavi in corpore hominis. Et ſimiliter notum eſt, quod miniſterium (*templi*) permiſſum non fuerit iis, qui verrucam habebant.

Ligabant chordam: Chordam ſc. citharæ Muſicæ Levitarum, quæ in Sabbatho rupta eſt. Putabat namque hic (Doctor Miſchnicus,) quod reparationes præcepti, quas pridie (Sabbathi) facere quis non poſſit, eò quod ruptura ipſo hoc die (Sabbathi) contigerit, Sabbathum pellant. Id tamen tum duntaxat, ſi in medio (chorda) rupta foret; ita ut non ligaretur niſi ad tempus (breve.) Sed propè claviculos, ubi nodus durabilis foret, prohibitum erat. Et ſi de novo (inducenda fuit:) ita ut nunquam ibi fuerit (prius,) cum potuerit pridie facere, prohibitum erat. יבלת *Verruca* eſt macula in ſanctificatis. Dictum namque eſt: aut verruca (Levit. XXII. v. 22.) eam verò in ſanctuario ſecabant manu: quia hic nihil eſt (prohibitionis,) niſi ex conſtitutione Doctorum Sabbathica. Siquidem manu averſa fiebat. Non autem inſtrumento (ſecabant:) quia iſtud opus perfectum eſt. Sic namque etiam in profeſto faciunt. Et quando quis reſecat de animantibus, eſt ſicut qui lanam detondet.

יד כהן שלקה באצבעו כורך עליו גמי בבקדש אבל לא במדינה אם להוציא דם כאן וכאן אסור בוזקין מלח על גבי כבש בשביל שלא (a) יחליקו (b) וממלאים מבור הגו'לה ובבור הגדול בגלגל בשבת ומבאר הקר ביום טוב:

(a). Venet. & Amſtelod. יחלוקו. (b) Venet. וממלא.

14. Sacerdos, ſi in digito læſus eſt, circumvolvit circa eum juncum in Sanctuario; ſed non in urbe. Si (faciendum ſit) ad eliciendum ſanguinem, utrobique prohibitum eſt. Spargebant ſalem ſuper clivum, propterea ut non nutarent (gradus & pedes.) Et hauriebant è puteo captivitatis (aquas,) & ex puteo magno, per rotam, in Sabbatho: & è puteo ſcaturiginis, in die feſto.

R. OB. DE BARTENORA.

כוהן שלקה באצבעו וכו׳ *Sacerdos ſi in digito læſus eſt &c. Circumvolvit circa eum juncum:* licet namque juncus ſanet vulnus, quoniam tamen hîc aliqua eſt miniſterii neceſſitas; quum non moris ſit, ut plaga ejus videatur in miniſterio ejus, poteſt eam junco obtegere. *Sed non in urbe:* nam ſanatio in Sabbatho cadit ſub conſtitutionem Doctorum Sabbathicam, & prohibita eſt. *Si ad eliciendum ſanguinem:* quando vehementer conſtringit juncum, ut ſanguinem elicere queat. *Utrobique prohibitum eſt:* quia tum erit vulnerans. Jam verò opus principale (cujuſmodi iſtud eſt) non licitum eſt (etiam) in ſanctuario. בוזקים *ſalem:* (h. e.) tundebant & ſpargebant ſalem ſuper clivum, in quo ad altare aſcendebant. Nam nonnunquam adeò lævis ipſis fiebat, ut ex illo deciderent. Lævem namque illum reddebant pedibus ſuis. בוזקים ſignificat contuſionem.

Sed non in urbe: Nam (qui hoc faciebat) erat corrigens (aliquid.) *Et hauriebant è puteo captivitatis, & ex puteo magno:* ita nomina eorum erant. Uterque autem in conclavibus atrii fuit. *Per rotam:* factam, ut ſitula per eam beneficio funium extraheretur. Cæterum ex his duobus puteis tantum permiſerunt aquam haurire per rotam in Sabbatho; de reliquis verò puteis prohibitum fuit: ob caſum; ne forte (quis) pro horto ſuo, aut pro loco ſicco hauriret. Quandoquidem enim ſine labore hauriebant; facilè eò devenire quis poterat, ut beneficio illius hortum ſuum, aut locum aridum humectaret in Sabbatho. Ubi autem loci timendum non erat, ne quis hortum ſuum aut aridum ſpatium irrigaret, rota haurire licitum erat. Neque curabant, quod ſonum ederet. Siquidem non prohibuerunt ullum ſonum, niſi ſonum muſicum. Et ſic etiam licitum eſt pulſare fores, & ſonum edere ſuper janua in Sabbatho: nec quicquam hîc refert. *Et è puteo* הקר *ſcaturiginis:* propterea quod aquæ vivæ illi erant, vocat eum puteum הקר *ſcaturiginis*, ex ſignificatione מָקוֹר צ״ל *fons* ſeu ſcaturigo. Cæterum fons hic neceſſarius erat filiis captivitatis in feſto ſolenni, permiſeruntque illis Prophetæ, qui inter illos erant, nimirum Chaggai, & Sacharias, ut ex eo haurirent rota in feſto ſolenni. Conſecutumque eſt ex permiſſione ejus, ut haurirent ex eo in die feſto rotâ etiam in urbe: id quod in reliquis fontibus ſcaturientibus non fiebat.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

כהן שלקה באצבעו וכו׳ *Si Sacerdos percuſſus eſt digito ſuo &c.* גמי Eſt idem ac גומא *Juncus.* Cæterum loquitur hâc de re (*ſatis*) nota, nam juncus prodeſt plagis. Oportet autem eum alligare cum fruſto veſtis (*ſ. panni.*) Tumque miniſtrabit (*ſacerdos*;) nec profanabit miniſterium per additamentum iſtius veſtis; modo non diſcriminet inter carnem manus ejus, & craterem, aut cultrum, tempore præſtandi miniſterii. Porrò quum dicunt: ſi ad educendum ſanguinem; hoc volunt, ad ſecandum plagam, & educendum ex *illa* ſanguinem. בוזקין idem eſt ac זורקין *ſpargentes*; habetque ſignificationem ex (*Ezech. I. v. 14.*) ſicut ſpeciem הבזק *fulguris.* Vult dicere, quod fuerit (*Sacerdos*) ſicut ſpargens aliquid è manu ſua, vicem poſt vicem: (*nimirum*) ne (*clivus altaris*) lævis eſſet, h. e. ut non nutaret pes ejus (*Sacerdotis aſcendentis aut ſtantis ad altare*) propter pinguedines carnis deſtillantes eò. Nam carnem coacervare ſolebant ſuper clivum (*altaris*;) quemadmodum exponetur ſuo loco in tractatu Thamid. Eſt autem כבש clivus, nomen aſcenſus, in quo aſcendebant ad altare.

בור הגולה *Puteus captivitatis* fuit puteus in cella aliqua ex cellis (*templi.*) Super iſto fuit rota; à qua rota audiebatur ſonus magnus tempore hauſtionis. Sic ſuper puteo etiam magno, & puteo ſcaturiginis. הקר & חקור ſunt unum & idem: (*ſcaturigo ſc.*) vocaruntque ita (*puteum iſtum*) propterea, quod fuit ſcaturiens. Ex (*radice* הקיר *ſcaturire Jerem. VI. v. 7.*) כהקיר *ſicut ſcaturire putei aquam ſuam.* Fuerunt verò ſuper iſtis duobus commemoratis puteis rotæ. Et Prophetæ permiſerunt illis, quando aſcenderunt ad feſta ſolennia, haurire ex iſtis puteis per rotas iſtas. Perrexerunt poſtea populus in conſuetudine, ut haurirent ex iſtis ſolis, propter permiſſionem Prophetarum. Nec tranſtulerunt privilegium iſtud ad puteos alios. Quod verò prohibuerunt hauſtionem per rotas circa puteos alios, ratio à caſu eſt, ne forte hauriret (*quis*) pro horto ſuo, aut loco ſicco, aut loco alio, pro quocunque vellet haurire aquas: propter velocitatem hauſtionis per iſtas rotas. Similiter tamen licitum fuit haurire ejuſmodi (*rotâ*) intra urbes. Sonum porrò, qui audiebatur ex rotis iſtis tempore hauſtionis, non prohibebant; quemadmodum etiam non prohibuerunt ſonum edere per catenam cardinum, aut ſimilium rerum. Sed quicquid prohibitum de ſonis, non fuit prohibitum, niſi quod eſſet quaſi quædam cantici vox: volo dicere, ut eſſet ipſi melodia ordinata. Atque hoc eſt, quod dicunt (*Doctores:*) non locuti ſunt niſi de ſola cantici voce. Cæterum permiſimus omnia, quæ in præcedentibus commemoravimus, in Sanctuario; quia miniſterium neceſſarium erat in Sabbatho. Similiter verò quicquid propter Sabbathum fiebat, eratque de neceſſariis re-

bus miniſterii & ſanctuarii, id licitum erat in Sabbatho facere in ſanctuario. Et hoc eſt, quod (*Doctores*) dicunt: conſtitutionem Doctorum Sabbathicam in ſanctuario ſolverunt.

טו שרץ שנמצא במקדש כהן מוציאו בהמיינו שלא לשהות את הטומאה דברי רבי יוחנן בן ברוקא רבי יהודה אומר בצבת של עץ שלא לרבות את הטומאה מהיכן מוציאין אותו מן ההיכל ומן האולם ומבין האולם ולמזבח דברי רבי שמעון בן ננס רבי עקיבא אומר (a) כל מקום שחייבין על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת משם מוציאין אותו ושאר כל המקומות כופין עליו פסכתר רבי שמעון אומר (b) כל מקום שהתירו לך חכמים משלך נתנו לך שלא התירו לך אלא משום שבות :

15. Si reptile immundum fuit in Sanctuario, ſacerdos extraxit illud balteo ſuo: ut non commoraretur (ibi diutius) immunditiES: verba ſunt Rabbi Juchanan filii Brukæ. Rabbi Jehudah dicit: per faſciculum ligni (removit:) ne multiplicaretur immundities. Unde extrahebant? è templo, & è porticu, & ex (loco) inter porticum & altare: verba ſunt Rabbi Schimeon filii Nanas. Rabbi Akiba dicit: circa quemcunque locum rei fiebant, propter contumaciam quidem, exciſionis; propter errorem vero; peccati: ex illo extrahebant illud: in reliquis autem omnibus locis invertebant ſuper illud ollam. R. Schimeon dicit: Quemcunque locum permiſerunt tibi Sapientes, de tuo dederunt (eum) tibi: quandoquidem non licitum (& liberum) fecerunt tibi, niſi à conſtitutione Doctorum Sabbathica.

(a) τὸ כל abeſt in Prag. & Menaſſ. (b) Abeſt & h. l. τὸ כל in Prag. Menaſſ. & Amſtelod.

נשלמה מסכת עירובין :

Abſolutus eſt Tractatus de Mixturis.

R. OB. DE BARTENORA.

שרץ שנמצא במקדש וכו׳ *Si reptile immundum inventum fuit &c. Sacerdos extraxit illud balteo ſuo in Sabbatho:* nec curavit tranſlationem. Quum conſtitutio Sabbathica Doctorum in ſanctuario non valuerit. בהמיינו h. e. *balteo ſuo.* Et licet pollueret balteum, qui tamen ſanctus erat, melius tamen fuit, ut immunditiem in atrio non faceret commorari, quam ut quæreret (diu) faſciculum lignorum. Interim manibus ſuis non attingere debebat, ut Sacerdos non pollueretur ipſe. Hinc balteo ſuo illud prehendebat, ut non tangeret. Cæterum reptile non polluit, dum portatur. Neque balteus, qui per reptile polluebatur, Sacerdotem, quum teneret eum, polluere potuit: quum balteus fuerit primum quid ratione immunditiei. Jam verò homo & vaſa non recipiunt immunditiem, niſi à patre immunditiei.

Per faſciculum lignorum: qui eſt inter ſimplicia vaſa lignea, quæ immunditiem non recipiunt. Ne *multiplicaretur immundities:* polluendo balteum mundum. Melius namque illi, ut (aliquandiu) relinqueret illud (reptile) ibi, & quæreret faſciculum, quam ut immunditiem multiplicaret. Et deciſio quidem eſt juxta R. Jehudam. *Unde extrahebant illud:* ſc. in Sabbatho. *E templo, & è porticu:* ſed in atrio, ſi repertum ibi fuit, operiebat illud olla, &, uſque dum tenebræ oborirentur, relinquebat.

Circa quemcunque locum rei fiebant, propter contumaciam quidem, exciſionis: ſi quis eò cum immunditie intraret; id verò eſt integrum atrium. *Ex illo extrahebant illud; in reliquis autem omnibus locis invertebant ſuper illud ollam:* פסכתר eſt *olla ahenea.* Chaldaicè namque τὸ סירותיו *ollas ejus* (Exod. XXVII. v. 3.) verſum eſt, פסכתרוותיה. (Invertebant autem ollas) ad contegendum illud (reptile,) donec tenebræ oborirentur. Deciſio eſt juxta R. Akibam. *Rabbi Schimeon dicit: Quemcunque locum permiſerunt tibi Sapientes &c.* Rabbi Schimeon diſſentit à Doctore primo, qui ſupra dixit: Ligabant chordam in ſanctuario, & exiſtimat, quod chordam, quæ rupta eſt, non ligent, niſi per עניבה connexionem, quæ per conſtitutionem tantum Sabbathicam Doctorum prohibita eſt, ut adeò propter eam reatum legis (divinæ) incurrere quis nequeat. Nullo autem (inquam) modo ligent ejuſmodi nodo, propter quem reatum legis incurrere poſſint. Dixit propterea R. Schimeon Doctori Miſchnico primo: Ne mireris de me, quod ego hic rigoroſior ſim; cum circa terminos Sabbathicos indulgentior fuerim multò, dixerimque, quod, etiamſi quis extra terminum Sabbathicum quindecim ulnas exiverit, retrogredi tamen poſſit. Nam quod ad terminos Sabbathicos; de tuo dederunt tibi (Doctores mecum aliquid:) propterea quod ſciamus (probe,) iſtas

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שרץ שנמצא במקדש וכו׳ *Reptile, quod inventum in ſanctuario &c.* המיינו Eſt *cingulum*, quo (*quis*) ſe ipſum cingit. Nam אבנט balteus ſive cingulum Chaldaica paraphraſis reddit, המיינא (*Exod. XXIX. v. 9.*) Scito verò, quod quiſquis ingrediebatur in locum, quicunque foret atrii templi, dum eſſet immundus, ſi fuerat quidem errans, reus tamen peccati erat: at ſi contumax (*ſ. malitioſus,*) erat reus excidii, (*ſ. excommunicationis.*) R. itaque Akiba dicit: efferebant reptile immundum in Sabbatho ex toto atrio templi. צבת של עץ *ligatura ligni eſt.* מלקחיים *Forceps ex ligno*, quæ non polluit. Nam ſimplicia vaſa lignea, (*quæ ex ſolo ligno conſtant,*) non recipiunt immunditiem legis (*ſeu in ipſa lege definitam:*) quemadmodum exponetur ab initio (*tractatus*) Kelim. Jam verò τὸ סירותיו *Ollas ejus* (*Exod. XXVII. v. 13.*) Chaldaica paraphraſis reddidit: פסכתרוותיה. Unde ſingularis numerus formatur פסכתר *Olla.* Cæterum R. Schimeon exiſtimavit, quod, ſi alicui rupta eſſet chorda in ſanctuario; quod (*inquam*) non deberet eam ligare; quemadmodum commemoravimus, (*licuiſſe*) in iis, quæ præceſſerunt: ſed quod ligare liceret tantum partem ſuper partem per connexionem (בעניבה *qua diſtinguebatur à ligatione.*) Sed aliquid verborum ejus præmiſſum eſt tibi in Cap. IV. hujus tract. (*ubi dixit,*) quod, quando quis exiret extra terminum Sabbathicum, etiam quindecim ulnas, ingredi poſſit (*ſ. retrocedere:*) quia dimenſiones non exprimant accuratè quantitates menſurarum. Et res in utroque jure, quemadmodum (*ille quidem*) exiſtimavit, dum dixit: Quod iſte, quem diximus, retrocedat, etiamſi exiverit ultra terminum Sabbathicum quindecim ulnas, non (*ſic accipienda,*) quaſi homini liceat tranſgredi terminum Sabbathicum vel unicum digitum, ſed quod permittantur tibi iſtæ quidem quindecim ulnæ, ideò, quod tuæ fuerint, & de quantitate termini tui Sabbathici; quandoquidem dimenſiones non accuratè exprimant quantitates. Similiter verò, (*pergit ille,*) quando permiſimus tibi, ut liges chordam per connexionem: permiſimus tibi rem, quæ eſt conſtitutionis Sabbathicæ Doctorum. Nam hi ipſi ſunt, qui prohibuerunt rem iſtam, ut adeò ligatio per connexionem ex (*conſtitutione*) Doctorum noſtrorum prohibita ſit. Verum non eſt deciſio juxta R. Schimeonem in utroque dicto; ſed (*potius*) ſic ſe res habet, quemadmodum commemoravimus in iis, quæ præmiſſa ſunt. Et tandem deciſio eſt juxta R. Akibam, nec non juxta R. Jehudam.

iſtas quindecim ulnas non eſſe extra terminum Sabbathicum : ſiquidem de menſoribus terminorum Sabbathicorum, qui ſigna in fine terminorum Sabbathicorum figunt, certum nobis eſt, quod terminum Sabbathicum in fine bis mille ulnarum non figant; ſed intra terminum Sabbathicum ſubſiſtant. Idque propter errantes, qui quum ſignum non norunt, nonnunquam ultra illum (terminum Sabbathicum) egrediuntur nonnihil, revertunturque. Propterea ergo in terminis Sabbathicis indulgentior extiti. Sed quod ad ligaturam chordæ in ſanctuario; quum non permiſerint (quicquam) in ſanctuario, niſi (aliàs) conſtitutione Doctorum Sabbathica prohibitum, ego rigoroſior ſum dicoque, quod tantummodò connexionem, עניבה dictam, quæ conſtitutione Sabbathica prohibita eſt, permiſerint; non autem, ut nodus firmus ligetur, propter quem nonnunquam (ſaltem) reatus legis incurritur. Verum deciſio juxta R. Schimeonem non eſt.

F I N I S.

מסכת פסחים

Tractatus de Paſchate.

פרק א אור לארבעה עשר בודקין את החמץ לאור הנר כל מקום שאין מכניסין בו חמץ אין צריך בדיקה ולמה אמרו שתי שורות במרתף מקום שמכניסין בו חמץ בית שמאי אומרים שתי שורות על פני כל המרתף ובית הילל אומרים שתי שורות החיצונות שהן העליונות :

CAput I. Nocte decimi quarti (menſis Niſan) inquirunt de fermento, ad lucem lampadis. Quælibet loca, in quæ non intulerunt fermentum, non indigent inquiſitione. Sed quamobrem dixerunt, duos ordines cellæ? (ad indigitandum) locum in quem inferunt fermentum. Schola Schamai dicit, duos ordines ſuper faciem totius cellæ (inquirunt.) Schola Hillelis dicit, duos ordines exteriores, qui ſunt ſuperiores.

R. OB. DE BARTENORA.

אור לארבעה עשר *nocte decimi quarti* (diei;) nocte illa cujus dies ſequens eſt decimus quartus, vocat autem doctor (Miſchnicus) noctem אור *lucem*, quemadmodum (per metaphoram) cœcum vocamus סגי נהור *magnum lumen quod perſpicue videt*; utitur ergo modo loquendi excellentiori.

בודקין החמץ *inquirunt fermentum*, eſt qui dicit rationem inquiſitionis eſſe, ne quis tranſgrediatur præceptum בל יראה quod extat Exod. 13,7. Itidemque præceptum בל ימצא quod extat Exod. 12. 19. Si nimirum fermentum fuerit in domo tempore Paſchatis; & quamvis etiam ſufficiat ſi illud ſimpliciter aboleverit, timemus tamen ne inveniatur placenta vel maſſa quædam dulcis, quam eum removiſſe pœnitet, ideoque conſilium capiat eam comedendi, atque adeo tranſgrediatur præceptum, *non conſpicietur*, *non invenietur*, ideo inquirunt fermentum ad removendum illud, ut non amplius inveniatur. Eſt qui dicit rationem inquiſitionis eſſe; forſan quis inveniet fermentum in domo ſua tempore Paſchatis, & comedat illud, quia non ſolet ſeparari ab eo totum anni tempus reliquum.

לאור הנר *ad lucem lampadis*, in Gemara docetur, quod inquiſitio fermenti neceſſario fieri debet ad lucem lampadis, quia Exod. 12, 19. dicitur שאור לא ימצא Et Gen. 44, 12. וימצא הגביע *& inventum eſt poculum.* Quemadmodum ergo inventio facta perſcrutatione in hoc loco, ſic etiam fiat neceſſe eſt in altero loco, ubi de fermento. Quod autem perſcrutandum ſit ad lucem lampadis, probatur è Prov. 20, 27. נר אלהים נשמת אדם & deinde חופש כל חדרי בטן. Propterea ordinarunt ut inquirerent fermentum nocte, quia nocte omnes homines domi ſunt, & lux lampadis nocte melior eſt die, nam quid lampas diei prodeſt cum ſole? nihilominus tamen, ſi non inquiſiverit nocte diei decimi quarti, & inquiſiverit mane diei decimi quarti, neceſſe eſt ut etiam inquirat ad lucem lampadis. ולמה אמרו *at quare dixerunt* nimirum in ſequentibus in noſtra Miſchna, quod, ſi duo ordines doliorum poſiti fuerint unus ſuper alterum in cella vinaria, neceſſe eſt ut inquiratur inter illos. Quia diximus, quod; quilibet locus, in quem non inferre ſolent fermentum, non poſtulat inquiſitionem; nam quare dixerunt, neceſſarium eſſe inquirere in duobus ordinibus? & reſpondetur hoc non dictum eſſe niſi de cella in quam inferunt fermentum, uti eſt cella cujus vino utuntur ad menſam; ita ut aliquando contingat ut famulus expromat vinum una cum pane in manu de quo aliquid ipſi excidere poteſt in cella. שתי שורות על פני המרתף *duo ordines ſuper faciem cellæ*; ſolent in cellis vinariis ordinare dolia in ordines, donec impletum fuerit totum cellæ ſolum, deinde ponere dolia ſuper dolia, ita ut ordines inferiores ſe habeant ut ſuperiores uſque ad tectum. Ordines autem illi de quibus locuta eſt Schola Schamai, ſunt ordines exteriores inde à ſolo uſque ad tectum. Deinde ergo inquirit quis dolia ſuperiora ſuper faciem longitudinis & latitudinis, unde fit, ut duo ordines ſint inſtar literæ Græcæ Gamma dictæ, unus ordo elatus, alter

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Inquirunt de fermento decima quarta nocte, quamvis non ſit vetitum quod ad comeſtionem, uſque ad meridiem diei quarti decimi, uti exponetur. Hoc autem eo modo conſtituerunt, quia lux lampadis idonea eſt nocte ad conquirendum (fermentum,) & homines eo tempore ſolent eſſe domi. Vocat autem noctem אור *lucem*, quemadmodum multas res per ironiam ſolemus vocare modo omnino contrario. Scopus vero (Miſchnæ) hujus eſt loqui modo excellentiori, ne principium tractatus incipiat voce לילה *nocte*, quæ vox privationem notat.

מרתף eſt nomen cellæ vinariæ; præterea expoſitio hujus Miſnæ ſe habet hoc ſenſu, *quilibet locus, in quem non inferunt fermentum, non opus habet inquiſitione*; & cellæ vinariæ ac oleariæ non opus habent inquiſitione. *Quare autem dixerunt, duos ordines in cella &c.* exempli gratia, ſi domus aliqua plena ſit doliis vini, in longitudine decem doliis, in latitudine decem, in altitudine decem, unum à latere aliorum, donec in domo fuerint mille dolia. Schola Schamai dicit, inquiret ordinem totum, qui eſt è regione oſtii, in longitudine & latitudine, quæ ſunt dolia centum; & hic ſenſus eſt ejus quod dicitur, *duo ordines ſuper faciem totius cellæ.* Sed Schola Hillelis dicit, duos ordines inquirendos eſſe, qui ſunt viginti dolia tantum, & duos ordines eſſe debere, unum à latere alterius, è regione oſtii domus, & ab ordinibus ſuperioribus è regione tecti; & hic ſenſus eſt ejus quod dicitur, *duo ordines exteriores qui ſunt ſuperiores.*

vero depreſſus. שתי שורות החיצונות *duo ordines exteriores*, ordo ſuperior qui circa tectum eſt proſpiciens ad januam, & ille qui ſub eo eſt; illos autem qui ſunt interiores non eſt neceſſe ut inquirat; neque etiam exteriores neceſſe eſt ut inquirat, niſi duos tantum ſuperiores.

SURENHUSIUS. Inſcribitur hic tractatus nomine פסחים, & dicitur in numero plurali, quia in eo agitur de duplici Paſchate. Nam ſi quis peregre profectus fuiſſet, vel pollutus, ut primum Paſcha celebrare non poſſet, ille ad ſecundum celebrandum obligatus erat, quemadmodum pluribus oſtenditur capite nono. Et ſubjungitur hic ambobus de Sabbato tractatibus, quia illius præceptum in Lege ſecundum eſt poſt Sabbatum. Notat autem Maimonides octo inprimis hunc tractatum niti fundamentis, cujuſmodi ſunt: Ne quis comedat fermentum decimo quarto die Niſan; a meridie & deinceps; ut fermentum plane è domiciliis removeatur quarto decimo die ejuſdem menſis; ne fermentum intra totos ſeptem dies comedatur; ne quis comedat cibum cum fermento commixtum totos ſeptem dies; ne alibi conſpiciatur fermentum integros ſeptem dies; neque inveniatur integros ſeptem dies; ut comedatur panis azymus in noctibus Paſchatis; ut prima nocte Paſchatis commemoretur exitus ex Ægypto.

ב אין חוששין שמא גררה חולדה מבית לבית וממקום למקום דאם כן מחצר לחצר ומעיר לעיר אין לדבר סוף:

2. Non ſolliciti ſunt an forſan muſtela quædam ſecum traxerit (fermentum,) ex (una) domo in (aliam) domum; & ex (uno) loco in (alium) locum; quod ſi ita fieret, ex (uno) atrio in (aliud) atrium, & ex (una) civitate in (aliam) civitatem, res procederet in infinitum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חוששין *non ſolliciti ſunt*, quando domum inquiſivit ab uno latere, & venerit ad inquirendum ab alio latere, non ſolliciti ſunt ne forſan, quando venit ad hoc latus, muſtela attraxerit ſecum (fermentum) ad locum illum quem inquiſivit, ut neceſſe ſit iterum inquirere; nam ſi de eo ſolliciti eſſemus, idem dici poſſet de (tranſlatione fermenti) ex uno atrio in aliud; & omnis homo diceret, ego inquiſivi ante meum vicinum, & poſtquam ego inquiſivi, traduxit muſtela fermentum ex atrio vicini mei in atrium meum, & ſic res pergeret in infinitum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גררה *attraxerit*, notum eſt, ut, trahit homo lectum, ſellam, & ſcamnum; ſic etiam 2 Sam. 14, 14. הנגרים ארצה *effuſæ in terram.* חולדה *muſtela*, notum eſt etiam.

ג רבי יהודה אומר בודקין אור ארבעה עשר ובארבעה עשר שחרית ובשעת הביעור וחכמים אומרים לא בדק אור ארבעה עשר יבדוק בארבעה עשר לא בדק בארבעה עשר יבדוק בתוך המועד לא בדק בתוך המועד יבדוק לאחר המועד ומה שמשייר יניחנו בצינעא כדי שלא יהא צריך בדיקה אחריו:

3. R. Jehuda dicit, inquirunt (fermentum) nocte decimi quarti (diei,) & decimo quarto (die) mane, & tempore remotionis. At Sapientes dicunt, ſi non inquiſiverit nocte decima quarta, inquirat (die) decima quarta; ſi vero non inquiſiverit (die) decima quarta; inquirat in medio feſti; ſi non inquiſiverit in medio feſti, inquirat poſt feſtum. Quicquid autem reliquerit, reponet in locum ſecretum, ne poſtea opus ſit inquiſitione.

R. OB. DE BARTENORA.

בודקין אור ארבעה עשר *inquirunt nocte decima quarta*, nimirum in uno è tribus illis temporibus inquirunt tantum, ſi vero præterlapſis tribus illis temporibus non inquiſitum fuerit, non amplius inquiritur. בתוך המועד *in medio feſti*, hora ſexta, quæ eſt tempus remotionis fixum.

לאחר המועד *poſt feſtum*, uſque ad noctem; eſt qui exponit illud בתוך המועד *in medio feſti*, in medio Paſchatis; & לאחר המועד *poſt feſtum*, poſt Paſcha, ne commiſceatur fermentum ſuper quod tranſiit Paſcha, quo frui non licet, una cum fermento licito, quod factum eſt poſt Paſcha. Sed R. Jehuda dicit, quod poſt remotionem, ſive poſt tempus interdicti de fermento, nullo modo inquirendum ſit. Sapientes dicunt, inquirat poſt tempus interdicti, nam non ſolliciti ſumus ut quis illud comederet, cum illud tantummodo inquirit ad comburendum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בתוך המועד ולאחר המועד *in medio feſti, & poſt feſtum*, id eſt, in medio dierum Paſchatis, & poſt dies Paſchatis. Utilitas vero inquiſitionis hæc eſt, ut perdatur fermentum, & nemo eo utatur, quia nobis hypotheſis eſt, quod fermentum, (Iſraëlitæ) ſuper quo tranſiit Paſcha, prohibitum ſit quod ad uſum. Quod autem dixit מה שמשייר *id quod remanſerit*, illud referendum eſt ad antecedentia, ubi dicitur, *nocte decima quarta inquirunt fermentum*, ita ut id quod remanſerit, reponat in locum ſecretum, uſque ad tempus interdicti. Nam ſi reliquerit unum vas probe cuſtoditum, & deprehenderit quod deerat aliquid ex eo quod reliquerat, neceſſe eſt ut denuo inquirat, quia dicimus quod illud certo attraxerit muſtela quædam. Ratio autem diſputationis inter R. Jehudam & Sapientes, hæc eſt, R. Jehuda dicit, ſi quis non inquiſiverit tempore interdicti de fermento, non inquiret ullo modo, ne comedat illud. Sapientes autem non rationem habent hujus decreti, quoniam dicunt, is ipſe iterum (utique) inquirat ad comburendum illud, quomodo comederet illud? propterea dicunt, quod licitum ſit inquirere in medio feſti, & poſt feſtum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ד רבי מאיר אומר אוכלין כל חמש ושורפין בתחלת שש רבי יהודה אומר אוכלין כל ארבע ותולין כל חמש ושורפין בתחלת שש:

4. R. Meyr dicit, comedunt (fermentum die quarto decimo) per totam (horam) quintam, & comburunt in principio ſextæ (horæ.) R. Jehuda dicit, comedunt totam (horam) quartam, & ſuſpendunt totam (horam) quintam, & comburunt id in principio ſextæ (horæ.)

R. OB. R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

ושורפין בתחלת שש *Et comburunt in principio ſextæ*, etſi hora ſexta tota licita ſit ex Lege, decreverunt tamen Sapientes de ea, ne quis decipiatur, ita ut horam ſeptimam putet eſſe ſextam. Sed circa quintam non tam facilè quis decipiatur, putans ſeptimam eſſe quintam, & ſic licitum eſſe. ותולין כל חמש *Et ſuſpendunt totam quintam*, relinquunt (fermentum) & non comedunt illud, quia poteſt eſſe dies nebuloſus, ita ut errent, putantes ſeptimam eſſe quintam; nihilominus non neceſſe eſt comburere illud, ſed beſtiis dari poteſt comedendum. Sed hora ſexta fermentum prohibitum eſt quod ad uſum juxta Sapientes, ne forte quis rem perficiat hora ſeptima; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Commendat Deus benedictus Exod. 12, 19. שבעת ימים שאר לא ימצא בבתיכם unde colligimus quod neceſſe eſt ut remotio fiat ante diem ſeptimum, ut integros ſeptem dies, à principio eorum uſque ad finem, non inveniatur fermentum. Quod autem Exod. 12, 15. dicitur ביום הראשון תשביתו שאר מבתיכם indè colligimus, quod ſit dies decimus quartus, & quod remotio fermenti fiat in principio diei decimi quarti, niſi dixiſſet, אך ביום הראשון *ſed die primo*, ubi particula אך diminutiva eſt, atque adeo res eſt, ac ſi dixiſſet, id quod tibi dico *die primo*, non accipiendum eſt de principio diei, ſed de parte illius. Et in locis iis qui hoc fundamentum connotant ex traditione receptum, ſenſus eſt, quod remotio fermenti fiat in parte diei quarti decimi, eo quod Deus benedictus dixit Exod. 23, 18. לא תשחט על חמץ דם זבחי Sed traditio eſt, eam diei partem fixam eſſe in principio horæ ſeptimæ; & omnes in eo conveniunt, quod à principio horæ ſextæ prohibitum ſit; ſed hoc juxta Sapientes, ad arcendum (hominem) ab interdicto Legis. Controverſia R. Meyri & R. Jehudæ hæc eſt; R. Meyr dicit, hominem comedere poſſe quamdiu ipſi licitum eſt comedere; R. Jehuda dicit, quod non poſſit comedere à principio horæ quintæ, quia errare poteſt die nebuloſo quod ad unam horam; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

ה ועוד אמר רבי יהודה שתי חלות של תודה פסולות ומונחות על גג האיצטבא כל זמן שמונחות כל העם אוכלין ניטלה אחת תולין לא אוכלין ולא שורפין ניטלו שתיהן התחילו כל העם שורפים רבן גמליאל אומר חולין נאכלין כל ארבע ותרומה כל חמש ושורפין בתחלת שש :

5. Præterea dixit R. Jehuda, ſi duæ placentæ ſacrificii euchariſtici fuerint profanatæ, & impoſitæ ſcamno, quamdiu poſitæ erant, populus fermentum comedebat totus; ſin autem una ablata, ſuſpendebant, non comedebant, neque comburebant. Si utraque ablata eſſet, totus populus incipiebat comburere. Rabban Gamaliel dicit, profanum comeditur per totam horam quartam, oblatio prima vero per totam quintam, & comburunt in principio ſextæ.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי חלות *Duæ placentæ*, fermentatæ, in ſacrificium euchariſticum. פסולות *profanatæ*, quæ profanatæ ſunt, quia de die in diem relinquebantur, quia panes ſacrificii euchariſtici multi erant tertio decimo menſis Niſan; nam quicunque offerre debebat ſacrificium euchariſticum, offerebat illud tertio decimo (menſis Niſan,) ideoque profanabantur inter pernoctandum uſque ad manè diei quarti decimi (menſis Niſan.) Panes vero ſacrificii euchariſtici erant quadraginta, quorum decem erant fermentati, hoc autem ſacrificium comedendum erat per diem, & noctem. Sin autem quis obtuliſſet illud die quarto decimo, panes fermentati comedi non poterant, niſi ab hora ſexta, & prohibitum erat offerre ſacrificium eo die quo diminueretur tempus comeſtionis illius. Quandoquidem afferre non poterant ſanctitates ad locum prohibitum; propterea, quicunque debebat ſacrificium euchariſticum, afferebat illud decimo tertio (Niſan,) quia decimo quarto afferre non poterat; & quanto magis tempore Paſchatis. Et profanabantur, ſi relinquerentur uſque ad decimum quartum, quia non erant tot comedentes (quot ſufficiebant ad omnes comedendos.) Quandoquidem autem erant panes profanati, ideo ponebantur illic, nam ſi idonei eſſent ad comedendum, non ponerentur illic, ad profanandum eos manibus, qui poſiti ſunt illic uſque ad tempus remotionis, quo deindè combuſti ſunt. על גבי האיצטבא *ſuper ſcamno*, quod erat in monte conclavis ſancti, ut panes ibi conſpicerentur in ſignum aliquod. נטלה אחת *ſi ablatus eſſet unus*, in principio horæ quintæ veniebat legatus ſenatus, & auferebat unum, unde toti populo conſtabat horam quintam appropinquaſſe, ideoque ſuſpendebant ſive removebant. ותרומה כל חמש *& oblatio prima* (horam) *quintam integram*, quia non licet ſanctitates ſinere ut perdantur manibus, quamdiu comedi poſſunt. ושורפין בתחלת שש *& comburuntur in principio ſextæ*, quia tum certo conſtat quod major populi pars errat inter ſextam & ſeptimam, deciſio non eſt juxta Rabban Gamaliel.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In poſterum tibi etiam exponendum erit quod ſacrificium euchariſticum continet quadraginta placentas, & quandoquidem multæ erant, profanabantur pernoctando, (quia eas de die in diem relinquebant;) ſumebant itaque duas ex illis placentis, & faciebant illis id quod dicit (Miſchna;) deciſio non eſt juxta Rabban Gamaliel.

ו רבי חנינא סגן הכהנים אומר מימיהן של כהנים לא נמנעו מלשרוף את הבשר שנטמא בוולד הטומאה עם הבשר שנטמא באב הטומאה אף על פי שמוסיפין טומאה על טומאתו הוסיף רבי עקיבא ואמר מימיהם של כהנים לא נמנעו מלהדליק את השמן שנפסל בטבול יום בנר שנטמא בטמא מת אף על פי שמוסיפין טומאה על טומאתו :

6. R. Chanina princeps ſacerdotum dicit, à diebus (eorum) ſacerdotum (inquam) non intermittebant combuſtionem carnis pollutæ per filium immunditiei, cum carne polluta per patrem immunditiei, etſi addant immunditiem immunditiei. Addidit R. Akiba, & dixit, à diebus ſacerdotum non intermittebant accendere oleum profanatum per eum qui lotus eſt de die, ope lucernæ pollutæ per pollutum per mortuum, etſi immunditiem addant immunditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

מימיהם של כוהנים וכו׳ *A diebus ſacerdotum, &c.* hæc dicit, quia in ſequenti tradere volebat hoc ſenſu, *ex verbis eorum colligimus quod comburunt oblationem primam puram cum impura.*

מלשרוף את הבשר שנטמאה *Ad comburendum carnem quæ polluta eſt &c.* hoc accipiendum eſt de filio immunditiei; id eſt, de carne quæ fuerit tertia in immunditie, quæ polluta eſt in ſecunda immunditie, quæ eſt filius filii; non cohibebant combuſtionem cum carne polluta per patrem immunditiei, qui eſt primus (gradus) immunditiei; quando autem hæc caro tangit, quæ erat in principio tertius (gradus,) carnem eam quæ polluta eſt per patrem immunditiei, denuo fit ſecundus (gradus,) quia tetigit primum, & factus eſt ſecundus, unde fit ut ipſi addant immunditiem immunditiei, quia erat tertius, & jam fit quartus. Nihilominus tamen non cohibebant combuſtionem ejus cum immunditie graviori; nam quandoquidem hæc immunditiès levis comburenda eſſet, non curabant tamen ſi vel maximè eam magis polluerent, quam antea polluta erat. Imo etſi juxta Legem cibus non polluat cibum, uti dicitur de immunditie ciborum Levit. 11, 37. טמא הוא Eſt itaque immundus cibus, at non polluit ejus generis cibum. Nihilominus Sapientes dixerunt, quod cibus cibum polluit.

השמן *Oleum*, puta oleum oblationis primæ quod interdictum ei qui de die lotus eſt, qui tertius eſt (gradus) immunditiei, quia ille qui eadem die lotus eſt, oblationem primam prohibet juxta Legem, & eam in tertium (gradum) conficit; idem eſt, ſive fuerint edulia, ſive potus.

בנר שנטמאה בטמא מת *Cum lucerna, quæ polluta eſt per immundum per mortuum*, puta lucernam è metallo confectam, & omnia vaſa (exceptis vaſis teſtaceis) quæ tetigerint pollutum per mortuum, ſe habent ut hoc, ut, ſi fuerint patres immunditiei, ſint patres; ſin primi, ſint primi, ut dicitur Num. 19, 16 בחלל חרב *gladio percuſſus*; jam vero docemus gladium ſe habere ut mortuum, nimirum, eo quod gladius qui tetigit mortuum, fit pater patrum immunditiei, uti eſt ipſe mortuus. Sic etiam, ſi gladius tetigerit patrem immunditiei, nempe pollutum per mortuum, gladius etiam fit pater. Sub eodem jure quoque continentur omnia vaſa reliqua, exceptis vaſis teſtaceis; unde eſt, ut lucerna metallina quæ tetigit pollutum per mortuum, fiat pater immunditiei. Jam autem R. Akiba addidit verbis R. Chaninæ principis Sacerdotum; eo quod R. Chanina tantum permittit, ut tertius (gradus immunditiei) fiat ſecundus. Sed R. Akiba permittit, ut tertius fiat primus; quia oleum, quod profanatum eſt per lotum de die, qui tertius (gradus immunditiei) quando incendunt eo lucernam, quæ polluta eſt per pollutum per mortuum, (nam lucerna ipſa fit pater immunditiei, uti diximus,) hinc fit, ut tertius (gradus immunditiei) fiat primus. Et quamvis ita ſit res, tamen non abſtinuerunt ab illo ipſo, & quandoquidem in eo etiam erat immundities, nomen nihil tamen curabant, ideoque licitum erat addere ope manuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Patres immunditiei enumerati ſunt in principio tractatus Taaroth, & inde eos cognoveris. Quicunque vero tetigerit patrem immunditiei, vocatur ראשון *primus*; & qui tetigerit primum vocatur שני *ſecundus*; qui tetigerit ſecundum, vocatur שלישי *tertius*; qui tetigerit tertium vocatur רביעי *quartus*. Præterea *primus* quoque vocatur *filius immunditiei*, quia attribuitur patri immunditiei, & provenit ab illo. Secundus itidem vocatur filius immunditiei, & eo modo procedunt, dicentes vocem ולד *filium* de *tertio*, & *quarto*; vocatur autem *primus*, *ſecundus*, *tertius* & *quartus*, ולד הטומאה *filius immunditiei*, quia omnes ſunt filii à patre immunditiei prognati. Quod autem hoc loco (Miſna) dicit ולד הטומאה *filius immunditiei*, puta filium de filio. Verum jam tibi conſtat, quod caro, quæ tetigit filium immunditiei, fit *tertius immunditiei*; & quod caro, quæ tetigit patrem immunditiei, fit *primus*; & quando tertius tetigit primum, denuo fiat *ſecundus*, quemadmodum expoſui tibi, quod quicunque tetigit primum, fiat ſecundus. Docet autem hac re (Miſchna) quod licitum eſt tertium facere ſecundum, & hoc vult, quando dicit, *etſi addant immunditiem immunditiei*, quia erat *tertius*, qui denuo fit *ſecundus*. Immunditiès autem illa quæ additur ipſi, ex Sapientibus (determinata eſt.) Sed ex Lege nobis regula eſt, quod cibus non polluat cibum, quia de immunditiei cibi dictum eſt Levit. 11, 37. טמא הוא *immundum illud.* Cæterum traditione accepimus hoc ſenſu, *illud immundum eſt, ſed non producit ſibi ſimile*, id eſt, non polluit ejuſdem generis cibos; at juxta Sapientes cibus cibum polluit, ideoque *tertius* fit *ſecundus*. Sed R. Akiba addit, dicens, *tertium* licet facere *primum*, uti tibi expoſui; nimirum, quod pollutus per mortuum fit unus è patribus immunditiei, & quod homo, qui tetigerit mortuum, fiat pater immunditiei; qui tetigerit patrem immunditiei, fiat *primus*; & eodem modo *ſecundus*, *tertius* & *quartus*. Sin autem, id quod tetigerit mortuum, fuerit aliquod vas, non fiet pater immunditiei, à quo computetur *primus*, & *ſecundus*; ſed iſtiuſmodi vas & mortuus continentur ſub eodem jure, ut is, qui tetigerit iſtiuſmodi vas, polluatur immunditie ſeptem dierum, ille ipſe autem fit pater immunditiei, & computabuntur ab ipſo *primus & ſecundus*; hoc autem probatur eo quod dixit Deus benedictus. Num. 19, 16. בחלל חרב או במת וכו׳ Jam autem traditione tenemus quod Scriptura in hoc loco *gladium* comparat cum *perfoſſo*, ideoque gladium eſſe, ut perfoſſum; eodemque modo omnia vaſa metallina, & vaſa illa quæ immerſione in aquam à pollutione abluuntur, ſubjiciuntur juri gladii. Cæterum immunditiès vaſorum ſemper gravior eſt immunditie hominis, in uno gradu, nimirum, ſi homo aliquis tetigerit mortuum, iſtiuſmodi homo fiet pater immunditiei; & ſi alius homo tetigerit primum, iſtiuſmodi homo fiet *primus immunditiei*, uti in principio verborum noſtrorum expoſuimus. Sin autem vaſa aliqua tetigerint hominem pollutum per mortuum, qui pater immunditiei eſt, non fient *primus*, ſed fient pater immunditiei, & ab illis incipiet computus de *primo & ſecundo*. Sed ulterius tibi exponentur jura omnium fundamentorum, eorumque probationes in principio tractatus Ohalot. Per lucernam, de qua hoc loco verba facit (Miſchna) intellige lucernam metallinam, quæ ſubjicitur omnibus juribus vaſorum, quorum mentionem fecimus. Sed non ita comparatum eſt cum lucerna teſtacea, nam unum eſt ex fundamentis noſtris, quod vas teſtaceum nullo modo poſſit eſſe pater immunditiei, uti exponetur in tractatu Kelim. Si vero lucerna metallina tetigerit pollutum per mortuum, qui eſt pater immunditiei, iſtiuſmodi lucerna non fiet *primus*, ſed fiet *pater immunditiei*, uti expoſuimus. Oleum vero quod profanatum eſt per טבול יום *de die lotum*, quod oleum eſt *tertius* (in immunditie) uti exponetur in tractatu *Tebul Jom*; quando impoſitum fuerit lucernæ, denuo fit *primus*, quia lucerna eſt *pater immunditiei*, uti diximus; & permittit ut *tertius* fiat primus. Cæterum jam expoſuimus quod juxta R. Akibam neceſſe ſit, ut lucerna fiat pater, ut oleum ſit *primus*, & polluat aliud juxta Legem. Nam putat quod potus polluti polluant alios potus juxta Legem. Verum ſi putaret ejuſmodi immunditiem eſſe juxta Sapientes, uti quidem verum eſt, ſuffeciſſet ipſi immunditiès juxta Sapientes; ut permittat lucernam fieri è luto, quandoquidem potus, ſive polluti fuerint per *patrem*, ſive per *primum*, ſive per *ſecundum*, denuo fiunt *primus*; & hoc juxta decretum Sapientum; ſed hoc amplius in tractatu Taarot. Hæc autem veriſſima ſunt, quia illis teſtimonium perhibuerunt ii qui teſtes oculati fuerunt. Ratio autem, quare hunc caſum huc adducit, hæc eſt, quia tractaverat de duobus panibus profanatis, è panibus ſacrificii euchariſtici, qui erant ſanctitates, & comburebantur.

ז אמר רבי מאיר מדבריהם למדנו ששורפין תרומה טהורה עם הטמאה בפסח אמר לו רבי יוסי

7. Dixit R. Meyr, è verbis eorum diſcimus, quod comburunt oblationem primam puram cum im-

יוסי אינה היא המדה ומורים רבי אליעזר ורבי
יהושע ששורפין זו לעצמה וזו לעצמה על מה
נחלקו על התלויה ועל הטמאה שרבי אליעזר
אומר תשרף זו לעצמה וזו לעצמה ורבי יהושע
אומר שתיהן כאחת :

impura, (tempore) Paſchatis. Dixit illi R. Joſe, non eſt hæc regula; & concedit R. Elieſer, & R. Jehoſchua, quod comburant quamlibet ſigillatim. In quibus diſſentiunt? in dubia & immunda (oblatione prima;) nam R. Elieſer dicit quod quælibet comburenda ſit ſigillatim; R. Jehoſchua dicit quod utraque ſimul comburenda ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

מדבריהם למרנו *E verbis eorum colligimus*, tam R. Meyr quam R. Joſe putat, quod caro polluta per filium immunditiei, de qua dixit R. Chanina, (Miſna antecedenti,) habenda ſit caro polluta per potus, qui polluti ſunt in vaſe, quod pollutum eſt per ſerpentem. R. Meyr putat quod immundities potuum ad polluendum alias res, non ſit de Lege; quia potus non polluit potum, neque edulia, ex conſtitutione Sapientum. Ideoque dicit verbis R. Chaninæ dicentis, quod comburunt carnem pollutam per potus, (quæ immunda eſt, juxta Sapientes, ſed munda juxta Legem) cum carne polluta per patrem immunditiei, id quod juxta Legem. Hinc colligimus quod oblationem primam mundam comburunt cum immunda, quando appropinquaverit hora ſexta (veſperæ Paſchatis,) quæ prohibita eſt juxta Sapientes, quemadmodum licet carnem pollutam per potus, quæ juxta Legem tota pura eſt, cum carne polluta per patrem immunditiei, quæ impura juxta Legem, comburere.
אמר לו רבי יוסי אינה היא המדה *Dixit illi R. Joſe, non eſt hæc regula*, ſequitur opinionem ſuam R. Joſe, qua putat, quod immundities potuum ad polluendum alia ſit ex Lege, & quod caro polluta per potus immunda ſit per Legem, ideoque dicit, *non eſt hæc regula*, id eſt, non poteris iſtiuſmodi quid diſcere è verbis illorum; ſi conceſſeris id quod pollutum eſt per immunditiem levem ut comburatur cum eo quod pollutum eſt per immunditiem gravem, conſequenter etiam conceſſeris mundum comburi cum immundo; deciſio eſt juxta R. Joſe, quod non comburunt oblationem primam puram cum impura, in feſto Paſchatis. Sed quod immundities potuum polluit alia, non eſt ex Lege, ſed ex Sapientibus, uti fert opinio R. Meyri.
ומורים רבי אליעזר ורבי יהושע *Et concedunt R. Elieſer & R. Jehoſchua*, hoc dicit R. Joſe, nam quamvis R. Elieſer & R. Jehoſchua diſſentiant in combuſtione oblationis primæ, in hoc tamen conveniunt quod quælibet comburenda ſit ſigillatim. על התלויה ועל הטמאה *In dubia & immunda*, R. Elieſer putat quod obſervantia (oblationis primæ) dubiæ commendatur Num. 18, 8. משמרת תרומתי *cuſtodia oblationum mearum primarum*, de duabus oblationibus primis verba hic facit Scriptura, quarum una eſt oblatio prima dubia, altera munda. רבי יהושע אומר שתיהן כאחת *R. Jehoſchua dicit, utraque ſimul*, nam cum dubia ſit, cuſtodia illius non commendatur: ſed quod ad dubiam & puram oblationem primam non diſſentiunt ratione combuſtionis, nam quandoquidem non eſt certò immunda, nemo talis habetur ac ſi polluat eam manibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr putat quod potus immundi non polluant alias res, juxta Legem; cæterum exponentur etiam fundamenta opinionis illius in tractatu Taarot. Verum ambo concedunt, quod id, quod dictum eſt Miſchna antecedenti, *non abſtinent à combuſtione carnis pollutæ per filium immunditiei*, quia caro polluta erat per potus immundos; hæc autem caro, juxta opinionem R. Meyri, eſt *filius immunditiei*, ſecundum inſtituta Sapientum, quia ille, ut expoſui tibi, putat quod immundities potuum, quantum ad polluendum alias res, ſit conſtitutio Sapientum. Sed juxta opinionem R. Joſis, de Lege eſt filius immunditiei. Quatenus autem R. Meyr putat, quod R. Chanina permittit comburere filium immunditiei, de Sapientibus eſt, cum *primo*, qui eſt de Lege, dicit, è verbis Chaninæ quod ad diſputationem illius cum R. Akiba, colligimus quod licet oblationem primam mundam comburere cum immunda, quia non eſt differentia inter filium immunditiei, de Sapientibus, & inter *primum*, de Lege. R. Joſe dixit ipſi, non eſt hæc regula, nam putat R. Joſe, iſtiuſmodi carnem pollutam eſſe de Lege; & dicit ipſi, ſi permittimus immundum immunditiei gravioris cum immundo immunditiei levioris, permitteremus combuſtionem mundi cum immundo; quo modo fieri poſſet ut oblatio prima munda combureretur cum immunda, juxta R. Meyr, & ſecundum fundamentum opinionis ejus eſt regula; (ſive vera conſequentia ex dicto R. Chaninæ procedens;) ſed juxta R. Joſen non eſt regula. Deindè ipſi dixit R. Joſe, etiam R. Jehoſchua qui indulget (in hac cauſa) non permittit combuſtionem rei mundæ cum immunda, ſed permittit tantum combuſtionem dubiæ (oblationis primæ quod ad immunditiem) cum immunda. Sed ulterius quoque exponentur cauſæ illæ, quæ per contactum oblationem primam reddunt dubiam, in tractatu Taarot. Dicit autem R. Joſe, ſi decimus quartus dies inciderit in Sabbatum, tum obligamur omnia comburere penitus ante Sabbatum; comburentes immundam ſigillatim, & mundam ſigillatim, & dubiam ſigillatim. Deciſio eſt juxta R. Joſen, in eo quod dicit, *non comburunt mundam cum immunda*; ſed quod potus polluant alias res, ex conſtitutione Sapientum eſt, ut putat R. Meyr.

פרק ב כל שעה שמותר לאכול מאכיל לבהמה
לחיה ולעופות ומוכרו לעכ"ום ומותר בהנאתו
עבר זמנו אסור בהנאתו ולא יסיק בו תנור וכירים
רבי יהודה אומר אין ביעור חמץ אלא שרפה
וחכמים אף מפרר וזורה לרוח או מטיל לים :

Caput 2. Quamdiu (fermentum) licet comedere, tamdiu comedendum det pecori, feris, ac avibus; ac vendat Gentili, liceatque eo uti. Sin autem tranſiverit tempus illius, non licet eo uti; neque incendere eo furnum, neque furnulum. R. Jehuda dicit, remotio fermenti tantum fit eo comburendo. Verum Sapientes dicunt, etiam diſpergere poteſt, & ventilare in ventum, aut projicere in mare.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שעה שמותר לאכול *Quamdiu licet comedere*, nam doctor Miſnicus non dicit, *quamdiu comedunt*, (tamdiu) *comedendum dant*; & quia duabus utitur phraſeologiis, vult, de duabus ſpeciebus hominum ſermonem fieri, hoc ſenſu; quamdiu licet ſacerdoti comedere oblationem primam, tam-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſchna hæc Rabban Gamalielis eſt, cujus opinio jam relata eſt capite præcedenti, Miſchna quinta, profanum comeditur per totam horam quartam, ſed oblatio prima per totam quintam; dicit autem in hoc loco, quod, quamdiu ſacerdos comedat oblationem primam, tamdiu liceat Iſraelitæ

tamdiu comedendum det Iſraëlita pecori ſuo id quod profanum eſt. Eſt autem hæc Miſchna Rabban Gamalielis, qui dixit præcedenti capite Miſna quinta, *profanum comeditur per horam quartam integram*, *oblatio prima vero per horam quintam integram*; at deciſio non eſt juxta illum; ſed oblatio prima uti & profanum comeditur per integram horam quartam, & ſuſpenditur per horam quintam integram, & deinde comburitur in principio horæ ſextæ.

מאכיל לבהמה ולחיה ולעופות *Comedendum dat pecori, feris, & avibus*, neceſſe eſt ut ſingula enumeret; nam ſi tantum verba feciſſet de *pecore*, diceremus licitum eſſe quadrupedibus comedendum dare; quia, ſi relinquat quicquam, videbit illud, & removebit. Sed *feris* comedendum dare non licitum diceremus, quia illæ abſcondere ſolent edulia, uti martes, felis, & muſtela. Sin autem tantum de *feris* verba feciſſet, diceremus, feris licitum eſſe comedendum dare, tum quia abſcondit ſi quid reliquerit, ita ut non tranſgrediatur quis propterea præceptum. *Non conſpicietur amplius*; ſed pecori comedendum dare illicitum diceremus, quia aliquoties relinquit quicquam, ita ut quis illius non habeat rationem ad removendum illud, & eo modo transgrediatur præceptum *Non conſpicietur amplius*; propterea (doctor Miſchnæ) de omnibus verba facit, etiam de avibus.

ומוכרו לנכרי *Et vendat illud gentili*, excludit opinionem Scholæ Schamai, dicentis, quod non vendat illud cuiquam alienigenæ fermentum ſuum, niſi ſciverit quod ante feſtum Paſchatis illud poterit conſumere, quandoquidem putat, quod obligati ſumus illud removere penitus, ut non amplius extet. ומותר בהנאתו *Et licitum eſt quod ad uſum*, uti cinere illius, ſi combuſſerit fermentum ante tempus interdicti illius, licet uti cinere illius, etiam poſt tempus interdicti. עבר זמנו *Si præterierit tempus illius*, quando appropinquaverit hora ſexta, etſi interdictum illius tantum ſit ex Sapientibus, eſt tamen vetitum eo uti, ac ſi eſſet res aliqua qua uti non licet ex Lege; ut, ſi quis (fermento) ſibi deſponderit mulierem, non habetur ratio ſponſalium illius, etſi ea contracta ſint *fermento deſtinato*, ut tritico in quod aqua incidit, & ſimilibus; nam in feſto Paſchatis ipſo interdictum illius tantum obtinet juxta conſtitutionem Sapientum, ſi quis eo deſponderit uxorem die decimo quarto, quando appropinquaverit hora ſexta, ſponſalia illius nihil obtinent. לא יסיק בו תנור וכירים *non incendet eo furnum, neque furnulum*, juxta R. Jehudam neceſſe erat ut diceret ita, qui dixit, *remotio fermenti tantum ſit ad comburendum illud*, nam putarem ego licitum eſſe fermento uti, quatenus illud comburitur; ideo nos docet quod non ſit intelligendum eo ſenſu; ſed quod interdictum ſit eo uti, quando appropinquaverit tempus interdicti illius. רבי יהודה אומר אין ביעור חמץ אלא שריפה *R. Jehuda dicit, non eſt remotio niſi ad comburendum*, docet hoc ex reliquiis (ſacrificiorum relictorum poſt tempus quod Lex determinat quod ad comeſtionem) quibus uti non licet, cæteroquin condemnatus eſt excisionis; uti præceptum & debitum fermenti eſt, ut comburatur, & non alio modo cum eo agatur. Sapientes autem non docent hoc à reliquiis; nam adeps bovis lapidati contrarium docet, quem edere non licet, neque uti eo, & qui comederit, condemnatus exciſionis; ſed non requiritur ut comburatur.

litæ comedendum dare beſtiis; & hoc verum eſt, nimirum quod licet uti fermento, per totam horam quintam, etſi ipſe comedere nequeat, uti expoſuimus. Quod autem dicit, *pecori, feris, & avibus*, id dicit ad includendum in genere omnes animalium ſpecies differentes ratione cibi, dantur enim quædam, quæ cuſtodiunt id quod reſtat ipſis, quædam vero quæ diſpergunt reliquum. Et quod dicit, *vendat alienigenis*, ideo dictum eſt, quia Schola Schamai dicit, quod homo non vendat fermentum ſuum, niſi certo ſciat quod conſumetur ante Paſcha; docet autem nos doctor quod opinio illa ſit refutata. Dicit ergo מותר בהנאתו *licitum quod ad uſum illius*, nam ſi fermentum combuſſerit ante tempus remotionis, licet illi cinere illius uti, poſt Paſcha.

עבר זמנה אסור בהנאתו *Si præterierit tempus illius vetitum eſt quod ad uſum illius*, etſi quoque horâ ſexta, juxta Sapientes, qua uti non licet quoquam, quemadmodum & interdictum de uſu vult juxta Legem; uſque adeo, ut, etſi mulierem deſponderit ſibi ope fermenti ad ſextam horam, non tamen ineat computum ejuſmodi ſponſalium, neque valeant; etiamſi fermentum ſit ejuſmodi à Sapientibus vetitum, uti triticum in quod incidit aqua, aut ſimile quid.

לא יסיק בו תנור וכירים *Non incendet eo furnum, neque furnulum*, id eſt, ſi combuſſerit illud tempore ſuo, non incendet eo furnum, eo tempore quo comburit illud, ne utilitatem capiat ex ejuſmodi remotione, quandoquidem non licet fermento uti. כירים notum eſt, in lingua Ebræa notat פתים *fruſta*, ſic exponimus Levit. 2, 6 פתות אותה פתים. Deciſio non eſt juxta R. Jehudam. Sin autem fermentum fuerit ſiccum, non ſufficit illud projeciſſe in fluvium, ſed neceſſe eſt ut illud bene diſpergat, ut ſtatim corrumpatur.

ב חמץ של עכו"ם שעבר עליו הפסח מותר בהנאה ושל ישראל אסור בהנאה שנאמר לא יראה לך שאור :

2. Fermento gentilis, ſuper quod tranſiit Paſcha, uti licet; at Iſraëlitæ (fermento) interdictum eſt uti, uti dictum eſt Exod. 13, 7. *Non conſpicietur à te fermentum.*

R. OB DE BARTENORA.

מותר בהנאה *Licitum quod ad uſum illius*, non vult dicere, quod vetitum ſit id comedere; ſed quia ſub finem tradere debebat, *& Iſraëlitæ* (fermentum) *vetitum eſt quod ad uſum illius*, ideo de alienigena dicit, *licitum eſt eo uti*. Vel, quia nonnulli ſunt pii, pro interdicto habent panem alienigenarum, ideo non tradit expreſſe, *licitum eſt comedere eum*.

שנאמר לא יראה לך שאור *Uti dictum eſt, non conſpicietur tibi fermentum*, id eſt, mulctam injungimus ſi quis uſus fuerit fermento; quia tranſgreſſus eſt præceptum *non conſpicietur tibi fermentum*. Vel etiam, hæc referuntur ad principium, nempe, *fermentum alienigenæ licitum eſt*, quia ſcriptum eſt, *& non conſpicietur tibi*. Sed jam expoſuimus, *tuum* non videbis, ſed alienum videre poteris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Traditione recepimus quantum ad expoſitionem hujus præcepti, quod dicit, *non conſpicietur tibi fermentum*, quod ſenſus ſit illius, tuum non conſpicies, ſed alienum conſpicere poteris. Quia autem homo non tranſgreditur præceptum *non conſpicietur tibi fermentum*, quod ad fermentum alienigenæ eſſe *licitum*, etiam ut comedatur. Et quod dicit בהנאה *de uſu illius*, dictum putes, quia de fermento Iſraëlitæ ipſi dicendum erat, *vetitum eſt uti eo*. In Talmude Jeruſolymitano dicunt, id quod dicitur *licitum eſt eo uti*, dictum ideo puta, quod concedit interdictum eſſe comeſtioni illius; & hoc in locis ubi valebat interdictum quod ad panem alienigenarum, propterea non licet illum comedere; non autem propterea quod fermentum eſt, ut diximus. Sed in locis ubi ſolebant comedere panem alienigenarum, licitum eſt comedere illud. Cæterum hoc docet in cauſa panis alienigenarum, quod dependet à conſuetudine. Nos vero ſolemus in Hiſpania comedere illum, & propterea Iſraëlita tranſgreditur præceptum Dei, dicentis, *Non conſpicietur tibi*: quando fermentum ad eum pertinet, interdicimus ipſi uſum illius, etiam feſto Paſchatis exacto.

ג עכו"ם שהלוה את ישראל על חמצו אחר הפסח

3. Gentilis, ſi mutuo dedit Iſraëlitæ ſuper fermento

הפסח מותר בהנאה וישראל שהלוה את העכו"ם על חמצו אחר הפסח אסור בהנאה חמץ שנפלה עליו כפולת הלי הוא כמבוער רבן (ס"א) שמעון בן גמליאל אומר כל שאין הכלב יכול לחפש אחריו :

mento illius, poſt Paſcha licet uti eo; Iſraëlitæ autem, ſi mutuo dedit gentili ſuper fermento ejus; poſt Paſcha vetitum eſt uti illo. Fermentum ſuper quod cecidit ruina, ecce hoc eſt ut remotum. Rabban Gamaliel dicit, quicquid canis nequit perſcrutari.

R. OB. DE BARTENORA.

נכרי שהלוה את ישראל *Gentilis qui mutuo dedit Iſraëlitæ*, ſupple nummos ſuper fermento ſuo ante Paſcha, & Iſraëlita illi dixerit, ſi non adduxero nummos ad diem N. ſtatim erit tuum; & oppignoraverit verit illud in poteſtate alienigenæ, relinbuens illud in domo illius per omnes dies Paſchatis, tum præterito Paſchate licet eo uti; nam quandoquidem tempus illius advenit, nec tamen ſolvit, neque diminuta ſunt debita in poteſtate alienigenæ, inde conſequitur, illud (fermentum) eſſe in poteſtate alienigenæ ab eo tempore quo illud oppignoraverit.

ישראל שהלוה לנכרי וגו׳ *Iſraëlita qui mutuo dederit alienigenæ &c.* eodem modo manifeſtat, id quod oppignoratum ab illo tempore erat, pertinere ad Iſraëlitam. הרי הוא כמבוער *Ecce illud ut remotum*, nihilominus neceſſe eſt illud abrogare, ne forte diffindat acervum tempore feſti, & transgrediatur præceptum. כל שאין הכלב יכול לחפש אחריו *Quicquid canis perſcrutari non poteſt*, perſcrutatio canis conficit tres palmos.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Conditio autem in duabus cauſis (Miſchnæ) eſt, ut dicat, ſi non adduxero tibi nummos uſque ad diem N. ſtatim erit tuum. At ſi hoc non dixerit illi; fermentum ducitur eſſe in poteſtate poſſeſſoris ſui; non autem in poteſtate illius penes quem oppignoratum eſt.

כל שאין הכלב יכול לחפש אחריו *Quicquid canis perſcrutari nequit poſt ſe*, ut ſupra canem ſit altitudo trium palmorum; neceſſe eſt ut tum intermittat illud in corde ſuo, (quo minus inquirat.) Rabban Gamaliel non contradicit, ſed exponit uti jus ruinæ id poſtulat.

ד האוכל תרומת חמץ בפסח בשוגג משלם קרן וחומש במזיד פטור מתשלומים ומדמי עצים :

4. Qui comederit oblationem primam fermenti, Paſchate; ex errore, ſolvat ſummam capitalem & quintam partem; ſi ex contumacia, liber eſt à ſolutione, & valore lignorum.

R. OB. DE BARTENORA.

בשוגג *Ex errore*, nam qui erraverit in oblatione prima, licet de induſtria comederit fermentum, retribuet ſummam principalem & quintam ejus partem, (ſi comederit.) Et quamvis fermentum in Paſchate prohibitum ſit quod ad uſum illius, ac nihil valeat, eo quod de eo qui oblationem primam ex errore comederit, ſcriptum eſt Levit. 22, 14. ונתן לכהן את הקדש nimirum; tale ſanctum quod aptum eſt ut ſanctificetur; ut non ſolvat illi argentum, ſed fructus, & ſolutio fiat ipſa oblatio prima; nihilominus tamen non injungimus valorem pecuniæ ſolvendum eſſe. במזיד *Ex contumacia*, nam qui contumaciter egerit cum oblatione prima, etſi erraverit in comedendo fermento, liber eſt à retributione. ומדמי עצים *Et à valore lignorum*, ſi oblatio prima polluta fuerit, non ſolvet tamen valorem lignorum, quæ apta erant ut incenderentur ſub coctuᴙis; nam qui ex arrogantia comederit oblationem primam, omnino eſt ut quilibet prædator habendus, ideoque ſolvet pecuniam juxta valorem; fermentum vero in feſto Paſchatis non ponit aliquem valorem, quia interdictum eſt eo uti, neque aptum ad incendendum quicquam; quo modo neque ſacerdoti damnum infert Iſraëlita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam erit exponendum in tractatu Maccot, eum, qui comederit fermentum in feſto Paſchatis, verberibus excipi. Sed regula nobis eſt, quod homo non condemnetur flagellationis, & ſolutionis pecuniæ ſimul, ideo liber eſt à ſolutione. ומדמי עצים *Et à valore lignorum*, id eſt, neque valorem lignorum ſolvet; at non dicimus, hoc fermentum conſiderari ut ligna; quia non licet eo uti; ideo neque valorem lignorum ſolvet.

ה אילו דברים שאדם יוצא בהן ידי חובתו בפסח בחטים בשעורין בכוסמין ובשיפון ובשבולת שועל ויוצאין בדמאי ובמעשר ראשון שנטלה תרומתו ובמעשר שני והקדש שנפדו והכהנים בחלה ובתרומה אבל לא בטבל ולא במעשר ראשון שלא נטלה תרומתו ולא במעשר שני והקדש שלא נפדו חלות תודה ורקיקי נזיר עשאן לעצמו אין יוצאין בהן עשאן למכור בשוק יוצאין בהן :

5. Hæ ſunt res quibus homo egreditur manus officii ſui, in Paſchate, ut, triticum, hordeum, ſpelta, typha, & avena; & id quod dubium eſt quod ad decimationem; & decimæ primæ de quibus ablata eſt oblatio prima; & decimæ ſecundæ; & ſancta quæ redemta ſunt. Sacerdotes autem ſatisfaciunt placenta, & oblatione prima; at non re illibata, neque decimis primis, de quibus nondum ablata eſt oblatio prima; neque decimis ſecundis, neque ſanctis non redemptis. Tortis ſacrificii eucharistici, & laganis Naſiræi; ſi ea pro ſe ipſo fecerit, non ſatisfaciunt iis, ſi vero ea fecerit ad vendendum, ſatisfaciunt illis.

R. OB. DE BARTENORA.

יצא ידי חובתו *Egreditur manus officii ſui*, (ſatisfacit) obligationi azymi nocte (Paſchatis) prima, qua obligatur comedere azymum, uti ſcriptum eſt Exod. 12, 18. בערב תאכלו מצות. בחטים ובשעורים וגו׳ *tritico, & hordeo, &c.* Nam non ſatisfacit oryza, neque milio, & cæteris grani ſpecie-bus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Comeſtio panis azymi nocte Paſchatis, eſt præceptum affirmans, hæc enim ſunt verba Dei Exod. 12, 18. בערב תאכלו מצות Et Deut. 16, 3. dicit לא תאכל עליו חמץ שבעת ימים תאכל עליו מצות quod cum ita ſit, omnia grana, quorum maſſa fermentata eſt, (ejus naturæ ſunt) ut homo il-lis

bus, quia Deut. 16, 3. ſcriptum eſt לא תאכל עליו חמץ שבעת ימים תאכל עליו מצות Ergo ejuſmodi rebus in quas cadit fermentatio, ſatisfacit homo debito ſuo quod ad azymum; oryza & milio exceptis, reliquiſque ſpeciebus, in quas non cadit fermentatio.

בדמאי ובמעשר ראשון שנטלה תרומתו *Eo quod dubium eſt quod ad decimationem, & decimis primis de quibus ablata eſt oblatio prima*, quare omnes hæ res neceſſariæ ſunt, expoſitum eſt in tractatu Schabbath capite undecimo.

והכהנים בחלה ובתרומה *Et ſacerdotes placenta, & oblatione prima*, quia dici potuiſſet, azymum ſine diſcrimine idoneum eſſe omni homini, & placentam non poſſe comedi ab alienigenis (qui non ſunt ſacerdotes,) uti nec oblationem primam; ideo nos docet non ita rem eſſe. *Tortis ſacrificii euchariſtici, & laganis Nazyræi non egrediuntur manus officii ſui*, etſi omnino ſint azyma; quia ſcriptum eſt Exod. 12, 17. ושמרתם את המצות intelligas azymum nomine azymi cuſtoditum, exceptis iis quæ non ſunt cuſtodita nomine azymi, ſed nomine ſacrificii. למכור בשוק יוצא בהם *ſi ad vendendum in platea, ſatisfacit illis*, nam quando ea facit ad vendendum, dicit, *ſi vendantur, bene eſt, ſin minus, comedam ea juxta præceptum azymi.* lis ſatisfaciat debito ſuo, in azymis. Cæterum hæ quinque ſpecies tantum veniunt nomine fermenti; reliquæ autem, ut oryza, milium, & ſimiles, non cadunt ſub fermentationem. Sin autem memineris eorum quæ dicta ſunt capite ſeptimo tractatus Berachot, & capite undecimo tractatus Schabbath, hæc Miſchna tibi erit expoſita; & reſponſio ad omnia eadem eſt. Quod autem in ſpecie verba facit de חלה *torta*, & *oblatione prima*, hæc ratio eſt, eo quod non nemo dicere potuiſſet, neceſſe eſſe ut omnis homo ſine diſcrimine uteretur azymis, id eſt, ut apta ſint cuilibet Iſraëlitæ, propterea nos docet rem ita non eſſe. Ratio autem quare homo non ſatisfacit debito ſuo per tortas ſacrificii euchariſtici, neque per lagana Nazyræi, ſi ea fecerit ſibi, ad offerendum ea una cum ſacrificio quod debet juxta præceptum, etſi omnino ſint azyma, hæc eſt, quia Deus Benedictus dixit Exod. 12, 17. ושמרתם את המצות hinc traditione exponitur, quod azyma obſervanda ſint nomine azymorum, excludendo iſtiuſmodi quod non obſervatum eſt nomine azymi, ſed nomine ſacrificii.

ו ואילו ירקות שאדם יוצא בהן ידי חובתו בפסח בחזרת ובעולשין ובתמכא ובחרחבינא ובמרור יוצאין בהן בין לחין בין יבשין אבל לא כבושין ולא שלוקין ולא מבושלין ומצטרפין לכזית ויוצאין בקלח שלהן ובדמאי ובמעשר ראשון שנטלה תרומתו ומעשר שני והקדש שנפדו:

6. Et hæc ſunt olera quibus homo egreditur manus officii ſui, Paſchate; lactuca, intybo, *Tamcha*, *Charbabina*, & *Maror*, ſatisfaciunt illis, ſive viridia, ſive exſiccata fuerint. Sed non maceratis, neque elixatis, neque coctis; conjunguntur autem per quantitatem olivæ. Satisfaciunt etiam caule eorum, & illis quæ dubia ſunt quod ad decimationem; & decimis primis, de quibus ablata eſt oblatio prima; & decimis ſecundis, & ſanctis, quæ redempta ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

חזרת Dicitur Arabicè חסא, & *lactuca* barbare. עולשין Arabicè הנרב: barbare *Endivia*; ſed Aruch putat quod ſpecies oleris ſit, quæ *Creſpil* dicitur barbarè. תמכא eſt ſpecies intybi, ſive carduus qui creſcit circum dactylum. חרחבינא Arabicè אלקרצינה dicitur. מרור eſt ſpecies coriandri amariſſimi.

בין לחין בין יבשין *Sive viridia, ſive arida*, intelligendum eſt de caulibus eorum, de quibus dicit inferius ויוצאין בקלח שלהן *ſatisfaciunt caule eorum*; ſed folia debent eſſe viridia, non ſicca.

שלוקין *Elixata*, ſunt ejuſmodi quæ uſque adeo cocta ſunt ut diſſolvantur. כבושין *macerata*, muria, aut aceto: מבושלין *cocta*, more coquentium. ומצטרפין לכזית *Et conjunguntur per olivæ quantitatem*, ad ſatisfaciendum debito de comeſtione olerum amarorum; eadem eſt res cum quinque ſpeciebus granorum, quæ conjunguntur per quantitatem olivæ ad ſatisfaciendum debito de comeſtione azymorum, itaque ad utrumque referendum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quemadmodum affirmans præceptum eſt ut azymum comedatur nocte Paſchatis; ſic etiam præceptum eſt affirmans comedere amara, quando comeditur agnus Paſchalis, uti dixit Deus benedictus Exod. 12, 8. על מצות ומרורים יאכלוהו amara autem ſunt ea quæ noſtra refert Miſchna, ut, חזרת *lactuca*, עולשין *intybus*; תמכא eſt ſpecies intybi, quæ creſcit in hortis. חרחבינא exponit R. Iſak quod Arabicè אלקרצינה dicitur; מרור eſt ſpecies coriandri amariſſimi. Quod autem dicit בין לחין בין יבשין *ſive viridia, ſive arida*, dictum velit de caulibus, quando dicit ויוצאין בקלח שלהן & *ſatisfaciunt caule eorum*; ſed foliis non ſatisfaciunt, niſi viridia fuerint.

ז אין שורין את המורסן לתרנגולים אבל חולטין האשה לא תשרה את המורסן שתוליך בידה למרחץ אבל שפה היא בבשרה יבש לא ילעוס אדם חטין ויניח על מכתו בפסח מפני שהן מחמיצות:

7. Non macerant furfures pro gallinis, ſed placentas pinſunt (inde.) Mulier non macerat furfures, ut deferat eos ad balneum manu ſua; ſed diminuit eos carne ſua cum ſicco furfure. Non maſticabit homo triticum, ut imponat vulneri ſuo, quia fermentat,

R. OB. DE BARTENORA.

אין שורין את המורסן *Non macerant furfures*, aqua frigida, quanto magis aqua tepida, ad proponendum gallinis. אבל חולטין *ſed placentas pinſunt*, aqua calida admodum fervente, nam quatenus aqua fervet non poteſt fermentare; jam vero, prohibemus etiam pinſere placentas aqua fervente. לא תשרה את המורסן *Non macerat furfures*, ad conſumendum illis carnem, quia fermentat maceratione ſua אבל שפה היא ביבש *Sed comminuit ſicco*, ſupple furfure, etſi aquæ ſint ſuper carnem. לא ילעוס *non maſticabit*, ſcil. dentibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מורסן Notum eſt, notat enim furfures tritici denſiores. שורין *macerant*, vult, quod furfures non macerant aqua, ad exhibendum eos gallinis, ne comedant more ſuo. חולטין notat ſubigere farinam aqua calida, & maxime ferventi; hic autem uſus prohibetur; ſed Gemara eum permittit. שפה *comminuit*, id eſt, mulier terit eos carne ſua cum furfure ſicco. ילעוס *maſticabit*, maſticabit dentibus.

ח אין נותנין קמח לתוך החרוסת או לתוך החרדל ואם נתן יאכל מיד ורבי מאיר אוסר אין מבשלין את הפסח לא במשקין ולא במי פירות אבל סכין ומטבילין אותו בהן מי תשמישו של נחתום ישפכו מפני שהן מחמיצין :

8. Non immittunt farinam in pulmentum, aut in ſinapi; ſi vero quis immiſerit, comedet ſtatim. R. Meyr vetat; non coquunt Paſcha, neque potu, neque aquis fructuum; ſed ungunt, & macerant illud illis rebus. Aquæ miniſterii piſtoris effunduntur, quia fermentant.

R. OB. DE BARTENORA.

חרוסת Eſt id quod conſtat aceto & aqua, ad immergendum in eo carnem; ואם נתן *ſin autem immiſerit*, in ſinapi; יאכל מיד *comedet ſtatim*, quia ſinapi acre eſt, & non fermentat ſtatim, uti quidem חרוסת; ſed de חרוסת concedit doctor primus R. Meyro, quod edere interdictum ſit.

רבי מאיר אוסר *R. Meyr vetat*, etiam quando immiſerit quis in ſinapi; nam putat, quod ſinapi ſtatim fermentat, uti חרוסת; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

לא במשקין ולא במי פירות *Non potu, neque aquis fructuum*, quia ſcriptum eſt Exod. 12, 9. ובשל מבושל ergo quocunque modo (vetitum eſt.) אבל סכין ומטבילין *ſed ungunt & macerant*, poſt coctionem; nam non dicimus, quod abrogat ſaporem; vel etiam ante coctionem licet ungere Paſcha aquis fructuum, uti dicemus capite ſeptimo, *ſi unxerit illud oleo oblationis primæ, & ſocietas eorum fuerit ſacerdotes, comedant.* מי תשמישו של נחתום *aqua miniſterii piſtoris*, qua frigefacit manus ſuas, quando panem azymum conficit. ישפכו *effunduntur* in loco declivi, ne in uno loco maneant, & fermentent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diſſenſus inter doctorem primum & R. Meyr eſt tantum, quando immiſerit quis farinam in ſinapi; ſi vero in pulmentum, juxta omnes ſtatim comburi debet, quia fermentat citiſſimè. Commixtio pulmenti etiam exponetur capite ultimo. Dixit autem Deus benedictus de Paſchate Exod. 12, 9. ובשל מבושל במים quia autem duplicat interdictum in infinitivo de coctione, recipimus quod notare velit coctionis interdictum in aquis fructuum.

אבל סכין ומטבילין אותו בהן *Sed ungunt & immergunt illud illis*, poſtquam coctum eſt; aquæ vero maſſæ, quibus lavant manus in vaſe maſſæ, effunduntur, uti Miſchna dicit, & hoc in loco declivi, ne conjungantur & relinquantur in loco aliquo inferiori; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

פרק ג אלו עוברין בפסח כותח הבבלי ושכר המדי וחומץ האדומי וזיתום המצרי וזומן של צבעים ועמילן של טבחים וקולן של סופרים רבי אליעזר אומר אף תכשיטי נשים זה הכלל כל שהוא ממין דגן הרי זה עובר בפסח הרי אלו באזהרה ואין בהן משום כרת :

Caput 3. Hæc ſunt in cauſa tranſgreſſionis Paſchatis, Cutach Babylonicum, cereviſia Mediæ, & acetum Edomæum, & Zytus Ægyptiacus, & *Zeman* tinctorum, & *Amilan* coquorum, & pulmentum librariorum. R. Elieſer dicit, etiam ornamenta mulierum. Regula generalis hæc eſt, quicquid eſt è ſpeciebus frumenti, ecce propter hoc tranſgreditur Paſcha; hæc ſunt in admonitione (præcepto negativo,) & non datur in illis exciſio.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו עוברין *Hæc tranſgrediuntur*, removenda ſunt penitus; & licet propter ea non tranſgrediatur homo (præceptum) *Non conſpicietur, non invenietur*, juxta Sapientes tamen neceſſe eſt removere illa; ita enim Miſchna dicit inferius, *fermentum comburetur*, quamvis is qui comederit liber eſt.

כותח הבבלי *Cutach Babylonicum*, conficitur è pane mucido, & lacte, & ſolent in eo macerare cibum. שכר המדי *ſicera Medorum*, cereviſia quam conficiebant ex tritico, vel hordeo, in aqua macerato. חומץ אדומי *acetum Edomæum*, acetum in terra Edomæa confectum, Edomæi enim hordeum immittebant in aquam, quod illic relinquebant donec fieret acetum.

ויתום המצרי *Et Zythus Ægyptiacus*, conſtat ex tertia parte hordei, & tertia parte קרטומי *Cartomi*, quod eſt crocus ſylveſtris, Arabicè קרטם dicitur; & tertia parte ſalis; & hoc conficiebant in Medicinam; huc uſque eſt fermentum quod aptum eſt ut comedatur, medio mixturæ; ſed dehinc & deinceps ſequitur (naturam) fermenti נוקשה *acris*, quod viſum afficit.

זומן של צבעים *Zoman tinctorum*, eſt aqua in quam immittunt furfures, qua utuntur tinctores. עמילן של טבחים *Amilan coquorum*, quod conficiunt è farina granorum immaturorum ex parte tertia, & contegunt eo ollas, ad exhauriendum inquinamentum.

קולן של סופרים *Pulmentum librariorum*, pulverem molarum quem macerabant aqua, & conglutinabant eo chartas ſuas. *R. Elieſer &c.* R. Elieſer addit, quia doctor primus non curat præter fermentum frumenti perfecti ope mixturæ, aut fermentum נוקשה quod percutit viſum. Addit etiam R. Elieſer *ornamenta mulierum*, quæ ſunt fermentum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus vocis עוברין *tranſeunt* eſt, eo quod tranſgrediuntur (præceptum) *non conſpicietur; non invenietur.* כותח הבבלי *Cutach Babylonicum*, eſt id quod cum farina commixtum eſt, & Arabicè אלמרי dicitur. שכר *ſicera*, cereviſia, eſt res inebrians, quæ conficitur ex multis ſpeciebus, ex tritico macerato, & hordeo, cæteriſque rebus; hic erat potus Medorum, nimirum, macerabant grana, quemadmodum hodie faciunt in Ægypto, quod Arabicè dicitur אלמזר.

חומץ אדומי *Acetum Edomæum*, in hoc immittebant aliquid hordei. ויתום *Zythus*, conſtabat ſale, & farina hordeacea, ac *Cartomi*; קרטם Arabicè eſt crocus Sylveſtris, æqualis ponderis, quem depſebant aqua, & conficiebant in Medicinam.

וזומן של צבעים *Et Zoman tinctorum*, eſt aqua furfuracea, qua utuntur tinctores. עמילן של טבחים *Amilan coctorum*, ſumebant triticum nondum probe maturum, quod exſiccabant, & molebant; & depſebant inde placentas, quibus contegebant ollam quando cibus fermè concoctus erat in ea, ut removeretur inquinamentum cibi, ejuſque odor ingratus.

וקולן של סופרים *Et pulmentum librariorum*, eſt maſſa quædam quam conficiunt librarii è pulvere molarum, qua compingunt & conglutinant chartas. תכשיטי נשים *Ornamenta mulierum*, in Gemara dicunt quod hoc de ornamentis mulierum nequit intelligi, quia in iis non reperitur quicquam quod fermentat; ideoque intelligendum eſſe de unguentis ac lotionibus mulierum; ſolent enim mulieres ſumere farinam ex iſtiuſmodi rebus quæ aptæ ſunt ad ornandum carnem, qua lavant faciem ac carnem, inter quas farinas reperitur farina hordeacea. R. Elieſer vetat, etiamſi fuerit

tum נוקשה per commixtionem aliarum pinguedinum. In Gemara argumentantur de תכשיטי נשים, poterit aliquis in animum inducere quaſi ſint ornamenta ſivè fucus mulierum? ſed intelligi debent etiam unguenta quibus ſe ungunt mulieres; eſt igitur ſimilago quam mulieres conjungunt cum carne ſua, una cum aliis pinguedinibus, ad exſtirpandum capillos, & delicatam reddendam carnem; deciſio non eſt penes R. Elieſer.

כל שהוא ממין דגן *Quicquid ex ſpecie grani*, ex quinque ſpeciebus quæ cum aqua miſcentur, at ſi non fuerit aqua præter aquam fructuum, hypotheſis nobis eſt, quod aqua fructuum non fermentat. הרי אלו באזהרה *Ecce hæc in admonitione*, ſi comederit hæc, tranſgreditur præceptum negativum.

אין בהן משום כרת *Non habet in illis locum exciſio*, nam propter id quod omnino fermentum eſt, condemnatur homo exciſionis, at non condemnatur exciſionis propter mixturam fermenti, ſed propter eam condemnatur flagellationis, quando comederit; ut, ſi comederit quantitatem olivæ de mixturis, in quantitate פרס (quæ eſt quantitas quatuor ovorum,) at ſi non comederit quantitatem olivæ de fermento in mixtura, in quantitate cibi פרס, juxta Legem non condemnatus eſt flagellationis; ſed interdictum eſt, quia fermentum in Paſchate prohibet mixturam ſuam, in quacunque quantitate.

fuerit pulvis ſine aqua, ne macerent ejuſmodi pulverem, quando ſe lavant; deciſio non eſt juxta R. Elieſer. Quando autem dicit זה הכלל כל שהוא ממין דגן *hæc eſt generalis regula, quicquid eſt ex ſpecie frumenti*, vult, quicquid fuerit è quinque ſpeciebus frumenti unà cum aqua, eo transgreditur homo Paſcha; at ſine aqua, aut cum aquis fructuum non tranſgreditur; ideoque licet comedere illud; quia nobis hypotheſis eſt, quod aquæ fructuum non fermentant.

אלו באזהרה *Hæc ſunt per admonitionem*, id eſt, quicunque unum ex iſtis comederit quod mixtura ex frumento fuerit; eo quod nobis regula eſt, hominem condemnari exciſionis, propter id quod omnino fermentum eſt è frumento, propter mixturam ejus tranſgreditur præceptum negativum. Quando autem quis comederit id quod mixtum eſt ex fermento, quantitatem olivæ, in quantitate cibi פרס (ſivè quatuor ovorum,) tum condemnatus eſt flagellationis. Cæterum ſi quantitas frumenti commixti minor fuerit quantitate olivæ, non condemnatus eſt flagellationis, ſi comederit; nihilominus tamen interdictum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Elieſer.

ב בצק שבסדקי עריבה אם יש כזית במקום אחד חייב לבער ואם לא בטל במיעוטו וכן לעניין הטומאה אם מקפיד עליו חוצץ ואם רוצה בקיומו הרי הוא כעריבה. בצק החרש אם יש כיוצא בו שהחמיץ הרי זה אסור:

2. Maſſam, quæ eſt in fiſſuris mactræ, ſi in ea fuerit olivæ quantitas in uno loco, obligatur removere; ſin minus, abrogatur præ paucitate ſua. Sic etiam in cauſa immunditiei, ſi illius quis rationem habuerit, eſt ſeparatio. Sin autem voluerit ut hoc modo maneat in mactra, inſtar mactræ eſt. Maſſa ſurda, ſi in ea fuerit ejuſmodi quod fermentat, prohibita eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בצק שבסידקי עריבה *Maſſa quæ in fiſſuris mactræ*, ad fiſſuras mactræ reficiendas illi indita. אם כזית במקום אחד חייב וכו׳ *Si quantitas olivæ fuerit in uno loco, obligatur &c.* Sin autem ea maſſa non fuerit indita mactræ ad reficiendum fiſſuram, etſi minor ſit quantitate olivæ, obligatur removere; quia eam non abrogat illic; & fieri poteſt ut conſilium mutet, & eam auferat in uſum ſuum.

וכן לעניין הטומאה *Et ſic in cauſa immunditiei*; ſi ſerpens attigerit maſſam illam in feſto Paſchatis, ut prohibitio illius imponat illi æſtimationem ejus, nempe, ſi habuerit quantitatem olivæ, tum ſeparatio eſt pro immunditie, & tum non habet ſe maſſa uti quidem mactra, & immundities non communicatur cum mactra; at in quantitate oliva minori, ſi non curat eam, abrogatur cum mactra, & res eſt ac ſi ſerpens attigiſſet mactram, ideoque polluta eſt.

אם מקפיד עליו חוצץ *Si ejus rationem habet*, eſt *ſeparatio*, id eſt, in reliquo anni ſpatio, quo interdictum ejus non imponit illi æſtimationem, tum res non dependet à quantitate, ſive habeat quantitatem olivæ, ſive non, ſed res dependet à cura; ſi curaverit eam, & removerit eam indè, ut ſejungat pro immunditie, ſive habeat quantitatem olivæ, ſive non habeat quantitatem olivæ, tum immundities non communicatur cum mactra. Sin autem non curaverit eam, & voluerit ut eo modo relinquatur, etſi multarum olivarum quantitatem habeat, tum ſe habet ut mactra; & ſi ſerpens attigerit maſſam, res ſe habet, ac ſi revera attigiſſet mactram. בצק החרש *Maſſa ſurda*, quam manu percutiunt, ut non audiatur vox, ideoque ſimilis ſurdo qui non reſpondet alloquentibus eum. Alia expoſitio, eſt *maſſa teſtacea*, quæ dura eſt inſtar teſtæ, & non cognoſcitur an fermentet nec ne. אם יש כיוצא בו שהחמיץ *Si fuerit ejuſmodi quid in ea quod fermentat*, ſi una cum illa depſatur alia maſſa eodem tempore, & jam fermentaverit, prohibita eſt. Verum ſi non fuerit ejuſmodi maſſa, quantitas ejus cenſetur eſſe ſpatium quantum homo perambulare poterit intra milliare mediocribus paſſibus; & hæc eſt quantitas temporis duarum partium quintarum horæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit, בטל במיעוטו *abrogatur præ paucitate ſua*, quando maſſa adjuvat robur vaſis, ut eà fiſſuræ vaſis compingantur; ſin autem non inſervit adjumento vaſis, etiamſi minus fuerit quam quantitas olivæ, tum obligatur removere eam maſſam.

חוצץ *Separat*, clarum hoc eſt, nimirum, ſi ejus rationem habeat, & intendat removere maſſam eam, tum ſeparat, & dividit. Sin autem mactra polluta fuerit, ut immerſerit eam, non proderit illi immerſio. Hoc autem accipiendum eſt de mactra quæ munda eſt in conceptaculo aquarum; at ſi fuerit vas teſtaceum, non purificatur in conceptaculo aquarum, ſed comburendum eſt neceſſario, uti multis in locis exponitur.

בצק החרש *Maſſa ſurda*, eſt ea quam manu percutiunt, ut tamen non audiatur ſonus, adeoque ſurdo ſimilis, qui non reſpondet illis qui alloquuntur illum. Quando autem quis neſciverit an maſſa fermentaverit, nec ne, conſideramus eam cum alia, aut cum certo tempore, an fermentaverit maſſa; ſpatium vero temporis iſtius eſt illud intra quod homo mediocribus paſſibus conficere poteſt unum milliare, & hæc eſt menſura temporis, duæ quintæ partes horæ ex horis æqualibus.

ג כיצד מפרישין חלה בטומאה ביום טוב רבי אליעזר אומר לא תקרא לה שם עד שתאפה רבי יהודה בן בתירא אומר תטיל בצונן אמר רבי יהושע לא זה הוא חמץ שמוזהרים עליו בבל יראה

3. Quomodo ſeparant placentam cum immunditie die feſto? R. Elieſer dicit, non vocabit eam nomine, niſi coxerit eam. R. Jehuda filius Betheræ dicit, immittet in frigidam (aquam.) Dixit R. Jehoſchua, non eſt hoc fermentum de quo admoniti ſunt, (per præceptum) *non conſpicietur, non invenie-*

יראה ובבל ימצא אלא בפרשתה וכנהתה עד הערב ואם החמיצה החמ צה :

venietur; ſed ſeparabit eam, & relinquet eam uſque ad noctem; & ſi fermentaverit, fermentaverit.

R. OB. DE BARTENORA.

חלה בטומאה *Placenta in immunditie*, cujus maſſa polluta eſt, quo modo placenta quæ indè ſeparata eſt, non apta eſt ut comedatur à ſacerdote; quomodo ergo ſeparatur ea in feſto Paſchatis? non poteſt coqui in feſto Paſchatis, quia non idonea eſt ut comedatur, ſed relinquenda ut comburatur nocte, eo quod fieri nequit ut fermentet. Non proponet eam canibus comedendam, quia ſanctitates removere non licet die feſto.

רבי אליעזר אומר לא תקרא לה שם *R. Elieſer dicit, non imponet illi nomen*, placentæ; *niſi concocta fuerit*, quia quælibet torta etiam apta eſt, & de qualibet ſeparari debet paululum. Poſtquam vero cocta fuerit, ſi integram placentam de toto ſeparare velit, quia R. Elieſer putat, quod, ſi quis extrahit è furno panem, eumque imponit caniſtro, caniſtrum omnes conjungit panes ad conficiendam placentam. לא זה הוא חמץ שמוזהרין עליו *Non eſt hoc fermentum de quo admoniti ſumus*; nam poſtquam nomen placentæ dedit, non amplius ſuum eſt; & præceptum dicit, *non conſpicietur à te*, id eſt, *tuum* non videbis, at alienum videas, & id quod ad Deum pertinet; hoc autem non eſt *tuum*, neque id quod ad proximum pertinet, quia adhuc nondum pervenit ad manum ſacerdotis. R. Elieſer putat, quod, quandoquidem poſtquam illi impoſuerit nomen, fieri poſſit ut ſententiam mutet ſuam, & conſulat Sapientem quendam, qui conſulat illi de voto, ſit ſanctitas ex errore, at non ſanctitas (vera;) ideoque licitum eam comedere; & ſit ſuum, & fermentum Iſraëlitæ eſt. R. Jehoſchua non facit hanc comparationem; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam indicavi, quod interdictum ſit comburere ſanctitates die feſto; ſin autem maſſa polluta fuerit, polluitur & placenta quæ indè ſeparatur, ideoque comburenda eſt. R. Elieſer dicit, totam maſſam coquendam eſſe, & placentam non ſeparandam niſi concoctio perfecta fuerit, & tum demum ſeparandam eſſe unam ex placentis ſive tortis, & nomine vocandam; quod licitum eſt, uti expoſuimus in tractatu Challa: Præterea relinquendam eam eſſe uſque ad exitum diei feſti, & comburendam. Filius Betheræ dicit, quod ſeparant placentam in maſſa, & immittunt in aquam frigidam, & ibi eam relinquunt, donec comburatur exeunte die feſto; quia eam coquere non licet, eo quod die feſto coquere non licet præter id quod idoneum eſt ut comedatur; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

ד רבן גמליאל אומר ג׳ נשים לשות כאחת ואופות בתנור אחד זו אחר זו והכמים אומרים שלש נשים עוסקות בבצק אחת לשה ואחת עורכת ואחת אופה רבי עקיבא אומר לא כל הנשים ולא כל העצים ולא כל התנורים שוין זה הכלל תפח תלטוש בצונן :

4. Rabban Gamaliel dicit, tres mulieres depſunt ſimul, & coquunt in eodem furno una poſt alteram. Sapientes dicunt, tres mulieres occupantur quælibet in ſua maſſa, una depſit, una diſponit, una coquit. R. Akiba dicit, non omnes mulieres, neque omnia ligna, neque omnes furni ſunt æquales; hæc regula generalis eſt, ſi intumuerit, perfundet eam (aqua) frigida.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש נשים לשות כאחת *Tres mulieres depſunt ſimul*, in uno eodemque furno pleno; at ne hic ſit fermentatio, etſi una mulier exſpectet donec alia coquat. Sapientes dicunt quod non eo uſque indulgendum ſit, ut ſimul depſant; ſed quod tres mulieres eodem tempore operari poſſunt, quælibet in maſſa ſua. *Una depſit*, ultima depſet, quando ſocia ejus diſponit (maſſam) & tertia quæ prius pinſerit, jam coquit, fiet, ut omnes tres operentur ſimul, quælibet in ſua maſſa, una depſit, una diſponit, una coquit.

לא כל הנשים *Non omnes mulieres*, R. Akiba revertitur ad verba R. Gamalielis, & dicit, quod non convenit ut res fiat juxta illius verba, quia dantur mulieres negligentes, ut maſſæ fermentent, ſi tam diu differant; & dantur etiam furni qui non ſtatim incaleſcunt, & ligna quæ non ſtatim ardent. Sed juxta verba Sapientum fieri debet, ut continuo operam dent maſſæ, quia non fermentat maſſa quamdiu operantur in ea; & ſic deciſio eſt. זה הכלל תפח *Hæc eſt generalis regula, ſi intumuerit*, maſſa ſi eſt in manu illius, & videt eam intumeſcentem, perfundet manum aqua frigida, quo eam refrigerabit, & tum conformabit, ac frigidam reddet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabban Gamaliel putat quod tres mulieres totam maſſam depſunt eodem tempore, & coquunt, una poſt alteram; & quamvis maſſa tertiæ (fœminæ) relinquatur donec furnus bis incenſus fuerit, coquunt tamen in eo duas copturas, & deinde tertiam, quia in eo temporis ſpatio non fermentat. Sapientes rem aliter accipiunt, dicentes, quod, quando prima inceperit coctionem, ſecunda perficiet diſpoſitionem, tertia vero incipiet depſere; fiet, ut, ſi abſolverit prima coctionem, ſecunda abſolvat diſpoſitionem, & tertia abſolvat maſſam depſere; ſi ſecunda inceperit coquere, tertia diſponere, prima depſet ſecunda vice, & eo modo porro; & maſſa nullo modo differetur, neque mulier manum tollet ab ea. R. Akiba dicit Rabban Gamalieli לא כל הנשים ולא כל העצים ולא כל התנורים שוין *Non omnes mulieres, non omnia ligna, non omnes furni ſunt æquales*, quia dantur furni qui brevi tempore incaleſcunt, alii vero contrario modo. Sic etiam ligna, quando aridiora ſunt, magis ardent, & citius; & eodem modo mulieres hæ diligentiores ſunt illis. Dicit autem maſſam non relinquendam eſſe tam diu, niſi immiſerint in eam aquam frigidam qua maſſam refrigerant. Scito autem quod quamdiu manus in maſſa operatur, non incipiet fermentare, etiam integro die; deciſio eſt juxta Sapientes.

ה שיאור ישרף והאוכלו פטור סידוק ישרף והאוכלו חייב כרת איזהו שיאור כקרני הגבים סידוק שנתערבו סדקיו זה בזה דברי רבי יהודה והכמים אומרים זה וזה האוכלו חייב כרת ואיזהו

5. Fermentum comburetur, & qui comederit illud, liber erit. Pars abſciſſa comburitur, & qui comederit eam reus eſt exciſionis. Quid eſt שיאור? ut cornua locuſtarum. Pars abſciſſa eſt cujus commixtæ ſunt fiſſuræ, ſunt verba R. Jehudæ. Sapientes dicunt, ſi quis hæc & illa comederit, reus eſt

ואיזהו שיאור כל שהכסיפו פניו כאדם שעמדו שערותיו :

eſt excifionis. Quid eſt שיאור? quælibet (maſſa) cujus faciem fecerunt pallidam, ſicuti hominis, cujus capilli ſe erigunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שיאור *Fermentum*, quod nondum fermentaverit quantum neceſſe eſt; סידוק ejuſmodi eſt ut in maſſa illius fuerint fiſſuræ quædam quando fermentat. כקרני חגבים *Ut cornua locuſtarum*, una fiſſura ab hac parte, & altera fiſſura ab illa parte. זה וזה האוכלו חייב כרת *Hoc & illud ſi quis comederit, reus eſt excifionis*, quia, uti cornua locuſtarum, etiam סדוק *pars abſciſſa* ſunt. Quid autem eſt שיאור *fermentum* quod liberum eſt? in quo non datur ulla fiſſura; at *facies ejus eſt pallida*, ut facies hominis qui erigit capillos ſuos præ metu; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כקרני חגבים *Ut cornua locuſtarum*, id eſt, quando maſſa diffiſſa fuerit exiguis fiſſuris, quando fermentare incipit; etſi fuerint uti cornua locuſtarum; deciſio eſt juxta Sapientes.

ו ארבעה עשר שחל להיות בשבת מבערים את הכל מלפני השבת דברי רבי מאיר וחכמים אומרים בזמנן רבי אלעזר בר צדוק אומר תרומה מלפני השבת וחולין בזמנן :

6. Si Dies decimus quartus incidit in Sabbatum, removent omnia ante Sabbatum, ſunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt, in tempore ſuo. R. Eleaſar filius Zadoci dicit, oblatio prima ante Sabbatum; at profanum in tempore ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

מבערים את הכל *Removent omnia*, tam id quod profanum eſt quam oblationem primam, præter quantitatem cibi pro Sabbato. תרומה מלפני השבת *Oblatio prima ante Sabbatum*, quia eam neque alienigenis tradere poſſit comedendam, (qui non ſunt ſacerdotes;) neque beſtiis; neque eam relinquere poteſt. Sed profanum ut removeat neceſſe non eſt, niſi in tempore ſuo, eo quod pro eo multos invenire poteſt comedentes; deciſio eſt juxta R. Eleaſarem filium Zadoci.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Zadoci.

ז ההולך לשחוט את פסחו ולמול את בנו ולאכול סעודת אירוסין בבית חמיו ונזכר שיש לו חמץ בתוך ביתו אם יכול לחזור ולבער ולחזור למצותו יחזור ויבער ואם לאו מבטלו בלבו להציל מן העכו"ם (ס"א הגיים) ומן הנהר ומן (ס"א לג) הלסטים ומן הדליקה ומן המפולת יבטל בלבו ולשבות שביתת הרשות יחזור מיד :

7. Si quis ſe confert ad mactandum Paſcha ſuum, ad circumcidendum filium ſuum, & ad comedendum prandium ſponſaliorum in domo ſoceri ſui; at ipſi in mentem venerit quod fermentum habet in domo ſua, ſi poterit redire & removere, & redire ad præceptum ſuum, redeat & removeat. Sin minus, deſtruat illud in corde ſuo. Si ad liberandum ſe à militibus, fluvio, aut à prædonibus, ab incendio, à ruina, deſtruat in corde ſuo. Si ad agendum Sabbathiſationem voluntariam, redibit è veſtigio.

R. OB. DE BARTENORA.

ההולך *Qui ſe confert*, die decimo quarto: אם יכול *ſi poterit*, ut ipſi tempus ſuperſit die. להציל מן הגיים *ad eripiendum ſe à militibus*, ab illis qui Iſraëlitas perſequuntur. יבטל בלבו *abrogabit in corde ſuo*, & non redibit etſi illi tempus ſuperſit, quia ſimplex abrogatio ſufficit juxta Legem. לשבות שביתת הרשות *ad agendum Sabbathiſationem voluntariam*, quando ſe confert ad terminum Sabbathicum, ad agendum illic Sabbathiſationem ſuam, ut indè abire poſſit duo millia paſſuum, ſi hoc fiat animi gratia, redibit ſtatim; at ſi fiat ad agendum Sabbathiſationem præcepti, ut, ſi neceſſe ſit ut poſtero die ſe conferat domum lugentis, aut domum convivii, cum eo comparatum eſt ac ſi conferat ſe ad Paſcha ſuum mactandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc ſatis clara ſunt, & benè explicata.

ח וכן מי שיצא מירושלים ונזכר שיש בידו בשר קודש אם עבר צופים שורפו במקומו ואם לאו חוזר ושורפו לפני הבירה מעצי המערכה ועד כמה הן חוזרין ר"מ אומר זה וזה בכביצה ר' יהודה אומר זה וזה בכזית וחכמים אומרים בשר קודש בכזית וחמץ בכביצה :

8. Sic etiam, ſi quis exierit Jeruſolymis, & illi in mentem venerit quod in poteſtate ſua datur caro ſancta, & tranſgreſſus fuerit Zophim, comburet eam in loco ſuo; ſin minus, redibit & comburet eam ante templum lignis ordinatis. Quouſque vero redeant? R. Meyr dicit, hoc & illud requirit quantitatem ovi. R. Jehuda dicit, hoc & illud requirit quantitatem olivæ. Sapientes dicunt, caro ſancta requirit quantitatem olivæ, & fermentum quantitatem ovi.

R. OB. DE BARTENORA.

שיש בידו בשר קדש *Quando in poteſtate ſua eſt caro ſancta*, quæ profanatur quando exit (è loco ſancto,) quia murus Jeruſolymæ ſeparatio eſt quod ad leves ſanctitates.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr dicit, quemadmodum quantitas immunditiei in cibis eſt ovi quantitas, nimirum, quod ea non polluit, niſi detur ovi quantitas, uti prolixè expoſuimus in principio tra-

עבר צופים אם *Si tranſierit Zophim*, eſt nomen loci unde conſpicitur templum. שורפו במקומו *comburet eam in loco ſuo*, & non imponetur ipſi ut neceſſario redeat.

ואם לאו חוזר ושורפו לפני הבירה *Sin minus, redibit & comburet eam ante templum*, quia de rebus ſanctis ſcriptum eſt Levit. 6. 23. לא תאכל באש תשרף comburetur igitur in loco quo comeditur caro. זה וזה *hoc & illud*, illud fermentum de quo dictum ſupra, quod in domo ſua ſe habere recordatur, una cum carne ſancta. בכביצה *propter quantitatem ovi*, ſin minor fuerit quantitas, fermentum abrogat in corde ſuo, & caro ſancta comburitur in loco ſuo. R. Meyr putat, quod reditus ſe habet ut immunditiēs, ut, quemadmodum immunditiēs ciborum polluit in quantitate ovi, & non polluit rem quantitate ovi minorem; ſic etiam non redibit homo propter id quod quantitate ovi minus eſt, רבי יהודה אומר זה וזה בכזית *R. Jehuda dicit, hoc & illud in quantitate olivæ*, nam putat quod reditus ſe habet ut interdictum illius; nimirum, quemadmodum interdictum requirit quantitatem olivæ, nam ob quantitatem fermenti, aut carnis ſanctæ, obligatur homo; ſic etiam ob quantitatem olivæ redibit. בשר קדש *caro ſancta*, propter rigorem ſanctitatum etiam redibit ob quantitatem olivæ. חמץ *fermentum*, quod profanum eſt, ejus cauſa non redibit niſi ob quantitatem ovi; deciſio eſt juxta Sapientes.

ctatus Taarot; ſic etiam non redibit homo, niſi propter quantitatem ovi. R. Jehuda dicit, quemadmodum is qui comederit carnem ſanctam, & fermentum in quantitate olivæ, condemnatus eſt flagellationis; ſic etiam redibit propter fermentum in quantitate olivæ. Sapientes autem multos differentes gradus conſtituerunt inter carnem ſanctam, & fermentum, quia id profanum eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

פרק ד מקום שנהגו לעשות מלאכה בערבי פסחים עד חצות עושין מקום שנהגו שלא לעשות אין עושין ההולך ממקום שעושין למקום שאין עושין או ממקום שאין עושין למקום שעושין נותנין עליו חומרי מקום שיצא משם וחומרי מקום שהלך לשם ואל ישנה אדם מפני המחלוקת:

Caput 4. In loco, quo ſolent opus facere veſperi Paſchatis uſque ad medium (diei;) faciant. In loco, quo non ſolent facere opus, ne faciant. Si quis abit è loco quo opus agunt in locum quo non agunt; aut è loco quo non agunt ad locum quo agunt, imponunt ei rigorem loci è quo exiit, & rigorem loci ad quem ivit; neque mutabit quicquam homo propter diſcordiam.

R. OB. DE BARTENORA.

מקום שנהגו לעשות עד חצות *Loco quo facere ſolent uſque ad medium*, ſupple diem; *non faciunt*, ne inter operandum turbetur, & obliviſcatur removere fermentum, & mactare Paſcha, & diſponere azymum præcepti.

ואל ישנה אדם *Et non mutabit homo*, eo modo dicit, qui exiverit è loco in quo non operantur in locum in quo operantur, illi imponunt conditionem graviorem loci è quo exivit, & non faciet opus; quia id quod certo tenemus, nempe, *quod homo non mutabit uſum civitatis*, tantum eſt diſcordiæ cauſa præceptum; hic autem non datur diſcordia; nam qui viderit eum otioſum non dicet, hic otioſus eſt; quia ſcit quod prohibitum eſt facere opus, ſed quod differt ab incolis hujus loci: Dicet enim, non habet opus quod faciat, quia plerumque multi otioſi ſunt in loco publico. Hoc autem quod Miſchna dicit, *imponunt illi gravitates* (rigorem) *loci è quo exivit*, accipiendum eſt tantum de intentione revertendi ad locum; at ſi non intenderit ire ad locum, utetur conſuetudine gentis illius loci quo ivit, tam quod ad conditionem graviorem quam leviorem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia dicit, quod illi imponunt conditionem graviorem loci ex quo exiit, indè monſtrat, quod, ſi quis exierit è loco in quo non faciunt opera, in locum in quo faciunt opera, non faciet opus; diſtinguit auctor ac dicit, quod hic caſus non accipiendus ſit in genere; cujus fundamentum eſt, *quod homo non mutabit diſcordiæ cauſa*; & quod conſtringunt eum ne faciat opus in loco, quo faciunt opus, id fit, quia hæc non eſt mutatio unde exoriri poſſet diſcordia. Sed vera mutatio eſſet ſi feciſſet opera in loco quo non faciunt opus; aut ſi feciſſet aliquid à conſuetudine illius abhorrens, aut eam reprehendiſſet; ſed de otio nullus eſt diſſenſus.

ב כיוצא בו המוליך פירות שביעית ממקום שכלו למקום שלא כלו או ממקום שלא כלו למקום שכלו חייב לבער רבי יהודה אומר אומרים לו צא והבא לך אף אתה:

2. Sic etiam, ſi detulerit fructus anni ſeptimi è loco quo conſumpti ſunt in locum quo nondum conſumpti ſunt; aut è loco quo nondum conſumpti ſunt in locum quo conſumpti ſunt, tenetur removere. R. Jehuda dicit, dicunt illi, exi & adfer pro te etiam.

R. OB. DE BARTENORA.

המוליך פירות שביעית ממקום שכלו *Qui defert fructus anni ſeptimi è loco quo conſumpti ſunt*, pro animalibus campi, tum gens loci illius tenetur removere è domicilio; detulerat autem hic peregrinus fructus ad loca ubi nondum conſumpti erant, & loci illius incolæ adhuc eos fructus comedebant quos in domicilium collegerant. חייב לבער *tenetur removere*, propter rigorem loci undè egreſſus eſt. *R. Jehuda dicit, dicunt ei, &c.* diſſenſus R. Jehudæ & doctoris primi eſt, de eo qui condiverit tres ſpecies oleris aceto, aut muria, & duæ defecerint animalibus campi; tertia autem nondum defecerit; doctor primus putat, eas quæ non ſuperſunt amplius comedi poſſe vi illius ſpeciei quæ adhuc ſupereſt, quandoquidem omnes impoſitæ ſunt muriæ in eodem dolio. Sic enim intelligenda ſunt verba illius, *ſi exiverit è loco ubi non defecerunt in locum ubi defecerunt, tum tenetur removere*. Verum ſi omnes non defecerint, ſed tantum pars aliqua earum, etiam comedere poteſt de ſpecie quæ jam defecit, quamdiu omnes nondum defecerint, quia comedunt vi illius ultimæ (quæ adhuc ſupereſt.) *R. Jehuda dicit, dicunt ei exi, adfer pro te, etiam tu*, de ſpecie illa quæ jam defecit, quemadmodum hic homo attulit, non invenies; propterea non comedet niſi de ſpecie quæ nondum defecit, quia non comedunt de ſpeciebus quæ deficiunt, vi illius ſpeciei quæ nondum deficit, & quia obligatur removere ſpecies quæ deficiunt; deciſio eſt juxta R. Jehuda, qui ſequitur opinionem Rabban Gamalielis, juxta quem deciſio eſt in tractatu Schebiit capite nono.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus fundamenta hujus Miſchnæ capite nono tractatus Scheviit; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ג מקום שנהגו למכור בהמה דקה לע"כום מוכרין מקו׳ שלא נהגו למכור אין מוכרין (ס"א וירושי מקום שנהגו שלא למכור) ובכל מקום אין מוכרין להם בהמה גסה עגלים וסייחים שלמין ושבורין ר׳ יהודה מתיר בשבורה בן בתירא מתיר בסוס:

3. In loco quo ſolent vendere parvum pecus gentilibus, vendant; in loco quo non ſolent vendere, ne vendant. Sed nullo in loco vendunt illis pecus craſſum, vitulos, aſinos ſylveſtres, integros, aut fractos. R. Jehuda permittit fractos. Filius Betheræ permittit de equo.

R. OB. DE BARTENORA.

מקום שנהגו שלא למכור *In loco quo non ſolent vendere*, quia in eo loco conditionem graviorem inſtituerunt, ne quis animal magnum vendat. בכל מקום אין מוכרין להם בהמה גסה *nullo in loco vendunt beſtias majores*, nam Sapientes decreverunt ne quis elocet aut mutuo det beſtiam ſuam Gentili, utpote quæ etiam Sabbathiſmo obnoxia eſt; vel etiam, quia fieri poteſt ut eam vendat veſperâ Sabbathi, quando oboriuntur tenebræ, & Iſraëlita vocet beſtiam, ut ſe ſiſtat coram emptore, & illa cognoſcat vocem illius, & eat medio illius, ita ut contingat illum ducere beſtiam ſuam in Sabbatho.

עגלים וסייחים *Vitulos, & aſinos ſylveſtres*; minores, etiamſi non operentur; quia commutarentur pretio majorum; & fracti commutarentur pretio integrorum, ideo non licet. רבי יהודה מתיר בשבורה *R. Jehuda permittit fractam* (beſtiam) quia jam non amplius inſervit operi; ſed de vitulis & aſinis ſylveſtribus concedit, quandoquidem operi inſerviunt quando adoleſcunt; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

בן בתירא מתיר בסוס *Filius Betheræ permittit de equo*; quia inſervit equitatui, qui vero vivit, ſeipſum elevat; at deciſio non eſt juxta filium Betheræ; ſed ope mediatoris licet beſtiam vendere gentili, poſſeſſore tempore venditionis non præſente; quia non timendum eſt ſe commodaturum eam, aut elocaturum, quia ad ſe non pertinet; vel etiam vi vocis incedet, atque adeo deprehendetur ſe ducere beſtiam; nam non cogitandum beſtiam intellecturam vocem ejus, quia non cognoſcit illam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non licet vendere craſſum pecus gentili, ſive idololatra ſit, ſive non. Ratio autem hujus interdicti eſt, ne mutuo det, aut elocet, aut operetur eo, die Sabbathi. Nam Lex dicit Exod. 23, 12. למען ינוח שורך וחמורך Præterea etiam hæc ratio eſt, quia pecus vendere poteſt veſperâ Sabbati, & cum illud gentili non arridet, poſſeſſor ejus Iſraëlita ducet illud ad emptorem, fiet, ut pecus coram eo incedat vi vocis Iſraëlitæ, quam cognoſcit, quo modo fiet ut Iſraëlita ducat pecus ſuum die Sabbathi. Ideoque licet homini tradere pecus ſuum conciliatori alicui qui id vendat gentili, ſe non præſente; quia omnes hæ rationes ceſſant quando poſſeſſor venditioni non eſt præſens; nam conciliator non poteſt elocare neque commodare pecus, quia non eſt ſuum; neque pecus cognoſcit vocem conciliatoris ut vi illius incederet. R. Jehuda permittit vendere pecus cujus pes fractus eſt, quia iſtiusmodi non eſt idoneum ad ferendum onus. Hoc autem non eſt ita, quia ejuſmodi membrum fractum ligare poſſint, ad jungendum pecus cum curru, quem moveant. Sed Ben Bethera permittit vendere equum deſtinatum ad ferendum accipitrem, aut aquilam, & ſimilia animalia venatoria; quia putat quod id quod vivit, ſeipſum elevat, tam homo, quam pecus, animal aut avis; eodemque modo illæ aves non ſunt equo oneri. Verum Sapientes dicunt quod homo vivus tantum non eſt onus, & de illo dicendum eſſe, quod ſe ipſum portat id quod vivit; deciſio non eſt juxta Ben Bethera.

ד מקו׳ שנהגו לאכול צלי בלילי פסחים אוכלין מקום שנהגו שלא לאכול אין אוכלין מקום שנהגו להדליק את הנר בלילי יום הכפורים מדליקין מקום שנהגו שלא להדליק אין מדליקין ומדליקין בבתי כנסיות ובבתי מדרשות ובמבואות האפלים ועל גבי החולים:

4. In loco quo comedere ſolent aſſatum in nocte Paſchatis, comedant; in loco quo non ſolent comedere, non comedant. In loco quo ſolent accendere lucernam in nocte Expiationis, incendant; in loco quo non ſolent accendere lucernam, non accendant. Et incendunt in Synagogis, & in Auditoriis, & in introitibus obſcuris, ac apud ægrotos.

R. OB. DE BARTENORA.

מקום שנהגו שלא לאכול *In loco quo non ſolent edere*; quia apparet ac ſi comedat Paſcha extra terram Iſraëlis. שנהגו להדליק את הנר בלילי הכפורים *quo ſolent accendere lucernam in noctibus Expiationis*, quia die Expiationis interdictum eſt inire concubitum, quamdiu vero lucerna ardet, ſeparabit ſe maritus, quia iſtiuſmodi actio vetita eſt ad lucem lucernæ. שנהגו שלא להדליק *quo non ſolent accendere*, ne videat uxorem ſuam, & arrideat ei; & deindè gratia ejus commotus, concumbat cum ea. *Incendunt in Synagogis*, & in quovis loco quo maritus ſe non jungit cum uxore.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod vetant comedere carnem aſſatam in nocte Paſchatis, id fit eam ob cauſam, ne is qui eam videt, cogitet quod ſit agnus Paſchalis, & fiat ut is qui res ſanctas comedit extra locum ſanctum; uti etiam exponetur in tractatu Joma, quod die Expiationis non licet inire concubitum. Eſt qui dicit, quod, ſi quis accenderit lucernam, indè efficietur, ut animum ad mulierem applicet conſpecta oculis ſuis illius gratia, atque adeo fieri poterit ut cum ea concubitum ineat. Alii dicunt, quod lux eum ſeparabit ab uxore, &, ſi non fuerit lux, potius de ea cogitabit.

ה מקום שנהגו לעשות מלאכה בתשעה באב עושי׳ מקום שנהגו שלא לעשות מלאכה אין עושין ובכל מקום תלמידי חכמים בטלים רבן שמעון בן גמליאל אומר לעולם יעשה אדם עצמו תלמיד חכם והחכמים אומרים ביהודה היו עושין מלאכה בערבי פסחים עד חצות ובגליל לא היו עושין

5. In loco quo operari ſolent nono (die) Ab (menſis,) operentur; in loco quo non ſolent operari, non operentur. Sed in omni loco Sapientum diſcipuli otioſi ſunt. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, ſemper homo ſeipſum reddat diſcipulum Sapientem. Sapientes dicunt, in Judæa operabantur veſperâ Paſchatis uſque ad meridiem. Sed

עושין כל עיקר והלילה בית שמאי אוסרין ובית הילל מתירין עד הנץ החמה :

Sed in Galilæa nihil omnino operabantur; & nocte, Schola Schamai vetat, Schola Hillelis permittit uſque ad ſcintillationem ſolis.

R. OB. DE BARTENORA.

תלמידי חכמים בטלים *Diſcipuli Sapientum erant otioſi*, ab operibus ſuis (ordinariis) per totum diem illum, ne cogitationes ſuas abſtraherent à triſtitia.

לעולם יעשה אדם עצמו תלמיד חכם *Semper homo ſeipſum reddet Sapientem diſcipulum*, neque hoc ſuperbiam indicabit, nam is qui eum viderit otioſum, dicit, id fieri quia ipſi non eſt opus peragendum, non autem quod interdictum non permittit. *Sapientes dicunt, in Judæa operabantur &c.* putant Sapientes, quod actio operis veſpera Paſchatis non ſit res quæ dependeat ab uſu, ſed quod in Judæa id permittebant; at in Galilæa omnino prohibebant illud, non propter uſum. הלילה *nocte*, nocte decima quarta menſis Niſan, pro Galilæis, qui veruerunt operari veſpera Paſchatis; *Schola Schamai vetat*, uti omnibus reliquis diebus feſtis, quibus operari interdictum eſt, quia nox diem ſequitur. *Schola Hillelis permittit*, uti in diebus jejunii, ubi de die vetitum eſt comedere, nocte vero licitum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio non eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis. *Sapientes dicunt, in Judæa operabantur*, quia ſupra in genere dixerunt, *locus in quo ſolent operari, & locus in quo non ſolent operari*, indè nos docent duo loca notari, in quorum uno peragebatur opus, in altero vero non.

ו רבי מאיר אומר כל מלאכה שהתחיל בה קודם לארבעה עשר גומרה בארבעה עשר אבל לא יתחיל בה בתחלה בארבעה עשר אף על פי שיכול לגומרה וחכמים אומרים שלש אומניות עושין מלאכה בערבי פסחים עד חצות ואלו הן החייטים הספרים והכובסין (ס"א) ר' יוסי בר יהודה אומר אף הרצענים :

6. R. Meyr dicit, quodcunque opus quis inceperit ante decimum quartum (diem menſis Niſan,) abſolvet quarto decimo; ſed non incipiet illud ab initio decimi quarti, etſi potuerit perficere illud. Sapientes dicunt, tres opifices operantur veſpera Paſchatis uſque ad medium (diei;) ſunt autem hi, ſartores, tonſores, & fullones. R. Joſe filius Jehudæ dicit, etiam calcearii.

R. OB. DE BARTENORA.

כל מלאכה *Omne opus*, quod pertinet ad neceſſitatem feſti, ſi illud inceperit ante decimum quartum, abſolvat decimo quarto, etiam in iſtiuſmodi loco quo non ſolent operari. Cæterum opera ea quæ non ſunt neceſſaria ad feſtum, faciant in loco quo operari ſolent; at in loco quo non ſolent operari, etiamſi ante decimum quartum inceperit, non abſolvet illud.

החייטים *Sartores*, illis decimo quarto operari licet ubicunque locorum, quia diebus hujus feſti intermediis majorem invenimus libertatem eſſe conceſſam huic arti, quam cæteris artibus; atque adeo res eo redit, eum qui non fuerit ſartor ſuere poſſe, ubi volet; ſic etiam decimo quarto die, qui levior eſt cæteris feſti intermediis, etiam ſartori licitum eſt. הספרים והכובסים *Tonſores & fullones*, nam is qui è mari advenerit, aut è carcere egreſſus fuerit, ſe tondere & lavare poſſit diebus feſti intermediis. Et quandoquidem majorem invenimus permiſſionem diebus feſti intermediis, ideo decimo quarto die, qui minor eſt (ſanctitate,) cuilibet licet. אף הרצענים *Etiam calcearii*, nam ii qui ad Paſcha celebrandum aſcendebant, eo modo adaptabant calceamenta & ſandalia diebus intermediis feſti. Sapientes vero putant, principium operis non eſſe inſtituendum, nimirum, ut calcearii novos conficerent calceos ab initio, quos deinde abſolvant; ſed extrema manus tandem adhibenda ſit; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ulterius tibi exponetur in tractatu Moed Caton, quod is, qui non eſt ſartor, poterit ſuere; ſic etiam is qui exiverit è captivitate, ſe tondere & lavare poterit. Propterea Sapientes permittunt tria illa opera facere decimo quarto (die menſis Niſan) R Meyr dicit, etiam in iſtiuſmodi loco quo ſolent operari, nequaquam incipiet quiſquam opus ſuum ab initio. *R. Joſe filius Jehudæ dicit, etiam calcearii* putat enim, eo modo illos qui pedibus aſcendebant ad Paſcha, adaptaſſe calceos, & ſandalia; ad aſcendendum ad Paſcha diebus feſti intermediis; deciſio eſt juxta Sapientes.

ז מושיבין שובכין לתרנגולים בארבעה עשר ותרנגולת שברחה מחזירין אותה למקומה ואם מתה מושיבין אחרת תחתיה גורפין מתחת רגלי בהמה בארבעה עשר ובמועד מסלקין לצדדין מוליכין ומביאין כלים מבית האומן אף על פי שאינם לצורך המועד :

7. Supponunt columbaria gallinis decimo quarto (die menſis Niſan;) & gallinam quæ fugit, reducere licet ad locum; ſin autem mortua fuerit, aliam in locum illius reponunt. Verrunt ſub pedibus beſtiæ decimo quarto; at diebus feſti intermediis removent ad latera; deferunt & deducunt vaſa è domicilio opificis, etſi ea non fuerint neceſſaria ad feſtum.

R. OB. DE BARTENORA.

מושיבין שובכין *Supponunt columbaria*, ut inſerviant genituræ pullorum, ea ſupponere licet in principio diei decimi quarti. תרנגולת שברחה *Gallina quæ fugit*, diebus feſti intermediis; nam ſi id factum fuerit decimo quarto (die menſis illius) non eſt opus hoc dicere, quia ſi licet columbaria ſupponere ab initio, quanto magis licitum erit eam reducere; eſt ergo intelligendum eo ſenſu quod reducunt gallinam, quæ fugit, diebus feſti intermediis; & hoc accipiendum eſt quando tres dies incubuerit ovis, antequam aufugerit, ita ut ova non amplius apta ſint ut comedantur; propterea, ſi gallina fuerit mortua, reponunt aliam in locum illius, propter da-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תרנגולת שברחה מחזירין אותה *Gallinam quæ aufugit redire faciunt*, id eſt, diebus feſti intermediis, at non decimo quarto die id ſtatuere neceſſe eſt, nam quia dixit מושיבין שובכין *ſupponunt columbaria*, quanto magis reducere licet. מושיבין אחרת תחתיה *reponunt aliam in locum illius*, ſi gallina tres dies incubuerit ovis, quando ova jam inceperint corrumpi, tum, ſi mortua fuerit, adducunt aliam, eamque imponunt ovis.

damnum ovorum. במועד *in diebus feſti intermediis*, qui majoris momenti ſunt, ideo illis diebus non everrunt, ſed ad latera removent. מביאין כלים מבית האומן *Educunt vaſa è domicilio opificis*, decimo quarto die, etſi id non fuerit neceſſe ad feſtum.

ח ששה דברים עשו אנשי יריחו על שלשה מיחו בידם ועל שלשה לא מיחו בידם ואלו הן שלא מיחו בידם מרכיבין דקלים כל היום וכורכין את שמע וקוצרין וגודשין לפני העומר ולא מיחו בידם ואלו שמיחו בידם מתירין גמזיות של הקדש ואוכלין מתחת הנשרים בשבת ונותנין פאה לירק ומיחו בידם חכמים :

8. Sex res fecit populus Jerichontinus, à tribus cohibuerunt manus eorum, & à tribus non cohibuerunt manus eorum; hæc autem ſunt ea à quibus non abſtinuerunt manus eorum, inſeverunt dactylos totum diem, conjunxerunt Audi, meſſuerunt & coacervarunt ante meſſem Homer. Illa autem ſunt à quibus abſtinuerunt manus eorum; permiſerunt ramos ſanctitatis, & comederunt ſub arboribus fructus deciduos in Sabbatho, dederuntque angulum de oleribus; & Sapientes abſtinuerunt manus eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

עשו אנשי יריחו *Fecerunt viri Jerichontini*, moris erat penes incolas Jerichontinos ita facere. מרכיבין דקלים *inſerebant dactylos*, ramum tenerum fœmininum inſerebant dactylo maſculino, quia maſculinus fert fructum, ſed non fœmininus.

כל היום *Totum diem*, decimum quartum diem: כורכין את שמע *conjungebant Audi*, & non dicebant ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד *benedictum ſit nomen glorioſum regni illius in ſecula ſeculorum*, quando dicebant *Audi Iſraël &c.* Alia expoſitio, non ſeparabant inter vocem אחד *unus* & ואתה *& tu*; nam neceſſario prolongandum eſt ad vocem אחד, & ſeparare inter *regnum Dei*, & alia.

קוצרים וגודשים *Demetebant & coacervabant*, conficiebant acervum frumenti ante Homer, neque propterea timendum erat ne quis comederet. ולא מיחו בידם *neque abſtinuerunt manus ſuas*, omnes ſex res quas faciebant, non faciebant annuentibus Sapientibus; ſed à tribus non cohibuerunt manus ſuas, attamen à tribus poſterioribus cohibuerunt manus.

מתירין גמזיות של קדש *Permittebant ramos ſanctitatis*, rami qui creverant in arbore ſanctitati deſtinata, quia putabant nihil eſſe vetitum præter ipſum fructum ſanctificatum; dantur autem nonnulla exemplaria in quibus extat מתזירין, & tum ſenſus eſt, ſuccidebant ramos arboris ſanctificatæ, qui in ea creverant, poſtquam arbor ſanctificata fuerat, ad fruendum illa.

ואוכלין *Et comedebant*, de Sabbathi, & feſto, fructus qui inveniebantur ſub arboribus, quos non conſtabat cecidiſſe die præcedenti quando liciti erant, an vero cecidiſſe illos eo die, quo vetiti erant.

נותנין פאה לירק *Dabant angulum de olere*, nos autem putamus, id quod colligi nequit ut conſervetur, non teneri de angulo, olus autem non eſt res quæ conſervari poteſt, & ideo ab illo Sapientes abſtinuerunt; quia olus eximitur à decimis, & pauperes illud comedunt ſine decimatione, quandoquidem angulus eſt, qui liber eſt à decimis, quia publicum quid eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Has res ſex non collaudarunt Sapientes, ſed tres primas non impediverunt; at tres poſtremas impediverunt; primæ ſunt, quod arbores inſerebant die quarto decimo, & dactyli maſculini ramum inſerebant dactylo fœminino; & hæc res agricolis nota eſt; & hoc vult auctor cum dicit מרכיבין דקלים *inſerebat dactylos*.

כורכין את שמע *Connectebant Audi*, ſenſus eſt, quod non dicebant ברוך שם כבוד מלכותו *benedictum ſit nomen honorificum regni illius*, quando dicebant, *Audi Iſraël Dominus Deus noſter &c.* קוצרין וגודשין לפני העומר *Demetebant & coacervabant ante Homer*, id eſt, licitum eſt metere & congregare, nam non timendum eſt ne quis comedat. Tres vero poſtremæ à quibus abſtinuerunt, hæ ſunt, מתירין גמזיות הקדש *permittebant ramos ſanctitatis*, nimirum, permittebant comedere id quod ſanctitas producebat, dicentes, nihil eſſe vetitum præter illum ipſum fructum qui ſanctificatus eſt; ſed id quod deinde creverit in campo ſanctitatis, licitum eſſe.

ואוכלין מתחת הנשרים *Et comedebant ſub arboribus deciduos fructus*, comedebant de iis qui ceciderant fructus ſub arbore, in Sabbatho; & die feſto, etſi dubium eſſet, & nemo neſciret an cecidiſſent à veſpera Sabbathi, ut illi liciti eſſent; an vero in ipſo Sabbatho ut vetiti eſſent, uti exponetur in tractatu Jom Tobh.

ונותנין פאה לירק *Et angulum dabant de olere*, jam expoſui tibi in tractatu Pea, quod una, ex illis rebus quæ relinquendæ ſunt ad dandum de illis angulum pauperibus, ſit, ut id quod colligitur, durari & conſervari poſſit, quo modo ſe non habent olera.

ט ששה דברים עשה חזקיה המלך על שלשה הודו לו ועל שלשה לא הודו לו גירר עצמות אביו על מטה של חבלים והודו לו כיתת נחש הנחשת והודו לו גנז ספר רפואות והודו לו : על שלשה לא הודו לו קיצץ דלתות של היכל ושיגרן למלך אשור ולא הודו לו סתם מי גיחון העליון ולא הודו לו עיבר ניסן בניסן ולא הודו לו :

9. Sex res fecit Rex Chiskias, de tribus conceſſerunt illi, at de tribus non conceſſerunt illi, everrit oſſa patris ſui ſuper lectum funiculorum, & conceſſerunt; contudit ſerpentem æneum, & conceſſerunt illi; abſcondit librum medicum, & conceſſerunt illi. Sed de tribus non conceſſerunt illi, amputavit portas templi, & miſit eas ad regem Aſſyriæ, at non conceſſerunt illi; occluſit aquas Gichon ſuperioris, at non conceſſerunt illis; intercalavit Niſan in Niſan, at non conceſſerunt illi.

R. OB. DE BARTENORA.

גירר עצמות אביו *Everrit oſſa patris ſui*, expiationis gratia, ne ſepeliretur more venerabili in lecto aliquo pulchro, quia ob malitiam ſuam contemptus erat, ut impii erudirentur. כיתת נחש הנחושת *Contudit ſerpentem æneum*, uti dicitur 2 Reg. 10, 4. eo quod aberrarent poſt eum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſchna eſt ex Toſaphta, quam exponam propter utilitatem illius; ספר רפואות *liber medicinæ*, erat liber qui tractabat de medicis quibus ſe ſanare non permittebat Lex, uti ſunt ejuſmodi res quæ proponebantur per figuras; erant enim Aſtrologiæ periti nonnulli quorum dicto homines fa-

נגז ספר רפואות *Abſcondit librum Medicinæ*, quia cor eorum non comprimebatur propter infirmitates, ſed curabant, & ſanabant ſe ſtatim. R. Moſche vero exponit *librum Medicinæ* eſſe eum qui docebat Aſtrologorum figuras, atque oraculorum, ſive, τελεσματα, quibus in tempore ſuo factis, ſanaretur morbus „ quo modo homines perſuadebantur ut idololatriam ſequerentur, hac de cauſa abſcondit eum librum.

עיבר ניסן בניסן *Intercalavit Niſan in Niſan*, poſtquam ingreſſus eſſet Niſan, faciebat Adar ſecundum; ſed Scriptura dicit Exod. 12, 2. החודש הזה לכם *hic* nimirum eſt menſis Niſan, at non erit præterea alius menſis Niſan. Neque intercalavit Chiskia menſem, poſtquam Niſan propriè intraſſet, ſed trigeſimo die menſis Adar fecit annum intercalarem. Nobis autem hypotheſis eſt, quod non intercaletur annus trigeſimo menſis Adar, quia jam convenit, ut certo determinetur Niſan.

ciebant ſuo tempore imagines ac figuras quaſdam, quæ aliquibus damnnm vel utilitatem adferebant, hæc autem figura in lingua Græca vocabatur τέλεσμα. Præterea dicebant figuram eo modo factam prodeſſe morbis, & cæteris rebus, quo fiebat ut populus aberraret. Scopus vero auctoris non alius fuit quam docere rerum naturalium cauſas, non autem ut homo opera quædam faceret juxta id quod continebatur in illo libro. Hoc autem licitum erat, etſi dicatur Deum vetuiſſe quædam; nam licet ſcire & intelligere ea, quia dictum eſt Deut. 18, 9. לא תלמד לעשות Cæterum traditione accepimus, quod ea diſcere & docere quis poſſit; ſed quia homines perverterunt vias ſuas, ſe iſtiuſmodi rebus ſanantes, Chiskia librum abſcondit; vel forſan erat liber qui continebat remedia veneni, & dicebant, iſtiuſmodi venenum conficitur hoc vel illo modo, & bibitur hoc & illo modo, tum oriuntur hæ & illæ infirmitates, quarum remedium ſe hoc & illo modo habet, quas infirmitates ſi conſpiceret medicus, ſciebat, quod venenum erat quod quis imbiberat; ideoque adhibebant antidotum, quo infirmus à morte liberabatur. Cæterum cum homines pervertiſſent vias ſuas, eo veneno interficiendo ſeſe, removit Chiskia librum medicinæ. Prolixus eſſe volui in hiſce, eo quod mihi expoſuerant, quod Schelomo compoſuiſſet librum medicinæ, ut, quando quis ægrotabat, aut aliqua infirmitas ei oboriebatur, remedium quæreret ex illo libro, ut illi accideret id quod ſcriptum eſt de eo quod ſanabatur. Quando autem animadvertebat quod homines non confidebant in Dèo, removit eum librum atque abſcondidit. Sed conſideres velim malum quod indè ortum eſt, atque abſurdum omnino; & quomodo Chiskiæ attribuerunt ignorantiam cujuſmodi nec ipſi plebi attribuenda ſit, & ſic etiam neque ſocietati Sapientum, qui hoc ipſi conceſſerunt regi; nam juxta opinionem eorum homo irritatur & errori implicatur, quando ſame impulſus comederit de pane, non dubium eſt quin homo ſanetur de magna illa infirmitate famis; quod ſi fiat, non amplius confidet in Deum. Dicimus itaque illis, ô ſtulti! quemadmodum gratias ago Deo quando comedo, quia mihi cibum ſuppeditavit uſque ad ſaturitatem; nonne ſic etiam illi gratias agam quod mihi ſuppeditavit remedium quod ſanavit infirmitatem meam? Cæterum non neceſſe erat ut argumentarer contra hanc rem, niſi ea eſſet publica & nemini non nota. Præterea etiam exponetur, per totum Adar licitum eſſe annum intercalare, & duos conficere menſes Adarim. Hypotheſis enim nobis eſt, quod menſis Adar, qui Niſan proximus eſt, ſemper deficit juxta computum noſtrum; & ſi duo dentur Adarim, primus comprehendet triginta dies. Factum eſt igitur ut Chiskias fecerit annum intercalarem trigeſimo die, & fecerit menſem qui intraret Adar ſecundum. *At ſi non feciſſet annum intercalarem*, trigeſimus dies Adar fuiſſet primus Niſan, uti diximus; ille vero fecit annum intercalarem, eo die qui primus eſſe debebat menſis Niſan; hoc autem non licitum eſt, quia nobis fundamentum eſt, quod annum intercalarem facere non licet trigeſimo die Adar, quandoquidem convenit ut is ſit Niſan; ſed ille non animadvertit hanc conſiderationem, nimirum, quod dies ille pertineret ad Niſan.

פרק ח תמיד נשחט בשמונה ומחצה וקרב בתשעה ומחצה בערבי פסחים נשחט בשבע ומחצה וקרב בשמנה ומחצה בין בחול בין בשבת חל ערב פסח להיות בערב שבת נשחט בשש ומחצה וקרב בשבע ומחצה והפסח אחריו :

Caput 5, Sacrificium juge mactabatur (hora) octava & media, & offerebatur nona, & media, at veſperâ Sabbathi mactabatur ſeptima, & media; ac offerebatur octava & media, tam die profeſto, quam die Sabbathi. Si veſpera Paſchatis incideret in Sabbathum, mactabatur ſexta & media, & offerebatur ſeptima & media; & deindè Paſcha.

R. OB DE BARTENORA.

תמיד *Sacrificium juge*, quod offertur inter duas veſperas; נשחט *mactabatur*, omnibus reliquis anni diebus. בשמונה ומחצה *octava & media*; tempus mactationis ſacrificii jugis eſt quando ſe inclinant umbræ veſpertinæ, quod eſt ab hora ſexta & media, ac deinceps, quando ſol inclinat verſus occidentem; nam media ſexta & media ſeptima conſiſtit in medio cœli, & umbra non inclinat ſe, ſed umbra hominis tota ſub illo eſt. Dilatabant ergo tempus mactationis duas horas, propter vota & ſacrificia ſpontanea quæ offerri non poterant poſt ſacrificium juge veſpertinum, uti ſcriptum Levit. 6, 5. והקטיר עליה חלבי השלמים. Cum holocauſto matutino abſolvebantur omnia ſacrificia, ne quicquam offerretur poſt ſacrificium juge veſpertinum. Die Sabbathi etiam, quo non offerebant vota aut oblationes voluntarias, prolongabant tempus ſacrificii jugis veſpertini, propter conſuetudinem votorum & oblationum ſpontanearum diebus profeſtis offerendarum. בערב פסח *In veſpera Paſchatis*, nam Paſcha offerebatur poſt ſacrificium juge inter duas veſperas, & anticipabant unam horam, ac conficiebant illud hora ſexta & media. חל ערב פסח להיות בערב שבת *Si inciderit veſpera Paſchatis in veſperam Sabbathi*, quando etiam locum habet aſſatio Paſchatis quæ non pellit Sabbathum, nam neceſſe erat ut illud aſſaretur de die, ideoque anticipabant, & conficiebant illud tempore ſuo, ita ut mactaretur hora ſexta & media. וקרב בשבע ומחצה *Et offerebatur hora ſeptima & media*, finis oblationis ejus erat hora ſeptima & dimidia, quia unam horam cunctabantur in confectione illius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis, quod ſacrificium juge matutinum nullum aliud ſacrificium antevertere poſſit, & quod ſacrificium juge veſpertinum nullum aliud ſacrificium ſequi poſſit, præterquam ſacrificium Paſchatis. Initium vero temporis ſacrificii jugis veſpertini eſt à media hora ſeptima uſque ad finem diei; eſtque tempus quo umbra ſe dilatare incipit, & unicuique oſtendit longitudinem ſuam. Quando autem multa erant uno die offerenda ſacrificia, morabantur duas horas poſt temporis initium, quia poſtea nullatenus ſacrificare poterant, uti fundamentum jecimus. Cæterum veſperâ Paſchatis, qua licet offerre ſacrificium Paſchatis poſt ſacrificium juge, mactabatur unicâ horâ poſt ordinarium tempus. Quando autem veſpera Paſchatis incideret in diem ſextum, mactabatur principio temporis ſui, ad prolongandum tempus aſſandi, quia noctè Sabbathi aſſare non poterant.

ב הפסח ששחטו שלא לשמו וקבל והלך וזרק שלא לשמו או לשמו ושלא לשמו או שלא לשמו ולשמו פסול כיצד לשמו ושלא לשמו לשם פסח ולשי שלמי׳ שלא לשמו ולשמו לשם שלמים ולשם פסח׃

2. Paſcha quod non mactaverit nomine ſuo, & exceperit ſanguinem, & abiverit, & conſperſerit non nomine ſuo; aut nomine ſuo, & non nomine ſuo; aut non nomine ſuo, & nomine ſuo, profanum eſt. Quid ſibi vult *nomine ſuo, & non nomine ſuo?* (ſi mactavit) nomine Paſchatis, & nomine ſacrificii pacifici: *Non nomine ſuo, & nomine ſuo?* nomine ſacrificii pacifici, & nomine Paſchatis.

R. OB. DE BARTENORA.

ששחטו *Quod mactaverit*, ut, quod quis mactaverit in nomine ſacrificii pacifici, & exceperit ſanguinem cratere, aut ſanguinem adduxerit ad altare, aut ſparſerit ſuper altari non in nomine ſuo, quia in quatuor illis miniſteriis intentio prohibere ac profanare poteſt ſacrificium.

או לשמו ושלא לשמו *Aut in nomine ſuo, & non in nomine ſuo*, ut, quod mactavit in nomine ſuo, & excepit ſanguinem non in nomine ſuo. או שלא לשמו *Aut non in nomine ſuo*, hic Miſchnæ finis nos docet, quod, ſi quis ab uno ſacrificio cogitaverit ad aliud, nimirum, ſi inter miniſterium unius ſacrificii cogitaverit de miniſterio alius, intentione ejus profanatum eſt; ut, ſi dixerit, ego macto in nomine ſuo, ea conditione ut aſpergatur ſanguis illius non in nomine ſuo, ſacrificium è veſtigio profanatum eſt, quamvis Secundum miniſterium non peregerit cogitatione profanata; ita enim eſt ſenſus Miſchnæ noſtræ. Vel etiam, ſi tempore mactationis cogitaverit ſpargere ſanguinem non in nomine ſuo, & mactaverit in nomine ſuo, prohibitum eſt. Quod autem Paſcha vetitum ſit non in nomine ſuo, probatur ex Exod. 12, 27. ואמרתם זבח פסח הוא neceſſe eſt ergo ut ſacrificium fiat in nomine Paſchatis, quod probat nomen הוא *illud*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponetur ulterius in principio tractatus Zevachim, quod intentio prohibere poteſt ſanctitates in quatuor miniſteriis, in mactatione, exceptione ſanguinis, adductione ad altare, & aſperſione ad altare; nimirum, ſi perdat intentionem ſuam quando occupatur in ejuſmodi miniſteriis memoratis, vetitum eſt ſacrificium, uti ibidem exponitur; præcipue Paſcha, & ſacrificium expiationis pro peccato, uti exponitur in principio tractatus Zevachim. In Talmude Jeruſolymitano dicunt, unde habemus quod mactant Paſcha tantum nomine ſuo? quia ita dictum eſt Exod. 12, 27. ואמרתם זבח פסח הוא ליהוה.

ג שחטו שלא לאוכליו ושלא למנויו לערלים ולטמאים פסול לאוכליו ושלא לאוכליו למנויו ושלא למנויו למולים ולערלים לטמאים ולטהורים כשר שחטו קודם חצות פסול משום שנאמר בין הערבים שחטו קודם לתמיד כשר ובלבד שיהא אחר ממרס בדמו עד שיזרק דם התמיד ואם נזרק כשר׃

3. Quod mactaverit pro non comedentibus ſuis, & pro non annumeratis, aut pro præputiatis, aut pro pollutis, profanatum eſt. Pro comedentibus ſuis, & pro non comedentibus ſuis, pro annumeratis, & pro non annumeratis, pro circumciſis, & præputiatis, pro immundis, & mundis, rectum eſt. Quod mactaverit ante medium (diem) profanatum eſt, ut Exod. 12, 6. *Inter duas veſperas.* Quod mactaverit ante ſacrificium juge, rectum eſt; at ea conditione ut ſanguinem illius aliquis circumagitet, donec ſparſus fuerit ſanguis ſacrificii jugis, qui ſi tum ſparſus fuerit, rectum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שחטו שלא לאוכליו *Quod non mactaverit pro comedentibus ſuis*, pro ægrotis, ſenibus, & minorennibus, qui quantitatem olivæ comedere nequeunt de carne; & ſi non recenſuit alios præter hos, tum illegitimum eſt, quia Exod. 12, 4. לפי אכלו dicitur, id eſt, הראוי לאכול *qui aptus eſt ad comedendum*.

שלא למנויו *Pro non annumeratis ſuis*, ſi annumeraverit ſuper Paſchate unam ſocietatem, & mactaverit illud in nomine alius ſocietatis.

לערלים *Incircumciſis*, pro Iſraelitis quorum fratres mortui ſunt ex circumciſione, & illi propterea incircumciſi, quibus comeſtio Paſchatis interdicta eſt, uti ſcriptum eſt Exod. 12, 48. וכל ערל לא יאכל בו Sic etiam immundis interdictæ ſunt ſanctitates, & excidionis condemnati, ſi comederint.

לאוכליו ושלא לאוכליו כשר *Pro comedentibus ſuis, & pro non comedentibus ſuis, rectum eſt*, non autem uti id quod mactatum eſt in nomine ſuo, & non in nomine ſuo, quod vetitum eſt; quia profanatio illic eſt in corpore ſuo, nimirum, in corpore ſacrificii ſita eſt cogitatio quæ profanat; at in ſacrificio Paſchatis, quod mactatum eſt comedentibus ſuis & non comedentibus ſuis, non datur cogitatio quæ prohibet, vel profanat, niſi in re quæ præter illud eſt.

ממרס

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא לאוכליו *Pro non comedentibus ſuis*, uti ſunt infirmi, ſenes, & minorennes, qui quantitatem olivæ comedere nequeunt de carne; & exponitur in Lege, quod Paſcha non mactatur niſi à viris peritis, id enim eſt quod Deus benedictus dixit Exod. 12, 4. תכסו על השה Non ergo mactabit pro quopiam agno præterquam pro eo qui de illo comedere poteſt, uti ibidem dicitur לפי אכלו. Neque de eo comedere poteſt præputiatus, uti extat Exod. 12, 48. כל ערל לא יאכל בו Neque mactari poteſt pro quopiam præterquam pro mundo, uti dicitur Num. 9, 6. ויהי אנשים אשר טמאים וגו׳ Ratio autem, quare interdictum eſt, ſi mactaverit illud in nomine ſuo, & non in nomine ſuo, rectum autem, ſi mactaverit illud pro comedentibus ſuis, & pro non comedentibus ſuis, hæc eſt, quandoquidem id quod dicitur *in nomine ſuo & non in nomine ſuo*, eſt profanatio in ipſo ſacrificio; at id quod dicitur, *pro comedentibus ſuis & non comedentibus* notat damnum aliquod præter illud, ſive quod non continetur in eo. Secundo, quia ſi *pro comedentibus & non comedentibus ſuis* ſacrificium fuerit mactatum, ſeparare poteſt eos qui non legitime comedunt ab iis qui legitime comedunt. Tertio, quia id quod mactatum eſt *in nomine ſuo & non nomine ſuo* in uſu eſt in omnibus ſanctitatibus, & hoc Paſchati proprium eſt tantum.

ממרס

ממרס ברמו *Circumagitat ſanguinem ejus*, ne coaguletur, ſed ut aptus ſit ad ſpargendum illum. אם נזרק *Si conſperſus fuerit*, ante ſacrificium juge, כשר *legitimum* eſt, licet enim Paſcha veniat poſt ſacrificium juge, quia de eo ſcriptum eſt בערב *veſperi*, & בין הערבים *inter duas veſperas*, tamen anticipatione eo modo non profanatur.

ממרס ברמו *circumagitat ſanguinem*, commovet eum ne coaguletur.

ד השוחט את הפסח על החמץ עובר בלא תעשה רבי יהודה אומר אף התמיד רבי שמעון אומר הפסח בי"ד לשמו חייב ושלא לשמו פטור ושאר כל הזבחים בין לשמן ובין שלא לשמן פטור ובמועד לשמו פטור ושלא לשמו חייב ושאר כל הזבחים בין לשמן בין שלא לשמן חייב חוץ מן החטאת ששחטה שלא לשמה:

4. Si quis mactaverit Paſcha ſuper fermento, transgreditur præceptum negans. R. Jehuda dicit, etiam ſi ſacrificium juge. R. Schimeon dicit, ſi Paſcha decimo quarto (die) in nomine ſuo, tenetur; at ſi non in nomine ſuo, liber eſt; & ſi reliqua omnia ſacrificia mactaverit tam in nomine ſuo, quam non in nomine ſuo, liber eſt. Et ſi diebus feſti intermediis, in nomine ſuo, liber eſt; ob id autem quod non in nomine ſuo, tenetur; & ob omnia reliqua ſacrificia, tam in nomine mactata, quam non in nomine, tenetur; excepto ſacrificio expiationis pro peccato, quod mactavit non in nomine ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט את הפסח על החמץ *Qui mactaverit Paſcha ſuper fermento*, ſenſus eſt, quod, ſi in tempore mactationis fuerit fermentum in poteſtate illius qui mactat, vel in poteſtate illius qui ex ſocietate eſt; etſi fermentum non fuerit in atrio templi, transgreſſus tamen eſt præceptum negans, uti dicitur Exod. 23, 18. לא תשחט על חמץ דם זבחי at non profanatur ſacrificium.

אף התמיד *Etiam ſi ſacrificium juge*, inter duas veſperas veſperarum Paſchatis, ſi id mactaverit ſuper fermento, quod erat in poteſtate mactantis, aut in poteſtate ſacrificantis, propter id transgreditur præceptum negans, quia dixit Deus זבחי *ſacrificium meum*, id eſt, meum ſingulare ſacrificium, quod ſacrificium juge eſt; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

רבי שמעון אומר הפסח בארבעה עשר *R. Schimeon dicit, Paſcha decimo quarto* (die Niſan) quod mactatum fuerit ſuper fermento. לשמו חייב *in nomine ſuo*, *tenetur*, propter præceptum *Non mactabis ſuper fermento ſanguinem ſacrificii mei*, quia Paſcha rectum eſt, & mactatio ejus recta eſt, ut vocari poſſit שחיטה *mactatio*. שלא לשמו פטור *Non in nomine ſuo*, *liber eſt*, quia profanatum eſt, & mactatio inepta, quæ non vocanda eſt שחיטה.

ושאר כל הזבחים *Et reliqua omnia ſacrificia*, quæ mactata ſunt decimo quarto die poſt meridiem ſuper fermento. בין לשמן בין שלא לשמן *Sive in nomine ſuo*, *ſive non in nomine ſuo*, *liber eſt*, & licet legitima fuerint, uti Miſchna dicit, *omnia ſacrificia quæ mactata ſunt non in nomine ſuo*, *ſunt legitima*, nihilominus liber eſt, ſi mactaverit in nomine ſuo, aut non in nomine ſuo, quia Deus bis dixit זבחי *ſacrificium meum*, vide Exod. 23, 18. & Exod. 34, 25. Quare autem Deus ea diverſis in locis poſuit, & non in uno ſcripſit זבחי, adeo ut intelligi poſſet de omnibus ſacrificiis, de Paſchate, & reliquis ſacrificiis? Reſp. ut diceret nobis quod in tempore ſacrificii, ſive decimo quarto die Niſan, quo venit ſacrificium Paſchatis, non tenetur homo ad reliqua ſacrificia; & quod in tempore quo non venit ſacrificium, uti in medio feſti Paſchatis, tenetur propter reliqua ſacrificia, ſi mactaverit ea ſuper fermento.

ובמועד *Et diebus feſti intermediis*, ſi Paſcha mactaverit in nomine ſuo ſuper fermento, פטור *liber eſt* à præcepto *Non mactabit ſuper fermento*, quia ſacrificium Paſchatis extra tempus ſuum vetitum eſt, ſiquidem in nomine ſuo mactatum, & mactatio ejus inepta eſt. שלא לשמו *Non in nomine ſuo*, ſed in nomine ſacrificii pacifici, חייב *tenetur*, quia eo ſpectabat, & mactatio legitima eſt, at ille tenetur de præcepto *Non mactabis ſuper fermento*, & de negativo illo *Non conſpicietur tibi*, *non invenietur*. ושאר כל הזבחים *Et omnia ſacrificia reliqua*, quæ mactata ſunt diebus feſti intermediis ſuper fermento. בין לשמן בין שלא לשמן חייב *Sive in nomine ſuo*, *ſive non in nomine ſuo* (mactaverit) *tenetur*, quia Scriptura etiam cæterorum ſacrificiorum rationem habet. חוץ מן החטאת ששחטה שלא לשמה *excepto ſacrificio expiationis pro peccato*, *quod mactaverit non in nomine ſuo*, quia profanatum eſt, de cujus mactatione extat Levit. 4, 24. חטאת היא *ſacrificium pro peccato illud*, illud nimirum, non vero id quod mactatum eſt non in nomine ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod dixit Deus benedictus Exod. 23, 18. לא תשחט על חמץ דם זבחי ולא ילין לבקר זבח חג הפסח hinc Sapientes dicunt quod זבחי accipiendum ſit de ſacrificio Paſchatis, nam ſi fermentum fuerit in poteſtate illius qui mactat, aut ſanguinem ſpargit, aut adipes incendit, aut (in poteſtate ejus) qui ex ſocietate eſt, etiamſi fermentum fuerit extra atrium templi, condemnatus flagellationis; ſacrificium tamen non perit. R. Jehuda dicit quod vox זבחי *ſacrificium meum*, notat ſingulare ſacrificium Deo attributum, quod eſt ſacrificium juge; & propterea eum, qui mactaverit ſacrificium juge ſuper fermento, id eſt, quando ipſi eſt fermentum, transgredi præceptum negans. R. Schimeon dicit Deum benedictum bis dixiſſe זבחי, cujus ſenſus eſt, quod eo tempore quo quis tenetur, propterea quod unum ſacrificium mactavit ſuper fermento, liber eſt; ſi mactaverit ſuper fermento ſacrificia reliqua. Ideoque dicit R. Schimeon, eum qui mactaverit Paſcha decimo quarto die, in nomine ſuo, condemnatum eſſe flagellationis; ſed propter reliqua ſacrificia ſuper fermento decimo quarto die Niſan mactata, liberum. Quando autem tenetur, ſi mactaverit reliqua ſacrificia ſuper fermento, tum liber eſt, ſi mactaverit ſacrificium Paſchatis ſuper fermento, propterea dicit ובמועד לשמו פטור, quia tum profanatum eſt, neque ſacrificium Paſchale amplius eſt. Sed propter id quod mactatum eſt non in nomine ſuo, tenetur, quia ſe habet ut reliqua ſacrificia, & prohibet ſacrificare quodlibet ſacrificium ſuper fermento, & reum condemnat flagellationis, uti opinionem illius expoſuimus; ea tamen conditione, ſi coactus fuerit ad ſecundum Paſcha, ut agnus ille ſacrificari potuerit pro ſacrificio Paſchatis, & propterea tenetur. Neque refert, an id fiat diebus feſti intermediis, an vero reliquis anni diebus. Quod autem juxta opinionem R. Schimeonis obligat, id accipiendum, quod, ſi quis omnia ſacrificia mactaverit ſuper fermento reliquis anni diebus, tam in nomine ſuo, quam non in nomine ſuo, tenetur, excepto ſacrificio expiationis pro peccato, quod mactaverit non in nomine ſuo; & hoc eſt juxta fundamentum quod tenemus, & quoque allegatur in principio tractatus Zebhachim, *omnia ſacrificia quæ non ſunt mactata in nomine ſuo*, *etiamſi poſſeſſorum debito non ſatisfaciant*, *legitima ſunt*, excepto ſacrificio Paſchatis, & ſacrificio pro peccato; Paſcha in tempore ſuo, & ſacrificium expiationis pro peccato omni tempore; deciſio eſt penes Sapientes.

ה הפסח נשחט בשלש כיתות שנאמר ושחטו אותו כל קהל עדת ישראל קהל ועדה וישראל נכנסה כת הראשונה נתמלאת העזרה נעלו דלתות העזרה תקעו הריעו ותקעו הכהנים עומדים שורות שורות ובידיהם בזיכי כסף ובזיכי זהב שורה שכולה כסף כסף ושורה שכולה זהב זהב לא היו מעורבין ולא היו לבזיכים שוליים שמא יניחום ויקרש הדם :

5. Paſcha mactatur per tres catervas, quemadmodum dictum eſt Exod. 12,6. *Et mactant illud totus cœtus congregationis Iſraël*; (nota,) cœtus, congregatio, & Iſraël; ſi intraſſet prima caterva, & impletum eſſet atrium, claudebant portas atrii, buccinabant, jubilabant, & buccinabant; ſacerdotes ſtabant in ordinibus, & in manibus ſuis acerræ argenteæ, & acerræ aureæ: ordo qui totus argenteus erat, argenteus; & ordo qui totus erat aureus, aureus; non erant commixti, neque acerris erant fimbriæ, ne deponerent eas, & ſanguis coagularetur.

R. OB. DE BARTENORA. הפסח נשחט בשלש כיתות *Paſcha mactatur à tribus catervis*, ſive cœtus fuerit exiguus, ſive magnus, & omnes potuerint mactare una vice, nihilominus præceptum erat ut dividerent ſe in tres catervas, una caterva poſt alteram, ut dictum eſt, *& mactabat totus cœtus congregationis Iſrael*, (ubi occurrit) קהל *cœtus*, עדה *congregatio*, & *Iſraël*, quæ tres conficiunt catervas. בזיכין *acerræ* magnæ ad excipiendum ſanguinem in illis. שורה שכולה כסף כסף *ordo qui totus argenteus, argenteus*, quia eo modo pulchrius erat. ולא היו לבזיכין שוליים *Neque acerris erant fimbriæ*, nam ſuperius latæ erant, inferius anguſtæ, ne conſiſtere poſſent in ſolo; & ne ſacerdotes deponerent eas in ſolo priuſquam excepiſſent alium ſanguinem, quia multa ſacrificia erant, & ſæpe oblivioni tradebantur, & ſanguis coagulabatur, ita ut ineptus eſſet ad ſpargendum.

ו שחט ישראל וקבל הכהן נותנו לחבירו וחבירו לחבירו ומקבל את המלא ומחזיר את הריקן כהן הקרוב אצל המזבח זורקו זריקה אחת כנגד היסוד :

6. Mactat Iſraëlita, & excipit (ſanguinem) ſacerdos, & dat illum ſocio ſuo, & ſocius ſocio ſuo, & excipit plenam acerram, & reddit vacuam. Sacerdos altari propior ſpargit eum una ſparſione è regione fundamenti.

R. OB. DE BARTENORA.

שוחט ישראל *Mactat Iſraëlita*, ſi velit, nam mactatio legitime peragitur per quemlibet Iſraëlitam in omnibus ſacrificiis. וקבל הכהן *Et excipit ſacerdos*, ſanguinem excipit in acerra, nam ab exceptione ſanguinis incipit præceptum ſacerdotale.

נותנו לחבירו *Dabat eum ſocio*, nam in ordine ſtabant. וחביר לחבירו *Et ſocius ſocio ſuo*, hæc nos docent quod in multitudine populi conſiſtit gloria regis. מקבל את המלא *excipit plenam*, prius è manu ejus qui ei dederat, deindè autem aliam (acerram) reſtituebat vacuam, at non vice verſa reſtituebat vacuam & deindè excipiebat; quia ſimul ac dabatur acerra plena, neceſſe erat ut ea reciperetur, quia non decet tranſilire præceptum.

זריקה אחת *Sparſione una*, eadem acerra, at non digito, quia non datur ſacrificium quod requirit digitum, præter ſacrificium expiationis pro peccato, de quo ſcriptum eſt Levit. 4, 25. באצבעו *digito ſuo.*

כנגד היסוד *E regione fundamenti*, ad latera altaris, ſub quibus eſt fundamentum; ſpargebat autem ad ſuperiorem altaris partem, & decidebat in fundamentum. Cæterum, quia fundamentum non circumdabat totum altare, ſed latus ſeptentrionale & occidentale, & decerpebat in latere meridionali ſpatium unius ulnæ, & in latere orientali ſpatium unius ulnæ, uti exponetur in tractatu Middoth, propterea neceſſe erat ut diceret כנגד היסוד *è regione fundamenti.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Stabant in ordinibus propter pulchritudinem; בזיך eſt vas rotundum. Præterea nos multa docet hæc Miſchna; nam quod dicit שוחט ישראל *mactat Iſraëlita*, docet, quod mactatio legitimè peragitur per quemlibet Iſraëlitam; & dicit, וקבל הכהן *& excipit ſacerdos*, nam ab exceptione ſanguinis & ulterius incipit munus ſacerdotale.

נותנו לחבירו וחביר לחבירו *Dat ſocio ſuo, & ſocius ſocio ſuo*, ad docendum, eo melius eſſe quo per plures homines præceptum adimpleri poſſit, quia dictum eſt Prov. 14, 28. ברוב עם הדרת מלך Quod porro dicit מקבל את המלא ומחזיר את הריקן *recipit plenam & reddit vacuam*, hoc oſtendit diligentiam & ſollicitudinem quæ eſt obſervanda in præceptis, ut ſacerdos non reddat acerram antequam receperit aliam. Dixit autem Deus Levit. 4, 7. אל יסוד מזבח העולה id eſt, ſacrificium holocauſticum requirit ut ſanguis illius ſpargatur ad fundamentum altaris, & *aſperſio* dicta eſt de holocauſto Levit. 1, 5. וזרקו את הדם על המזבח Sic etiam *aſperſio* dicta eſt de Paſchate, quia de primogenito dictum eſt Num. 18, 17. את דמם תזרק על המזבח at non dicit את דמו *ſanguinem ejus*; præterea etiam traditione accepimus, quod hic locus tractat de primogenito, Paſchate, & decimis beſtiarum, quod omnia ea requirunt unam è regione fundamenti ſparſionem; & quemadmodum holocauſtum requirit ſparſionem ad fundamentum, ſic etiam illa requirunt ſparſionem ad fundamentum. Quando autem tibi exponetur figura altaris ſuo loco in tractatu Middoth, exponetur quod latus orientale non habebat יסוד, ſimul etiam ibidem exponetur natura τῦ יסוד.

ז יצתה כת ראשונה ונכנסה כת שניה יצתה שניה נכנסה ג׳ כמעשה הראשונה כך מעשה השניה והשלישית קראו את ההלל אם גמרו שנו ואם שנו שלשו אף על פי שלא שלשו מימיהם ר׳ יהודה אומר מימיה׳ של כת ג׳ לא הגיע (הגיעה רשי) לאהבתי כי ישמע יי מפני שעמה מועטין :

7. Exibat caterva prima, & intrabat ſecunda caterva; exibat ſecunda, & intrabat tertia; quemadmodum opera primæ, ſic etiam erant ſecundæ, & tertiæ. Dicebant hymnum, & ſi eum perfeciſſent, repetebant; ſi repetiviſſent, tertia vice dicebant, etſi nunquam dicerent tertia vice. R. Jehuda dicit, nunquam caterva tertia pertigit ad *Dilexi, nam audiet Dominus*, quia populus ejus erat paucus.

R. OB. DE BARTENORA. קראו את ההלל *Dicebant hymnum*, omnes tres catervæ. אם גמרו שנו *ſi perfeciſſent, repetebant*, quando incipiebant mactare, incipiebant dicere hymnum; ſin autem multa erant ſacrificia Paſchatis, prolongabatur tempus mactationis donec hymnum perfeciſſent; & licet multi eſſent qui mactabant, dicebant tamen hymnum ſecunda vice. Quando autem eum ſecunda vice dixiſſent, etſi nondum abſoluta eſſet mactatio ſacrificiorum Paſchalium illius catervæ, dicebant tamen hymnum illum tertia vice; eodemque modo in ſecunda & tertia caterva. אף על פי שלא שלשו מימיהם *Etiamſi nunquam tertia vice dicerent*, quia ſacerdotes erant multi, & diligentes. לאהבתי כי ישמע יהוה *Ad dilexi, nam audiet Dominus*, neque etiam prima vice eo pertinget.

SURENHUSIUS. Per הלל *hymnum* intelligas Pſalmos ſequentes, nimirum 113: 114: 115: 116: 117: 118: & tandem 136. Qui inter ſacrificandum a Levitis cantabantur. Si quis autem ſectionis Paſchalis hodiernæ argumentum deſideret, adeat Maimonidem in Hilchot Chamez Umazza ſub finem tituli.

ח כמעשהו בחול כך מעשהו בשבת אלא שהכהנים מדיחים את העזרה שלא ברצון חכמים רבי יהודה אומר כוס היה ממלא מדם התערובות וזרקו זריקה אחת על גבי המזבח ולא הודו לו חכמים:

8. Quemadmodum opus ejus erat die profeſto, ita etiam opus erat in Sabbatho; niſi quod ſacerdotes abſtergebant atrium invitis Sapientibus. R. Jehuda dicit, implebatur poculum ſanguine mixturarum, & ſpargebatur inde una ſparſione ſuper altare; at non conceſſerunt illi Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

שהכהנים היו מדיחין את העזרה *Quod ſacerdotes abſtergebant atrium*, quia magna erat ſanguinis abundantia, ideo abſtergebant illud die Sabbathi, nam aquæ ductus tranſibat atrium; quando autem abſtergebant atrium, occludebatur foramen per quod tranſibat, & aqua extendebat ſe ſuper ora illius, ac totum abſtergebat atrium; deinde autem aperiebant foramen, & aqua diffluebat. מדם התערובות *ſanguine mixturarum*, qui conjectus erat ſuper pavimento, nam atrium totum conſtabat pavimento marmoreo; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem dixit, כמעשהו בחול כך מעשהו בשבת *quemadmodum opus Paſchatis fiebat die profeſto, ſic etiam in Sabbatho*, exponit illud factum eſſe invitis Sapientibus; ſin autem id factum eſſet volentibus Sapientibus, diverſo modo peregiſſent opera diei profeſti, & diei Sabbathi, nimirum, quod lotio atrii non ſit peragenda die Sabbathi; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ט כיצד תולין ומפשיטין אונקליות של ברזל היו קבועין בכותלים ובעמודין שבהן תולין ומפשיטין וכל מי שאין לו מקום לתלות ולהפשיט מקלות דקים חלקים היו שם ומניח על כתיפו ועל כתף חבירו ותולה ומפשיט רבי אליעזר אומר ארבעה עשר שחל להיות בשבת מניח ידו על כתף חבירו ויד חבירו על כתיפו ותולה ומפשיט:

9. Quomodo ſuſpendebant, & excoriabant? uncini ferrei infigebantur parietibus, & columnis, in quibus ſuſpendebant, & excoriabant. Cuicunque autem non erat locus ad ſuſpendendum & excoriandum, (illi) erant bacilli tenues illic, & lævigati; & eos imponebat humero ſuo, & humero ſocii ſui, & ſuſpendebat ac excoriabat. R. Elieſer dicit, (die) decimo quarto, qui incidit in Sabbatum, imponebat manum ſuam humero ſocii ſui, & manum ſocii ſui humero ſuo, & ſuſpendebat ac excoriabat.

R. OB. DE BARTENORA.

אונקליות *Uncini*, clavi ferrei ſupernè acuminati. ובעמודים *Et columnis*, quæ erant in loco mactationis atrii infixæ, erant autem columnæ minores ננסים *nani*. חלקים *lævigati*, decorticati. שחל להיות בשבת *qui incidit in Sabbathum*, ut non potuerit transferre bacillos. ומניח ידו על כתף חבירו *Et imponit manum ſuam humero ſocii ſui*, & ſuſpendit agnum illum nervis genuum, in brachio illius, quia in ſanctuario non valebat conſtitutio Sapientum Sabbathica.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אונקליות *Uncini*, notum eſt, eſtque aliquod ferrum contortum in quo ſuſpendebant beſtiam ad excoriandum, quod in lingua Ebræa מזלג dicitur. מקלות דקים חלקים *bacilli tenues, lævigati*, etiam notum eſt, nempe qui politi erant. R. Elieſer non permittit motum illorum uncinorum die Sabbathi. Sapientes vero dicunt quod conſtitutio Sapientum Sabbathica non obtinebat in ſanctuario; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

י קרעו והוציא אימוריו נתנו במגים והקטירן על גבי המזב' יצתה כת הראשונה וישבה לה בהר הבית שנייה בחיל והשלישה במקומה עומדת חשיכה יצאו וצלו את פסחיהן:

10. Diſcindit (Paſcha) & educit adipes illius, & deponit eos in lance, & comburit eos ſuper altari. Si exiret prima caterva, & conſiſteret in monte domus, ſecunda in antemurali, tertia vero in loco ſuo ſtabat. Si tenebræ oborirentur, exibant, & aſſabant Paſcha ſuum.

R. OB. DE BARTENORA.

אמוריו *Adipes*, adipes qui offerebantur in altare. מגים *lanx* Chaldaicè, quod Ebraicè קערה. וישבה לה בהר הבית *Et conſidebat in monte domus*, hoc fiebat die Sabbathi, quo agnos ſuos adducere non poterant. בחיל *in antemurali*, inter סורג *parietem reticularem* & murum atrii mulierum, in principio introitus in templum. חשיכה יצאו וצלו את פסחיהן *ſi*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמוריו *Adipes ejus*, ſic vocantur membra ſacrificiorum quæ comburuntur ſuper altare. Erant autem hæc membra ſacrificii Paſchatis, cauda quæ adhæret oſſibus ſpinæ dorſi, & adeps qui tegit inteſtina, & renes eorumque adipes, & reliquiæ hepatis. מגים eſt vas quod continebat omnes adipes, in quo eos ferebant in altare.

חשיכה

ſi obortæ eſſent tenebræ, exibant, & aſſabant Paſcha ſuum, eo quod aſſatio Paſchatis non pellebat Sabbathum.

חשיכה יצאו וצלו את פסחיהן Si tenebræ obortæ ſunt, exeunt & aſſant Paſcha ſuum, ſic faciebant quando decimus quartus dies Niſan incidiſſet in Sabbathum, nam Sabbato non poterant adducere agnum, nec aſſare, niſi in exitu; at reliquis diebus, quando oblatio jam conſummata erat, exibant, & aſſabant.

פרק ו אלו דברים בפסח דוחין את השבת שחיטתו וזריקת דמו ומיחוי קרביו והקטר חלביו אבל צליתו והדחת קרביו אינן דוחין את השבת הרכבתו והבאתו מחוץ לתחום וחתיכת יבלתו אין דוחין את השבת רבי אליעזר אומר דוחין :

Caput 6. Hæ res in Paſchate depellunt Sabbathum, mactatio, ſparſio ſanguinis ejus, purificatio inteſtinorum ejus, combuſtio adipum ejus. Sed aſſatio ejus & abſterſio inteſtinorum, non depellunt Sabbathum. Impoſitio in humerum, & adductio ejus extra terminum, & abſciſſio verrucæ ejus non depellunt Sabbathum. R. Elieſer dicit, depellunt.

R. OB. DE BARTENORA.

דוחין את השבת *Propellunt Sabbathum*, ſacrificium Paſchale propellit Sabbathum, quia de Paſchate dicitur Num. 9, 2. במועדו Et de ſacrificio jugi dicitur Num. 28. 2. במועדו Quemadmodum ergo ſacrificium juge propellit Sabbathum, uti dicitur Num. 28, 10. על עולת תמיד תעשה Sic etiam Paſcha propellit Sabbathum.

שחיטתו וזריקת דמו *Mactatio illius & ſparſio ſanguinis illius*, nocte perfici nequit, quia ſcriptum eſt Levit. 7, 28. ביום צותו להקריב וגו׳ ergo de die, & non de nocte. מיחוי *Abſterſio*, ſic Prov. 30, 20. אכלה ומחתה פיה Abſterſio inteſtinorum vero pellit Sabbathum, ne pereant.

צליתו והדחת קרביו אינן דוחין את השבת *Aſſatio & conſperſio inteſtinorum non pellunt Sabbathum*, quia poſt noctem peragi poſſunt. הרכבתו *Impoſitio*, in humerum, ad portandum in viam publicam ad atrium; etſi juxta Sapientes tantum interdictum Sabbathicum ſit, nam vivens ſeipſum portat; tamen non pellit Sabbathum, quia heri potuiſſet facere. Sic etiam adductio extra terminum, & abſciſſio verrucæ ad removendum maculam, etſi juxta Sapientes tantum hoc vetitum ſit; quia eam manibus aut dentibus diffindere potuit, non pellit tamen Sabbathum. Id autem quod Miſchna dixit in fine tractatus Erubhin, *abſcindunt verrucam in Templo*, hoc intelligendum eſt quando arida eſt, ut facili negotio confricari poſſit. Noſtra vero hæc Miſna tractat hoc loco de verruca humida; quamvis eam dentibus aut manibus abſciderit, & averſa manu id fecerit & extra uſum; nihilominus vetitum eſt, quia id die præcedenti facere potuiſſet. *R. Elieſer dicit, pellunt*, nam putat, quod ea quæ neceſſaria ſunt ad faciendum præceptum, propellunt Sabbathum, uti dictum in tractatu Schabbat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus de ſacrificio jugi Num. 28, 2. במועדו uti ergo ſacrificium juge ſacrificatur in Sabbatho, quemadmodum extat Num. 28, 10. על עולת תמיד תעשה. Sic etiam ſacrificium Paſchale mactabatur in Sabbatho.

ומיחוי קרביו *Et purificatio inteſtinorum illius*, id eſt, purificant ea à ſordibus. חתיכת יבלתו *Abſciſſio verrucæ*, abſcindunt verrucam inſtrumento, at manu id facere licet die Sabbathi, uti exponitur in tractatu Erubhim. הרכבתו *impoſitio ejus*, quod opus eſt juxta ſententiam Sapientum, quia onus eſt; at juxta opinionem Ben Betheræ non eſt onus, uti opinio ejus expoſita capite quarto hujus tractatus indicavit.

והבאתו מחוץ לתחום *Et adductio illius extra terminum Sabbaticum*, quod etiam vetitum eſt juxta Legem, juxta ſententiam R. Akibæ, qui putat interdictum terminorum eſſe de Lege. R. Elieſer putat, quod interdictum terminorum ſit ex Sapientibus, & id quod vivit movere ſe ipſum, etiam beſtiam, juxta Ben Bethera; propterea omnes hæ res, juxta opinionem illius, vetitæ ſunt ex conſtitutione Sapientum Sabbathica tantum.

ב אמר רבי אליעזר והלא דין הוא מה אם שחיטה שהיא משום מלאכה דוחה את השבת אלו שהן משום שבות לא ידחו את השבת אמר לו רבי יהושע יום טוב יוכיח שהתירו בו משום מלאכה ואסרו בו משום שבות אמר לו רבי אליעזר מה זה יהושע מה ראיה רשות למצוה השיב רבי עקיבא ואמר הזאה תוכיח שהיא מצוה והיא משום שבות ואינה דוחה את השבת אף אתה אל תתמה על אלו שאף על פי שהן מצוה והן משום שבות לא ידחו את השבת אמר לו רבי אליעזר ועליה אני דן ומה אם שחיטה שהיא משום מלאכה דוחה את השבת הזאה שהיא משום שבות אינו דין שדוחה את השבת אמר לו רבי עקיבא או חלוף מה אם הזאה שהיא משום שבות אינה דוחה את השבת שחיטה שהיא משום מלאכה אינו דין שלא

2. Dixit R. Elieſer, an non jure conſequitur, nam ſi mactatio quæ (vetita eſt) propter opus, tamen pellat Sabbathum; ea quæ (vetita ſunt) ex conſtitutione Sapientum Sabbathica non pellent Sabbathum? Reſpondit ipſi R. Jehoſchua, dies feſtus monſtrat quod permiſerunt eo (res vetitas) propter opera, & prohibuerunt eo (die) ex conſtitutione Sapientum Sabbathica. Dixit illi R. Elieſer, quid ſibi vult R. Jehoſchua, quæ probatio ab eo quod liberum eſt ad id quod præceptum eſt? reſpondit R. Akiba & dixit, ſparſio monſtrabit quod eſt præceptum, & (interdictum) ex conſtitutione Sapientum Sabbathica, & non pellit Sabbatum; ideo ne miteris, quod, etiamſi præcepta ſint, & (interdicta) ex conſtitutione Sapientum Sabbathica, tamen non pellunt Sabbathum. Dixit illi R. Elieſer, ſuper eo ego conſequentiam necto, nam ſi mactatio quæ (vetita eſt) propter opus, pellat Sabbathum, ſparſio, quæ (vetita eſt) ex conſtitutione Sapientum Sabbathica, an non meritò depellet Sabbathum? Dixit ipſi R. Akiba, aut vice verſa, nam ſi ſparſio, quæ (vetita eſt) ex conſtitutione Sapientum Sabbathica, tamen non pellat Sabbathum, mactatio, quæ (vetita eſt) propter

תדחה את השבת אמר לו רבי אליעזר עקיבא עקרת מה שכתוב בתורה בין הערביים במועדו. בין בחול בין בשבת אמר לו רבי הבא לי מועד לאלו כמועד לשחיטה כלל אמר רבי עקיבא כל מלאכה שאפשר לעשותה מערב שבת אינה דוחה את השבת שחיטה שאי אפשר לעשות מערב שבת דוחה את השבת :

opus, non depellet meritò Sabbathum? Dixit illi R. Elieſer, evertis ea quæ ſcripta ſunt in Lege Num. 9, 3. *Inter veſperas tempore fixo*, tam die profeſto, quam die Sabbathi. Dixit illi Rabbi, adfer mihi *tempus fixum* in illis, quemadmodum in mactatione eſt *tempus fixum*. Regulam generalem dixit R. Akiba, omnia opera quæ peragi poſſunt à veſpera Sabbathi, non pellunt Sabbathum; mactatio, quæ peragi non poteſt à veſpera Sabbathi, pellit Sabbathum.

R. OB. DE BARTENORA.

אם שחיטה *Si mactatio*, quæ Sabbatho vetita eſt quod ad animalia immunda, propter interdictum operis perfecti, nihilominus pellit Sabbathum in ſacrificio Paſchatis. אלו שהן משום שבות לא ידחו את השבת *quæ* (vetita ſunt) *propter conſtitutionem Sapientum Sabbathicam non pellunt Sabbathum*, interrogativè accipiendum eſt.

יום טוב יוכיח *Dies feſtus oſtendit*, nam permiſerunt eo die mactationem & coctionem, quæ ſunt patres operum, & licita Iſraëlitis. Sed prohibuerunt eo die, quamcunque rem deportare extra terminum Sabbathicum, & comedere, quandoquidem adducere potuiſſet die antecedenti, etiamſi conſtitutio termini Sabbathici ſit ex Sapientibus.

מה ראיה רשות למצוה *Quæ conſequentia à libertate ad præceptum*, comeſtio privati hominis eſt res voluntaria, at res Dei ſunt ex præcepto. Et ſi Sapientes interdictum conſtitutionis Sabbathicæ ſtabiliviſſent in cauſa voluntaria, etiam ſtabiliviſſent illud in cauſa præcepti? R. Jehoſchua putat, quod omne gaudium die feſto ſit ex præcepto, attamen non pellat conſtitutionem Sapientum Sabbathicam.

הזאה תוכיח *Sparſio arguit*, nam præceptum eſt de polluto per mortuum, quod, ſi ſeptimus illius (polluti) inciderit in Sabbatum veſperi Paſchatis, & non ſparſerit, non conficiet ſacrificium Paſchatis, nihilominus tamen non pellit Sabbathum. Quia ſic putat R. Akiba, quod non pellit, & ſparſio prohibita eſt ex conſtitutione Sapientum Sabbathica, eo quod actio ſimilis eſt illi qui adaptat hominem, nihilominus vetita eſt. ועליה אני דן *& ex hoc ego conſequentiam facio*, quod ad ſparſionem etiam ego contrarius ſum, & dico quod pellit Sabbathum, & quod non impedit eum à ſacrificio Paſchatis, per eandem conſequentiam. אמר רבי עקיבא או חלוף *dixit R. Akiba, aut vice verſa*, aut ego concludam vice verſa, nam id certum ac clarum putat, quòd ſparſio pellit; ideoque per conſequentiam à minori ad majus concludimus, quod mactatio non pellit Sabbathum. הבה לי מועד לאלו *adfer mihi tempus fixum ad ea*, quæ fixo tempori obnoxia ſunt, quemadmodum mactatio; cæterum cum non habent tempus aliquod fixum, & peragi poſſunt die præcedenti, non pellunt Sabbathum. Sparſio autem cum non ſit ipſum ſacrificium Paſchatis, non ſcriptum eſt de illa במועדו *in tempore fixo*; deciſio eſt juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehoſchua putat, quod gaudium die feſto ſit præceptum, & quod gaudium die feſto intermitti non debeat, ſi in iſtiuſmodi gaudio reperiatur id quod vetitum eſt ex conſtitutione Sapientum Sabbathica, ut, pulſatio tympanorum aut lyrarum, aliorumque inſtrumentorum; quæ omnia opera vetita ſunt die feſto, etſi ſint ex præcepto, juxta opinionem illius. Propterea neceſſe erat ut regereret, ac diceret, *Dies feſtus monſtrabit*. Quod autem dicit הזאה תוכיח *ſparſio monſtrabit*, vult, quod aquâ cineris vaccæ rufæ, qua neceſſario conſpergendus eſt ille qui per mortuum pollutus eſt, die tertio, & ſeptimo, ut inciderit tertius aut ſeptimus in Sabbathum, non ſit ſpargendus pollutus. Sic etiam ſi ſeptimus inciderit in diem decimum tertium, qui fuerit Sabbathum, non ſpargunt ſuper illum (pollutum) & relinquitur immundus, neque conficiet Paſcha. R. Elieſer putat, quod ſuper illum ſpargunt die Sabbathi, ne relinquat confectionem ſacrificii Paſchatis; nam ſi id diſtulerit in diem alium, qui decimus quartus dies eſt, & ſparſerit ſuper illum, & immerſus fuerit, vetitum eſt offerre Paſcha, quemadmodum exponetur; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

ג אימתי מביאין חגיגה עמו בזמן שהוא בא בחול בטהרה ובמועט ובזמן שהוא בא בשבת במרובה ובטומאה אין מביאין עמו חגיגה :

3. Quando adducit cum Paſchate ſacrificium feſti? quando illud incidit in diem profeſtum, cum puritate, & cum paucitate. Sin autem incidit in diem Sabbathi, cum multitudine, & cum impuritate, non adducunt cum eo ſacrificium feſti.

R. OB. DE BARTENORA.

אימתי מביאין עמו חגיגה *Quando adducunt cum eo ſacrificium feſti*, cum Paſchate, die decimo quarto menſis Niſan. בזמן שהוא בא בחול ובטהרה *Quando illud venit die profano, & cum puritate*, etſi enim Paſcha depellit Sabbathum, & immunditiem; ſacrificium feſti tamen non depellit Sabbathum.

ובמועט *Et in paucitate*, quando ſacrificium Paſchatis exiguum eſt in cibum filiorum ſodalitii, tum comedunt primum ſacrificium feſti, ut ſacrificium Paſchatis conficiat ſaturitatem. במרובה *in multitudine*, quando exiguum eſt ſodalitium, tum Paſcha illis tantum ſufficit. ובטומאה *& cum immunditie*, quando maxima pars congregationis immunda eſt. אין מביאין עמו חגיגה *non adducunt cum eo ſacrificium feſti*, quia ſacrificium feſti die quarto decimo erat voluntarium, & non neceſſarium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sacrificium חגיגה *feſti*, die quarto decimo voluntarium eſt, non obligatorium. Propterea, ſi dies decimus quartus eſſet dies Sabbathi, & dies profanus, & multi eſſent agni Paſchales; aut Paſcha illud offerretur cum immunditie, uti exponetur capite ſequenti, non adducebant cum Paſchate decimo quarto die ſacrificium feſti.

ד חגיגה היתה באה מן הצאן מן הבקר מן הכבשים ומן העיזים מן הזכרים ומן הנקבות ונאכלת לשני ימים ולילה אחת (ירוש׳) :

4. Sacrificium feſti adducebatur ex grege, & jumento, agnis, & capris, maſculis, & fœminis; & comedebatur per duos dies, & unam noctem.

R. OB.   R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

ומן הבקר *Et è jumento*, quod ita non fiebat in ſacrificio Paſchatis, utpote quod non adducebatur è jumento, neque fœminis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Indicatur tibi in hac Miſchna, quod ſacrificio ſolennis feſti die quarto decimo, etſi eſſet voluntarium, nemo ſatisfaceret debito feſti, ſit tamen ejuſdem juris cujus eſt ſacrificium feſti, ita ut non eſſet inter ea differentia, neque in ſpecie ſacrificii, neque in tempore comeſtionis. Præterea quoque exponentur ritus neceſſarii ſacrificii feſti in tractatu Chagiga.

ה הפסח ששחטו שלא לשמו בשבת חייב עליו חטאת ושאר כל הזבחים ששחטן לשום פסח אם אינן ראוין חייב ואם ראוין הן רבי אליעזר מחייב חטאת ורבי יהושע פוטר אמר רבי אליעזר מה אם הפסח שהוא מותר לשמו כששינה את שמו חייב זבחים שהן אסורין לשמן כששינה את שמן אינו דין שיהא חייב אמר לו רבי יהושע לא אם אמרת בפסח ששינהו לדבר אסור תאמר בזבחים ששינן לדבר המותר אמר לו רבי אליעזר אימורי ציבור יוכיחו שהן מותרין לשמן והשוחט לשמן חייב אמר לו רבי יהושע לא אם אמרת באימורי ציבור שיש להן קצבה תאמר בפסח שאין לו קצבה רבי מאיר אומ׳ אף השוחט לשם אימורי ציבור פטור:

5. Paſcha ſi quis mactaverit non in nomine ſuo die Sabbathi, tenetur propter illud ſacrificio pro peccato. Et propter reliqua omnia ſacrificia quæ mactaverit in nomine Paſchatis, ſi non fuerint apta, reus eſt; at ſi apta fuerint, R. Elieſer illum reum pronuntiat ſacrificii pro peccato; ſed R. Jehoſchua liberum pronuntiat. Dixit illi R. Elieſer, ſi Paſcha licitum eſt in nomine ſuo, at, ſi mutaverit nomen ejus, teneatur; ſacrificia, quæ prohibita ſunt in nomine ſuo, ſi quis nomen eorum immutaverit, nonne merito obligant ad reatum? Dixit illi R. Jehoſchua, nonne, ſi dixeris de Paſchate, quod mutaverit cum re prohibita, dicas (idem) de ſacrificiis quæ mutaverit pro re licita? Dixit illi R. Elieſer, adipes congregationis arguent quæ licita ſunt in nomine ſuo, & quod is, qui mactaverit in nomine eorum, tenetur. Dixit illi R. Jehoſchua, nonne, ſi dixeris de adipibus congregationis quod illis ſit definitio, dicas (idem) de Paſchate cui non eſt terminus definitus? R. Meyr dicit, etiam ille qui mactaverit in nomine adipum congregationis, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הפסח ששחטו שלא לשמו *Paſcha quod mactaverit non in nomine ſuo*, die decimo quarto qui inciderit in Sabbathum, putans, quod, quemadmodum licitum erat in nomine ſuo, ſic etiam licitum erat non in nomine ſuo. חייב חטאת *condemnatus eſt ſacrificii pro peccato*, quandoquidem Sabbathum profanavit ex errore.

אם אינן ראוין *Si non apta fuerint*, ad ſacrificium Paſchatis, ut vitulus, aut aries duorum annorum, aut fœmina. חייב *tenetur* ad offerendum ſacrificium pro peccato, ſi oblitus fuerit quod Sabbathum erat, aut putaverit quod licebat mactare alia in nomine Paſchatis die Sabbathi; quia id eſt errare in re præcepti, quandoquidem omnes norunt quod hæc beſtia inepta eſt ad ſacrificium Paſchatis.

אם ראוין *Si apta fuerint*, ut agnus unius anni, ſacrificii pacifici, quem mactaverit in nomine ſacrificii Paſchatis; nam occupatione illa animus avocabatur ad mactationem agni Paſchatis, ut erraverit, & non recordatus fuerit quod ſanctificaſſet illud in aliud ſacrificium.

רבי אליעזר מחייב חטאת *R. Elieſer eum condemnat ſacrificii pro peccato*, etſi erraverit in re præcepti. רבי יהושע פוטר *R. Jehoſchua liberat*, nam putat, quod, ſi erraverit in re præcepti, & fecerit aliquid ex præcepto, liber ſit à ſacrificio pro peccato tali in caſu. Fecit autem hic præceptum quando obtulit ſacrificium, nam omnia ſacrificia quæ mactata ſunt non in nomine ſuo, legitima ſunt; ſic etiam ea quæ mactata ſunt in nomine Paſchatis juxta ſententiam R. Jehoſchuæ, legitima ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod R. Jehoſchua dicit אם אמרת בפסח ששינהו לדבר אסור *Si dixeris de Paſchate quod mutaverit cum re prohibita*, id eſt, ſi mactaverit illud in nomine ſacrificii pacifici, ſimiliſque, die Sabbathi; notum eſt, quod ſacrificia pacifica & reliqua ſacrificia particularia non licet adducere in Sabbatho. Si vero quis mactaverit ſacrificium pacificum, aut quodcunque aliud ſacrificium in Sabbatho, in nomine ſacrificii Paſchatis, mutat nomen ejus pro re licita, quia licitum eſt mactare Paſcha in illo Sabbatho.

Quod autem R. Elieſer dicit אימורי צבור יוכיחו *adipes congregationis indicabunt*, id eſt, ſacrificia continua, & additamenta, quæ offerre licet die Sabbathi in nomine ſuo. Cæterum qui mactaverit ſacrificium ſuum Paſchatis die quarto decimo, qui inciderit in Sabbathum, in nomine ſacrificii jugis vel additamentorum, condemnatus eſt ſacrificii pro peccato, etſi mutaverit illud pro re licita. R. Jehoſchua vero huic non contradicit, uti explicuimus, הפסח ששחטו שלא לשמו בשבת חייב חטאת *ſi mactaverit Paſcha non in nomine ſuo, condemnatus eſt ſacrificii pro peccato*, quibus non contradicit R. Jehoſchua.

קצבה notat *rem definitam*, nam ſacrificia continua quod attinet & additamenta, quæ ſunt ſacrificia congregationis, illis non poteſt quicquam addi, nec detrahi. Et quandoquidem certo gaudent numero, & ea offerantur à quolibet homine, idcirco is qui mactaverit ea in nomine eorum, tenetur; deciſio eſt juxta R. Jehoſchua.

מה אם הפסח שהוא מותר לשמו *An non, ſi Paſcha quod licitum in nomine ſuo*, mactare licet in Sabbatho nomine ſuo; at ſi mutaverit nomen, nonne concedes, quod condemnatus eſt ſacrificii pro peccato? ששינהו לדבר אסור *quod mutaverit cum re prohibita*, quod mactaverit in nomine alius ſacrificii, quod die Sabbathi mactare non licet. ששינהו לדבר המותר *quod mutaverit cum re licita*, quando mactaverit illud in nomine rei iſtiuſmodi quæ licita eſt ut mactetur in Sabbatho. אימורי צבור *adipes congregationis*, ſacrificia quæ cœtus offerebat die Sabbathi, uti erant ſacrificium juge, & additamenta. יוכיחו *monſtrant*, quod licita ſunt ut mactentur in nomine ſuo; qui vero reliqua ſacrificia mactaverit in nomine ſuo die Sabbathi, condemnatus eſt. שיש להן קצבה *quibus eſt definitio*, non videns alios in mactatione occupatos, quando autem mactabatur ſacrificium juge, ſciebat non amplius mactandum eſſe, quomodo non committit peccatum, ſed errorem, quia illa re peccare non poterat. תאמר בפסח שאין לו קצבה *nonne dicas de Paſchate quod illi non ſit definitio?* eo quod omnes

omnes illud conficere debent, etſi videt multos eſſe occupatos in eo, tum ipſe etiam ſtudet præcepto; & quamvis ſacrificium ſuum Paſchale jam mactaverit, & hoc invenerit in atrio, putans quod ſacrificium Paſchale erat, & mactaverit illud in nomine ad ejus quem pertinebat, aberrat in re præcepti. R. Meyr dicit, ſi die Sabbathi mactaverit alia ſacrificia, omni tempore anni, in nomine adipum cœtus, liberum eſſe; deciſio eſt juxta R. Jehoſchua, non autem juxta R. Meyr.

ו שחטו שלא לאוכליו ושלא למנויו לערלין ולטמאין חייב לאוכליו ושלא לאוכליו למנויו ושלא למנויו למולין ולערלין (ירושח) לטהורים ולטמאים פטור שחטו ונמצא בעל מום חייב שחטו ונמצא טריפה בסתר פטור שחטו ונודע שמשכו הבעלים את ידם או שמתו או שנטמאו פטור מפני ששחט ברשות :

6. Si id mactaverit pro illis qui non comedant id ipſum, pro non annumeratis ſuis, pro præputiatis, pro immundis, condemnatus eſt. (Si mactaverit) pro iis qui comedant id ipſum, & pro iis qui non comedant id ipſum, pro annumeratis ſuis, & pro non annumeratis ſuis; pro circumciſis, & præputiatis; pro immundis & mundis; liber eſt. Si mactaverit illud, & invenerit vitio affectum, condemnatus eſt. Si mactaverit illud, & invenerit laceratum occultè, liber eſt. Si mactaverit illud, & cognoverit quod retraxerint poſſeſſores ab eo manus ſuas, aut mortui fuerint; aut polluti fuerint, liber eſt, quia mactavit cum venia.

R. OB. DE BARTENORA.

לאוכליו ושלא לאוכליו פטור *Pro iis qui comedant, & pro iis qui non comedant illud*; liber eſt, quia illud Paſcha legitimum eſt, uti diximus capite quinto, eum, qui mactaverit pro iis qui inepti vel apti ſunt ad comedendum, non profanaſſe Paſcha.

ושחטו ונמצא בעל מום חייב *Si mactaverit illud & invenerit vitioſum, condemnatus eſt*, quia error eſt, non vero coactio, quia ipſi inquirendum erat, antequam mactaret illud. שמשכו הבעלים את ידם *ſi retraxerint poſſeſſores manus ſuas*, ab illo agno, ante mactationem, & numerati fuerint ſuper alio agno. או שמתו או שנטמאו *aut ſi mortui, aut polluti fuerint*, nam tum Sabbathum per illos depelli nequit. פטור *liber eſt*, nam coactio eſt, quandoquidem neſciebat rem ita fore, neque obligabatur de eo inquirere.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite quinto, quod Paſcha, pro aptis & ineptis mactatum, legitimum ſit. Propterea, ſi mactaverit illud die Sabbathi, pro circumciſis & præputiatis, immunis eſt. Cæterum ſi mactaverit die Sabbathi pro ineptis, Paſcha ineptum eſt, propter errorem condemnatus eſt ſacrificii pro peccato, propter ſuperbiam vero lapidationis. Sic etiam ſi ſacrificium deprehenderit vitioſum; nam primum de hoc illi inquirendum erat, ut poſtea illud mactaret die Sabbathi; itidem, ſi deprehenderit illud laceratum apertè, ut, ſi caput perforatum fuerit, aut pedes conciſi, & iſtiusmodi, condemnatus eſt. Cæterum ſi clam dilaceratum fuerit, ita ut non ſciat an poſt mactationem acciderit, ut ſi cor perforatum fuerit, & ejuſmodi, abſolutus eſt. Quod autem in toto hoc negotio dicit פטור *abſolutus eſt*, accipiendum eſt, quod abſolutus ſit ſacrificii pro peccato.

פרק ז כיצד צולין את הפסח מביאין שפוד של רימון תוחבו מתוך פיו עד בית נקובתו ונותן את כרעיו ואת בני מעיו לתוכו דברי רבי יוסי הגלילי רבי עקיבא אומר כמין בישול הוא זה אלא תולין חוצה לו :

Caput 7. Quomodo aſſant Paſcha? afferunt veru de ligno malogranati, inſigentes illud ori (agni) uſque ad nates; & ponentes crura & inteſtina illius intra eum; ſunt verba R. Joſis Galilæi. R. Akiba dicit, ſpecies coquendi hæc eſt, ſed appendunt illa agno exterius.

R. OB. DE BARTENORA.

שפוד של רימון *Veru de ligno malogranati*, non autem de cæteris lignis, quia ex ſe emittunt aquam, quomodo coqueretur in aqua; at lignum malogranati non emittit aquam. Non poterat autem aſſari agnus in veru metallino, uti dicetur inferius, nam quando incaleſcit pars illius, incaleſcit totum, quo modo mediante veru aſſaretur agnus. Cæterum dixit Deus Exod. 12, 9. צלי אש *aſſatum igne*, at non aſſatum aliâ aliqua re. כמין בשול הוא *ſpecies coquendi hæc eſt*, coquentes in eo inteſtina illius, tanquam in olla. תולין חוצה לו *ſuſpendunt extra illum*, ſenſus eſt, inſigunt veru ſupra os agni; deciſio eſt juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eligunt lignum malogranati, quia ex eo non provenit aqua quando incaleſcit, ne coquatur in aqua; deciſio eſt juxta R. Akiba.

ב אין צולין את הפסח לא על השפוד ולא על האסכלא אמר רבי צדוק מעשה ברבן גמליאל שאמר לטבי עבדו צא וצלה לנו את הפסח על האסכלא נגע בחרסו של תנור יקלוף את מקומו נטף מרוטבו על החרס וחזר עליו יטול את מקומו נטף מרוטבו על הסולת יקמוץ את מקומו :

2. Non aſſant Paſcha ſuper veru ferreo, neque ſuper craticula ferrea. Dixit R. Zadok, contigit aliquando ut Rabban Gamaliel dixerit Tabi ſervo ſuo, ito & aſſato Paſcha nobis ſuper craticula ferrea; ſi attigerit teſtam furni, decorticabit locum illius; ſi ex humoribus illius ſtillaverit ſuper teſta, & redierit ſuper illud, exſcindet locum illius; ſi ex humoribus illius ſtillaverit ſuper farinam, pugillo ſuo inde capiet.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר רבי צדוק וגו׳ *Dixit R. Zadok &c.* Miſna noſtra ita ſup-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Interdictum eſt aſſare in veru ferreo, eo quod incaleſcit, &

ſupplenda eſt, *ſi cratera ferrea perforata ſit, legitima eſt, dixit R. Zadok &c.* deciſio eſt juxta R. Zadok. נגע *ſi attigerit*, ſi Paſcha attigerit: בחרסה של תנור יקלף *teſtam furni, decorticabit*, à Paſchate, locum qui attigerit furnum, quia illic aſſatum eſt calore teſtæ furni, at non aſſatum ipſo igne.

נטף מרוטבו על החרס וחזר *Si ſtillaverit ex humore illius ſuper teſtam, & redierit*, ita ut juſculentum, quod incaluerit à teſta, redierit, & à Paſchate attractum fuerit; יטול את מקומו *removebit locum illius*, nam non ſufficit eum decorticaſſe, ſed exſcindere debet quantitatem digiti, nam juſculentum imbibitur plurimum intus, & ejuſmodi juſculentum aſſatum eſt teſtâ. נטף מרוטבו על הסולת *ſi ſtillaverit ex humore illius ſuper farinam*, farina hæc admodum calida erat, ita ut juſculentum illius coctum fuerit medio farinæ, & humor ille in farina fuerit, ideo vetitum eſt comedere illud, quia ope alius rei aſſatum eſt, ideoque pugillo prehendet de loco illo, & comburet pugillum illum farinæ, quemadmodum reliquas ſanctitates profanatas.

& carnem aſſat; at neceſſe eſt ut agnus aſſetur calore ignis ſine aliis rebus intervenientibus, uti Deus benedictus dixit Exod. 12, 9. צלי אש *aſſatum igne*, at non aſſatum alia re. Hæc autem Miſna exponenda eſt hoc modo, *non ſuper craticula ferrea, at ſi craticulæ fuerint perforatæ, legitimæ ſunt, dixit R. Zadok &c.* ſic etiam, ſi ſtillaverit ex humoribus illius ſuper farinam, removebit ejuſmodi farinam, quia vetitum eſt comedere illam, præterquam id quod ex ſe ipſo relinquitur durum, at quod ſtillaverit ex ea eſt inſtar juſculenti; deciſio eſt juxta R. Zadok.

ג סכו בשמן תרומה אם חבורת כהנים יאכלו אם ישראל אם חי הוא ידיחנו ואם צלי הוא יקלוף את החיצון סכו בשמן של מעשר שני לא יעשנו דמים על בני חבורה שאין פודין מעשר שני בירושלם :

3. Si unxerit illud oleo oblationis primæ, ſi ſit ſodalitium ſacerdotale, comedant. Sin autem ſit (ſodalitium) Iſraëlitarum; & crudum ſit, lavabit illud; at ſi aſſatum ſit, decorticabit exterius. Si unxerit illud oleo decimarum ſecundarum, non conficiet indè nummos pro filiis ſodalitii, quia redimi non poſſunt decimæ ſecundæ Jeruſolymis.

R. OB. DE BARTENORA.

סכו בשמן תרומה *Si unxerit illud oleo oblationis primæ*, nam licet ungere Paſcha in aquis fructuum. אם חי ידיחנו *ſi ſit crudum, lavabit illud*, quia non imbibit: אם צלי הוא *ſi aſſatum ſit*, tum neceſſaria eſt decorticatio, quia imbibit. שאין פודים *quia redimi non poſſunt*, decimæ ſecundæ Jeruſolymis vendi nequeunt, quamvis etiam illic comederetur in munditie, uti ſcriptum eſt Deut. 14, 25. וצרת הכסף בידך והלכת אל המקום.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt quod licet ungere Paſcha potibus & aquis fructuum; cæterum tota hæc Miſchna clara eſt.

ד חמשה דברים באין בטומאה ואינן נאכלין בטומאה העומר ושתי הלחם ולחם הפנים וזבחי שלמי צבור ושעירי ראשי חדשים הפסח שבא בטומאה נאכל בטומאה שלא בא מתחילתו אלא לאכילה :

4. Quinque res veniunt cum immunditie, & non comeduntur in immunditie; ut, Homer, duo panes, panis facierum, ſacrificia pacifica cœtus, & hirci noviluniorum. Paſcha, quod veniebat cum immunditie, comedebatur in immunditie, quia ab initio tantum veniebat ut comederetur.

R. OB DE BARTENORA.

חמשה דברים *Quinque res*, non offerebatur ſacrificium cœtus quod comedebatur niſi ex his quinque; ſacrificium vero cœtus pellit immunditiem, uti diſcimus è Paſchate de quo ſcriptum eſt Num. 9, 2. במועדו *tempore condicto*; & pellit immunditiem, quando maxima pars cœtus immunda eſt, uti dictum eſt Num. 9, 10. איש כי יהיה טמא וגו׳ privatus aliquis ergo pellitur, at cœtus non pellitur. De ſacrificiis cœtus ſcriptum eſt Num. 29, 39. אלה תעשה ליהוה במועדיכם Quemadmodum de Paſchate dicitur במועדו *tempore fixo*. Docet autem hæc Miſchna, quod, etiamſi ſacrificarent cum immunditie, ut cœtus præſtaret officium ſuum, tamen non comedant ea cum immunditie. Dicit autem *quinque res*, at non dicit, ſacrificia cœtus veniunt cum immunditie &c. numerus ergo excludit ſacrificium חגיגה *feſtale* omnium feſtorum, quod ſimile eſt ſacrificio cœtus, quia veniebat in congregatione ſolemni, & amicis in feſto conjunctis, & non pellebat immunditiem, quemadmodum non pellebat Sabbathum.

זבחי שלמי צבור *Sacrificia pacifica cœtus*, agni ſeptimanarum, nam alia ſacrificia pacifica cœtus non dabat. ושעירי ראשי חדשים *& hirci noviluniorum*, at non dicit, hirci feſtorum ſolennium, quia nobis jam propoſuit, ſacrificia pacifica cœtus eſſe animalia quorum ſanguis ſpargitur ad altare, & non comeduntur cum immunditie, uti etiam omnia ſacrificia animalium reliqua. Nam non erat neceſſe enumerare hircos noviluniorum, niſi quatenus de iis non diceretur מועד *tempus fixum*; putaremus enim quod non propellunt immunditiem, quia è voce מועד colligimus quod ad omnia ſacrificia cœtus referendum ſit id quod dicitur אלה תעשה ליהוה במועדיכם

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit ſcriptura Num. 9, 6. ויהי אנשים אשר טמאים בנפש אדם præcepit autem illis Deus ut depellerentur à Paſchate primo ad Paſcha ſecundum. Cæterum traditione accepimus id fieri, eo quod pauci ſunt; at ſi totus cœtus pollutus ſit, aut maxima illius pars, offerant Paſcha in immunditie. Sic etiam Sapientes noſtri dicunt, *privati depelluntur ad Paſcha ſecundum, at non cœtus propellitur ad Paſcha ſecundum.* Eodem modo omnia ſacrificia cœtus offerantur cum immunditie, quando polluta fuerit maxima pars. Nam hoc colligimus à ſacrificio Paſchatis, de quo Deus benedictus dixit Num. 9, 2. במועדו *conſtituto tempore ſuo.* Et idem de omnibus ſacrificiis cœtus dixit, Num. 29, 39. אלה תעשה ליהוה במועדיכם: Atque adeo omnibus dedit tempus fixum. Sic etiam omnia cœtus ſacrificia, quibus tempus fixum datum eſt, offeruntur cum immunditie, quando maxima pars cœtus, aut maxima pars ſacerdotum polluta fuerit, uti exponetur. Hæ vero quinque res quas auctor computat, edulia ſunt ex ſacrificiis cœtus, & reliquiis comburendis. Sic etiam hirci feſtorum eidem juri obnoxii ſunt cui hirci noviluniorum ſunt obnoxii, quia omnes ſunt ſacrificia expiationis pro peccato cœtus. Dicit autem חמשה דברים *quinque res*, at non dicit, hæ res veniunt cum immunditie, ad excludendum ſacrificium חגיגה *feſti* diei quinti decimi. Nam illud ſe habebat ut ſacrificium cœtus, quod, quemadmodum non offerebatur die Sabbathi, ſic etiam non offerebatur cum immunditie.

במועדיכם *ſed hæc facies Domino temporibus veſtris conſtitutis.* שלא בא מתחלתו אלא לאכילה *eo quod ab initio non veniebat niſi ut comederetur*, quia cum præcipuum Paſchatis fundamentum a Deo commendatum eſt ut comedatur, uti dictum eſt Exod. 12, 4. לפי אכלו Quod autem Deus permittit adductionem cum immunditie, id fit, quia privatus quilibet propellitur uſque ad Paſcha ſecundum, non vero cœtus propellitur, ergo comedere illud licitum eſt juxta mentem Dei.

ה נטמא הבשר וחלב קיים. אינו זורק את הדם נטמא החלב והבשר קיים זורק את הדם ובמוקדשין אינו כן אלא אף על פי שנטמא הבשר והחלב קיים זורק את הדם :

5. Si polluta fuerit caro, & adeps manſerit integer, non ſparget ſanguinem. Si adeps pollutus fuerit, at caro manſerit integra, ſparget ſanguinem. At non ita ſe res habet cum rebus ſanctificatis; nam etſi caro polluta fuerit, & adeps integer manſerit, ſparget ſanguinem.

R. OB. DE BARTENORA.

נטמא הבשר וחלב קיים אינו זורק את הדם *Si polluta fuerit caro, at adeps manſerit integer, non ſparget ſanguinem*, eo quod fundamentum Paſchatis eſt ut comedatur ab hominibus. ובמוקדשין אינו כן *at cum ſanctificatis ita ſe res non habet*, nam etſi caro polluta fuerit, at adeps integer manſerit, ſanguis ſpargitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod Paſcha tantum veniebat ut comederetur; propterea, ſi caro polluta fuerit, non ſparget ſanguinem, nam nos ſequimur ſemper conditionem carnis, ſive illa comedi poſſit, ſive non.

ו נטמא קהל או רובו או שהיו הכהנים טמאים והקהל טהורים יעשה בטומאה נטמא מיעוט הקהל הטהורין עושין את הראשון והטמאין עושין את השני :

6. Si cœtus pollutus fuerit, aut maxima illius pars; aut Sacerdotes polluti fuerint, & cœtus purus, conficietur in immunditie. Si minima pars cœtus polluta fuerit, puri conficiunt (Paſcha) primum, & impuri faciunt ſecundum.

R. OB. DE BARTENORA.

נטמא הקהל *Si polluta fuerit congregatio*, per immunditiem mortui, nam Paſcha non propellitur propter immunditiem, niſi propter immunditiem mortui. יעשה בטומאה *conficietur cum immunditie*, etiam ſi homines privati immundi ſint, quia ipſi mundi adferunt illud cum immunditie, propter ſacerdotes pollutos, nam ſacrificium cœtus, quod veniebat cum immunditie, non differebat, quandoquidem maxima pars ſacrificii veniebat cum immunditie, ideo homines particulares ſive privati faciebant cum immunditie.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Intelligas velim hoc fundamentum, idque memoriæ mandes, nimirum, quod *immunditie mortui tantum pellit* cœtum, ut ſacrificent cum immunditie; ſin autem privatus fuerit, propellitur uſque Paſcha ſecundum, quemadmodum ſcriptura dicit. Licet etiam dies ſeptimus illius inciderit in diem quartum decimum. Et hæc eſt quæſtio illa de qua interrogarunt Moſen magiſtrum noſtrum, quia dies ſeptimus eorum inciderat in decimum quartum, dicentes, Paſcha tantum comeditur nocte, at nos puri eramus nocte, & idonei ad comedendum, ſpargatur ſanguis hodie pro nobis, nam quare impediemur? uti dictum Num. 9, 7. למה נגרע *quare impediemur?* Ratio autem manifeſta erat, nempe, quia immundi erant; id quod locus indigitat, quando dicit, ולא יכלו לעשות הפסח ביום ההוא Nam eo die tantum impediti fuerant; hic autem caſus tantum ſpectat immunditiem mortui, uti fundamentum dedimus; at non immunditiem ſerpentum, nam pollutus per aliquem ſerpentem ſacrificare poterat, etiamſi eſſet privatus aliquis; & comedere ſuum Paſcha veſperi cum puritate, quando purificatus fuiſſet. Hoc fundamentum exponitur in tractatu Zebhachim capite ſecundo.

ז הפסח שנזרק דמו וא"כ נודע שהוא טמא הציץ מרצה נטמא הגוף אין הציץ מרצה מפני שאמרו הנזיר ועושה פסח הציץ מרצה על טומאת הדם ואין הציץ מרצה על טומאת הגוף נטמא טומאת התהום הציץ מרצה :

7. Si ſanguis Paſchatis conſperſus fuerit, & deindè innotuerit quod immundus erat, lamina expiat; at ſi corpus hominis pollutum fuerit, Lamina non expiat. Quia dixerunt, ſi Nazyræus ſit & conficiat Paſcha, lamina expiat immunditiem ſanguinis; at non expiat lamina immunditiem corporis. Si pollutum fuerit immunditie abyſſi, lamina expiat.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחר כך נודע שהוא טמא *Et deinde innotuerit quod pollutum erat*, Paſcha, aut ſanguis. הציץ מרצה *lamina expiat*, & liber eſt à Paſchate ſecundo. נטמא *ſi pollutum fuerit* corpus poſſeſſorum ſacrificii immunditie cadaveris. אין מרצה הציץ *non expiat lamina*, & tenetur Paſchate ſecundo, quia, dum ſpargebatur ſanguis, ineptus erat ad conficiendum ſacrificium Paſchatis, quia Deus illum pepulit.

הנזיר *Nazyræus*, uti ſcriptum eſt Num. 6, 9. וכי ימות מת עליו והימים הראשונים יפלו Ita ut, ſi ante adductionem ſacrificii pollutus fuerit mortuo, irritus ſit computus dierum primorum Nazyræatus illius. הציץ מרצה על טומאת הדם *lamina expiat immunditiem ſanguinis*, & raſio illius legitima erat, & vinum bibere illi licitum erat, ac per mortuum ſe polluere.

ואין הציץ מרצה על טומאת הגוף *at lamina non expiat immunditiem corporis*, ut, ſi inter adductionem ſacrificiorum pollutus fuerit, omnes deſtruantur dies quos computavit.

נטמא

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואחר כך נודע שהוא טמא *Et poſtea innotuerit quod immundus erat*, nempe ſanguis pollutus erat, nam exponetur in tractatu Edyoth, quod ſanguis ſanctitatum non polluitur. Tota vero hæc res de immunditie ſanguinis invenitur Miſchna prima. נטמא הגוף *ſi pollutum fuerit corpus*, quando pollutus fuerit ſacerdos illud offerens.

טומאת התהום *Immundities abyſſi*, eſt hæc immundities mortui occulti, quem nunquam novit; ac ſi eſſet in abyſſo. Propterea expiat lamina, quia illius notitiam habere non poterat, quia nemo hominum ſciebat in illo loco dari mortuum, aut ſepulchrum; ſperamus etiam illum purificaturum ſeſe, ſi ſciret ſe pollutum eſſe; quo modo fiet ut ſacrificium, quod obtulerit, quando pollutus erat immunditie abyſſi, ſit legitimum, & lamina expiet ſuper eo, & lamina ſit expiatio ſuper profanatione quæ accidit ſanctitatibus, ſunt verba Legis Exod. 28, 38. והיה על מצח אהרן ונשא את עון הקדשים Dixerunt autem in Beraita de immunditie

נטמא טומאת התהום *ſi pollutus fuerit immunditie abyſſi*, omnis immunditіes mortui, cujus nullus homo conſcius eſt antea, vocatur *immunditiès abyſſi.*

הציץ מרצה *Lamina expiat*, nam traditio Moſis è Sinai eſt, immunditiem abyſſi licitam eſſe, quandoquidem nullus homo illius ſibi conſcius eſt. Cæterum ſi innotuerit illi immundities poſtquam obtulerit Paſcha ſuum, non eſt neceſſe ut faciat Paſcha ſecundum. Sic etiam Nazyræus, ſi innotuerit illi immundities abyſſi, poſtquam adduxerit ſacrificia ſua, non cogitur adducere ſacrificium pro immunditie. Præterea *immunditiem abyſſi* tantum dixerunt de immunditie mortui.

ditie abyſſi, quid eſt immundities abyſſi? cujuſcunque nullus homo conſcius eſt, etiam in fine mundi. Cæterum ſi illius aliquo modo conſcius ſit in fine mundi, non eſt immundities abyſſi. Dedi autem comparationem de ſepulchro abyſſi, quia nobis fundamentum eſt, quod immunditiem abyſſi tantum dixerunt de mortuo.

ח נטמא שלם או רובו שורפין אותו לפני הבירה מעצי המערכה נטמא מיעוטו והנותר שורפין אותו בחצרותיהן או על גגותיהן מעצי עצמן הציקנין שורפין אותו לפני הבירה בשביל ליהנות מעצי המערכה :

8. Si pollutum fuerit totum, aut maxima illius pars, comburunt illud ante palatium lignis diſpoſitionis. Si minima pars illius polluta fuerit, & reliquiæ, comburunt illud in atriis eorum, aut ſuper tecta eorum, propriis lignis. Avari comburebant illud ante Palatium, ut utilitatem caperent è lignis diſpoſitionis.

R. OB. DE BARTENORA.

הבירה *Palatium*, totum templum vocatur בירה, ubi comburebant ſacrificium quod totum pollutum erat, ut puderet eos, & monerentur ne in futurum in immunditiem incurrerent. מעצי המערכה *è lignis diſpoſitionis*, ne pudeſieret is qui non habebat ligna. והנותר *& reliquiæ*, ex Paſchate mundo: הציקנין *avari*, aliter העצרפין *tenaces*: שורפין *comburebant*, minorem ejus partem, ſi pollutum fuerat; reliquiæ Paſchatis mundi comburebantur ante templum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Differentia hæc erat, quod comburebant illud ante templum, ut pudefierent, & caverent alia vice, & non polluerent ſe. Præcepit autem nobis ut comburerent illud lignis diſpoſitionis, ne pauperes puderet quod non haberent ligna.

SURENHUSIUS. עצי המערכה *Ligna diſpoſitionis* vocantur ea quæ in altari ad ſacrificia comburenda adhibebantur.

ט הפסח שיצא או שנטמא ישרף מיד נטמאו הבעלים או שמתו תעובר צורתו וישרף בששה עשר רבי יוחנן בן ברוקה אומר אף זה ישרף מיד לפי שאין לו אוכלין :

9. Paſcha quod exivit aut pollutum eſt, comburatur ſtatim. Si poſſeſſores polluti fuerint, aut mortui fuerint, tranſeat forma ejus, & comburatur decimo ſexto (die.) R. Jochanan filius Berokæ dicit, etiam hoc ſtatim comburatur, quia non habet comedentes.

R. OB. DE BARTENORA.

הפסח שיצא *Paſcha quod exivit*, extra murum: ישרף מיד *comburetur ſtatim*, decimo quarto die, & non eſt neceſſe ut relinquatur ad diem decimum ſextum, ut tranſeat forma illius; quod eſt uſque dum fiant *reliquiæ*. Sed die feſto comburi nequit, quia ſanctitates die feſto comburi nequeunt.

שנטמאו הבעלים או שמתו *Si polluti fuerint poſſeſſores*, *aut mortui fuerint*, ut profanatio illius non ſit in corpore, ſed aliam ob cauſam. תעובר צורתו *tranſeat forma illius*, expectabit uſque dum factum fuerit נותר *reliquiæ*, & poſtea comburet. אף זה ישרף מיד *etiam hoc comburatur ſtatim.* R. Jochanan filius Berokæ non diſſentit à doctore primo, niſi quando polluti fuerint poſſeſſores, aut mortui fuerint ante ſparſionem ſanguinis, nam tum caro non eſt apta ut comedatur, & ſe habet ac ſi corpus illius profanatum fuiſſet; deciſio non eſt juxta R. Jochanan filium Berokæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit שיצא *quod exivit*, ſenſus eſt, quod exivit è domicilio in quo comedebatur. תעבר צורתו *tranſeat forma illius*, relinquat illud donec putrefiat, nam fundamentum nobis eſt, quod, quicquid profanatum eſt quod ad corpus ſuum, comburendum ſit ſtatim, in ſanguine, & pro poſſeſſoribus, tranſeat forma illius, & comburatur. Non diſſentit R. Jochanan filius Berokæ, niſi quando poſſeſſores polluti fuerint, aut mortui fuerint ante ſparſionem ſanguinis, nam æquiparat illud profanationem corporis.

SURENHUSIUS. נותר *Reliquiæ*, ſunt ſacrificiorum partes quæ ultra legitimum comedendi tempus relinquebantur, & propterea eſu ineptæ factæ erant.

י העצמות והגידין והנותר ישרפו בששה עשר חל ששה עשר להיות בשבת ישרפו בשבעה עשר לפי שאינן דוחין לא את השבת ולא את יום טוב :

10. Oſſa, nervi, & reliquiæ comburuntur decimo ſexto (die) ſi decimus ſextus (dies) inciderit in Sabbathum, comburunt decimo ſeptimo (die,) quia non pellunt Sabbathum, neque diem feſtum.

R. OB. DE BARTENORA.

העצמות *Oſſa*, quæ frangere non poteſt, quia interdictum eſt de eo frangere os, medulla vero in illis relicta comburenda eſt. והגידין *& nervi*, quos comedere non licet, at propter quos nemo condemnatur vi Legis ſi comederet eos, quemadmodum pinguedo nervi quæ ex Lege licita eſt; ſed Iſraë-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

והגידין *Et nervi*, ſunt nervi quos comedere non licet; comburere autem eos, eſt præceptum affirmans, uti præcepit Deus Exod. 12, 10. והנותר ממנו עד בקר באש תשרפו Cæterum dies feſtus comprehendit præceptum affirmans ac negans, quemadmodum dicitur de eo Levit. 23, 39. שבתון Hoc

Iſraëlitæ ſancti ſunt, ideoque interdictum ſibi conſtituerunt. Vel etiam nervus exterior carni adhærens prohibitus eſt, attamen non ſunt condemnati propter eum vi Legis, nam juxta Legem eſt נותר *reſiduum*, quod comedi nequit, eo quod Sapientes prohibuerunt.

ונותר *Et id quod reliquum fuerit*, de carne Paſchatis, quod relictum eſt ab iis qui in comedendo parum diligentes erant. ששה עשר *decimus ſextus dies*, qui eſt inter medius feſti dies, & quamvis profanatum ſit manè primo, non tamen id comburere poteſt die feſto, quia combuſtio ſanctitatum continet præceptum affirmans, at dies feſtus comprehendit præceptum affirmans & negans, ſed affirmans non propellit negans & affirmans.

Hoc autem tantum eſt præceptum affirmans, at nobis hypotheſis eſt, quod præceptum affirmans non pellat negans & affirmans. Quod autem Deus dixit, והנותר ממנו עד בקר, ejus ſenſus eſt, id quod remanſerit de eo in poſterum diem, comburendum eſt, nimirum, poſtero die poſt feſtum.

יא כל הנאכל בשור הגדול יאכל בגדי הרך וראשי כנפים והסחוסים השובר את העצם בפסח הטהור הרי זה לוקה ארבעים אבל המותיר בטהור והשובר בטמא אינו לוקה את הארבעים:

11. Quicquid comeditur in bove magno, id comedatur in hœdo tenero, & principia ſcapularum, & cartilagines. Qui fregerit os in Paſchate puro, ecce hic vapulabit quadraginta verberibus; ſed qui reliquerit aliquid de puro, & qui fregerit impurum, non vapulabit quadraginta verberibus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנאכל בשור הגדול *Quicquid comeditur in bove magno*, ita ut jam induruerit in eo quicquid indureſcit. יאכל בגדי הרך *comedetur in hœdo tenero*, aptum illud eſt ut comedatur in hœdo Paſchali ætatis octo dierum; at quicquid non comeditur in bove magno, ſuper eo non computantur ad Paſcha, etſi jam tenerum ſit, quandoquidem tandem indureſcet.

ראשי כנפים והסחוסים *Principia ſcapularum, & cartilagines*, ac ſi dixiſſet, quid illud eſt quod comeditur in bove magno? *principia &c.* Intelligas autem per סחוסים *cartilagines* capita humerorum, & reliquas cartilagines, uti ſunt cartilagines auris, & cartilagines pectoris, ac coſtarum exiguarum in fine ſpinæ dorſi; & quandoquidem in bove magno comeduntur quando bene coctæ ſunt, comedantur in hœdo tenero aſſato. *Sed qui reliquerit mundum &c.* ut ſcriptum eſt Exod. 12, 10. לא תותירו ממנו עד בקר והנותר ממנו עד בקר באש תשרפו Venit ergo Scriptura ut ponat præceptum affirmativum poſt negativum, dicendo, ſi quis tranſgreſſus fuerit præceptum negativum, implevit affirmativum, & non vapulabit. Præterea quoque, quia negativum eſt cui non eſt actio, omne autem negativum cui non eſt actio, non accuſat aliquem flagellationis. והשובר בטמא וכו' *& qui fregerit immundum &c.* ut ſcriptum eſt Exod. 12, 46. ועצם לא תשברו בו in agno Paſchali puro prohibet Scriptura fractionem oſſis, at non prohibet fractionem oſſis agni impuri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ראשי כנפים *Principia ſcapularum*, ſunt nervi illi qui inveniuntur circum ſcapulas in homine, in quadrupedibus, in avibus, quorum ſcapulæ ligantur illis nervis ſive cartilaginibus, quæ vocantur סחוסים; ſuntque ſpecies oſſium tenerorum, ut ea quæ ſunt in principio illius humeri. Ratio autem, quare quis hujus rei gratia vapulat, aut non vapulat, exponetur in fine tractatus Maccoth.

יב אבר שיצא מקצתו חותך עד שמגיע לעצם וקולף עד שמגיע לפרק וחותך ובמוקדשין קוצץ בקופיץ שאין בו משום שבירת העצם מן האגף ולפנים כלפנים מן האגף ולחוץ כלחוץ החלונות ועובי החומה כלפנים:

12. *Membrum cujus pars exivit*, abſcindet donec perveniat ad os, & *decorticabit* donec perveniat ad juncturam, & abſcindet. In Sanctitatibus autem abſcindet ſecuri, quia ipſi non eſt (interdicta) fractio oſſis. Indè à loco januâ clauſo & interius, ut interius eſt; indè à loco januâ clauſo & exterius, exterius eſt. Feneſtræ, & denſitates muri, ſunt interius quid.

R. OB. DE BARTENORA.

אבר *Membrum*, ſupple agni Paſchalis. שיצא *quod exivit*, extra parietem ſuum, quod abſcindendum eſt, uti dictum eſt Exod. 22, 30. ובשר בשדה טרפה לא תאכלו Præterea exponimus omnem carnem quæ exierit in campum, nempe, quæ exivit extra locum ſuum determinatum, uti ſunt ſanctitates ſanctitatum quæ exiverint extra atrium, & ſanctitates leves quæ exiverint extra Jeruſolyma, eam inquam carnem pronunciari טרפה *diſcerptam*, neque comedi poſſe.

חותך *Abſcindet*, carnem quæ exivit, undiquaque, donec pertingat ad os. וקולף *& decorticabit*, carnem quæ non exivit exterius, donec perveniat ad locum quo junguntur duo oſſa, deinde comedat carnem decorticatam, quia non exivit, & abſcindat juncturam; projiciat autem totum os cujus pars exivit.

במוקדשים *In ſanctificatis rebus*, in cæteris citra Paſcha ſanctitatibus abſcindet ſecuri partem membri illius quæ exivit. Id autem in Paſchate fieri nequit, quia vetitum eſt in eo frangere os aliquod. אגף ita vocatur quilibet locus cui janua includitur, & ab illa percutitur, & propriè in medio urbis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sancta Sanctorum in atrio tantum comedi poſſunt, at ſancta levia in tota urbe Jeruſolyma. Paſcha vero tantum in ſocietate, quia Deus præcepit Exod. 12, 6. בבית אחד יאכל לא תוציא מן הבית Hi autem quos ponit termini, ut hi ſunt cenſendi intus, illi vero intus, comprehendunt tria loca, nimirum, atrium, urbem, & ſodalitium Paſchatis, quia Deus dixit Exod. 22, 30. בשר בשדה טרפה לא תאכלו Cæterum traditione recipimus, hunc verſum exponi poſſe, omnem carnem, quæ exiverit extra locum determinatum, qui eſt in agro, eſſe טרפה *diſcerptam*; ac ſi dixiſſet, caro quæ exiverit in agrum eſt טרפה. Propterea, ſi quis eduxerit è carne Sancti Sanctorum extra atrium, aut è carne ſanctorum levium extra Jeruſolyma, aut è carne Paſchatis extra domum, caro illa quæ exiverit prohibita eſt, & comedi nequit. Sin autem pars quædam membri agni Paſchalis exiverit, os non poteſt abſcindi è loco e quo exivit, quia Scriptura id prohibuit Exod. 12, 46. ועצם לא תשברו בו Propterea abſcindet carnem quæ exivit ab illo oſſe, & decorticabit carnem quæ intus remanet, eamque comedet, & reteget juncturam, & totum os interius projiciet extra, ut & car-

urbis eſt. כלפנים *ut intus eſt*, quo comedere licet ſanctitates leves.

מן האגף ולחוץ *A loco clauſo & exterius*, quod eſt à loco quo janua pulſatur exterius, & extra cenſetur. חחלונות feneſtræ, muri Jeruſolymorum. ועובי *& denſitates*, extremitates muri in tecto illius cenſentur intus.

carnem illius quæ exivit. Sed in Sanctitatibus, ſi pars membri exiverit, abſcindet quicquid exiverit, una cum oſſe. קופיץ eſt ſecuris magna: אגף eſt locus oſtiorum, ita ut id quod intus eſt, dividatur ab eo quod extra, quando clauduntur oſtia.

SURENHUSIUS. אבר שיצא *membrum quod exivit &c.* terminus agni Paſchalis comedendi decimo quarto ſtatuitur intra Jeruſolymæ mœnia; ſed hujus diei inſequenti nocte illius terminus ſtatuitur intra domum; hos igitur terminos ſi tranſiliverit Paſchalis agnus, ineptus factus eſt, notante Jom Tobo ad hanc & nonam hujus capitis Miſnam.

יג שתי חבורות שהיו אוכלי' בבית אחד אלו הופכי' את פניהם הילך ואוכלי' ואלו הופכין את פניהם הילך ואיכלין והמחם באמצע וכשהשמש עומד למזוג קופץ את פיו ומחזיר את פניו עד שמגיע אצל חבורתו ואוכל והכלה הופכת את פניה ואוכלת :

13. Duo ſodalitia ſi comedunt in uno domicilio, hi facies ſuas convertunt ad unam partem, & comedunt, & illi convertunt facies ſuas ad alteram partem, & comedunt; calefactorium vero (ſtabit) in medio. Quando autem miniſter ſtat ad infundendum (vaſculum,) claudet os ſuum, & convertet faciem uſque dum pervenerit ad ſodalitium ſuum, & comedet. Sponſa vero convertet faciem ſuam, & comedet.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי חבורות *Duo ſodalitia*, comedentia idem Paſcha. אלו הופכין את פניהם וגו' *hæc convertunt facies ſuas &c.* etſi videantur ac ſi duo eſſent ſodalitia ſuper uno agno Paſchali, nihil refert, quia Deus benedictus dixit Exod. 12, 7. על הבתים אשר יאכלו אותו quod intelligendum eſt, ut duæ familiæ comedant idem Paſcha in duobus domiciliis, quia dicit, יאכלו אותו id eſt, unum idemque Paſcha in duobus domiciliis. Sed unus homo non edet in duobus locis, propterea dictum eſt Exod. 12, 46. בבית אחד יאכל ergo unus non comedet in duobus domiciliis. Duo vero ſodalitia facies ſuas convertentia ſimilia ſunt duobus domiciliis. המיחם *calefactorium*, in quo calefaciunt aquam quo temperant vinum, id in medio ponere ſolent, ut facili negotio pro duobus ſodalitiis vinum temperari poſſit; quod etſi dividat inter duo ſodalitia, nihil refert. המשמש *miniſter*, qui miniſtrat duobus ſodalitiis: עומד *conſiſtens*, conferens ſe ab uno ſodalitio quo cum comedere incepit ad temperandum pro alio ſodalitio. קופץ את פיו *claudet os ſuum*, & convertet faciem ad latus ſodalitii ſui, ne ſuſpicentur quod comedit cum alio ſodalitio, quia unus homo comedere nequit in duobus ſodalitiis, uti diximus. וכלה *& ſponſa*, quia pudore afficitur, poterit convertere faciem ſuam ad aliud latus, quandoquidem Paſcha comedi poteſt in duobus ſodalitiis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sponſa pudore afficitur propter ſodalitium, propterea permiſerunt illi convertere faciem à ſodalitio, & comedere, id quod non permiſerunt miniſtro.

פרק ח האשה בזמן שהיא בבית בעלה שחט עליה בעלה ושחט עליה אביה תאכל משל בעלה הלכ' רגל ראשון לעשות בבית אביה שחט עליה אביה ושחט עליה בעלה תאכל במקום שהיא רוצה יתום ששחטו עליו אפוטרופסין יאכל במקום שהוא רוצה עבד של שני שותפין לא יאכל משל שניהם מי שחציו עבד וחציו בן חורי' לא יאכל משל רבו :

Caput 8. Mulier, quamdiu eſt in domicilio mariti ſui, ſi pro illa mactaverit maritus ejus, & mactaverit etiam pro ea pater ejus, comedat de (agno) mariti. Sin abiverit ad primum Paſcha quod parandum ei erat in domicilio patris ejus, & mactaverit pro ea pater illius, & mactaverit etiam pro ea maritus illius, comedat in quocunque loco voluerit. Orphanus, pro quo mactaverint tutores illius, comedet in quocunque loco voluerit. Servus duorum ſodalium, ne comedat de (agno) amborum. Qui partim ſervus partim ingenuus eſt, ne comedat de (agno) domini ſui.

R. OB. DE BARTENORA.

האשה תאכל משל בעלה *Uxor comedet ex (agno) mariti ſui*, quamdiu nondum declaraverit ſe intendiſſe comedere de agno patris, ſed tacitè cogitaverit ſe velle annumerari agno mariti ſui. רגל ראשון *Paſcha primum*, poſt conjugium, nam filiæ conjugio junctæ ſolent ſe aliquando conferre ad domicilium patris.

במקום שהוא רוצה *In quocunque loco voluerit*, quæ non ſolet ire ad ædes paternas ordinariè, ideoque dubii ſumus, quorum eſſe mavelit. יתום *Orphanus*, cui duo ſunt tutores, & quilibet tutor eum annumerat Paſchati ſuo.

לא יאכל משל שניהם Ne *comedat de* (agno) *amborum*, neque de uno, neque de altero, eo quod pars unius non poteſt annumerari parti alterius, neque aliud datur remedium, niſi ut ambo tutores velint, ut orphanus annumeretur agno unius. לא יאכל משל רבו *Non comedet de (agno) heri ſui*, ſed de ſuo comedet, nam quia jus poſtulat, ut herus obligetur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רגל ראשון Paſcha primum, id eſt, primum Paſcha à tempore matrimonii illius. Quod vero dicit לא יאכל משל שניהם *non comedet de* (agno) *amborum*, intelligas; quando inter illa ſodalitia eſt ſollicitudo de quantitate hac, at quando nulla ſollicitudo eſt, comedat de quocunque amborum voluerit.

לא יאכל משל רבו *Non comedet de (agno) heri ſui*, ſic etiam non comedet de ſuo; nam exponetur etiam, quod herus non relinquet eum partim ſervum, partim ingenuum; idcirco non comedet de eo ullo modo, donec fuerit libertate donatus. Quod autem dicit, *non comedet de (agno) heri ſui*, ideo dixit, quia videtur de ſuo comedere. Hæc eſt opinio illius qui dicit, quod homo partim ſervus, partim ingenuus relinqui poteſt. Tota vero hæc cauſa fundata eſt eo fundamento quod tenemus, ſuntque verba Baraitæ, *mactabit homo pro filio ſuo & filia ſua minorennibus, & pro ſervo*

getur ipſi ſcribere libellum libertatis, etſi nondum libertate donatus ſit, ideo cenſetur libertus, & comedit de ſuo.

ſervo ſuo & ſerva ſua Cananæis, ſive volentibus ſive non volentibus illis.

ב האומר לעבדו צא ושחוט עלי את הפסח שחט גדי יאכל שחט טלה יאכל שחט גדי וטל' יאכל מן הראשו' שכח מה אמר לו רבו כיצד יעשה ישחוט טלה וגדי ויאמר אם גדי אמר לי רבי גדי שלו וטלה שלי ואם טלה אמר לי רבי טלה שלו וגדי שלי שכח רבו מה אמר לו שניהם יצאו לבית השריפה ופטורי' מלעשות פסח שני :

2. Qui ſervo ſuo dixerit, ito & mactato pro me Paſcha, ſi mactaverit hœdum, comedat, ſi mactaverit agnum, comedat; ſi mactaverit hœdum & agnum, comedat de primo; Si oblitus fuerit id quod dixit herus ejus, quomodo faciet? mactabit agnum & hœdum, & dicet, ſi de hœdo mihi dixerit herus meus, hœdus illius eſt, & agnus meus. Si de agno dixerit herus meus, agnus illius eſt, & hœdus meus. Si oblitus fuerit herus quid dixerit illi, ambo comburendi ſunt, & liberi ſunt à Paſchate Secundo.

R. OB. DE BARTENORA.

שחט גדי *Si mactaverit capram, comedat*, herus illius comedat de ea, quamvis alia omnia Paſchata ſemper ex agno confici ſolerent, attamen quia herus non expreſſerat ſe, herus innixus fuit ordinario modo de agno ſibi per ſervum mactando.

יאכל מן הראשון *Comedat de primo*, & ſecundus comburatur. In Gemara vero hic caſus tantum ponitur de Rege & Regina; eſt qui dicit, id fieri ad præſtandum regno pacem; & eſt qui dicit, id fieri eo quod Rex & Regina confidunt ſervis ſuis, non habentes cibi rationem, an ſit agnus, an vero hœdus; propterea de primo comedere licet, quia hæc non curant, quandoquidem primò ſatisfaciunt debito ſuo. Sed reliqui homines, qui cibi rationem habent, non comedunt, neque de primo, neque de ſecundo; quia nobis fundamentum eſt, unum hominem non annumerari duobus agnis Paſchalibus, ad comedendum de quocunque voluerit, quia eligere nequit; nam ſi comedere voluerit de uno eorum, fieri poteſt ut in tempore mactationis non intendat.

שכח רבו מה אמר לו *Si oblitus fuerit quid herus ejus illi dixerit*, qui ipſi dixerit mactandum eſſe hœdum aut agnum; ſervus vero oblitus fuerit. וטלה שלי *& agnus erit meus*, in Gemara conſentiunt in caſu, quando ſervus paſtori notus fuerit nomine heri ſui, qui annuit procurationi illius, dicenti ſervo, ſi herus tuus tibi dixerit de hœdo, hœdus ejus eſt, & agnus tuus, ea quidem conditione, ne herus tuus ejus poteſtatem habeat, quia eo modo acquirit ſervus. Verum ſi eo modo ſe res non habet, id quod acquirit ſervus, acquirit etiam herus, atque eo modo utraque beſtia venit ſub poteſtatem heri. פטורין מלעשות פסח שני *liberi ſunt à confectione Paſchatis ſecundi*, nam etſi uterque comburatur, & non comedatur, quia ei qui dinumerati ſunt, cognoſci nequeunt, nihilominus mactatio & ſparſio ſanguinis legitime factæ ſunt, una pro hoc, & altera pro illo, id quod Deo notum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando herus dixerit illi, ito & mactato pro me Paſcha, abſolutè, etſi ſemper mos illius fuerit mactare agnum, at ſervus ipſi mactaverit hœdum; aut mos illius fuerit mactare hœdum, & ſervus mactaverit agnum, comedat de quocunque voluerit. Et hoc eſt quod nos docere velit, quod moris rationem habemus; nam fundamentum nobis eſt, quod unus homo duobus agnis Paſchalibus annumerari nequit, & hoc eſt quod permittimus hic, & dicimus, *comedat de primo*. Hoc autem in ſpecie intelligendum eſt de Rege & Regina tantum, qui dixerunt ſervis ſuis, ite & mactate nobis Paſcha, at illi mactaverunt duo Paſchata, id quod factum eſt ex defectu ſcientiæ, & ſtudii præceptorum. Cæterum reliqui homines non comedant, neque de primo, neque de ſecundo Paſchate; & hunc caſum adfert quando dicit שכח מה אמר לו רבו *ſi oblitus fuerit quid dixerit ei herus illius*, quod intelligi non poteſt, niſi quando paſtor heri dixerit ſervo, cape agnum & hœdum, & macta eos, ut ſententia heri tui perficiatur; ego autem tibi acquirere facio unum eorum, ea conditione, ne herus tuus poteſtatem in eum habeat. Cæterum ſi eo modo ſe res non habet, non confirmatur ea ex hoc jure, quia nobis fundamentum eſt, id quod acquiſiverit ſervus, eſſe heri illius. Et quando dicit שלי *meus eſt*, ſcil. agnus, res non confirmatur, niſi eo quo diximus modo. Neque liberi erunt de Paſchate ſecundo conficiendo, niſi quando herus illius oblitus fuerit id quod dixit ipſi, poſt aſperſionem ſanguinis, quia Paſcha aptum eſt ut comedatur poſt aſperſionem ſanguinis, ſed ante aſperſionem ſanguinis tenentur de Paſchate ſecundo.

ג האומר לבניו הריני שוחט את הפסח על מי שיעלה מכם ראשון לירושלם כיון שהכניס הראשון ראשו ורובו זכה בחלקו ומזכה את אחיו עמו לעולם נימני' עליו עד שיהא בו כזית לכל אחד ואחד נמני' ומושכי' את ידיה' ממנו עד שישחט רבי שמעו' אומר עד שיזרוק עליו את הדם :

3. Qui dixerit filiis ſuis, ecce ego mactabo Paſcha pro eo qui primus ex vobis aſcenderit Jeruſolyma, nam qui primus introduxerit, caput ſuum & majorem partem, acquiſivit portionem ſuam, & acquiſivit etiam pro fratribus. Semper annumerantur Paſchati, quamdiu in eo datur quantitas olivæ pro quolibet. Annumerantur, & retrahunt ab eo manus ſuas, donec mactatus fuerit (agnus) R. Schimeon dicit, donec pro eo ſanguis fuerit ſparſus.

R. OB. DE BARTENORA.

על מי שיעלה מכם ראשון לירושלם *Pro eo qui veſtrum primus aſcenderit Jeruſolyma*, hæc dicit ut reddat filios diligentiores, ut quiſque eorum conetur eſſe primus, etſi omnes filii annumerati ſint Paſchati, niſi ut ille qui primus aſcenderit, acquirat primum, & mediante illo omnes fratres acquirant poſt illum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על מי שיעלה מכם ראשון לירושלם *Pro eo qui veſtrum primus aſcenderit Jeruſolyma*, ut eo modo eos accuratiores reddat quod ad præcepta, & diligentiores ad aſcendendum Jeruſolyma. Cæterum in cauſa Paſchatis ſine dubio annumerati ſunt illi, eo quod is qui primus intravit, acquiſivit ſibi, & fratribus ſuis acquirere fecit, qui omnes annumerati ſunt

עד

עד שיזרק עליו את הדם *Donec pro eo aſperſus fuerit ſanguis*, ſemper ſe retrahere poteſt, etiam poſt mactationem, donec ſanguis ſparſus fuerit. Concedit autem R: Schimeon, quod non annumerantur agno priusquam mactatus fuerit; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ſunt Paſchati. R. Schimeon putat, quod demum annumerantur Paſchati donec mactatum fuerit, & quod manus ſuas retrahunt poſtquam mactatus eſt, ante ſparſionem ſanguinis; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ד הממנה עמו אחרים בחלקו רשאי בני חבורה ליתן לו את שלו והוא אוכל משלו והן אוכלי׳ משלהן׃

4. Qui annumeraverit ſecum alios ad portionem ſuam, licet ſociis ut dent ipſi quod ejus eſt, & ille comedat de ſuo, & illi comedant de eo quod eſt eorum.

R. OB. DE BARTENORA. הממנה עמו אחרים בחלקו *Qui annumeraverit ſibi alios ad portionem ſuam*, qui ſunt ex ſocietate alia, ſine conſenſu ſocietatis ſuæ, tum illi qui ſunt ex eadem ſocietate ipſi dicere poſſunt, accipe portionem tuam, & abi ac comede, tu & ſocii tui, quia illi qui ſunt ex una ſocietate permittere nequeunt, ut omnes alterius ſocietatis homines in ſua ſint ſocietate. Putat autem hic Doctor, quod Paſcha unum comedi poteſt in duabus ſocietatibus.

ה זב שראה שתי ראיות שוחטי׳ עליו בשביעי ראה שלשה שוחטי׳ עליו בשמיני שלו שומרת יום כנגד יום שוחטי׳ עליה בשני שלה ראתה שני ימים שוחטי׳ עליה בשלישי והזבה שוחטי׳ עליה בשמיני׃

5. *Si ſeminifluus viderit duas viſiones*, mactant *pro illo (die) ſeptimo; at ſi tres viderit*, mactant *pro eo (die) octavo. (Mulier)* ſi expectat de die in diem, pro ea mactant (die) ſecundo. Si viderit duos dies, mactant pro ea (die) tertio. Seminiflua ſi ſit, mactant pro ea (die) octavo.

R. OB. DE BARTENORA.

זב שראה שתי ראיות *Seminifluus qui viderit tres viſiones*, qui immundus eſt immunditie ſeptem dierum, & non obligatur adſerre ſacrificium.

שוחטין עליו *Mactant pro eo*, etſi ſol (diei ſeptimi) nondum occiderit; hoc autem intelligendum eſt quando ſe immerſerit tempore mactationis, quia aptus eſt ad comedendum Paſcha ad veſperam. Nam ille qui immundus eſt è mortuo tantum, cujus ſeptimus dies inciderit in decimum quartum (feſti Paſchatis) propellitur ad Paſcha ſecundum, etſi aptus ſit ad comedendum veſperi, uti ſcriptum eſt Num. 9, 6. ויהי אנשים אשר היו טמאים לנפש אדם ולא יכלו לעשות הפסח ביום ההוא Eo vero die non poterant, ſed veſperi comedere poterant de Paſchate, tamen *propulſi* ſunt ad Paſcha ſecundum. Cæterum quod reliquas immundities attinet, ſi quis aptus ſit ut comedere poſſit veſperi, mactant pro eo, etſi ſol (diei ſeptimi ſui) nondum occiderit.

ראה שלש *Si viderit tres*, tum inidoneus eſt ad comedendum, niſi attulerit ſacrificium. שוחטין עליו *mactant pro eo*, ſi octavus dies immunditiei illius inciderit in veſperam Paſchatis, etſi non attulerit ſacrificium ſuum; quod intelligendum eſt, quando ſolverit ſacrificia ſua ſenatui.

שומרת יום כנגד יום *Obſervans de die in diem*, quæ viderit ſanguinem in medio undecim dierum inter menſtruum & menſtruum, numerare debet ſequentem diem. שוחטין עליה *mactant pro ea*, die computationis, quandoquidem enim partem diei numeravit, illi licitum eſt ſe immergere; & quamvis occaſus ſolis defecerit, tamen mactant pro ea. והזבה *& seminiflua*, quæ vidit fluxum tres dies continuos in medio undecim dierum, & computare debet ſeptem dies puros, & adſerre ſacrificium, tum pro ea mactant die octavo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſchna hæc utitur illis fundamentis, quæ tibi exponam, ſuntque hæc, ſi ſemifluus viderit duas viſiones fluxus, immundus eſt, & computabit ſeptem dies ſine viſione, & immerget ſe die ſeptimo. Si vero tres viſiones viderit, adferet ſacrificium die octavo, & deinde comedet Sancta; eo quod caret expiatione; qui vero caret expiatione, de ſanctis comedere nequit, uti dixit Deus benedictus Levit. 15, 2. איש איש כי יהיה זב מבשרו זובו טמא הוא Utitur autem hoc loco bis voce זיבות, dicitque, *quod immundus eſt*. Præterea dicit verſu 3. וזאת תהיה טומאתו בזובו quomodo vocis זיבות recordatur ter; & dicit טומאתו; hinc ex traditione dicitur, quod ſcriptura bis computat, & vocat immundum, ter, & vocat immundum; at quomodo? bis, pro viſione, & ter, pro ſacrificio. Senſus vero viſionum exponetur ſuo loco, nam non eſt neceſſe hoc loco diutius immorari illis. Sic etiam, mulier, quando ſanguinem vidit extra tempus ordinarium tres dies continuos, ſeminiflua eſt, quapropter computabit tres dies ſine viſione, & ſacrificium adferet die octavo, uti ſeminifluus, & deindè de ſanctis comedet veſperi, uti Deus dixit Levit. 15, 25. ואשה כי יזוב [illegible] זוב דמה ימים רבים בלא עת נדתה וגו׳ quod ex traditione ita exponitur, ימים *dies*, ſupple *duos*, רבים *multos*, tres. Quando itaque viderit diem unum, expectabit ad diem ſequentem, ſi nihil viderit, immerget ſe die tertio, & comedet de ſanctitatibus veſperi. Sin autem viderit die tertio, ecce feminiflua perfecta eſt, & per tres illos dies illa vocabitur, שומרת יום כנגד יום *obſervans de die in diem*. Poſteaquam vero cognoveris hæc fundamenta, totam hanc Miſnam intelliges; hoc autem jus ſequitur fundamentum quod tibi dixit capite præcedenti, nimirum, ſi quis non fuerit aptus ad comedendum Paſcha die decimo quarto, ſed aptus fuerit ad comedendum veſperi, pro illo mactari. Dummodo immerſus fuerit aquis, ita ut illi nihil deſit præter occaſum ſolis. Sic etiam, quando ſacrificia ſua dederit ſenatui, ſi deerat ipſi expiatio, tum mactabant pro ipſo, etſi eo die ineptus ſit; excepto eo qui pollutus eſt immunditie mortui, quemadmodum tibi illic expoſui.

ו האונן והמפקח את הגל וכן מי שהבטיחוהו להוציאו מבית האסורים והחולה והזקן שהן יכולי׳ לאכול כזית שוחטין עליהן על כולן אין שוחטין עליהן בפני עצמן שמא יביאו את הפסח לידי פסול לפיכך אם אירע בהן פסול פטורין מלעשות

6. Lugens, & aperiens tumulum, ſic etiam is cui promiſerunt eductionem è carcere, aut infirmus, & ſenex qui *quantitatem olivæ comedere poteſt*, pro illis mactant. *Pro his omnibus non mactant ſigillatim, ne Paſcha adducant in occaſionem profanationis; propterea, ſi illis profanatio accidat*, immunes ſunt à Paſchate ſecundo, excepto eo qui

מלעשות פסח שני חוץ מן המפקח בגל שהוא טמא מתחלתו :

qui aperuerit tumulum, qui ab initio ſuo immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

האונן *Lugens*, quamdiu amicus mortuus ejus nondum ſepultus eſt, vocatur אונן, & poſtquam ſepultus eſt per totum tempus mortui vocatur אונן *lugens*, & nocte etiam ſequenti vocatur אונן juxta Sapientes. Sed non confirmarunt Sapientes verba ſua quod ad Paſcha, quod ſit caſus excisionis, itaque mactant pro eo; quia veſperi aptus eſt ad comedendum.

המפקח את הגל *Qui aperit tumulum*, qui cecidit ſuper hominem aliquem, ita ut neſciat an homo ille vivus, an mortuus ſit, tum mactant pro eo, quia cenſetur purus donec innotuerit eum eſſe impurum. שוחטין עליהן *mactant pro illis*, in alia ſocietate.

שמא יביאו את הפסח לידי פסול *Ne Paſcha adducant in diſcrimen profanationis*, nam lugens pollui poteſt mortuo ſuo, ut eo modo à luctu ſuo avocetur. Qui vero aperit tumulum is forſan poteſt invenire mortuum, ita ut inſtar tentorii fuerit ſuper mortui immunditie. Qui vero incarceratus eſt, ei accidere poteſt ut non exeat; tractat enim hoc loco de eo qui gentilium carceri incluſus eſt, qui forſan non exibit, etſi permiſerint illi. Sed ſi quis carceri Iſraëlitarum incluſus eſt, ut, ad conſtringendum eum ut uxorem ſuam profanatam foras protrudat, aut ſolvat debita, pro eo mactant, etiam ſigillatim, ſi permiſerint eum educi, nam filii Iſraëlis non mentientur. Sin autem carcer fuerit intra Jeruſolyma, etiamſi homo apprehenſus ſit per gentiles, mactant tamen pro eo ſigillatim; quia Paſcha ad carcerem ferri poteſt, ibique comedi. Pro infirmo autem & ſene non mactant ſigillatim, ne ingraveſcat infirmitas eorum, & comedere nequeant quantitatem olivæ; propterea, ſi tempore mactationis apti ſint, & pro illis ſparſus ſit ſanguis, & illis accidat profanatio, liberi ſunt à confectione Paſchatis ſecundi.

חוץ מן המפקח בגל *Excepto eo qui aperit tumulum*, ſub quo invenitur mortuus, tum neceſſe eſt ut conficiat Paſcha ſecundum, quia immundus erat ab initio ſuo, ante mactationem, nam tentorium fecit ſuper immunditie, ab eo tempore quando incepit aperire; hoc autem ita accipias, quando tumulus fuerit rotundus, tum ſine dubio fecit ſuper eo tentorium, indè ab initio; at ſi tumulus fuerit longus, fieri poteſt eum non feciſſe tentorium ſuper immunditie, ideoque liber eſt à Paſchate ſecundo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האונן *Lugens*, non poteſt comedere ſancta, uti ſcriptum eſt Deut. 26, 14. ולא אכלתי באוני. ille autem, cujus conſanguineus mortuus eſt quem lugere tenetur, vocatur אונן ex Lege; quamdiu vero mortuus poſitus ſuper faciem terræ, ſive, quamdiu nondum ſepultus eſt, vocatur אונן; ſic etiam die ſepelitionis, ſed juxta Sapientes; cæterum non eſt ut ſolliciti ſimus de אונן juxta Sapientes, in cauſa Paſchatis; & ſic dixerunt Sapientes, non vocatur אונן niſi die ſepelitionis; hoc autem accipiendum eſt in cauſa comedendi Paſcha.

המפקח את הגל *Qui aperit acervum*, qui excavat acervum, & effodit indè aliquem mortuum, pro eo non mactant, quia neſcimus quid accidet illi, nam fieri poteſt ut inveniat aliquem mortuum in illo acervo, & polluatur, & non poſſit comedere Paſcha pro eo mactatum à filiis ſocietatis ſuæ, ut comedat illud; vel etiam accidere poteſt ut non inveniat mortuum, & comedat.

שהבטיחוהו להוציאו מבית האסורין *Cui promiſerunt eductionem e carcere*, hoc accipiendum eſt ſub duabus conditionibus, quarum una eſt, quando eſt in carcere gentilis, de quo teſtatur Scriptura Pſal. 144, 1. אשר פיהם דבר שוא. Cæterum ſi fuerit in carcere Iſraëlitæ, ſi promiſerint ipſi, certum eſt quod educent eum, quia Iſraëlita non loquetur mendacium. Secunda conditio eſt, quando fuerit in carcere intra murum urbis, at ſi intra Jeruſolyma fuerit, adducunt Paſcha ad carcerem, & comedet illic. Scias etiam quod אונן *lugenti* licet comedere Paſcha veſperi, quemadmodum exponetur inferius. Neque mactant pro eo ſigillatim, quia timendum eſt, ne quicquam comedat propter magnum ſuum luctum; nos vero mactamus pro eo, & cogitamus eum comeſurum de Paſchate, reliquum vero carnis comburetur, propterea dicit, על כולן אין שוחטין עליהן בפני עצמן id eſt, non mactamus Paſcha pro ſocietate lugentium, infirmorum, aut ſenum, aut acervum aperientium. Poſtea vero exponit ſenſum hujus, & dicit, forſan cogitabis hoc ita eſſe, eo quod ſocietas inepta eſt ad confiendum Paſcha? at non ita eſt; nam apta eſt, ſed dixerunt hoc, ne Paſcha adducant in diſcrimen profanationis, & non comedant illud, quia comburendum eſt. Sic etiam ſi quis aperiat acervum, accidere poteſt ut inveniat aliquem mortuum poſt mactationem Paſchatis, & illud polluatur, ut comburendum ſit. Poſteaquam vero nos docuit quod ſocii illi apti ſunt, dicit לפיכך אם אירע בהן פסול *propterea, ſi acciderit illis profanatio*, ſenſus eſt, ſi mactaverit Paſcha & ſparſerit pro illis ſanguinem. Quamvis autem non conveniat pro illis mactare ſigillatim, & deindè accidat illis lugentibus profanatio, aut infirmis, aut ſenibus, & iis qui polluti ſunt mortuo, qui Paſcha comedere nequeunt veſperi, ſunt tamen liberi à Paſchate ſecundo, qui mactaverint dum apti erant ad faciendum Paſcha, excepto tantum eo qui detegit acervum. Nam quando pro eo mactatum eſt Paſcha dum erat aptus, uti diximus, & poſtea in illo acervo inventus eſt mortuus, neceſſe eſt ut faciat Paſcha ſecundum, quia immundus erat tempore mactationis, quando inquirebat in acervo. Hoc autem accipiendum eſt ea conditione ut acervus ſit rotundus quando ſub eo invenitur mortuus, tum certo novimus, id quod ſupra acervum eſt, immundum eſſe, quia erat ſupra mortuum. Cæterum ſi locus quem excavat fuerit longus, & ſub eo inventus fuerit mortuus, liber eſt à Paſchate ſecundo, quia forſan tempore mactationis purus fuit; & propriè non fuit ſuper locum mortui; acervus rotundus hanc habet figuram.

ז אין שוחטין את הפסח על היחיד דברי רבי יהודה ורבי יוסי מתיר אפילו חבורה של מאה שאין יכולים לאכול כזית אין שוחטין עליהן ואין עושין חבורת נשים ועבדים וקטנים :

7. Non mactant Paſcha pro uno homine, ſunt verba R. Jehudæ. R. Joſe permittit; etiam pro ſocietate centum, qui comedere nequeunt quantitatem olivæ, non mactant. Neque ſocietatem faciunt, è mulieribus, ſervis, & parvulis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין שוחטין את הפסח על היחיד *Non mactant Paſcha pro uno homine*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 16, 6. לא תוכל לזבוח את הפסח nimirum, pro uno homine.

אפילו חבורה של מאה *Etiamſi fuerit ſocietas centum hominum*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſchna hæc clara eſt, & quod dicit נשים עבדים וקטנים *mulieres, ſervi, & parvuli*, id vult, ne mulieres cum ſervis, nec ſervi cum parvulis, diſſolutionis gratiâ; ſed quælibet ſpecies ſeparatim ut faciat ſocietatem, licitum eſt, ſervi

minum, ſunt verba R. Joſis, ſenſus eſt, non dependet cauſa Paſchatis niſi ab eſu, ſed ſi unus homo, qui comedere poteſt quantitatem olivæ, mactant pro eo. Sin autem fuerint centum, & quilibet comedere non potuerit quantitatem olivæ, non mactant pro illis; deciſio eſt juxta R. Joſe. אין עושין חבורת נשים עבדים וקטנים *non faciunt ſocietatem, è mulieribus, ſervis, & parvulis*, mulieres & ſervi non unam faciant ſocietatem ad mactandum Paſcha, ne in occaſionem peccati incurrant; ſed mulieres & ſervi ſeparatim facere poſſunt ſocietatem, ſervi ſeparatim, & mulieres ſeparatim; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ח אונן טובל ואוכל את פסחו לערב אבל לא בקדשים השומע על מתו והמלקט לו עצמות טובל ואוכל בקדשים גר שנתגייר בערב פסח בית שמאי אומרים טובל ואוכל את פסחו לערב ובית הילל אומרים הפורש מן הערלה כפורש מן הקבר:

8. Lugens ſe immergit aquis, & comedit Paſcha ſuum veſperi, at non ſanctitates. Is ad quem delatus eſt nuncius de mortuo quodam, & is qui colliget oſſa, immerget ſe, & comedet ſanctitates. Alienigena qui factus eſt proſelytus veſperi Sabbathi, Schola Schamai dicit, immerget ſe, & comedet Paſcha ſuum veſperi. Schola Hillelis dicit, qui ſeparat ſe à præputio, eſt ut ille qui ſeparat ſe à ſepultura.

R. OB. DE BARTENORA.

אונן טובל ואוכל את פסחו לערב *Lugens ſe immergit aquis, & comedit Paſcha ſuum veſperi*, quia non eſt אונן juxta Legem, niſi die, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 10, 19. *Die* itaque vetitum eſt comedere, at veſperi licitum, ſed immergi debet; nam quandoquidem huc uſque ipſi vetitum erat comedere ſanctitates, Sapientes ipſi impoſuerunt ut ſe immergeret.

אבל לא בקדשים *Sed non ſanctitates*, has non comedet lugens veſperi, quia veſperi eſt אונן juxta *Sapientes*; ſed de Paſchate non confirmarunt Sapientes verba ſua in cauſa exciſionis; cæterum comeſtio rerum ſanctarum reliquarum præceptum affirmativum tantum eſt, de quo Exod. 29, 33. ואכלו אתם אשר כפר בהם.

השומע על מתו *Ad quem delatus fuerit nuncius de mortuo*, eo die, quo ad eum venit rumor aliquem ex amicis ſuis mortuum eſſe, eſt אונן juxta Sapientes. Sic etiam de eo, qui colligit ſibi oſſa patris aut matris ſuæ, dicitur in tractatu Moed Katon, quod eo die pro illis lugebit, ſed veſperi non lugebit pro illis. טובל ואוכל בקדשים *immergit ſe & comedit ſanctitates*, veſperi, eo quod ipſo die eſt אונן *juxta Sapientes*.

כפורש מן הקבר *Ut is qui ſeparat ſe à ſepultura*, qui opus habet aſperſione (aquarum cineris vaccæ rufæ) tertio & ſeptimo die. Non diſſentiunt autem Schola Schamai & Schola Hillelis, niſi quod ad alienigenam præputiatum qui ſe circumcidit die decimo quarto; nam Schola Hillelis putat, timendum eſſe, ne anno futuro immundus ſit, & dicat, anno præterito non purificavi me ab immunditie uſque ad veſperam Paſchatis qua me immerſi, & comedi Paſcha, neſciebat autem quod anno præterito fuerat alienigena, & non receperat immunditiem, jam vero Judæus, recipiens immunditiem. Schola Schamai vero dicit, hoc non timendum eſſe, ſed quod præputiatus Iſraëlita, cujus mortui ſunt conſanguinei propter circumciſionem, juxta omnium ſententiam ſe immerget, & comedet Paſcha ſuum veſperi; ſed non timendum eſt quicquam de præputiato, propter præputium alienigenæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare illi tantum permittimus comedere Paſcha, at non reliquas ſanctitates, eſt, eo quod veſperi eſt אונן juxta Sapientes; nam juxta Legem tantum אונן eſt eo die quo amicus mortuus eſt, hoc enim eſt quod dixit Aaron eo die quo mortui ſunt Nadab & Abihu Levit. 10, 19. ואכלתי חטאת היום הייטב בעיני יהוה Quandoquidem ergo in Præcepto comeſtionis Paſchatis comprehenditur exciſio, ideo permittimus illi comedere eo tempore quo אונן eſt juxta Sapientes; ſed comeſtio rerum Sanctarum, quæ comprehendit præceptum affirmativum, non permiſſa eſt illi. Imponimus autem lugenti ut ſe immergat, eoque modo oſtendat ſe removiſſe cogitationes ſuas lugubres, & depoſuiſſe luctum. Hoc autem ita accipiendum eſt, quando amicus illius mortuus eſt poſt meridiem diei decimi quarti, quo die tenetur de Paſchatis ſacrificio, antequam eſſet אונן. Cæterum, ſi amicus ejus mortuus fuerit ante meridiem, quando eſt אונן ante tempus obligationis ſacrificii, propellitur ad Paſcha ſecundum, & non ſacrificant pro illo lugenti, quia propter luctum non convenit.

המלקט לו עצמות *Qui colligit ſibi oſſa*, alii colligentes pro eo, quod ſpecies luctus eſt. Schola Schamai & Schola Hillelis tantum diſſentiunt quod ad alienigenam, ne ſe fallat anno futuro, quando pollutus eſt mortuo, & dicat, quemadmodum me purificavi anno præterito, & comedi Paſcha veſperi, ſic me jam purificabo, & comedam Paſcha meum. Sed Iſraëlita præputiatus ſe immergere, & comedere Paſcha ſuum poteſt veſperi.

פרק ט מי שהיה טמא או בדרך רחוקה ולא עשה את הראשון יעשה את השני שגג או נאנס ולא עשה את הראשון יעשה את השני אם כן למה נאמר טמא או שהיה בדרך רחוקה שאלו פטורין מהכרת ואלו חייבין בהכרת:

Caput 9. Si quis fuerit immundus, aut in itinere longo; ita ut non potuerit facere primum (Paſcha,) faciet ſecundum. Si erraverit, aut coactus fuerit, ita ut non fecerit primum, faciet ſecundum. Si ita ſe res habet, quare dictum eſt, *immundus, aut in itinere longo*? eo quod hi liberi ſunt ab exciſione, & illi tenentur exciſione.

R. OB. DE BARTENORA.

שאלו פטורין מן הכרת *Eo quod illi ſunt liberi ab exciſione*, immundus, & is qui fuerit in itinere longo, liberi ſunt à Paſchate primo juxta Scripturam; at exciſio dicta eſt de Paſchate primo, propterea, ſi non fecerint Paſcha ſecundum, liberi ſunt ab exciſione.

ואלו חייבין בהכרת *Hi vero tenentur exciſione*, qui erraverat aut coactus fuerat neceſſitate temporis, tenebatur de primo Paſchate, nam error & coactio impediviſſet eum; & quando de

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Si quis fuerit immundus, aut in itinere longo tempore primi Paſchatis, & non fecerit ſecundum, non condemnatus eſt exciſionis, & propellitur ad Paſcha Secundum; de quo non dicitur *exciſio*. Quando autem erraverit, aut illi vis illata fuerit Paſchatis primi tempore, condemnatus eſt exciſionis, quia Lex dicit, quod quicunque non erat immundus, aut in longo itinere, & nullatenus faciebat Paſcha, condemnatus eſt exciſionis, uti Deus dixit Num. 9, 13. שלא היה

de induſtria non fecerint Paſcha ſecundum, tenentur de excisione, uti ſcriptum eſt Num. 9, 13. אשר הוא טהור או בדרך רחוקה וגו׳ quibus monſtrat quod propter omnes reliquos errores & coactiones, quæ accidunt tempore primi Paſchatis, citra eum qui immundus eſt, aut in via longa, tenentur de excisione, niſi fecerint Paſcha ſecundum.

היה טמא או בדרך רחוקה ולא עשה פסח כלל Et hoc eſt quod in hac Miſna dixit, *illi ſunt liberi ab exciſione, at alii tenentur.*

ב איזו היא דרך רחוקה מן המודיעים ולחוץ וכמדתה לכל רוח דברי רבי עקיבא רבי אליעזר אומר מאיסקופת העזרה ולחוץ אמר רבי יוסי לפיכך נקוד על ה׳ לומר לא מפני שרחוקה ודאי אלא מאיסקופת העזרה ולחוץ :

2. Quod nam eſt iter longum? à Modym, & exterius, & juxta hanc menſuram ad quamlibet plagam metiendum eſt, ſunt verba R. Akibæ. R. Elieſer dicit à limine atrii & exterius. Dixit illi R. Joſe, propterea ה punctum ſuperadditum eſt, ad dicendum, non quia iter longum eſt propriè, niſi de limine atrii & exterius.

R. OB. DE BARTENORA.

מודיעים *Modiim*, eſt nomen loci Jeruſolymis quindecim milliaria diſtantis, & ejus menſuræ eſt ut homo mediocris eum perambulare poſſit menſe Niſan & Tiſry, quo menſe dies & noctes ſunt æquales, ab ortu ſolis uſque ad tempus inter duas veſperas, quo tempore ſacrificatur Paſcha.

חוץ לאסקופת העזרה *Extra limen atrii*, etſi fuerit circa Jeruſolyma, aut infirmus, aut detentus fuerit, ut non potuerit attingere limen atrii tempore ſacrificii Paſchatis, is ei juri ſubjectus eſt, cui ille qui eſt in via longa. R. Akiba putat, quod ſubjectus ſit tantum juri illius qui neceſſitate coactus eſt, eo quod erat in loco à Modiim & interius; deciſio eſt juxta R. Akiba. לפיכך נקוד על ה׳ *ideo* ה *punctum additum eſt*, ego audivi, quod hoc dicitur ad declarandum, quinque cubitos ab atrii limine, ita ut, etiamſi ab atrii limine tantum diſtet quinque cubitos circa finem temporis ſacrificii, ſubjectus ſit juri viæ longæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מודיעים *Modiim*, eſt locus intra quem & Jeruſolyma quindecim dantur milliaria, eſtque via quam homo mediocriter incedendo perficere poteſt, indè ab ortu ſolis uſque ad meridiem. Quando autem quis die decimo quarto fuerit extra *Modiim*, tum eſt *in via longa.* R. Elieſer dicit, etſi quis fuerit intra Jeruſolyma, aut infirmus, aut via aberraverit, ita ut non potuerit intrare atrium tempore ſacrificii, quia hora finiebatur quando pervenerat ad limen atrii, tamen eidem juri ſubjicitur cui is qui erat in via longa. R. Akiba dicit, quandoquidem erat intra *Modiim*, & non poterat attingere juſtum locum, ideo ei juri ſubjicitur cui is qui coactus fuerit; deciſio eſt juxta R. Akiba.

ג מה בין פסח הראשון לשני הראשון אסור בבל יראה ובל ימצא והשני מצה וחמץ עמו בבית הראשון טעון הלל באכילתו והשני אינו טעון הלל באכילתו זה וזה טעוני הלל בעשיתן ונאכלין צלי על מצות ומרורים ודוחין את השבת :

3. Quæ (differentia) inter Paſcha primum & ſecundum? primum eſt vetitum (ex præcepto) *Non conſpicietur, Non invenietur.* Secundum, (ex præcepto) *azymum & fermentum cum eo domi.* Primum requirit hymnum inter comedendum. Secundum vero non requirit hymnum inter comedendum. Unum & alterum requirunt hymnum quando conficiuntur; comeduntur vero aſſata, cum azymo, & amaris, & propellunt Sabbathum.

R. OB. DE BARTENORA.

השני חמץ ומצה עמו בבית *Secundum, fermentum, & azymum cum eo domi*, eo quod ſcriptum eſt Num. 9, 12. ככל חקת הפסח יעשו אותו quibus monſtrat, quod præcepta quæ ad Paſchatis corpus attinent, ut, aſſatum igne, & quod cum fermento ac azymo comedunt, id ipſum faciunt juxta quodlibet Paſchatis præceptum. Sed præcepta quæ ipſum corpus non attinent, ut Exod. 12, 15. תשביתו שאור Et præceptum Exod. 23, 18. ולא תשחט על חמץ illa inquam non faciunt illud juxta quodlibet præceptum Paſchatis.

הראשון טעון הלל באכילתו *Primum requirit hymnum inter comedendum*, quia ſcriptum eſt Jeſ. 30, 29. השיר יהיה לכם כליל התקדש חג Ergo nox ſanctificata pro Paſchate, quod eſt Paſcha primum, requirit hymnum; ea vero nox quæ non eſt ſanctificata pro Paſchate primo, non requirit hymnum.

זה וזה טעונין הלל *Hoc & illud requirunt hymnum*, eo quod Scriptura excludit noctem à cantico, at non diem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de Paſchate ſecundo Num. 9, 12. בכל חקת הפסח יעשו אותו Cæterum nihil quicquam huic verſus addidit, præter hominem ad Paſcha ſecundum obligatum, in omni eo quo obligatus eſt ad Paſcha primum. Quando autem de Paſchate ſecundo dicit, על מצה ומרורים יאכלוהו excludit ceſſationem fermenti. Et quando ulterius dicit לא ישאירו ממנו עד בקר excludit præceptum *Non conſpicietur, Non invenietur.* Quando dicit עצם לא תשברו בו excludit præceptum Exod. 23, 18. לא תזבחו על חמץ דם זבחי Nam non erat neceſſe omnes has res in ſpecie explicare, quia ſufficiebat omnibus id quod dicit על מצות ומרורים יאכלוהו *cum azymo, & amaris comedetis illud*; omnes vero has res referre, eſt perficere ſenſum, perinde ac ſi dixiſſet, præceptum Paſchatis ad quod obligatus eſt, illud non niſi hoc eſt, nempe, על מצות ועל מרורים יאכלוהו Huic ſimile dixerunt, *non datur multiplicatio poſt multiplicationem, niſi ad diminuendum.*

ד הפסח שבא בטומאה לא יאכלו ממנו זבין וזבות נדות ויולדות ואם אכלו פטורים מכרת רבי אליעזר פוטר אף על ביאת מקדש :

4. Paſcha ſi venerit cum immunditie, de eo non comedunt ſeminiflui, & ſeminifluæ, menſtruoſæ, & puerperæ. Sin autem comederint, liberi ſunt ab exciſione. R. Elieſer abſolvit, etiam pro introitu templi.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יאכלו ממנו זבין וגו׳ *Non comedunt de eo ſeminiflui &c.* quia de eo qui pollutus eſt mortuo, ſcriptum eſt איש *vir*, undè docemus, quod vir propellitur, non autem cœtus.

ואם אכלו פטורים מכרת *Sin autem comederint, liberi ſunt ab exciſione*, propter comeſtionem ſanctitatum cum immunditie corporis, ut ſcriptum eſt Levit. 7, 19. כל טהור יאכל בשר & ulterius, והנפש אשר תאכל בשר וגו׳ Propter carnem ergo à mundis comeſam immundi tenentur de immunditie; quæ vero caro non comeditur à mundis, uti Paſcha quod venit cum immunditie, propter illud immundi non tenentur de immunditie.

פוטר אף על ביאת מקדש *Abſolvit, etiam pro introitu templi*, abſolvit ſeminifluos & ſeminifluas, ſi intraverint templum, cum Paſcha præ immunditie propulſum eſt, quia ſcriptum eſt Num. 5, 2. וישלחו מן המחנה וגו׳ ergo quando mortuo polluti dimiſſi ſunt, dimiſerunt etiam leproſos & ſeminifluos; quando autem non dimiſſi ſunt illi qui mortuo polluti erant, etiam non dimiſerunt leproſos & ſeminifluos. Sed primus doctor huc non trahit locum hunc, eo quod omnes illi viri neceſſario ſunt ſeparandi à caſtris ſuis; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam conſtat tibi, quod, quando major pars cœtus polluta eſt mortuo, hac de cauſa tantum dicimus, quod Paſcha venit in immunditie; & non comedunt illud niſi illi tantum qui polluti ſunt mortuo, quibus permiſſa eſt immundities, uti expoſuimus. Cæterum ſi alii immundi comederint de eo, non condemnati ſunt exciſionis, eo quod ita traditione accipimus, comeditur à mundis qui tenentur de eo propter immunditiem; qui vero non comedit mundus, non tenetur de eo propter immunditiem. R. Elieſer dicit, ſcriptum eſt Num. 5, 2. וישלחו מן המחנה כל צרוע וכל זב וכל טמא לנפש Tempore ergo illo quo mortuo pollutus dimiſſus eſt, dimiſerunt ſeminifluos, & leproſos. Propterea, ſi ſeminiflui & leproſi intraverint templum tempore Paſchatis cum immunditie, liberi ſunt; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

ה מה בין פסח מצרים לפסח דורות פסח מצרים מקחו מבעשור וטעון הזאה באגודת אזוב על המשקוף ועל שתי המזוזות ונאכל בחפזון בלילה אחד ופסח דורות נוהג כל שבעה :

5. Quæ (differentia) eſt inter Paſcha Ægyptiacum, & Paſcha Seculorum? Paſcha Ægyptiacum ſumitur à decimo (die,) & requirit aſperſionem cum faſciculo hyſſopi ſuper limine, & duobus poſtibus, & comeditur cum feſtinatione una nocte. Paſcha ſeculorum vero in uſu eſt omnes ſeptem (dies.)

R. OB. DE BARTENORA.

לילה אחד ופסח דורות נוהג כל שבעה *Unam noctem, ſed Paſcha ſeculorum ſeptem dies integros*, neceſſario Miſna hæc ſupplenda eſt, hoc ſenſu, & comeditur unam noctem cum feſtinatione, & interdictum de fermento durat totum diem; at Paſcha ſeculorum quod ad interdictum ſuum de fermento, in uſu eſt integros ſeptem dies. Nam de Paſchate Ægyptiaco ſcriptum eſt Exod. 13, 3. ולא יאכל חמץ היום אתם יוצאים ac ſi dixiſſet, non comedetur fermentum die eo quo vos egrediebamini, ſed deinceps licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נוהג כל שבעה *In uſu eſt omnes ſeptem dies*, nimirum, interdictum de comeſtione fermenti, ſed quod ad Paſcha Ægyptiacum, fermento tantum unum diem interdictum eſt, quia dictum eſt Exod. 13, 3. ולא יאכל חמץ היום אתם יוצאים ac ſi dixiſſet, non comedetis fermentum eo die quo vos egredimini. Quod autem dicit בלילה אחד *una nocte*, vult, quod nocte illius diei etiam interdictum erat quod ad fermentum.

ו אמר רבי יהושע שמעתי שתמורת הפסח קריבה ותמורת הפסח אינה קריבה ואין לי לפרש אמר רבי עקיבא אני אפרש הפסח שנמצא קודם שחיטת הפסח ירעה עד שיסתאב וימכר ויקח בדמיו שלמים וכן תמורתו אחר שחיטת הפסח קרב שלמים וכן תמורתו :

6. Dixit R. Jehoſchua, ego audivi quod permutatio Paſchatis offerebatur, & quod permutatio Paſchatis non offerebatur, at exponere nequeo. Dixit R. Akiba, ego exponam, Paſcha, quod invenitur ante mactationem Paſchatis, paſcet donec acquiſiverit defectum; & tum vendetur, & emet pecunia ſua ſacrificium pacificum; ſic etiam cum permutatione ejus agendum eſt. Poſt mactationem Paſchatis, offertur pro ſacrificio pacifico, ſic etiam permutatio ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

שמעתי *Audivi*, à magiſtris meis. שתמורת הפסח קריבה *quod permutatio Paſchatis offerebatur*, pro ſacrificio pacifico, poſt Paſcha. ותמורת הפסח אינה קריבה *& permutatio Paſchatis non offerebatur*, datur permutatio Paſchatis quæ ipſa non offertur pro ſacrificio pacifico, ſed paſcet donec acceperit vitium aliquod, & tum vendetur, & pecunia ejus offeretur ſacrificium pacificum; nam id quod reliquum erat de Paſchate, ſacrificabatur pro ſacrificio pacifico. אין לי לפרש *exponere nequeo*, oblitus ſum pro quo offertur, & pro quo paſcet donec acceperit vitium. הפסח שנמצא *Paſcha quod inventum eſt*, quod perditum eſt, & in cujus locum aliud ſubſtitutum eſt, at deindè inventum primum ante mactationem ſecundi, quod coram nobis ſtabat tempore mactationis, ergo conſtituit tempus mactationis illius in nomine Paſchatis, & hoc quod non ſacrificat, propellat manibus ſuis, & id ipſum non ſacrificabitur pro ſacrificio pacifico. עד שיסתאב *donec defectum acceperit*, donec vitium aliquod contraxerit, ita ut poſt Paſcha non aptum ſit ad ſacrificium. לאחר שחיטת הפסח *poſt mactationem Paſchatis*, ſi inventum fuerit poſt mactationem ſecundi, non conſtituit illud tempus mactationis in nomine Paſchatis, & manibus non propellitur, propterea idipſum ſacrificatur in nomine ſacrificii pacifici; ſic etiam permutatio ejus. Eodem modo R. Jehoſcua potuit proponere caſum de eodem Paſchate, dicendo, datur Paſcha quod ſacrificatur, & datur Paſcha quod non ſacrificatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שיסתאב *Donec defectum acceperit*, id eſt, donec acceperit vitium aliquod quod illud prohibitum reddit, ut non amplius aptum ſit ad ſacrificium. R. Akibæ verba veriſſima ſunt, & non eſt qui contradicat illis.

ז המפריש נקבה לפסחו או זכר בן שתי שנים ירעה עד שיסתאב וימכר ויפלו דמיו לנדבה המפריש פסחו ומת לא יביאנו בנו אחריו לשם פסח אלא לשם שלמים :

7. Si quis ſeparaverit fœminam ad Paſcha ſuum, aut maſculum, duorum annorum, paſcet uſque dum defectum acceperit, vendetur, & pecunia illius cadet in oblationem ſpontaneam. Si ſeparaverit Paſcha ſuum, & mortuus fuerit, non adducet illud filius poſt illum in nomine Paſchatis, ſed in nomine ſacrificii pacifici.

R. OB DE BARTENORA.

ויפלו דמיו לנדבה *Et cadent nummi ejus in oblationem ſpontaneam*, id eſt, reponebant pecuniam illam in arcam quæ erat in templo, qua ſacrificabantur holocauſta ſpontanea. לא יביאנו בנו אחריו *non adducet illud filius ejus poſt illum*, in nomine Paſchatis, quia Paſcha eſt cujus dominus mortuus eſt, & cui non ſunt annumerati ſodales ſui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quocunque in loco dicitur ויפלו דמיו לנדבה *cadent nummi illius in oblationem ſpontaneam*, id eſt, in holocauſta ſpontanea, reponendo nummos illius in arcam quæ erat in templo, ſenatus autem pro illis ſacrificabat holocauſta. Differentia vero inter eum qui adducebat holocauſtum ſuum ſpontaneum, & inter eum qui nummos reponebat in arcam, hæc eſt; qui nummos ſuos reponebat in arcam, ejus libamina erant ex congregatione, & holocauſtum illius quod adducebatur, libamina erant ex nummis domini ſive poſſeſſoris. Sed eorum differentiæ ulterius exponentur capite tertio tractatus Temura.

ח הפסח שנתערב בזבחים כולן ירעו עד שיסתאבו וימכרו ויביא בדמי היפה שבהן ממין זה ובדמי היפה שבהן ממין זה ויפסיד המותר מביתו נתערב בבכורות רבי שמעון אומר אם חבורת כהנים יאכלו :

8. Si Paſcha commixtum fuerit cum ſacrificiis, paſcunt ea omnia donec contraxerint defectum, & tum venduntur; adducet autem nummis optimi eorum de una ſpecie, & nummis optimi eorum de altera ſpecie, & perdet quod reliquum eſt e domo ſua. Si commixtu fuerit cum primogenitis, R. Schimeon dicit, ſi fuerit ſocietas ſacerdotum, comedant.

R. OB. DE BARTENORA.

הפסח שנתערב *Paſcha quod commixtum fuerit*, ſi tres agni, unus Paſcha, alter ſacrificium pro reatu, tertius in holocauſtum, inter ſe commixti ſunt, omnes illi paſcent donec vitium contraxerint. Pro pretio optimi adducet holocauſtum, quia optimus eorum forſan erat pro holocauſto; & pro optimo eorum ſacrificium pro reatu, quia optimus forſan erat pro ſacrificio reatus; & pro optimo eorum ſacrificium Paſchatis, ſi ante Paſcha in omnibus illis eſſet vitium; ſin autem poſt Paſcha contraxerint vitium, adducet in ſacrificium pacificum, quia forſan erat pro Paſchate optimus eorum; id autem quod reliquum eſt, neceſſario addendum eſt duobus, donec attigerint pretium optimi eorum, perdet de ſuo. Et hoc modo faciet, quando optimus eorum denarium valet, ſumet è domicilio ſuo tres denarios, & accipiens unum denarium dicet, *quocunque in loco fuerit holocauſtum, profanator ſuper hoc denario*; & tum adducetur in holocauſtum. Deindè ſumet ſecundum denarium, & dicet, *in quocunque loco fuerit ſacrificium pro reatu, profanator ſuper hoc denario*, & tum adducetur pro ſacrificio pro reatu; eodemque modo cum pacificis faciet. שנתערב *ſi commixtum fuerit*, ſi Paſcha commixtum fuerit cum primogenito, quorum ſparſio ſanguinis eodem modo fiat.

אם חבורת כהנים יאכלו *Si fuerit ſocietas ſacerdotum, comedant*, tum omnes comedant eadem nocte, quia primogenitum comeditur à ſacerdotibus, & Paſcha ſacrificatur in nomine Paſchatis, ubicunque fuerit. Primogenita vero in primogenitorum nomine, ubicunque fuerint. Et quamvis diminuant tempus comeſtionis primogeniti, quod comeditur per diem & noctem; nunc autem illud comedere nequeant, niſi uſque ad mediam noctem, juxta tempus comeſtionis Paſchatis, indè fiet ut ſanctitates adducant in diſcrimen profanationis. Putat autem R. Schimeon, quod ſanctitates in diſcrimen profanationis adduci poſſunt; at Sapientes contrarium ſtatuunt, dicentes, quod paſcent donec coutraxerint vitium, tum adducetur pecunia juxta pretium optimi eorum, eo modo quo diximus de Paſchate, quod mixtum fuerit cum ſacrificiis; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus ſenſus exemplum eſto, ſi Paſcha commixtum fuerit cum duobus ſacrificiis holocauſticis, tres illos agnos paſcunt donec contraxerint vitium aliquod, ut vendantur pretio ſuo, unus majori, alter minori. Ponamus exempli gratia, unum valere denarium, alterum vero denarium cum dimidio, & tertium duos denarios, hinc fiet ut pro tribus agnis poſſideat quatuor denarios cum dimidio. Deindè tres adducet beſtias; quamlibet illarum duarum pro duobus denariis, & unam pro duobus denariis cum dimidio. Et hoc vult quando dicit ויפסיד המותר מביתו *& perdet reliquum è domo*. Duos vero agnos ſacrificabit in ſacrificium holocauſti, & unum duorum denariorum in ſacrificium pacificum. Et ſcitu neceſſarium eſt, quod primogenitum comeditur per duos dies & unam noctem, at Paſcha comeditur tantum per unam noctem, ad mediam noctem; ſi vero quis comederit primogenitum cum jure Paſchatis, adducimus id in occaſionem reliquiarum, quia id comedere nequit niſi ad mediam noctem; & nobis hypotheſis eſt, quod ſanctitates adduci nequeunt in occaſionem profanationis. R. Schimeon dicit, quod ſanctitates in diſcrimen profanationis adduci poſſunt, dicens, אם חבורת כהנים יאכלו *ſi fuerit ſocietas ſacerdotum, comedant*, id eſt, comedant totum, uſque ad mediam noctem, juxta jus Paſchatis. Sapientes dicunt, paſcent donec acceperint defectum, & adducent unam beſtiam juxta pretium optimæ & maximæ earum, & dicet, ubicunque fuerit Paſcha, profanator ſanctitas ejus ſuper hoc, & ſacrificabit hanc beſtiam in ſacrificium pacificum; eam vero beſtiam, quæ contraxerit vitium aliquod, totam comedet, quemadmodum comeditur animal primogenitum cui vitium eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Schimeon.

ט חבורה שאבדה פסחה ואמרה לאחד צא ובקש ושחוט עלינו והלך ומצא ושחט והם לקחו ושחטו אם שלו נשחט ראשון הוא אוכל משלו והם

9. Societas ſi perdiderit Paſcha ſuum, & dixerit alicui, *ito, & inquirito ac mactato pro nobis*; & ille iverit & invenerit illud, ac mactaverit, & illi (ſocii) acceperint, & mactaverint, tum, ſi illius ma-

ctatum

והם אוכלים עמו משלו ואם שלהן נשחט ראשון הם אוכלין משלהן והוא אוכל משלו ואם אינו ידוע איזה מהן נשחט ראשון או ששחטו שניהם כאחת הוא אוכל משלו והם אינם אוכלים עמו ושלהן יצא לבית השריפה ופטורין מלעשות פסח שני אמר להן אם אחרתי צאו ושחטו עלי הלך ומצא ושחט והן לקחו ושחטו אם שלהן נשחט ראשון הן אוכלין משלהן והוא אוכל עמהן ואם שלו נשחט ראשון הוא אוכל משלו והן אוכלין משלהן ואם אינו ידוע איזה מהם נשחט ראשון או ששחטו שניהם כאחד הן אוכלין משלהן והוא אינו אוכל עמהן ושלו יצא לבית השריפה ופטור מלעשות פסח שני אמר להן ואמרו לו אוכלין כולם מן הראשון ואם אין ידוע איזה מהן נשחט ראשון שניהן יוצאין לבית השריפה לא אמר להן ולא אמרו לו אינן אחראין זה לזה :

ctatum fuerit primum, ille comedet de ſuo; & illi comedent de illius Paſchate cum eo. Sin autem eorum mactatum fuerit primum, illi comedent de ſuo, & ille comedet de ſuo. Si non conſtiterit quodnam mactatum fuerit primum, aut ambo mactata fuerint eodem tempore, ille comedet de ſuo, at illi non comedent cum eo, & id quod ad eos pertinet, comburetur, & liberi erunt à confectione Paſchatis ſecundi. Si dixerit illis, *ſi moratus fuero, exite & mactate pro me*, ille vero etiam iverit, & invenerit ac mactaverit, & illi acceperint, & mactaverint, tum, ſi eorum mactatum fuerit primum, illi comedent de ſuo, & ille comedet cum illis. Si illius mactatum fuerit primum, ille comedet de ſuo, & illi comedent de ſuo. Si non conſtiterit quodnam mactatum fuerit primum, aut ambo mactata fuerint eodem tempore, illi comedent de ſuo, at ille non comedet cum illis, & id quod ad illum pertinet, comburetur; & liber erit à Paſchate ſecundo conficiendo. Si is dixerit illis, & illi dixerint illi; omnes comedent de primo. Sin autem non conſtiterit quodnam mactatum fuerit primum, ambo comburenda ſunt. Si is nihil dixerit illis, & illi nihil dixerint ei, unum non dependet ab altero.

R. OB. DE BARTENORA.

צא ובקש *Ito & inquirito*, id quod perditum & mactatum eſt pro nobis. אם שלו נשחט ראשון *ſi illius mactatum fuerit primum*, quandoquidem illi dixerant, *macta pro nobis*, ideo annumeraverant ſe illius (beſtiæ,) at ea quæ ad illos pertinebat, comburenda eſt, quia eſt Paſcha quod non habet poſſeſſores, omnes ergo comedent de illius.

ואם שלהן נשחט ראשון הוא אוכל משלו *Si eorum mactatum fuerit primum, ille comedet de ſuo*, eo quod non annumeratus eſt Paſchati eorum. והן אוכלין משלהן *& illi comedent de ſuo*, quia deſperarunt de eo quod perditum erat, & manus ſuas retraxerunt ab illo. והן אינן אוכלין עמו *at illi non comedent cum eo*, quia fieri potuit ut eorum mactatum fuerit primum, quamobrem manus ſuas retraxerint ab eo. ושלהן יצא לבית השריפה *& eorum ibit in domum combuſtionis*, illud comburetur, eo quod fieri potuit ut illius mactatum fuerit primum, & illi non annumerati fuerint ſecundo. ופטורין מפסח שני *& liberi erunt à Paſchate ſecundo*, nam quocunque modo annumerati fuerint primo jam mactato, comeſtio non impedit. אמר להן *ſi dixerit illis*, nimirum homo ille qui iverat quæſitum id quod perditum erat. אם אחרתי *ſi moratus fuero*, tum numerate me vobiſcum, & mactate pro me, illi vero non dixerint, macta pro nobis. הוא אוכל *ille comedet*, & illius comburetur, nam, quandoquidem eum annumerarunt ipſorum beſtiæ, retraxit manus ſuas ab prima & deſtitit à legatione. ושלו יצא לבית השריפה *& illius comburetur*, quia forſan eorum mactatum fuerit primum, & ille ſe retraxerit, illiſque poteſtatem dederit. פטור מפסח שני *liber eſt à Paſchate ſecundo*, nam quocunque modo etiam annumeratus fuerit primo mactato, tamen comeſtio non impedit illum. אמר להן *ſi dixerit illis*, mactate pro me ſi moratus fuero. ואמרו לו *& dixerint illi*, ito, quærito, & mactato pro nobis. יאכלו כלם מן הראשון *comedant omnes de primo*, quia ille eſt eorum legatus, & illi ſunt illius legati. אם אין ידוע איזה ראשון שניהם ישרפו *ſi non conſtiterit quodnam eorum mactatum fuerit primum, ambo comburuntur*, & illi liberi ſunto à Paſchate ſecundo. אין זה כזה *non dependet unum ab altero*, non curant pro quo mactatum fuerit primum, nam ille comedat de ſuo, & illi comedant de ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc fere tam clara ſunt ut non indigeant commentariis; id autem quod dicit, *ſi nihil dixerit illis, & illi nihil dixerint illi*, vult, quod res non indicata eſt, neque expreſſis verbis poteſtatem dederunt ſocii, ut mactaretur pro illis, & quod ille quoque non dedit ipſis poteſtatem mactandi expreſſis verbis; quandoquidem erant ſigna quædam quibus monſtrabatur quod unus confidebat alteri.

י שתי חבורות שנתערבו פסחיהן אלו מושכין להן אחד ואלו מושכין להן אחד אחד מאלו בא לו אצל אלו ואחד מאלו בא לו אצל אלו וכך הם אומרים אם שלנו הוא הפסח הזה ידיך משוכות משלך ונמנית על שלנו ואם שלך הוא הפסח הזה ידינו משוכות משלנו ונמנינו על שלך וכן חמש חבורות של חמשה חמשה ושל עשרה עשרה מושכין להן אחד מכל חבורה וחבורה וכן הם אומרים :

10. Si duarum ſocietatum mixti fuerint inter ſe agni Paſchales, hæc adducit pro ſe unum, & illa adducit pro ſe alterum; unus ex illis (ſociis) ſe confert ad alios, & unus ex aliis ſe confert ad illos, dicentes hoc ſenſu, *ſi hoc Paſcha ſit noſtrum, manus tuæ retrahuntor de tuo, & annumerator noſtro; ſin autem hoc Paſcha ſit tuum, noſtræ manus detrahuntor de noſtro, & nos annumerabimur tuo.* Eodemque modo (faciunt) quinque ſocietates, quælibet è quinque, aut quælibet è decem, unum cujuſlibet ſocietatis ſibi adducentes, & ita dicentes.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו מושכין להם אחד *Hi adducunt ſibi unum*, ex agnis Paſchalibus, & alii adducunt pro ſe alterum; unus ſcil. filiorum ſocietatis hujus venit pro illa ſocietate, & unus filiorum ſocietatis illius venit pro hac. וכך הם אומרים *& ita illi dicunt*, illi uni qui ad ipſos venit אם שלנו הוא הפסח הזה *ſi noſtrum ſit hoc Paſcha*, quando attraximus pro nobis & elegimus pro noſtro, detrahitor manus tua de tuo, & annumerator noſtro nobiſcum. אם שלך הוא הפסח הזה *ſi tuum ſit hoc Paſcha*, tum tu (annumerator) huic, & noſtræ manus abſtrahuntor à noſtro, & eſto pro alia ſocietate, & nos annumerabimur tuo; unde fiet, ſi commutaverint, ut tota ſocietas abſtrahatur à ſuo, & annumerentur illi quod elegerunt. Eodemque modo dicent filii alius ſocietatis uni illi qui venit ad ſocios; nam abſolutè neceſſarium eſt ut unus unius ſocietatis veniat ad alteram, & annumeretur illi, quia non dicimus, quamlibet ſocietatem abſtrahi invicem in quocunque loco fuerit; & unam ſocietatem denuo annumerari huic, & alteram illi; quandoquidem in Beraita Gemaræ dicitur, quod interdictum ſit ut tota ſocietas abſtrahatur à Paſchate, & illud relinquatur ſine poſſeſſoribus. Nam ſi commutaverint & voluerint ſe retractos eſſe à Paſchate ſuo, ac annumeratos alii, dicendo, *manus noſtræ abſtrahuntor à noſtro*, tum Paſcha ſtatim ſine poſſeſſoribus relinquitur, & hoc vetitum eſt. Jam autem quando unus de qualibet ſocietate venit pro alia, quocunque modo id fiat, Paſcha non eſt ſine poſſeſſoribus. Nam quando benè elegerint, omnes de una ſocietate annumerantur illi agno, excepto eo qui ſeparatus eſt ab illis, & qui abſtraxit manus ſuas ab eo. Si vero commutaverint agnos, ecce jam unus cum Paſchate abiit; & quando abſtraxerint manus ſuas reliqui ſocii, agnus relinquitur illi annumeratus. כן חמשה חבורות של חמשה חמשה *ſic quinque ſocietates, quælibet e quinque*, ſupple hominum, ſi miſcuerint agnos ſuos, quælibet ſocietas ſumit pro ſe agnum, & quinque homines in qualibet ſocietate dividuntur pro quinque agnis; nam ſi commutaverint, non relinquitur unus ex agnis Paſchalibus, ut unus ex primis poſſeſſoribus non annumeretur illi. וכן הם אומרים *& ita illi dicunt*, quando jam factæ fuerint novæ ſocietates, quatuor dicunt uni, *ſi hoc tuum ſit Paſcha, manus noſtrum quatuor abſtractæ erunt à quatuor noſtris agnis Paſchalibus, in quocunquè loco fuerint, & nos annumerabimur tecum.* Eodem modo ille & tres dicent ſecundo, item quatuor cuilibet è ſocietate, & eodem modo faciet quælibet ſocietas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Satis clara hæc res eſt, nimirum, quod hæc mixtura ante mactationem Paſchatis accidit.

יא שנים שנתערבו פסחיהם זה מושך לו אחד
וזה מושך לו אחד זה ממנה עמו אחד מן השוק
וזה ממנה עמו אחד מן השוק זה בא אצל זה
וזה בא אצל זה וכך הם אומרים אם שלי הוא
פסח זה ידיך משוכות משלך ונמנית על שלי ואם
שלך הוא פסח זה ידי משוכות משלי ונמניתי
על שלך :

11. Si duorum (hominum) agni Paſchales mixti fuerint, unus ſumet pro ſe unum, & alter pro ſe ſumet alterum, unus numerabit ſecum unum de via, & alter numerabit ſecum unum de via, unus veniet ad unum, & alter ad alterum, & ita dicent, *ſi Paſcha hoc ſit meum, manus tuæ abſtractæ erunt à tuo, & annumeratus eris meo; ſin autem tuum fuerit hoc Paſcha, manus meæ abſtractæ erunt à meo, & annumeratus ero tuo.*

R. OB. DE BARTENORA.

שנים שנתערבו פשחיהם *Si duorum Paſchata mixta fuerint*, exempli gratia, ſi Paſchata Rubenis & Schimeonis mixta fuerint, Ruben ſibi unum ſumit, & Schimeon ſibi ſumit alterum, Ruben numerabit ſecum hominem aliquem, & dicet, in quocunque loco fuerit agnus meus, ecce tu annumeratus eris illi; idem faciet Schimeon. Ruben autem veniet ad Paſcha quod Schimeon ſibi ſumſerit, & Schimeon veniet ad Paſcha quod Ruben ſibi ſumſerit. Eodemque modo dicet Ruben Jehudæ de Paſchate quod ſibi ſumſerit Schimeon, ſi tuum ſit hoc Paſcha quod in principio ſibi elegit Schimeon, manus meæ abſtractæ erunt à meo, & numeratus ero tecum ad hoc. Sin autem meum hoc ſit Paſcha, cujus intentio eligendi ab initio non fuit, neque hoc Paſcha eſt cui annumeratus es cum Schimeon, manus tuæ abſtractæ erunt à tuo, & annumeratus eris mecum huic. Propterea neceſſe erat ut quilibet ſecum numeraret alium aliquem de via; nam ſi in numero ſingulari dixiſſet, ſi hoc Paſcha meum ſit, & tuum ſit tuum, eligimus benè; ſin minus, ego abſtraho manus meas de meo, & annumero me tuo; undè fiet, ut, quando ſe abſtraxerit de ſuo, Paſcha illius relinquatur ſine dominis, quia alius quiſpiam illi non erat annumeratus. Neque dici poteſt, quod quilibet annumeratus erat Paſchati ſocii ſui, antequam abſtraxiſſet manus de ſuo, eo quod unus homo duobus agnis Paſchalibus annumerari nequit ſimul.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם שלי הפסח הזה *Si meum ſit hoc Paſcha*, eodem ſenſu ſecundus dicet ſocio ſuo; cætera omnia clara ſunt.

פרק י ערבי פסחים סמוך למנחה לא יאכל
אדם עד שתחשך ואפילו עני שבישראל לא יאכל
עד שיסב ולא יפחתו לו מארבע כוסות של יין
ואפילו מן התמחוי :

Caput 10. Veſperi Paſchatis propè Mincham non comedet homo, niſi obortæ fuerint tenebræ. Etiam pauper in Iſraële non comedet, niſi inclinatus; neque diminuent de quatuor vaſculis vini, ne quidem ex Tamchui.

R. OB. DE BARTENORA.

סמוך למנחה *Propè Mincham*; paululum ante Mincham, dimidium horæ, in principio horæ decimæ; nam ſacrificium juge ſacrificabatur hora media decima, quod eſt tempus Minchæ; ſed ante Mincham media hora, eſt tempus principii horæ decimæ.

לא יאכל אדם *Non edet homo*, ut azymum comedat cum deſiderio, propter honorem præcepti. Hoc autem clarum eſt, quod panem comedere nequit, eo quod fermentum vetitum eſt, indè à ſex horis cum dimidio, & ulterius. De azy-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סמוך למנחה *Propè Mincham*, eo tempore quando de die adhuc ultra duas horas cum dimidio reſtat, nam illud tempus vocatur *Mincha*. Ratio autem, quare hominem ad hoc obſtringimus, eſt, eo quod comeſtio azymi nocte prima, eſt debitum; oportet etiam ut homo eſuriat, ut comedat panem azymum cum deſiderio. Quod autem prohibemus comeſtionem, id non tantum de comeſtione panis accipiendum eſt, quia panis eo tempore comedi nequit, & nobis vetitum eſt comedere panem azymum decimo quarto die,

azymo etiam dicitur in Talmude Jeruſolymitano, eum, qui comedit azymum veſperi Paſchatis, eſſe ut eum qui concumbit cum ſponſa ſua in domicilio ſoceri ſui; ſed monet hic auctor de aliis cibis, ne illis expleat ventrem ſuum & Paſcha nequeat edere. עד שיסב *niſi inclinaverit ſe*, ad baculum, vel menſam, uti ſolent ingenui. ולא *& non diminuent*, eleemoſynas, quibus pro modulo ſuo tenentur ſuſtentare pauperes.

אפילו מן התמחוי *Etiamſi ex Tamchui*, etſi vitam ſuam ſuſtentet è vaſe Tamchui, qualis omnium pauperrimus habetur, uti Miſchna dicit in tractatu Pea, is, cui fuerit tantum cibi quantum ſufficit pro una menſa, non recipiet è Tamchui. מארבע כוסות *è quatuor vaſculis*, correſpondentibus quatuor verbis redemptionis, de quibus Exod. 6, 6. והוצאתי והצלתי וגאלתי ולקחתי.

die, niſi comedat quis eum tempore illo quo debet comedere azymum, ſed vetitum eſt de reliquis cibis comedere multum. Neceſſe eſt autem ut comedamus corpore inclinato, quo modo Reges & magnates comedere ſolent, quod libertatem indicat. תמחוי eſt vas cui imponunt cibos qui cocti ſunt in neceſſitatem pauperum, è quo comedere non licet, niſi homo in extrema fuerit paupertate; uti expoſuimus in fine tractatus Pea.

ב מזגו לו כוס ראשון בית שמאי אומרים מברך על היום ואחר כך מברך על היין ובית הלל אומרי׳ מברך על היין ואח׳ כך מברך על היום:

2. Si infundant poculum primum; Schola Schamai dicit, benedicit diei, & deindè benedicit vino. Schola Hillelis dicit, benedicit vino, & deindè benedicit diei.

R. OB. DE BARTENORA.

מברך על היום *Benedicit diei*, primum dicet benedictionem de ſanctificatione diei, & poſtea benedictionem vini; quia dies Paſchatis præcedit, & deinde vinum venit, & quemadmodum præcedit dies introitus, ſic etiam illius præcedit benedictio. מברך על היין *benedicit vino*, primum, & ſic etiam jus illius eſt qui diem ſanctificat ſuper pane, quia panis aut vinum efficiunt ſanctificationem diei; cum autem non fuerit ei vinum aut panis, non dicet ſanctificationem diei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in tractatu Berachot, quod Schola Schamai benedictionem de ſanctificatione diei anteponit benedictioni vini, ſed Schola Hillelis contrarium.

ג הביאו לפניו מטבל בחזרת עד שמגיע לפרפרת הפת הביאו לפניו מצה וחזרת וחרוסת ושני תבשילין אף על פי שאין חרוסת מצוה רבי אליעזר בר צדוק אומר מצוה ובמקדש היו מביאים לפניו גופו של פסח:

3. Si adducant patrifamilias (olera,) comedit lactucam, donec pervenerit ad bellaria panis. Si adducant ei azymum, lactucam, & pulmentum, & duas coctura, etiamſi pulmentum non ſit præceptum. R. Elieſer filius Zadoci dicit, præceptum eſt pulmentum, & in ſanctuario adducebant ei corpus Paſchatis.

R. OB. DE BARTENORA.

הביאו לפניו הירקות *Adduxerunt coram eo olera*, ut parvulus cauſam roget, nam non eſt moris ante comeſtionem adducere olera. מטבל בחזרת *comedet lactucam*, non accipiendum præcisè de lactuca, quia comeſtio prima fit aliis oleribus, ſed quando non fuerint ei alia olera, comedet lactucas, loco aliorum olerum; מטבל hic notat *comedere*; eo quod omnia edulia ſumebantur per modum intingendi. Sed edulia hæc non intincta erant in חרוסת, nam id quod Miſna dicit inferius, *adducunt ante illud azymum lactucam, & pulmentum*, accipiendum eſt ergo, quando nondum adducta ſunt.

עד שמגיע לפרפרת הפת *Donec pervenerit ad bellaria panis*, ad comeſtionem azymi; quo nos docere vult quod nulla comeſtio intercedat inter comeſtionem olerum & comeſtionem azymi, nam antequam pervenerit ad comeſtionem lactucæ ex præcepto de amaris, ſuper quibus benedictionem dicit, dicendo, *ſuper comeſtione amaritudinis*, comedet prius azymum, uti ſcriptum eſt Exod. 12, 8. על מצות מרורים ergo primum azymum, deinde amara comedet.

חרוסת *Pulmentum*, quod conficitur ex ficubus, avellanis, piſtaciis, amygdalis, aliiſque fructibus, quibus adjiciunt poma, quæ omnia in mortario contundunt, & miſcent cum aceto, cui adjiciunt condimenta, ut, aromata, cinnamomum, in forma faſciæ filatæ oblongæ, in memoriam paleæ; neceſſe eſt etiam ut ſit admodum craſſum inſtar luti. אף על פי שאין חרוסת מצוה *etſi pulmentum non ſit præceptum*, ſed conficiatur in recreationem, ad removendum ingratitudinem lactucæ, quæ corpori nocet. *R. Elieſer filius Zadoci dicit, eſt præceptum*, in memoriam mali, (Cant. 8, 5.) nam mulieres in Ægypto ſine dolore pariebant; & in memoriam luti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ordo, quem tibi proponit Miſna; hic eſt, ponet quis menſam & ſanctificabit, uti modo dixit, & comedet quodcunque olus voluerit, poſteaquam id maceraverit in pulmento, ac benedicet illi, dicendo, *Benedictus qui creat fructum terræ.* Id autem quod dicit מטבל בחסרת comedet lactucam, vult, ſuper lactuca dicendam eſſe benedictionem, *Benedictus qui creat fructum terræ*, quia ea eſt ex herbis amaris quam in principio comedebant loco oleris. Sed quando quis comedit azymum, & deinde lactucam, dicet benedictionem, *ſuper comeſtione amaritudinis*; at ſi primum comedat amaritudinem & non niſi amaritudinem habeat in principio & fine, dicet ſuper ea in principio benedictionem, *qui creat fructum terræ*, & deindè dicet, *ſuper comeſtione amaritudinis*, at in fine comedet ſine benedictione. Ratio vero, quare ordinamus quod olus comedant quovis modo, & deindè amaritudinem, hæc eſt, ut ſit varietas, & filio occaſio interrogandi detur.

מטבל Hoc loco notat occupatum eſſe in comeſtione oleris. חרוסת eſt mixtura quædam in qua ſimilitudo paleæ eſt, in modum luti. Nos autem hoc modo facimus pulmentum, macerantes ficus, aut dactylos, quos coquimus, conterimus, & depſimus in aceto, in quod injicimus nardum, aut hyſſopum, & ſimilia, non comminuta. R. Elieſer filius Zadoci dicit quod חרוסת ſit præceptum, eo quod putat hominem obligatum eſſe benedicere hoc ſenſu, *qui nos ſanctificavit præceptis ſuis, & nobis præcepit comedere* חרוסת; at ita non eſt deciſio.

SURENHUSIUS. Quando Bartenora & Maimonides dicunt חרוסת *pulmentum* conficiendum eſſe in forma faſciæ filatæ oblongæ, in memoriam luti, alluditur ad hiſtoriam capitis quinti in Exodo, ubi de confectione laterum, qui fiebant è luto & ſtramine, cui operi Iſraëlitæ à Pharaone inviti addicebantur, cum jam in procinctu ſtarent ut Ægyptum relinquerent. Et quando Bartenora dicit, זכר לתפוח *in memoriam mali*; vult, quod puerperæ Iſraëliticæ tanta facilitate

in Ægypto pariebant, quanta quis malum de arbore decutere poſſit; quo trahunt verba Cant. 8, 5. מי זאת עולה מן המדבר תחת התפוח עוררתיך.

ד מזגו לו כוס שני וכאן הבן שואל אביו ואם אין דעת בבן אביו מלמדו מה נשתנה הלילה הזה מכל הלילות שבכל הלילות אנו אוכלין חמץ ומצה הלילה הזה כלו מצה שבכל הלילות אנו אוכלין שאר ירקות הלילה הזה מרור שבכל הלילות אנו אוכלין בשר צלי שלוק ומבושל הלילה הזה כלו צלי שבכל הלילות אנו מטבילין פעם אחת הלילה הזה שתי פעמים ולפי דעתו של בן אביו מלמדו מתחיל בגנות ומסיים בשבח ודורש מארמי אובד אבי עד שיגמור כל הפרשה כולה:

4. Infundunt ei vas ſecundum, & hic filius interrogat patrem; ſin autem filio non fuerit intelligentia, docebit eum pater, dicens, *quare hac nox differt ab aliis noctibus omnibus? nam in omnibus noctibus comedimus fermentum, & azymum, & hac nocte totum azymum? nam in omnibus noctibus comedimus alia olera, ſed hac nocte amaritudinem? nam omnibus noctibus comedimus carnem aſſatam, elixatum, aut coctum, at hac nocte omnia aſſata? nam omnibus noctibus maceramus (olera) ſemel, at hac nocte bis?* Et juxta capacitatem filii docebit eum pater; primo incipiet cum opprobrio, & finiet cum laude, & exponet ab Deut. 26, 5. *Aramæus perditus erat pater meus*, donec abſolverit totam ſectionem.

R. OB. DE BARTENORA.

כאן הבן שואל *Hic interrogat filius*, in quibuſdam exemplaribus non extat vox כאן *hic*, ſed כן *æquum*, *rectum* eo ſenſu quo dicitur Num. 27, 7. כן בנות צלפחד דוברות ſicut ergo recte & merito loquebantur filiæ Zelaphchad, ſic etiam æquum eſt, ut interroget filius patrem quando infunditur vaſculum ſecundum, quare hæc nox differt ab omnibus noctibus, *quia tota hac nocte comeditur aſſatum?* quando autem erat ſanctuarium, interrogabat filius ita. *Incipiet cum opprobrio*, dicet primum, *in principio idololatræ erant patres noſtri &c. & ſervi eramus Pharaonis &c. Et finiet cum laude, dicendo quod Deus nos adduxit ad cultum ſuum, & redemit patres noſtros ex Ægypto.*

*R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתחיל בגנות *Incipiet cum opprobrio*, mentionem faciet quomodo ante Abrahamum patrem noſtrum eramus idololatræ, & quomodo poſtea Deus benedictus nos elegit in populum ſuum. Referet etiam magnos labores quos paſſi ſumus in Ægypto, & quomodo poſtea nos redemit Deus benedictus. ודורש *& exponet*, expoſitio loci Deut. 26, 5. ſatis nota eſt.

ה רבן גמליאל היה אומר כל שלא אמר שלשה דברים אלו בפסח לא יצא ידי חובתו ואלו הן פסח מצה ומרור פסח על שום שפסח המקום על בתי אבותינו במצרים מצה על שום שנגאלו אבותינו ממצרים מרור על שום שמררו המצריים את חיי אבותינו במצרים בכל דור ודור חייב אדם לראות את עצמו כאלו הוא יצא ממצרים שנאמר והגדת לבנך ביום ההוא לאמר בעבור זה עשה ה׳ לי בצאתי ממצרים לפיכך אנחנו חייבין להודות להלל לשבח לפאר לרומם להדר לברך לעלה ולקלס למי שעשה לאבותינו ולנו את כל הניסים האלו הוציאנו מעבדות לחרות מיגון לשמחה ומאבל ליום טוב ומאפילה לאור גדול ומשעבוד לגאלה ונאמר לפניו הללויה:

5. Rabban Gamaliel dicebat, quicunque non dixerit hæc tria (tempore) Paſchatis, non ſatisfecit debito ſuo; ſuntque hæc, Paſcha, azymum, & amaritudo; *Paſcha*, eo quod Deus tranſivit domicilia patrum noſtrorum in Ægypto; *azymum*, eo quod patres noſtri redempti ſunt ex Ægypto; *amaritudo*, eo quod Ægyptii vitam patrum noſtrorum amaritudine affecerunt in Ægypto. In qualibet generatione homo obligatur oſtendere ſe ac ſi exiret ex Ægypto, uti dictum eſt Exod. 13, 8. *Et indicabis filio tuo eo die, dicendo, propter hoc fecit mihi Dominus, quando exirem ex Ægypto.* Propterea nos obligati ſumus, ad confitendum, laudandum, glorificandum, condecorandum, exaltandum, celebrandum, & benedicendum, extollendum, & magnifaciendum eum qui fecit patribus noſtris, & nobis omnia hæc miracula; eduxit nos è ſervitute ad libertatem, è triſtitia in gaudium, ex luctu in diem feſtivum; ex tenebris in magnam lucem, & ex ſubjectione in redemptionem; & dicimus, Laudate Dominum.

R. OB. DE BARTENORA. כל שלא אמר שלשה דברים *Quicunque non dixerit tria hæc verba*, qui non expoſuerit rationem trium harum rerum tempore Paſchatis, non ſatisfacit debito ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt ſecundum Rabban Gamalielem.

ו עד היכן הוא אומר בית שמאי אומרים עד אם הבנים שמחה ובית הלל אומרים עד חלמיש למעינו מים וחותם בגאולה רבי טרפון אומר אשר גאלנו וגאל את אבותינו ממצרים ולא היה חותם רבי עקיבא אומר כן ה׳ אלהינו ואלהי אבותינו

6. Quouſque dicet? Schola Schamai dicit, uſque ad Pſal. 113, 9. אם הבנים שמחה Schola Hillelis dicit, uſque ad Pſal. 114, 8. חלמיש למעינו מים Et finiet cum redemptione. R. Tarphon dicit, qui nos redemit & patres noſtros ex Ægypto; attamen non finivit. R. Akiba dicit, ſic Dominus

אבותינו יגיענו למועדים ולרגלים אחרים הבאים לקראתינו לשלום שמחים בבניין עירך וששים בעבודתך ונאכל שם מן הזבחים ומן הפסחים וכו׳ עד ברוך אתה ה׳ גאל ישראל :

nus Deus noſter, Deus patrum noſtrorum nos adduxit ad feſta, & feſta alia quæ nobis obviam veniunt in pace, ut, lætamini in ædificio civitatis veſtræ, & gaudete in ſervitute veſtra, & comedamus illic ſacrificia & Paſchata &c. uſque ad *Benedictus tu Domine redemptor Iſraëlis.*

R. OB. DE BARTENORA. וחותם בגאולה *Et finiet cum redemptione*, id eſt, finiet Paſchatis hiſtoriam cum benedictione pro redemptione. Sed non exponit doctor primus qualis hæc ſit benedictio, veniunt ergo R. Tarphon, & R. Akiba ut exponerent eam. R. Tarphon dicit, quod incipiat eam cum *Benedictus*, at non finiat cum *Benedictus*, uti ſunt benedictiones ſuper fructibus, & benedictiones ſuper præceptis, quia in totum una eſt laus. Sed juxta R. Akiba finiat Lector cum *Benedictus*, quia illi addit verba petitionis, & beneplaciti, ſcil. *ſic nos adduxit &c.* deciſio eſt juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt juxta R. Akiba.

ז מזגו לו כוס שלישי מברך על מזונו רביעי גומר עליו את ההלל ואומר עליו ברכת השיר בין הכוסות הללו אם רוצה לשתות ישתה בין שלישי לרביעי לא ישתה :

7. Si infundant illi vas tertium, dicit benedictionem ſuper menſa ſua, ſi quartum, finit hymnum; & dicit etiam benedictionem cantici. Inter illa vaſcula, ſi bibere voluerit, bibat; at intra tertium & quartum non bibat.

R. OB. DE BARTENORA.

ברכת השיר *Benedictio cantici*, hi dicunt quod ſit, *anima omnis viventis*, illi dicunt, quod ſit, *laudabunt te Domine omnia opera tua*; & moris etiam eſt dicere ambas. בין שלישי לרביעי לא ישתה *inter tertium & quartum non bibet*, ne inebrietur, & poſtea nequeat perficere hymnum. Si vero dixeris, quod jam inebriatus eſt, eo quod inter edendum bibit quantum potuit; ſcias velim, vinum, quod bibitur inter edendum, non inebriare, ſed poſt cibum tantum inebriat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare ei non permittimus bibere inter vaſculum tertium & quartum, eſt, ne inebrietur; nam vinum inter edendum non inebriat, at ſine cibo inebriat. ברכת השיר *benedictio cantici*, hæc eſt, *anima omnis viventis*, uſque ad finem. Sic etiam, *laudabunt te &c.* uſque ad finem, vocatur benedictio cantici, ſi vero quis illas ambas dixerit, optimè fecit.

ח ואין מפטירין אחר הפסח אפיקומן ישנו מקצתן יאכלו כלן לא יאכלו רבי יוסי אומר נתנמנמו יאכלו נרדמו לא יאכלו :

8. Non dimittunt (cœtum) poſt Paſcha cum bellariis; ſi dormiverint aliqui eorum, comedant; at ſi omnes, ne comedant. R. Joſe dicit, ſi dormituriverint, comedant; ſi dormiverint, ne comedant.

R. OB. DE BARTENORA.

מפטירין *Dimittunt*, ego audivi hoc verbum notare pronunciationem labiorum, ut Pſal. 22, 8. יפטירו בשפה. Et magiſtri mei expoſuerunt per modum הנפטר מחבירו *qui dimittitur à ſocio ſuo*, id eſt, quando dimittuntur à convivio; non finiunt cum אפיקומן, quæ vox compoſita eſt ex אפיקו & מניכו *educite vaſa veſtra hinc*, id eſt, ne dicant quando ſe à convivio educunt, educite vaſa veſtra hinc, ut eamus comeſum in alio loco, non panem, neque aliud quicquam, ne quis comedat Paſcha duobus in locis. Sed alias res comedere in primo loco licitum eſt, dummodo ſe non educat ex una ſocietate, & comedat in alia. Sunt nonnulli Gemariſtæ qui exponunt אפיקומן per אפיקו מיני מתיקה *educite ſpecies dulces*, nam poſt comeſtionem Paſchatis, non educunt ſe à convivio cum comeſtione ſpecierum dulcium & fructuum, qui comedi ſolent poſt convivium, etiam in loco ſuo, quo ſapor Paſchatis perit ex ore ſuo; & hæc præcipua eſt expoſitio. Quemadmodum ergo poſt Paſcha abire nequeunt cum אפיקומן, ſic etiam poſt comeſtionem azymi abire nequeunt cum אפיקומן, nam neceſſe eſt ut comedant quantitatem olivæ de azymo, eo tempore quo non comeditur Paſcha. Cæterum poſt ejuſmodi azymum, non abeunt ab eo cum comeſtione aliarum rerum. ישנו כלן לא יאכלו *ſi dormiverint omnes, ne comedant*, ſi inceperint comedere Paſcha ſuum, & omnes dormiverint, non comedent plus, quia ſe res habet ac ſi quis duobus in locis comedat, nam poſtquam dormiverit homo, animus avocatur à comeſtione ulteriori, & reputatur comeſtio duorum locorum. Eidem juri obnoxius eſt panis azymus hoc tempore. נתנמנמו יאכלו *ſi dormituriverint, comedant*, hoc referendum eſt ad primam partem, quam dixit primus doctor, *ſi dormiverit pars eorum.* Venit autem R. Joſe, dicens, hoc accipiendum eſſe quando dormituriverint, & non oppreſſi fuerint ſomno profundo; at ſi pars quædam profundo ſomno correpta fuerit, illi qui dormiverint, non comedent quando evigilant è ſomno; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתנמנמו *Si dormituriverint*, ſi dormire inceperint, at nondum obruti fuerint ſomno, ſed audientes quando alii eos alloquuntur, & reſpondentes ſtatim illis qui eos vocant. נרדמו *ſi obdormiverint*, ſi profundo ſomno oppreſſi fuerint. אפיקומן *bellaria*, ſunt ea quæ comeduntur poſt ordinarios cibos, uti ſunt legumina, & ſimilia ſeminatoſta, ut ficus, uvæ paſſæ, & amygdala; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ט הפסח אחר חצות מטמא את הידים הפיגול והנותר מטמאין את הידים בירך ברכת הפסח פטר את של זבח בירך את של זבח לא פטר את של פסח דברי רבי ישמעאל רבי עקיבא

9. Paſcha poſt mediam (noctem) polluit manus; abominabile, & quod reliquum ſit, polluunt manus. Si dixerit benedictionem Paſchatis, liberat eam quæ pertinet ad ſacrificium; ſi dixerit eam quæ pertinet ad ſacrificium, non liberat eam

quæ

עקיבא אומר להם זו פוטרת זו ולא זו פוטרת זו :

quæ pertinet ad Paſcha, ſunt verba R. Iſmaëlis. R. Akiba dicit, illa non liberat hanc, neque hæc illam.

R. OB. DE BARTENORA.

מטמא את הידים *Polluit manus*, eo quod נותר *reſiduum* quid eſt poſt mediam noctem & ulterius. Sapientes autem decretum dederunt de נותר, quod illud polluit manus, ne negligentes eſſent in comeſtione; nam Paſcha poſt mediam noctem eſt נותר, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 12, 8. ואכלו את הבשר בלילה הזה itidem עברתי בארץ מצרים בלילה הזה quemadmodum ergo in uno loco Paſcha comedendum eſt uſque ad mediam noctem, ſic etiam in altero. Benedictio Paſchatis hæc eſt, *qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & nobis præcepit comedere Paſcha*; benedictio ſacrificii eſt, *qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis comedere ſacrificium.* Sacrificium vero cujus hic fit mentio, eſt חגיגה ſacrificium feſti ſolennis diei decimi quarti; deciſio eſt juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ritus de immunditie manuum etiam exponentur in tractatu Taarot. Sacrificium vero de quo hic fit ſermo, eſt חגיגה decimi quarti diei, de quo dictum capite ſexto. Verba Toſaphtæ dicunt, quænam eſt benedictio Paſchatis? hæc, *qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & nobis præcepit comedere Paſcha.* Quænam ſacrificii? *qui nos ſanctificavit præceptis ſuis, & nobis præcepit comedere ſacrificium*; deciſio eſt juxta R. Akiba.

Finis Tractatus de Paſchate.

מסכת שקלים

Tractatus de Siclis.

פרק א באחד באדר משמיען על השקלים ועל הכלאים בחמשה עשר בו קוראין את המגילה בכרכין ומתקנין את הדרכים ואת הרחובות ואת מקואות המים ועושין כל צרכי הרבים ומציינין את הקברות ויוצאין אף על הכלאים :

Caput 1. Primo die Februarii proclamant propter ſiclos, & propter Heterogenea. Die decimo quinto ejuſdem (*menſis*) legunt Megillam in locis munitis, & reparant vias & plateas, ut & aquæ receptacula; faciunt deinde omnes neceſſitates, quæ publicum reſpiciunt; pingunt ſepulchra & pro Heterogeneis egrediuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

משמיעין על השקלים *Proclamant ſuper ſiclos*, Senatus mittit ad omnes civitates Iſraëlis, qui proclamant ut adducant ſiclos; nam neceſſe erat ut primo die menſis Niſan adducerentur ſacrificia cœtus de oblatione prima nova, uti ſcriptum eſt Num. 28, 14. זאת עולת חדש בחדשו לחדשי השנה id eſt, innova annum & adducito ſacrificium de oblatione prima nova. Docetur autem id quod hoc loco dicitur לחדשי השנה de eo quod dictum eſt Exod. 12, 2. ראשון הוא לכם לחדשי השנה ideo anticipabant in proclamatione triginta dies ante primum diem menſis Adar, quo adducebant ſiclos ſuos.

ועל הכלאים *Et propter heterogenea*, proclamant, ut diminuant ſemen heterogeneum uſque dum non remanſerit in eo quarta pars Cabi in Sato, uti Miſna dicit capite 2. tractatus Kilaim; כל סאה שיש בה רובע קב ממין אחר ימעט. Sapientes noſtri exponunt, quod, poſtquam creverint ſemina, etſi unum fuerit inter mille, neceſſe eſt ut omnia extirpentur; nam ſi duæ ſint res, quarum unaquæque ſeorſim licita eſt, at prohibitæ fiant per medium heterogenearum, nihil juvat abolitio; quia diminutio tantum neceſſaria eſt, quando tempore ſationis una ſpecies commixta fuerit cum alia, quia vi Legis una in duabus aboletur; & hoc ſemen non vocatur כלאים, ſed propter viſum oculi, quo quis offenditur quando id videt, neceſſe eſt diminuere; ſed poſtquam creverint, non datur in illis abolitio, & neceſſe eſt ut omnes extirpentur, & non relinquatur niſi una ſpecies.

בט"ו בו קוראין את המגלה *Die decimo quinto ejuſdem legunt Megillam*, in locis munitis indè à diebus Jehoſchuæ filii Nun. Quia vero dicere voluit, *die decimo quinto ejuſdem* (menſis) *erant menſæ in provincia*, ideo etiam dicit omne id quod faciebant eo die, מתקנין את הדרכים ואת הרחובות *reparant vias & plateas*, hyeme corrumpebantur à pluvia, &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De his ſiclis dictum eſt Exod. 30, 13. זה יתנו כל העובר על הפקודים &c. Quod porro dicit משמיעין *proclamant*, vult, ut quilibet paratum habeat ſiclum, ut oblatio prima veniat in tempore ſuo determinato, quod fiebat primo die menſis Niſan, quemadmodum fuit in principio, nimirum in deſerto, quando oblatio prima adducta eſt primo die Niſan, uti dixerunt Sapientes noſtri, *quo die erectum eſt tabernaculum, eo die oblatio prima allata eſt.* Dicit enim Scriptura de erectione tabernaculi, Exod. 40, 17. ויהי בחדש הראשון בשנה השנית באחד לחדש הוקם המשכן Proclamabant etiam propter heterogenea, ut totus populus inquireret de hortis, & vineis, & extirparent id quod creverat, eis conditionibus uti expoſuimus in tractatu Kilaim.

בט"ו בו קוראין המגלה בכרכין *Die decimo quinto, legunt Megillam in locis munitis*, quod etiam exponetur in tractatu Megilla, nimirum quod incolæ urbium munitarum, indè à tempore Jehoſchuæ filii Nun, legebant Megillam decimo quinto die.

ומתקנין את הדרכים *Et reparabant vias*, eas reddendo planas, & pontes ſuper fluvios & rivos, ut effugere poſſet is qui aliquem ex errore occiderat, & non impediretur, ne redemptor ſanguinis eum aſſequi poſſet, & occideret, uti dicit locus Deut. 19, 3. תכין לך את הדרך. Quod autem dicit ואת מקואות המים *& receptacula aquarum*, vult, quod omnia receptacula quæ minus quam quadraginta continent Sata, adimplenda ſint aqua donec contineant quadraginta Sata, quæ eſt menſura aquæ receptaculi; ſed hic caſus etiam exponetur in tractatu Mikvaot.

עושין כל צרכי הרבים *Faciunt quicquid neceſſe eſt ad publicum*, exponitur in Talmude Jeruſolymitano, & dicunt, hæc ſunt negotia publica, judicant de cauſis civilibus, & cri-

& reparabantur in gratiam eorum qui aſcendebant ad feſta ſolennia. Alii exponunt, id fieri propter occiſores qui ex errore interficiebant aliquem, ut eo modo effugere poſſent à redemptoribus ſanguinis, uti ſcriptum eſt Deut. 19, 3. תכין לך הדרך.

ואת מקואות המים *Et receptacula aquæ*, ſi in iis multum fuerit luti, purgant ea, ſin autem diminuatur quantitas eorum, aquam trahunt hauſtam, & complent ea juxta menſuram, ſi fuerit illic plus quam quadraginta Sata, de aqua apta.

ועושין כל צרכי הרבים *Et faciunt quicquid neceſſarium eſt ad publicum*, ut, jura civilia, & criminalia, & jura de flagellatione, redemptionem æſtimationum, & anathematum jura, & rerum ſanctarum, ac potionem aquarum pro muliero adulterii ſuſpecta; ſic etiam quod ad ſervum Ebræum, combuſtionem vaccæ rufæ, & purificationem leproſi; & mittunt ad aperiendum puteos aquarum collectarum, ut eas bibere poſſint temporibus calidis; quæ omnia ſunt negotia publica.

מציינין את הקברות *Pingunt ſepulchra*, ne illis polluantur ſacerdotes, ſignum autem hoc eſt, quando effundunt undique circum ſepulchrum calcem liquefactam, at temporibus pluviarum liqueſit calx; ut neceſſe ſit pingere & ſignare. יוצאין *exeunt*, qui miſſi ſunt à ſenatu. על הכלאים *propter heterogenea*, nam etſi jam proclamaverint propterea primo die menſis Adar, tamen non contenti ſunt hac proclamatione, quia poſſeſſores forſan nondum extirpaverint ea, neceſſe eſt ergo ut illi exeant, & extirpent ea.

criminalibus, ac cauſis flagellationis; redimentes rerum votarum æſtimationes, anathemata, & ſanctitates, & aquam de muliere adulterii ſuſpecta potandam præbentes; comburentes etiam vaccam rufam, & perforantes aurem ſervi Ebræi, & leproſum purificantes, & aperientes clauſuras aquarum quas deinde non recludunt, id eſt, puteos aquarum publicos facientes unicuique ſine diſcrimine, ut bibant ex illis quando incaleſcit tempeſtas. Omnium vero harum rerum ſcopus eſt, quamvis rem vitioſam & occluſam, quæ uſui non eſt, omni ſtudio reparari & perfici in uſum ſuum, inde à medio menſe Adar.

מציינין את הקברות *Pingunt ſepulchra*, viſitant ea, & quæ deprehendunt removiſſe ſigna ſua propter aquam ſupra ſepulchrum, eis reponunt ſignum ſuum, ut locus immunditiei cognoſcatur, & ſacerdotes ſe removeant ab eo. Jam expoſuimus in tractatu Maaſer Scheni, quod ſignum ſepulchris additur calce. Cæterum id quod dicit ויוצאין אף על הכלאים *& exeunt etiam propter heterogenea*, vult, exeunt deputati à ſenatu, & inquirunt de agris ſatis, & vineis, non contenti proclamatione rem indicaviſſe.

SURENHUSIUS. Sequitur tractatus de Siclis juxta Scripturæ ordinem. Præceptum de ſolutione Sicli nobis deſcribit Moſes ex alloquio Dei, Exod. 30. וידבר יהוה אל משה לאמר: כי תשא את ראש בני ישראל לפקודיהם ונתנו איש כפר נפשו ליהוה בפקוד אתם ולא יהיה בהם נגף בפקוד אתם: זה יתנו כל העובר על הפקודים מחצית השקל תרומה ליהוה: כל העובר על הפקודים מבן עשרים שנה ומעלה יתן תרומת יהוה: העשיר לא ירבה והדל לא ימעיט ממחצית השקל לתת את תרומת יהוה לכפר על נפשתיכם: ולקחת את כסף הכפורים מאת בני ישראל ונתת אתו על עבדת אהל מועד והיה לבני ישראל לזכרון לפני יהוה לכפר על נפשותיכם: *Et allocutus eſt Dominus Moſen, dicendo: Quum recenſebis ſummam filiorum Iſraëlis per numerandos eorum, tum dabit quiſque redempturam vitæ ſuæ Domino, numerando eos; ut non ſit in eis plaga quum numerabis eos: Hoc danto quiſquis tranſit in numeratos, dimidium Sicli prout Siclus ſacer eſt; dimidium Sicli in oblationem Domino: Quiſquis tranſit in numeratos à nato viginti annos & ſupra, dato oblationem Domino: Qui dives eſt, ne augeto, & qui tenuis eſt, ne diminuito de dimidio Sicli, dando oblationem Domino, ad expiandum animas veſtras: Et accipies pecuniam illam expiationis à filiis Iſraëlis: & repones eam ad miniſterium Tabernaculi conventus; eritque pro filiis Iſraëlis in monumentum coram Domino, ad expiandum animas veſtras.* Notat præterea Maimonides in principio Hilchot Schecalim, eſſe Legis præceptum affirmativum ut quilibet Iſraëlita ſolvat dimidium Sicli ſingulis annis, etiam pauper qui eleemoſynis fruitur, etſi illud ab aliis petere, vel veſtimentum ſuum vendere cogatur, quoniam Deus dixit העשיר לא ירבה והדל לא ימעיט *dives non ſuperaddet, neque pauper diminuet.* Imo requiritur ut una vice dimidium Sicli integrum ſolvat, & non per partes diverſis temporibus. Argenti vero ſumma, cujus mentio fit in locis ubi de eo qui vi ſtupravit mulierem, vel blanditiis perſuaſerit, vel malos rumores ſparſerit, vel ſervum occiderit, conficit Siclum cujus in tota Lege mentio facta eſt, nimirum pondus trecentorum & viginti granorum hordeaceorum. Sapientes vero addiderunt, & pondus illius æquipararunt monetæ alicujus ponderi quæ vocatur סלע *Sela*, ſecundo ſtante templo. *Sela* vero pondus eſt trecentorum & quadraginta octo granorum hordeaceorum mediocrium. Præterea *Sela* facit quatuor denarios, & denarius ſex *Meahs*; מעה *Meah* vero tempore Moſis vocabatur גרה *Gera*, & facit duo פונדיונין *pondiola*, pondiolum vero duos Aſſarios. פרוטה *Pruta* erat octava pars Aſſarii; quo modo fiet ut *Meah* ſive *Gera* faciat ſedecim grana hordeacea; Aſſarius quatuor grana hordeacea; *Pruta* vero dimidium grani hordeacei. Tandem olim moneta quædam in uſu erat duarum Searum, quæ vocabatur דרכון *Drachma.* Atque hæ ſunt omnium monetarum menſuræ, quarum ubique in Lege mentio fit, & juxta Maimonidem computatæ.

ב אמר רבי יהודה בראשונה היו עוקרין ומשליכין לפניהם משרבו עוברי עבירה היו עוקרין ומשליכין על הדרכין התקינו שיהו מפקירין כל השדה כולה:

2. Dixit Rabbi Jehuda, ab initio evellebant (*Heterogenea*) & coram projiciebant, ab eo autem quo multiplicati fuerunt tranſgreſſores, evellebant & in vias illa projiciebant. (*Tandem*) conſtituerunt, ut omnis ager communis fieret.

R. OB. DE BARTENORA.

משליכים לפניהם *Projiciebant ante eos*, ante poſſeſſores agrorum, ut pudeſierent; at poſſeſſores contra gauderent, quia illis purificabant agros, & quia beſtiis eorum heterogenea proponebantur. Propterea ordinatum eſt ut ea projicerent in viis, nihilominus etiam gaudebant poſſeſſores agrorum, quod purgabantur. התקינו שיהו מפקירין כל השדה כולה *totum agrum communem redderent*, quia ſenatus poteſtatem habet aliorum bona facere communia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſchna hæc ſatis clara eſt & vera, quam jam expoſuimus capite ſecundo tractatus Kilaim.

ג בחמישה עשר בו שולחנות היו יושבין במדינה בעשרים וחמשה ישבו במקדש משישבו במקדש התחילו למשכן את מי ממשכנין לוים וישראלים גרים

3. Die decimo quinto ejuſdem (*menſis*) in provincia menſæ collocantur; & die viceſimo quinto ſedent (*ad menſas*) in Sanctuario. A quo inceperunt in ſanctuario (*ad menſas*) ſedere, incipiunt etiam pignora ſumere. A quibus pignora ſumuntur?

גרים ועבדים משוחררים אבל לא נשים ועבדים וקטנים כל קטן שהתחיל אביו לשקול על ידו שוב אינו פוסק ואין ממשכנין את הכהנים מפני דרכי שלום:

tur? A Levitis, Iſraëlitis, proſelytis, ſervis manumiſſis; ſed non à mulieribus, neque ſervis, neque parvulis. Omnis Minorennis per quem Pater ſiclum ſolvere conſuevit, (*ad idem peragendum*) revertatur neque deſiſtet. A Sacerdotibus pignora non ſumunt honoris cauſa.

R. OB. DE BARTENORA.

במדינה *In provincia*, Jeruſolymis, mutuabant autem dimidium ſicli hominibus illis, qui adducebant monetam de provincia ſua, neſciebant autem quantum nummorum valebat dimidium ſicli. ישבו במקדש *ſedebant in ſanctuario*, quia tempus appropinquabat, ideoque conſedebant in ſanctuario ut adductionem Sicli accelerarent. R. Moſche exponit quod omnes civitates Iſraëliticæ vocantur מדינה ſed quinto decimo die ſedebant in ſanctuario Jeruſolymis.

התחילו למשכן *Inceperunt accipere pignus*, ab eo qui non dederat ſiclum ſuum. Et quidem à *Levitis*, ad excipiendum opinionem illius qui dicit, quod à Levitis non poſtulabant pignus, eo quod ſcriptum eſt Exod. 30, 14. כל העובר על הפקודים מבן עשרים שנה Sed Levitæ non numerabantur ab ætate viginti annorum.

אבל לא נשים *At non à mulieribus*, eo quod ſcriptum eſt, ונתנו איש כופר נפשו Exod. 30. 12. ubi dicitur איש *vir*, & non אשה *mulier*. Neque etiam à *ſervis*; quia ſervi tantum ſubjiciuntur illis præceptis quibus ſubjiciuntur mulieres. Neque *à parvulis*, quando nondum attigerint viginti annos, etſi circa pudenda illis fuerint duo pili. שוב אינו פוסק *in poſterum non deſiſtet*, pater non deſiſtet poſtquam inceperit, & ſi pater mortuus fuerit, filius minorennis ſolvit pro ſe ipſo. אין ממשכנים את הכהנים *Non poſtulant pignus à ſacerdotibus*, etſi obligati ſint ad ſolutionem dimidii ſicli. מפני דרכי שלום *propter vias pacis*, quia illis incumbit miniſterium ſacrificiorum, ideo concedunt *illis hunc honorem, ut confidant* illis ad ſiclum ſtatuto tempore ſolvendum; & quamvis etiam non dent, ſenatus tamen *hanc habet poteſtatem*, ut conditionem cum illis inire poſſit qua eis obtigit ſiclus pro miniſterio ſuo, quemadmodum ſenatus dare ſolet de oblatione prima ærarii illis qui operibus ſanctitatis ſtudent, uti exponetur impoſterum.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

שולחנות *Menſæ*, eſt nomen menſæ vel ſcamni numularii, ſuper quo nummos recipit, nam numularius vocatur שולחני *menſarius* quaſi, in tota Miſna. במדינה *in provincia*, eſt nomen omnium urbium terræ Iſraëlis, exceptis Jeruſolymis, id quod expoſuimus in tractatu Maaſer Scheni.

התחילו למשכן *Inceperunt pignora ſumere*, id eſt, pignus poſtularunt ab eo qui non ſolvebat ſiclum ſuum, nempe pignus è domo illius ſumebant. Cæterum de minorenne, cui nondum duo pili erant circa pudenda, non poſtulabant pignus, ſed deſiſtebant ab eo; ſin autem dediſſet, recipiebant illud è manu ſua. Dixerunt Sapientes, non poſtulabant pignus, niſi illi duo eſſent pili; & ſi parvulus eſſet, & pater pro eo dediſſet, dicebant illi, quandoquidem pro eo dediſti anno præterito, & eum redegiſti ſub præceptum, dabis pro eo ſemper donec attigerit tempus obligationis, & non deſiſtes; & hic ſenſus eſt ejus quod dicitur, כל קטן שהתחיל אביו לשקול על ידו שוב אינו פוסק *omnis minorennis &c.*

ד אמר רבי יהודה העיד בן בוכרי ביבנה שכל כהן ששוקל אינו חוטא אמר לו רבן יוחנן בן זכאי לא כי אלא כל כהן שאינו שוקל חוטא אלא שהכהנים דורשים מקרא זה לעצמן וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל הואיל והעומר ושתי הלחם ולחם הפנים שלנו היאך נאכלים:

4. Dixit Rabbi Jehuda: aſſeruit Ben Bucri in Jaſne, quod ille Sacerdos qui pendit ſiclum non peccet. Reſpondit ipſi Rabban Jochanan Ben Saccai; non ſolùm ita, ſed omnis Sacerdos, qui Siclum non ſolvit, peccat. Si enim Sacerdotes vellent ſibimet ipſis applicare illud dictum (*Lev. v. 16.*) *Omnis oblatio Sacerdotis perfecta eſſe debet, ne de ea comedatur.* Quandoquidem Omer & duo panes, ut etiam panes propoſitionis (*ex illo genere ſunt,*) quomodo comedi poſſunt?

R. OB. DE BARTENORA.

כל הכהן ששוקל אינו חוטא *Omnis ſacerdos qui ſolvit non peccat*, etſi non teneatur ſolvere ſiclum; ne vero nobis videretur, quod, ſi ſiclum ſolviſſet, fieret, ut ex oblatione hominis privati offerretur oblatio cœtus, ideo nos docet, quod ſacerdos non peccet, eo quod ille totum illud dimidium ſicli tradit cœtui; nam non metuendum eſt ſe totum non traditurum.

כל כהן שאינו שוקל חוטא *Omnis ſacerdos qui non ſolvit peccat*, & Textum qui dicit כל העובר על הפקדים Exod. 30, 14. exponunt hoc ſenſu, quicunque tranſivit mare rubrum, uti ſunt ſacerdotes, Levitæ, & Iſraëlitæ: על הפקודים id eſt, tam illi qui numerati ſunt ſeorſim, quam illi qui numerati ſunt cum Iſraële, dabunt ſigillatim oblationem Domini; etiamſi ſcriptum ſit Exod. 38, 25. וכסף פקודי העדה מאת ככר וגו׳ quod dicitur de oblatione pro columnis tabernaculi, ſed ad hanc oblationem non tenebatur tribus Levi; ſed quod ad oblationem primam in ſacrificium cœtus, ſacerdotes, Levitæ, & Iſraëlitæ erant æquales. Quod dicitur לעצמן id eſt, *in utilitatem eorum*; cæterum expoſitio hæc non eſt vera, quatenus Textus tantum de dono ſacerdotis tractat, quando dicit כליל תהיה, & non de eo quod ei eſt in ſocietate cum cœtu; nam deciſio eſt, quod ſacerdotes tenentur dimidium ſicli ſolvere, ſed pignus non poſtulatur ab illis, propter vias pacis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Rabban Jochanan filius Zachæi, putat enim, quod omnis Iſraëlita tenetur ſolvere ſiclum, eo quod pretium animæ eſt. Cæterum modo eleganti & admodum ſignificanti dixerunt de voce זה quæ adjungitur יתנו, quod ea per Gematriam ſignificat *duodecim*, nimirum, quod duodecim tribus omnes obligatæ ſunt ad ſolutionem ſicli. Verum quia de oblatione prima ærarii conficiebant Omer, & duos panes, & panes facierum, quæ dona erant, & quæ edebant ſacerdotes, uti exponit ſcriptura, Deo dicente Levit. 6, 16. כל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל Quando autem ſiclos ſuos dediſſent pro oblationibus primis ærarii, non licebat ſacerdotibus comedere reliquias Omer, duos panes, & panes facierum. Sapientes vero putant, id quod dicitur, *omnis oblatio ſacerdotis perfecta erit, non comedetur*, accipiendum eſſe de oblatione hominis particularis, & quod hoc volunt, quando dicunt, *oblatio particularis offertur perfecta, at oblatio cœtus non offertur integra*; propterea, ſi ſacerdotes ſiclos ſuos ſolvere velint, licet, quemadmodum aſſeruit Ben Buchri.

ה אף על פי שאמרו אין ממשכנין נשים ועבדים וקטני׳ אם שקלו מקבלין מידן העב״ום והכותי ששקלו אין מקבלין מידן ואין מקבלין מידן קיני זבים וקיני זבות וקיני יולדות וחטאות ואשמות אבל נדרי׳ ונדבות מקבלין מידן זה הכלל כל שנידר ונידב מקבלין מידן וכל שאין נידר ולא נידב אין מקבלין מידן : וכן הוא מפורש על ידי עזרא שנא׳ לא לכם ולנו לבנות בית לאלוהינו :

V. Etiamſi autem dicant, mulieres ſervos & parvulos non oppignorari, ſi tamen (*ſiclum*) dare volunt, ab ipſis accipiunt. Si autem Idololatra aliquis aut Cuthæus (*ſiclum*) pendere vellet, ab illis non reciperent. Neque etiam ab illis recipiunt nidos profluvio laborantium, nec nidos puerperarum, nec ſacrificia pro peccatis aut reatu : Accipiunt tamen votiva & voluntaria munera ab ipſis. In ſumma, à (*gentili*) qui vovet & ſpontè offert accipiunt ; ab illo verò qui non vovet nec ſpontè offert non accipiunt. Hoc innuit *Eſras* dicens (cap. 4, 3.) *Non veſtrum & noſtrum eſt ædificare domum Dei noſtri.*

R. OB. DE BARTENORA.

מקבלין מידן *Recipiunt à manibus eorum*, ea conditione ut ſiclos omnes deferant ad cœtum, ne ſacrificium cœtus offeratur ex eo quod privati alicujus eſt. קיני זבים וזבות *nidos ſeminifluorum & ſeminifluarum*, turtures & pullos columbarum, quos ſeminiflui & ſeminifluæ offerre debebant. Sed hæc tractant tantum de Cuthæis, quia inter gentiles non habentur ſeminiflui, nec ſeminifluæ.

כל שנידר ונידב מקבלין מידן *Quicquid votivum aut voluntarium eſt, id recipiunt è manibus eorum*, docet Beraita quod ſcriptum eſt Levit. 22, 18. איש איש *vir vir*, id dicitur ad includendum gentiles, qui ut ipſe Iſraëlita vovere poſſunt vota, ac dona voluntaria; ſed ex hoc loco tantum holocauſtum eruimus ab illis offerri poſſe ; *quia ſcriptum eſt* אשר יקריבו ליהוה עולה. *Sed* undè eruitur ab ipſis offerri ſacrificium pacificum? ex eo quod dicitur לכל נדריהם. Sed undè includimus eos poſſe offerre aves, dona, vinum, Thus, & ligna? ex eo quod dicitur לכל נדריהם ולכל נדבותם.

כן הוא מפורש על ידי עזרא *Ita illud expoſitum eſt per Eſram*, quando Cuthæi Iſraëlitas adjuverunt, & miſerunt ad eos, dicentes, *ædificemus vobiſcum, nam vobiſcum ſciſcitabimur Deum veſtrum*, ſed reſponſum eſt ipſis, *non eſt veſtrum, neque noſtrum ædificare una domum Dei noſtri, nam vobis nulla eſt pars, nec jus, nec memoria Jeruſolymis.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit, *non recipiunt à manibus eorum nidos ſeminifluorum & ſeminifluarum &c.* vult, quod à manibus Cuthæorum non recipiunt ; ſed idololatra hæc non intelligit, neque unquam his operam dat. Dixerunt Sapientes, quod finis Miſnæ tractat de Cuthæis, propterea receperunt ab illis ſacrificia pro peccato, & ſacrificia pro reatu, nam quandoquidem expiationem intendit, forſan revertetur. Sed ab idololatra non recipiunt ſacrificia pro peccato, neque ſacrificia pro culpa, eo quod non ſunt votiva, neque dona voluntaria. Cæterum jam conſtat tibi quod nos non diſtinguimus inter Cuthæum & gentilem, cujus rei rationem tibi explicui in tractatu Berachot, uti dixerunt Sapientes, *decreverunt de illis, ut in omnibus haberentur gentiles* ; propterea ſecundum hanc regulam, quam tibi dixi, conſideres quid ab illis recipere licet. Deciſio vero hæc eſt, quod à gentili non recipiunt ſacrificium, niſi holocauſticum quod tantum ex votivis & voluntariis venit. Cæterum Gemara dicit, non recipiunt ab illis, neque ad foſſam aquarum, neque ad muros civitatis, ejuſque turres, nempe Jeruſolymorum: Quia ſeniores dixerunt, *non eſt veſtrum, neque noſtrum ædificare domum Dei noſtri; & vobis non eſt pars nec juſtitia nec memoria Jeruſolymis*, uti ſcriptum eſt.

ו ואלו שחייבין בקלבון לוים וישראלים וגרים ועבדים משוחררים אבל לא כהנים ונשים ועבדים וקטנים השוקל על ידי כהן על ידי אשה על ידי עבד על ידי קטן פטור ואם שקל על ידו ועל יד חבירו חייב בקלבון אחד רבי מאיר אומר ב׳ קלבונות הנותן סלע ונוטל שקל חייב שתי קלבונות :

6. Hi autem ſunt qui tenentur dare Collybum, Levitæ, Iſraëlitæ, Profelyti, ſervi manumiſſi: at Sacerdotes, mulieres, ſervi, & minorennes exemti ſunt. Si quis per Sacerdotem, mulierem, ſervum, minorennem permutaverit, (*à ſolutione Collybi*) liber eſt, ſi verò ipſe permutaverit, aut per ſocium ſuum, tenetur dare Collybum unum. R. Meir dixerat duos Collybos. Qui affert ſiclum duplum, & accipit ſiclos dimidios, tenetur dare duos collybos.

R. OB. DE BARTENORA.

קלבון Eſt vox compoſita è duabus, nimirum קל & בון, id eſt, res exigua quam addunt dimidio ſicli, ad menſurandum æquabiliter. השוקל על ידי אשה וגו׳ *qui ſiclum dederit per mulierem &c.* liber eſt, ut, ſi mutuo dederit illis; nam quia liberi ſunt à datione ſicli, ideo non tenentur de collybo dando. Cæterum ſi non mutuo dederit illis, ſed ſolverit pro illis, etſi ſolverit pro eo qui collybum tenetur dare, tamen liber eſt à collybo, uti dicit inferius. *Si dederit ſiclum pro ſe & ſocio ſuo*, quando mutuo dederit, ſermo hic eſt, & dederit ſiclum integrum, dimidium ſicli pro ſe, & dimidium ſicli quod mutuo dedit ſocio ſuo, tenetur de collybo uno; putat enim, eum, qui dederit dimidium ſicli in Lege limitatum, liberum eſſe à collybo, uti ſcriptum eſt, זה יתנו, ac ſi dixiſſet כזה יתנו *qualis hic ſiclus eſt, talem dabunt*, non plus; ſed duo qui dederint ſiclum integrum, unum tantum dant collybum. *R. Meyr dicit duos collybos*, quia putat quodlibet dimidium ſicli teneri de addictione col-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam conſtat tibi quod quilibet homo tenetur dare dimidium ſicli ; שקל autem de quo in Lege, in Miſna dicitur סלע, & סלע conficit duos שקלים ; & dimidia שקלים quærebantur in neceſſitatem hominum, qui inter ſiclum integrum, & inter duo dimidia parum argenti dabant ob permutationem, quod vocabant קלבון *collybum*. Quando autem duo dederunt ſiclum integrum pro ambobus, dicimus quod dederunt unum קלבון in ſanctitatem, & hoc eſt quod intereſt inter valorem ſicli & dimidii ſicli. Sed R. Meyr dicit, quod tenentur duos dare collybos, quia, ſi quilibet eorum duo dimidia ſicli ſumere voluerit pro uno ſiclo, unus collybus addendus ſit; & quandoquidem non attingit pondus dimidii ſicli niſi poſt dationem collybi, quilibet eorum amborum tenetur dare unum collybum. *Si vero quis dederit ſiclum pro ſe, & pro eo qui non tenetur dare ſiclum, uti ſunt mulieres & ſervi*, quando datio ſicli illius dimidii ſit ex beneficentia, non ex debito, tum non tenetur dare collybum. Et omnes

collybi, & propterea duos, qui dederint ſiclum integrum, duos debere addere collybos; at deciſio non eſt juxta R. Meyr.

סלע הנותן *Qui dederit ſiclum*, qui ſiclus integer eſt penes numularium pecuniæ ſanctæ, qui dimidium ſuum de eo ſumit; nam שקל *ſiclus* de quo hic ſermo eſt, tantum eſt dimidium ſicli. חייב שתי קולבונות *tenetur dare duos collybos*, in hoc caſu concedit primus doctor, ut duos dent collybos, unum collybum pro mantiſſa dimidii ſicli, quam capit de ſancto; & alterum, quia non dedit dimidium ſicli, uti limitatum eſt in Lege; ideo tenetur ad collybum.

omnes doctores in eo conveniunt, quod, ſi quis dederit סלע ad recipiendum ab homine qui accepit שקלים *ſiclos*, dimidium ſicli, & per computum ſumpſerit, pro homine qui tenetur dare ſiclum, dimidium ſicli, tum det duos collybos, unum quem debet pro dimidio ſicli quem ſumpſit pro סלע, & alterum quem debet pro eo quem dederit pro ſe ipſo, aut ſocio ſuo; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

ז השוקל על ידי עני ועל ידי שכנו ועל יד בן עירו פטור ואם הלוום חייב האחין והשותפין שחייבין בקלבון פטורין במעשר בהמה וכשייבין במעשר בהמה פטורין מן הקלבון וכמה הוא קלבון מעה כסף דברי רבי מאיר וחכמים אומרים הצי:

7. Qui ſolvendo ſiclum (*permutat*) per pauperem, per vicinum ſuum, per concivem ſuum (*à Collybo*) liber eſt. Si verò ipſis mutuò dedit, tenetur. Fratres illi qui ſocietatem inter ſe inierunt, ſi tenentur ad Collybum, liberi ſunt à ſolutione decimarum animalium; & ſi non liberi ſunt à decimis beſtiarum, liberi ſunt à Collybo. Quantus autem eſt Collybus? Secundùm R. Meir, eſt obolus argenteus; ſecundùm Sapientes verò eſt dimidia pars ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

השוקל על ידי עני *Qui dederit ſiclum per pauperem*, pro paupere, liber eſt, quia dedit dono. האחין השותפין *fratres qui ſocietatem inierunt inter ſe*, qui bona paterna diviſerunt, & deindè ſocietatem inierunt, non tenentur ad collybum ſolvendum, uti duo homines alii qui dederunt ſiclum integrum.

פטורין במעשר בהמה *Liberi ſunt à decimis beſtiarum*, omnes beſtiæ quæ natæ fuerint illis in ſocietate, non tenentur ad decimas, uti expoſitum eſt capite ſecundo Bechorot, id quod dictum eſt Exod. 13, 12. יהיה לך *quod tui fuerit*, non quod ſocietatis fuerit; qui verſus exponitur de decimis etſi dicatur de primogenitis.

שחייבין במעשר בהמה *Quando tenentur ad decimas beſtiarum*, quando bona non diviſerint, tum tenentur ad decimas, uti expoſuimus; & forſan etiam quando vi poſſeſſionis ſibi acquiſiverint? non, ſcriptura dicit יהיה Exod. 13, 12. id eſt, quovis tenentur modo. פטורין מן הקלבון *liberi ſunt à collybo*, quia bona patris in eadem ſunt poſſeſſione, & pater cenſetur dare pro filiis ſuis ſiclum, & pro vicinis ſuis, quod ipſi liberum eſt. מעה כסף *Meah argentea*, eſt viceſima quarta pars ſicli, & pondus illius eſt ſedecim grana hordei; dimidium Meah eſt quadrageſima octava pars ſicli, & pondus illius octo grana hordei; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Is cui nata eſt beſtia, tenetur ad decimas, ſed is qui emit beſtiam ab alio, non tenetur ad decimas ſeparandas. Sed fratres qui ſocietatem inierunt quod ad bona paterna, non tenentur ad collybum dandum, quia unius ſunt hominis inſtar. Cæterum tenentur ad ſeparandum decimas beſtiarum, ex eis quas pepererunt oves, & vaccæ eorum, uti exponetur. At quando unus ab altero ſe abſtraxerit, & bona diviſerint, quilibet eorum habetur ac ſi emiſſet à ſocio ſuo partem quæ ad ſe pertineret, & non tenentur ad decimas ſeparandas pro beſtiis illis natis quas diviſerunt. Sin autem dederint ſiclum pro ambobus poſt diviſionem, tenentur ad collybos.

מעה כסף *Meah argentea*, conficit dimidium ſextæ partis dimidii ſicli, eſtque viceſima quarta pars סלע *ſicli*, & pondus illius facit ſedecim grana hordei. וחכמים אומרים חצי *Sapientes dicunt, dimidium*, dimidium Meah, eſtque pondus octo granorum hordei; deciſio eſt juxta Sapientes.

SURENHUSIUS. על ידי עני quæ verba Otho interpretatur *per pauperem*, ita ut vox על ידי ſignificet *per*, quo ſenſu ubique exponit: vide Miſnam ſextam, nec non tertiam, ubi על ידו ipſi eſt *per quem*; verum Maimonides, Bartenora & Jomtobus explicant per vocem בשביל *pro*, ut ſenſus ſit, quod filius vel pater non debet deſiſtere à pio ſuo zelo, ſi ſemel pro filio minorenni ſolutus ſit ſiclus à patre, uti Miſna tertia. Nam non quæritur an pater vel filius abſtineat à ſolutione ulteriori inſequentis anni, ſi per filium minorennem ſolverit pater; nam ſive pater ipſe ſolverit, ſive filius, ſive alius quiſpiam in nomine ſuo, res eadem eſt, & anno futuro non minus denuo quam præcedenti ſolvere tenetur. Sed ſenſus Miſnæ eſt, quod ſi pater uno anno pro filio ſolverit, tenetur quoque annis ſubſequentibus pro ipſo ſolvere. Inſpice expoſitionem Maimonidis in hanc Miſnam ſub finem. Eodem ſenſu intelligendum eſt quod dicitur Miſna ſexta השוקל על ידי כהן על ידי אשה על ידי עבד על ידי קטן פטור Nimirum, quod is qui ſolverit (dono) pro ſacerdote, pro muliere, pro ſervo, aut pro minorenni, liber ſit à collybo addendo; non quod liber ſit à collybo ſi per eas perſonas ſolverit: nam hæc hypotheſis Rabbinica eſt, שליח של אדם כמותו *quod quis per alium facit, id is ipſe feciſſe cenſetur.* Cum his conſentit illud על ידו *pro ſe*, ubi Bartenora בשבילו *pro ſe*, & Jarchius על ידי עצמו *pro ſe ipſo*.

פרק ב מצרפין שקלים לדרכונות מפני משוי הדרך כשם שהיו שופרות במקדש כך היו שופרות במדינה בני העיר ששלחו את שקליהם ונגנבו או שנאבדו אם נתרמה התרומה נשבעין לגזברין ואם לאו נשבעין לבני העיר ובני העיר שוקלין תחתיהן נמצאו או שהחזירום הגנבים אלו ואלו שוקלין ואין עולין להן לשנה הבאה:

Caput 2. Conflabant ſiclos in Darconoth, propter onus viæ. Sicuti in Sanctuario erant ciſtulæ, ita quoque erant in provincia. Si accidit ut aliqua urbs ſiclos ſuos miſerit, & illi furto ſurripiantur, aut perdantur, ſi (*pecunia*) jam oblata fuerit, jurant legati *quæſtoribus*; ſi verò nulla (*adhuc oblatio facta*) jurant concivibus ſuis: & urbs illa loco horum (ſiclorum) alios mittit. Si pecunia illa iterum reperitur, aut illam reddant fures, & hæc & illa ſumma traditur, nec ipſis proſunt anno ſequenti.

R. OB. DE BARTENORA.

מצרפין שקלים *Conflant ſiclos*, concives qui ſiclos ſuos conjunxerunt, eos conflare poſſunt in *Darconot*, quæ eſt moneta aurea, uti ſcriptum eſt Ezræ 2, 69. דרכוני זהב hoc autem ad levandum onus viæ. שופרות erant ciſtæ quarum os ſuperius anguſtè deſinebat, in forma buccinæ cujus os ſuperius anguſtum eſt, & inferius latius pergit, eum in finem ne indè quid auferrent, uti ſcriptum eſt 2 Reg. 13, 10. ויקח יהוידע הכהן ארון אחד ויתנהו בהיכל וכו׳ ſtabant autem in atrio, & quilibet adducens ſiclum reponebat in ciſtam illam.

כך היו שופרות במדינה *Sic etiam erant ciſtæ in provincia*, Jeruſolymis, ſed juxta R. Moſche in reliquis urbibus terræ Iſraëlis. בני העיר שלחו את שקליהם *Cives qui miſerunt ſiclos ſuos*, per nuncium, qui deferret eos ad conclave. אם נתרמה התרומה *ſi oblata fuerit oblatio prima*, nam è ciſtis ſolebant offerre in neceſſitatem oblationum, & offerebant pro exactis, & pro iis quæ exigenda erant, ut illi qui nondum ſiclos ſuos dederant, etiam participarent de ſacrificiis.

נשבעין לגזברין *Jurabant quæſtoribus*, legati jurabant quæſtoribus, nam quandoquidem oblatio prima jam oblata erat pro nummis illis antequam perditi eſſent, res ſe habet, ac ſi eſſent in poteſtate quæſtoris eo tempore quo oblatio prima oblata eſt pro illis; & quando furto ſurripiuntur aut perduntur, furto ſurripiuntur & perduntur in poteſtate quæſtoris, idcirco legati jurant quæſtoribus, & eo modo liberi ſunt. Et quamvis non jurent ſuper rebus ſanctis, hoc tamen jusjurandum inſtituerunt Sapientes, ne res ſanctas parvi penderent homines.

ואם לאו *Sin minus*, quando oblatio prima nondum oblata fuerit eo tempore quo furto ſurrepti aut perditi fuerint nummi, & nummi etiam è ciſta nondum deprompti fuerint pro eo quod exigendum erat, in poteſtate poſſeſſoris perditi ſunt, idcirco jurabant legati civibus, & eo modo liberi erant. Et cives alios ſiclos loco illorum reſtituebant, eo quod primi ſicli ſurrepti & perditi non liberant eos à debito ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דרכון Continebat duos סלעים; dicit autem quod conflabant ſiclos argenteos pro nummis aureis, ut onus viæ eſſet eo facilius. שופרות erant ciſtæ in forma buccinæ quibus imponebant collectos nummos; & rationem hujus formæ etiam exponemus. Quod dicit נשבעין *jurabant*, vult, quod legati ſiclum adferentes jurabant. Gemara vero decidit, hos legatos eſſe præmio conductos cuſtodes; ſed ex fundamentis juris eſt, quod cuſtodes præmio conducti tenentur ad furtum compenſandum, & id quod perditum eſt, uti exponetur ſuo loco, niſi illis vis illata fuerit. Propterea dixerunt, id quod dicitur ונגנבו *& furto ſurrepti fuerint*, accipiendum ſit de prædonibus, qui armis inſtructi in viis vagantur, quo modo maxima cuſtodibus infertur vis. Et quod dicitur אבדו *perierint*, accipiendum ſit de caſu iſtiuſmodi, quo navis in mari confracta eſt, quæ etiam vis eſt; propterea tantum tenentur ad jusjurandum.

שנתרמה התרומה *Quando oblata eſt oblatio prima*, hoc ſenſu, quando colligebant nummos ſiclorum, reponebant eos in aliquod conclave, & cum illic eſſent nummi, ſumebant indè partem ſuam, quam educebant in neceſſitatem ſacrificiorum, donec conſumpta erat pars illa educta, & deindè educebant aliam partem. Quando autem educebant partem illam quæ educebatur de ſiclis collectis, intendebant eam educere ad ſacrificia, pro ſiclo jam exacto & exigendo, ut ſacrificia illa quæ ſacrificanda erant ex illis ſiclis, non tantum eſſent ex nummis de quibus jam datus eſſet ſiclus; & relinquerentur illi qui nondum dederant ſiclos ſuos privatos de ſacrificiis illis. Et hoc eſt quod Sapientes dicere volunt, dicendo, *ſeparant pro exacto & pro exigendo*. Sic etiam in quocunque loco dictum audiveris, *ſi oblata fuerit oblatio prima*, id eſt, quando ſumpſerunt partem aliquam ſiclorum, quam eduxerunt ad conſumendum illam in neceſſitatem ſacrificiorum.

ואם לא נתרמה התרומה *Et ſi nondum oblata fuerit oblatio prima*, id eſt, quando nondum ſepararunt quicquam de ſiclis jam collectis. Dicit autem hoc loco Miſna, quod, ſi oblatio prima jam oblata fuerit, & deindè perierint nummi, legati jurabant quæſtoribus; nam quia oblatio prima jam oblata eſt, res conſideratur, ac ſi nummi ſint in poteſtate quæſtoris, etſi non pervenerint ad illum. Nam hypotheſis eſt nobis, uti tibi dixi, quod ſeparabant etiam pro ſiclo adhuc exigendo. Sin autem nondum ſeparatum eſſet quicquam de nummis, neque conſumpſiſſent quicquam de illis, jurabant legati civibus quod vi ſurrepti erant, dabantque ſiclos ſuos ſecunda vice, quia oblatio prima nondum oblata erat pro illis. Quando autem miſiſſent ſiclos ſuos per cuſtodes ſine mercede, eo quod illi tenebantur ad hoc munus, omnino ſolvere debebant. Legati vero neceſſario jurare debent, etſi cives dicant, ſolvemus ſecunda vice, & non adigemus eos ad jusjurandum, non audiant eos, eo quod conſtitutio Sapientum eſt, ſanctum exire ſine jurejurando.

ב הנותן שקלו לחבירו לשקול על ידו ושקלו על ידי עצמו אם נתרמה תרומה מעל השוקל שקלו ממעות הקדש אם נתרמה תרומה וקרבה הבהמה מעל ומדמי מעשר שני ומדמי שביעית יאכל כנגדן:

2. Qui dat ſiclum ſuum ſocio ſuo, ut tradatur per manus ejus, & ipſe illum pro ſemet tradiderit, ſi jam oblatio facta eſt de (*nummis*) ſolutis, prævaricatur, ſiclus enim ejus ex pecuniis ſanctis eſt. Si oblatio facta, afferet ſacrificium prævaricationis. Si (*dederit ſiclum*) ex nummis decimarum ſecundarum aut ex nummis anni ſeptimi, edet loco ipſorum.

R. OB. DE BARTENORA.

הנותן שקלו לחבירו לשקול על ידו *Qui dederit ſiclum ſuum ſocio, ut ſolvat pro ſe*, & legatus ille ſolverit pro ſeipſo. אם נתרמה התרומה *ſi oblata fuerit oblatio prima*, antequam dederit ſiclum quæſtori; *prævaricatus eſt*, ille qui ſolvit pro ſeipſo; nam ſimul ac oblatio prima oblata eſt pro eo quod exigendum erat, ſiclus ille, quem ei dederit ſocius ſuus, ut ſolveret pro illo, erat in poteſtate ſanctitatis. Et quando eum dederit pro ſeipſo, utilitatem cepit de ſancto; nam ſi ſiclum illum non dediſſet pro ſeipſo, ab ipſo pignus poſtulaſſent, uti dixit Miſna capite antecedenti, *quando ſedebant in templo, incipiebant pignora ſumere*, unde fiet, ut utilitatem capiat de ſanctis, & teneatur ad ſacrificium prævaricationis.

השוקל שקלו מן הקדש *Qui ſolverit ſiclum ſuum de ſancto*, quando in poteſtate illius erant nummi ſanctificati in reparationem templi, & quum putaverat nummos eſſe profanos, ſolvit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם נתרמה תרומה מעל *Si oblata fuerit oblatio prima, prævaricatus eſt*, juxta fundamentum quod tibi dixi, nempe quod, ſi oblata fuerit oblatio prima, ſeparabant pro ſiclo exacto & adhuc exigendo; ille vero ſiclus, quando eum quis dederit ſocio ſuo, ſtatim fit ſanctus, & quando eum is ſeparavit, ac pro ſeipſo dedit, utilitatem cepit de ſancto, & propterea tenetur ad ſacrificium prævaricationis. Utilitas autem, quam indè capit, eſt, quod ab eo non poſtulant pignus, uti ſupra dictum eſt; ab omni eo qui non ſolvebat ſiclum, petebant pignus. Et hæc eſt utilitas ob quam tenebatur ad ſacrificium prævaricationis, ad implendum præceptum; nam hypotheſis nobis eſt, quod è præceptis utilitatem capere non licet. Si vero ſiclum ſuum dederit de nummis ſanctis, quos in poteſtate ſua habebat, poſt oblationem primam oblatam, & poſtquam pro illa oblatione prima emiſſet beſtiam, quam ſacrificavit, tum tenetur ad ſacrificium præ-

ſolvit illis ſiclum ſuum, & oblata eſt oblatio prima, qua emerant beſtiam, eamque ſacrificarunt, tum ille qui ſiclum dederit, tenetur ad ſacrificium prævaricationis. Sed non antea, quia ſanctitas illa manet ſanctitas uti erat, in quocunque loco fuerit, & non mutatur. Quando autem beſtia ſacrificata eſt, & illius intentio eſt eam veniſſe ex pecunia cujuſlibet qui dederit ſiclum pro oblatione prima ærarii, res conſideratur, ac ſi emiſiſet beſtiam pecunia ſancta, eamque ſacrificaſſet, & utilitatem cepiſſet exindè, eo quod ab eo non ſumſerunt pignus pro ſiclo ſuo, ideo tenetur ad ſacrificium prævaricationis. Principium Miſnæ dicentis, *quando quis ſocio dederit ſiclum ut ſolvat pro illo, at ille ſolvit pro ſeipſo, prævaricatus eſt*, etiam accipiendum eſt de ſacrificatione beſtiæ poſtquam oblata eſt oblatio prima; ſed hoc non dixit autor in principio, quia utitur fine Miſnæ, quod exponit prævaricationem amborum. Ratio autem, quare non prævaricatur ſimulac ceperit indè utilitatem, hæc eſt, quia non datur prævaricatio, niſi quis ſeparat de ſancto pro profano, ſed qui ſeparat de ſancto pro ſancto, etſi inde utilitatem capiat, non prævaricatur, niſi poſtquam ipſam actionem jam effecerit in ſanctificatione ſecunda, ita indicatur in Talmude Jeruſolymitano. יאכל כנגדן *comedet loco eorum*, adferet ſiclum, & dicet, *in quocunque loco decimæ ſecundæ fuerint, aut pecunia fructuum anni ſeptimi, profanantor pro hoc ſiclo*: nam ſanctitas fructuum anni ſeptimi commutatur cum pecunia illius, & deinde comedet illos fructus quos emerit pro illo ſiclo Jeruſolymis, uti poſtulat jus decimarum ſecundarum; vel comedet eos cum ſanctitate fructuum anni ſeptimi, ſi fructus quos profanaverat, eſſent fructus anni ſeptimi.

varicationis; quia hoc ſanctum eſt in quocunque fuerit loco ſine ulla mutatione. Quando autem ſacrificaverint beſtiam, de qua intentio eſt quod ea provenit de nummis cujuſlibet qui dederit aliquid ad oblationem primam ærarii, res ſe habet, ac ſi nummis ſanctitatis emiſſet beſtiam, eamque ſacrificaſſet, quo modo liberatur à debito pignoris; & quia utilitatem cepit indè, tenetur ad ſacrificium prævaricationis. Si vero dederit ſiclum de nummis decimarum ſecundarum, comedet loco illius tantum Jeruſolymis, juxta jus decimarum ſecundarum. Cæterum ſi eſſet de decimis fructuum anni ſeptimi, comedet etiam tantundem loco illius de aliis, cum ſanctitate fructuum anni ſeptimi, uti expoſuimus ſuo loco.

ג המכנס מעות ואמר הרי אלו לשקלי בית שמאי אומרים מותרן נדבה ובית הלל אומרים. מותרן חולין שאביא מהן לשקלי שוין שמותרן חולין אלו להטאת שוין שהמותר נדבה שאביא מהן לחטאת שוין שמותרן חולין:

3 Qui ciſtulæ nummos immittit, & dicit, Ecce, illi ſunt pro ſiclo meo: Schamæani dicunt, illos quos nondum immiſit (*poſſe*) ad ſpontaneam oblationem (adhiberi.) Hilleliani verò dicunt, illos quos nondum immiſit, profanos eſſe. Conſentiunt verò utrinque, quod ſi ex (*nummis*) aliquos immitterem ad ſiclum meum pendendum, reſiduum ipſorum profanum eſſet. Item (ſi dicerem) illud (*quod reſiduum eſt*) ſit pro peccato meo, etiam *conſentiunt*, reſiduum ad ſpontaneam oblationem (*adhiberi poſſe.*) Conſentiunt etiam, ſi aliquid immitterem pro peccato, reſiduum profanum eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

המכנס מעות *Qui colligit nummos*, qui paulatim de moneta ad monetam colligit pro ſiclo ſuo, dicens, quando colligere incipit, *hi nummi erunt pro ſiclo meo*. Quando autem inceperit computare id quod collegit, deprehendit plus eſſe quam ſiclum.

בית שמאי אומרים מותרן נרבה *Schola Schamai dicit, reſiduum eorum eſt donum voluntarium*, reponetur in ciſtulas templi, ad ſacrificandum pro nummis eorum ſacrificia holocauſtica. Sed Schola Schamai ſequitur opinionem ſuam, & dicit, quod ſanctificatio ex errore facta, ſit ſanctificatio. בית הלל אומרים מותרן חולין *Schola Hillelis dicit, reliquiæ ſunt profanæ*, quia homo ille non intendebat ſanctificationem, niſi ad quantitatem ſicli. אביא מהן לשקלי שוין שמותרן חולין *adducam ex illis pro ſiclo meo, conveniunt, quod reliquiæ profanæ ſint*, nam res eſt, ac ſi clarè dixiſſet, ſi plus quam ſiclum collegero, adducam ſiclum, & reſiduum profanum erit. אלו לחטאת *hi erunt pro ſacrificio pro peccato*, ſi nummos collegerit, & dixerit, *hi erunt in ſacrificium meum pro meo ſacrificio pro peccato*, tum Schola Hillelis dicit, quod reſiduum ſit donum voluntarium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes in eo conveniunt, quod, ſi quis eduxerit nummos in manum ſuam, & dixerit, *hi erunt pro meo ſiclo*, neceſſe ſit ut ſolvat ſiclum ſuum, uti jam expoſuimus. Quod autem remanſerit, donum voluntarium eſt, nimirum, ut ſacrificetur pro ea pecunia holocauſtum voluntarium, uti expoſitum eſt. Id autem, in quo diſſentiunt Schola Schamai & Schola Hillelis, eſt hoc, ſi quis paulatim collegerit nummos, & dixerit, quando inceperit colligere, *hi erunt pro meo ſiclo*. Ad hoc Schola Hillelis dicit, quod reliquiæ, nimirum, id quod reſiduum fuerit de ſiclo, ſint profanæ. Sed Schola Schamai dicit, quod ſit donum voluntarium; & hoc eſt quod dicunt in Talmude Jeruſolymitano, *in quo diſſentiunt? in eo, ſi quis colligerit* פרטרט *de moneta ad monetam.*

ד אמר רבי שמעון מה בין שקלים להטאת שקלים יש להן קיצבה ולחטאת אין לה קיצבה. רבי יהודה אומר אף לשקלים אין להם קיצבה שכשעלו ישראל מן הגולה היו שוקלים דרכונות חזרו לשקול סלעים חזרו לשקול טבעין ובקשו לשקול דינרין אר"ש אף על פי כן יד כולן שוה אבל חטאת זה מביא בסלע וזה מביא בשתים וזה מביא ב׳ג:

4. Dixit Rabbi Simeon, Quænam eſt differentia inter (*nummos*) qui ad ſiclum pendendum (*immittuntur*,) & inter nummos qui pro peccatis (*ſolvuntur?*) Siclis eſt quædam ſumma determinata; (*nummis*) verò pro peccato, nulla certa ſumma conſtituta eſt. Regerit R. Jehuda; imò circa Siclos determinatio nulla eſt. Nam cùm Iſraëlitæ ex captivitate aſcendebant, ſolvebant Darconot, & deinde iterum Selaim: poſtea ſolvebant dimidium ſiclum, imò tandem ſolummodò denarios ſolvere voluerunt. Reſpondit R. Simeon, Etiamſi res ita ſe habeat, tamen ſemper idem omnes (pro ſiclis ſolverunt;) At pro peccato unus ſolvit unum ſiclum, alter duos, tertius tres.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

מה בין שקלים לחטאת *Quid intereſt inter ſiclos & ſacrificium pro peccato*, nam differunt ſicli, ſi quis collegerit nummos, & dixerit, *hi erunt pro ſiclo meo*; dixit Schola Hillelis, quod reſiduum eorum ſit profanum. Sed de ſacrificio expiationis pro peccato concedit Scholæ Schamai, quod reſiduum ſit donum voluntarium.

שקלים יש להן קצבה *Siclis data eſt limitatio*, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 30, 15. העשיר לא ירבה וגו׳ Propterea certum eſt hunc nihil intendiſſe præter ſiclum, & quod reſiduum eſt, ſanctificatum eſſe ex errore. Sed ſacrificio pro peccato non data eſt limitatio, & ſi voluerit adducere ſacrificium pro peccato pro nummo argenteo, adducat; aut, ſi voluerit id adducere pro multis nummis, adducat; & propterea omnes nummi quos collegerit, ſanctitate donati ſunt, & ideo reſiduum eorum fit donum voluntarium.

היו שוקלים דרכמות *Solvebant Darconot*, erat monetæ genus penes Medos, quam Iſraëlitæ ſecum ex captivitate adduxerunt, & valuit duos Selaim, erat etiam moneta hæc aurea, & ea mercaturam exercere ſolebant. Et quemadmodum ſub templo primo, quando moneta erat ordinaria ex ſiclis, dabant ſicli dimidium, ſic etiam nunc, quando moneta ordinaria erat ex Darconot, dabant dimidium Darcon.

חזרו לשקול סלעים *Iterum ſolvebant Selaim*, quando ceſſavit monarchia Medorum, abrogata eſt moneta Darconot, & inceperunt mercaturam exercere Selaim, quæ prima moneta fuit ſub templo primo, & dederunt rurſus dimidium ſicli, uti in principio.

חזרו לשקול טבעין *Iterum ſolverunt Tebhaim*, iterum moneta Tebhaim viguit, *quæ eſt dimidius ſiclus*; voluerunt igitur dare dimidium hujus monetæ, quod eſt unus denarius, quia Sela quatuor denarios valet; ſed hoc noluit ſenatus concedere, quia ſiclum juxta Legem quidem poterant addere ſecundum mutationem monetæ eo tempore vigentis, verum de Siclo Legis diminuere non licet. Undè conſtat, quod ſiclis etiam non data eſt limitatio, quia ſicli aliquando erant majores, aliquando minores; ſed tamen nunquam dabant quicquam præter dimidium ſiclum qui eo tempore in uſu erat. אף על פי כן יד כלן שוה *nihilominus manus omnium erat æqualis*, id eſt, nihilominus ſicli non ſunt ſimiles ſacrificio pro peccato, quia ſemper medius ſiclus apud omnes æqualis erat, unus non plus dans quam alter. Sed ſacrificium pro peccato nunquam fuit æquale; quia unus illud adducebat pro ſiclo, & alter pro duobus aut tribus. Et ita eruitur quod ſententia Scholæ Hillelis ſe habet uti R. Schimeon dicit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Schimeon dat rationem verborum Scholæ Hillelis, dicentis ſuperius, ſi quis collegerit paulatim nummos pro ſiclo ſuo, illorum reſiduum eſt profanum, & ſi quis collegerit paulatim nummos in ſacrificium pro peccato, reſiduum eorum eſt donum voluntarium. Dicit autem, quod ſiclis data eſt limitatio, eo quod dictum eſt Exod. 30, 15. העשיר לא ירבה והדל לא ימעיט ממחצית השקל Propterea reſiduum eſt profanum; ſed ſacrificium pro peccato emitur denario, immo mille denariis, propterea quicquid collegerit, ſanctitatem recipit, & emere licet pro eo ſacrificium pro peccato, & reliquum erit pro ſacrificio holocauſtico voluntario. Sed R. Jehuda diſſentit à R. Schimeone, & conatur infringere rationem illius, dicens illi, quod ſiclis non data eſt limitatio, eo quod olim populus pro ſiclo dedit quantitatem magnam, & parvam etiam; nam quando aſcendebant ex captivitate, ſolvebant דרכנות, id eſt ordinaria moneta illius erat דרכנות, quæ erat duplex סלע, quam ponderabant pro dimidio ſicli.

חזרו לשקול סלעים *Iterum ſolvebant Selaim*, & dabat homo ſiclum, qui erat dimidium Selæ. חזרו לשקול טבעין *deindè ſolvebant Tebhain*, qui ſunt dimidium Selæ; dabat autem homo pro dimidio ſicli integrum ſiclum, quod eſt dimidium ſicli juxta Legem; quia סלע eſt שקל juxta Legem; neque licet minus quam quantitatem in Lege præſcriptam pro ſiclo dare, ſed plus dare licet, prout moneta mutatur.

בקשו לשקול דינרים *Voluerunt ſolvere denarios*, denarius eſt quarta pars Selæ, nam Sela quatuor denarios valet, undè fiet ut dimidium ſicli, quod quilibet ſolvere tenebatur, ſit denarius, qui facit Sex Meahs argenteas, uti expoſuimus; at hoc non conceſſerunt populo. R. Jehuda etiam putat, quod ſiclis illis non ſit certum pondus, ſed eos eſſe cujuſlibet monetæ dimidium. Sed R. Schimeon illi reſpondet, dicens, *etſi ita ſit res, nihilominus manus omnium erat æqualis*, eo tempore quo dabant Selaim, quilibet dabat Selam, & unus non dabat minus, nec alter plus. Sic etiam quando dabant ſiclos, quilibet dabat ſiclum ſuum, & nullo unquam tempore unus dabat plus quam alter. Sed ita non eſt comparatum cum ſacrificio pro peccato; & ratio, quam dedit R. Schimeon, veriſſima eſt.

ה מותר שקלים חולין מותר עשירית האיפה מותר קיני זבין קיני זבות וקיני יולדות וחטאות ואשמות מותריהן נדבה זה הכלל כל שהוא בא לשם חטאת ולשם אשם מותריהם נדבה מותר עולה לעולה מותר מנחה למנחה מותר שלמים לשלמים מותר פסח לשלמים מותר נזירים לנזירים מותר נזיר לנדבה מותר עניים לעניים מותר עני לאותו עני מותר שבוים לשבויי מותר שבוי לאותו שבוי מותר המתים למתים מותר המת ליורשיו ר׳ מאיר אומר מותר המת יהא מונח עד שיבא אליהו רבי נתן אומר מותר המת בונים לו נפש על קברו׃

5. Reſiduum ſiclorum profanum eſt. Reſiduum decimæ partis Ephæ, reſiduum columbarum profluvio laborantium, & columbarum puerperarum, ut & (*oblationum*) pro peccato & reatu, poſſunt ad ſpontaneam oblationem adhiberi. In ſumma, omnium, quæ offeruntur ſub nomine peccati aut reatus, reſidua, oblatio ſpontanea fiunt. Reſidua pecuniæ ad holocauſtum (*conſecrata*,) ad holocauſtum (impendi debent.) Reſidua Minchæ ad Mincham. Reſidua ſacrificiorum pacificorum, ad ſacrificia pacifica. Reſidua paſchatis ad ſacrificium pacificum. Reſiduum Naſiræorum pro Naſiræis. Reſiduum Naſiræi ad ſpontaneam oblationem (*impendi debet*.) Reſiduum pauperum venit ad pauperes. Reſiduum pauperis, ad illum ipſum pauperem. Reſiduum Captivorum impenditur in captivos. Reſiduum captivi, in illum Ipſum captivum. Reſiduum mortuorum in mortuos. Reſiduum mortui ad hæredes ejus (*venit*.) R. Meir inquit, Reſiduum mortui relinquatur uſquedum venerit Elias. R. Nathan inquit, ex Reſiduo mortui ædificant ipſi monumentum ſuper ſepulchrum ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר שקלים חולין *Reſiduum ſiclorum profanum eſt*, qui collegerit nummos & dixerit, hi erunt pro ſiclo meo, at quando computare inceperit id quod collegerit, & invenerit reſiduum quid, reſiduum illud profanum eſt, uti vult Schola Hillelis.

עשירית האיפה *Decima pars Ephæ*, quam offerebat is qui in extrema paupertate verſabatur, & ſi nummos ſeparaverat, & quid reſiduum fuerat, id erat pro dono ſpontaneo; nam omne reſiduum ſacrificii pro peccato, & ſacrificii pro reatu, donum eſt ſpontaneum, ad emendum holocauſta ad æſtivandum altari; decima pars Ephæ erat loco ſacrificii pro peccato.

מותר עולה לעולה *Reſiduum holocauſti pro holocauſto*, ſi quis ſeparaverit nummos ad emendum holocauſtum & quod remanſerit, adducet aliud pro illo reſiduo holocauſtum. מותר פסח לשלמים *reſiduum Paſchatis eſt pro ſacrificio pacifico*, uti ſcriptum eſt Deut. 16, 2. וזבחת פסח ליהוה אלהיך צאן ובקר Sed quomodo Paſcha è *jumento* fieri poterat? ſed vult dicere, quod reſiduum Paſchatis ſit pro ejuſmodi re quæ venit de ovibus, & jumento, uti eſt ſacrificium pacificum.

מותר שבויים *Reſiduum captivorum*, ſi eleemoſynam exegerint ad redimendum captivos, & nummi remanſerint, cuſtodiunt eos donec alios iis redemerint captivos. Verum ſi expreſſè quis dixerit nummos eſſe pro iſtiuſmodi captivo, ille captivus acquirit reſiduum.

מותר נזירים *Reſiduum Nazyræorum*, quando collegerint nummos pro ſacrificiis Nazyræorum, & remanſerit quicquam, cuſtodiunt illud donec eo emerint ſacrificia aliorum Nazyræorum; ſin unus Nazyræus ſeparaverit nummos pro ſacrificiis ſuis, & remanſerit quicquam, illud reſiduum eſt pro dono ſpontaneo ad æſtivandum altare. מותר עניים *reſiduum pauperum*, ſi collegerit nummos ad emendum veſtimentum, & remanſerit quicquam, dant illud reſiduum pauperi illi.

מותר המתים *Reſiduum mortuorum*, ſi quis exegerit nummos ad ſepeliendum mortuum, reſiduum mortuis aliis erit; ſi dixerit pro *hoc mortuo*; reſiduum hujus mortui erit pro hæredibus ſuis, nam mortuus id quod in honorem illius impendi debuiſſet, donat hæredibus ſuis.

יהא מונח עד שיבא אליהו *Reſiduum relinquatur donec venerit Elias*, dubitat enim an mortuus vilitatem ſuam donare poſſit hæredibus ſuis, & propterea relinquatur donec Elias venerit. בונין לו נפש על קברו *ædificant illi monumentum ſuper ſepulchrum*, putat R. Natan, quod mortuus non donare poſſit hæredibus id quod ipſi honori eſt, nempe, pecuniam in ſepulturam ſuam rite impendendam, propterea illi ædificant monumentum ſuper ſepulchro, quia mortuus jam illud ſibi acquiſivit; deciſio eſt juxta Doctorem primum. Sin autem exegerint nummes ad ſepeliendum mortuum, quia putabant quod ipſis non erat pecunia ad ſepeliendum illum, at poſtea invenerint ei tantum eſſe quantum ad ſepulturam ſufficiebat, non dicimus eodem ſenſu quod reſiduum mortui ſit pro hæredibus, eo quod exactio ex ignorantia facta eſt; ita innuitur in Talmude Jeruſolymitano. Propterea etiam in Talmude Jeruſolymitano & Babylonico monſtratur, quod ubicunque fuerint ſeptem deputati civitatis, aut unus Sapiens civitatis, omnia illic negotia cœtus reſolvantur dicto illius, ut, ſi mutare voluerit reſiduum captivorum, aut reſiduum pauperum, aut reſiduum mortuorum, mutare poſſit cum eo quocum voluerit, & id conſumere prout tempus poſtulat, ut nullus ipſum impediat, & ita ſemper docemus juxta id quod jus operis poſtulat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מותר שקלים חולין *Reſiduum ſiclorum profanum eſt*, hæc opinio eſt Scholæ Hillelis, & eo modo quo diximus. ועשירית האיפה *& decima pars Ephæ*, hoc eſt ſacrificium pro peccato, quod offerebat pauper, quando illi non erat facultas adferendi ſacrificium de avibus, & hoc propter jusjurandum temerarium, & ſimiles cauſas, uti dicitur Lev. 5, 11. ואם לא תשיג ידו לשתי תורים וגו׳ Quando autem quis ſeparaverit nummos ad comparandum decimam partem Ephæ, aut duos turtures, aut pullos columbarum, cujuſmodi ſeminiflui, ſeminifluæ, & puerperæ tenentur offerre: Aut ſeparaverit eos ad comparandum ſacrificium expiationis pro peccato, aut ſacrificium pro reatu, & de illis reſiduum quid fuerit, emunt reſiduo illo holocauſtum ſpontaneum. Et eo ſenſu accipiendum eſt id quod dicit. *Reſiduum holocauſti pro holocauſto eſt; reſiduum Paſchatis pro pacifico eſt*, eo quod omnia ſunt ſanctitates leves.

מותר נזירים לנזירים *Reſiduum Nazyræorum pro Nazyræis eſt*, reſiduum ſacrificiorum quæ ſacrificabant Nazyræi, quæ ſunt tres beſtiæ, uti exponetur. Quando autem ſocietatem inierant Nazyræi quod ad ſacrificia, uti exponetur in tractatu Nazyr, conſumebant reſiduum eorum in ſacrificiis ſuis. מותר מתים למתים *reſiduum mortuorum pro mortuis erat*, id eſt, quando colligebant nummos ad conſumendum eos in ſepulchris, & mortuorum velamentis.

מותר המת ליורשיו *Reſiduum mortui pro hæredibus erat*, hoc verum eſt; נפש notat monumentum quod faciunt ſuper ſepulchrum, & ציון vocatur in lingua ſancta, ſic Jecheskiel 39, 15. ובנה אצלו ציון. Scitu neceſſarium eſt tibi, quod quæſtores eleemoſynarum, quando rem beneficii gratia inſpexiſſent, & ea quidem conditione ut civibus hoc beneficium præſtarent, ut commutarent hæc reſidua, tum cum illis facere poterant quicquid libitum ſibi fuerit, uti, ut reſidua captivorum conſumerent pauperes, & reſidua quoque mortuorum conſumerent, & ſimilia; nam ipſis erat poteſtas hoc efficiendi. Et ita quoque apparet ex Talmude noſtro; & in Talmude Jeruſolymitano quoque ad hunc locum dixerunt, quod in hac cauſa non impediverunt deputatos; & omnes cauſæ quæ hunc ſequuntur ordinem, accipiendæ ſunt quando non fuerit abſoluta neceſſitas, tum enim non ordinarunt ſe-niores nec cives id quod huic repugnat, & ſi ordinarunt, fecerunt juxta ordinationem eorum.

SURENHUSIUS. לקיץ המזבח *Ad æſtivandum altare*, hoc fiebat quando è reliquiis ſacrificiorum, emebantur æſtivi fructus, qui in altari ab ordinariis ſacrificiis vacanti offerebantur ut bellaria, quaſi ex opere quodam ſupererogatorio; videſis commentarios Maimonidis & Bartenoræ.

פרק ג בשלשה פרקים בשנה תורמין את הלשכה בפרוס הפסח בפרוס עצרת בפרוס החג והן גרנות למעשר בהמה דברי רבי עקיבא בן עזאי אומר בעשרים ותשעה באדר ובאחד בסיון ובכ"ט באב רבי אליעזר ורבי שמעון אומרים באחד בניסן באחד בסיון בעשרים ותשעה באלול מפני מה אמרו בכ"ט ולא אמרו באחד

Caput 3. Ter in anno curant de conclavi, in ſpatio ſemeſtri ante Paſcha, in ſpatio ſemeſtri ante pentecoſten, & in ſpatio ſemeſtri ante ſcenopegiam. In quibus temporibus etiam decimæ beſtiarum colliguntur. Verba ſunt R. Akibæ. Ben Aſai verò dicit id fieri, viceſimo nono Februarii, & die primo Maij, ut & viceſimo nono Julij. R. Elieſer & R. Simeon dicunt, primo die Martij, & primo Maij, & viceſimo nono Auguſti. Quare autem dicunt die viceſimo nono (*Auguſti*,) & non primo die Septembris. Quia ille dies primus Se-

באחד בתשרי מפני שהוא יום טוב ואי אפשר לעשר ביום טוב לפיכך הקדימוהו לכ"ט באלול:

ptembris eſt dies feſtus; at in die feſto decimare non licet, & proindè id rejecerunt in diem 29. Auguſti.

R. OB DE BARTENORA.

בשלשה פרקים בשנה וגו׳ *Tribus anni temporibus &c.* ſicli omnes reponebantur in conclave aliquod Templi, & tribus anni temporibus deſumebant eos indè, & reponebant eoſdem in tres ciſtas, quarum quælibet ciſta continebat tria Sata, ad emendum illis ſacrificia pro cœtu, at non deſumebant omnes nummos una vice in neceſſitatem totius anni, eo quod à Jeruſolymis remotiſſimi nondum adduxerant ſiclos ſuos.

בפרוס הפסח *Medio tempore ante Paſcha*, quindecim dies ante feſtum vocantur פרוס המועד *dimidium feſti*, nam triginta dies ante feſtum tractabant de jure feſti; & פרוס idem eſt quod פרוסה *dimidium.*

והן גרנות למעשר בהמה *Et (hæc ſunt tempora) arearum ad decimas beſtiarum ſolvendas*, hæc tria tempora ſunt tres areæ decimarum beſtiarum, quæ conſtituerunt Sapientes ad ſeparandum decimas beſtiarum natarum poſſeſſori. Nam quemadmodum area ponit obligationem decimationis granorum, ſic hæc tria tempora ponunt interdictum comedendi beſtias poſſeſſori natas, donec ſeparaverit decimas, ſed ante hoc tempus edere licet etſi non decimaverit. Conſtituerunt autem Sapientes hæc tria tempora decimandi beſtias, ut beſtiæ invenirentur pro iis qui aſcendebant ad feſtum; nam etſi, quando nondum appropinquaverat tempus decimandi, licebat vendere, mactare, & comedere, nihilominus homines non mactabant eas niſi donec decimaverant; nam quilibet præceptum vult implere bonis ſuis, in quibus illi non infertur damnum, uti ſunt decimæ beſtiarum; nam ille ipſe adducit decimas, & comedit eas in ſacrificium pacificum. Sin autem non ſeparaverant decimas tribus illis temporibus, multi abſtinuiſſent à venditione, quia nondum ſeparatæ erant decimæ, & non invenirentur beſtiæ quæ venderentur iis qui aſcendebant ad feſta. *Ben Aſai dicit, vigeſimo nono Adar &c.* ratio omnium horum doctorum eorumque controverſia exponitur capite ultimo tractatus Bechorot.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponit Gemara quod כולה כאחת היתה באה *omnia ſimul veniebant*, id eſt, tempore feſti Paſchatis ſiclos omnes colligebant; ratio autem quare conſtituerunt ut tribus anni temporibus educerent oblationem primam, eſt hæc, ad notum faciendum quod tempore feſti Paſchatis publicabatur adducendam oblationem primam de loco propinquiori; & illi qui remotiores erant, adducerent tempore feſti Pentecoſtis; & illi qui remotiſſimi erant, adducerent tempore feſti tabernaculorum; & hoc eſt quod dicitur, propinquiores medio tempore Paſchatis, remotiores medio tempore Pentecoſtis, & remotiſſimi tempore medio feſti tabernaculorum.

פרוס Eſt medium tempus feſti, ſic etiam quocunque in loco Miſnæ dicitur פרוס notat dimidium menſis. Sed in Toſaphta dicitur, פרוס non minus eſſe quam quindecim dies ante feſtum. Porro ſenſum educendi oblationem primam jam explicuimus, ſed hic denuo dico, quod omnes nummos pro ſiclo collectos reponebant in ciſtulas conclavis, de quibus nummis ſumebant tres ciſtas magnas, quæ conficiebant magnam pecuniæ ſummam; ſed quantitas in Miſna non exactè determinata eſt. Cæterum in Talmude Jeruſolymitano dicunt, *ciſtularum menſura quanta erat? diſcas incertum de certo*, id eſt, diſcamus menſuram hanc de Miſnis poſtea venientibus, uti expoſuimus antea. Præterea tres illas ciſtas ponebant in aliquo conclavi ſera & clave bene obſerato; deindè è tribus illis ciſtis educebant nummos in tribus illis feſtis; in quolibet feſto certam quantitatem, quam impendebant in ſacrificia, uti exponetur id hoc tractatu. De eductione horum nummorum è ciſtis jam dicit Miſha, *tribus anni temporibus educebant oblationem primam è conclavi.* Controverſia vero inter R. Akibam & ſocios ejus eſt de temporibus decimandi beſtias; ſed hæc jura ſigillatim exponentur capite ultimo tractatus Bechorot; deciſio eſt juxta R. Akiba.

SURENHUSIUS. בפרוס הפסח *In medio tempore feſti Paſchatis*, Bartenora exponit vocem פרוס notare quindecim dies ante ſolennia feſta, triginta enim dies ante feſta ſolennia tractabant de eorum ritu ac jure, quorum medium tempus erat פרוס ſive פרוסה; ideo ſcribit ט"ו יום קודם המועד קרי פרוס המועד לפי של יום קודם הרגל שואלים ודורשים בהלכות הרגל ופרוס הוא לשון פרוסה דהיינו חצי Sed Maimonides dicit eſſe medium feſti ſolennis tempus, & quocunque in loco Miſna dicat פרוס eſſe intelligendum dimidium menſis tempus; at in Toſaphta exponi vocem פרוס ad minimum notare quindecim dies ante feſtum ſolenne. Quo jure autem Clariſſimus Otho vocem פרס explicare poſſit per *ſpatium ſemeſtre*, ego non capio, nam hoc omnium ſcriptorum commentariis repugnat, atque ipſi ritui contrarium eſt. Sive enim quindecim dies integros ante ſolennia feſta ponamus, ſive quatuordecim, & quinto decimo die primum feſti diem includamus, de quo Jomtobus dubium movet, controverſia tamen de uno tantum eſt die; ſed de ſpatio ſemeſtri nullibi quæritur. Proindè lector hic errorem animadvertat, volo, & vocabulum פרוס dimidium menſis, ſive quindecim dies tantummodo denotare credat.

ב בשלשה קופות של שלש שלש סאין תורמין את הלשכה וכתוב בהן א"לף ב"ית ג"מל רי ישמעאל אומר יונית כתוב בהן אלפא ביתא גמלא אין התורם נכנס לא בפרגוד חפות ולא במנעל ולא בסנדל ולא בתפילין ולא בקמיע שמא יעני ויאמרו מעון הלשכה העני או שמא יעשיר ויאמרו מתרומת הלשכה העשיר לפי שאדם צריך לצאת ידי הבריות כדרך שצריך לצאת ידי המקום שנא׳ והייתם נקיים מה׳ ומישראל ואומר ומצא חן ושכל טוב בעיני אלהים ואדם:

2. In tres ciſtas quarum unaquæque continet novem Seas evacuarunt Conclave. Illis autem inſcriptum erat, א *Aleph*, ב *Beth*, ג *Gimel*. R. Iſmaël dicit, Inſcriptio erat Græca, Alpha, Betha, Gamla. Is qui ita conclave evacuare debet, non ingreditur cum veſte complicata, neque cum calceis, neque cum Sandaliis, neque cum phylacteriis, neque amuletis; ne ſi forte pauper fieret, dicerent, propter iniquitatem quam commiſit in conclavi, pauperaſcit. Aut ſi diteſceret, dicerent, ex pecunia conclavis dives factus eſt. Nam homini neceſſarium eſt æquè coram hominibus peccati ſuſpicione carere, ac coram Deo debet innocens eſſe, ſicuti dicitur *Numer.* 32. 22. *Et ſitis puri coram Jehovâ & Iſraële. Et Proverb.* 3. 4. *Et inveni gratiam & intellectum boni coram Deo & hominibus.*

R. OB. DE BARTENORA.

תורמין את הלשכה *Oblationem primam è conclavi ſeparabant*, ſeparabant ſiclos è conclavi in quod repoſiti erant, & indè eos deſumentes imponebant tribus ciſtis, quarum unaquæque continebat tria Sata. Sed R. Moſche exponit, quod primo implebant tres ciſtas magnas viginti & ſeptem Satorum, & quod ex illis ſeparabant in tres ciſtas minores novem Satorum; ſed ſine neceſſitate ita locutus eſt.

וכתוב בהן א׳ ב׳ ג׳ *Et illis inſcriptum erat aleph, beth, gimel*, ut indè conſtaret utra illarum educta eſſet prius, qua primum emebant ſacrificia pro cœtu, & deindè ſecunda, & poſtea tertia. γ, β, α, יונית כתוב בהן *Græcè illis inſcriptum erat alpha, betha, gamma*, utebantur Scriptura Græca, eo quod ſcriptum eſt Gen. 9, 28. יפת אלהים ליפת וישכן באהלי שם Pulchritudo igitur Japheti habitabit in tentoriis Schemi, at non datur inter filios Japheti elegantior lingua quam lingua Græca.

פרגוד חפות *Paraganda complicata*, quando veſtis longa eſt, duplicant eam inferius, & illa margo duplicata vocatur פרגוד חפות. Qui vero ſeparabat oblationem primam, non intrabat cum iſtiuſmodi ore duplicato ad veſtem, ne ſuſpicarentur de eo, quod nummi conclavis in eo latebant. ולא בתפילין ולא בקמיע *neque cum phylacteriis; neque cum amuleto*, ne quis diceret, quod diſſolverat calceos, & nummos indiderat illis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi in Miſna antecedenti, quod omnes nummos colligebant in unum conclave, & illis implebant tres ciſtas, & poſtea indè educebant pro tribus feſtis. Dicitur autem in hac Miſna, id, quod indè educebant, pro quolibet feſto, educi è tribus ciſtis, quarum quælibet continebat tria Sata; & cuilibet inſcriptum eſſe *aleph*, *beth*, *gimel*. Hoc vero fiebat, ut impenderent è prima, donec ea conſumpta eſſet; deindè incipiebant impendere è ſecunda, donec ea conſumpta eſſet; & poſtea incipiebant impendere è tertia; donec ea quoque conſumpta eſſet; tandem eas ſecunda vice adimplebant בפרוס *medio tempore* Pentecoſtis, & poſtremo eas adimplebant tertia vice, medio tempore feſti tabernaculorum; hinc fiebat ut quantitas, quam educebant tribus illis temporibus, ſit viginti & ſeptem Satorum, quia novem Sata educebant qualibet vice. Hinc conſtabit, quod tres ciſtæ majores, in quibus continebantur nummi collecti, & è quibus educebantur pro tribus feſtis, continebant viginti ſeptem Sata, quælibet ciſta novem; & hæc quidem expoſitio eſt Talmudis Jeruſolymitani, quando dicitur, *diſcito incertum à certo.* Cæterum quando plures erant nummi quam ut eos caperent ciſtæ illæ tres, reſiduum earum vocabatur שירי הלשכה *reliquiæ conclavis.* Notum tibi jam eſt, eum, qui educebat oblationem primam, eſſe eundem qui implebat tres illas ciſtas, tria Sata continentes. Præterea dicit, quod conclave in quo continebantur nummi, non intrabant cum veſte in qua aliquid abſcondere poſſent, neque cum calceis, neque cum ſandaliis, neque cum phylacteriis, neque cum amuletis, ne ſuſpicarentur de illis, quod nummos conclavis furati erant, eoſque in veſtibus abſconderant.

SURENHUSIUS. שלש קופות של שלש שלש סאין *Tres ciſtæ, unaquæque trium Satorum*, exponit Bartenora, quod ſeparabant Siclos è conclavi in quod repoſiti erant, quos deinde tribus imponebant ciſtis, quarum unaquæque continebat tria Sata; & putat quod Maimonides fruſtra expoſuit, quod tres implebant ciſtas magnas viginti ſeptem Satorum in integrum, & ex illis ſeparari in tres ciſtas minores novem ſatorum. Cæterum Jomtobus Maimonidem hæc non fruſtra notaſſe putat, quia cum Talm. Jeruſolymitano locutus eſt, ubi R. Zeyra dicitur quæſiviſſe à R. Joſchia, quanta eſſet trium ciſtarum menſura; qui ei reſpondit, נלמד סתום מן המפורש *diſcimus incertum à certo*; Miſna dicit, שלשה קופות של שלש שלש סאין *tres ciſtæ trium trium Satorum*; ergo viginti ſeptem Satorum, quorum verborum ſenſus eſt, quod trium ciſtarum menſura, de quibus quæritur, quanta ſit earum menſura, non alia ſit quam ea quæ definitur in Miſna. Sed præter has tres erant aliæ ciſtæ, & de his Maimonides tractat, quando dicit *incertum diſci à certo*; nam, cum tria Sata comprehendebat unaquæque ex illis quæ in Miſnæ memoratæ ſunt, & ter educebant ſiclos ex omnibus tribus ciſtis, viginti ſeptem Sata erant in tribus ciſtis ter evacuatis. Et cum tres ciſtæ minores implebantur ex una majori, neceſſe erat ut una illa major novem contineret Sata. Quod autem in Miſna non ſit ſermo de ciſtarum majorum menſura, vel inde patet, quod ſiclorum ex ærario ſive conclavi educendorum ſumma pro cujuſlibet feſti ſolennis ſacrificiis erat novem Satorum; at ſi ſermo eſſet de majoribus ciſtis, ſingulis vicibus impendendæ eſſent viginti ſeptem Sata, quod ritui repugnat. Notet ergo Lector Cl. Othonis errorem, & pro novem Sata legat tria Sata.

ג של בית רבן גמליאל היה נכנס ושקלו בין אצבעותיו וזרקו לפני התורם והתורם מתכוין ודוחקו לקופה אין התורם תורם עד שיאמר להם אתרום והן אומרים לו תרום תרום תרום שלשה פעמים:

3. (*Traditio*) Familiæ Rabban Gamalielis; (*Ille qui conclave evacuaturus erat*) ingrediebatur, & ſiclos ejus manibus imponebant, & coram illo ſpargebant; ille verò ad id attendebat, & pecunias arculæ immittebat. Inſuper ille qui evacuabat non evacuabat, uſquedum ad ipſos dixiſſet, evacuabo? & illi reſpondiſſent ter, evacua, evacua, evacua.

R. OB. DE BARTENORA.

וזרקו לפני התורם *Et conjiciebat eos coram eo qui oblationem primam educebat*, intentio familiæ erat ut ſicli immitterentur in ciſtas, & emerentur illis ſacrificia pro cœtu, & in conclavi non relinquerentur. שלש פעמים *ter*, ſingulis vicibus dicebat, an *educam?* & reſpondebant illi, *educ*; & hoc ſenſu ſtylus Sapientum triplicatur. Simile quid dictum invenimus de Omer, de quo dicebat, de hoc acervo, de hoc acervo, de hoc acervo, educam, educam, educam. Eodem modo, calceo ſolutus, calceo ſolutus, calceo ſolutus, ter.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

של בית גמליאל נכנס *Familia Rabban Gamalielis ingrediebatur*, id eſt, quilibet è familia Gamalielis ſiclum hoc modo ſolvebat; cujus intentio erat ut ſiclus immitteretur in ciſtam, & impenderetur in ſacrificia, quia fore putabat, ut relinquerentur inter reliquias nummorum.

ד תרם את הראשונה ומחפה בקטבלאות שנייה ומחפה בקטבלאוי שלישית לא היה מחפה שמא ישכח ויתרום מן הדבר התרום תרם את הראשונה לשם ארץ ישראל והשניה לשם כרכים

4. Replet ciſtam א, & illam cooperit linteo ſuo. Ciſtam deinde ב, & illam quoque tegit operculo ſuo. Ciſtam ג verò non cooperit, ne obliviſcatur, & velit implere quod jam impletum eſt. Replet ciſtam א in nomine terræ Iſraël; ciſtam

כרכים המוקפין לה והשלישית לשם בבל ולשם מדי ולשם מדינות הרחוקים :

ciſtam ב in nomine civitatum (terræ Iſraël) adjacentium. Ciſtam ג in nomine Babel, Mediæ, & provinciarum diſſitarum.

R. OB. DE BARTENORA.

תרם את הראשונה *Eduxit primam*, primam oblationem medio tempore ante feſtum Paſchatis quando eduxerat, cooperiebat omnes ſiclos reliquos in conclavi relictos, בקטבלאות, quod eſt corium elixatum, ut illi imponerent ſiclos qui venirent è donis eorum qui in terra Iſraëlis eſſent remotiores, qui ſiclos ſuos ante feſtum Paſchatis adducere non poterant, ſed à feſto Paſchatis ad Pentecoſten adducebant, imponentes eos ejuſmodi corio, ut oblatio prima de illis ſepararetur medio tempore ante Pentecoſten, & non ſepararetur de eo quod jam ſeparatum erat medio tempore ante Paſcha. Poſtquam vero oblationem primam ſeparaverat medio tempore ante Pentecoſten, iterum tegebat corio omnes nummos conclavis, & imponebat illi omnes ſiclos quos adduxerant Babylone, Media, & remotioribus provinciis, & ſeparabant ex iis oblationem primam medio tempore ante feſtum tabernaculorum; ſed tum non tegebant eos iterum, quia non erant aliæ oblationes poſt has.

הראשונה לשם ארץ ישראל *Primam in nomine terræ Iſraëlis*, eo quod illi primum mittebant ſiclos ſuos, quando alii nondum miſerant. לשום כרכים המוקפים *in nomine civitatum adjacentium*, terræ Iſraëlis adjacentium, uti Ammon, Moab, & aliæ; nihilominus ſingulis vicibus ſeparabant pro toto Iſraële, pro ſiclis exactis & adhuc exigendis. Loquitur autem Miſna de diviſione horum locorum reſpectu trium horum temporum, quia tunc colligebantur omnes ſicli totius Iſraëlis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tres ciſtæ majores in quibus erant omnes nummi, uti diximus, continebant viginti ſeptem Sata, & copertæ erant tribus operculis; qui vero intrabat, educebat oblationem primam, reponens eam in tres ciſtas minores continentes novem Sata, & adimplens ciſtam cui inſcriptum erat *aleph*, ex una trium ciſtarum majorum, & deinde cooperiebat eam operculo ſuo; poſtea aperiebat ſecundam ciſtam ex majoribus, & implebat ex ea ſecundam ciſtam, cui inſcriptum erat *beth*, quam tegebat, ac ſic relinquebat; tandem aperiebat tertiam ciſtam, & implebat ex ea ciſtam eam cui inſcriptum erat *gimel*, quam non tegebat; nam ſi illam tegebat, educebat ſecunda vice, primum ex ciſta illa magna è qua inceperat prima vice, & hoc vult quando dicit, *ne obliviſceretur, & ſepararet de eo quod jam ſeparatum erat.* Cum autem eam relinquebat apertam, indè ſatis ab aliis dignoſci poterat; & quando ſecunda vice ſeparabat, incipiebat ab hac ipſa, undè fiebat, ut ſepararet de qualibet trium ciſtarum, quibus inſcriptum erat *Aleph*, *Beth*, *Gimel*, eo modo quo ſacrificabatur de unaquaque trium ciſtarum pro toto Iſraële. Eo quod in unaquaque trium ciſtarum minorum intendebatur quod ad oblationes pro Iſraële, & hoc eſt quod vult, quando dicit, *eduxit oblationem primam in nomine terræ Iſraëlis, &c.* hujus vero oblationis intentio erat ei qui replebat, ut ea eſſet pro ſiclis exactis & exigendis, quemadmodum à nobis dictum eſt in præcedentibus.

פרק ד התרומה מה היו עושין בה לוקחין בה תמידין ומוספין ונסכיהם העומר ושתי הלחם ולחם הפני' וכל קרבנות הצבור שומרי ספיחי' בשביעית נוטלין שכרן מתרומת הלשכה ר' יוסי אומר אף הרוצה מתנדב שומר חנם אמרו לו אף אתה אומר שאינן באין אלא משל צבור :

Caput 4. Ad quid cedunt nummi illi? Emunt ex illis ſacrificia jugiter offerenda, item addititi?, & libamina ipſorum, Omer, duos panes, & panes propoſitionis. Omnia etiam Sacrificia Eccleſiæ, & plantarum cuſtodes in anno ſeptimo, mercedem ex hac conclavis pecunia habent. R. Joſe inquit, ſi quis ſponte ſe offerret, poſſet gratis cuſtos eſſe. Reſponderunt ipſi, tu tamen dicis, ipſos non niſi ſumptu Eccleſiæ cuſtodes eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

התרומה מה עושין בה *Quid faciunt cum oblatione prima*, id quod reponunt in ciſtas quid faciunt cum eo? וכל קרבנות הצבור *& omnia ſacrificia cœtus*, denotatur etiam ſuffimentum. ספיחים *plantæ*, ſunt proventus qui ſponte creſcit ex eo quod decidit tempore meſſis; nam poſſeſſores dabant mercedem cuſtodibus, ne pauperes ejuſmodi ſponte renaſcentia colligerent anno ſeptimo remiſſionis; & de iis Omer dabant tempore Paſchatis, & duos panes tempore Pentecoſtis, quæ tantum è proventu novo, & è terra Iſraëlis. Solvebant autem mercedem de oblatione prima conclavis, quia id quod neceſſe eſt ad ſacrificia habetur ſacrificium ipſum.

שומר חנם *Cuſtos gratis*, nam quamvis ſibi acquirit de communi, quando plantas cuſtodat gratis, & adducit, ſua ſunt; putat tamen R. Joſe, quod ſacrificium privati commutari poſſit cum ſacrificio cœtus. אף אתה אומר וגו׳ *etiam tu dicis &c.* vult dicere, an non concedis quod non venire poſſint niſi ſumptu cœtus? at ſi plantas cuſtodiveris gratis, & adduxeris, eas tibi acquiſiviſti, undè fiet ut non veniant ab eo quod cœtus eſt. Nam Sapientes putant, quod id quod alicujus privati eſt commutari nequeat cum eo quod cœtus eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ea quæ terra ſponte producit anno ſeptimo, vocantur ספיחים, quia eo anno nihil ſeritur, ideoque id quod in eo renaſcebatur, erat ex anno antecedenti, nimirum ſexto, quod anno ſeptimo metebatur, & ספיח dicebatur, uti expoſuimus in tractatu Scheviit. Notum eſt ſatis, quod omne id, quod terra proferebat eo anno, erat omnibus commune, & comedebatur à toto populo ſine diſcrimine; & quod tenebamur etiam ſingulis annis adducere Omer, & duos panes de proventu novo, quemadmodum nobis hypotheſis eſt, & in tractatu Menachot dicitur, omnia ſacrificia privata & cœtus veniunt è terra Iſraëlis, & è locis extra terram Iſraëlis, de proventu novo & veteri; excepto Omer & duobus panibus, qui tantum veniunt de proventu novo, & de terra Iſraëlis. Propterea neceſſe erat conducere cuſtodes plantarum, ne auferrent eas homines anno remiſſionis, & non inveniretur ad adducendum Omer, & duos panes. Cæterum nummi illi qui dabantur pro mercede, habebantur ac ſi illis emerent Omer, & duos panes. Dicit R. Joſe, quod, ſi quis ſe ſponte obtuliſſet ad cuſtodiendum gratis, Omer & duo panes ad ſe pertinent ſine dubio, quia ſunt de communi, & cum ille cuſtodit ea & adducit, licitum eſt offerre ea, & cœtus illis ſatisfacit officio ſuo. Nam putat ſacrificia particularia mutari poſſe cum ſacrificiis cœtus; ſed in hoc ipſi contrarii ſunt Sapientes, & dicunt, nonne tu concedis quod Omer & duo panes tantum venire poſſunt de cœtus bonis, quomodo ergo ea offerre poteſt privatus, quia pretii nullius ſunt anno ſeptimo, ſed cuſtodis ſunt pro mercede? Et hæc eſt difficultas eorum qui dicunt, quod ſacrificium privati mutari nequit cum ſacrificio cœtus; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

ב פרה ושעיר המשתלח ולשון של זהורית באין מתרומת הלשכה כבש פרה וכבש שעיר המשתלח ולשון שבין קרניו ואמת המים וחומת העיר ומגדלותיה וכל צרכי העיר באין משירי הלשכה אבא שאול אומר כבש פרה כהני' גדולים עושין אותו משל עצמן :

2. Vacca rufa & hircus emiſſarius, & lingua coccinea, ex hac pecunia conclavis comparantur. Gradus vaccæ rufæ verò, & hirci emiſſarii, & lingua quæ eſt inter cornua ejus, canales aquarum, ut & murus & turres urbis, omnia denique quæ illa opus habet, ex reſiduis conclavis nummis. Abba Saul dicit, ſummos pontifices gradus vaccæ & hirci proprio ſumptu conficere.

R. OB. DE BARTENORA.

פרה *Vacca*, ſupple rufa; שעיר המשתלח *hircus emiſſarius*, ad Azazel. באים מתרומת הלשכה *veniebant de pecunia conclavis*, etſi vacca rufa non mactaretur in atrio, veniebat tamen de pecunia conclavis, quia Deus benedictus eam vocavit ſacrificium pro peccato, & hircum emiſſarium etiam, quia duo hirci ſumendi erant, & non conſtabat ſuper quo conjiceretur ſors pro Domino.

לשון של זהורית *Lingua coccinea*, quam conjiciebant in ignem vaccæ rufæ. Idem jus eſt ligni cedrini & hyſſopi, ſed utitur voce זהורית tantum, ad differentiam inter hanc זהורית, & inter illam זהורית quæ alligatur hirco emiſſario. כבש פרה *gradus vaccæ rufæ*, faciunt duos pontes unum ſuper alium propter ſepulturam abyſſi, à monte templi ad montem Miſcha, & ſuper illis pontibus ducebant vaccam.

כבש שעיר המשתלח *Gradus hirci emiſſarii*, quem faciebant inſtar pontis uſque ad exteriora civitatis, ſuper quo incedebat is qui hircum educebat, propter Judæos Babylonios qui evellebant ipſi pilos, & dicebant, *educ, & exi ne commorentur peccata noſtra.* לשון שבין קרניו *lingua quæ inter cornua ejus*, ad ſciendam an dealbata eſſet lingua, & iniquitates Iſraëlis condonatæ eſſent; ſed hæ res non erant de neceſſitate ſacrificii, propterea non veniebant de oblationibus primis conclavis, quæ ſeparatæ erant in ſacrificia, ſed de eo quod remanebat in conclavi poſt ſeparationem oblationis primæ. ואמת המים *& canales aquarum*, qui tranſibant per atrium, quique opus habebant correctione. וכל צרכי העיר *& omnes neceſſitates urbis*, fodere puteos excavatos, & ſpeluncas, & corrigere plateas ac calles, ac cuſtodiam urbis; deciſio non eſt juxta Abba Schaul.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Oblatio prima conclavis eſt pecunia ea quæ continebatur in tribus ciſtis majoribus, quarum mentionem aliquoties fecimus. E reſiduis conclavis autem faciebant gradum ligneum, in ea forma quam Geometræ in lingua Arabica vocant אלפנכור, & hoc gradu aſcendebant ac incedebant, quaſi ſcala, ſed proprie illi non erant gradus; ſed hoc etiam exponetur aliis in locis.

כבש פרה *Clivus vaccæ rufæ*, puta gradus ſuper quo educebant vaccam rufam è monte templi ad montem Miſcha, quemadmodum exponetur in tractatu Para. Sic etiam gradus hirci emiſſarii erat ſcala quædam ſuper qua educebant hircum qui mittebatur ad Azazel, ab atrio ad exteriora templi, uti exponetur in tractatu Joma; ubi etiam exponetur, quod linguam coccineam alligabant capiti hirci emiſſarii; deciſio non eſt juxta Abba Schaul.

ג מותר שירי הלשכה מה היו עושין בהן לוקחין בהן יינות שמנים וסלתות והשכר להקדש דברי רבי ישמעאל ר' עקיבא אומר אין משתכרין משל הקדש ולא משל עניים :

3. Quid cum illis nummis faciunt, qui ex Reſiduis pecuniis conclavis ſuperſunt. Emunt ex illis vina, olea, ſimilas; & lucrum cedit ſancto. Verba ſunt R. Iſmael. R. Akiba dicit; non lucrantur cum re ſancta, neque cum re pauperum.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר שירי הלשכה *Reſiduum ex reliquiis conclavis*, id quod reliquum erat poſtquam ex illis facta eſſet correctio rerum urbanarum. לוקחין מהן יינות וגו' *comparabant illis vinum &c.* & vendebant id illi qui opus habebat vino in libamina, & oleo in dona. אין משתכרין משל הקדש *non lucrentur re ſancta*, quia in loco diviti non datur locus paupertati, & ſanctitati eſt dedecori. ולא משל עניים *neque pauperum*, nam fieri poteſt ut occurrat pauperi, & non habeat quod det illi; deciſio eſt juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

והשכר להקדש *Et lucrum cedit ſancto*, id eſt, quicquid nummis illis lucrantur, cedit ſanctis, ſive acceperint eos ad lucrandum, nam ſacrificia offerunt de reſiduis populi, pro ſancto. R. Akiba dicit, quod non lucrantur nummis ſanctis, neque nummis pauperum; deciſio eſt juxta R. Akiba.

ד מותר תרומה מה היו עושין בה ריקועי זהב ציפוי לבית קדשי הקדשים רבי ישמעאל אומר מותר הפירות לקיץ המזבח ומותר התרומה לכלי שרת רבי עקיבה אומר מותר התרומה לקיץ המזבח ומותר נסכים לכלי שרת רבי חנינה סגן הכהנים אומר מותר נסכים לקיץ המזבח ומותר התרומה לכלי שרת זה וזה לא היו מודים בפירות :

4. Quid autem faciunt, cum reſidua ciſtarum pecunia? Illâ conficiunt laminas aureas ad ſanctum Sanctorum obducendum. R. Iſmael dicit, reliquum fructuum impenditur ad æſtivandum altare. Reſiduum verò pecuniæ ciſtarum ad vaſa cultus comparanda. R. Akiba dicit, Reſiduum pecuniæ ciſtarum ad æſtivandum altare, & reſiduum libaminum ad vaſa cultus. R. Chanina Sacerdotum vicarius dicit; reſidua libaminum ad æſtivandum altare, & reſiduum ciſtarum pecuniæ ad vaſa cultus. Hic autem & ille reſpectu fructuum non conſentiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר התרומה *Reſiduum oblationis primæ*, id quod remanebat in ciſtis die primo menſis Niſan, nam tum adducebant

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi quod R. Iſmael putat quod reliquiæ de reſiduis conclavis comparantur vino, ſimila, & oleo; & lucrum

bant ſacrificia de oblationibus primis novis. צפוי לבית קדש קדשים *ad ſanctum ſanctorum obducendum*, ad cooperiendum ſolum & parietes.

מותר פירות *reſiduum fructuum*, R. Iſmael ſequitur opinionem ſuam qua ſtatuit ſupra, quod reſiduo reliquiarum conclavis comparabant vinum, oleum, & ſimilam, & lucrum quod inde lucrabantur, vocabatur מותר פירות *reſiduum fructuum*, id eſt, id quod redundabat in fructibus vocabatur ita, poſtquam emiſſent eos.

לקיץ המזבח *Ad æſtatem altaris*, quando in ara non cremabantur ſacrificia, adducebant reliquias fructuum holocauſtorum, eo modo quo homines in fine prandii in menſam ponere ſolent bellaria, eodem modo poſt adducta in altare ſacrificia pro die debita, adducebant hæc holocauſta, quando altare ſacrificiis vacuum erat.

מותר נסכים *Reſiduum libaminum*, quæſtores pecuniæ ſanctæ dabant nummos illis quibus erat vinum, oleum, & ſimila in rem donorum & libaminum totum annum. Cum autem quis in ſe recceperit ſuppeditare tres menſuras Sati pro Sela, & venerint Sata quatuor pro Sela, neceſſe eſt ut det quatuor menſuras, & menſura illa ſuperflua erit pro reſiduis libaminum. Sic etiam quando menſurant pro re ſancta, menſurant menſura accumulata, & quæſtor abradit menſuram accumulatam, quæ etiam vocatur reſiduum libaminum. De hoc reſiduo conficiunt vaſa miniſterii, quia libamina ſanctificantur in vaſis miniſterii. *Reſiduum libaminum erat pro æſtate altaris*, quia libamina cremabantur, & holocauſta cremabantur. *Et reſiduum oblationis primæ pro vaſis cultus*, ad hoc dicitur Chron. 24, 14. ואת שאר כסף ויעשהו כלים לבית יהוה Sed quodnam argentum habet reliquias? oblatio prima conclavis. *Reſiduum oblationis primæ, pro æſtate altaris*, quia jam ſeparatum erat in ſacrificia. זה וזה *hic & ille*, R. Akiba & R. Chanina. לא היו מודים בפירות *non conveniebant reſpectu fructuum*, uti ſuperius dixit R. Akiba, quod non exercent mercaturam cum rebus ſanctis. Deciſio eſt, quod ſit conſtitutio ſenatus, omnia reſidua ſacrificari in holocauſta.

crum vocatur מותר פירות *reſiduum fructuum*, id eſt, id quod illis lucrantur additur nummis eorum. Dicetur etiam in ſequentibus, quod ſanctitas lucratur in libaminibus, & colliguntur ab illa nummi ſuperflui, qui vocantur מותר נסכים *reſiduum libaminum*.

קיץ Eſt tempus brumale, ſic Sach. 14, 8. בקיץ ובחורף Et fructus æſtatis vocantur ficus & uvæ, quas ſol diſtendit & ſiccat, quaſque homines comedunt pro bellariis. Propterea ſacrificia quæ ſacrificabantur in altari extra debitum, vocabantur קיץ המזבח *æſtas altaris*; & erant omnia holocauſta ſpontanea, & de bonis Eccleſiæ.

זה וזה לא היו מודים בפירות *Hic & ille non conſentiunt reſpectu fructuum*, R. Akiba & R. Chanina non conveniunt quod ad lucrum vini, olei, & ſimilæ, quia illi dicunt, quod non licet lucrari rebus ſanctis. Deciſio juris vero in illis omnibus eſt, uti dicunt in Gemara, *conſtitutio ſenatus eſt de reliquiis, ut offerantur in holocauſta*.

ה מותר הקטורת מה היו עושין בה מפרישין ממנה שכר האומנים ומחללין אותה על שכר האומני (נ״א מעות) ונותנין אותה לאומני בשכרן וחוזרין ולוקחין אותה מתרומה חדשה ואם בא חדש בזמנו לוקחין אותה מתרומה חדשה ואם לאו מן הישנה:

5. Quid fit cum reſiduo ſuffitus? Separant ab ipſo mercedem operariorum. Aut illud reſiduum planè profanum faciunt propter mercedem operariorum (exemplar aliud, *propter* nummos *ipſorum*,) & dant illud Operariis in mercedem ipſorum. Et deinde ex novis ſiclis novum ſuffitum parant. Et ſi novi ſicli nondum exhibiti fuerint, & non numerati tempore conſueto, ſumptum (*pro ſuffitu*) ex ſiclis veteribus (*anni præcedentis*) faciunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר הקטורת *Reſiduum ſuffimenti*, quod remanebat ſingulis annis: מה היו עושין בה *quid faciebant cum eo*, ad incendendum illud anno ſequenti, nam non erat annus quo non erant reſidua, quia ſuffimentum fiebat de trecentis & ſexaginta octo libris, trecentæ & ſexaginta quinque erant libræ juxta numerum 365 dierum anni, & tres libræ, de quibus ſacerdos magnus die Expiationis colligebat plenitudinem pugillorum ſuorum, ſed non omnes ingrediebantur pugillum illius. Præterea ſingulis annis etiam reſidua erant, nam ſimplex annus continebat trecentos & quinquaginta quatuor dies.

שכר האומנים *Merces opificum*, qui ſuffimentum conficiebant, & mercedem ſuam accipiebant de oblationibus primis conclavis, quas opifices ſibi acquirebant ope quæſtoris, quæ pecunia erat profana. Conceſſo autem quod ſanctum non poſſit profanari, niſi aliud quid ingrediatur in ejus locum, oblatio prima conclavis tamen in hoc differt, quia ſenatus cum ea paciſcebatur, ad diſtribuendum eam pro multis rebus. Quando autem acquiruntur nummi ad ſolvendum eis opificibus, profanant ſuffimentum ſuper illis nummis, & nummi fiunt ſancti pro oblatione prima veteri, & opificibus datur ſuffimentum in mercedem, qui illis emunt oblationem primam novam, & hoc modo honeſtius eſt, ne vendatur & iterum ematur. אם בא החדש בזמנו *ſi novum veniat in tempore ſuo*, quando ſiclos attulerunt novos ante primum diem menſis Niſan, qui deſtinatus eſt oblationi primæ, tum emunt reſiduum ſuffimenti oblationis primæ novæ medio profanationis, uti ſuperius expoſuimus. ואם לאו *ſin minus*, ſi novi ſicli nondum adducti fuerint, emunt ſuffitum oblatione prima veteri, ſi reſiduum jam profanatum fuerit; at ſi nondum profanatum fuerit, incendunt ſuffitum, nam quia nova oblatio prima nondum allata eſt, neceſſario ſumendus eſt de veteri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non dubium eſt quin ſuffimentum quod faciebant, compararent oblationibus primis conclavis, hoc enim comprehenditur eo quod dixit capite primo in principio, *& omnia ſacrificia cœtus*; quando autem de illis remanebat plus quam erat neceſſarium, nam certa erat quantitas quam offerebant quotidie, uti exponetur in principio tractatus Keritot, deſumebant de oblationibus primis conclavis quantitatem mercedis opificum qui faciebant ſuffimentum, quandoquidem dictum eſt, *de oblationibus primis conclavis ſeparabant mercedem opificum*, & ſtatim merces illa ſine dubio profanabatur, & deinde profanabatur reſiduum quod remanebat de ſuffimento, præter mercedem opificum quæ profanata erat, & jam fiebat iterum ſancta, & redibat ad oblationes primas conclavis. Reſiduum vero quod remanebat de ſuffimento profanabatur, & opificibus dabatur pro mercede, qui eo emebant in fine anni oblationes primas novas, & utilitatem inde capiebant anno ſequenti. Cæterum in Toſaphta ad tractatum Meyla dicitur, quod ſanctum non profanetur ſuper opere, ſed ſuper nummis; quomodo? ſeparabant mercedem opificum &c. Sin autem annus prætériiſſet, & oblatio prima nondum eſſet collecta, & ea opus eſſet ad ſuffimentum, comparabatur illis ſuffimentum illud cum oblationibus primis novis; quod incendebant.

ו המקדיש נכסיו והיו בהן דברים ראוין לקרבנות

6. Si aliquis facultates ſuas ſanctificat, & in illis

לקרבנות הצבור ינתנו לאומנין בשכרן דברי ר׳ עקיבא אמר לו בן עזאי אינה היא המדה אלא מפרישין מהן שכר האומנין ומחללין אותן על מעות האומנין ונותנין אותן לאומנין בשכרן וחוזרין ולוקחין אותן מתרומה חדשה :

lis quædam digna ſunt ad oblationes Eccleſiæ, dantur illa operariis in mercedem ipſorum. Verba ſunt R. Akibæ. Dixit ipſi Ben Aſai, non ſic proceditur: ſed ex illis ſeparant pro mercede operariorum, & profana reddunt ſeparata, ut cedant in pecunias operariis, illaque deinde dant operariis in mercedem ipſorum; & loco horum nummorum alios ſumunt ex recentiori *Truma*.

R. OB. DE BARTENORA.

המקדיש נכסיו *Qui ſanctificat bona ſua*, qui ſimpliciter ſanctificaverit, ejus bona cedunt reparationi templi. והיו בהם דברים הראויים לקרבנות צבור *& in illis quædam digna ſunt ad oblationes Eccleſiæ*, uti eſt ſuffitus, oleum, & ſimila. ינתנו לאומנים בשכרן *dantur operariis in mercedem*, & profana fiunt etſi alia res nondum intraverit in locum eorum; quia putat quod ſanctum profanetur ſuper opere, uti ſcriptum eſt Exod. 25,8. ועשו לי מקדש id eſt, ut opera fiant de ſancto. אינה היא המדה *non eſt hæc regula*, id eſt, hæc regula quam tu dicis, non eſt eadem quæ ſuperius data eſt de ſuffitu, oportet ergo ut tuæ regulæ conveniant. מפרישין מהן שכר האומנים *ſeparant de illis mercedem pro operariis*, uti ſuperius diximus de reſiduis ſuffitus, quia ſanctum non profanatur ſuper opere; decisio eſt juxta Ben Aſai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ben Aſai dicit quod ſancta non profanantur ſuper opere, propterea dicit, quod de bonis illis ſumebant ſalarium operariorum ſuffitum conficientium, quæ bona deindè fiebant profana; poſtea verò profanas reddebant ſuper illis res quæ aptæ erant in ſacrificia Eccleſiæ, & tum beſtiæ illæ dabantur operariis pro ſalario ſuo, qui illis iterum emebant oblationem primam novam, quemadmodum fieri ſolet in ſuffitu. Quod autem Ben Aſai dicit, אינה היא המדה *hæc non eſt regula*, id eſt, hoc non convenit cum regula illa quam ſequimur in ſuffitu; ſed dictum Ben Aſai convenit cum eo quod de ſuffitu dictum eſt antea; propterea ego dico quod deciſio ſit juxta Ben Aſai.

ז המקדיש נכסיו והיתה בהן בהמה ראויה לגבי המזבח זכרים ונקבות ר׳ אליעזר אומר זכרים ימכרו לצורכי עולות ונקיבות ימכרו לצרכי זבחי שלמים ודמיהן יפלו עם שאר נכסים לבדק הבית רבי יהושע אומר זכרים עצמן יקרבו עולות ונקבות ימכרו לצרכי זבחי שלמים ויביא בדמיהן עולות ושאר נכסים יפלו לבדק הבית רבי עקיבא אומר רואה אני את דברי רבי אליעזר מדברי רבי יהושע שרבי אליעזר השוה את מדתו ור׳ יהושע חילק אמר רבי פפיים שמעתי כדברי שניהן שהקדיש בפירוש כדברי ר׳ אליעזר והמקדיש סתם כדברי רבי יהושע :

7. Si in alicujus facultatibus ſanctificatis, ſunt aliqua jumenta, quæ ad altare apta ſunt, tum maſculini, tum fœminini generis, ſecundùm R. Elieſerem maſculi vendi debent, illis qui holocauſtis opus habent: fœmellæ verò in uſum ſacrificiorum pacificorum, & pecunia ex illis acquiſita, cum reliquis facultatibus impenditur ad templi uſum. Secundùm R. Jehoſuam autem, debent maſculi offerri in holocauſtum, & fœmellæ debent divendi illis, qui ſacrificiis pacificis opus habent. Ex pretio autem ipſarum debent holocauſta fieri, reliquæ facultates verò, adhiberi poſſunt ad templi uſum. R. Akiba inquit, magis placent ea quæ R. Elieſer dixit, quam quæ R. Jehoſua; quia R. Elieſer æquat negotium, R. Jehoſua verò diſtinguit. R. Papias inquit, audivi (*dari caſus*) ſecundùm ſententiam utriuſque, ſcilicet, quod illius facultates quæ reſtrictè ſanctificatæ ſunt, impendi poſſint ex ſententia R. Elieſeris; illius verò qui abſolutè eas ſanctificavit, ex ſententia R. Jehoſuæ.

R. OB. DE BARTENORA.

זכרים ימכרו לצרכי עולות *Maſculi venduntur in neceſſitatem holocauſtorum*, & nummi eorum una cum reſiduo bonorum cedent in reparationem templi; eo quod putat, id quod quis ſimpliciter ſanctificaverit, cedere in reparationem templi, etiam iſtiuſmodi rem quæ apta eſt ad altare. Sed id quod aptum eſt ad altare, non divelli poteſt ab altari, nam ſi quis beſtias perfectas ſanctificaverit in reparationem templi, redimi nequeunt, niſi pro altari, & nummi conducunt ad reparationem templi.

ויביא בדמיהן עולות *Et adducet pro nummis eorum holocauſta*, putat id quod aptum eſt ad altare, ſimpliciter accipiendum pro altari ſanctificatum eſſe, idcirco maſculi ipſi ſacrificantur pro holocauſtis, & fœmellæ venduntur illis qui opus habent ſacrificiis pacificis, & pecuniâ earum adducuntur holocauſta; ſed illæ ipſæ femellæ non ſacrificantur in ſacrificia pacifica, nam qui ſanctificat bona ſua, intendit ut ea in totum conſecrentur Deo; propterea beſtiæ quæ aptæ ſunt ad holocauſta, ſacrificantur in holocauſta, & fœminæ venduntur illis qui indigent ſacrificio pacifico, & pecuniâ earum adducuntur holocauſta: Nam quia aptæ ſunt ad altare, cadit in eas ſanctitas altaris, immo vero in fœmellas quæ ipſæ non ſunt aptæ ad quod ſanctificaverit eas, quia tamen ſunt aptæ ad nomen ſacrificii, ideo non cadit in eas ſanctitas reparationis templi, & pecunia earum adducuntur holocauſta. שהמקדיש בפירוש *quando expreſſè ſanctificaverit*; quando dixerit, *beſtiæ meæ & bona mea ſanctificantor*, quia unum ab alio ſeparaverit; nam etſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Elieſer putat, id quod ſimpliciter quis ſanctificaverit, eſſe pro reparatione templi. Sed R. Jehoſchua dicit, rem quidem ita eſſe, at quod dixit, id ipſum quod poſſit ſacrificari in altari, ſacrificetur & penitus comburatur, & eſſe holocauſtum. R. Akiba igitur verba R. Elieſeris ut meliora approbavit, quam verba R. Jehoſchuæ, eo quod R. Jehoſchua dividit verba ſua, & ſancta ponit ſimpliciter, partim pro reparatione templi, & partim pro altari. Cæterum R. Papias dicit, ſi quis ſanctificaverit expreſſis verbis pro reparatione templi, deciſionem eſſe juxta verba R. Elieſeris; & ſi quis ſanctificaverit ſimpliciter, deciſionem eſſe juxta R. Jehoſchua. Et R. Papias non contradicit R. Elieſeri; ſed deciſio eſt juxta R. Akiba.

etſi non dixerit, *beſtiæ pro altari, & bona mea ſunto pro reparatione templi*, infertur tamen ex intentione illius, tam beſtias quam bona illius venire ad unum locum. Sed qui ſimpliciter ſanctificaverit omnia bona ſua, ejus intentio eſt quamlibet rem ſanctificare ad id ad quod apta fuerit; deciſio eſt juxta R. Akiba.

ח המקדיש נכסיו והיו בהן דברים ראוין על גבי המזבח יינות שמנים ועופות רבי אליעזר אומר ימכרו לצרכי אותו המין ויביא בדמיהם עולות ושאר נכסים יפלו לבדק הבית :

8. Si aliquis facultates ſuas ſanctificaverit, & in illis ſint res aptæ ad altare, ut vina, olea, aves, ſecundùm R. Elieſerem illa divendi debent, illis qui talibus (*ad offerendum*) opus habent, pretium deinde ipſorum ad holocauſta impenditur; reliquæ verò facultates ad templi neceſſitates applicantur.

R. OB. DE BARTENORA.

יינות שמנים וסלתות : *Vina, olea, & ſimilæ*, quæ apta ſunt ad dona, & libamina: ועופות *& aves*, turtures, & pulli columbarum. *R. Eleaſar*, ita legendum eſt, non R. Elieſer, & ſententia R. Eleaſaris exponitur in Talmude Jeruſolymitano, eo quod ſcriptum eſt Levit. 22, 18. לכל נדריהם ולכל נדבותם אשר יקריבו ליהוה לעולה id eſt, quicquid promiſerint & obtulerint de rebus quæ ſacrificantur Domino, etſi fuerint vina, olea, aut ſimilæ, cedet in holocauſtum; at forſan poterit ſacrificare pecuniâ eorum holocauſtum avis? Vel ſi quis ſanctificaverit avem, offeret eam in holocauſtum? dicitur in Scriptura בבקר בכבשים ובעזים *de jumento, de agnis, & capris*, non ſacrificabit ergo de omni eo quod promiſerit, niſi holocauſtum beſtiarum tantum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare de vinis, oleis, & ſimila, ac avibus dicimus, quod pecuniâ eorum adfertur holocauſtum, & de beſtiis dicimus, pecuniam earum cedere in reparationem templi, hæc eſt, quia beſtiæ redimi poſſunt, at vina, olea, ſimilæ, & aves non poſſunt redimi; uti nobis fundamentum eſt in Thorat Cohanim; propterea pecunia eorum neceſſario ſacrificanda erat in altari; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

ט אחד לשלשים יום משערין את הלשכה כל המקבל עליו לספק סלתות מארבע עמדו משלשה יספק מארבע משלש ועמדו מארבע יספק מארבע שיד הקדש על העליונה ואם התליעה סולת התליעה לו ואם החמיץ יין החמיץ לו ואינו מקבל את מעותיו עד שיהא המזבח מרצה :

9. Semel in menſe pretia conclavis determinant: Si aliquis in ſe recepit reſpectu Similæ proſpicere, menſura quadruplici; Et accidit ut (*pro eodem pretio*) ad triplicem veniat, tamen quadruplicem menſuram dare tenetur. Si verò tres menſuras promiſerit, & deinde (*pretium*) ad quatuor menſuras aſcendebat, quatuor etiam menſuras exhibere tenetur. Quia manus rei ſanctæ ſuperior eſt. Si ſimila vermibus corrumpetur, corrumpitur ipſi, ſi vinum aceſceret, aceſcit ipſi. Neque pecuniæ ipſi traduntur, donec altare ornaverit.

R. OB. DE BARTENORA.

משערין את הלשכה *Æſtimant conclave*, contrahebant de æſtimatione vini, ſimilæ, & olei, ut hoc pretium duraret triginta dies, & quolibet die ſumebant ab illis qui vendebant vinum, oleum, & ſimilam, id quod ad ſacrificia neceſſe erat, eo pretio quo convenerant; & ſi pretium aſcenderet, nihil addebant, & ſi deſcenderet, ſumebant tamen pretio minori.

המקבל עליו לספק סלתות *Qui in ſe recepit proſpicere ſimilæ*, tempore meſſis tritici, & vindemiæ uvarum, & tempore quo ſucciduntur olivæ, quæſtores prius dabant pecuniam cauponibus, qui in ſe recipiebant illis proſpicere quod ad vinum, oleum, & ſimilam per totum annum. Et ſi tum quatuor Sata vendebantur Selâ, & poſtea pretium rerum aſcendebat, ut tria tantum Sata venderentur Selâ, caupo quatuor dare debet, quia res ſancta ſemper ſibi acquirit argento, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 27, 19. ונתן הכסף וקם לו. Sin autem quis receperit in ſe ut proſpicere velit de tribus Satis pro Sela, & poſtea pretium diminuerit ut quatuor vendantur Selâ, quatuor Sata debet dare pro Sela, ut cæteri homines, nam non acquiritur niſi attractione rei. התליעה לו *corrumpitur illi*, etſi quæſtor ſimilam attraxerit & nummos ſolverit, tamen cautio cedit cauponi ut ſolvat. שאינו מקבל את מעותיו *ſi nondum acceperit nummos*, id eſt, nummi non habentur cauponis, neque acquiſivit eos ſibi, etſi à quæſtore eos acceperit. עד שיהא המזבח מרצה *donec altare ornaverit*, ut in beneplacitum aſcendat in altare, propterea, ſi vinum acidum factum fuerit, aut ſimila vermibus corrupta, damnum de cautione cedit cauponi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משערין *Determinant*, eſt vox Ebræa, ſic Prov. 23, 7. כמו שער בנפשו id eſt, determinabant pretium rerum earum quæ vendebantur, & contrahebant cum iis qui vendebant ſimilam & vinum in ſacrificia certo pretio, & ſumebant ab illis id quod neceſſe erat ad ſacrificia quolibet die, ſi cariores factæ eſſent res quæ venditæ eſſent, non addebat quæſtor quicquam pretio quo eas emerat intra triginta dies. Sin autem minori jam vendebatur pretio res vendita antea, ſumebat eam pretio minori, & quidem eo pretio quo vendebant aliis.

שיד הקדש על העליונה *Quia manus rei ſanctæ ſuperior eſt*, ſenſus eſt, meliorem partem ſibi ſumet, & acquiret in commodum ſuum; & quod dicit יספק *exhibebit*, vult, ut vendat nobis quantum opus habemus; & quod dicit ארבע *quatuor*, ſupple quatuor Sata pro Sela; quantitatem vero Sati & Selæ jam aliquoties expoſuimus in prima parte Seraiim. Id autem quod mihi neceſſario dicendum eſt in fine hujus capitis, dicitur in Gemara, juvencam pro peccato prius ignoto & hircos pro idololatria commiſſa in principio exigebant pro illis, & non veniebant de oblationibus primis conclavis.

פרק ה אלו הן הממונין שהיו במקדש יוחנן בן פינחס על החותמות אחיה על הנסכים מתיא בן שמואל על הפייסות פתחיא על הקינין פתחיא

Caput 5. Hi præfecti fuerunt in Sanctuario. Johannes fil. Pinchas ſigillorum fuit (*cuſtos.*) Achias, libaminum. Mathias fil. Samuelis, ſortium. Petachias turturum. Petachias ille eſt Mardochai, qua-

פתחיא זה מרדכי למה נקרא שמו פתחיא שהיה פותח בדברים ודורשן ויודע שבעים לשון בן אחיה על חולי מעיים נחוניא חופר שיחין גביני כרוז בן גבר על נעילת שערים בן בבי על הפקיע בן ארזה על הצלצל הוגרס בן לוי על השיר בית גרמו על מעשה לחם הפנים בית אבטינס על מעשה הקטורת אלעזר על הפרוכת ופינחס על המלבוש :

re autem vocatur Petachias? Quia ille res aperiebat, & ipſas explicabat, 70. deinde linguarum callens erat. Ben Achia (*præfectus*) fuit ſuper ægrotos. Nechonias curam habuit fontium & canalium. Gebhina præco erat. Ben Gebher conſtitutus erat ad portas occludendas. Ben Bavi flagellationi præerat. Ben Arſa, cymbalo. Hogrus Ben Levi, cantoribus. Familia Garmo, piſturæ panum propoſitionum. Familia Abthines præparationi ſuffitus. Eleaſar (curam habuit) veli, & Pinchas veſtimentorum.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו הן הממונין *Hi ſunt præfecti*, quindecim ſpecies præfectorum quos Miſna hic recenſet, ſemper erant in templo; at non eodem tempore fuerunt illi homines quos enumerat; ſed enumerat tantum cujuſlibet ætatis pios & bonos. Magiſtri vero mei exponunt, quod primi præfecti ſic vocati ſunt, & quod propterea iiſdem nominibus ſe vocarunt illi qui ſucceſſerunt: על הפייסות *ſuper ſortibus*, ad monſtrandum ordinem ſortium, quiſnam ſacerdos hoc vel illud obiret miniſterium, quemadmodum exponetur in tractatu Joma.

פתחיה על הקינין *Petachias turturibus*, qui offerendi erant pro illis qui nondum expiati erant, uti ſunt ſeminiflui, & ſeminifluæ, ac puerperæ, cujuſmodi tenentur offerre קינין *nidos*, id eſt, turtures & pullos columbarum, nummos ſuos conjicientes in ciſtas templi. Qui vero ciſtarum præfecti erant, ſumebant nummos & pro illis adducebant nidos. Cæterum neceſſe erat ut huic rei præfectus eſſet magnus & expertiſſimus Sapiens, uti dicitur in tractatu Abhot, *nidi, & portæ menſtruoſarum ſunt corpora juris.*

שהיה פותח דברים *Eo quod aperuit res*, eſtque Mordochai ille Bilſan qui aſcendit è Babylonia, & vocatur ita, quia callebat multas linguas. על חולי מעים *ſuper morbis viſcerum*, nam ſacerdotes nudis incedebant pedibus ſuper pavimento, & comedebant multam carnem, & bibebant aquam, hinc dolor ventris ipſos corripiebat, ut ſemper medico indigerent qui dolorem adimeret.

חופר שיחין *Effoſſor fontium*, demandata ipſi erat cura effodiendi puteos, canales, & ciſternas, ut aqua eſſet illis ad bibendum qui aſcendebant ad feſta. גביני כרוז *Gebhini præco erat*, ſic nomen erat illius hominis qui ſingulis horis matutinis templo clamabat, *ſurgite ſacerdotes ad veſtra miniſteria*, & audiebatur vox illius uſque ad Jericho.

על נעילת שערים *Ad occludendum portas*, ad claudendum eas noctu, & aperiendum eas mane. על הפקיע *ſuper flagellatione*, ad flagellis excipiendum ſacerdotes & Levitas dormientes inter vigilias ſuas, nam noctu cuſtodiebant, uti dicitur in tractatu Tamid, & veſtimenta deindè comburebantur. In Talmude Jeruſolymitano exponitur פקיע, quod notat funiculos candelabri, & facium, quæ accendebantur, cum aqua hauriebatur in feſto tabernaculorum, quemadmodum dicetur in tractatu Succot; *de funiculis ſive linteis detritis ſacerdotum, eorumque cingulis faciebant ellychnia.* צלצל *cymbalum*, eſt inſtrumentum muſicum magnum edens ſonum, & Latinè *cymbalum* dicitur; quando autem Levitæ audiebant vocem illius, incipiebant cantare. על השיר *ſuper cantico*, ad incipiendum canticum, & quando ille deſinebat, omnes deſinebant.

על מעשה לחם הפנים *Super panibus propoſitionum*, qui confecti erant inſtar ciſtæ apertæ, ut in confectione & coctione eorum eo modo è fornace educerentur, ut non frangerentur, neque corrumperentur. בית אבטינס *familia Abthines*, hæc familia ſuffitus conficiendi peritiſſima erat, & cognoſcebant herbam quæ vocabatur מעלי עשן, quam ſi miſcebant cum ſuffitus pinguedinibus, fumus æqualiter aſcendebat inſtar baculi. על הפרוכת *ſuper velis*, ad faciendum vela nova quando erat neceſſarium. על המלבוש *ſuper veſtimento*, ad veſtiendum ſacerdotes tempore miniſterii, & ad exuendum eos poſt miniſterium, & ad cuſtodiendum veſtes ſacerdotis in cameris ad eum finem factis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi quindecim gradus deputatorum quorum hic fit mentio, ſemper erant in templo, erat enim neceſſe ut ſuper quolibet gradu munerum eligeretur deputatus; præterea quoque ſine dubio fuerunt, qui hos præfectos in qualibet ætate anteceſſerunt; ſed auctor enumerat hos ut homines pios & notos, & nominat unum cujuſlibet gradus, & nominat etiam piiſſimos præfectorum diverſorum temporum, & hoc eſt quod dicunt in Gemara, *enumera pios cujuſlibet ætatis.* Cæterum quod dicit על החותמות *ſuper ſigillis*, id quoque dicitur in hoc capite qualia hæc erant ſigilla. הפייסות *ſunt ſortes* quas ſacerdotes conjiciebant ſuper miniſteriis, quemadmodum exponetur in tractatu Joma, & in tractatu Tamid. *Petachia*, eſt Mordochai Bilſan qui aſcendit è Babylonia, cujus nomen ſatis notum eſt.

בן אחיה על חולי מעיים *Ben-Achia ſuper morbis viſcerum*, ſenſus eſt, ſacerdotes totum diem incedebant in pavimento, & miniſtrabant aquis, una tantum veſte induti omni tempore, quia in minoribus aut pluribus quam quatuor veſtibus miniſtrare vetitum erat, quæ ſunt tunica, femoralia, mitra, & balteus. Comedebant autem carnem, & bibebant aquam, propterea natura eorum & vires membrorum interiorum debilitabantur. Ben-Achiæ vero harum infirmitatum curatio demandata erat, quod conſtat ex eo quod dicitur, *ſuper morbis viſcerum.*

נחוניה חופר שיחין. *Nechonias effoſſor fontium*, demandata ipſi erat provincia de procurandis populo aquis in deſerto, erat itaque præfectus effodiendorum puteorum, fluminum, lacunarum, & aquæ ductuum. גביני כרוז *Gebhini erat præco*, erat præco ad indicendum tempore ſacrificiorum conficiendorum, dicendo, *conferte vos ſacerdotes ad miniſterium; Levitæ ad ſuggeſtum, Iſraëlitæ ad ſtationes.*

בן גבר על נעילת שערים *Ben Gebher ſuper portis occludendis*, quando occidebat ſol, indicebat portas eſſe claudendas, quo portæ templi occludebantur. בן בבי על הפקיע *Ben Bavi flagellationi præerat*, hoc ulterius exponetur in tractatu Maccot, quod ſacerdotes & Levitæ undequaque cuſtodiebant templum, idque circumdabant, quod præceptum eſt, etſi illic non eſſet timor; hic vero Ben Bavi eos ſingulis noctibus conveniebat, & quem dormientem offendebat, verberibus excipiebat; & veſtimenta illius comburebantur.

בן ארזה על הצלצל *Ben Arſa cymbalis*, quæ feriebat, nam illa neceſſaria erant in ſanctuario, quia illis ſonitus excitabatur tempore continuorum ſacrificiorum offerendorum, uti exponetur in tractatu Tamid. Sic etiam quotidie canticum audiebatur tempore ſacrificii; hic autem Ben Arſa erat præfectus cantorum ætate quadam. על הפרוכת *velo*, conficiebat Eleaſar vela ad templum neceſſaria. פינחס על המלבוש *Pinchas veſtimentis*, conficiebat ſacerdotum veſtimenta, eaque cuſtodiebat.

ב אין פוחתין משלשה גזברין ומשבעה אמרכלין ואין עושין שררה על הצבור בממון פחות משנים

2. Non pauciores quàm tres theſaurarios conſtituunt, & non pauciores quàm tres Camerarios.

Non

משנים חוץ מבן אחיה שעל חולי מעים ואליעזר שעל הפרוכות שאותן קיבלו הצבור עליהן :

Non committunt præfecturam in Eccleſia ſuprà pecuniam paucioribus, quàm duobus; excepto Ben Achiæ qui curat ægrotos, & Elieſere, qui præeſt velis: quia hos ipſa Eccleſia conſtituit.

R. OB. DE BARTENORA.

גזברין *Quæſtores*, ſunt homines in quorum poteſtate ſunt nummi ſancti, qui redimunt rerum votarum æſtimationes, ac anathematum, & ſanctitatum, & qui totum negotium ſanctum peragunt. אמרכלין erant viri quæſtoribus dignitate majores, ſic Num. 3, 32. ונשיא נשיאי הלוי ad hæc Targum dicit, quod אמרכלין erant præfecti principum Levitarum, eſt autem compoſitum vacabulum אמרכל ex tribus, nimirum כל, על, אמר *qui dicit ſupra omnes*; Arabicè אמיר dicitur *magnus*. Cæterum quid faciebant ſeptem illi Emarcalin? habebant ſeptem claves atrii, ut, ſi unus vellet aperire, non poſſet, donec omnes ſimul ſe conjungerent ad aperiendum. Poſt hos intrabant quæſtores, & educebant è ciſtis id quod neceſſe erat, ſed habebant etiam aliam dignitatem ſupra Emarcalin, cujus rei hic in Miſna non fit mentio; ſed adducitur in Toſaphta quod duo erant קתילוקין *καθολικιανοί, rationales*, ita ut quinque eſſent dignitates, ut, Pontifex maximus, inſpector ſacerdotum, Katilokin, Emarcalin, & quæſtores. אין עושין שררה פחות משנים *non committunt præfecturam paucioribus quam duobus*, quia ſcriptum eſt Exod. 28, 5. והם יקחו את הזהב ſed ad minimum in numero plurali duo ſunt.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam impletæ ſunt aures tuæ eo quod diximus quæſtores dici ejuſmodi homines qui templo præfecti ſunt, & curam habebant pecuniæ ſanctæ, & omnium rerum votarum. Dicitur in Toſaphta, tres quæſtores quid faciebant? redimebant pretia rerum votarum, ſanctitatum, anathematum, decimarum ſecundarum, & totum negotium ſanctum peragebant.

אמרכלין Majori ſupra quæſtores dignitate præditi erant, ita Targum ad Num. 3, 32. ונשיא נשיאי הלוי dicit, *Emarcal* erat præfectus principum Levitarum. Sed erat præterea alia dignitas ſupra Emarcalin, qua præditi erant ii qui dicebantur קתילוקין *Catholociani*, quam dignitatem poſſidere non poterant pauciores quam duo homines; quo modo erat, ut סגן *Segan* dignitate Pontificis maximi minor eſſet, & Catilociani minores dignitate τȣ *Segan*, *Emarcalin* dignitate Catilocianorum minores, & quæſtores dignitate *Emarcalin* minores. Præterea dicitur in Toſaphta, *ſeptem Emarcalin quid faciunt? habebant ſeptem claves atrii, quorum unus aperire non poterat niſi omnes ſeptem adeſſent ſimul, & deinde intrabant quæſtores.* Cæterum argumenta adduxerunt, quod temporibus Prophetarum antiquis, non pauciores erant quam hic enumerantur, & probatiunculam attulerunt quod præfecti bonis Eccleſiæ non debent eſſe pauciores quam duo, ex eo quod dicitur Exod. 28, 5. והם יקחו את הזהב *& illi*, ſed ad minimum in numero *plurali poſſunt eſſe* duo.

ג ארבעה חותמות היו במקדש וכתוב עליהן עגל זכר גדי חוטא בן עזאי אומר. חמשה היו וארמית כתוב עליהן עגל זכר גדי חוטא דל וחוטא עשיר עגל משמש עם נסכי בקר גדולים וקטנים זכרים ונקבות חוץ משל אילים זכר משמש עם נסכי אילים בלבד חוטא משמש עם נסכי שלש בהמות של מצורעין :

3. Quatuor ſpecies ſigillorum erant in Sanctuario, & illis inſcriptum erat: Vitulus. Maſculus. Hircus. Peccantis. Ben Aſai inquit, quinque fuerunt, & Syriacè illis inſcriptum erat: *Vitulus. Maſculus. Hircus. Peccatum pauperis. Peccatum divitis.* Vitulus offerebatur cum libaminibus gregis, cùm majorum tum minorum, exceptis illis quæ arietibus (*adhibentur.*) Maſculo adhibebantur libamina arietum ſolùm. Peccatum offerebatur cum tribus leproſorum animalibus.

R. OB. DE BARTENORA.

ארבעה חותמות היו במקדש *Quatuor ſigilla erant in ſanctuario*, tria ſigilla pro diverſis libaminibus beſtiarum, ſigillum primum pro libaminibus jumenti, quæ erant tres decimæ ſimilæ partes mixtæ cum dimidio *Hin*, & ſigillum erat *vitulus*. Secundum ſigillum erat *maſculus* in libamina arietis, nam איל Targum interpretatur דכרא *maſculus*, & libamina illius duæ ſunt decimæ partes ſimilæ mixtæ cum tertia parte *Hin* olei. Sigillum tertium erat *hœdus*, in libamina agni unius anni, quæ ſunt decima pars ſimilæ mixta cum quarta parte *Hin* olei, & quarta parte *Hin* vini in libamina. Sigillum quartum erat *peccator*, in libamina leproſi divitis, qui offerebat tres beſtias cum decem Logis olei, novem pro tribus beſtiis; & unus olei Logus ad imponendum infimæ parti auris, & pollicibus manuum ac pedum; & vocatur leproſus חוטא *peccator*, eo quod in tractatu Erachin dicitur, propter ſeptem peccata plagæ veniunt &c.

עזאי אומר חמשה היו *Aſai dicit quinque erant*, duo ſigilla erant pro leproſo, *peccator pauper*, *& peccator dives*, quia leproſus pauper unam beſtiam tantum offerebat; & ſi tantum unum eſſet ſigillum pro leproſo, leproſo pauperi dabant ſigillum *hœdi*; & deciſio eſt juxta doctorem primum.

וארמית כתוב עליהן *Et Syriacè illis inſcriptum erat*, quia plurimus ſermo eorum habebatur Aramicè. זכרים ונקבות *maſculi & fœminæ*, tam in libamina holocauſtorum, quæ tan-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnium libaminum tria erant genera, nam ſacrificia gregis comprehendunt duo, nimirum agnos & hœdos, & neceſſe erat cum qualibet beſtia adducere libamina, quando offerebantur holocauſta aut ſacrificia pacifica, quæ erant decima pars ſimilæ mixta cum quarta parte *Hin* olei, & quarta pars menſuræ *Hin* vini, & ſecundum numerum quadrupedum in holocauſta, & ſacrificia pacifica, erant menſuræ illæ pro quolibet hœdo; & hœdi omnes æquales erant, ſive magni ſive parvi eſſent. Sed cum agnis non ita fit, quia libamina agnorum unius anni, aut minus, juxta id quod diximus, eadem ſunt cum libaminibus capræ. Cæterum libamina arietis duorum annorum requirunt duas decimas ſimilæ mixtas cum tertia parte *Hin* olei, & cum tertia parte *Hin* vini, & ſic pro quolibet ariete; & hoc eſt ſecundum genus libaminum. Tertium genus libaminum cum jumento fit, & ſive vacca fuerit magna ſive parva, libamina eadem ſunt, nimirum tres decimæ ſimilæ mixtæ cum dimidio *Hin* olei, & cum dimidio *Hin* vini in libamina. Eodem modo comparatum eſt cum quolibet holocauſto, & ſacrificio pacifico. Sed ſacrificium pro peccato, & ſacrificium pro reatu non habebant libamina, verum ſacrificium pro peccato leproſi, & ſacrificium ejus pro reatu tantum; at hæc & omnia horum fundamenta exponemus in principio tractatus Menachot. Sin autem leproſus dives offerebat tres beſtias, duos

tantum de maſculis offerebantur quam libamina ſacrificiorum pacificorum quæ offerebantur maſculina, aut fœminina; nam holocauſta & ſacrificia pacifica requirunt libamina, quemadmodum ſcriptum eſt Num. 15, 3. עולה או זבח. duos agnos, & unam agnam, erant holocauſtum, ſacrificium pro peccato, & ſacrificio pacifico; & libamina ejus erant tres decimæ ſimilæ cum oleo mixtæ, & Logus olei. Hoc autem quartum genus libaminum eſt; ſi quis eſſet pauper, offerebat unum agnum, & decimam partem ſimilæ, & duos turtures aut duos pullos columbarum, & hæc omnia ſunt verba Legis. Sigillo arietis autem inſcribebant *maſculum*, quia aries Chaldaicè eſt דכרא *maſculus*; & Leproſus vocatur *peccator*, quia propter peccata ſua illi evenit id quod ipſi evenit, quemadmodum nobis hypotheſis eſt. Sapientes dicunt, quod non ſit neceſſe ut ſpeciale ſit ſigillum cui inſcriptum eſt *peccator pauper*, quia peccator pauper non opus habet libaminibus, niſi decima tantum parte, uti diximus. Quia autem omnes inter ſe æquales ſunt, dabant pauperi ſigillum cui inſcriptum erat *hœdus*, qui erat ipſi in decimam, uti diximus. Quod vero dicit, *maſculi & fœmellæ*, vult libamina & holocauſta*, quæ non veniebant niſi de maſculis cujuſlibet ſpeciei, aut libamina ſacrificiorum pacificorum, quæ tantum veniebant de fœminis; quia libamina holocauſtorum, & libamina ſacrificii pacifici erant æqualia, quemadmodum tibi dixi; verba vero Legis de libaminibus dicunt Num. 15, 3. עולה או זבח.

ד מי שהוא מבקש נסכים הולך לו אצל יוחנן
שהוא ממונה על החותמות נותן לו מעות ומקבל
ממנו חותם בא לו אצל אחיה שהוא ממונה על
הנסכים ונותן לו חותם ומקבל ממנו נסכים ולערב
באין זה אצל זה ואחיה מוציא את החותמות
ומקבל כנגדן מעות ואם הותירו הותירו להקדש
ואם פחתו היה משלם יוחנן מביתו שיד הקדש
על העליונה :

4. Qui ſibi libamina comparare vult, adit Johannem præfectum ſigillorum, & ipſi pecunias (*quæ requiruntur*) numerat, ſumit deinde ab ipſo ſigillum, & illud fert ad Achiam præfectum libaminum, porrigit ipſi ſigillum, & ab ipſo libamina ſumit. Sub veſperam conveniunt hi (*duo præfecti.*) Achias profert ſua ſigilla, & loco ipſorum pecuniam ſumit. Si aliquid in illis redundat, confertur id ad Sancta; Si verò deficit, id reſtituit Johannes ex domo ſua, quia manus Sancti ſuperior eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נותן לו מעות *Dat ipſi nummos*, ſecundum libamina quibus opus habent. בא לו אצל אחיה שהוא ממונה על נסכים *venit ad Achiam præfectum libaminibus*, ad emendum vinum, oleum, & ſimilam, ne is qui ſacrificium offerre debebat, teneretur poſt confecta libamina juxta purificationem ſanctitatis iterum ejuſmodi procurare. ואם הותירו הותירו להקדש *& ſi remanſiſſent, remanſiſſent ad ſancta*, & non dicimus quod fieri poteſt ut pecuniæ illæ pertineant ad Johannem, quæ mixtæ ſunt cum pecuniis libaminum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, *nimirum quod Achias educebat* ſigilla quæ ſcripta erant manu Johannis, & nummos ab eo receptos petebat, ſi apud ipſum remanſiſſent nummi, illi remanerent ad ſancta, & hæc reſidua notantur capite antecedenti, quando dicit *reſiduum libaminum*.

ה מי שאבד ממנו חותמו ממתינין לו עד הערב
אם מצאו לו כדי חותמו נותנין לו ואם לאו
לא היו נותנין לו ושם היום כתוב עליהן מפני
הרמאין :

5. *Si aliquis ſigillum ſuum perdit, exſpectant* uſque ad veſperam, *ſi aliquid reperiunt*, quod eſt ut ſigillum ejus, dant ipſi (*quod opus habet.*) Si verò nihil (*repertum ſit,*) etiam nihil dant. Nomen deinde diei illis (*ſigillis*) inſcriptum eſt, propter deceptores.

R. OB. DE BARTENORA.

ממתינין לו עד הערב *Exſpectant uſque ad veſperam*, conjungunt ſe Johannes & Achia; ſi nummi reſidui inventi fuerint in poteſtate Johannis ſecundum quantitatem ſigilli, quod dicit alius ſe perdidiſſe, dant illi quod opus habet. ושם היום כתוב עליהן *Et nomen diei inſcriptum eſt illis*, ſigillo inſcriptus erat dies & menſis. מפני הרמאים *propter deceptores*, quia aliquis invenire poſſet ſigillum quod ceciderit ſocio ſuo, aut Achiæ, aut Johanni; at cum jam illud repetit, & eo ipſo die non licet educere quo illud invenerit, quia is qui perdiderit, quæret, ideo notatur dies. Vel cogitabit etiam quod forſan acceperit ſigillum quando minoris vendebatur, ideoque ſe reſervaturum illud ad aliud tempus quo majoris venderetur, propterea ſigillo inſcribitur dies, ne decipere poſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם מצאו לו כדי חותמו *Si aliquid reperiunt, quod eſt ut ſigillum ejus*, id eſt, ſi inter nummos in poteſtate Johannis reperiatur ultra quantitatem ſigilli, quod ſe dicit perdidiſſe, ſine additione aut detractione. מפני הרמאים *propter deceptores*, ne inveniat aliquod ſigillum quod cecidit antequam pervenerit ad poſſeſſorem, aut ad Achiam, aut Johannem, & furetur illud; aut capiat verum ſigillum, idque cuſtodiat donec pretium carius fiat, & furetur illud.

ו שתי לשכות היו במקדש אחת לשכת חשאים
ואחת לשכת הכלים לשכת חשאים יראי חטא
נותנים לתוכה בחשאי ועניים בני טובים
מתפרנסין מתוכה בחשאי לשכת הכלים כל
מי שהוא מתנדב כלי זורקו לתוכה ואחד
לשלשים יום גוברין פותחין אותה וכל כלי
שמצאו

6. Duo Conclavia erant in templo, unum vocabatur conclave occultorum, alterum verò conclave vaſorum. Conclave occultorum erat, in quod homines pii occultè aliquid projiciebant, ex quo deinde pauperes filii bonorum occultè alebantur. Conclave vaſorum verò eſt, in quod aliquis projicit, quod ex vaſis ſpontè offerre vult. Semel autem in 30. diebus, Theſaurarii illud aperiunt, &

שמצאו בו צורך לבדק הבית מניחין אותו והשאר נמכרין ודמיהן נופלין ללשכת בדק הבית :

& omnia vaſa quæ cogitant neceſſaria eſſe templo, reſervant ; reliqua verò divenduntur , & pretia ipſorum veniunt in conclave neceſſitatum templi.

R. OB. DE BARTENORA.

לשכת חשאים *Conclave occultorum*, ita vocatur, eo quod illi qui nummos conjiciebant in illud, eos conjiciebant clam, & ii qui illis ſuſtentabantur, recipiebant eos clam. ללשכת בדק הבית *in conclavi ad reparationem templi*, in conclavi illo in quod reponebant omnes ſanctitates quæ inſerviebant reſtaurationi templi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חשאי Notat *ſecretum* & *occultum*, præterea totus hic ſenſus clarus eſt, ut non indigeat ulteriori explicatione.

פרק ו שלשה עשר שופרות שלשה עשר שולחנים שלש עשר השתחויות היו במקדש של בית רבן גמליאל ושל בית רבי חנניה סגן הכהנים היו משתחוין ארבעה עשר והיכן היתה יתירה כנגד דיר העצים שכן מסורת בידי' מאבותיהם ששם הארון נגנז :

Caput 6. Tredecim ciſtulæ, tredecim menſæ, & tredecim adorationis (*loca*) fuerunt in Sanctuario. (*Traditio*) familiæ R. Gamalielis, & familiæ R. Chananiæ Vicarii Sacerdotum ; fuerunt quatuordecim adorationis loca. Ubi Ergò fuit altera? E regione conclavis lignorum, quia traditionem habebant à patribus ſuis, arcam ibi occultatam eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

שופרות Sunt ciſtæ ſuperius anguſtæ, & inferius latæ, inflexæ in forma buccinæ, propter deceptores, ne manum intra eas immittere poſſent, & inde quicquam eriperent eo modo ac ſi in eas conjicerent. Deindè vero exponetur quare tredecim erant ciſtæ, & tredecim menſæ, & ubi erant portæ.

שלשה עשרה השתחויות *Tredecim adorationes*, earum locus exponetur alibi inferius. כנגד דיר העצים *è regione conclavis lignorum*, erat conclave in quo cuſtodiebantur omnia ligna diſpoſitionis foci, ad latus orientale ſeptentrionale atrii mulierum.

ששם הארון נגנז *Quia illic arca occultata erat*, nam Rex Joſia præcepit ut eam abſconderent ſuper templo in loco ſubterraneo & occulto, quem ædificavit Selomo, quando ædificavit templum, utpote ſciens templum deſtructum iri, & hoc eſt quod dicitur 2 Chron. 35, 3. ויאמר ללוים המכינים תנו את ארון הקדש בבית אשר בנה שלמה וגו' Et cum ea ſimul abſconſa erat virga Aharonis, & urceus mannæ, & amphora olei unctionis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus quod שופרות ſunt ciſtæ in quas conjiciebant receptos nummos; exponetur etiam hoc capite, id quod in qualibet ciſta continebatur vocari etiam שופרות *buccinæ*, eo quod erant in forma buccinæ in rotundum inflexæ, latæ inferius & anguſtæ ſuperius, & quo magis ſurſum dilatabantur, eo magis deorſum infringebantur, ne quis indè quicquam nummorum educere poſſet niſi maxima cum difficultate. Poſtquam vero eas invertebant, omnes nummi disjiciebantur, ita ut nullo modo indè quicquam educere quis poſſet. Sic enim dictum eſt, *infra erant anguſtæ ſurſum, & latæ inferius propter deceptores*, id eſt, ne quis veniret deceptor & faceret ac ſi injiceret quicquam cum interim abripiebat; nam nonnulli ſolebant in eas conjicere ſimul omnem illam nummorum quantitatem quam deſtinaverant, quemadmodum exponetur hoc capite. Deindè vero exponet, quomodo & ubi adorare ſolebant, & ubi erant menſæ. Cæterum quando fecerimus figuram templi in genere in tractatu Middot, exponentur tibi loca portarum & omnium conclavium, & dicetur quodnam erat conclave lignorum.

ב מעשה בכהן אחד שהיה מתעסק וראה הרצפה שהיה משונה מחברותיה בא ואמר לחבירו לא הספיק לגמור את הדבר עד שיצתה נשמתו וידעו בייחוד ששם הארון נגנז :

2. Hiſtoria de Sacerdote quodam, qui operi intentus vidit ſtratum diverſum à reliquo (*pavimento.*) Abit ad id ſocio ſuo indicandum, ſed vix rem totam enarraverat cùm animam efflavit. Et tunc clarè ſciverunt, arcam ibi eſſe Abſconditam.

R. OB. DE BARTENORA.

שהיה מתעסק *Qui intentus erat*, ſupple operi, ligna à vermibus purgans, laborabat autem hic ſacerdos vitio, eorum vero qui vitio affecti erant officium erat præparare ligna, nam quodcunque lignum quod vermibus ſcatebat, ineptum erat ad altare. שהיא משונה *quod diverſum erat*, non conveniebat reliquis ſtratis, nec iis æquale erat, ideoque ſciebat aliquid remotum fuiſſe & loco illius repoſitum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתעסק *Intentus*, notum eſt, & ſenſus eſt, quod opus ſuum peragebat ſacerdos; at non dicit עובד *faciens*, quia hic ſacerdos cui hoc contigit, vitio laborabat; & propterea ligna ſecabat in conclavi lignorum, ad diſponendum ignem ſuper foco, quia vitio laborantes non agebant opus in templo, ſed ligna adaptabant, uti exponetur in tractatu Tamid.

ג והיכן היו משתחוים ארבע בצפון וד' בדרום שלש במזרח ושתים במערב כנגד שלשה עשר שערים שערים דרומיים סמוכין למערב שער העליון שער הדלק שער הבכורות שער המים ולמה נקרא שמו שער המים שבו מכניסין צלוחית של מים של נסוך בחג רבי אליעזר בן

3. Quomodo adorabant? Quatuor (*adorabant*) verſus ſeptentrionem : quatuor verſus meridiem. Tres verſus Orientem : & duo verſus occidentem, pro ratione tredecim portarum. Portæ meridionales verſus latus occidentale flectentes erant porta ſuperior, porta Hiddelek, porta primogenitorum, porta aquæ. Quare autem vocatur porta aquæ, quia per eam afferunt phyalam aquæ libationis in feſto tabernaculorum ; R. Elieſer fil. Jacob dicit,

יעקב אומר בו המים מפכים ועתידין להיות יוצאין מתחת מפתן הבית לעומתן בצפון סמוכין למערב שער יכניה שער קרבן שער נשים שער השיר ולמה נקרא שמו שער יכניה שבו יצא יכניה בגלותו במזרח שער נקנור ושני פשפשין היו לו אי בימינו ואחד בשמאלו ושנים במערב שלא היה להן שם :

quia in illa aquæ mutabuntur egreſſuræ ſub limine ædis. E regione iſtarum (*portarum*) in ſeptentrione adhærent occidenti, Porta Jeconiæ, porta oblationis, porta mulierum, porta cantici. At quare nuncupatur Porta Jeconiæ? Quia ea exivit Jeconia in captivitatem ſuam. Porta quæ erat in oriente dicebatur Nikanoris; cui duo erant oſtiola, unum ab ejus dextra; alterum ab ejus ſiniſtra. Duabus (*illis portis*) quæ in Occidente, non erat nomen.

R. OB. DE BARTENORA.

והיכן היו משתחוים *Et quomodo adorabant*? ubi fiunt tredecim adorationes de quibus Miſchna dixit ſuperius. שער העליון *porta ſuperiore*, nam mons templi aſſurgebat ab oriente ad occidentem, & porta quæ proxima erat occidenti, erat porta ſuperior. שער הדלק *porta ardoris*, erat porta conclavis lignorum, quæ erat ad meridiem atrii, quandoquidem vero inde colligebant ligna ad incendendum ea in altari, ideo vocatur שער הדלק.

שער הבכורות *Porta primogenitorum*, nam ibi primogenita colligebantur, & mactabantur in meridie. המים מפכים *aquæ commutantes*; hoc eſt quod Scriptum eſt Jecheskiel 47, 2. והנה מים מפכים מן הכתף הימנית Id autem latus quod dicitur *dexterum*, eſt latus meridionale, uti Pſal. 89, 13. צפון וימין Et vidit Jecheskiel per prophetiam quod aquæ prodibant è ſancto ſanctorum minutæ, ut cornua locuſtarum, quando autem perveniebant ad hanc portam, efferebant ſe aquæ & fiebant ut plenitudo oris dolii minoris, propterea מים מפכים vocantur. שער קרבן *porta oblationis*, nam illic oblationes introducebantur ſanctiſſimæ, & mactabantur ad ſeptentrionem. שער הנשים *porta mulierum*, eo quod per eam intrabant mulieres ad manus ſuas imponendas ſacrificiis, juxta ſententiam R. Joſis, dicentis, mulieres ſpontaneæ oblationi manus imponunt ſacrificiis. *Sed juxta ſententiam* R. Jehudæ & R. Schimeonis, ad adſiſtendum ſacrificiis. שער השיר *porta cantici*, per illam introducebant inſtrumenta muſica. שבו יצא יכניהו בגלותו *quia per eam exiit Jechonia in captivitatem ſuam*, nam ſanctuarium intraverat ad incurvandum ſe, & valedicendum, quando ibat in captivitatem Babylonicam, & tum exibat deindè per eam portam. שער ניקנור *porta Nicanor*, hoc explicatur in tractatu Joma capite tertio. פשפשים ſunt portæ parvæ in medio magnarum, & ſunt etiam è numero tredecim portarum. Et quamvis porta ardoris etiam haberet portam parvam, non tamen enumerat eam, quia admodum exigua erat; at illæ admodum magnæ erant. Illa vero Miſna quæ dicit tredecim eſſe portas, confirmatur è Gemara Jeruſolymitana juxta ſententiam Aba Joſe filii Jochanan. Sed Sapientes dicunt ſeptem dari portas atrii, & illi putant, quod tredecim adorationes dantur juxta tredecim rupturas quas ruperunt in atrio Reges Græciæ; at quando eos ſuperarunt & devicerunt Maccabæi, occluſerunt rupturas illas, & ordinarunt tredecim adorationes, ad quamlibet rupturam unam adorationem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פשפשין ſunt portæ parvæ quas faciunt domiciliis magnis in ipſis oſtiis portarum magnarum, ut ſingulis vicibus facilè aperiri poſſint. Hic vero doctor qui dicit tredecim portas fuiſſe in atrio, eſt Aba Joſe filius Jochananis, ſic exponitur in Talmude Jeruſolymitano. At Sapientes dicunt ſeptem fuiſſe portas in atrio, uti dicitur in tractatu Middot, & hæ tres adorationes quibus adorabant, erant juxta opinionem Sapientum ſecundum tredecim rupturas, quas ruperunt in atrio reges Græciæ, quas occluſerunt Maccabæi, quemadmodum exponetur in tractatu Middot. Quando autem quis veniebat ad locum rupturæ, incurvabat ſe in modum confeſſionis & gratiarum Deo agendarum.

ד שלשה עשר שולחנות היו במקדש שמונה של שיש בבית המטבחים שעליהן מדיחין את הקרבים ושנים במערב הכבש אי של שיש ואי של כסף על של שיש היו נותנים את האיברי׳ על של כסף כלי שרת ושנים באולם מבפנים על פתח הבית אחד של שיש ואחד של זהב על של שיש נותנים לחם הפנים בכניסתו ועל של זהב ביציאתו שמעלין בקדש ולא מורידין ואחד של זהב מבפנים שעליו לחם הפנים תמיד :

4. Tredecim menſæ fuerunt in Sanctuario; octo marmoreæ in domo mactationis, ſuprà quas abſtergebant inteſtina. Duæ deinde erant verſus Occaſum Aſcenſus (*altaris*) quarum una erat marmorea, altera verò argentea: Marmoreæ imponebant membra, argenteæ verò vaſa cultus. Duæ etiam menſæ erant in porticu extra portam Sanctuarii, una erat marmorea, altera verò aurea; marmoreæ imponebant panes propoſitionis, cùm ipſos in (*Sanctuarium*) portabant, aureæ verò illos imponebant, cùm illos ex Sanctuario efferebant. Nam in rebus ſanctis ſemper aſcendunt, non deſcendunt. Una denique tabula aurea erat ab intra, & ſuprà ipſam perpetuò expoſiti erant panes propoſitionis.

R. OB. DE BARTENORA.

על של שיש מניחין את האברים *Marmoreæ imponebant membra*, poſt partitionem diſponebant ea in menſa, donec elevarent ea in altare ſacerdotes. Sed non faciebant illas menſas ex auro, aut argento, etſi in loco diviti non datur paupertas, quia aurum & argentum calefaciunt, & carni nocent, ſed marmor frigidum eſt, & conſervat carnem ne corrumpatur; nam non innitebantur miraculo quod caro ſancta nunquam corrumpebatur. על של כסף כלי שרת *argenteæ vero vaſa cultus*, nam quolibet manè educebant nonaginta tria vaſa cultus, quemadmodum dicit Miſna in tractatu Tamid. נותנין לחם הפנים בכניסתו *ponebant panes propoſitionis, in introitu*, donec cocti eſſent panes, & deindè ponerentur in menſa. ועל של זהב ביציאתו *& aureæ in egreſſu*, illic poſiti erant donec diſpertirentur. שמעלין בקדש *cum in ſanctitatibus aſcen-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, & figura templi quam tibi depingam in tractatu Middot, tibi exponet omnia hæc loca eorumque contenta.

aſcendunt, nam quia eos de menſa aurea removebant, non licebat panes eos menſæ argenteæ imponere, quod minoris honoris erat.

ה שלשה עשר שופרות היו במקדש וכתוב עליהן תיקלין חדתין ותיקלין עתיקין קינין וגוזלי עולה עצים ולבונה זהב לכפורת וששה לנדבה תיקלין חדתין שבכי שנה ושנה ועתיקין מי שלא שקל אשתקד שוקל לשנה הבאה קינין הן תורין וגוזלי עולה הן בני יונה וכולן עולות דברי רבי יהודה וחכמי אומרים קינין אחד חטאת ואחד עולה וגוזלי עולה כולן עולות :

5. Tredecim Ciſtæ erant in Sanctuario, & illis inſcriptum erat; Sicli novi. Sicli veteres, Nidi. Pulli pro holocauſto. Ligna. Thus. Aurum pro expiatione. Sex reliquæ autem ſunt pro ſpontanea oblatione. Sicli novi ſunt, qui eo ipſo anno quo debentur, offeruntur. Veteres verò ſunt illi, qui eo anno quo debebantur, non fuerunt ſoluti, ſed ſolùm anno ſequenti afferuntur. Nidi ſunt Turtures. Pulli holocauſti ſunt pulli columbarum, quorum ſcil. pecuniâ holocauſta fieri debent. Sic ſentit R. Jehuda: Sapientes verò dicunt, (*nummos*) turturum (*impendi*) partim ad (*Sacrificium*) pro peccato, partim verò pro holocauſto. Columbarum verò in univerſum ad holocauſtum.

R. OB. DE BARTENORA.

תקלין חדתין *Sicli novi*, ſenſus eſt, ſicli novi ſive anni currentis imponebantur ciſtæ primæ, & quando adveniebat tempus ſeparandi oblationem primam; quæſtor educebat omnes nummos qui erant in ciſta, & ponebat eos in conclave, ut de illis ſepararetur oblatio prima. Secundæ ciſtæ inſcriptum erat תקלין עתיקין *ſicli veteres*, & qui eo anno non adduxerat ſiclum ſuum, adducebat eum anno ſequenti, quem immittebant in ciſtam, quæſtor vero educebat ſiclos è ciſta, & addebat eos reliquiis conclavis. Tertiæ inſcriptum erat קינין *nidi, puta turtures magnos*. Quartæ inſcriptum erat גוזלי עולה *pulli pro holocauſtis*, pulli columbarum minores, qui omnes erant pro holocauſtis. Sed illi qui nidos ex debito adducebant; nummos, aut aves dabant in manus ſacerdotis, & nummi non immittebantur in ciſtam. Cujus ratio exponitur in Talmude Jeruſolymitano, nimirum propter mixturas, quia unus è poſſeſſoribus nidi mori poterat, unde fieri poſſet ut pecuniæ pro ſacrificio pro peccato, cujus poſſeſſor mortuus erat, miſcerentur cum pecuniis alterius. Verum Sapientes hujus rei rationem *non* habent, nam putant illi, quod ciſtis nidorum imponuntur pecuniæ nidorum ex debito offerendorum, & quod pro omnibus pecuniis, quæ continentur in ea, unus nidus ſacrificatur in ſacrificium pro peccato, & in holocauſtum alter, & reliqui nidi toti in oblationem ſpontaneam ſacrificantur in holocauſtum; deciſio eſt juxta Sapientes. Quintæ inſcriptum erat עצים *ligna*, qui vero offerebat ligna in diſpoſitionem lignorum ſuper focum, immittebat pecunias in eam. Sextæ inſcriptum erat לבונה *thus*, & qui offerebat thus immittebat pecunias in eam, quas quæſtores educebant, & illis emebant thus, & incendebant illud in altare. Septimæ inſcriptum erat, זהב לכפורת *aurum pro expiatione*, qui offerebat aurum mittebat illud in eam vel pretium ejus; *quod erat pro expiatione*, id eſt, pro vaſis miniſterii, nam מזרקות *crateres*, vocantur כפורי זהב *expiationes auri*, ſic Ezras 1, 10. Et in libris Chronicorum. Quia ſacerdos illis abſtergebat digitum inter quamlibet abſterſionem, & inter dona ſacrificii pro peccato, quia reliquiæ ſanguinis in digito relictæ profanatæ erant.

ששה לנדבה *Sex in oblationem ſpontaneam*, ſex ciſtæ reliquæ erant in oblationem ſpontaneam, uni inſcriptum erat מותר חטאת *reſiduum ſacrificii pro peccato*: ſecundæ inſcriptum erat מותר אשם *reſiduum ſacrificii pro reatu*; tertiæ inſcriptum erat מותר קינין *reſiduum nidorum*, ſcil. ſeminifluorum, & ſeminifluarum, ac puerperarum: quartæ inſcriptum erat מותר קרבנות נזיר *reſiduum oblationum Nazyræi*; quintæ inſcriptum erat מותר אשם מצורע *reſiduum ſacrificii pro reatu leproſi*; ſextæ inſcriptum erat נדבה *oblatio voluntaria*, in genere; qui ſeparaverat nummos in ſacrificium pro peccato, idque comparaverat, & reliquiæ remanſerant, mittebat reliquias illas in ciſtam cui inſcriptum erat, מותר חטאת *reſiduum ſacrificii pro peccato*; eodemque modo reſiduum ſacrificii pro reatu mittebant in ciſtam cui inſcriptum erat, מותר אשם *reſiduum ſacrificii pro reatu*. Itidem, in ciſtam cui inſcriptum erat נדבה in genere, ei quilibet immittebat qui aliquid offerebat pro altari.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primæ ciſtæ inſcriptum erat, *ſicli novi*, nam omnes ſicli qui colligebantur eo anno, immittebantur in eam. Secundæ ciſtæ inſcriptum erat, *ſicli veteres*, in quam immittebantur ſicli qui reſidui erant è ſiclis anno præterito exigendis. Tertiæ ciſtæ inſcriptum erat *nidi*. Quartæ inſcriptum erat, *pulli pro holocauſtis*. Dicit autem R. Jehuda, quemlibet, qui debebat holocauſtum ex turturibus, immittere pecunias ſuas in tertiam; & quemlibet, qui debebat holocauſtum ex pullis columbarum, immittere pecunias ſuas in quartam; nam putat quod omnes ſacrificari debent in holocauſta; at id quod in tertia erat ciſta, eſſe pro turturibus, & id quod in quarta, eſſe pro columbis. Cæterum Sapientes dicunt; quemlibet, qui debebat ſacrificium pro peccato, & holocauſtum ex avibus, immittere pecunias ſuas in tertiam; & quemlibet, qui debebat holocauſtum tantum, immittere pecunias ſuas in quartam. Propterea, quicquid reperiebatur in tertia, ejus dimidia pars ſacrificabatur in holocauſtum, & dimidia pars in ſacrificium pro peccato. Quidquid autem erat in quarta ciſta id omne erat pro holocauſto, & non erat differentia inter turtures & pullos columbarum. Quintæ ciſtæ inſcriptum erat, *ligna*, & quisquis offerebat aliquid ad emendum ligna diſpoſitionis foci, immittebat illud in eam. Sextæ inſcriptum erat, *thus*, & quiſquis aliquid offerebat ad emendum thus, immittebat id in eam. Septimæ inſcriptum erat, *aurum pro expiatione*, & quiſquis offerebat aurum ad faciendum operculum ſuper ſanctum ſanctorum, immittebat illud in eam. Sex reliquæ ciſtæ erant pro oblationibus ſpontaneis, quarum uni inſcriptum erat *reliquiæ ſacrificii pro peccato*, & quiſquis ſeparabat pecunias in ſacrificium pro peccato, ſi reliquiæ remanerent, eas immittebat in illam. In ſecundum vero immittebant reliquias ſacrificii pro reatu. In tertiam immittebant reliquias nidorum ſeminifluorum, & ſeminifluarum, ac puerperarum. In quartam immitebant reliquias ſacrificiorum Nazyræi. In quintam immittebant reliquias ſacrificii pro reatu leproſi. Jam tibi dixi quod ſit conſtitutio Senatus, quod omnes reliquiæ holocauſtorum offerantur in holocauſta, & propterea omnes ſacrificantur in holocauſta ſpontè data, uti exponetur inferius, idcirco dicit, *ſex in oblationem ſpontaneam*. Sextæ vero ciſtæ inſcriptum erat, *oblatio voluntaria*, in genere, & quicunque aliquid offerebat in altare; immittebat illud in eam; deciſio eſt juxta Sapientes.

ו האומר הרי עלי עצם לא יפחות משני גיזרין

6. Qui dicit, mihi (*voto*) incumbit, ligna (*offerre*:)

גיזרין לבונה לא יפחות מקומץ זהב לא יפחות
מדינר זהב ששה לנדבה נדבה מה היו עושין
בה לוקחין בה עולות הבשר לשם והעורות לכהנים
זה מדרש דרש יהוידע כהן גדול אשם הוא אשום
אשם לה׳ זה הכלל כל שהוא בא משום חטא
ומשום אשמה ילקח בו עולות הבשר לשם והעורות
לכהנים נמצאו שני כתובי׳ קיימים אשם לה׳ ואשם
לכהנים ואומר כסף אשם וכסף חטאות לא יובא
בית ה׳ לכהנים יהיו :

ferre:) Pauciora quam duo ſegmenta non offerat. (*Qui dicit*) ego thus debeo: non minus pugillo det. Aurum (*debeo*) minus quàm denarium aureum dare non debet. Sex (ciſtulæ) ſunt, pro ſpontanea oblatione. Quid autem illâ faciunt? Emunt illâ holocauſta quorum carnes Dei ſunt, pelles verò Sacerdotum. Quæ eſt expoſitio Jehojadæ ſummi Sacerdotis, quando explicat illud, quod אשם *ſit quod Deo offertur pro reatu.* Hæc eſt generalis regula; omnis pecunia, quæ propter peccatum aut reatum offertur, impenditur ad holocauſta; caro cedit Deo & pelles Sacerdotibus; quia duo ſunt loca ſcripturæ, quæ Deo & Sacerdotibus reatum ſolvendum eſſe docent; & deinde dicitur 2 *Reg.* 12. 17. *Pecunia pro delicto, & pecunia pro peccato, non inferebatur in domum Jehovæ: Sacerdotibus cedebant.*

R. OB. DE BARTENORA.

לא יפחות משני *Non diminuet de duobus*, qui in genere obtulerit ligna, non pauciora quam duo dabit ſegmenta de lignis diſpoſitionis ſuper focum, quorum nota erat quantitas. Hoc autem ita intelligendum eſt quando obtulerit in genere, at ſi quis adducere voluerit etiam unum ſegmentum, id faciat.

לא יפחות מן הקומץ *Non diminuet de pugillo*, hæc enim erat quantitas thuris quæ offerebatur una cum Mincha, uti ſcriptum Levit. 6, 8. והרים ממנו בקומצו מסולת המנחה ומשמנה ואת כל לבונתה Quemadmodum ergo ſeparatio Minchæ erat quantitas pugilli, ſic etiam quantitas thuris erat pugillus. Hoc vero accipiendum eſt quando quis in genere obtulerit; at ſi voluerit adducere, etiam unam thuris particulam, adducat. Qui vero aurum obtulerit in genere, non poteſt offerre minus quàm denarium auri, ſi nominaverit *monetam*; at ſi non nominaverit monetam auri, ſed ſimpliciter tantum dixerit aurum, adducat, etiam rem minimam.

אשם הוא אשם אשר ליהוה Hic verſus à principio ad finem contrarius videtur ſibi ipſi, nam אשם הוא monſtrat quod ſacrificium debet manere in eſſentia, id eſt, quod comedi debet à ſacerdotibus; at אשם ליהוה monſtrat totum deberi Domino, quod repugnat. Expoſuit autem Jojada Pontifex maximus, id omne quod venit pro peccato, & reatu, ut, ſi quis ſeparaverit nummos in ſacrificium pro peccato, & reatu, & reliquiæ remanſerint, emat holocauſta illis reliquiis, caro autem cedet Domino, & corium ſacerdotibus, quo ſenſu duo textus membra vera ſunt; nam אשם ליהוה eſt *caro*, & אשם eſt *corium* pro ſacerdotibus. Hanc vero expoſitionem invenimus de Jojada 2 Reg. 12, 17. *Argentum ſacrificii pro reatu, & argentum ſacrificii pro peccato non adducentur ad domum Domini, ſacerdotibus erunt.* Nam dici nequit, quod argentum quod ſanctificatur pro ſacrificio pro peccato, & reatu, ſacerdotibus cedere poſſit in uſum, niſi neceſſariò dixeris, quod indè aliquid fiat quo ſacerdotibus frui licet, nimirum holocauſta, quorum pelles ſacerdotibus cedunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia ſupra jam dictum eſt unam dari ciſtam in quam homo immittere poſſit quicquid voluerit, & quamvis exempli gratia immiſiſſet pondus grani hordei auri in ciſtam auream, aut etiam immiſiſſet in ciſtam thuris quantitatem grani hordei thuris, dicitur hic, hoc accipiendum eſſe, quando quis in ſpecie non nominaverit rem, viſu ſignatam, ſed dixerit, *promitto ligna*, & tum non diminuet ligna, ut longitudo cujuſlibet ſit menſura cubiti, & craſſities longitudini ſimilis, per modum comparationis. Sic etiam, ſi quis dixerit, *promitto thus*, non diminuet menſuram pugilli; at ſi dixerit, *promitto aurum*, nimirum monetam ſignatam, ut thus, & ligna, ne quidem denarium auri diminuet. Et ſic etiam exponit Gemara. Cæterum jam expoſuimus ſex illas ciſtas continere reliquias ſacrificii pro peccato, & ſacrificii pro reatu. Et probationem adfert ad omne id quod veniebat propter peccatum, & reatum, quod ſacerdotes & altare participarent de eo, ut verum fiat id quod dicitur 2 Reg. 12. כסף אשם כסף חטאת לא יובא בית יהוה וגו׳.

פרק ז מעות שנמצאו בין השקלים לנדבה
קרוב לשקלים יפלו לשקלי׳ קרוב לנדבה יפלו
לנדבה מחצה למחצה יפלו לנדבה בין עצים
ללבונה קרוב לעצים יפלו לעצים ללבונה יפלו
ללבונה מחצה למחצה יפלו ללבונה בין קינין
לגוזלי עולה קרוב לקינין יפלו לקינין לגוזלי עולה
יפלו לגוזלי עולה מחצה למחצה יפלו לגוזלי
עולה בין חולין למעשר שני קרוב לחולין יפלו
לחולין למעשר שני יפלו למעשר שני מחצה
למחצה יפלו למעשר שני זה הכלל הולכין אחר
הקרוב להקל מחצה למחצה להחמיר :

Caput 7. Pecunia illa quæ reperitur inter Siclorum & ſpontaneæ oblationis (*ciſtas*,) ſi propinqua eſt Siclis, ad illos quoque cedit, ſi verò propinquior ſpontaneæ oblationi, illi etiam cedit: ſi media inter hanc & illam (*ciſtam*) reperitur, cedit ſpontaneæ oblationi. Si (*nummi reperiuntur*) inter ciſtas ligni & thuris, & propiores ſunt ligno, illi etiam cedunt, ſi priores thuri, thuri cedunt; Si nummi (*reperiuntur*) inter ciſtas thuris & ligni, ita ut in medio ſint inter hoc & illud, cedunt thuri. Si nummi (*reperiuntur*) inter ciſtas turturum & pullorum holocauſti, ſi his propiores ſunt, illis cedunt, ſi verò illis, ipſis etiam cedunt: ſi ſunt in medio, cedunt pullis holocauſti. *Porro*, nummi illi qui inter profanos & decimam ſecundam (*inveniuntur*) attribuuntur decimæ ſecundæ: ſi æqualiter ab hoc & illo diſtant, cedunt etiam decimæ ſecundæ. Hæc eſt generalis regula: Erunt ad magis propinquum ad facilitandum, in medio verò ad aggravandum.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

מעות שנמצאו קרוב לשקלים יפלו לשקלים *Nummi qui reperiuntur propinquiores ſiclis, cedunt ſiclis*, nam ſequimur id quod propinquius eſt, quemadmodum ſcriptum eſt Deut. 21, 3. והיתה העיר הקרובה אל החלל Et qui dixit, *ſi major ſit pars & propinquior, ſequetur majorem*; exponit hanc Miſnam, quod ſicli & oblatio voluntaria ſunt æqualia.

מחצה על מחצה יפלו לנדבה *Si media inter hanc & illam reperitur, cedet ſpontaneæ oblationi*, quia oblatio ſpontanea gravior eſt ſiclis, quia tota erat pro holocauſtis, ſed de ſiclis aliquando adferuntur ſacrificia pro peccato, quæ comedunt ſacerdotes; tum etiam, quod reliquiæ ſiclorum impendebantur ad reparationem murorum & turrium civitatis.

מחצה על מחצה יפלו ללבונה *Si media ab utraque parte cedit thuri*, quia thus ipſum ſacrificium eſt; ligna vero id quod inſervit ſacrificio. מחצה על מחצה יפלו לגוזלי עולה *ſi media ab utraque parte, cedit pullis holocauſti*, in Talmude Jeruſolymitano arguitur, hoc quidem procedere quando pecunia propior eſt pullis columbarum holocauſti, quia juxta Legem ſequimur id quod propinquius eſt, & res ſe habet ac ſi certò eſſet pecunia pulli holocauſti; at quando pecunia media eſt ab utraque parte, propter dubium conditionem rigoroſiorem ſequimur, & pecuniam mittimus in ciſtam pullorum holocauſti, quia fieri poteſt ut ſint nummi illi ex nidis pullorum ex debito offerendorum; at cum ſacrificantur ex illis pulli holocauſti, quomodo expiabitur mulier quæ illos obtulit? & reſpondetur, quod Senatus nidis præfectus ſumebat de bonis cœtus juxta quantitatem nummorum qui illic erant, & efficiebat ut poſſeſſor nummorum illorum qui inventi erant, acquireret tantundem è bonis cœtus quibus ſacrificabantur pulli pro dubio, & ſacrificium pro peccato non comedebatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia mentionem fecit dubii illius quod natum fuit inter ciſtas, ideo tractat etiam de alio dubio quod alicui accidit inter pecuniam profanam, & decimas ſecundas in quocunque loco fuerit. Dat autem regulam generalem in fine verborum ſuorum. Dicimus vero quod oblatio ſpontanea gravior ſit ſiclis, quia nummi oblationis ſpontaneæ omnes erant holocauſta pro altari, uti expoſuimus; nummi vero ſiclorum cedebant ſacrificiis cœtus, qualia nonnulla erant holocauſta, nonnulla vero ſacrificia pro peccato, quæ comedebant ſacerdotes. Propterea etiam dicimus de nummis repertis inter nidos & pullos columbarum holocauſti, quod, ſi ab utraque parte æqualiter in medio fuerint, omnes adjiciantur nidis columbarum in holocauſtum, eo quod omnes erant holocauſta. Eodem modo thus anteponimus lignis, quia thus ſacrificium eſt, & ligna id quod inſervit ſacrificio.

SURENHUSIUS Si nummi reperiantur inter oblationem ſpontaneam & ſiclos, tum illi cedunt ſiclis, ſi illis ſint propinquiores, quia rei propinquioris habetur ratio. Sed non nemo dicit, רוב וקרוב הלך אחר הרוב *ſi major pars ſit propinquior, ſequimur partem majorem*, id eſt, majori parti ſemper adjiciendum eſt.

ב מעות שנמצאו לפני סוחרי בהמה לעולם מעשר בהר הבית חולין בירושלם בשעת הרגל מעשר ובשאר כל ימות השנה חולין:

2. Nummi qui reperiuntur coram pecorum mercatoribus, ſemper decimæ ſunt; qui reperiuntur in monte templi. communes ſunt. Qui Hieroſolymis (*reperiuntur*) tempore feſtorum, decimæ ſunt, in aliis verò anni diebus communes.

R. OB. DE BARTENORA.

לעולם מעשר *Semper erant decimæ*, etiam per totum annum, nam illi qui aſcendebant ad feſta non conſumebant omnes nummos decimarum ſecundarum diebus feſtis, ſed relinquebant eas parentibus ſuis, aut amicis, ut comederent eas totum annum Jeruſolymis; & præcepti fundamentum principale de comeſtione decimarum ſecundarum erat ſacrificare ſacrificia pacifica, propterea major pars beſtiarum quæ vendebantur Jeruſolymis, comparabatur per totum annum pecuniis decimarum ſecundarum. Cæterum quamvis dici poſſit, fieri poſſe ut mercatoribus exciderint nummi, & jam profanatos eſſe, tamen res non procedit, quia emtores plurimi ſunt, eo quod multi homines emere ſolent ab uno venditore, ideo dicimus quod pertinent illi nummi ad emtores, & quod non profanati ſunt, ſed decimæ.

בהר הבית חולין *In monte templi profani ſunt*, etiam in feſtis, nam maxima pars nummorum quos tum homines habent, decimæ ſecundæ ſunt, nihilominus ſunt profani; quia nos ſequimur majorem partem anni, & dicimus quod nummi ceciderint ante feſtum. *Jeruſolymis*, extra forum beſtiarum. בשעת הרגל מעשר *tempore feſti decimæ*, & non ſequimur majorem anni partem, quia plateæ & calles Jeruſolymorum quotidiè ſolebant purgari; & ſi antea cecidiſſent, inventi fuiſſent nummi. Sed mons templi non ſolebat purgari, quia altus erat, & ventus validus removebat omnem cinerem, & nullus hominum intrare poterat templi montem cum pulvere ad pedes, propterea illic non inveniebatur pulvis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעות שנמצאו לפני סוכרי בהמה *Nummi qui reperiuntur coram beſtiarum mercatoribus*, id eſt, Jeruſolymis, eo quod homines eò aſcendebant cum pecunia decimarum ſecundarum, ad comparandum eâ beſtias, uti expoſuimus in tractatu Maaſer Scheni. Quidquid autem reperiebatur penes mercatores jumenti & gregis, dicimus forſan de decimarum ſecundarum nummis decidere potuiſſe è manu emptoris, ideoque eſſe decimas habendas. Id autem quod dicitur *Jeruſolymis*, intelligi debet de omnibus plateis.

בשעת הרגל מעשר *Tempore feſti, decimæ*, nam omnis Iſraël aſcendebat ad feſtum, & qui ſecundarum decimarum pecuniam habebat, ferebat eam ſecum. Ratio autem, quare profanum erat id quod reperiebatur in monte templi, eſt, quia dicunt, quod ſacerdos certè non ſeparabit nummos de oblationibus primis conclavis, donec profanaverit eos ſuper beſtiis, & quicquid de illis ceciderit profanum eſſe, quia jam profanatum eſt, deindè vero ſeparabit de oblationibus conclavis.

ג בשר שנמצא בעזרה איברין עולות וחתיכות חטאות בירושלם זבחי שלמים זה וזה תעבור צורתו ויצא לבית השריפה נמצא בגבולין איברין נבילות חתיכות מותרות ובשעת הרגל שהבשר מרובה אף איברין מותרין:

3. Caro quæ in atrio reperitur, ſi membra ſunt ad holocauſtum (*cedit*) ſacrificio pro peccato. (*Carnes quæ reperiuntur*) Hieroſolymis, ſunt Sacrificia pacifica. Si verô hæ & illæ figuram ſuam permutarunt; ad conclave combuſtionis abeunt. (*Carnes quæ reperiuntur*) in limitibus, ſi membra ſunt, ut cadavera (*æſtimantur*) ſi verò fruſta ſunt, licita ſunt. Tempore feſtorum autem, in quo magna copia carnium eſt, etiam membra licita ſunt.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

אברים עולות *Membra ad holocauſtum*, quia caro in membra eſt diviſa quemadmodum in membra partiri ſolent holocauſta, hinc certo liquet quod ſunt holocauſta. חתיכות חטאת fruſta ſunt ſacrificium pro peccato, quia in atrio tantum comeduntur ſacrificia pro peccato, & ſacrificia pro reatu. בירושלם זבחי שלמים *Jeruſolymis ſacrificia pacifica*, nam maxima pars carnis quæ comedebatur Jeruſolymis, erat ſacrificium pacificum. זה וזה *hæc & illa*, tam ea caro quæ reperitur in atrio, quam ea quæ reperitur Jeruſolymis.

תעבור צורתו *Si tranſierit forma carum*, quia per abreptionem mentis ſive cogitatione inopinata profanantur, & illicitæ fiunt ad comedendum; neque eas ſacerdos parvi pendere audet, neque comburere donec certo profanatæ fuerint; ideo neceſſe eſt ut figuram ſuam mutaverint, id eſt illegitimæ factæ fuerint, quia ſunt reliquiæ, quarum tempus comedendi tranſiit, quod in ſacrificiis pacificis durat ad diem tertium. בגבולין *in terminis*, in terminis terræ Iſraëlis. איברין נבילות *membra ſunt ut cadavera*, nam cadavera animalium dividi ſolent in membra, & projici in plateas, ut comedant ea canes.

חתיכות מותרות *Fruſta ſunt licita*, quia cadavera in fruſta dividi non ſolent; ſed animalia licita dividi tantum ſolent in fruſta parva, ad vendendum ea Iſraëlitis, aut ad imponendum ollæ; hoc autem intelligendum eſt in tali civitate in qua omnes ſunt Iſraëlitæ; at in civitate in qua ſunt gentiles, prohibita ſunt etiamſi fruſta ſint. שהבשר מרובה *quo caro abundantior eſt*, quando non partiuntur carnem in fruſta parva, ſed coquunt membra.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Holocauſtum totum conſumebatur igne, propterea non partiebantur illud in fruſta; ſed ſatis erat in membra partitum eſſe, uti exponetur in tractatu Tamid. Cæterum jam noſti quod ſacrificia pacifica comedebantur per totam Jeruſolymam, propterea ſolliciti ſumus ne caro reperta ſit de ſacrificiis pacificis, quemadmodum id quod in atrio diviſum repertum eſt, reputamus pro ſacrificio pacifico. Quod vero dicit זה וזה *hæc & illa*, id eſt, caro quæ reperitur in atrio, & caro quæ reperitur Jeruſolymæ.

תעבור צורתו *Tranſierit forma ejus*, id eſt, relinquet eam donec perdita fuerit, ut deinde comburatur, eo quod fieri poſſet ut tempus comeſtionis tranſierit, & ſit reſiduum; unde eſt ut utilitas ſit in verbis noſtris, nam ſi caro ſit holocauſtum, aut ſacrificium pro peccato, aut ſacrificium pacificum, & homo tranſeat qui comedat eam, ſi comederit id quod reperiebatur Jeruſolymæ, nullatenus tenetur, quia eſt ſacrificium pacificum. Sin autem ſacerdos aliquis comederit fruſta in atrio reperta, nullatenus tenetur, quia ſacrificium pro peccato eſt. Deinde Miſna tractat de alio ſenſu huic ſimili, & dicit quod caro *in terminis* reperta, id eſt, in omnibus terræ Iſraëlis locis, ſi in membra diviſa ſit, timendum eſſe ne ea ſit de cadavere, & diviſam eſſe ad vendendum, aut beſtiis proponendum. Sin autem in fruſta diviſa ſit, non ſumus ſolliciti de ea, quia tantum in fruſta dividunt id quod homines comedunt, quo modo caro bene mactata dicitur & licita ad comedendum. Hoc autem accipiendum eſt, ita fieri in civitate in qua omnes ſunt Iſraëlitæ; at ſi in civitate ſint gentiles, non licet comedere iſtiuſmodi carnem, quia nobis hypotheſis eſt quod caro viſum fugiens prohibita ſit. At tempore feſti, quo homines multam habent carnem, non opus eſt dividere in fruſta; ſed tum coquunt membra, propterea membra etiam ſunt licita.

ד בהמה שנמצאת מירושלם ועד מגדל עדר ובמידתה לכל רוח זכרים עולות נקיבות זבחי שלמי׳ רבי יהודה אומר הראוי לפסחים פסחים קודם לרגל שלשים יום :

4. Pecoris illius quod intra Hieroſolymam & turrim Eder, ut & in æquali ſpatio verſus omnes mundi plagas reperitur, maſculi fiunt holocauſta, fœmellæ vero ſacrificia pacifica. R. Jehuda inquit, ſi inter illos (*maſculos*) reperiatur aliquis, qui aptus ſit ad Paſcha, Paſcha ſit, (*modo reperiatur*) triginta diebus ante Feſtum.

R. OB. DE BARTENORA.

זכרים עולות *Maſculi in holocauſta*, nam putamus quod exiit Jeruſolymis maſculus, nam plurimi maſculi qui erant Jeruſolymis, erant holocauſta, & plurimæ fœmellæ erant ſacrificia pacifica. הראוי לפסחים *qui aptus ſit ad Paſcha*, maſculus unius anni ex agnis, aut hœdis: פסחים *Paſcha ſit*, ſenſus eſt; qui invenerit ejuſmodi maſculum, ei licitum ſacrificium Paſchale, & ſi deinde venerit poſſeſſor illius, ſolvit ipſi pretium inventi maſculi.

קודם לרגל שלשים יום *Ante feſtum triginta diebus*, ab illo tempore quo inceperint exponere jura Paſchatis, quando homo ſeparat agnum ſuum Paſchalem; cæterum deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod holocauſtum tantum ſumi poterat è maſculis, de quo multa loca in Lege invenies. Propterea dicit R. Jehuda, quod, ſi beſtia inventa fuerit triginta dies ante feſtum, & maſculus fuerit unius anni, agnus, aut hœdus, qui aptus eſt ad Paſcha, illum non poſſit ſacrificare in holocauſtum, ſed quod licet illum mactare in ſacrificium Paſchatis, quia certum eſt eum perdidiſſe aliquem ex aſcendentibus ad feſtum, qui adducebat eum pro ſacrificio Paſchatis. Hic autem, qui offerendus erat pro ſacrificio pacifico, comedebatur ab eo qui inveniebat illum, quia bonum ſuum eſt, juxta fundamenta juris. Cæterum ſi venerit ad templum, & poſſeſſor illius deinde cognoverit illum, ſolvet illi nummos, quantum valebat eo tempore quo eum obtulerat pro ſacrificio pacifico; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ה בראשונה היו ממשכנין את מוצאיה עד שהוא מביא נסכיה חזרו להיות מניחין אותה ובורחין התקינו בית דין שיהו נסכיה באין משל ציבור :

5. Ab initio oppignorabant eum, qui pecus repererat, donec afferret libamina ejus. Sed inceperunt homines illa pecora relinquere, & fugere; conſtituit itaque Synedrium ut libamina (*ſumptus*) Eccleſiæ fierent.

R. OB. DE BARTENORA.

ממשכנין את מוצאי *Oppignorabant eum qui pecus invenerat*, qui reperierat beſtiam holocauſti & ſacrificii pacifici, eum oppignorabant donec obtuliſſet libamina pro pretio illius, tres decimas pro juvenco, & tres decimas pro ariete, & unam decimam pro agno. מניחין אותה ובורחין *reliquerunt illud, & fugerunt*, ne tenerentur ad libamina.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ממשכינין את מוצאי *Oppignorabant eum qui pecus reperierat*, id eſt, oppignorabant eum qui invenerat beſtiam holocauſti, donec adduxiſſet libamina neceſſaria.

ו אמר רבי שמעון שבעה דברי׳ התקינו בית דין וזה אחד מהן עכ״ום ששלח עולתו ממדינת הים ושלח עמה נסכים קריבין משלו ואם לאו קריבין משל ציבור וכן גר שמת והניח זבחים אם יש לו נסכים קריבין משלו ואם לאו קריבין משל צבור ותנאי בית דין הוא על כהן גדול שמת שתהא מנחתו קריבה משל צבור רבי יהודה אומר משל יורשין ושלימה היתה קריבה :

6. Dixit R. Simeon, ſeptem decreta fecit Synedrium; & hoc unum eſt ex ipſis. *Reliqua ſunt*; ſi idololatra aliquis ex provincia maritima mitteret holocauſtum unâ cum libamine, illud quoque offerri debere, ſi verò nullum miſerit, addi debere (*ſumptu*) Eccleſiæ. Similiter ſi aliquis peregrinus moriens reliquerit ſacrificia, ſi habet libamina, ex illis offerunt: ſin minus *ſumptu* Eccleſiæ addunt. Extendit Synedrium hoc quoque ad Summum Sacerdotem defunctum, ut oblatio ejus (*Sumptu*) Eccleſiæ fiat. R. Jehuda inquit (*offerri*) debet, hæredum ſumptu, ut oblatio integra ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

שבעה דברים *Septem res*, quas enumerare incipit; uti ſunt בוי ששלח עולתו *idololatra qui miſerit holocauſtum*, explicamus duplicationem verborum Levit 22, 18. איש איש quod nos docere vult quod idololatræ vota vovent in Iſraële. שתהא מנחתו *ut ſit oblatio illius*, decima pars Ephæ, quam ſummus pontifex offerebat quotidie, dimidium manè, & dimidium veſperi. משל צבור *ſumptu eccleſiæ*, quia ſcriptum eſt Levit. 6, 15. חוק עולם nimirum hoc ſtatutum cœtus erit perpetuum, quod eſt oblatio prima conclavis. רבי יהודה אומר משל יורשין *R. Jehuda dicit, hæredum ſumptu*, quia ibidem dicit וכהן המשיח תחתיו מבניו quod accipiendum eſt hoc ſenſu, ſacerdos unctus ſi mortuus fuerit, in loco illius unus è filiis ejus faciet ſacrificium. ושלימה היתה קריבה *& integra offerebatur oblatio*, quando ea veniebat ſumptu eccleſiæ juxta R. Schimeon., aut ſumptu hæredum juxta R. Jehuda, decima pars integra offerebatur, at non media. R. Schimeon hoc probare conatur ex Levit. 6, 15. כליל תקטר ut non comburatur per dimidia ſed integra, quando veniebat ſumptu eccleſiæ. R. Jehuda id probat ex eo quod dicitur ibidem תחתיו מבניו יעשה אותה ſi unus filiorum obtulerit poſt mortem patris, quando ille unus *eſt* ex hæredibus יעשה אותה *faciet eam*, id eſt; faciet illam integram, at non dimidium; deciſio eſt *juxta R. Jehuda, quod ea veniebat* ſumptu hæredum. Quod autem Miſna dicit quod ſit conſtitutio Senatus (juxta opinionem R. Schimeon) ut offeratur ſumptu eccleſiæ, quod non eſt de Lege, exponetur in Gemara, quod duæ fuerunt conſtitutiones, ab initio juxta Legem offerebatur ſumptu eccleſiæ, eo quod ſcriptum eſt, חוק עולם uti diximus; quando autem viderunt quod nummi conclavis diſtrahebantur, conſtituerunt ut exigerentur ab hæredibus; at quando videbant quod hæredes non ſolvebant, iterum rem conſtituerunt juxta Legem, ut offerretur ſumptu eccleſiæ ex conſtitutione Senatus, qui rem conſtituit juxta Legem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Oblatio Pontificis maximi eſt quando dicitur Levit. 6, 17. זה קרבן אהרן ובניו אשר יקריבו ליהוה ביום המשח אותו וגו׳ Sed deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ז על המלח ועל העצים שיהו הכהנים נאותים בהן ועל הפרה שלא יהו מועלין באפרה ועל הקינין הפסולות שיהו באות משל ציבור ר׳ יוסי אומר המספק את הקינין מספק את הפסולות :

7. (*Conſtituit deinde*). Circa ſal & lignum, ut Sacerdotes ex illis aliquam utilitatem recipiant. Item circa vaccæ rufæ cineres, ne illi in uſum eorum cedant. Item ut loco turturum illegitimarum, aliæ ſumptu Eccleſiæ parentur. R. Joſe dicit, quod ille qui de turturibus proſpicit, etiam loco illegitimarum proſpiciat.

R. OB. DE BARTENORA.

שיהיו הכהנים נאותים בהן *Ut ſacerdotes ex illis utilitatem caperent*, hoc accipiendum eſt tantum reſpectu comeſtionis ſacrificiorum, ſed reſpectu comeſtionis rerum profanarum non licet ex illis utilitatem capere, etiam ad ſaliendum res profanas quæ comeduntur in atrio cum oblationibus, ut oblationes comederentur poſt ſaturitatem.

שלא יהיו מועלים באפרה *Ne propter cinerem ejus incurrerent in ſacrificium prævaricationis*, juxta Legem non incurrunt propter eum in ſacrificium prævaricationis, uti ſcriptum eſt Num. 19, 9. חטאת היא propterea propter ipſum ſacrificium, & non propter cinerem incurrunt in ſacrificium prævaricationis; quando autem viderunt quod eum parvi haberent, ordinarunt hominem propter eum incurrere in ſacrificium prævaricationis; at quum iterum animadvertebant quod ab eo abſtinebant, rem reſtituere juxta Legem.

על קנים הפסולות *Super nidis illegitimis*, qui debebant nidos, dabant nummos eoſque immittebant in ciſtam, & quæſtores ſumebant eos nummos, & comparabant eis nidos, & poſſeſſores rem deferebant ad ſenatum, ut ſacrificarentur nidi; at ſi nidi avolaſſent, aut defectuoſi comperiebantur, conſtitutio Senatus erat, ut alios emerent pecuniis conclavis, & efficerent ut eos acquirerent poſſeſſores, iiſque ſatisfacerent debito ſuo. R. Joſe dicit, eum, qui ſolebat utilitatem cape-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus Legis eſt, ne quis utilitatem capiat è cinere vaccæ rufæ; dicitur in Siphry, ſuper loco Num. 19, 9. חטאת היא docemus quod utilitatem indè capiunt, at non è cinere; ſed quia ſacerdotes cinere fruebantur, eumque imponebant vulneribus ſuis; conſtituerunt quod propter eum tranſgredi poſſent; quando autem cauſa ſublata eſſet, & homines abſtinerent ab ea, res in priorem ſtatum redacta eſt; & ordinarunt quod quis non prævaricari poſſet propter cinerem, Quod autem dicit על הקינין הפסולות *ſuper nidis illegitimis*, id eſt, quod nidi perditi, & deindè inventi illegitimi veniunt ſumptu eccleſiæ; quia poſſeſſores dederunt pecuniam, & nos eâ comparamus nidos. R. Joſe dicit, quod venditor nidorum, eo quod contraxit cum quæſtoribus, tenetur commutare id quod defectu laborat, uti diximus capite quarto, de eo qui vendit libamina, quod non recipiat nummos ſuos, donec altare annuerit. Et quamvis vinum aut ſimila perdita fuerit in poteſtate quæſtoris, poſtquam eam emerit ab eo, venditor tamen tenetur recipere, & commutare eam. Eodem modo hic, etſi perdita fuerit avis poſtquam emerit eam, reſtituet eam venditor quæſtori, & venditor tenetur recipere eam. Dictum R. Joſe veriſſimum eſt, nam ita dixerunt, conſtitutio ſenatus eſt, eum qui utilitatem capit à nidis, teneri utilitatem capere è defectuoſis. In quocunque loco

loco dicitur משל ציבור, ſenſus eſt, ſacrificium offerri de oblationibus primis conclavis.

capere è nidis, contraxiſſe cum quæſtoribus ut eis venderet nidos omnes neceſſarios quemadmodum dictum eſt capite quarto, Miſna ultima, עד שיהיה המזבח מרצה *donec altari ſatisfecerit.* Si vero vinum acidum factum fuerit, aut ſimila vermibus infecta, reſtituunt ea venditori. Sic etiam, ſi avis poſt emtionem vitium contraxerit, reſtituitur venditori, qui reſtituit pecuniam. Deciſio eſt juxta R. Joſe; & ita dicitur in Talmude Jeruſolymitano, conſtitutio ſenatus eſt, eum qui utilitatem capit è nidis, etiam utilitatem capere è perditis, & defectuoſis.

פרק ח כל הרוקין הנמצאים בירושלם טהורין חוץ משל שוק העליון דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר בשאר ימות השנה שבאמצע טמאין ושבצדדין טהורים ובשעת הרגל שבאמצע טהורים ושבצדדים טמאין שמפני שהן מועטין מסתלקין לצדדין:

Caput 8. Omnis Saliva quæ Hieroſolymis reperitur, æſtimatur munda, exceptâ ſalivâ vici ſuperioris. Sic ſentit R. Meir. R. Joſe verò dicit, illa quæ in reliquis diebus anni in media (*via*) reperitur, impura eſt, quæ verò in lateribus, pura. Tempore Feſti verò illa quæ in medio (*reperitur*) pura eſt, & quæ in parietibus impura. Quoniam enim illi pauci ſunt, ad latera deflectunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הריקים הנמצאים בירושלם טהורים *Omnis ſaliva quæ reperitur Jeruſolymis pura eſt*, at non intelligimus ſalivam ſeminifluorum & ſeminifluarum quæ polluit hominem & vaſa, nam ſequimur dictum, quòd maxima pars ſputi non polluit.

חוץ משל שוק העליון *Excepta ſaliva vici ſuperioris*, quia illic commorarentur fullones gentiles, de quibus Sapientes decreverunt quod habendi ſunt ſeminiflui & ſeminifluæ in omnibus rebus, & quod ſaliva eorum immunda eſt. Nonnulli dicunt, quia in vico ſuperiori non erat magna hominum frequentia, ideo illic fuiſſe ſeminifluos & ſeminifluas, ſe à communione hominum ſeparantes.

שבאמצע טמאין *Quæ in media via immunda eſt*, quia multi ſunt ſeminiflui & ſeminifluæ qui ambulant in media via; at mundi ſe ſeparant ad latera viæ, ubi non ambulant multi homines, & monent immundos ne tangant ſe. Cæterum tempore feſtorum, quo maxima pars Iſraëlis munda eſt, immundi declinant ad latera, ne polluant populum, & mundi ambulant in media via. Propterea tempore feſtorum, ſaliva in media via reperta pura eſt, at ea quæ in lateribus, immunda eſt; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Verba Legis volunt ut ſaliva ſeminiflui immunda ſit, uti Deus dixit Levit. 15, 8. וכי ירוק הזב על הטהור וגו׳ Exponetur etiam in tractatu Tebul Jom, quod liquores ab immundo prodeuntes, ſint ut liquores quos ille tetigit, propterea omnium hominum ſaliva immunda eſt. Idololatræ vero apud nos habentur ut ſeminiflui, ita enim dictum eſt, *decreverunt Sapientes idololatras haberi ſeminifluos in omnibus cauſis*; at in vico ſuperiori commorabantur idololatræ Jeruſolymis. R. Joſe dicit quod immundi totum annum in media via incedebant, at quod homines puri declinabant ad latera, & præcipiebant ut homines puri ſe ſepararent ab illis ne polluerentur, propterea ſaliva ad latera viæ reperta, munda erat, & quæ in media via reperta, immunda erat. Tempore feſti autem contra fiebat, nam ſundamentum nobis eſt, quod omnes Iſraëlitæ tempore feſti ſunt ſocii, uti dictum eſt Judic. 20, 11. ויאסף כל ישראל כאיש אחד חברים at omnes tunc erant mundi, quemadmodum quilibet tenetur purificare ſe tempore feſti; & quicunque relinquebatur immundus, & non poterat purificari, ab eo ſe ſeparabant homines ne polluerentur, nam tota eccleſia pura erat; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ב כל הכלים הנמצאים בירושלם דרך ירידה לבית הטבילה טמאין דרך עליה טהורין שלא כדרך ירידתן עליתן דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר כולן טהורין חוץ מן הסל והמגריפה והמריצה המיוחדין לקברות:

2. Omnia vaſa quæ reperiuntur Hieroſolymis, in via deſcenſus ad lavatorium, immunda ſunt; quæ verò in via aſcenſus (*reperiuntur*) munda ſunt; quoniam deſcenſus eorum, non eſt ut aſcenſus eorum. Sic ſentit Rabbi Meir, ſed R. Joſe inquit, omnia pura ſunt, excepto Caniſtro, palâ, & malleo: quæ inſtrumenta propria ſunt ſepulturæ.

R. OB. DE BARTENORA.

דרך ירידה לבית הטבילה *In via deſcenſus in lavacrum*, duæ viæ erant ad lavacrum, per unam deſcendebant, & per alteram aſcendebant, ne mundi tangerent immundos. Vaſa vero quæ inveniebantur in via deſcenſus, erant certo immunda, quia manu excidebant ei qui adferebat ea ad lavacrum.

שלא כדרך ירידתן עלייתן *Quia deſcenſus eorum non eſt ut aſcenſus eorum*, nam in deſcenſu certò reperiebantur immunda, ideoque ferebat vaſcula ad lavacrum; at in deſcenſu erant munda poſt lotionem.

רבי יוסי אומר כלם טהורים R. *Joſe dicit*, *omnia munda ſunt*, quia Sapientes nihil decreverunt de vaſis Jeruſolymis; & deciſio eſt juxta R. Joſe: מגריפה eſt vas in quod colligunt oſſa mortuorum diſperſa. מריצה eſt inſtrumentum quo contundunt oſſa mortuorum, quando ea in caniſtrum immittere volunt, ad deportandum ea ex uno loco in alium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא כדרך ירידתן עלייתן *Quoniam deſcenſus eorum non eſt ut aſcenſus eorum*, nam quando in balnea deſcendunt, immundi ſunt, at mundi quando aſcendunt. Hoc autem exponitur è loco vaſorum, eorumque ſcopo, ſi ceciderit in tempore deſcenſus, aut in tempore aſcenſus. מגריפה eſt vaſculum in quo colligunt oſſa mortuorum.

מריצה Eſt vas quo contundunt, & frangunt oſſa, ut caniſtrum intrare poſſint, ad deportandum ea ex uno loco in alium; & propter magnam immunditiem illorum vaſorum habentur immunda; deciſio eſt juxta R. Joſe, quia nobis hypotheſis eſt, quod Jeruſolymis nihil decreverunt de dubia immunditie vaſorum. Sed extra Jeruſolyma omnia vaſa habentur immunda, quia forſan מדרס הזב *conculcatio ſeminiflui* eſſe poſſunt, aut polluti per mortuum; hoc autem decretum eſt Sapientum.

ג ככין שנמצאת בי"ד שוחט בה מיד בשלשה עשר שונה ומטביל וקופיץ בין בזה ובין בזה שונה ומטביל חל ארבע עשר להיות בשבת שוחט בה מיד בט"ו שוחט בה מיד נמצאת קשורה לסכין הרי זו כסכין :

3. Cultrum quod repertum eſt die decimo quarto, ſtatim eo mactare licet. Si verò repertum eſt die decimo tertio, ablui debet. Securis verò ſive hoc, ſive illo (*die reperiatur*,) ablui debet. Si accidit ut dies decimus quartus incidat in Sabbathum, ſtatim cultro mactare licet. Si in decimum quintum, iſto ſtatim mactare poteſt. Si reperiatur alligatum cultris, æſtimatur ut cultra.

R. OB. DE BARTENORA.

שוחט בה מיד *Mactat eo ſtatim*, quia certum eſt poſſeſſores eum laviſſe die heſterno, & ſuper eum occidiſſe ſolem, & aptum eſſe ad mactandum eo hoc die veſperâ Paſchatis. בשלשה עשר שונה ומטביל *die decimo tertio denuo illum lavare debet*, id eſt, etſi dici queat quod poſſeſſores jam abluerunt cultrum, nihilominus neceſſe eſt ut abluatur ſecunda vice ab eo qui invenerit eum, quia poſſeſſores forſan non laverunt eum, quia tempus exſpectandi erat uſque ad tenebras. Et quamvis Sapientes nihil decreverint de vaſis Jeruſolymis, propter rigorem ſanctitatum tamen inſtituerunt, ut neceſſario lavanda eſſent. R. Moſche vero exponit ſecundam aſperſionem eſſe neceſſariam eo quod forſan mortuo pollutus eſt culter, & aqua aſperſus dic tertio præterito, jam vero ſecunda vice aſpergitur, & deindè abluitur. קופיץ eſt culter magnus quo utuntur ad dividendum carnem, & frangendum oſſa. בזה ובזה *tam hoc quam illo die*, tam die decimo tertio, quam decimo quarto. שונה ומטביל *denuo abluit*, quia ſecuris tantum inſervit feſto, quo licebat oſſa frangere. Cæterum in Gemara ad Peſachim exponitur hæc Miſna, quod ea intelligi debet de Principe mortuo die decimo tertio, quod tum faciunt ſacrificium cum immunditie, & quod non faciunt ſacrificium feſti die quarto decimo, neque opus eſt ſecuri. Ita etiam, ſi non fuiſſet mortuus, fieri poteſt ut ſacrificia paſchalia pauca ſint, & non faciant ſacrificium feſti decimo quarto die, ideo non abluunt cultrum, & reputatur ac ſi non purificaverint eum.

חל ארבעה עשר להיות בשבת שוחט בה *Si dies decimus quartus inciderit in Sabbatum, mactat eo*, & non dicimus, quia Sabbatum eſt, ideo non mactet cultro, propter dubium, nam fieri poteſt ut ſit immundus, quo modo ſacrificium Paſchatis polluetur, & Sabbathum profanabitur præcepto non peracto. Magiſtri vero mei exponunt illud, *mactat eo ſtatim*, quod mactatio fieri debet cultro, ita ut, etiamſi in Sabbatho non fiat ſacrificium feſti, nihilominus reputetur eum ablutum eſſe veſperâ Sabbathi, ut inſerviat ſacrificio feſti die quinto decimo.

בחמשה עשר שוחט בה מיד *Decimo quinto die mactat eo ſtatim*, nam totus populus novit quod lavare & aſpergere non licet die feſto, ſed omnia lavant ante feſtum. נמצאה הקופיץ קשורה לסכין *ſi cultro alligata reperiatur ſecuris, æſtimatur ut culter*, & dicimus quod certo lota eſt una cum cultro. Sed Rabbenu Moſche exponit, ſi culter repertus fuerit, (& ignotum fuerit an mundus, an vero immundus ſit,) cum alio cultro noto, æſtimatur ut culter notus, ut, ſi hic immundus ſit, ille etiam ſit immundus; ſin autem hic mundus, ille etiam mundus ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Die decimo quarto menſis Niſan mactatur ſacrificium Paſchatis, & omnes cultri cenſentur abluti ad mactationem, & propterea ſt[illegible] ultro mactant. Sin autem quis invenerit illum decimo tertio die, aſperget illum aqua ſeparationis, & abluet eum; & relinquet eum donec ſol occiderit, & tum mactabit, quia forſan eduxerunt eum ad purificandum. Quod vero dicit שונה *iterabit*, ideo fit, quia nos eum die decimo tertio reputamus, ac ſi is dies eſſet ſeptimus immunditiei illius, in quo ſecundò conſpergi debet, uti Scriptura loquitur de immunditie mortui Num. 19, 19. והזה הטהור על הטמא ביום השלישי וביום השביעי Sic etiam, ſi dies decimus quartus inciderit in Sabbathum, intelligere poſſemus, non mactandum eſſe dic Sabbathi propter dubium, quia culter forſan immundus eſt, ut mactatio inepta ſit; ideo hic nos docet, hoc non eſſe dicendum, ſed ſtatim cultro mactandum, quia dies feſtus eſt, quo populus novit aſperſionem & lotionem vaſorum prohibitam eſſe, quemadmodum exponitur in tractatu *Beza*, quod purificant ea die feſtum antecedenti. Quando autem hic culter repertus fuerit ligatus cum cultro noto, habetur ut ille notus culter, qui ſi fuerit immundus, hic etiam immundus habebitur, vel ſi mundus, hic etiam mundus habebitur. Ratio autem, quare dicimus quod culter ille qui repertus eſt die decimo quarto, mundus ſit, & die decimo tertio mundus ſit, & in occaſu ſolis; & non dicimus idem de ſecuri, ſed de ea dicimus quod die quarto decimo quis eam ſeparaverit ad purificandum, & quod non purificata eſt decimo tertio die, exponitur in tractatu Peſachim, nimirum, quia culter omnino neceſſarius eſt ad mactandum ſacrificium Paſchale, eo quod mactatio ſacrificii Paſchalis omnino neceſſaria eſt, ſive ea fiat cum puritate, ſive cum impuritate. Securis autem non erat neceſſaria niſi ad diſpertiendum carnem & oſſa, & inſerviebat tantum ſacrificio feſti diei quarti decimi, quo licebat frangere oſſa. Sacrificium vero feſti diei decimi quarti non fiebat ſemper, nam, quando ſacrificium Paſchatis veniebat cum immunditie, aut cum multis ſacrificiis Paſchalibus, non erat חגיגה *ſacrificium feſti*, uti expoſuimus capite ſexto tractatus Peſachim. His fundamentis ergo exponitur hæc Miſna, ſi princeps in agone mortis verſaretur die decimo tertio, omnis populus polluebatur propter ipſum; nam quoniam una res dubia ſit, cum fieri poſſet ut moreretur, & Paſcha veniret cum immunditie, neque neceſſe eſſet purificare cultrum, & cum fieri poſſet ut non moreretur, & Paſcha veniret cum munditie, & neceſſe eſſet purificare cultrum, ideo Populus purificabat cultros ſuos die decimo tertio, ut paratus eſſet; Propterea, quando reperitur culter die decimo quarto, ſtatim eo mactant. Sed ſecurim purificare non ſolebant die decimo tertio, quia habebant cultrum, nam fieri poſſet ut moreretur Princeps, quia admodum laborabat, quo modo ſacrificium Paſchale veniret cum immunditie, & non eſſet ſacrificium feſti, neque ſecuris neceſſaria eſſet, quia ea tantum ad ſacrificium feſti neceſſaria eſt. Vel, ſi dicamus eum non moriturum, & ſacrificium venturum cum puritate, fieri poſſet ut multa eſſent ſacrificia Paſchalia, & non eſſet ſacrificium feſti, ideoque haud neceſſaria erat ſecuris; propterea ſecuris reputatur quod non purificata ſit decimo tertio die, ideoque, ſi inveniatur decimo quarto die, iterum abluenda eſt. Et hic ſenſus eſt illius quod ſuperius auctor dixit: *culter eſt unum dubium, ideo eum abluunt, ſecuris eſt duo dubia, ideò non abluunt eam*, quod intelligas velim. Jam tibi dixi quod Sapientes nihil decreverunt de dubio vaſorum Jeruſolymis, neceſſe eſt autem ut ſecuris hæc abluatur quando reperitur decimo quarto die propter rigorem rerum ſanctarum.

ד פרוכת שנטמאת בולד הטומאה מטבילין אותה בפנים ומכניסין אותה מיד ואת שנטמאת באב הטומאה מטבילין אותה בחוץ ושוטחין אותה בחיל

4. Si velum immundum redditum eſt, per filium immunditiei, ipſum intra abluunt, & ſtatim iterum inferunt, ſi verò immundum eſt per pa-

בחיל מפני שצריכה הערב שמש ואם היתה חרשה שוטחין אותה על גג האצטבא כדי שיראו העם את מלאכתן שהיא נאה :

patrem immunditiei; ipſum extra lavant, & deinde expandunt in antemurali, quia requiritur occaſus ſolis. Si novum eſt, ipſum expandunt in tecto porticus, ut populus videat texturam ejus, quàm pulchra ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

פרוכת שנטמאת בולד הטומאה *Velum quod pollutum fuerit per filium immunditiei*, quod tetigerit liquores immundos, nam Sapientes de liquoribus decreverunt quod polluunt vaſa, propter liquores ſeminifluorum & ſeminifluarum, ut ſaliva eorum, & fluxus ſeminis, quæ ſunt pater immunditiei, & juxta Legem polluunt homines & vaſa.

מטבילין אותה בפנים *Abluunt illud intra*, & non eſt neceſſe ad efferendum illud extra caſtra divinitatis, quia pollutum eſt tantum per filium immunditiei. מכניסין אותה מיד *ſtatim inferunt illud*, quia ipſi non exſpectandus eſt occaſus ſolis. שנטמאת באב הטומאה *quando immundum eſt per patrem immunditiei*, per ſerpentem aut cadaver. מטבילין אותה בחוץ *abluunt illud extra*, quia efferri debet extra caſtra divinitatis, uti dictum eſt capite ultimo tractatus Erubhin, qui infert pollutum, per ſerpentem in ſanctuarium, reus eſt. שוטחין אותה בחיל *extendunt illud in antemurali*, extra atrium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In principio tractatus Taaroth exponetur, quinam ſunt patres & filii immunditiei. Et in tractatu Para invenies dictum eſſe, quod nullus filius immunditiei polluit vaſa, ſed liquores tantum, quod cum ita ſit, velum hoc non polluitur per vaſa, ſed per liquores. Exponetur tibi quoque in tractatu Kélim, quod vaſa per liquores polluta, non opus habent occaſu ſolis, niſi polluta fuerint per patrem immunditiei.

ה רבי שמעון בן גמליאל אומר משום רבי שמעון בן הסגן פרוכת עביה טפח ועל שבעים ושנים נימין נארגת ועל כל נימא ונימא כ"ד חוטין ארכה ארבעים אמה ורחבה עשרים אמה ומשמונים ושתי רבוא נעשית ושתים עושין בכל שנה ושלש מאות כהנים מטבילין אותה :

5. R. Simeon filius Gamalielis dicit nomine R. Simeonis fil. Vicarii Sacerdotum. Veli craſſitudo eſt palmus, & contextus eſt ex 72. filis, quorum unumquodque habet 24. filamenta. In longitudine habet 40. cubitos, in latitudine verò decem: Et ex 82. myriadibus confectus eſt. Duo ſingulis annis conficiuntur. Trecenti Sacerdotes ipſum lavant.

R. OB. DE BARTENORA.

נימין *Fila*, barbarè *Licia*; עשרים וארבע חוטין *viginti quatuor filamenta*, nam confectum erat velum è puerpura & cocco dibapho; ac xilino, & quælibet ſpecies è ſex filis duplicatis, uti dicitur in tractatu Joma.

ארכה ארבעים ורחבה עשרים *Longitudo quadraginta & latitudo viginti cubiti*, juxta menſuram portæ Ulam, quæ alta erat viginti cubitos, & lata quadraginta. שמונים ושתים רבוא *octoginta duæ myriades*, erat numerus filorum è quibus velum fiebat; alia expoſitio, erat ſumma denariorum aureorum quæ impendebatur ad conficiendum illud. In quibuſdam exemplaribus ſcriptum eſt שמונים ושתים רבורה & ſenſus eſt, quod octoginta duæ virgines intentæ erant confectioni illius. שלש מאות כהנין היו מטבילין *trecenti ſacerdotes lavabant illud*, quia vaſa illa quæ perfecerant, etſi perfecta eſſent cum puritate, abluenda tamen erant ad inſerviendum rebus ſanctis, quemadmodum dicitur in tractatu Chagiga. Quod autem Miſna dicit, *trecenti ſacerdotes*, accipiendum eſt per auxeſin, nam non erant neceſſarii tot ſacerdotes ad abluendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משמנים ושתי רבוא נעשית *Ex octoginta duabus myriadibus confectum eſt*, ſunt octingenta millia denariorum, & viginti millia; & opus veli erat opus intertextum. Quicquid autem de hoc velo dicitur, per modum excellentiæ dicitur, ſic enim in Gemara exponunt.

ו בשר קדשי הקדשים שנטמא בין באב הטומאה בין בולד הטומאה בין בפנים בין בחוץ בית שמאי אומרים הכל ישרף בפנים חוץ משנטמא באב הטומאה בחוץ ובית הלל אומרים הכל ישרף בחוץ חוץ ממי שנטמא בולד הטומאה בפנים :

6. De carne Sancti Sanctorum, quæ immunda eſt ſive per patrem immunditiei, ſive per filium ſive intrà, ſive extrà, Schammæani ſentiunt, omnia intrà comburenda eſſe, excepto eo quod immundum eſt, per patrem immunditiei ab extrà. Hilleliani verò dicunt, omnia extrà comburi debere, excepto illo quod impurum eſt à filio immunditiei ab intrà.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל ישרף בפנים *Omnia comburuntur intus*, in loco cineris ingentis qui erat in ſanctuario, ubi comburebant ſanctitates ſanctitatum vitioſas, nam quod vitium contraxerat in loco ſancto, comburebant in loco ſancto.

חוץ מי שנטמא באב הטומאה בחוץ *Excepto eo quod immundum factum eſt per patrem immunditiei*, *extra*, nam quoniam gravior eſt immundities ejus, & profanatio ejus accidit extra; non adferendum eſt in atrium ut comburatur illic, quia vitium ſuum non contraxit in loco ſancto. חוץ מי שנטמא בולד הטומאה בפנים *excepto eo quod immundum factum eſt per filium immunditiei*, *intra*, nam duas rationes habet, nempe quod immundities ejus acciderit intra, & quod levis eſt immundities ejus; at ſi immundum factum fuerit per patrem immunditiei, immundities intus relinquenda non eſt donec comburatur, ſed ſtatim efferri debet, & comburi extra.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai dicit quód omnia cremantur intra templum, excepto eo quod immundum redditum eſt immunditie gravi extra. Sed Schola Hillelis dicit, quod nihil crematur intus, niſi id quod immundum redditum eſt immunditie levi, intus.

ז רבי אליעזר אומר את שנטמא באב הטומאה בין בפנים בין בחוץ ישרף בחוץ וארת שנטמא בולד הטומאה בין בפנים בין בחוץ ישרף בפנים רבי עקיבא אומר במקום טומאתו שם שריפתו :

7. R. Elieſer inquit, illud quod immundum eſt per patrem immunditiei, ſive extrà, ſive intrà, comburi debet extrà; illud verò quod immundum eſt per filium immunditiei, ſive extra ſive intra, intra comburi debet. Rabbi Akiba inquit, *ubi eſt immundum ibi comburatur.*

R. OB. DE BARTENORA.

שנטמא בולד הטומאה בין בחוץ בין בפנים ישרף *Quod immundum factum eſt per filium immunditiei, ſive extra, ſive intra, comburatur*, nam quia juxta Legem immundum eſt, etſi immundum factum fuerit extra, comburi tamen debet in loco ſancto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba non habet rationem immunditiei, eo reſpectu, an ea ſit levis, an gravis; ſed loci rationem habet; deciſio eſt juxta R. Akiba.

ה אברי התמיד ניתנין מחצה כבש ולמטה במערב (ס"א במזרח) ושל מוספין ניתנין מחצה כבש ולמטה במזרח (ס"א במערב) ושל ראשי חדשים ניתנין על כרכוב המזבח מלמעלה (ס"א מתחת כרכוב המזבח מלמטה) השקלים והביכורים אין נוהגין אלא בפני הבית אבל מעשר דגן ומעשר בהמה והבכורות נוהגין בין בפני הבית בין שלא בפני הבית המקדיש שקלים וביכורים הרי זה קדש רבי שמעון אומר האומר ביכורים קדש אינן קדש :

8. Membra ſacrificii jugis, ponuntur in dimidia parte graduum & infrà occidentem verſus (aliud exempl. *orientem verſus.*) (Membra verò) ſacrificiorum addititiorum, ponunt in mediis gradibus & infrà, orientem verſus, (ex. al. occidentem verſus.) Sacrificia autem noviluniorum ponuntur infrà ambitum in parte ſuperiore. (al. ex. in parte inferiore.) Sicli & primitiæ non ſolvuntur ante templum & niſi ſtante templo. Decimæ frumenti verò & pecoris, primogenituræque ſolvuntur ante templum & poſt templum. Si quis ſanctificet ſiclos & primitias, illa ſancta ſunt. R. Simeon dicit, primitiæ quæ ſancto uſui devoventur ſanctæ non ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מחצה לכבש למטה *A mediis gradibus & inferius*, ſacerdotes illi quibus ſors adferendi membra in altare obtigerat ſacrificii continui, ea non adferebant una vice, ſed imponebant ea gradibus altaris, & conferebant ſe ad conclave Gazith ad legendum *Audi Iſraël* &c. deindè rurſus membra adferebant in altare. Dicit autem hoc loco Miſna, quod membra ponebant in mediis gradibus, & *infra*, nam gradus in longitudine continebant triginta duos cubitos, & deponebant membra in medio, & inferius; & in latitudine continebant ſedecim cubitos, & membra ponebant in medio lateris occidentalis. כרכוב המזבח *ambitus altaris*, סובב *circuitus* ad latus orientale. אינן נוהגין אלא בפני הבית *non erant in uſu niſi ſtante templo*, ſicli, quia inſerviebant ſacrificiis, nam quando non ſunt ſacrificia, etiam non ſunt ſicli ſolvendi, neque primogenita, eo quod ſcriptum eſt Exod. 23, 19. ראשית בכורי אדמתך תביא בית אלהיך Ergo quando eſt domus Dei, tum adferenda ſunt primogenita; & quando non eſt domus Dei, etiam primogenita non dantur. אבל מעשר דגן ובהמה *ſed decimæ frumenti & pecoris, &c.* quia ſanctitas terræ non abrogatur, ideo neceſſe eſt ſeparare oblationes primas & decimas; & de decimis pecoris neceſſe ut ſeparetur decima pars. In tractatu Bechorot dicitur quod abrogarunt decimas pecoris, ne propter eas offenderent. המקדיש שקלים ובכורים *ſi quis ſanctificaverit ſiclos & primitiva*, quæ ſtante ſanctuario tantum obtinent, attamen ſancta, ſi ea quis ſeparaverit. האומר בכורים קדש אינן קדש *ſi quis dixerit, primitiva ſancta ſunt, non ſunt ſancta*, eo quod Lex de illis expreſſe dicit תביא בית יהוה *adduces domum Domini*, ideo non ſancta ſunt, etſi quis ea jam ex errore ſeparaverit; neque cadit in ea nomen primitivorum. Rabbenu Moſes exponit, ſi quis ſanctificaverit ſiclos ſuos & primitiva in reparationem templi; & juxta expoſitionem ejus non exponitur ratio R. Schimeonis, quamobrem primitiva non ſunt ſancta, & ſicli ſunt ſancti; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Circuitus autem cujus hic fit mentio adducitur propter ſacrificia addititia noviluniorum, quem dixêre eſſe cubitum inter quodlibet cornu in loco ubi ambulant ſacerdotes; quando autem depingemus figuram altaris, exponetur ubi locus ille eſſet; fiebat autem hoc ad publicandum caſum noviluniorum: Ita enim dixerunt, *ad publicandum quod ſit novilunium.* המקדיש השקלים והבכורים *qui ſanctificaverit ſiclos, & primogenituram*, ad ſanctificandum ea in reparationem templi; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

Finis tractatus de Siclis.

Separatio Sacerdotis magni à domo ſua ad domum Parhedrorum ſeptem diebus ante diem expiationis. §. 1: Præparatio ejuſdem ad opus diei. §. 2. 3. 4. Feſti veſpera adveniente ſeniores Sacerdotes juramentum ab eo exigunt de ſuffimento adolendo. §. 5. Juniores eum à ſomno avertunt. §. 6. 7. Expurgatio altaris quâ horâ ſingulis diebus fieri ſolita. §. 8.

פרק א שבעת ימים קודם יום הכפורים מפרישין כהן גדול מביתו ללשכת פלהדרין ומתקינין לו כהן אחר תחתיו שמא יארע בו פסול רבי יהודה אומר אף אשה אחרת מתקינין לו שמא תמות אשתו שנאמר וכפר בעדו ובעד ביתו ביתו זו אשתו אמרו לו אם כן אין לדבר סוף :

CAput 1. Septem diebus ante diem expiationis ſeparant Sacerdotem magnum à domo ſua (1) ad Conclave Parhedrorum, (2) ſubſtituuntque ei alium Sacerdotem, ſi quod vitium ei contingat (3). Rabbi Jehuda dicit, ſubſtituunt etiam aliam uxorem, ſi uxor ejus moriatur; quia dicitur, & expiabit pro ſe, & pro domo ſua: pro domo ſua, *i.e.* uxore ſua. Dixerunt ei (4), ſi ſic, non erit rei finis (5).

R. OB. DE BARTENORA.

שבעת ימים מפרישין כהן גדול *Septem dies ſeparant ſacerdotem ſummum*, quia nulla miniſteria legitimè peracta erant die expiationis, niſi per pontificem maximum peracta eſſent, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 16, 32. וכפר הכהן אשר ימשח אותו Separatio autem illius probatur ex eo quod dicitur de ſeptem diebus impletionum Levit. 8, 34. מפתח אהל לא תצאו שבעת ימים & ſtatim additur כאשר עשה ביום הזה צוה יהוה לעשות לכפר עליכם Quod ita exponunt Sapientes noſtri, לעשות notat confectionem vaccæ rufæ; לכפר עליכם notat opera diei expiationis, nam ſacerdos qui comburebat vaccam rufam, & ſacerdos qui miniſtrabat in templo die expiationis, ſeparari debebant ſeptem dies, quemadmodum Aäron & ejus filii ſeptem dies impletionum ſeparari debebant.

ללשכת פלהדרין *In conclavi Palhedrorum*, præfecti regis vocantur Palhedrin, nam Pontifices maximi ſub templo ſecundo poſt Schimeonem juſtum dabant nummos pro miniſterio Pontificis maximi, & quia mali erant, non implebant annos ſuos, & mutabantur ad menſem duodecimum, quemadmodum præfecti ſingulis annis mutari ſolebant; propterea iſtud conclave vocabatur *conclave Palhedrorum*. ומתקינין לו כהן אחר תחתיו *ſubſtituunt ei alium ſacerdotem*, ſubſtituunt illi alium ſacerdotem ut inſerviat Pontifici maximi loco, ſi ipſi obtigerit fluxus ſeminis, aut alia immundities. אם כן אין לדבר סוף *ſi ſic, non erit rei finis*, ſi ita ſit, ut ratio mortis haberi debeat, non erit rei finis propter continuam ſubſtitutionem, nam & hic mori poterat; & quia immundities eſt res ordinaria, propterea illi ſubſtituunt alterum ſacerdotem; ſed mortis rationem tali in caſu non habemus, quia non eſt res ordinaria, propterea non ſubſtituimus illi aliam uxorem; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Benedictus de ſeptem diebus impletionum Levit. 8, 34. מפתח אהל מועד לא תצאו וגו׳ & deindè ibidem dicit, כאשר עשה ביום הזה צוה יהוה לעשות לכפר עליכם. Cæterum hoc ſenſu traditione recepto explicamus hunc locum לעשות *ad faciendum*, id eſt, ad faciendum vaccam rufam: לכפר עליכם *ad propitiandum ſuper vobis*, notat opera diei expiationis. Propterea ſacerdos qui comburebat vaccam, & ſacerdos qui miniſtrabat in templo die expiationis; ſeparabatur ſeptem dies, & ſeparabatur quoque ab uxore ſua, ne menſtruoſa deprehenderetur, & ille eo modo pollueretur ſeptem dies, quemadmodum dicitur de eo qui concubuerit cum menſtruoſa Levit. 15, 24. ותהי נדתה עליו וטמא שבעת ימים Sapientes vero dicunt, quod immundities ſit res ordinaria; ſed quod mors repentina non ſit res ordinaria; at ſi mortis rationem haberemus, non eſſet rei finis; nam dicere poſſemus, fortaſſis morietur hac vice ſecunda, & ſic etiam tertia, & quarta &c. deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

SHERINGAMIUS. (1) שבעת ימים קודם יום הכפורים מפרישין כהן גדול מביתו, *Septem diebus ante diem expiationis ſeparant Sacerdotem magnum à domo ſua.*] Sacerdotem magnum à domo ſua ante diem expiationis ſeparabant, quòd is præcipuè ſacra adminiſtrare obſtringebatur, quia dicitur, *Levit.* XVI. 32. *Et expiabit Sacerdos quem unget & conſecrabit Deus ad miniſtrandum pro patre ſuo*, id eſt, Sacerdos magnus, is enim ſolus ungebatur: eum autem ſeptem diebus ante diem expiationis à domo ſua ſeparabant, ne forte cum uxore menſtrua ignarus concumberet. Lege ſiquidem ſancitum erat, *Levit.* XV. 24. ut ſeptem diebus immundus fieret quiſquis ignarus (nam qui id ſciens volenſque fecerat, exterminio reus erat, *Levit.* XX. 18.) cum muliere menſtrua congrederetur. Sacerdos igitur magnus ſeptem diebus ſejunctus erat ab uxore, ne forte ex tali congreſſu muneri præſtando inhabilis redderetur: immundo enim Sacerdoti munus ſacrum obire non licebat. Ob eandem cauſam Sacerdotem etiam qui vaccam rufam comburebat, ſeptem diebus ab uxore ſua ſeparabant, ut in codice *Para* traditur, cap. 3. שבעת ימים קודם לשריפ׳ הפרה מפרישין כהן השורף את הפרה מביתו ללשכה שעל פני הבירה צפונה מזרחה ובית אבן היתה נקראת, *Septem diebus ante combuſtionem vaccæ ſeparant Sacerdotem, qui comburit eam, à domo ſua, ad Conclave ſeptentrionale orientale, quod erat juxta ſanctuarium, & domus lapidum dicebatur.*

(2) ללשכת פלהדרין, *ad domum Parhedrorum*] פלהדרין ſive פרהדרין, ut melius in Gemara ſcribitur, à Græca voce πάρεδροι emanaſſe jam alii notarunt. Erant autem πάρεδροι apud Græcos conſilii publici authores, qui principi aſſidebant, ut unà de reipublicæ negotiis diſceptarent; bini ſingulis annis eligebantur, qui poſtquam annum abſolviſſent, officium abdicabant. Pollux, Πάρεδροι δ᾽ ὀνομάζονται, οὓς αἱρεῖται ἄρχων, καὶ βασιλεύς, καὶ πολέμαρχος, δύο ἕκαστος οὓς βούλεται, *Aſſeſſores nominantur, quos Prætor, Rex, & Imperator eligunt, binos unuſquiſque quos voluerit*: iidem poſtea συγκάθεδροι dicebantur. Phrynicus Eclog. diction. Atticar. Πάρεδροι οἱ νῦν συγκάθεδροι. Poſtquam igitur Sacerdotes magni apud Hebræos mutabantur, ut aſſeſſores iſti apud Græcos, binoſque Rex in ſingulos annos quos voluerit conſtituebat; Conclave Sacerdotis, quod primo לשכת בולוטי *Conclave conſiliariorum*, poſtea לשכת פלהדרין ſive לשכת פרהדרין *Conclave aſſeſſorum* dicebatur. Sed hæc fere à Buxtorfio notantur in dictione פלהדרין: liceat nunc mihi curioſis parum gratificari, & quà templi parte extructum erat hoc Conclave, paucis diſquirere. Fallitur verò in primis vir clariſſimus Conſtantinus l'Empereur, qui ſuis annotationibus ad codicem Middoth, *cap.* 5. *ſec.* 3. ex initio hujus Gemaræ probare conatur, *Conclave Parhedrorum* idem eſſe quod *Conclave loci lapidum*; & ſic priùs vocatum, quod multum ibi vaſis lapideis utebantur, poſterioribus autem temporibus Conclave Parhedrorum nominatum. In quo ſanè vehementer erravit, cum Conclave loci lapidum non fuerit Conclave Sacerdotis magni, ſed Sacerdotis qui vaccam rufam comburebat. Verba

Ge-

Gemaræ hæc ſunt: שבעת ימים קודם שריפת הפרה היו מפרישין כהן השורף את הפרה מביתו ללשכה שעל פני הבירה צפונה מזרחה, ולשכת בית האבן היתה נקראת ולמה נקראת שמה לשכת בית האבן שכל מעשיה בכלין גללים בכלי אבנים ובכלי אדמה, *Septem diebus ante combuſtionem vaccæ ſeparant Sacerdotem, qui comburit eam, à domo ſua ad Conclave ſeptentrionale orientale, quod erat juxta Sanctuarium, & Conclave loci lapidum dicebatur: quare Conclave loci lapidum dicebatur? quia omnia vaſa ejus marmorea, lapidea, & fictilia erant.* Nihil hic de Conclavi Sacerdotis magni, ſed omnia de Conclavi Sacerdotis qui vaccam comburebat, dicta ſunt: qui etiam ſeptem diebus à domo ſua ſejunctus erat, ut ſupra ex codice *Para* annotavimus, à quo hæc Gemara deſumpta eſt. Et duo diverſa fuiſſe conclavia, ex iis quæ in Gemara ſequuntur, apparet, אין בין כהן השורף את הפרה לכהן גדול ביום הכיפורים אלא שזה פרישתו לקדושה ואחיו הכהנים נוגעין בו וזה פרישתו לטהרה ואין אחיו הכהנים נוגעין בו, *Nihil eſt inter Scaerdotem qui vaccam comburebat, & Sacerdotem magnum in die expiationis, niſi quod ſeparatio hujus erat in locum ſanctum, & fratres ejus Sacerdotes veniebant ad eum: ſeparatio autem illius erat in locum mundum, & fratres ejus Sacerdotes non veniebant ad eum.* Si quis autem diſtinctum hujus conclavis locum ſcire à me poſtulat, fruſtra id expectat, cum hoc ne ipſis quidem Gemaricis notum erat. Duo tamen ab ipſis aſſeruntur; primò, ædificatum fuiſſe è regione domus Abtines: ſic enim Gemara ad numerum quintum hujus Capitis, אמר רב פפא שתי לשכות היו לו לכהן גדול אחת לשכת פרהדרין ואחת לשכת בית אבטינס אחת בצפון ואחת בדרום, *Dixit Rab Papa: Duo conclavia erant Sacerdoti magno; unum conclave Parhedrorum, & alterum conclave domus Abtines: unum in Aquilone, & alterum in Meridie.* Secundò, proximum fuiſſe domo lotionis, quæ erat ſupra portas aquarum: ſequitur enim in Gemara, חמש טבילות ועשרה קדושין טובל כהן גדול ומקדש בו ביום וכולן בקודש על בית הפרוה חוץ מזו שהיתה בחול על גבי שער המים ובצד לשכתו היתה, *Sacerdos magnus quinquies in die ſe lavabat, & decies manus & pedes ſanctificabat in eo, atque hæc omnia in loco ſancto peragebat ſupra domum Happarvæ, ea ſola lotione excepta, quæ erat in loco prophano ſupra portas aquarum, & ad latus conclavis ejus erat.* Ex his conſtat conclave Parhedrorum non procul fuiſſe à domo lotionis; nec procul à domo Abtines, licet è regione ejus factum: nam domus Abtines, ut in Gemara traditur Hieroſolymitana, etiam ſupra portas aquarum extructa erat: ignorant autem Gemarici, an conclave Parhedrorum ad portas aquarum è Meridie erat, & domus Abtines ab Aquilone, an è contrario conclave Parhedrorum ab Aquilone, & domus Abtines è Meridie, ut in ſequenti Gemara fuſiùs declaratur, qua etiam rationes in utramque partem adducuntur, ſed nimis faſtidioſum eſſet hæc ſingula recenſere.

(3) ומתקינין לו כהן אחר תחתיו שמא יארע בו פסול. *Subſtituuntque ei alium Sacerdotem, ſi quod vitium ei contingat.*) Toto tempore, quo ſeparatus erat à domo ſua Sacerdos magnus, plura obibat miniſteria, ut in ſequenti Miſchna narratur. Si igitur vitium aliquod ex nocturna pollutione, aut aliunde ei obveniſſet, quod eum ab officio arceret, ſubſtitutus ei vicariam operam præſtabat. In die autem expiationis ſolus princeps reliquorum Sacerdotum ei ſubſtitui potuit; is *Sagan* dicebatur, de quo plura in ſequentibus dicenda ſunt.

(4) אמרו לו, *Dixerunt ei.*] In Talmude dictio אמר plures habet peculiares ſignificationes, & uſus, quæ in Lexicis non notantur. Cum ad canticum refertur, ſignificat *cecinit*, *cantavit*, *modulatus eſt*. Erachim cap. 2. לא היו אומרים בנבל וכנור אלא בפה, *Non ſunt modulati nablio aut cithara, ſed ore.* Interdum ſignificat *conſtituit*, *decrevit*, *legem tulit*. Gem. Sanedrin cap. 2. באותה שעה אמרו מלך לא דן ולא דנין אותו לא מעיד ולא מעידין אותו, *Ea tempeſtate conſtituerunt: Rex nec judicet, nec judicetur; nec teſtimonium dicat, neque in ipſum dicatur.* Eodem fere loquendi modo utuntur Juriſconſulti Civiles, quibus *pronunciare* idem eſt quod ſtatuere. D. lib. 50. tit. de verborum ſignificatione, l. 46. In hoc loco אמרו לו formula eſt objiciendi, quandoque etiam eſt formula reſpondendi.

(5) אין לדבר סוף, *Non erit rei finis.*] Quia uxor ſubſtituta mori poſſet, & tertia, & quarta, & ſic deinceps. Modus loquendi apud Talmudicos alibi quoque uſitatus, quo infinitatem vitandam docent. Vide Peſach. c. 1. n. 2.

ב כל שבעת הימים הוא זורק את הדם ומקטיר את הקטורת ומטיב את הנרות ומקריב את הראש ואת הרגל ושאר כל הימים אם רצה להקריב מקריב שכהן גדול מקריב חלק בראש ונוטל חלק בראש:

2. Omnibus iſtis ſeptem diebus ipſe ſanguinem ſpargebat (1), ſuffitum adolebat, lucernas aptabat (2), caput pedemque offerebat, cæteris diebus ſi offerre voluerit, offerebat; quia Sacerdos magnus primus partem offerebat, primuſque partem capiebat (3).

R. OB. DE BARTENORA.

הוא זורק את הדם *Ille ſpargit ſanguinem*, ſanguinem ſacrificii continui, ut promptus fieret ad cultum peragendum.

מטיב את הנרות *Aptabat lucernas*, purgabat funiculos à cinere.

ושאר כל הימים אם רצה להקריב *Et reliquis diebus ſi offerre voluerit*, quodcunque ſacrificium volebat, offerre poterat, nec ullus ſacerdos ſtationarius eum impedire poterat.

מקריב חלק בראש *Offerebat primus partem*, quamcunque partem in principio offerre volebat.

נוטל חלק בראש *primus capiebat partem*, in partitione ſanctitatum primus capiebat ſibi meliorem partem quam eligebat; hoc autem intelligendum eſt de ſanctitatibus altaris; ſed in ſanctitatibus termini, Pontifex maximus cum cæteris ſacerdotibus æqualiter particebatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnibus illis ſeptem diebus Pontifex maximus ſe aſſuefaciebat ad cultum, ut dies jejunii die expiationis ipſi eſſet facilior. מקריב חלק בראש *offerebat primus partem*, id eſt, primus omnium ſacerdotum offerebat, & offerebat quodcunque ſacrificium volebat. Sic etiam comedebat de ſacrificiis, quæ comedebantur, quamcunque quantitatem volebat, & primus ſuam partem ſumebat. Dicunt autem in Toſaphta, quomodo primus offert partem ſuam? dicet, hoc ſacrificium ego offeram, hanc portionem ego offeram: quomodo primus partem ſuam ſumit? dicet, hoc ſacrificium pro peccato ego comedam, hoc ſacrificium pro reatu ego comedam. Hoc autem intelligendum eſt de ſanctitatibus templi; ſed in ſanctitatibus termini Pontifex maximus æqualiter dividit cum cæteris ſacerdotibus.

SHERINGAMIUS. (1) כל שבעת הימים הוא זורק את הדם, *Omnibus iſtis ſeptem diebus ipſe ſanguinem ſpargebat.*] Sanguinem intelligit jugis ſacrificii; mandavit ſiquidem Deus populo ſuo, *Exod.* XXIX. 38. & *Num.* XXVIII. 3. ut duos agnos anniculos quotidiè immolarent: alterum, mane; alterum, inter duas veſperas: magnus igitur Sacerdos ſingulis iſtis diebus ſpargebat ſanguinem, ſuffiebat, caput pedemque offerebat, aliaque miniſteria ſacra peragebat, ut in die expiationis promptè & exquiſitè ſingula adminiſtraret.

(2) ומטיב את הנרות, *Et aptabat lucernas.*] Purgabat eas, nè funiculorum cineres ipſas ſuffocarent: מרשנן מן האפר של הפתילות שבבו inquit Bartenora.

(3) כהן גדול מקריב חלק בראש ונוטל חלק בראש, Ad verbum, *Sacerdos magnus offerebat partem in principio, & capiebat partem in principio.*] Senſus eſt: Sacerdos magnus primus offerebat, & primus inter ſanctas victimas partem ſuam eligebat; ſic explicat Bartenora. מקריב חלק בראש ראש הוא להקריב כל חלק שיבחר ונוטל חלק בראש בחלוקת הקדשים נוטל מנה יפה שיבחר. In Gemara narratur qua via res geſta erat, כיצד מקריב חלק בראש אומר עולה זו אני מקריב מנחה זו אני מקריב כיצד נוטל חלק בראש אומר חטאת זו אני אוכל אשם זו אני אוכל ונוטל חלק משתי חלות ארבע או חמש ממעשה לחם הפנים. *Quomodo primus offerebat? dicebat, Holocauſtum hoc ego offeram, oblationem hanc ego offeram. Quomodo primus partem capiebat? dicebat, Sacrificium hoc pro peccatis ego edam, ſacrificium hoc pro delictis ego edam, capiebat partem ex duabus placentis, & quatuor aut quinque panes propoſitionis.*

ג מסרו לו זקנים מזקני בית דין וקורין לפניו בסדר היום ואומרים לו אישי כהן גדול קרא אתה בפיך שמא שכחת או שמא לא למדת ערב יום הכפורים שחרית מעמידין אותו בשער המזרח ומעבירין לפניו פרים ואלים וכבשים כדי שיהא מכיר ורגיל בעבודה:

3. Tradebant ei ſeniores ex ſenioribus Synedrii magni, & legebant coram eo (1) juxta ritum diei (2), dicebantque ei, Domine Sacerdos magne, tute lege ore tuo, fortè oblitus es, aut fortè non didiciſti. (3) Veſpera diei expiationis ſiſtebant eum diluculo ad portam Orientalem, & adducebant ei juvencos, arietes, agnos, ut expeditus & exercitatus eſſet in miniſterio.

R. OB. DE BARTENORA.

וקורין לפניו *Et legebant coram eo*, per integros ſeptem dies. בסדר היום *juxta ritum diei*, in capite ubi tractatur de ritu cultus diei expiationis, videlicet Levit. 16. שמא לא למדת *forſan non didiciſti*, hoc dicebant ſtante templo ſecundo, quia tunc temporis in ſummos pontifices eligebant homines indoctos & non aſſuefactos, juſſu regum. Sed templo primo ſtante omnium doctiſſimos eligebant in pontifices maximos, pulcherrimos, fortiſſimos, & ditiſſimos, & ſi ipſi non eſſent divitiæ, ſacerdotes illius utpote fratres de bonis ſuis ipſi concedebant donec ditiſſimus eſſet, uti ſcriptum eſt Levit. 21, 10. והכהן הגדול מאחיו eum ergo quem de bonis ſuis fecerunt maximum fratres illius, conſtituebant. שיהא מכיר *ut dignoſcere queat*, ut dignoſcere queat inter beſtias ante eum tranſeuntes, & ſtuderet deciſionibus Legis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt, quod Pontifex maximus inter cæteros omnes ſacerdotes debet eſſe Sapientiſſimus, pulcherrimus, ditiſſimus, & fortiſſimus, uti dixit Deus benedictus Levit. 21, 10. והכהן הגדול מאחיו quæ verba exponit traditio, quod debet eſſe omnium maximus in ſcientia, pulchritudine, & divitiis, quæ ſi illi non erant, adjungebatur ei ab aliis ſacerdotibus, donec eſſet omnium ditiſſimus. Sed ſub templo ſecundo, quando omnia erant imperfecta, & reges deflectebant à via recta, eligebant Pontifices maximos cum violentia, etſi inidonei eſſent; & de ejuſmodi Pontificibus maximis dici poterat, *forſan non didiciſti.* Et propterea conclave in quo conſidebant ſacerdotes maximi, vocabatur *Conclave Palhedrin*, id eſt conclave taxantium, ſive eorum qui taxin & pretium ſtatuebant alimentis, quales reges deputare ſolent in plateis, vel etiam interdum removere à munere, prout ipſis libuerit. Eodem modo agebant cum pontificibus maximis, eligentes ejuſmodi qui proximi ipſis erant conſanguinei, vel eos qui plurimam dabant pecuniam.

(1) SHERINGAMIUS. מסרו לו זקנים מזקני בית דין וקורין לפניו, *Tradebant ei ſeniores ex ſenioribus Synedrii magni, & legebant coram eo.*] Oportebat Sacerdotem magnum, ut tradunt Hebræi, fratres omnes prudentia, cæteriſque animi ornamentis & dotibus ſuperare; ſed ſub templo ſecundo, ubi venale erat ſacerdotium, & omnia à priſtina integritate degenerabant, ſæpe homines mali ſine ingenio & ſine literis provehebantur, ita ut neceſſe eſſet Synedrio magno ante diem expiationis ſapientes mittere, qui eos erudirent: quod autem ſeniores Synedrii magni mittebantur, hoc in honorem Sacerdotis factum eſt, qui magna pollebat authoritate, licet ſæpe indignus.

(2) בסדר היום, *Juxta ritum diei.*] In Paraſ. *Achare Mot*, cujus infrà facta eſt mentio.

(3) שמא שכחת או שמא לא למדת, *Forte oblitus es, aut forte non didiciſti.*] Verba hæc certè nonnullis portentoſa videantur. quid enim? Sacerdotem magnum ne legere quidem potuiſſe? ſiccine ei aut torpuiſſe ingenium, aut defeciſſe memoriam? ſanè ita erat; ſub temporibus templi ſecundi bonis ad ſacerdotium clauſus obſtructuſque aditus erat: qui autem Regi ſanguine conjuncti erant, aut apud eum gratioſi, tametſi ex fæce populi eſſent, ad dignitatem illam anhelabant, quibus aliquando tam enorme ingenium erat, ut literas neſcirent. Sic Maimonides ad præſentem Miſchnam. Vide etiam Joſephum, *lib.* XIV. *cap.* 8. & *lib.* IV. de bello Judaico cap. 11.

ד כל שבעת הימים לא היו מונעין ממנו מאכל ומשתה ערב יום הכפורים עם חשיכה לא היו מניחים אותו לאכול הרבה מפני שהמאכל מביא את השינה:

4. Non arcebant eum à cibo potuque toto hoc ſeptem dierum ſpatio (1), veſpera autem diei expiationis (2) poſt exortas tenebras non permittebant eum multum edere, quia cibus ſomnum inducit.

R. OB. DE BARTENORA.

לא היו מניחין אותו לאכול הרבה *Non permittebant eum multum comedere*, etiam ejuſmodi cibos qui non excitabant calorem; & prohibebant ipſi in totum omnes cibos qui calorem excitabant, aut fluxum ſeminis, uti ſunt lac, ova, caro, oleum, vinum vetus, & ſimilia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sic etiam veſpera diei expiationis nullos cibos comedebat pontifex maximus, quia multiplicabant ſemen, & addebant calorem, uti eſt lac, piſces, ova, & condimenta; ſic etiam nullam rem quæ inflabat.

(1) SHERINGAMIUS. כל שבעת הימים לא היו מונעין ממנו מאכל ומשתה, *Non arcebant eum à cibo potuque toto hoc ſeptem dierum ſpatio.*] Non opus erat ut ſeptem iſtis diebus à cibis abſtinentior foret, quia nihil exinde contingere poterat, quo minùs in die expiationis officio fungeretur, quinimo die præcedenti paulo liberius genio indulſerit, ne, cum dies expiationis adveniret, vires ejus ante peractum officium deficerent, quod & cæteri quoque ſolebant: Judæi enim pridie jejunii plus ſolito edunt, & hoc ipſis lege injunctum eſſe affirmant. Menaſſeh Ben Iſraël in *Theſauro dos dinim*, &c. cap. 96. He Miſna Comer

neſſe

neſſe diá mais do ordinario diſpondoſe alegremente para o dia ſeguinte do jejum. ſe bem as comidas deuem de ſer leves, e facis de digirer: por nao entrar peſado, e cheo de comida, as oracœns de hum tao celebre dia: *Mandatum eſt ut in iſto die*, id eſt, pridie diei expiationis, *plus ſolito edant, ut alacriores magiſque diſpoſiti ſint ad diem ſequentem jejunii: quamvis cibus levis eſſe debet, & facilis digeſtionis, ne in tam celebri die gravati & onuſti cibis ad orationem procedant.*

(2) ערב יום הכפורים, *Veſpera diei expiationis.*] Veſpera hæc pridie diei expiationis erat, die ſcilicet nono, dies autem expiationis erat dies decimus: dicitur enim *Levit.* XVI. 29. *In menſe ſeptimo in decima menſis ſeptimi hujus convocatio ſancta erit vobis, & affligetis animas veſtras.* Dicitur autem *veſpera diei expiationis*, quia pridie diei expiationis ante occaſum ſolis jejunium inchoabant, ita ut tota veſpera ad Sabbathum pertineret; & ex hoc reconciliari poſſunt duo illa mandata de die expiationis celebrando, quæ videntur inter ſe pugnare: locis enim prædictis mandavit Deus, ut diem expiationis decima menſis obſervarent. at *Levit.* XXIII. 32. mandavit ut nona menſis eundem celebrarent. ex hoc, inquam, quod modo dictum eſt, pugna hæc dirimi poſſit; jejunium enim totuſque diei cultus decima menſis abſolvebatur: nonam tamen quodammodo celebraſſe videantur, quia ante occaſum ſolis incipiebant jejunare. Vide Menaſſeh Ben Iſraël ad Levit. quæſt. 4.

(3) לא היו מניחים אותו לאכול הרבה, *Non permittebant illum multum edere.*] Cum pridie diei expiationis, ut modò diximus, incepiſſent jejunare, veſpera certè multum edere nemini fas erat: Sacerdoti autem præcipuè cibis interdictum erat, ne ex humorum abundantia in ſomnum lapſus, nocte pollueretur; ideoque potiſſimum eum arcebant à cibis ſucculentis, qui Venerem cient, aut capiti gravedinem adferunt, ut lacte, ovis, carne pingui, & ſimilibus, de quibus ne guſtare quidem ei permiſſum. Gemara Jeroſolymitana, לא היו מניחין אותו לאכול לא חלב ולא בצים ולא גבינה ולא בשר שמן ולא יין ישן ולא קונדיטון ולא גריסין של פול ולא עדשין *Non ſinebant eum lac edere, nec ova, nec caſeum, nec carnem pinguem, nec vinum vetus, nec conditum, nec fabas freſſas, nec lentes.*

ה מסרוהו זקני בית דין לזקני כהונה והעלוהו לעליית בית אבטינס והשביעוהו ונפטרו והלכו להם ואומרים לו אישי כהן גדול אנו שלוחי בית דין ואתה שלוחינו ושליח בית דין משביעין אנו עליך במי ששכן את שמו בבית הזה שלא תשנה דבר מכל מה שאמרנו לך הוא פורש ובוכה והן פורשים ובוכים :

5. Tradebant eum ſeniores Synedrii magni ad ſeniores Sacerdotes, qui eum in conclave excelſum domus Abtines evehebant. (1) Adjurabant eum (2) & dimittebant, & ibant, & dicebant: Domine Sacerdos magne, nos legati ſumus Synedrii magni, & tu legatus noſter, & legatus Synedrii magni; adjuramus te per eum, cujus nomen habitat in hoc templo, quod non mutabis quicquam ex omnibus iſtis quæ tibi diximus. Ipſe diſcedebat & flebat, illique diſcedebant &, flebant. (3)

R. OB. DE BARTENORA.

מסרוהו זקני בית דין *Tradebant eum ſeniores Synedrii*, qui coram eo legerant juxta ordinem illius diei. לזקני כהונה *ſenioribus ſacerdotii*, ad docendum illum modum conficiendi pugillum ſuffitus, de quo dictum eſt Levit. 16, 12. ומלא חפניו קטורת סמים quod erat miniſterium difficillimum בית אבטינס *domus Abthines*, illi erant qui conficiebant ſuffitum, eumque contundebant & miſcebant cum aromatibus.

השביעוהו *Adjurabant eum*, ne eſſet Sadducæus, & ne ſuffitum imponeret thuribulo extra, & deindè introduceret intra velum, quia Sadducæi exponunt id quod dicitur Levit. 16, 3. כי בענן אראה על הכפורת quod Pontifex maximus intrare debet intra velum cum ſuffitus fumo, & tum apparere fumus ſupra propitiatorium. Sed ita non eſt, nam Scriptura ibidem verſ. 13. dicit ונתן את הקטורת על האש לפני יהוה undè conſtat intra ſanctum ſanctorum igni imponendum eſſe ſuffitum.

הוא פורש ובוכה *Ipſe diſcedebat & plorabat*, quia eum Sadducæum ſuſpicabantur. והן פורשים ובוכים *Et illi diſcedebant & flebant*, eo quod eum Sadducæiſmi ſuſpectum habuerant; nam dixit Dominus aliquis, is qui bonis hominibus ſuſpectus eſt caſtigatus eſt in corpore ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deferebant Pontificem maximum ad domum Abthines, ad docendum illum modum conficiendi ſuffitum pugillo capiendum, & hæc eſt opinio illius qui dicit, quod hoc unum erat è miniſteriis difficillimis in templo. Exponemus autem in tractatu Taharot, rem ita non eſſe, ſed uti illic dixerunt, *impletio pugillorum ſuorum eſt, ut ordinariè homines faciunt.* Diximus etiam capite quinto tractatus Schekalim, quod domus Abthines præfecta erat confectioni ſuffitus.

השביעוהו *Adjurabant eum*, ſuper re quam nemo præter ipſum videre poſſet; Hoc autem fiebat, quia Sadducæi putabant ſuffitum igni imponendum eſſe in templo, & deindè thuribulo introducendum in ſanctum ſanctorum, quod innui volunt è Levit. 16, 3. כי בענן אראה על הכפורת Hinc putant non intrandum eſſe locum ſanctiſſimum ſine nube. Cæterum veriſſima traditio eſt, rem ita eſſe quemadmodum dicitur ibidem verſu 13. ונתן את הקטורת על האש לפני יהוה Eo autem tempore nullus videre poterat quid faciebat pontifex maximus, uti dicitur verſu 17. וכל אדם לא יהיה באהל מועד בבאו לכפר בקדש עד צאתו Propterea adjurabant ipſum, & iſte plorabat quia eum hæreſios ſuſpectum habebant, & illi plorabant quia eum ſuſpectum habuiſſent. Nam prohibitum in Lege noſtra falſam ſuſpicionem concipere de aliquo in caſu quodam dubio, niſi id neceſſitas poſtulaverit.

SHERINGAMIUS. (1) מסרוהו זקני ב"ד לזקני כהונה והעלוהו לעליית בית אבטינס, *Tradebant eum ſeniores Synedrii magni ad ſeniores Sacerdotes, qui eum in conclave excelſum domus Abtines evehebant.*] Seniores Sacerdotes Sacerdotem magnum in domum Abtines evehebant, ut in Gemara traditur, ללמדו חפינה ut eum pugillationem docerent, id eſt, ut eum inſtituerent & erudirent, quomodo pugillum ſuffimento impleret, quod opus erat difficillimum. Vide *Levit.* XVI. 12. Locus, ut Hebræis placet, ſic dictus eſt ab ejuſdem nominis viro, qui aliquando iſtis præfectus erat, qui præparandi ſuffitus munere defungebantur. Domus autem hæc ſupra portas aquarum extruebatur, nec longè aberat à conclavi Parhedrorum. Sic Gemara Hieroſolymitana, על גבי שער המים הייתה וסמוך ללשכתו הייתה.

(2) השביעוהו, *Adjurabant eum.*] Poſtquam Sacerdotem magnum in domum Abtines deportâſſent, juramentum ab eo de ſuffimento adolendo exigebant. Saducæorum hæreſis hanc primò conſuetudinem induxit; dicebant enim Saducæi, ſuffire extra velum, deinde intrare oportere: quod contra apertam ſacri textus authoritatem, *Levit.* XVI. 12. 13. affirmabant. Sacramentum igitur à Sacerdote magno Sacerdotes ſeniores depoſcebant, nè fortè Saducæus eſſet, & eorum more adoleret. Gemara Hieroſolymit. משביעין אותו מפני הביתוסין שהיו אומי יקטיר מבחוץ ויכנים מבפני *Adjurabant eum propter Saducæos,*

cæos, qui dicebant, ſuffiet extrà, & adytum intrabit. Torath Cohanim Paraſ. *Achare Mot*, cap. 3. & Gemara Babylonica, pro יקטיר habent יתקן, *ordinabit*, id eſt, igni imponet, & ſuffire incipiet: ſenſus idem eſt.

(3) הוא פורש ובוכה והן פורשים ובוכים, *Ipſe diſcedebat, & flebat, illique diſcedebant, & flebant.*] Cum juraſſet Sacerdos ſe debito modo facturum omnia, mutuò flentes diſcedebant; flebat ipſe, quia eum factioni Sadùcæorum favere ſuſpicarentur; flebant verò illi, quia ipſis neceſſe erat ab eo juramentum petere. Gemara Hieroſolymitana, הוא פורש ובוכה שנחשד והן פורשין שצרכו לכך.

ו אם היה חכם דורש ואם לאו תלמידי חכמים דורשין לפניו אם רגיל לקרוי קורא ואם לאו קורין לפניו ובמה קורין לפניו באיוב ובעזרא ובדברי הימים זכריה בן קבוטל אומר פעמים הרבה קריתי לפניו בדניאל:

6. Si ſapiens erat, exponebat; ſi non, diſcipuli ſapientum exponebant coram eo (1): ſi legendi peritus erat, legebat; ſi non, legebant coram eo. Et in quo legebant coram eo? in Jobo, & in Hezra, & in Verbis dierum (2). Zachariah filius Kebutali dixit; Sæpe legi coram eo in Daniele.

R. OB. DE BARTENORA.

אם היה חכם דורש *Si ſapiens erat, exponebat*, deciſiones juris, & totam noctem diei expiationis non dormiebat, ne ipſi accideret fluxus ſeminis. Sin autem diſcipulus erat, & non Sapiens ac eruditus, qui deciſiones juris intelligere quidem poſſet, at non eas exponere, tum exponebant coram ipſo; *In Jobo, Ezra, & verbis dierum*, in quibus continetur materia quæ animum oblectat, & ſomnum propellit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Libri hi quorum hic fit mentio, continent hiſtorias quaſdam temporum præteritorum quæ ideo legebantur ut earum dulcedine caperetur pontifex maximus, & non dormiret.

SHERINGAMIUS. (1) אם היה חכם דורש ואם לאו תלמידי חכמים דורשין לפניו, *Si ſapiens erat, exponebat; ſi non, diſcipuli ſapientum exponebant coram eo.*] Si Sacerdos magnus ſapiens erat, id eſt, Legis peritus, tales enim חכמים nominabant, ipſe exponebat; ſin minùs, alii qui in Lege verſati erant, id præſtabant, ut hoc modo eum à ſomno averterent.

(2) ובמה קורין לפניו באיוב ובעזרא ובדברי הימים, *Et in quo legebant coram eo? in Jobo, & in Hezra, & in Verbis dierum.*] Legebant in iſtis libris propter materiæ ſuavitatem, & hiſtoriarum varietatem, quæ in iſtis continetur, ut Sacerdos magnus eorum dulcedine captus, ſomno non torperet. Bartenora, דורשים לפניו באיוב ובעזרא שהן דברים המושכין את הלב לשומעים ואין שינה חוטפתו, *Legebant coram eo in Jobo, & in Hezra, quia res iſtæ animos audientium rapiunt, nec eum ſomnus invaderet.* Legebant etiam Pſalmos, & Proverbia, ut Gemara habet Hieroſolymitana.

ז בקש להתנמנם פרחי כהונה מכין לפניו באצבע צרדה ואומרים לו אישי כהן גדול עמוד והפג אחת על הרצפה ומעסיקין אותו עד שיגיע זמן השחיטה:

7. Si dormire geſtiebat, juniores Sacerdotes (1) percutiebant coram eo digito indice (2), dicebantque ei; Domine Sacerdos magne, (3) ſta & remitte ſemel ſuper pavimentum, (4) eumque occupatum tenebant, (5) donec mactationis tempus inſtaret.

R. OB. DE BARTENORA.

פרחי כהונה *Juniores ſacerdotes*, פרחי vocantur adoleſcentes quibus pili in barba incipiunt creſcere. אצבע צרדה *digito indice*, eſt digitus pollici proximus, eſtque compoſita vox צרדה ex צרתה דרא *ſocius illius* nempe pollicis, & illi conjunctus. Conjungebant autem pollicem cum digito illi proximo, & dimittebant eum ut volam percuteret, undè ſonus edebatur, ut non dormiret Pontifex maximus. והפג אחת על הרצפה *Et remitte ſuper pavimento*, marmoreo, ad calorem amovendum, nam frigus pedum amovet ſomnum; אפג verò notat *diſſolvere*, ſic dicunt מפיגין טעמן.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכין לפניו אצבע צרדה *Percutiebant coram eo digito indice*, percutiebat pollicem medio digito fortiſſimè, id quod homines facere ſolebant tempore lætitiæ, edentes gratum ſonum. Quod dicit, והפג אחת על הרצפה *& remitte ſemel ſuper pavimentum*, id eſt, diſſolve calorem pedum tuorum cum ſtas in pavimento, nam pavimentum frigidos reddit pedes, & diſcutit ſomnum, at cum pedes caleſiunt, excitatur ſomnus; ſed hoc explicatur ulterius in quæſtionibus naturalibus. אפג eſt vox Ebraica, & occurrit Gen. 45, 56. ויפג לבו ſenſus eſt, quod calor cordis diſſolutus fuit. Sapientes quoque hoc vocabulo ſæpius utuntur hoc ſenſu, ut, מפיגין טעמן *diſſolvere faciunt guſtum eorum.*

SHERINGAMIUS. (1) פרחי כהונה, *Juniores Sacerdotes.*] Juvenes quibus barba cœperit efflóreſcere, vocantur פרחי. Bartenora בחורים שמתחיל שער זקני לפרוח קרוין פרחי. Hinc juniores Sacerdotes פרחי כהונה appellantur: quaſi dicas, *flores ſacerdotii*, פרח enim *flos* eſt. & vox per Metaphoram ad juventutem tranſlata eſt, vel quia juvenibus prima lanugo tanquam flos emicat. Virgil. lib. VIII. Æneid.

Tum mihi prima genas veſtibat flore juventa.

Vel quia ætas illa floridior eſt ad ſenectutem comparata, quâ decus omne tanquam decidui floris pulchritudo evaneſcit. Martial. lib. IV. Epigram. 45.

Perpetuo ſic flore mices, ſic denique non ſint
Tam longæ Bromio, quàm tibi, Phœbe, comæ.

Nota eſt fabula Narciſſi & Hyacinthi, quos in flores mutatos ob venuſtatem juvenilem, Poëta non invenuſtè finxerit.

(2) מכין לפניו באצבע צרדה, *Percutiebant coram eo digito Indice.*] אצבע צרדה, ut quibuſdam placet, eſt *digitus medius*: ſed Gemaram ſequor, quæ *digitum Indicem* hîc innui tradit. Modus autem quo juniores Sacerdotes ſtrepitum iſtum excitabant, ut ait R. Salomon, talis erat: digitum pollici proximum ei collidebant, qui ad volam uſque demiſſus, ipſam etiam volam percutiebat, ita ut ex colliſione digitorum, & percuſſione volæ ſonus ederetur. R. Solomon ad Gemaram. באצבע שסובה לגודל היה מחבר לאגודל בחוזקה ומכה על כפו ונשמע הקול. Idem habet Maimonides, niſi quòd ait,

ipſos

ipſos non digitum pollici proximum, ſed medium ei colliſiſſe, uterque diſplicet, neque enim veriſimile eſt Sacerdotes juniores tam ruſticè coram Sacerdote magno colliſis digitis perſtrepuiſſe Et miror magnos Rabbinos meliùs Gemaram non intellexiſſe, aut ſi intellexerint, ab eadem receſſiſſe. ibi certè multò probabilius aſſeritur, ipſos inſtrumenta muſica digito indice percuſſiſſe. Gem. Hieroſol. רב חונה אמר באצבע צרדה בפה ורבי יחנן באצבע צרדה ביד מתניתא פליגא על רבי יחנן בפה לא בנבל ולא בכינור פתר לה נעימה הנאמרת באצבע צרדה אומרי בפה לא בנבל ולא בכינור *Rabbi Huna dicit, digito indice, ore. & Rabbi Jochanan digito indice, manu. Miſchna repugnat R. Jochanan: ore, non nablio, neque cithara. Interpretatio ejus eſt; Harmoniam illam, quæ digito indice cantata erat, ore, non nablio, aut cithara, cantabant.* Indicat Gemara, Sacerdotes juniores non nablio, aut cithara uſos, quæ manu pulſantur, ſed tibiis luſiſſe perforatis, quæ ore inflantur, & earum foraminibus digitos indices applicuiſſe, unde ſuavis melodia ſubſecuta eſt, quæ, ut in Gemara traditur Babylonica, totam domum Hammidrash pervaſit, ואזל קלירה בכולי בי רב. Fortè luſerunt tibiis, quæ ipſis אבובים יחידים dicuntur, quòd unum tantùm habebant foramen, cui digitum indicem appoſuerunt.

(3) עמוד והפג אחת על הרצפה, *Sta, & remitte ſemel ſuper pavimentum.*] Senſus eſt, pedibus conſiſte aliquantulum, & remitte ſomnum ſuper pavimentum. hæc ei, ut puto, ſuggerebant, quia difficilius eſt ſtanti, quàm ſedenti ſomnum obrepere: Rabbini dicunt, quia frigiditas pavimenti ſomno depellendo conducit.

(4) ומעסיקין אותו, *Et eum occupatum tenebant.*] Quomodo eum occupatum tenebant, diſcas ex Gemara, תנא לא היו מעסיקין אותו לא בנבל ולא בכנור אלא בפה ומה היו אומרין אם ה' לא יבנה בית שוא עמלו בוניו בו, *Traditur quòd eum occupatum habebant, non nablio, neque cithara, ſed ore: & quid canebant? Niſi Dominus ædificat domum, fruſtra laborant qui ædificant eam.*

(5) עד שיגיע זמן השחטה, *Donec tempus mactationis inſtaret.*] Donec appropinquaret tempus mactandi juge ſacrificium.

ח בכל יום תורמין את המזבח בקריאת הגבר או סמוך לו בין לפניו בין לאחריו וביום הכפורים מחצות וברגלים מאשמורת הראשונה ולא היתה קריאת הגבר מגעת עד שהיתה עזרה מלאה מישראל:

8. (1) Singulis diebus expurgabant altare ad galli cantum, aut non multò citiùs aut tardiùs: & in die expiationis à media nocte, & in tribus feſtis magnis a vigilia prima, nec inſtabat galli cantus, quin atrium repletum eſſet Iſraëlitis.

R. OB. DE BARTENORA.

תורמין את המזבח *Expurgabant altare*, תרם hic notat id quod חתה *capere*, ſcil. quod acerrâ cinerem ab altari capiebant & removebant, ſive multum ſive parum, & deponebatur ad orientem graduum altaris, & relinquebatur illic in loco ſuo, eratque principium miniſterii matutini. או סמוך לו *aut circa eum*, circa galli cantum, ante aut poſt eum. ביום הכפורים מחצות *die expiationis à media (nocte,)* propter debilitatem pontificis maximi, cui omnia negotia incumbebant, ideoque neceſſe erat maturius expurgare. וברגלים *& in feſtis magnis*, quando magna erat hominum multitudo, & multa ſacrificia, & magna copia cineris in loco diſpoſitionis, eratque neceſſe removere cinerem è loco illo ad locum qui erat in medio altaris, qui vocabatur תפוח, ubi magnus reperiebatur cineris cumulus in modum mali confectus; & tum cogebantur maturius expurgare indè à prima vigilia, quæ noctis tertia pars eſt. ולא היתה קריאת הגבר *& non erat galli cantus*, in tribus feſtis magnis. עד שהיתה עזרה מלאה מישראל *quin atrium repletum eſſet Iſraëlitis*, qui ſacrificia ſua ſtatim poſt ſacrificium juge matutinum offerebant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תרומת המזבח. Eſt *remotio cineris ab altari*, & vocatur etiam דישן המזבח *decineratio altaris*, ſic Exod. 27, 3. לדשנו.

SHERINGAMIUS. (1) בכל יום תורמין את המזבח בקריאת הגבר וגו׳, *In omni die expurgabant altare ad galli cantum, &c:*] Quid ſit תרם, capite ſequente explicabo; illud tantùm hoc loco adjiciam, quod ſummo mane ſacra ordiebantur, quia mens tum ſolutior puriorque exiſtit, nec rebus ullis implicata, majori impetu in Deum fertur. quod & antiqui quoque Chriſtiani fecerunt, & ſacra hæc matutina τὸν ὄρθρον vocârunt. Codinus de offic. & official. &c. cap. 14. ὁ δὲ τῆς μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα ὄρθρος ψάλλεται ἐν τῇ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ τῆς ἡμέρας ὥρᾳ, *Matutinum autem magnæ dominicæ paſchatis cantatur tertia aut quarta diei hora.* Archieraticon. ὁ δὲ Πατριάρχης κατερχόμενος εἰ μὲν ψάλλουσιν ἔτι τὸν ὄρθρον, ἔμπροσθεν τοῦ στασιδίου αὐτοῦ μετὰ τὸ τέλος τῆς ἐννάτης ᾠδῆς. εἰ δὲ οὐ ψάλλουσιν, ὄπισθεν τοῦ στασιδίου αὐτοῦ, *Patriarcha verò accedit, ſi adhuc matutinum cantent, ante ſtationem ſuam poſt finem nonæ odæ. Si verò non ampliùs cantent, infra ſtationem ſuam*, Mane etiam & Gentiles ſua ſacra habuerunt. Anthol. Græca lib. 1.

Σώστρα δ' ἕωθεν ἔθυε θεοῖς χαίρων ὁ κακοῦργος.

Mane pro ſalute conſervata diis ſacrificabat gaudens ille facinoroſus.

In die autem expiationis citiùs aliquanto quàm cæteris diebus altare expurgabant, ut Sacerdoti magno conſulerent, cui ſoli totum ferè opus diei incubuerit. In tribus pariter feſtis magnis, feſto ſcilicet paſchatis, feſto hebdomadarum, & feſto tabernaculorum, quæ Hebræis *Regalim* dicuntur, citiùs, quàm ſolebant, aram expurgare neceſſe erat, quia ingens Iſraëlitarum multitudo confluxerit, qui plures oblationes adducebant.

Cum plures aram expurgare voluerint, quomodo lis deciſa. Micare digitis quid ſit. §. 1. Expurgatio aræ cur primò ſorti mandata. §. 2. Quæ miniſteria ſortibus commiſſa. §. 3. 4. Quot Sacerdotes in oblationibus totius cœtus ad miniſterium ſorte deſignati. §. 5. Quid in oblationibus unius fieri ſolitum. §. 6. Excoriatio & membrorum ſectio laicis permiſſa. Ibid.

פרק ב בראשונה כל מי שרוצה לתרום את המזבח תורם בזמן שהן מרובין רצין ועולים בכבש וכל הקודם את חבירו לתוך ארבע אמות זכה אם היו שנים שוין הממונה אומר להן הצביעו ומה

Caput 2. (1) In principio quiſquis altare expurgare voluerit, expurgabat. Quando plures erant, currebant, & aſcendebant per gradus, qui autem ſocium ſuum quatuor cubitis anteverterat cum ad medium perveniſſet, is huic muneri deſignabatur: ſi duo pares erant, dicebat illis (2) Præfectus;

ומה הן מוציאין אחד או שתים ואין מוציאין הגודל במקדש :

fectus; Micate digitis. Quid iſtud? (3) unum aut duos digitos attollebant; (4) pollicem autem non attollebant in Sanctuario.

R. OB. DE BARTENORA.

בראשונה כל מי שרוצה לתרום *In principio quiſquis expurgare voluerit*, omnis ſacerdos ad quem ordo miniſterii illius diei perveniſſet, & voluiſſet removere cineres, removebat, neque ad hoc utebantur ſorte. בזמן שהם מרובים *quando plures erant*, eorum qui veniebant ad expurgandum unus dicebat, *ego expurgabo*, & alius dicebat, *ego expurgabo*, & tum faciebant hoc modo; currendo aſcendebant gradus altaris, qui triginta duos cubitos habebant in longitudine, & ſi quis anticipando intrabat intra quatuor paſſus ſuperiores gradus altari proximi, illius erat jus expurgandi, & hæc erat illius ſors.

אם היו שנים שוין *ſi duo pares erant*, in introitu, neuter habebat jus expurgandi, ſed omnes jaciebant ſortem. Quomodo erat ſors? הממונה *præfectus* ſortibus אומר להן *dicebat illis*, omnibus: הצביעו *micate digitis*, id eſt, quilibet educat digitum ſuum, ut videatur; nam prohibitum eſt numerare Iſraëlitas ipſos, ideo neceſſe erat educere digitos, ut digiti numerarentur, & non homines. Sed quomodo faciebant? conſiſtebant in ordine circulari, & præfectus veniebat, & uni eorum pileum à capite ſumebat, & ab illo ſors numerandi incipiebat; & quilibet educebat digitum ſuum, & præfectus per circuitum numerabat digitos, eoſque redigebat in ſummam centum aut ſexaginta, multo majorem quam numerus ſacerdotum qui illic aderant; deindè dicebat ei in cujus digito terminabatur numerus, *expurga cineres*; & incipiebat numerare ab eo cujus tiaram de capite ſumpſerat, & numerabat digitos, & revertebatur per gyrum aliquoties uſque ad finem numeri, & in cujus digito deſinebat numerus, ille miniſterium obibat; eodemque modo cum omnibus ſortibus fiebat quæ erant in templo. אחד או שתים *unum aut duos*, unum digitum extendebat ſi erat ſanus, aut duos ſi erat infirmus, nam infirmus non poterat tam accuratè ſeparare digitos ſuos; nam quando eos ſeparare vellet unus, alterum tangebat, illi vero duo habebantur unus in numerando. אין מוציאין הגודל במקדש *non attollebant pollicem in ſanctuario*, propter deceptores, qui, quando numerus propemodum finiebatur ſciebant in quo viro finiebatur, & extendebant eum qui erat ante duos digitos, ut numeraretur pro duobus hominibus, & in eo finiret numerus. Præfectus autem non intelligebat hanc deceptionem, nam homo pollicem à digito multum ſeparare poteſt, uſque dum quaſi duorum hominum digiti ſint; id quod fieri non poteſt in cæteris digitis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus præcedenti Miſna quod תרומת המזבח notat remotionem cineris ab altari. Quod autem dicit וכל הקודם את חבירו לתוך ארבע אמות *& quiſquis ſocium ſuum quatuor cubitis anteverterat*, ſi quis ad altare acceſſerat intra quatuor cubitos. Modus vero ſortis talis eſt, quemadmodum tibi dicam; plus ſatis notum eſt, quod nobis non licet enumerare homines in Iſraële, etiamſi propter rem præcepti; caſus Davidis etiam ſatis notus eſt. Enumerabantur tamen quando quis eos vellet enumerare, ſumebant itaque de quolibet homine rem aliquam, & deindè omnes eas res enumerabant; propterea, quando plures ſacerdotes appropinquabant ad altare, dicebat ipſis præfectus, הצביעו *micate digitis*; hoc autem fiebat quando in ordinem redacti erant, & convenerant inter ſe, quiſnam inciperet enumerare; at quomodo? conveniebant, exempli gratia, quando numerus erat triginta, aut quadraginta, aut quinquaginta, aut qualemcunque voluiſſent, deindè quilibet eorum attollebat digitos, ſi erat infirmus unum digitum, ſi ſanus duos digitos attollebat, & incipiebat præfectus enumerare digitos in ordine, donec completus erat numerus de quo convenerant in principio, & homo in cujus digito numerus deſinebat, præcedebat in miniſterio illo. Sed non numerabant pollicem ſi quis eum extuliſſet, quia is facile efferri & reponi poterat, & forſan eum quis extuliſſet cum numerus finiebatur, ut ad ipſum veniret ſors; & hoc ſenſu quatuor erant ſortes, quæ erant in templo. *Hoc vero intelligas volo, quia de iſtis ſortibus nihil expoſuerunt Sapientes poſteriores, qui fuerunt ante nos, quorum verba vidimus.* Nam è verbis Gemaræ non poteſt hoc primo intuitu ab ullo percipi; cæterum veriſſima expoſitio eſt ea quam nos dedimus.

SHERINGAMIUS. (1) בראשונה כל מי שרוצה לתרום את המזבח תורם, *In principio quiſquis altare expurgare voluerit, expurgabat.*] תרם, inquit Buxtorfius, ad altare relatum, eſt *ſeparare*, *removere cineres ab altari*, *q. d. decinerare altare*. Et Aquinas, תרמן .פ. מסירין הדשן מעל המזבח. ſed hoc nimis generale eſt. Nam ſi univerſos cineres ab altari in hoc miniſterio ſeparari dixerint, non leviter errant; cum in *Regalim*, id eſt, tribus feſtis magnis dicuntur ſacerdotes לתרום את המזבח, ut ex ſuperiori capite patet, cineres tamen non removebant. Tamid c. II. וברגלים לא היו מרשנין אותו שהוא נוי למזבח, *Et in tribus feſtis magnis cineres non removebant, quia decus erat* (inde enim cognoſcebant Iſraëlitas plures oblationes attuliſſe) *altari*. תרם igitur melius fortè reddi poſſit, *expurgavit*, *verrit*, *deterſit altare: quiſquilias*, *pulverem*, *cineres in cumulum congeſſit*, totum ſiquidem miniſterium, quo altare detergebatur, & cineres in cumulum, qui Talmudicis תפוח dicitur, congerebantur, תרומת המזבח nominatur; ut ex primo & ſecundo capite codicis Tamid colligere licet. aut juxta Rabbinos transferas, *primos cineres ab altari ſeparavit*, *prima vice cineres removit*. Sacerdos enim התורם את המזבח ſemel tantum cineres, ſive prunas interiores thuribulo accepit, ipſaſque ab altari deportavit. Reliquos cineres, in formam rotundam pomi cumulatos, ſuper altari reliquit, quibus poſtea cineres membrorum & inteſtinorum, quæ veſpera ab igne non conſumebantur, permixti erant. R. Solom. ad Miſchnam præcedentis capitis, הוא חותה מן הדשן במחתה פעם אחרת בין רב למעט ובלבד שלא יפחות ממלא קומץ ונותנו במזרחו של כבש ונבלע במקומו *Semel aliquid cineris thuribulo ſumpſerit, ſive multum erat, ſive parum, modo id quod ſumpſerat minus non eſſet quam plenitudo pugilli: in parte gradus orientali collocavit, & à loco ſuo abſorbebatur.* Vide caput primum & ſecundum codicis Tamid. Eſt etiam & alia hujus dictionis peculiaris ſignificatio, à Lexicographis non notata, quæ in codice Shekalim paſſim occurrit, ubi תורמין את הלשכה reddas *ſiclos tollebant ex conclavi*. Shekalim cap. 3. בשלשה פרקים בשנה תורמין את הלשכה, *Tribus anni temporibus ſiclos tollebant ex conclavi.*

(2) הממונה אומר להן הצביעו, *Dicebat ipſis Præfectus, Micate digitis.*] Cum plures erant competitores, qui altare detergere cupiebant, curſu inter ſe certabant; ſi duo curſores in ſtadio æquales erant, nec lis iſto modo tolleretur, ſorti rem mandabant. tum qui ſortibus præfectus erat, Sacerdotum corona cinctus, dicebat ipſis, הצביעו, & alteri eorum tiaram detraxit; tum dato numero, qui ſemper numerum micantium Sacerdotum multò ſuperaret, incepit ab eo numerare, cujus tiaram detraxiſſet. poſtquam ſingulorum digitos ordine numerâſſet, à primo iterum exorſus numerabat uſquedum ad finem numeri perveniſſet, & in quem ultima unitas incidiſſet, is altare detergebat. Solebant autem iſto modo digitos numerare, ut tradunt Rabbini, quia homines numerare nemini licebat, nè quidem ad divinum mandatum exequendum. Cum verò numerum hominum ſcire deſiderabant, à ſingulis aliquid capiebant, & res iſtas numerabant, ex quibus numerus hominum ipſis innotuit. Maimonides ad præſentem Miſchnam, ידוע כי אינו מותר אצלינו למנות אנשים מישראל בשום פנים ואפילו לדבר מצוה ומעשה דוד מפורסם אבל מונין אותם כשירצה אדם למנותם שיקחו מכל אחד מהם דבר ואחר כך מונין אותם הדברים. Hoc Gemarici ex ſacra Scriptura probare conantur, אמר רבי יצחק אסור למנות את ישראל אפילו לדבר מצוה

דכתיב

דכתיב ויפקדם בבזק מתקיף לה רב אשי ממאי דהאי בזק לישנא דמיבזק הוא ודילמא שמא דמתא הוא כדכתיב וימצאו אדוני בזק אלא מהכא וישמע שאול את העם ויפקדם בטלאים, *Dixit R. Iſaac, non licet numerare Iſraëlem tametſi ad mandatum exequendum, quia dicitur & numeravit eos in fragmento. Impugnat hoc Rab Aſchi, unde conſtat quod hoc loco* בזק *ſignificat fragmentum? fortè eſt nomen loci, ſicut ſcribitur; & invenerunt Dominum Bezek. ſed hinc potiùs probatur: & congregavit Saul populum, & numeravit eos in agnis.* In hac Gemara ex duobus locis colligunt Rabbini nefas eſſe numerare Iſraëlem. R. Iſaac colligit ex eo quòd dicitur; *numeravit eos in fragmento*. Locus extat, 1 *Sam.* XI. 8. ubi Saul dicitur numerâſſe populum בבזק, id eſt, *in fragmento*. ut plerique Hebræorum exponunt. Per *fragmentum* autem quidam intelligunt fragmentum arboris, ramum ſcilicet ab arbore evulſum. Tradunt enim ſingulos ramum manibus geſtâſſe, ita ut miniſtri regis non homines, ſed ramos numerarent. Alii verò per *fragmentum*, fragmentum lapidum intelligunt. Sunt etiam qui בבזק exponunt *in agnis*, ita ut ſenſus hujus loci idem omninò ſit cum eo, cui innixus eſt Rab Aſchi, qui extat 1 *Sam.* XV. 4. ubi Saul dicitur numerâſſe populum בטלאים, id eſt, *in agnis*, ut Rabbini identidem interpretantur. Targum habet, *numeravit eos* באמרי פסחיא *in agnis phaſcalibus*, quaſi res hæc in Azymorum tempus incidiſſet. Interpretes verò noſtri longè aliter loca hæc exponunt, & tam בזק quàm טלאים propria eſſe locorum nomina exiſtimant. Sed reſtat adhuc alius locus, ex quo eliciunt Gemarici non licere numerare Iſraëlem, אמר רבי אלעזר כל המונה את ישראל עובר בלאו שנאמר והיה מספר בני ישראל כחול הים אשר לא ימד רב נחמן בר יצחק אמר עובר בשני לאוין שנאמר לא ימד ולא יספר, *Dixit R. Eleazar: quiſquis numerat Iſraëlem, violat præceptum negativum; quia dicitur; Et erit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, quæ non numeratur. Rab Nachman filius Iſaaci dixit, violat duo præcepta negativa, quia dicitur non menſuratur, & non numeratur, Hoſ.* I. 10. Simili rationi innixus David, in luſtratione populi, numerum eorum, qui infra vigeſimum annum ætatis erant, non levavit, 1. *Paral.* XXVII. 23. *Quia dixit Dominus, ut multiplicaret Iſraëlem veluti ſtellas cœlorum.* Ex his ſatis patet, quid ſit digitis micare, & quam ob cauſam, cum ſortirentur, digitos, non homines numeraverint. Ex hac micandi conſuetudine genus ludi, ut nonnulli ſentiunt, inter Romanos exortum eſt, quo micantibus digitis certabant: inde natum Proverbium, *Dignus quicum in tenebris mices.* Manet adhuc ludus iſte apud plures nationes; Gallis dicitur, *Jouër à la mourre.* Italis, *Giocar alla mora.* Eſt quoque micantium puerorum luſus huic non multùm diſſimilis, qui dicitur, *Par impar.* Horat. lib. II. Satyr. 3.

Ædificare caſas, ploſtello adjungere mures,
Ludere par impar, *equitare in arundine longa,*
Si quem delectat barbatum, inſania vexet.

(3) מוציאין אחד או שתים, *Unum aut duos digitos attollebant.*] Qui infirmi erant, unum, qui ſani, duos digitos extulerunt, inquit Maimonides ad præſentem Miſchnam: ſed locus, ut opinor, corruptus eſt. Secus docet Gemara Babylonica, ſanos unum, infirmos verò duos extuliſſe, התניא אחת מוציאין שתים אין מוציאין במה דברים אמורים בבריא אבל בחולה אפילו שתים מוציאין והיחידים מוציאין שתים. *Ecce traditio eſt quod unum extulerunt, duos autem non extulerunt. De quo dicta ſunt hæc? De ſano. Infirmi autem duos extulerunt, & qui ſoli ſedent;* (à reliquis propter ægritudinem ſeparati) *etiam duos extulerunt.* Infirmi igitur, non ſani, duos digitos extulerunt: & hoc quidem, ut inquit Bartenora, propter debilitatem, quia infirmi digitos comprimere non poſſunt, ſed porrecto uno, etiam ei proximus porrigitur.

(4) אין מוציאין הגודל במקדש, *Pollicem non attollebant in Sanctuario.*] Hoc ipſis injunctum erat ad dolum evitandum, quia licèt infirmi duos digitos attollebant, præfectus tamen unum tantùm numerabat. Hinc ſi pollicem cum alio digito extuliſſent, facilè fuiſſet præfectum, fraudibus circumventum, illudere; cum propter vicinitatem manuum pollex plus diſtare videretur ab altero digito ſecum exporrecto, quàm à digitis aliorum, & ſic unus idemque non pro uno, ſed duobus poterat reputari. Si quis igitur hac re deliquiſſet, à micantium cœtu ſubmovebatur, & præterea etiam à præfecto vapulabat, qui eum numerâſſet. Gemara Babylonica, התניא אין מוציאין לא שליש ולא גודל מפני הרמאים ואם הוציא שליש מונין לו גודל אין מונין לו ולא עוד אלא שלוקה מן הממונה בפקיע מאי מונין לו נמי אחרת מאי פקיע אמר רב מורנא מאי מורנא אמר רב פפא מטרקא דטייעי, *Numquid traditio eſt quod non exporrigunt tertium digitum, neque pollicem, propter doloſos? quamvis ſi quis exporrigat tertium digitum, numerant eum: pollicem, non numerant eum, neque hoc tantùm, ſed etiam qui numerant eum, vapulant à præfecto* בפקיע. *Quid eſt* פקיע? *dixit Rab;* מורנא. *quid eſt* מורנא? *dixit Rab Papa; Scutica Iſmaëlitica.*

ב מעשה שהיו שנים שוין ורצין ועולין בכבש ודחף אחד מהן את חברו ונפל ונשברה רגלו וכיון שראו בית דין שבאין לידי סכנה התקינו שלא יהיו תורמין את המזבח אלא בפיים ארבעה פייסות היו שם וזה פיס הראשון :

2. Accidit aliquando dum duo pares currerent, & aſcenderent per gradus, ut alter alterum deturbaret, ita ut caderet, & pes ejus frangeretur. Cum viderit Synedrium magnum ipſos in periculo verſari, ſtatuerunt ut ſortitò deinceps altare expurgarent. Quatuor ſortes erant ibi, & hæc fuit ſors prima.

R. OB. DE BARTENORA. אלא בפיים *Niſi ſortitò*, eo modo quo diximus, *quatuor erant ſortes illic*, quater de die congregabantur ad conjiciendum ſortem; nam non jaciebant ſortem pro omnibus ſimul, ut convocarentur quater propter magnam populi frequentiam in atrio, hæc enim gloria regis eſt, uti dictum eſt Pſal. 55, 15. בבית אלהים נהלך ברגש:

ג הפיים השני מי שוחט מי זורק מי מדשן מזבח הפנימי ומי מדשן את המנורה ומי מעלה אברים לכבש הראש והרגל ושתי הידים העוקץ והרגל החזה והגרה ושתי הדפנות והקרבים והסלת והחביתין והיין שלשה עשר כהנים זוכים בו אמר בן עזאי לפני רבי עקיבא משום רבי יהושע דרך הלוכו היה קרב :

3. Sors ſecunda erat quis mactaret, quis ſpargeret, quis cinerem ab altari interiori abduceret, quis lucernas purgaret, quis portaret membra ad gradus, caput, & pedem, & duas manus, ſpinam dorſi, & pedem, pectus, & guttur, duas coſtas, & interiora, ſimilam, (1) & frixa, & vinum. (2) Tredecim Sacerdotes hac ſorte fungebantur. Dixit filius Aſæi, coram R. Akiba ex ore Rab. Jehoſua; (3) juxta modum inceſſus ejus offerebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שוחט *Quis mactaret*, pro omnibus miniſteriis una erat ſors, ut is, quem tetigerat numerus juxta ſortem, ſpargeret ſanguinem ſuper altare, poſtquam ſanguinem excepiſſet cratere, nam is qui ſanguinem ſpargebat, etiam eum excipiebat, & qui eum ſequebatur, mactabat. Cæterum etſi ponamus quod mactatio eſſet prior exceptione ſanguinis, nihilominus tamen, quia miniſterium ſparſionis excellentius erat miniſterio mactationis, quia mactatio etiam per alienigenam ſive Iſraëlitam peragi poteſt legitimè, at non ita ſparſio ſanguinis, nam ab exceptione ſanguinis & porro eſt præceptum quod ſacerdotes omnia miniſteria peragere debent; Propterea primo cedit ſors ſpargendi ſanguinem, & qui hunc ſequitur, mactat, & qui hunc ſequitur expurgat altare à cinere, qui etiam lucernam expurgat à cinere, & eo modo omnes ſequebantur; primus ſacerdos offerebat caput & pedem; ſecundus duas manus; tertius caudam & pedem ſiniſtrum; חזה *pectus* eſt pinguedo pectoris reſpiciens ſolum quam ab utraque parte dividebant ſine extremitatibus coſtarum. גרה eſt locus quo beſtia ruminat, nempe collum cui annexi ſunt calami extorum cum hepate & corde; pectus & collum ſive cervicem offerebat ſacerdos quartus; duas coſtas quintus; inteſtina ſextus; ſimilam, quæ erat decima pars pro domo libaminis ſacrificii continui, ſeptimus; tortas, quæ erant media decima pars pro domo Pontificis magni, quæ una cum ſacrificiis continuis offerebantur quotidie, uti dictum eſt Levit. 6, 13. מחיצתה בבקר ומחיצתה בערב has inquam adducebat octavus; vinum vero, quod erat trium Logorum in libamina ſacrificii continui, nonus adducebat.

שלשה עשר כהנים זכין בו *Tredecim ſacerdotes hac ſorte fungebantur*, in hac ſorte continebantur tredecim miniſteria jam enumerata, eo ordine quo ea deſcripſit Miſna, דרך הלוכו *juxta modum inceſſus ejus*, uti vivus incedit. היה קרב *offerebat*, juge ſacrificium. Primus doctor putat, optimum quodlibet offerri prius; at Ben Aſai putat, offerri eo modo quo agnus incedit vivus, nimirum, primo caput, deinde pedem &c. deciſio non eſt juxta Ben Aſai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæ omnes res erant in una ſorte contentæ, eo modo uti per comparationem diximus, nimirum, quod omnes hi ſacerdotes erant in uno ordine & circulo, convenientes inter ſe quis eorum primus inciperet inire numerum, & deindè, ut is in quo deſinebat numerus, ſpargeret ſanguinem, & qui ipſi proximus erat, mactaret, & huic proximus, ut removeret cinerem ab altari, & is qui hunc ſequebatur removeret cinerem à lucerna, & is qui hunc ſequebatur, adduceret membra in gradus, & qui membra adduceret in gradus altaris, ille, & octo homines quemadmodum in ordine ſtabant, ad quos pervenerant vices adducendi ſacrificium juge; adducebant hoc ordine; primus adducebat caput & pedem: ſecundus duas manus; tertius caudam & pedem; quartus pectus & guttur, quintus duas coſtas; ſextus inteſtina; ſeptimus ſimilam; octavus tortas, quæ ſunt tortæ ſacerdotis magni, de quibus Deus dixit Levit. 6, 13. זה קרבן אהרן ובניו וגו׳ & vocantur חביתין *ſartagines*, quia Deus benedictus de illis ibidem dixit על מחבת בשמן תעשה Nonus adducebat vinum, quo modo in hac ſorte erant tredecim homines uti diximus; qui vero mactabat, & qui ſpargebat, & qui purgabat altare à cinere, & qui purgabat lucernam à cinere, & qui ſpargebat ſanguinem, ipſe etiam recipiebat, uti explicatur in Gemara. Præponimus autem in hac ſorte eum qui ſpargit illi qui mactat, quia ſparſio eſt miniſterium excellentius; quia nobis fundamentum eſt, mactationem etiam legitimè fieri per alienigenam ſive Iſraëlitas. Qui vero expurgabat cinerem, & ſordes, etiam expurgabat, abſtergebat, & purificabat, uti explicatur in Gemara. Cæterum tibi conſtat quod אפר notat cinerem, quemadmodum exponitur *in Beraita.*

דרך הלוכו היה קרב *Juxta modum inceſſus ejus offerebat*, uti exponitur in Beraita; caput, pedem, pectus, guttur, duas manus, duas coſtas, caudam, pedem; at primus doctor ſequitur bonitatis ordinem, optimum anteponendo, & poſtponendo minimum; deciſio non eſt juxta R. Ben Aſai.

SHERINGAMIUS. (1) והחביתין, *Et frixa.* Extat dictio hæc P*aralip.* IX. 31. ubi verſiones ferè omnes pro חביתין habent *ſartagines.* Biblia Germanica Lutheri. Matthathia aus den Leviten dem erſten ſohn Sallum des Korhiters waren vertrawet die pfannen / id eſt, *Matthithiæ ex Levitis primogenito Sallum Coritæ concreditæ erant ſartagines.* Arias Montanus מעשה החביתין ad verbum reddit, *opus ſartaginum.* Piſcator in Scholiis *opus cacaborum*, & dicit eſſe Metonymiam Subjecti. Sic etiam pleraque biblia. Eodem modo dictionem hanc explicant Lexicographi, errore non levi. Dictio enim non ſignificat *ſartagines*, ſed *frixa*, id eſt, ipſum ſacrificium & munus Sacerdotis magni, quod in ſartagine frigebatur. Tamid cap. I. היו בודקין והולכין עד שמגיעין למקום עושה חביתין, *Explorabant & ibant, donec pervenirent ad locum ejus qui faciebat frixa.* Occurrit iterum hæc dictio capite tertio, & quarto ejuſdem codicis, & ſæpe alibi in Talmude, ubi non *ſartagines*, ſed ipſa *frixa* ſignificari manifeſtum eſt. Paſſim etiam apud Rabbinos legas חבתי כהן גדול pro ipſo munere Sacerdotis magni.

(2) שלשה עשר כהנים זוכים בו, *Tredecim Sacerdotes hac ſorte fungebantur.*] Primus erat qui mactabat, ſecundus qui ſpargebat ſanguinem; tertius qui altare decinerabat, quartus qui lucernas purgabat; novem verò, ut mox ex codice Tamid demonſtrabo, membra ad gradus portabant. omnes tredecim numero.

(3) דרך הלוכו היה קרב, Ad verbum, *Juxta modum inceſſus ejus erat appropinquans.*] Senſus eſt, membra eo modo offerebantur, quo vivus incedebat; ita ut caput primò, deinde cæteræ partes eo ordine, quo in corpore formata erant, ad gradus altaris portarentur. ſed conſtitutio non eſt recepta juxta ſententiam Ben Aſai; nam ex codice Tamid cap. IV. alium ordinem ſervari manifeſtum eſt. Verba, quoniam huic rei illuſtrandæ conducunt, adſcribere non pigebit. כלן עומדין בשורה והאברים בידם הראשון בראש וברגל הראש בימינו וחוטמו כלפי זרועו וקרניו בין אצבעותיו ובית שחיטתו מלמעלן והפדר נתון עליו והרגל של ימין בשמאלו ובית עורו לחוץ השני בשתי ידים של ימין בימינו של שמאל בשמאלו ובית עורו לחוץ השלישי בעוקץ וברגל העוקץ בימינו והאליה מדולדלת בין אצבעותיו ואצבע הכבד ושתי הכליות עמו הרגל של שמאל בשמאלו ובית עורו לחוץ הרביעי בחזה ובגרה החזה בימינו והגרה בשמאלו וצלעותיה בין אצבעותיו החמישי בשתי דפנות של ימין בימינו ושל שמאל בשמאלו ובית עורן לחוץ הששי בקרבים הנתונים בבזך וכרעים על גביהם מלמעלה השביעי בסלת השמיני בחביתין התשיעי ביין הלכו ונתנום מחצי הכבש ולמטה במערבו ומלחום וירדו ובאו להם ללשכת הגזית לקרות את שמע, *Omnes ordine ſtabant cum membris in manibus ſuis. primus cum capite & pede: caput dextra tenebat, converſis ad brachium naribus, cornibuſque inter digitos poſitis; pars ea colli, qua mactabatur, ſurſum erat, adepſque ipſi ſuper impoſitus: dextrum pedem ſiniſtra tenebat, & pars ea, qua pellis extrahebatur, exteriùs collocata erat. Secundus cum duabus manibus: dextram dextra, ſiniſtram ſiniſtra tenebat, & pars ea, qua pellis extrahebatur, exteriùs collocata erat. Tertius cum ſpina dorſi & pede: ſpinam dorſi dextra tenebat, cauda inter digitos pendente, ipſiſque reticulum hepatis & renes adjungebantur. pedem ſiniſtrum ſiniſtra tenebat, & pars ea, qua pellis extrahebatur, exteriùs collocata erat. Quartus cum pectore & gutture: pectus dextra tenebat, & guttur ſiniſtra, duabus coſtis* ſuperioribus *inter digitos poſitis. Quintus cum duabus coſtis: dextram dextra tenebat, ſiniſtram ſiniſtra, & pars ea, qua pellis detrahebatur, exteriùs collocata erat. Sextus cum interioribus patera reconditis, ipſiſque crura ſuperimpoſita erant. Septimus cum ſimila. Octavus cum frixis. Nonus cum vino. Ibant, eaque à medio graduum verſus Occidentem infernè collocabant. ſaliebant ea & deſcendebant, & veniebant ad conclave cæſi lapidis ad legendum ſchema.* Hoc ordine membra jugis ſacrificii oblata erant, ex quo etiam intelligas, quomodo tredecim Sacerdotes hac ſorte fungebantur: nam præter quatuor iſtos in Miſchna ſubjecta numeratos (quorum primus mactabat juge ſacrificium, ſecundus ſpargebat ſanguinem, tertius cineres ab altari ſeparabat, quartus aptabat lucernas) hic in Miſchna citata novem alii recenſentur.

ד הפייס השלישי חדשי לקטרת בואו והפיסו והרביעי חדשים עם ישנים מי מעלה איברים מן הכבש למזבח :

4. Tertia ſors erat; Novi ad ſuffitum veniant & ſortes projiciant. (1) quarta; Novi & etiam veteres, quis portabit membra à gradibus ad altare.

R. OB. DE BARTENORA.

חדשים לקטורת בואו והפיסו *Novi ad ſuffitum veniant & ſortes projiciant*, ita proclamabant in atrio, ut is qui nunquam per totam ſuam vitam confecerat ſuffitum, veniret & ſortem projiceret; at non permittebant ei qui ſemel confecerat, ut ſecunda vice conficeret, quia diteſcebat, uti ſcriptum eſt Deut. 33, 10. ישימו הקטורת באפך & deindè ברך יהוה חילו וגו׳. Quia autem omnis ſacerdos qui ſuffitum faciebat, diteſcebat, & benedictus erat, propterea nemini permittebant uti ſecunda vice faceret.

חדשים עם ישנים *Novi cum veteribus*, vos, quos ſecunda vice tetigit ſors & quos nunquam tetigit, venite, & projicite ſortes. מי מעלה איברים מן הכבש למזבח *quis portabit membra à gradibus ad altare*, quando portabant membra è loco mactationis, non portabant ea ad altare, ſed deponebant ea in mediis gradibus ad orientem, & jaciebant aliam ſortem, quis portaret membra indè ad altare. Hoc vero fiebat, eo quod ſcriptum eſt Prov. 14, 24. ברוב עם הדרת מלך

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Benedicebant ſacerdotes ſuper incenſionem ſuffitus, dicentes, quicunque incendit ſuffitum diteſcet, & bona illius multiplicabuntur, & hoc eſt quod vult Deus benedictus Deut. 33, 10. ישימו קטורת באפך & ſequitur deindè ברך יהוה חילו ופעל ידיו תרצה Propterea, ſi quis ſemel feciſſet ſuffitum, non cohibebant eum ſecunda vice, ut præter ipſum remanerent alii ſacerdotes qui non feciſſent ſuffitum; neque aliquem ad ſortem ſuffitus jungebant, niſi eum qui per totam ſuam vitam non fecerat ſuffitum; propterea dicitur, *novi veniant ad ſuffitum, & ſortes jaciant*.

SHERINGAMIUS. (1) הפייס השלישי חדשי׳ לקטורת בואו והפיסו, *Sors tertia erat; Novi ad ſuffitum veniant ſorteſque projiciant.*] Ex quinto capite codicis Tamid lucem aliquam huic loco adferemus; ibi præfectus iiſdem verbis, quæ hic uſurpantur, Sacerdotes vocat ad ſortitionem faciendam אמר להם חדשי׳ לקטורת בואו והפיסו הפיסו וזכה מי שזכה, *Dixit ipſis; Novi ad ſuffitum veniant, ſorteſque projiciant: ſortes projecerunt. Quem ſors dignum decrevit, is dignus fuit.* Ex his liquet, quid ſibi velit Rabbi Jehuda in ſubjecta Miſchna. Cum enim dicit: *Sors tertia erat; Novi ad ſuffitum veniant, ſorteſque projiciant*, perinde eſt, ac ſi dixiſſet; Sors tertia ea erat, qua præfectus Sacerdotes ſic compellabat; *Novi ad ſuffitum veniant, ſorteſque projiciant.* Senſus eſt, ſors tertia erat, quis ſuffitum adoleret. Porrò ad pleniorem hujus loci intelligentiam ſcire oportet, neminem ad ſuffitum adolendum fuiſſe admiſſum, qui antea hanc provinciam ſortitus eſſet, quia benedictionem huic muneri adnexam eſſe putabant. quod colligunt Talmudici ex eo quod dicitur, *Ponent ſuffitum in naribus tuis & holocauſtum ſuper altare tuum, benedic Domine ſubſtantiæ ejus, & opus manuum ejus ſit tibi acceptum.* Deuteron. XXXIII. 10. 11. Gemara ad præſentem Miſchnam, תנא מעולם לא שנה אדם בה מאי טעמא אמר רבי חנינא מפני דמעשרת אמר ליה רב פפא לאביי מאי טעמא אילימא משום דכתיב ישימו קטורה באפך וכתיב בתריה ברך הי חילו *Traditur, quòd nemo unquam bis ſuffitum adolebat. Quænam eſt ratio? dixit Rabbi Chanina, quia divitem facit. Dixit Rab Papa ad Abæum, Quænam eſt ratio? forte quia ſcribitur, ponent ſuffitum in naribus tuis; poſtea etiam ſcribitur, benedic Domine ſubſtantiæ ejus.* Ut omnes igitur hac benedictione alternis vicibus fruerentur, novi ſemper huic miniſterio, ſorte deſignati ſunt. Hinc erat quòd præfectus clamabat; *Novi ad ſuffitum veniant ſorteſque projiciant.*

(2) והרביעי חדשים עם ישנים מי מעלה איברים מן הכבש למזבח, *Et quarta; Novi atque etiam veteres, quis portabit membra à gradibus ad altare.*] Modus loquendi in hoc loco idem prorſus eſt cum præcedenti: ſenſuſque ex eodem capite codicis Tamid petendus; nam hæc etiam verba ſunt præfecti quibus Sacerdotes ad ſortitionem quartam convocabat: hîc autem ſubintelligere oportet, בואו והפיסו, ut ſenſus ſit; novi atque etiam veteres veniant, ſorteſquè projiciant: omnes enim promiſcuè ad hanc ſortem accedebant. Bartenora, חדשים גם ישנים מי שזכה בפייס פעמים אחרות ומי שלא זכה בו מעולם בואו והפיסו, *Novi atque etiam veteres, qui antea provinciam hanc ſortiti ſunt, & qui nunquam provinciam hanc ſortiti ſunt, veniant ſorteſque projiciant.*

ה תמיד קרב בתשעה בעשרה באחד עשר בשנים עשר לא פחות ולא יותר כיצד עצמו בתשעה בחג ביד אחד צלוחית של מים הרי כאן עשרה בין הערבים באחד עשר הוא עצמו בתשעה ושנים בידם שני גזירי עצים בשבת באחד עשר הוא עצמו בתשעה ושנים בידם שני בזיכי לבונה של לחם הפנים ובשבת שבתוך החג ביד אחד צלוחית של מים :

5. (1) Novem, decem, undecim, & duodecim ad ſacrificium juge offerendum deſignabantur, non pauciores nec plures. Quomodo? ipſe cum novem aliis. (2) die feſto unus præterea ipſis jungebatur, qui ſitulam aquæ manu tenebat. ecce decem: ad ſacrificium inter duas veſperas offerendum undecim deſignabantur. ipſe cum novem aliis, quibus duo jungebantur, (3) qui duo ſegmenta lignorum manibus tenebant. Die Sabbathi undecim: ipſe cum novem aliis, quibus duo addebantur, qui (4) duo vaſcula thuris, quod panibus propoſitionis imponebatur, manibus tenebant; (5) in Sabbatho autem, quod feſto incidebat, unus inſuper adjungebatur, qui ſitulam aquæ manu tenebat.

R. OB. DE BARTENORA.

תמיד קרב *ſacrificium juge offerunt*, enumerat ab adductione membrorum & ulterius. עצמו *ipſe*, omnibus diebus: בתשעה *cum novem*, ſed pro membris & inteſtinis, uti ſupra expoſuimus, & unus pro ſimila, & unus pro tortis pontificis maximi, & unus pro vino. בחג *feſto*, quando duo libamina requirebantur, unum è vino, alterum ex aqua, in manu ſacerdotis una amphora aquæ. בין הערבים *inter duas ve-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Benedictus Levit. 1, 7. וערכו עצים על האש quæ traditio exponit dici propter ſacrificium juge inter duas veſperas; nam de ſacrificio continuo matutino dicitur ſatis clare Levit. 6, 5. וביער עליה הכהן עצים בבקר בבקר וגו׳.

veſperas, ſingulis diebus. שנים בידם שני גזירי עצים *duo* (adducebant) *duo ſegmenta lignorum manibus ſuis*, ad addendum lignis diſpoſitionis, eo quod ſcriptum eſt Levit. 1, 7. וערכו עצים על האש Id quod intelligi nequit de ſacrificio continuo matutino, quia jam dixit Deus Levit. 6, 5, וביער עליה הכהן עצים בבקר בבקר neceſſario igitur intelligendum eſt de ſacrificio jugiter offerendo inter duas veſperas, cui addenda duo ſegmenta ligni.

SHERINGAMIUS. (1) תמיד קרב בתשעה בעשרה באחד עשר בשנים עשר לא פחות ולא יותר. Ad verbum, *Sacrificium juge appropinquabat in novem, decem, undecim, & duodecim, non pluribus, nec paucioribus.*] Verba hæc non ſunt ita intelligenda, quaſi res pro arbitrio gubernari poterat, ita ut quilibet horum numerorum ſufficeret; ſed hoc innuunt, nullo unquam tempore pauciores quàm novem, aut plures quàm duodecim conſtitui oportuiſſe, quia manc novem tantùm, veſperi undecim ordinariis diebus adminiſtrabant; extraordinariis verò ſtatiſque temporibus, in Sabbatho ſcilicet & feſto, decem & duodecim. Illud etiam obſervandum eſt, Sacerdotem magnum hoc numero non cenſeri.

(2) בחג ביד אחד צלוחית של מים. Ad verbum, *In feſto in manu unius ſitula aquarum.*] Sacerdotem aquas iſtas portaſſe ad libamina, docet codex Middoth capite ſecundo, ולמה נקרא שמו שער המים שבו מכנסין צלוחית של מים של ניסוך בחג *Cur appellantur portæ aquarum iſto nomine? quia ſitulam aquæ in feſto per eas important ad libamina.* Errant igitur Abulenſis & Sanctius, qui in Commentariis ſuis ad 1 *Sam.* VII. 6 negant aquas ſacrificiis offerri poſſe. certè in feſto Tabernaculorum (per חג enim hoc loco non feſta omnia, ſed ſolum feſtum Tabernaculorum intelligi debet) aquæ quotannis offerebantur, quas potiſſimùm pluviæ impetrandæ cauſa obtulerunt, ut terra irrigata aquis, ferax eſſet fœtaque frugibus. R. Levi Ben Gerſom in 2 *Sam.* XXIII. 16. וכמו שיקרבו העומר בפסח לבקש ברכת הקציר והבכורים בעצרת לבקש ברכת פירות האילן כן קרבו המים בחג הסוכות לבקש מהשי"ת ברכת הגשמים כי אז יבא עת הזריע, *Et ſicut obtulerunt Homer in Paſchate, ad impetrandum benedictionem meſſis; & primitias in Pentecoſte, ad impetrandum benedictionem fructuum arboris; ita aquas obtulerunt in feſto Tabernaculorum, ad impetrandum à Deo benedicto benedictionem pluviarum, quia tum ſeminandi tempus inſtabat.* Aquas illas, ut in codice Sukka traditur, ex fonte Schiloah hauriebant: undè Chriſtus, ut veriſimile eſt, in feſto Tabernaculorum ſumptâ occaſione populum cum clamore excitavit, ut ex ſe, tanquam ex vero fonte, divinam ſapientiam & reliqua Spiritus Sancti dona hauriret. Tubâ verò ſonante ipſas in templum inductas, vocum, nervorum, & tibiarum cantu, cum magno gaudio libabant. Vide Tremellium in Johan. cap. VII. 37. Atque hoc, ut puto, Latini à Judæis acceperunt, qui etiam libaminibus offerendis tibiis ludere ſolebant. Virgil. lib. II. Georgic.

—— *Hic fertilis uvæ,*
Hic laticis, qualem pateris libamus & auro;
Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Propertius lib. IV. Eleg. 6.

Spargite me lymphis, carmenque recentibus aris
Tibia Mygdoniis libet eburna cadis.

Poculum autem, quo aquas è fonte exportabant, quod in ſubjecta Miſchna dicitur צלוחית, melius fortè *ſimpullum* aut *ſimpuvium*, quàm *ſitulam* voces: ſic enim vocari vaſa, quibus veteres olim libare ſolebant, ſcribit Feſtus. Apud Græcos, σελευκὶς, cujus ſæpe meminit Athenæus, lib. XI. Deipnoſ. genus poculi erat, quo nomine ferè cum צלוחית convenit, atque inde fluxiſſe exiſtimarem, niſi idem author à Seleuco Rege denominatum affirmaſſet.

(3) בידם שני גזירי עצים. Ad verbum, *in manibus eorum duo ſegmenta lignorum.*] Stipites iſtos ligneos ferebant, ut igni ſuper altare imponerent: quia dicitur, *Et ordinabunt ligna ſuper ignem*, *Levit.* I. 7. Mandatum hoc ad ſacrificium veſpertinum pertinere apud ipſos traditione receptum eſt. nam de matutino dicitur, *Et accendet ſuper eo Sacerdos ligna ſingulo mane*, *Lev.* VI. 12. Quibus verbis Sacerdos jubetur non ordinare ligna, ſed accendere, quaſi ordinata fuiſſent ante aſcenſum Sacerdotis ad altare. Gemara Babylonica, מנין לתמיד של בין הערבים שטעון שני גזירי עצים בשני כהנים שנאמר וערכו עצים אם אינו ענין לתמיד של שחר דכתיב ובער עליה הכהן עצים בבקר בבקר תניהו ענין של בין הערבים Ex his facilè rationem aſſequaris cur undecim ſacrificio veſpertino, cum novem tantùm matutino decernebantur.

(4) בידם שני בזיכי לבונה של לחם הפנים. Ad verbum, *In manibus eorum duo vaſcula thuris panis facierum.*] Vaſcula thuris portabant Sacerdotes, ut thus ſupra panes propoſitionis imponerent. ſic enim præcepit Deus, *Et pones per ordinem thus mundum*, *Lev.* XXIV. 7. In Sabbatho autem vaſcula hæc portabant, quia in Sabbatho tantùm mutabantur. *Per ſingula Sabbatha diſponet eum coram Domino*, *Lev.* XXIV. 8.

(5) ובשבת שבתוך החג ביד אחד צלוחית של מים, *In Sabbatho autem, quod feſto incidebat, unus inſuper adjungebatur, qui ſitulam aquæ manu tenebat.*] Cum feſtum Tabernaculorum per ſeptem dies durabat, huic Sabbathum incidere neceſſe erat. in illo igitur, ut in cæteris hujus feſti diebus, ſitulam aquæ portabant ad libamina.

ו איל קרב בי"א הבשר בחמשה הקרבים והסולת והיין בשנים שנים:

6. Arieti offerendo undecim deſignabantur. carni quinque, vino, ſimilæ & inteſtinis unicuique duo.

R. OB. DE BARTENORA.

הבשר בחמשה *Caro quinque*, quemadmodum membra agni, ſic etiam membra arietis annorum duorum offerebantur. סולת *ſimila*, duæ decimæ partes, quas duo ſacerdotes offerebant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ita ſe habent uti expoſuimus de ſacrificio jugiter offerendo omnibus diebus.

ז פר קרב בעשרים וארבעה הראש והרגל הראש באחד והרגל בשנים העוקץ והרגל העוקץ בשנים והרגל בשנים החזה והגרה החזה באחד והגרה בשלשה שתי ידים בשנים ושתי דפנות בשנים הקרבים והסלת והיין בשלשה שלשה במה דברים אמורים בקרבנות צבור אבל בקרבנות יחיד אם רצה להקריב מקריב הפשטן וניתוחן של אלו ואלו שוין:

7. Juvenco offerendo viginti quatuor deſignabantur. capiti & pedi; unus capiti, & pedi duo: ſpinæ dorſi & pedi; duo ſpinæ dorſi, & pedi duo: pectori & gutturi; unus pectori, & gutturi tres: duabus manibus, duo: duabus coſtis, duo: vino, ſimilæ, & inteſtinis, unicuique tres. de quibus dicta ſunt hæc? de oblationibus univerſi cœtus, ſed (1) de oblationibus unius, ſi velit offerre, offerat. De (2) excoriatione earum, & membrorum ſectione, hujus & illorum par eſt ratio.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

בַּמֶּה דְּבָרִים אֲמוּרִים *De quibus dicta ſunt hæc verba?* nimirum, id quod diximus omnes ſacerdotes illos neceſſarios eſſe ad quamlibet beſtiam, & neceſſarium eſſe projicere ſortem. אם רצה להקריב *ſi velit offerre*, ſi unus ſacerdos ſolus velit offerre totam beſtiam, & ſine ſorte.

הפשיטן וניתוחן *Excoriet & ſecet ea*, in ſacrificiis privatis, & Eccleſiæ ſacrificiis, æquales ſunt actiones illæ, quandoquidem etiam per alienigenam legitime fiunt, neque neceſſe eſt ut fiant miniſterio ſacerdotis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם רצה להקריב מקריב *Si offerre velit, offerat*, id eſt, quod offerre poſſit quocunque numero ſacerdotum voluerit, illo minori aut majori. הפשיטן וניתוחן של אלו ואלו שוין *excoriationis & ſectionis horum & illorum par ratio eſt*, id eſt, quod actiones illæ legitime fiunt, etiam per alienigenam, qui non eſt ſacerdos; propterea alienigenæ licet mactare, excoriare, & ſecare, tam ſacrificia cœtus quam hominis ſpecialis; & hoc fundamentum tibi jam dixi in tractatu Peſachim, eo loco in quo diximus, *inde ab exceptione ſanguinis & ulterius eſt præceptum quod ſacerdotes peragant.*

SHERINGAMIUS. (1) בקרבנות היחיד אם רצה להקריב מקריב, *De oblationibus unius ſi velit offerre, offerat.*] Oblationes unius ſolus, ſi voluerit, offerre poterat Sacerdos magnus, nec poterant Sacerdotes reliqui ſortiri. R. Solomon Jarchi, אם רצה להקריב כהן יחידי את הכל ובלא פייס. Poterat etiam plures aut pauciores ſibi pro arbitrio adjungere, nec opus erat ut tot eſſent, quot ſupra nominantur. Maimonides, ענין אם רצה להקריב מקריב הוא שהוא יכול להקריב באיזה ענין שירצה פחות מאלו או יותר על אלו:

(2) הפשיטן וניתוחן של אלו ואלו שוין, *De excoriatione earum & membrorum ſectione, hujus & illorum par eſt ratio.*] Par ratio eſt, quia tam in oblationibus univerſi cœtus, quàm in oblationibus unius, miniſteria hæc à Laico peragi poterant. Gemara ad ſubjectam Miſchnam, תנא הפשיטן וניתוחן שוין בזר אמר חזקיה מנין להפשט וניתוח ששוה בזר שנאמר ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח נתינת אש בעיא כהונה הפשט וניתוח לא בעיא כהונה, *Traditur quod excoriatio earum, & ſectio earum, in hoc adæquantur, quod opus utrumque ab extraneo fieri poſſit. Dixit Cheskiah, Unde hoc probatur? quia dicitur, Et imponent filii Aharonis Sacerdotis ignem ſuper altare. Impoſitio ignis poſtulat ſacerdotium, excoriatio, & ſectio non poſtulat ſacerdotium.*

Speculatores miſſi qui aſcenſum auroræ obſervarent. §. 1. 2. Lavandi ritus. §. 3 4. Sacerdos magnus juge ſacrificium obtulit. §. 5. Suffimentum matutinum adolevit. §. 6. Mane Peluſiacis veſtibus, veſperi Indicis miniſtravit. §. 7. Pro ſe confeſſionem edidit. §. 8. De duobus hircis. §. 9. De ſortibus in urna cuſtoditis. §. 10. De quibuſdam in laudem, & quibuſdam in ignominiam memoratis. §. 11.

פרק ג. אמר להם הממונה צאו וראו אם הגיע זמן השחיטה אם הגיע הרואה אומר ברקאי מתיא בן שמואל אומר האיר פני כל המזרח עד שבחברון והוא אומר הן:

Caput 3. (1) Dicebat illis Præfectus; Exite & videte ſi inſtet tempus mactationis. Si inſtaret, (2) clamabat ſpeculator, Coruſcationes: Matthia filius Samuelis dicit, illuminavit facies totius orientis. (3) uſque ad Hebron? reſpondebat, Ita.

R. OB. DE BARTENORA.

הממונה *Præfectus*, erat princeps ſacerdotum: צאו וראו *exite & videte*, in loco edito qui erat in templo. זמן השחיטה *tempus mactationis*, nam nocte illegitima erat mactatio, uti dictum eſt Levit. 19, 6. ביום זבחכם ergo die, non nocte. ברקאי eſt lumen ſive fulgor auroræ: האיר פני כל המזרח *illuminavit facies totius orientis*, hoc tempus eſt poſt ברקאי, quod dixit doctor primus; deciſio eſt juxta Mattatiam filium Samuelis. עד שבחברון *an ad Hebron*, illi qui inferius ſtabant, rogabant eum, an lux pervenit ad Hebron? ille vero reſpondebat ipſis, ita; nominabant autem Hebron, propter honorem patrum in Hebron ſepultorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Erat in templo locus editus, quem aſcendebat is qui videbat, quando autem videbat faciem orientis incipere coruſcationes emittere, dicebat ברקאי *coruſcationes*, & qui in atrio erant, dicebant, עד שבחברון, id eſt, an venit lux ad Hebron juxta viſum oculorum tuorum? reſpondebat illis, ita; deinde ſtatim mactabant ſacrificium juge. Scias etiam volo, quod tempus illud cujus meminit Mattatias filius Samuelis, dicendo, האיר פני כל המזרח ſit poſt tempus illud quod nominavit primus doctor; deciſio eſt juxta Mattatiam filium Samuelis.

SHERINGAMIUS. (1) אמר להם הממונה צאו וגו׳, *Dicebat illis Præfectus, Exite, &c.*] Non ſolùm in die expiationis, ſed ſingulis etiam diebus ſpeculatores miſſi ſunt, qui cum primùm fulgor auroræ prorupiſſet, hoc nunciarent. Vide Tamid cap. III. ubi eadem occurrunt.

(2) הרואה אומר ברקאי, *Speculator dicebat, Coruſcationes.*] Ex iis quæ in Gemara dicuntur ברקאי videtur eſſe ſingulare. רבי ישמעאל אומר ברק ברקאי רבי עקיבא אומר עלה ברקאי, *R. Iſmael dicit, Coruſcat coruſcatio; R. Akiba, aſcendit coruſcatio.* Sed Maimonides ad codicem Tamid explicat hæc verba, quaſi eſſet plurale conſtructum, & conciſa locutio pro ברקאי האור התחילו. Maimonides ad cap. III. Tamid. שומר עולה אל מקום גבוה וכשרואה צד המזרח התחיל בו האור אמר ברקאי רוצה לומר התחילו ברקאי האור, *Excubitorum aliquis in locum excelſum aſcendebat, & ſimul ac lucem à parte Orientis erupiſſe perſpexiſſet, clamabat, Coruſcationes: vult dicere, coruſcationes lucis cœperunt.*

(3) עד שבחברון, *Uſque ad Hebron?*] Interrogatio eſt eorum qui in atrio ſtabant. Maimonides, היו אומרים לו אותן שהיו בעזרה עד שהוא בחברון כלומר הגיע האור כמו ראות עינך לחברון. *Interrogabant eum qui in atrio ſtabant, Uſque ad Hebron? quaſi dicerent; An lux eouſque pervenerit, ut oculi tui ad Hebron proſpiciant?*

(4) ושחטו את התמיד *Et mactarunt juge ſacrificium.*] Fulgoribus lunæ in errorem ducti, mactarunt juge ſacrificium, quod ante aſcenſum auroræ mactare non licebat.

ב ולמה הוצרכו לכך שפעם אחת עלה מאור הלבנה ודימו שהאיר מזרח ושחטו את התמיד והוציאוהו לבית השריפה הורידו כהן גדול לבית הטבילה זה הכלל היה במקדש כל המיסך את רגליו

2. Cur hoc ipſis neceſſe erat? quia aliquando fulgente luna, diem illuxiſſe exiſtimarunt, & ſacrificium juge mactarunt, ipſumque ad locum combuſtionis adduxerunt. (1) Sacerdotem magnum ad domum lotionis adduxerunt: hæc genera-

רגליו טעון טבילה וכל המטיל מים טעון קידוש ידים ורגלים :

neralis fuit regula in Sanctuario, ut (2) quiſquis texerat pedes ſuos, lavaret; qui etiam (3) aquas ejecerat, manus & pedes ſanctificaret.

R. OB. DE BARTENORA.

שפעם אחת עלה מאור הלבנה *Quia aliquando orta eſt lux lunæ*, non erat hoc die expiationis factum, quia fieri nequit ut lux lunæ oriatur tempore auroræ die expiationis, quando jam tertia pars menſis adeſt, ſed in fine menſis alicujus, quando luna aſcendit circa adventum auroræ; accidit autem illud abuſu & errore, & timuerunt ne die expiationis accideret alius error huic ſimilis, & propterea omnia hæc neceſſaria exiſtimarunt.

הורידו כהן גדול *Deſcendere faciunt pontificem maximum*, hæc ſeparatim dicuntur; jam autem redit ad ea quæ dixit ſuperius עד בחברון; *& ille reſpondebat, ita*; poſtquam vero reſponderat *ita*, is qui videbat illuminationem, deſcendere faciebant Pontificem maximum in lavacrum, quia ante mactationem ſacrificii continui ſe lavare debebat. המיסך את רגליו *qui texerit pedes*, eſt phraſis qua exprimitur purificatio hominis per exonerationem alvi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod luna non oritur ab oriente, niſi poſt medium menſem: quod vero dicit עלה מאור הלבנה *orta eſt lux lunæ*, vult, accidiſſe aliquando in fine cujuſdam menſis anni, ut & ſecunda vice nocte jejunii expiationis, undè putarunt orientem illuxiſſe, & propterea mactaverunt ſacrificium continuum. Includit autem hoc loco duas hiſtorias, & dicit פעם אחת *ſemel*, nimirum, quando non erat nox jejunii expiationis, orta eſt lux lunæ, quod conjungendum cum eo quod contigit nocte jejunii expiationis. Exponetur etiam, quod Pontifex maximus ſe immergebat, & deinde mactabat ſacrificium juge tempore jejunii expiationis; cum autem ſacrificium juge profanabatur, uti dicitur, quia mactabatur nocte, ſecunda vice ſe immergere debebat, & deindè mactabat ſacrificium juge. Et quod dicit המיסך את רגליו *qui texerit pedes ſuos*, denotat purificationem hominis exonerando alvum.

SHERINGAMIUS. (1) הורידו כהן גדול לבית הטבילה, *Sacerdotem magnum ad domum lotionis adduxerunt.*] Poſtquam fulſiſſet aurora, inſtaretque tempus mactandi, Sacerdotem magnum ad domum lotionis adduxerunt, quia illoto ſacra tractare, aut atrium ingredi nefas erat. Domum illam in loco prophano ſupra portas aquarum fuiſſe extructam, ex iis patet, quæ ad caput primum annotavimus; idemque mox patebit clarius ex iis quæ ſequuntur: cæteras ſiquidem lotiones in loco ſancto ſupra tectum domus Happarvæ peregerit. Prima autem vice in loco prophano lavare neceſſe erat, quia locum ſanctum intrare illoto non licebat. Hoc genus purgationis cæteræ quoque gentes à Judæis arripuerint, quæ ad eorum imitationem ſuas luſtrationes & lavandi ritus habuerint; cum ſua templa ingrederentur. Ovid. Metamorph. lib. 1.

Adeunt pariter Cephiſidas undas,
Et nondum liquidas, ſed jam vada nota ſecantes.
Inde ubi libatos irroravere liquores
Veſtibus & capiti, flectunt veſtigia ſacræ
Ad delubra deæ.

(2) כל המיסך את רגליו, *Quiſquis texerat pedes ſuos.*] Locutio hæc ſumpta eſt ex ſacra Scriptura. מסיך הוא את רגליו בחדר המקרה, *Tegit ipſe pedes ſuos in cœnaculo æſtivo*, *Jud.* III. 24. ויבא שאול להסך את רגליו, *Et ingreſſus eſt Saul ad tegendum pedes ſuos*, 1 *Sam.* XXIV. 4. Verbis iſtis ejectio alvi notatur.

(3) כל מטיל מים, *Quiſquis aquas ejecerat.*] Per *aquas* intelligit *urinam*, ita ut ſenſus ſit, quiſquis urinam egerebat, abluere manus & pedes neceſſe habuit. Certè qui *urinam reddunt*, dicuntur Rabbinis להשתין מים iiſdemque מימי רגלים pro *urina* dicere non eſt inſolens.

3 אין אדם נכנס לעזרה לעבודה אפי' טהור עד שיטבול חמש טבילות ועשרה קדושין טובל כהן גדול ומקדש בו ביום וכולן בקדש על בית הפרוה חוץ מזו בלבד :

3. (1) Nemo atrium intrabat ad miniſterium peragendum, tametſi mundus, antequam laverat. Sacerdos magnus (2) quinquies in eo lavabat, & decies manus & pedes ſanctificabat (3) in die, (4) omneſque iſtas lotiones, & ſanctificationes loco ſancto (5) ſuper domum Happarvæ abſolvebat, (6) iſta ſola excepta.

R. OB. DE BARTENORA.

לעבודה *Ad miniſterium peragendum*, non accipiendum hoc eſt propriè, nam non eſt neceſſe hæc dicere, ſed per conſequentiam à minore ad majus elici poteſt, quod, ſi pontifex maximus, qui mutabat de ſancto ad ſanctum, de miniſterio exteriori ad interius, & de miniſterio interiori ad exterius, debebat ſe immergere inter quodlibet miniſterium, ille qui veniebat è domicilio ſuo, quod eſt de profano in ſanctum, quanto magis immergere ſe debebat? על בית הפרוה *ſuper domum Happarvæ*, ſuper conclave domus Happarvæ. חוץ מזו בלבד *hac ſola excepta*, excepta prima lotione quæ fiebat in loco profano, ſuper portam aquæ, ad latus conclavis pontificis maximi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quoties ſe immergebat, lavabat manus & pedes, ante & poſt; uti exponetur. חוץ מזו בלבד *iſta ſola excepta*, prima immerſione excepta, de qua loquitur in ſequentibus.

SHERINGAMIUS. (1) אין אדם נכנס לעזרה לעבודה אפי' טהור עד שיטבול, *Nemo atrium intrabat ad miniſterium peragendum, tametſi mundus, antequam laverat.*] Præcepit Deus, *Exod.* XXX. 20. ut Sacerdotes manus & pedes lavarent, cum ingrederentur ad tabernaculum conventus: poſt extructum templum idem obſervatum eſt, niſi quod Sacerdotes ingreſſuri tabernaculum manus & pedes, ſed ingreſſuri templum totum corpus lavabant. Præcepit hoc Deus, ut ſolennis hæc ſtataque cerimonia ſacrum Baptiſma præfiguraret; quo ſingulos, qui ſub nova lege Eccleſiam ingrediuntur, lavari juſſit. Hujus quoque rei cæteras Judaici populi lotiones, typos & figuras eſſe voluit; atque hinc factum arbitror, quod cum Helleniſtæ piſcinas & lacus aquarum, quibus ſe lavabant Judæi, κολυμβήθρας nominant, poſteriores Græci, ab ipſis ſumto vocabulo, ipſa Baptiſteria etiam κολυμβήθρας appellant. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolit. Ἡράκλειος δὲ τὸν υἱὸν Ἡράκλειον, ὃ αὐτὸ δὲ εἶπεν Κωνσταντῖνον, (διώνυμος γὰρ ὢν ἐτύγχανε) παρὰ τοῦ ἱεράρχου τῷ θείῳ λουτρῷ καθαρίσας, ἀγκάλαις τῆς ἱερᾶς κολυμβήθρας ἐδέξατο, *Heraclius verò filium Heraclium, aliàs Conſtantinum (binominis enim erat) à Patriarcha baptizatum, ulnis ſacro baptiſterio accepit.*

(2)

(2) חמש טבילות ועשרה קדושין טובל כהן גדול ומקדש בו. Ad verbum, *Quinque lotiones, & decem ſanctificationes, lavabat Sacerdos magnus, & ſanctificabat in eo.*] טבילה totius corporis immerſio eſt; id quomodo fiebat ex codice *Tamid* in ſequentibus dicetur. קדוש autem eſt manuum & pedum ablutio. ita explicat R. Levi Barſellonius in *Sepher Hachinnuc Paraſ. Tiſſa*, ubi docet, unum eſſe ex præceptis affirmativis, ut unuſquiſque templum ingreſſurus manus & pedes ablueret. *Et hoc*, inquit, היא קידוש ידים ורגלים, *eſt ſanctificatio manuum & pedum.* Modum hujus ablutionis tradit R. Solomon Jarchi in Commentariis ſuis ad *Exod.* XXX. 19. מניח ידו הימנית על גבי רגלו הימנית וידו השמאלית על גבי רגלו השמאלית ומקדש, *Imponebat manum dextram ſuper dextrum pedem, & manum ſiniſtram ſuper ſiniſtrum pedem, & ſanctificabat.* Traditionem hanc ex Gemara *Sebachim* habuit cap. 2. ubi alii dicunt, quòd manum alteram alteri, & ſimiliter pedem alterum alteri ſuperimpoſuit, & ſic abluebat. Unde autem colligunt Talmudici Sacerdotem magnum in die expiationis quinquies ſe lavare, & decies ſanctificare debuiſſe? quia quinque erant miniſteria, quibus peragendis quinquies veſtes mutare neceſſe erat: Inter ſingula autem miniſteria ad mutationem veſtium ſe lavabat, & ſingulis lotionibus bis manus & pedes ſanctificabat. In *Torath Cohanim Paraſ. Achare Mot.* cap. 6. extat eorum de hac re diſputatio, quam hîc apponere viſum eſt, אמר רבי יהודה מנין שחמש טבילות ועשרה קידושים טבל ומקדש בו ביום. תלמוד לומר ובא אהרן אל אהל מועד ופשט את בגדי הבד אשר לבש בבואו אל הקדש ורחץ את בשרו במים במקום קדוש ולבש את בגדיו הא למדת שכל המשנה מעבודה לעבודה טעון טבילה מלמד שחמש טבילות ועשרה קדושים טובל ומקדש בו ביום רבי אומר וכי מכאן אני למד והלא כבר נאמר בגדי קודש הם ורחץ במים את בשרו ולבשם מלמד שהמשנה מבגדי זהב לבגדי לבן ומבגדי לבן לבגדי זהב טעון טבילה חמש עבודות היה עושה תמיד של שחר בבגדי זהב ועבודת היום בבגדי לבן ויצא ועשה את עולתו ואת עולת העם אילו ואיל העם ושבעת כבשים תמימים בבגדי זהב נכנס להוציא את הכף ואת המחתה בבגדי לבן ועושה של בין הערבים בבגדי זהב ואומר בגדי קודש הם ורחץ במים את בשרו ולבשם מלמד שהמשנה מבגדי זהב לבגדי לבן ומבגדי לבן לבגדי זהב טעון טבילה אם כן למה נאמר ורחץ את בשרו במים במקום קדוש ולבש את בגדיו הא אינו מלמד אלא בקידוש ידים ורגלים ומנין ששני קידושי ידים ורגלים על כל טבילה וטבילה תלמוד לומר ופשט ורחץ ורחץ ולבש. *Dixit R. Jehuda: Unde conſtat quòd Sacerdos magnus in eo ſe quinquies lavabat, & decies ſanctificabat in die? innuit hoc, Et veniet Aharon in tabernaculum conventus, & exuet veſtes lineas quas induerat, cum ingrederetur ſanctuarium, & lavabit carnem ſuam in aquis in loco ſancto, & induet veſtes ſuas. Hinc ergo diſcas, quòd omnis qui tranſit ab uno miniſterio ad aliud, lavare tenetur; & exinde intelligas, quòd quinquies lavabat, & decies in eo ſanctificabat in die. Dixit Rabbi, hinc etiam intelligo. an non antea dictum eſt; Veſtes ſanctæ ſunt, & lavabit in aquis carnem ſuam, & induet eas? Docet hoc, quòd mutans veſtimenta aurea pro veſtimentis albis, aut veſtimenta alba pro veſtimentis aureis, lavare tenetur: quinque miniſteria peregerit, ſacrificium juge matutinum veſtibus aureis, miniſterium diei veſtibus albis. exibat & offerebat holocauſtum ſuum, & holocauſtum populi, arietem ſuum, & arietem populi, & ſeptem agnos immaculatos veſtibus aureis, intrabat ut depromeret cupam & thuribulum veſtibus albis. offerebat juge ſacrificium veſpertinum veſtibus aureis. Cum autem dicitur; Veſtes ſanctæ ſunt, & lavabit in aquis carnem ſuam, & induet eas: docet hoc, quòd mutans veſtimenta aurea pro veſtimentis albis, & veſtimenta alba pro veſtimentis aureis, lavare tenetur. Ergo quare dicitur, Et lavabit carnem ſuam in loco ſancto, & induet veſtimenta ſua? Nihilne aliud hîc indicatur niſi ſanctificatio manuum & pedum? unde autem conſtat, quòd ſingulis lotionibus bis manus & pedes ſanctificabat? innuit hoc, Et exuet & abluet, & abluet & induet.*

(3) ביום, *in die.*] Hoc accipiendum eſt de *die expiationis*: nam cæteris diebus lavare inter ſingula miniſteria non neceſſe erat. ſic *Sepher Hachinnuc in Paraſ.* Tiſſa. ומשהתחיל בעבודה אין צריך עוד לרחיצה בין עבודה לעבודה זולתי ביום הכפורים לרוב חומרו, *Poſtquam ſacra incepta erant, non opus erat lavare inter ſingula miniſteria, excepto die expiationis propter multa quæ aggravant diem illum.*

(4) וכלן בקדש, *Omneſque in loco ſancto.*] Sic juſſit Deus, *Levit.* XVI. 34. *Et lavabit carnem ſuam in aquis, in loco ſancto.*

(5) על בית הפרוה, *Supra domum Happarvæ.*] Domus Happarvæ locus erat in atrio, quo pelles victimarum ſaliebant. *Middoth.* cap. 5. לשכת הפרוה שם היו מולחין עורות קדשים ועל גגה היה בית הטבילה לכהן גדול ביום הכפורים, *In conclavi Happarvæ ſaliebant pelles victimarum ſanctarum, & in tecto ejus erat domus lotionis pro Sacerdote magno in die expiationis.*

(6) חוץ מזו בלבד, *Iſta ſola excepta.*] Id eſt, exceptâ lotione prima, quam ante ingreſſum ejus in atrium explebat. *Siphra* in *Paraſ. Achare Mot.* cap. 6. חמש טבילות היו שם באותו היום וכולם בקודש בבית הפרוה חוץ מזו הראשונה שהיתה בחול על גבי שער המים, *Quinque lotiones erant ibi in illo die, omneſque in loco ſancto ſupra domum Happarvæ, exceptâ primâ, quæ erat in loco prophano ſupra portas aquarum.*

ד פרסו סדין של בוץ בינו לבין העם פשט ירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקדש ידיו ורגליו הביאו לו את התמיד קרצו ומירק אחר שחיטה על ידו קבל את הדם וזרקו נכנס להקטיר קטורת של שחר ולהיטיב את הנרות ולהקריב את הראש ואת האיברים ואת החביתין ואת היין:

4. Velum byſſinum inter illum & populum extenderunt. exuebat veſtimenta ſua, (1) deſcendebat, & lavabat. aſcendebat, & abſtergebat. (2) adduxerunt ei veſtes aureas, & induebat, & manus & pedes ſanctificabat. adduxerunt ei juge ſacrificium, mactabat, & alius perficiebat mactationem (3) poſt eum. ſanguinem accipiebat, ſpargebatque, intrabat, & ſuffiebat ſuffimentum matutinum, aptabat lucernas, & caput, & membra, & frixa, & vinum offerebat.

R. OB. DE BARTENORA.

סדין של בוץ *Velum byſſinum*, ut eo modo ipſi in memoriam revocaretur, miniſterium illius diei fieri veſtimentis linteis, quia per totum annum miniſtrabat in veſtimentis aureis.

קדש ידיו ורגליו *Lavabat manus ſuas & pedes ſuos*, è lavacro, nam quoties eo die mutabat veſtimenta, lavare ſe debebat quando exuebat, & induebat ea; immerſio vero prima, quando exuebat veſtimenta profana, non requirebat ablutionem manuum & pedum. קרצו *mactabat illud*, abſcindebat maximam partem ſignorum, quæ mactatio legitima tantum eſt. ומירק אחר *& perficiebat alius*, alius ſacerdos per-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סדין של בוץ *Velum byſſinum*, id eſt, velum linteum. קרצו *mactabat illud*, derivatur à קרץ quod reperitur Jerm. 26, 20. קרץ מצפון בא Mactabat autem maximam partem duorum ſignorum, nam miniſterium illius diei ſolus pontifex maximus obibat. מירק notat *perficere*, ſcil, quod alius poſt eum perficiebat mactationem; hoc enim verbum notat cuicunque rei ultimam imponere manum.

נסתפג eſt idem quod נתקנח *purificare & abſtergere.*

perficiebat mactationem, quia exceptio ſanguinis tantum legitimè fiebat per pontificem maximum, & neceſſe erat ut citiſſimè exciperet eum, על ידו *loco ipſius*, aut *pro eo*; vel etiam exponi poteſt, *poſt eum*, uti Nehemiæ 3, 13. ועל ידו החזיק בכפר עזרא.

SHERINGAMIUS. (1) ירד וטבל עלה ונסתפג, *Deſcendebat & lavabat, aſcendebat & abſtergebat.*] Modus lavandi hoc loco deſcribitur, ſed pleniorem ejus deſcriptionem habes capite primo codicis *Tamid*. locus nimirum erat ſub templo in terra depreſſus, ceu lunatus fornix, quò Sacerdotes nocturno ſomnio polluti per cochleam in balneum deſcendebant; propè balneum ignis erat, ad quem è balneo aſcendentes ſe calefaciebant, & corpus aquis perfuſum defricabant. אירע קרי לאחד מהם יוצא והולך לו במסיבה ההולכת תחת הבירה והנרות דולקין מכאן ומכאן עד שהוא מגיע לבית הטבילה ומדורה היתה שם ובית כסא של כבוד וזה היה כבודו מצאו נעול יודע שיש שם אדם פתוח יודע שאין שם אדם ירד וטבל עלה ונסתפג ונתחמם כנגד המדורה, *Si nocturnus caſus accidiſſet, ibat per cochleam ſub templo, lucentibus undecunque facibus, donec ad domum lotionis perveniſſet, & ibi ignis erat locuſque ſecretus honoris; & iſte fuit honor ejus, ſi quis obſeratum inveniſſet, ſciret eſſe intus aliquem, ſi apertum, neminem. Deſcendebat & lavabat, aſcendebat & abſtergebat, & calefaciebat ſe ad ignem.*

(2) הביאו לו בגדי זהב, *Adducebant ei veſtes aureas.*] Per *veſtes aureas* octo veſtes, quibus in ſanctuario miniſtraverit, intelliguntur. De quibus ad finem capitis ſeptimi plura dicentur. Rabbini quidam poſteriores dicunt, quatuor tantùm ex iſtis vocari aureas: ſic etiam Seldenus lib. 2. cap. 7. de *ſucceſſ. in Pontificat. Hebr.* ſed hoc contra Miſchnæ & totius antiquitatis authoritatem, aperto errore ducti, affirmant. Ubicunque enim in ſequentibus dicitur, Sacerdotem magnum veſtes *aureas* aut *albas* induiſſe vel exuiſſe; per *aureas* ſingulæ iſtæ octo veſtes, quibus exteriùs miniſtraverit; per *albas*, quatuor ſolùm, quibus in adytum ingreſſus eſt, intelliguntur. Maimonides in *Hilcoth Kele Hammikdaſch* cap. 8. בגדי זהב הן בגדי כהן גדול והם שמונה כלים הארבע של כל כהן ומעיל ואפוד וחושן וציץ, *Veſtes aureæ veſtes ſunt Sacerdotis magni: & ipſæ octo ſunt, quatuor communes gregario Sacerdoti, & pallium, & Ephod, & pectorale, & lamina.* Octo autem veſtes iſtæ dicuntur aureæ, non quòd ſingulis aurum intextum erat, ſed quòd cæteris ornatiores & ſplendidiores fuerint. Vide Godwinum, qui opus Anglicè edidit de *Ritibus Judaicis* lib. 1. cap. 5. & Cunæum de *Repub. Hebr.* lib. 2. cap. 1.

(3) על ידו, Ad verbum, *Super manum ejus.*] Senſus eſt, alius proximè Sacerdotem ſtabat, qui mactationem incœptam abſolvebat; modus loquendi è ſacra Scriptura depromptus eſt. ועל ידו בנו אנשי ירחו. *Nehem.* III. 2. ubi Solomon Jarchi על ידו idem eſſe dicit, quod אצל ידו בסמוך לו. interdum יד idem eſt quòd פאה ומקום, ut inquit Aben Ezra in *Num.* 11. 17. & juxta ſenſum iſtum verba hæc etiam non incongruè reddi poſſunt.

ה קטורת של שחר היתה קריבה בין דם לאיברים של בין הערבים בין איברים לנסכים אם היה כהן גדול זקן או איסטנים מחמין לו חמין ומטילין לתוך הצונן כדי שתפוג צינתן:

4. (1) Mane inter ſanguinem & membra ſuffiebat, veſperi inter membra & libamina. Si Sacerdos magnus ſenex erat aut *infirmus*, (2) calefaciebant ei calida, & frigidis immittebant, ut ipſis frigus remitteretur.

R. OB. DE BARTENORA.

בין דם לאברים *Inter ſanguinem & membra*, hoc ſtrictè non eſt intelligendum eo ſenſu, nam ſupra jam dixit *Miſna*, וקבל את הדם וזרקו נכנס להקטיר קטרת וגו' quomodo ſuffitus offerebatur inter ſanguinem & lucernarum adaptationem, & non inter ſanguinem & membra, ſed doctor nos hic docere non vult ordinem miniſteriorum, quomodo unum poſt aliud ſequebatur. Sed dicere vult tantum, quod ſparſio ſanguinis & oblatio membrorum non ſequebantur unum poſt alterum, quia ſuffitus inter ea dividit. Sic etiam inter illa dividit apparatio lucernarum poſt ſuffitum ante oblationem membrorum.

אסטנים *Infirmus*, cujus corpus erat frigidum: מחמין לו חמין *calefaciebant illi calida*, à veſpera diei expiationis, & ipſo die expiationis immittebant in balneum. שתפוג צינתן *ut ipſis frigus remitteretur*, ut frigus ex parte tolleretur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt tibi antecedente Miſna, quod ſuffitus matutinus offertur inter ſparſionem ſanguinis, & præparationem lucernarum. Et quod dicit, בין דם לאיברים *inter ſanguinem & membra*, vult, quod ſparſio ſanguinis ſacrificii continui & oblatio membrorum illius non erant opera conſequentia, nempe, non ſe invicem ſine intermiſſione ſequebantur, ſed ſuffimentum inter ea dividebat, ut & præparatio lucernarum. Cæterum hic non facit mentionem de præparatione lucernarum, quia ea non eſt intentio illius in hoc caſu, ut dicat ordines miniſteriorum. Et hoc eſt quod in Gemara dicunt, בסידורו לא קא מיירי *de ordine hic non tractat.*

אסטנים *Infirmus*, eſt is cui corpus frigidum eſt, cui aqua frigida nocet. Modus vero aquas calefaciendi hic erat, calefaciebant laminas ferri indè à veſperâ diei expiationis, eaſque relinquebant in igne uſque ad ſequentem diem, & extinguebant eas in aquis, in quibus ſe lavabat pontifex maximus, undè aqua fiebat tepida. Hoc autem non erat operari, quia intentio non erat inundare ferrum ad corroborandum illud, ut ſolent facere fabri ferrarii; ſed intentio erat calefacere aquam. Cæterum nobis hypotheſis eſt, quod in templo non obtinebat interdictum conſtitutionis Sabbaticæ cauſa, prohibens opera ex conſtitutione Sapientum; propterea hæc opera licita erant. Sic etiam ſi accreviſſet aqua calida, quæ calefacta erat indè à veſpera diei expiationis in aqua qua ſe lavabat, licita erat.

SHERINGAMIUS. (1) קטורת של שחר היתה קריבה בין דם לאיברים של בין הערבים בין איברים לנסכים, *Mane inter ſanguinem & membra ſuffiebat, veſperi inter membra & libamina.*] Cum Talmudicis convenit Philo Judæus, lib. de *Animal. idon.* &c. Δὶς γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιθυμιᾶσαι τὰ πάντων εὐωδέστατα θυμιαμάτων εἴσω τοῦ καταπετάσματος, ἀνίσχοντος ἡλίου καὶ δυομένου, πρό τε τῆς ἑωθινῆς θυσίας καὶ μετὰ τὴν ἑσπερινήν, *Bis etiam ſingulis diebus intra velum incenſum adoleri* lege definitum eſt, *oriente nimirum, & occidente ſole, ante matutinum, & poſt veſpertinum ſacrificium.*

(2) מחמין לו חמין ומטילין לתוך הצונן כדי שתפוג צינתן, *Calefaciebant ei calida & frigidis immittebant, ut ipſis frigus remitteretur.*] Hæc de balneo Sacerdotis magni intelliguntur, cui ferrum candens immittebant, ut aquæ ejus incaleſcerent. Gemara Babylonica. תניא אמר רבי יהודה עששיות של ברזל היו מחמין מערב יום הכפורים ומטילין לתוך צונן כדי שתפוג צינתן, *Traditio eſt, dixit R. Jehuda, quòd laminas ferreas calefaciebant ſub veſpera diei expiationis, & immittebant aquis frigidis, ut frigiditas earum remitteretur.*

ו הביאוהו לבית הפרוה ובקדש היתה פרסו סדין

6. Adducebant eum ad domum Happarvæ, & in

סדין של בוץ בינו לבין העם קדש ידיו ורגליו ופשט ר׳ מאיר אומר פשט קדש ידיו ורגליו ירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי לבן לבש וקדש ידיו ורגליו׃

in ſancto erat. (1) velum byſſinum inter illum & populum extenderunt. ſanctificabat manus & pedes, & veſtimenta exuebat. R. Meir dixit: exuebat veſtimenta, & manus & pedes ſanctificabat. deſcendebat & lavabat, aſcendebat & abſtergebat. adducebant ei veſtimenta alba, induebat, & manus & pedes ſanctificabat.

R. OB. DE BARTENORA.

לבית הפרוה *Ad domum Happarvæ*, erat unum conclave ædificatum à præſtigiatore quodam qui vocabatur Parva, de cujus nomine ita vocatur. ובקדש היתה *& in ſancto erat*, hæc immerſio cum omnibus reliquis immerſionibus, excepta prima, neceſſario fiebat in loco ſancto, uti ſcriptum eſt Levit. 16, 24. ורחץ את בשרו במקום קדוש R. Meyr dicit, primo denudabat ſe pontifex maximus, & deinde lavabat ſe; ſed deciſio non eſt juxta R. Meyr.

בגדי לבן *Veſtimenta alba*, uti ſunt tunica, femoralia, cingulum, mitra, quæ dicuntur in Lege Levit. 16, 4. his peragebat omnia miniſteria interiora. Sed miniſteria exteriora, uti ſunt ſacrificia continua atque addititia, peragebantur in veſtimentis aureis, in quibus miniſtrabat totum annum; & inter quamlibet mutationem opus habebant immerſione una, & duabus lotionibus manuum & pedum in aquis labri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בגדי זהב *Veſtimenta aurea*, ſunt veſtimenta ſacerdotis magni quibus veſtiebatur temporibus ordinariis, erantque octo veſtimenta, quæ erant è purpura, xylino, lana tincta hyacinthino, auro, lapidibus pretioſis, uti expoſitum eſt in Lege; & erant, tunica, femoralia, cingulum, tiara, amiculum, & pectorale, pallium, & frontale. Veſtimenta alba erant quatuor, in quibus Pontifex maximus miniſtrabat tantum die expiationis, quæ omnia confecta erant è lino albo, uti dicit Deus benedictus Levit. 16, 4. כתנת בד קדש ילבש וגו׳ deciſio non eſt juxta R. Meyr.

SHERINGAMIUS. (1) ובקדש היתה, *Et erat in loco ſancto.*] Litem hic nonnulli movent Talmudicis, cum enim balneum Sacerdotis erat ſupra domum Happarvæ, quomodo erat in loco ſancto, cum tecta domorum & conclavia ſuperiora prophana erant? objectionem unà cum ſolutione habes in *Corban Aharon*, ad *Paraſ. Achare Mot.* cap. 6. אע״ג דקי״לן דעליות וגגין לא נתקדשו כבר תרצו התוספות דגג בית הפרוה היה שוה לקרקע העזרה דכי האי גונא משני בעף״ כיצד צולין אהא דפריך מהלשכות הבנויין בקדש ופתוחין לחול׳ תוכן חול׳ וגגותיהן קדש כשגגותיהן שוין לקרקע העזרה, *Tametſi ſatis appareret conclavia ſuperiora & domorum tecta prophana eſſe; huic tamen reſponſum eſt in Thoſaphot, quòd tectum domus Happarvæ æquale erat ſolo atrii: & hoc docetur in Gemara ſuper caput Ketſad tſulin, quod in conclavibus, quæ ædificantur in loco ſancto, & aperiuntur verſus prophanum, medium eorum prophanum eſt, & tecta ſancta, ſi tecta eorum æqualia ſint ſolo atrii.*

ז בשחר היה לובש פלוסין של שנים עשר מנה ובין הערבים הנדוין של שמנה מאות זוז דברי רבי מאיר וחכמים אומרים בשחר היה לובש של שמנה עשר מנה ובין הערבים של שנים עשר מנה הכל שלשים מנה אלו משל צבור ואם רצה להוסיף מוסיף משלו׃

7. Mane induebatur Peluſiacis veſtibus, (1) quæ duodecim minas, & veſperi Indicis, (2) quæ octingentas drachmas valebant, verba R. Meir: at Sapientes dicunt, mane induebatur veſtibus quæ octodecim, & veſperi veſtibus quæ duodecim minas valebant, tota hæc triginta minarum ſumma univerſo populo irrogata erat, & ipſe ſi quicquam addere cupiebat, addebat.

R. OB. DE BARTENORA.

פלוסין *Peluſiaca*, linum tenuiſſimum quod veniebat è terra Rameſes, nam in Targum Jeruſolymitano רעמסס eſt Peluſia. הנדוין eſt linum Indicum. בין הערבים *inter duas veſperas*, ſunt veſtimenta quæ tunc temporis induebat ad educendum thuribulum.

הכל שלשים מנה *In totum triginta minæ*, ſummam facit, & dicit, quod ea faciebat triginta minas; ad nos docendum, quod, ſi minoris conſtarent veſtimenta matutina, & majoris ea quæ induebat inter duas veſperas, nihil referebat, ea conditione ut augmentum illud dono daretur Sanctitati.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פלוסין והנדוין *Peluſiacis & Indicis veſtibus*, ſunt genera veſtimentorum tempore ſuo nota, differebant tantum quod ad formam brevitatis, ſed textura eorum conſtabat ex lino albo, uti exponit Scriptura. אם רצה להוסיף מוסיף משלו *ſi addere volebat, addebat de ſuo*, ea conditione ut additio illa inſerviret ſanctitati; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

SHERINGAMIUS. (1) בשחר היה לובש פלוסין, *Mane induebatur Peluſiacis veſtibus.*] Peluſium Ægypti oppidum erat circa Caſium montem, à Peleo rege, ut quibuſdam placet, denominatum. ut aliis, *ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, à luto*, quòd paludibus, lociſque cœnoſis cingebatur. Scholiaſtes Dionyſii Alex. *πρὸς ἀνατολὰς Αἰγύπτου περὶ τὴν Κασιῶτιδα πέτραν, ἤτοι περὶ τὸ Κάσιον ὄρος, ἡ πόλις τὸ Πηλούσιον κεῖται πρὸς τῷ ἐξ αὐτοῦ παρωνύμῳ Πηλουσιακῷ τοῦ Νείλου στόματι ἀνατολικῷ ὄντι. καὶ αὐτὸς μὲν τὸ Πηλούσιον πτολίεθρον ἐπώνυμον τοῦ Πηλέως φησίν. ὡς στρατιωτῶν Φθιωτῶν ὑπὸ τῷ Πηλεῖ τεταγμένων, οἰκησάντων αὐτοῦ. ἄλλοι δὲ ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, καὶ τῶν ἐκεῖ ἑλῶν καὶ τελμάτων, καλοῦσιν αὐτό. Ad orientem Ægypti circa Caſium montem Peluſium oppidum eſt, non procul à Peluſiaco Nili oſtio orientali, quod ab ipſo eodem nomine vocatur: & ipſe quidem*, id eſt, Dionyſius, *Peluſium oppidum à Peleo denominatum aſſerit, militibus Phthiotis, quibus Peleus imperabat, illic habitantibus. Alii vero, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, à luto, lacubuſque vicinis, ipſum denominarunt.* In hoc oppido linum erat candidiſſimum, & pretioſiſſimum, quod mercatores inde in alias regiones exportabant, & *Peluſiacum linum* dicebatur. Silius Ital. lib. 3.

Et Peluſiaco filum componere lino.

Hujus quoque mentionem facit Plinius, lib. 19. cap. 1. ubi dicit, in Ægypto quatuor eſſe lini genera, *Taniticum, ac Peluſiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus in quibus naſcuntur.* Ex lino illo veſtes quædam Sacerdo-

 tis

tis magni, quibus ad ſacra proceſſit, concinnatæ erant, & propterea *Peluſiacæ* veſtes vocabantur. Linum hoc ex goſſipii ſive xyli arboris lana factum fuiſſe, tradit Plinius iſtis quæ in loco citato ſequuntur.

(2) בין הערבים הנדויין, *Et veſperi Indicis.*] Erant veſtimenta hæc ex lino Indico contexta, quod & ipſum ex goſſipii ſive xyli arboris lanugine factum erat, ideoque talia veſtimenta in Cteſiæ Indicis ἱμάτια ξύλινα appellantur. Pomponius Mela, lib. 3. cap. 7. *Lanas* in India *ſylvæ ferant, arundinum fiſſa internodia veluti navitas binos, & quædam ternos etiam vehant. Cultorum habitus moreſque diſſimiles. lino alii veſtiuntur, aut lanis quas diximus, alii ferarum aviumque pellibus.* Veſtes ex hoc lino compoſitas, pretioſas & molles fuiſſe innuit Lucianus in *muſ. encom.* ἔστι μὲν ὑμενόπτερος, τοσοῦτον ἁπαλώτερα ἔχουσα τὰ πτερὰ, ὅσον τῆς Ἑλληνικῆς ἐσθῆτος ἡ Ἰνδικὴ λεπτοτέρα καὶ μαλακωτέρα, *Atque ex pelliculis ſunt ejus alæ, quæ tanto ſunt molliores, quanto Græca veſte tenuior & mollior eſt Indica.* Lineas Indorum veſtes, ut opinor, intelligit.

ח בא לו אצל פרו ופרו היה עומד בין האולם ולמזבח ראשו לדרום ופניו למערב והכהן עומד במזרח ופניו למערב וסומך שתי ידיו עליו ומתודה וכך היה אומר אנא השם עויתי פשעתי חטאתי לפניך אני וביתי אנא השם כפר נא לעונות ולפשעים ולחטאים שעויתי ושפשעתי ושחטאתי לפניך אני וביתי ככתוב בתורת משה עבדך כי ביום הזה יכפר עליכם וגומר והן עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד :

8. Ibat ad juvencum ſuum, & juvencus ſtabat inter veſtibulum & altare, (1) capite poſito in meridie, & facie in occidentem verſa. & Sacerdos ſtabat in oriente, facie in occidentem verſa. duas manus ei impoſuit, (2) confitebatur, & ſic dicebat; Obſecro Domine, deliqui, (3) rebellis fui, & peccavi coram te, ego & domus mea, obſecro Domine, remitte nunc & delicta, & rebelliones, & peccata, quæ deliqui, & in quibus rebellis fui, & quæ peccavi, coram te, ego & domus mea, juxta quod ſcriptum eſt in lege Moſis ſervi tui; Quoniam in die hac expiabit, &c. Et ipſi reſpondebant poſt illum; Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus (4) in ſæcula ſæculorum (5).

R. OB. DE BARTENORA.

בין האולם ולמזבח *Inter Ulam & altare*, tota plaga ſeptentrionalis atrii apta erat pro ſtatione juvenci, juxta Legem, quia tota erat לפני יהוה *coram Domino*; at non conſtituebant juvencum inter Ulam & altare circa palatium, ne Pontifex maximus affligeretur, ne ipſi eſſet moleſtum onus cræteris ſanguinis procul diſſiti.

ראשו לדרום ופניו למערב *Caput illius ad meridiem, facies illius ad occidentem*, jus poſtulabat ut caput illius eſſet verſus palatium, quod erat in occidente; at poſteriora *ejus verſus* altare. Cæterum, ne emitteret juvencus ſtercus ſuum, & quia non deceret podicem obvertere altari, ideo caput illius erat ad meridiem, & poſteriora ad ſeptentrionem, & medium corpus inter Ulam & aram, & caput contorquebatur ita ut facies reſpiceret occidentem; at ſacerdotis poſteriora reſpiciebant orientem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non petes à me, ut, quocunque in loco Miſnæ ubi Sapientes mentionem faciunt figuræ templi, aut partium, ejuſque laterum, atrii, conclavium, & altaris, tibi depingam illam ubique, quoniam id præſtabo variis modis, & ita clarè quidem, ac ſi eam tuis oculis videres, in tractatu Middot, auxiliante Deo.

והן עונין *Et illi reſpondebant*, nimirum ſacerdotes, & populus. Dicit Scriptura Deut. 32, 3. כי שם יהוה אקרא הבו גודל לאלהינו quod traditio exponit, Moſen magiſtrum noſtrum dixiſſe Iſraëli, quando ego voco nomen Dei benedicti, vos magnificate Deum noſtrum; & ſic facere oportet ſemper.

SHERINGAMIUS. (1) ופרו היה עומד בין האולם ולמזבח, *Et juvencus ſtabat inter veſtibulum & altare.*] Non intelligitur hoc loco veſtibulum primum, quod totam templi frontem occupabat, ſed ſecundum, quod ſanctuario protenſum erat. nam poſt altare holocauſtorum, quod in atrio ſtabat, veſtibulum erat, quà in ſanctuarium adiri poterat ad altare thymiamatis cujus deſcriptionem videas in codice *Middoth* cap. 3. ſpacium inter veſtibulum & altare 22. cubitorum fuit, ut eodem capite traditur, & ibi Sacerdotes miniſtrare & confeſſiones edere ſolebant, ut tradit Kimchius in *Joel.* II. 17. ubi ad verba illa בין האולם ולמזבח יבכו הכהנים, *Inter veſtibulum & altare plorent Sacerdotes*; ſic infit: כי שם היו עומדים לעבוד עבודתם, *Quia ſtabant ibi ad miniſtrandum miniſterium ſuum.*

(2) וסומך שתי ידיו עליו, *Et duas manus ei imponebat.*] De manibus capiti victimæ imponendis in Pentateucho plurima mandata extant. hoc ideo factum eſſe, ut innuerent Sacerdotes, integram vitam moreſque inculpatos à ſacrificantibus requiri, aſſerit Philo Judæus de holocauſtis agens, lib. de *animal. idon. ſacrif.* Βούλεται γὰρ τοῦ θύοντος πρῶτον μὲν τὸν νοῦν ὡσιῶσθαι γνώμαις ἀγαθαῖς καὶ συμφερούσαις ἐνασκούμενον, ἔπειτα δὲ τὸν βίον ἐξ ἀρίστων συνεστάναι πράξεων, ὡς ἅμα τῇ τῶν χειρῶν ἐπιθέσει δύνασθαί ἵνα παῤῥησιασάμενον ἐκ καθαροῦ τοῦ συνειδότος τοιαῦτα εἰπεῖν. αἱ χεῖρες αὗται, οὔτε δῶρον ἐπ' ἀδίκοις ἔλαβον, οὔθ' αἵματος ἀθῴου προσήψαντο, οὐ πήρωσιν, οὐχ ὕβριν, οὐ τραῦμα, οὐ βίαν εἰργάσαντο, οὐκ ἄλλῳ τῷ παρ' οὐδενὶ τῶν κατηγορίαν ἢ ψόγον ἐχόντων ὑπηρέτησαν, ἀλλ' ὑποδιάκονοι πάντων ἐγένοντο καλῶν συμφερόντων, ἅπερ τῇ σοφίᾳ καὶ νόμοις, καὶ καλοῖς, καὶ νομίμοις ἀνδράσι τετίμηται, *Poſtulat enim Deus à ſacrificante primum bonam mentem, ſanctam & in pietate exercitam: deinde vitam benefactis ornatam, ut dum manus imponit, poſſit libera conſcientia dicere: manus hæ nec muneribus corruptæ, nec innocenti ſanguine pollutæ ſunt, noxam, injuriam, vulnus, vim intulerunt nemini, nulli rei turpi præbuerunt miniſterium, ſed rebus honeſtis ac utilibus, quæ viris juſtis, honeſtis, ſapientibuſque probantur.*

(3) ומתודה וכך היה אומר אנא השם עויתי וגומר, *Et confitebatur, & ſic dicebat,* Obſecrò Domine, *deliqui, &c.*] Stata hæc erat & ſolennis confitendi formula in die expiationis. aliàs etiam ad hunc ferè modum confiteri ſolebant, ut in *Siphra* obſervatur, ad *Paraſ. Achare Mot.* Vide *Pſal.* CVI. 6. I *Reg.* VIII. 47. *Dan.* IX. 5.

(4) והן עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו. Ad verbum, *Et ipſi reſpondebant poſt ipſum; Benedictum ſit nomen gloriæ regni ejus.*] Sic à populo conclamatum eſt, quia Sacerdos magnus ſacrum Dei nomen protuliſſet. conſtituit ſiquidem Moſes, ut tradunt Hebræi, ut cum ipſe ſacrum Dei nomen recenſeret, populus benediceret. Gemara Babylonica, תניא רבי אומר כי שם הי אקרא הבו גודל לאלהינו אמר להם משה לישראל בשעה שאני מזכיר שמו של הק"בה אתם הבו גודל חנניה בן אחי רבי יהושע אומר זכר צדיק לברכה אמר להן נביא לישראל בשעה שאני מזכיר צדיק עולמים אתם תנו ברכה, *Tradit. dixit* Rib-

Ribbi; *cum nomen Domini invocavero*, *magnificate Dominum noſtrum. dixit ipſis Moſes ad Iſraëlem*, *cum ego meminero nominis Dei benedicti*, *vos magnificate. Chaniniah filius fratris mei R. Jehoſua dixit*, *memoria juſti in benedictionem: dixit ipſis Propheta ad Iſraëlem*, *cum ego meminero juſti ſæculorum*, *vos benedicite.* Atque inde conſuetudo hæc invaluit, ut ait Solomon Jarchi ad *Deut.* XXXII. 3. הרי כי משמש בלשון כאשר כמו כי תבאו אל הארץ בשאקרא ואזכיר שם יי אתם הבו גדל לאלהינו וברכו שמו מכאן שעונין ברוך שם כבוד מלכותו אחר ברכה שבמקדש. *Ecce ponit* כי *pro* כאשר, *ut in loco illo* כי תבאו אל הארץ, *Cum ego protulero nomen Domini*, *vos magnificate Dominum*, *& benedicite nomen ejus*, *atque hinc reſpondent*; *Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus*, *poſt benedictionem in ſanctuario.*

(5) לעולם ועד, *In ſeculum & in æternitatem.*] Sic tranſtuli, quia עד ſæpè in Scriptura pro *æternitate* ſumitur. LXX. tamen Interpretes, ubi verba hæc occurrunt, aliquando reddunt εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι, & aliquando, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπέκεινα, *in ſæculum & ulterius*, quaſi עד eſſet adverbium. Aben Ezra ad *Pſal.* IX. 6. dicit, מלה קצרה לעולם ועד עולם, quaſi contracta hæc eſſet loquendi formula, pro לעולם ועד עולם. Poſt exortas hæreſes Sadducæorum ad eundem fere modum benedictiones omnes in ſanctuario claudere ſolebant, ut habetur capite nono codicis *Beracoth*, כל חותמי ברכות שהיו במקדש היו אומרים מן העולם משקלקלו האפיקורוסים ואמרו אין עולם אלא אחד התקינו שיהו אומרים מן העולם ועד העולם, *In omnibus concluſionibus benedictionum*, *quæ erant in ſanctuario*, *dicebant*; *à ſæculo: poſtquam hoc perverterunt Sadducæi*, *& unum tantum eſſe ſæculum dixerunt*, *ſtatuerunt*, *ut dicerent*; *à ſæculo*, *& ad ſæculum.* Modus iſte claudendi benedictiones temporibus Ezræ, ut tradunt Hebræi, primò conſtitutus fuit; ſed forma loquendi in Pſalmis aliiſque ſacræ Scripturæ locis longè ante Ezræ tempora occurrit.

ט בא לו למזרח העזרה לצפון המזבח הסגן מימינו וראש בית אב משמאלו ושם שני שעירים וקלפי היתה שם ובה שני גורלות של אשכרוע היו ועשאן בן גמלא של זהב והיו מזכירין אותו לשבח:

9. Ibat ad orientem atrii & ſeptentrionem altaris. Princeps Sacerdotum à dextris, (1) & præfectus patrum ei ſtabat à ſiniſtris. (2) duo hirci ibi erant, & urna ibi erat (3) qua duæ ſortes buxinæ recondebantur. (4) Filius Gamlæ fecit aureas, ipſumque in laudem memorant.

R. OB. DE BARTENORA.

בא לו למזרח העזרה *Ibat ad orientem atrii*, nam non introducunt hircos inter Ulam & altare; quando projicienda erat ſors ſuper illis, ſed manebant in atrio uſque ad tempus mactationis. קלפי eſt vas ligneum perforatum. אשכרוע *buxina*, eſt genus ligni pretioſi. *Ben Gamla*, eſt Jehoſchua filius Gamlæ, quando electus erat ſummus pontifex, fecit has ſortes aureas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלפי Notat vas ligneum perforatum. אשכרוע *Buxina*, Arabicè בקם dicitur, & in lingua Ebræa dicitur ברוש.

SHERINGAMIUS. (1) הסגן מימינו, *Princeps Sacerdotum à dextra ejus.*] סגן vox generalis eſt, & refertur primò ad magiſtratus civiles; *Seganim* enim dicuntur, ut inquit Elias Levita, שהם משנים למלך, *qui ſecundi ſunt à rege.* Et Targum ad *Jerem.* LI. סגנים per טורנין *tyrannos* non ſemel explicat. Secundò refertur ad duces militiæ; R. Saadiah Gaon ad *Dan.* III. 2. סגנים הם שרי הצבא, *Seganim duces ſunt exercitus.* Jachiades paraphraſi ſua ad prædictum locum exiſtimat equites fuiſſe, & eodem munere functos quo funguntur ii, qui *hodiè Beglarbegi*, vocantur in Turcarum exercitu. Tertiò refertur ad Sacerdotes, & is inter ipſos סגן dicebatur, qui princeps erat gregariorum Sacerdotum. is Sacerdoti magno miniſtrabat, & vicarius ejus erat ſi quid *obveniſſet* quod eum ab officio præſtando detinuiſſet. Moſes, ut in *Siphra* traditur, primus in hoc officio conſtitutus fuit. *Siphra* in *Paraſath Tſau.* ויתן עליו את הכתונת ויחגר אותו באבנט מלמד שנעשה משה סגן הכהנים לאהרון והוא היה מפשיטו ומלבישו וכשם שנעשה לו סגן בחייו כך נעשה לו סגן במותו שנאמר קח את אלעזר בנו והפשט את אהרון את בגדיו. *Et poſuit ſuper eum tunicam & cinxit eum baltheo*; *inde docetur quòd Moſes factus eſt princeps Sacerdotum Aharoni*, *& eum veſtibus exuit induitque. & ſicut factus eſt ei princeps Sacerdotum in vita*, *ſic etiam factus eſt ei princeps Sacerdotum in morte*, *quia dicitur*, *Accipe Eleazarem filium ejus*, *& exuit Aharonem veſtibus ſuis.*

(2) וראש בית אב משמאלו, *Et Præfectus patrum à ſiniſtra ejus.*] Notum eſt ex primo capite *Tamid*, aliiſque Talmudis locis, cuſtodes templi in duas claſſes fuiſſe diviſos. qui ex altera claſſe erant פרחי כהונה, *juniores Sacerdotii*, qui ex altera, זקני בית אב, *ſeniores domus paternæ* vocabantur. hi claves atrii tenebant, & mane etiam altare expurgabant, ut innuunt Solomon Jarchi & Bartenora ad initium capitis ſecundi hujus codicis. qui his præſidebat, ראש בית אב, *caput domus paternæ* dicebatur.

(3) וקלפי היתה שם, *Et urna erat ibi.*] קלפי generaliter vas omne ſignificat in quod ſortes conjiciuntur. Aquinas, קלפי פי הארגז שמונחים בו המתקין להפיל גורל, *Calpi arca eſt qua tabellas projiciendis ſortibus imponant.* Dictio Græca eſt, Græcis enim κάλπη & κάλπις *urnam* ſignificant, cui ſortes injicere ſolebant, ſi quid fortè ſortibus commiſſuri erant. Lucianus in *Hermot.* κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται ἱερὰ τοῦ θεοῦ, ἐς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ, ὅσον δὴ κυαμιαῖοι τὸ μέγεθος, ἐπιγεγραμμένοι. *Argentea urna Deo ſacra in medio poſita eſt*, *in illam ſortes parvæ*, *fabæ magnitudine conjiciuntur*, *literis inſcriptæ.* Modus iſte ſortitionis aliis quoque gentibus familiaris fuerit. Juvenal. Satyr. 13.

prima eſt hæc ultio, *quod ſe*
Judice nemo nocens abſolvitur, *improba quamvis*
Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.

Vaſa hæc Romanis *hydriæ* etiam dicta ſunt. Cicero in Verrem Orat. 7. *Jubet ille ſibi legem recitari*, *recitatur: in qua ſcriptum erat*, *ut quot eſſent renunciati*, *tot in hydriam ſortes conjicerentur: cujus nomen exiſſet*, *ut is haberet id Sacerdotium.*

(4) ובה שני גורלות של אשכרוע היו, *Et in ea duæ ſortes buxinæ erant.*] De ſortibus iſtis extat mandatum *Levit.* XVI. 8. cæterùm an buxinæ fuerint, an abiegnæ, an ex alia arborum ſpecie factæ, incertus ſum, cum juxta Lexicographos אשכרוע ad varias arborum ſpecies extendatur. Sequor tamen Maimonidem, qui אשכרוע arborem dicit, quam Arabes בקם *buxum* vocant.

י בן קטין עשה שנים עשר דד לכיור שלא היו לו אלא שנים ואף הוא עשה מוכני לכיור שלא יהיו

10. Filius Catini fecit duodecim epiſtomia labro; cum antea duo tantum habuerat; fecit inſuper machinam labro, (1) ne aquæ ejus nocte pol-

יהיו מימיו נפסלין בלינה מונבז המלך עשה כל ידות הכלים של יום הכפורים של זהב הילני אמו עשתה נברשת של זהב על פתחו של היכל ואף היא עשתה טבלא של זהב שפרשת סוטה כתובה עליה נקנור נעשו נסים לדלתותיו והיו מזכירין אותו לשבח :

polluerentur. (2) Monobazus rex fecit ex auro omnes vaſorum anſas; quibus in die expiationis adminiſtrabatur. Helena mater ejus fecit candelabrum aureum (3) juxta oſtium ſanctuarii: fecit etiam ex auro tabulam, cui ſectio declinantis fœminæ inſcripta erat. (4) Portis Nicanoris facta ſunt miracula, (5) ipſumque in laudem memorant.

R. OB. DE BARTENORA.

בן קטין *Ben Catin*, erat pontifex maximus; עשר שנים עשר דד לכיור *fecit duodecim epiſtomia labro*, ut duodecim ſacerdotes qui tenebant ſortem ſacrificii continui matutini, lavarent ſe ſimul; nam quamvis tredecim erant ſacerdotes, uti diximus capite antecedenti, nihilominus non fecit epiſtomium pro eo qui mactabat, quia mactatio etiam per alienigenam legitimè fit.

מוכני Machinam, rotam, ad demittendum eam in puteum, ut aquæ conjunctæ eſſent in puteo, & non profanarentur, quia per noctem relictæ erant. נברשת *candelabrum eſt*. שפרשת סוטה כתובה עליה *quia ſectio declinantis fœminæ illi erat inſcripta*, ne librum Legis adducere neceſſe eſſet, ad deſcribendum ex eo ſectionem declinantis fœminæ.

ניקנור *Nicanor*, eſt nomen hominis cujuſdam: נעשו נסים לדלתותיו *facta ſunt miracula portis ejus*, abiit Alexandriam in Ægyptum ad adducendum portas pro templo. Eo vero redeunte magna in mari orta eſt tempeſtas ita ut immergerentur, ſumebant itaque unam ex portis eamque in mare projiciebant ad ſublevandum navem. Sed cum aliam quoque volebant projicere, dixit ipſis Nicanor, *& me una projicite*, tum ſtatim tempeſtas quievit. Quando autem pervenerunt ad portum Acho, porta illa quam in mare projecerant ſub navi procedebat una cum navi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ben Catin fecit duodecim epiſtomia labro per quæ fluebat aqua, ut omnes ſacerdotes qui ſacrificium juge parabant, ſimul eorum manus & pedes lavare poſſent; at non enumerat Miſna eum qui mactabat, quia jam diximus mactationem etiam per alienigenam fieri poſſe; idem vero ſacerdos qui aſpergebat ſanguinem, etiam excipiebat. Cæterum jam conſtat tibi, quod tredecim ſacerdotes parabant ſacrificium juge, quorum uno qui mactabat deficiente, remanebant duodecim; & labrum comprehendebatur inter vaſa miniſterii, & quando in eo erant aquæ, ſanctificabantur; & polluebantur ſi per noctem remanerent, ut multis in locis Tractatus Codaſchim exponitur. Fecit autem vas aliquod circum labrum, in quo ſemper erat aqua, & de illo vaſe effundebatur in labrum, & vocabatur illud vas מוכני.

וכל ידות הכלים *Et omnes vaſorum anſas*, manubria, & loca manibus imponendis pro cultris, aut ſecuribus quibus ſecabatur caro. נברשת *candelabrum*, ut feneſtra, quam faciunt ſuper portas domuum, illa vero iſtiuſmodi fecit ex auro puriſſimo, ita ut, quando ſol ſplendebat in eam feneſtram, de ſe lucem & claritatem ederet in principio diei, quando oriebatur ab horizonte Jeruſolymorum, & ea hora legebatur *Audi Iſrael* &c. ניקנור *Nicanor*, erat homo pius, qui Alexandriam in Ægyptum contulit, ubi duas portas æneas confecit, eaſque excellentiſſime fabricavit, ea intentione quidem ut eas poneret in atrio, quas per mare adduxerat, quando fiebat ut magna exoriretur tempeſtas, & unam è portis illis in mare conjecerint ad ſublevandum navem; at cum ſecundam ejicere vellent, Nicanor ſe alligavit portæ, dicens, ſi illam portam ejicere velitis, & me ejicietis; tum è veſtigio tempeſtas quievit. Quando autem pervenerat ad portum Acho, admodum affligebatur propter portam aquis immerſam, quapropter Deum oravit ut mare eructaret portam illam, eo in loco quo homo ille pius è navi aſcenderat, quod factum *eſt*; & hoc eſt miraculum illud quod portis illius factum eſt; ille autem poſuit eam ad plagam atrii orientalem è regione palatii. לשבח *in laudem*, in honorem & magnificentiam, eſtque vocabulum in lingua Ebræa & Caldæa ejuſdem ſenſus, ſic Gen. 12, 15. ויהללו אותה Targum dicit, ושבחו יתה. Ita quoque Pſalm. 147, 12. שבחי ירושלם.

SHERINGAMIUS. (1) ואף הוא עשה מוכנו לכיור, *Ipſe etiam fecit machinam labro.*] Machina hæc lignaria erat fabrica, ut conſtat ex primo capite codicis *Tamid*, ולא שומעין את קולו עד ששומעין קול העץ שעשה בן קטין מוכני לכיור, *Nec audiebant vocem ejus, donec ſtridorem audirent lignariæ fabricæ, quam fecit filius Catini machinam labro.* Et ex tertio capite ejuſdem, מירחו היו שומעין קול העץ שעשה בן קטין מוכני לכיור, *Ab urbe Jerico audiebant ſtridorem lignariæ fabricæ, quam fecit filius Catini machinam labro.* Nonnulli ſentiunt rotam fuiſſe, quâ aqua è mari templi in labrum educebatur. Alii dicunt vas fuiſſe rotundum, quod labrum undique cingebat.

(2) שלא יהיו מימיו נפסלין בלינה. *Ne aquæ ejus nocte polluerentur.*] Lapſus hic Buxtorfius, ſic enim ille in ſuo Lexico magno ad dictionem כיור hunc locum reddit; *ne aquæ ejus putreſcerent.* quod certè nullo modo tolerari poteſt: neque enim hic de putredine aquæ, ſed de ejus pollutione agitur. Tradunt ſiquidem Hebræi aquam in vaſe ſacro nocte pollui: ideoque machinam labro, quia vas ſacrum erat, fecerunt, ne in ipſo aquæ pernoctarent. Maimonides in *Hilcoth Beth Habbechira*, ומוכנו עשו לו שיהיו בה המים תמיד והיא חול כדי שלא יהיו המים שבה נפסלין בלינה שהכיור מכלי הקדש ומקדש וכל דבר שיתקדש בכלי קודש אם לן נפסל, *Fecerunt ei machinam, in qua aquæ jugiter ineſſent, & ea prophana erat, ne aquæ ejus nocte pollucrentur; quia labrum vas ſacrum erat & ſanctificabat, quicquid autem ſanctificatur in vaſe ſacro, ſi pernoctat polluitur.* Manus quoque nocte pollui traditur in Gemara *Sevachim*, fol. 19. לינה מועלת בקידוש ידים ורגלים. Et propterea ajunt Talmudici, quòd licet Sacerdotes manus & pedes abluiſſent cum templo exiſſent, iiſdem tamen poſtridie cum rediſſent opus erat lotione, tametſi inſomnes fuiſſent. שהידים נפסלות בלינה, *quia manus nocte polluuntur.* Vide Maimonidem in *Hilcoth Biath Hammikdash*, cap. 3. A Judæis, ut veriſimile eſt, ſuas olim ſuperſtitiones hauſerint Gentiles, qui nocte etiam mundum pollui exiſtimarunt. Perſius Satyr. 2.

Hæc ſancte ut poſcas, Tyberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas.

Virgilius, lib. 4. Æneid.

Poſtera phœbea luſtrabat lampade terras,
Humentemque aurora polo dimoverat umbram.

Ubi Servius, *luſtrabat, id eſt, purgabat, nam nox quodammodo polluit mundum.*

(3) הילני אמו עשתה נברשת של זהב, *Helena mater ejus fecit candelabrum aureum.*] Tradunt Talmudici, candelabrum hoc in exortu ſolis fulgentes radios emiſiſſe, unde omnes cognoverint inſtare tempus quo *Shemah* legeretur. תנא בשעה שחמה זורחת ניצוצות יוצאין ממנה והכל יודעין שהגיע זמן קרית שמע.

(4) ואף היא עשתה טבלא של זהב שפרשת סוטה כתובה עליה, *Fecit etiam ex auro tabulam cui ſectio declinantis fœminæ inſcripta erat.*] Erravit clariſſimus Vorſtius in tranſlatione hujus loci, ſic enim ille in *Tzemach David* reddidit, ubi hiſtoria hæc de Monobazo rege & Helena matre ejus occurrit. *Eadem quoque confici curavit pollubrum cui inſcriptum erat,*

erat, Paraſat Sutha, *ſeparatio prævaricantis fœminæ.* Quaſi verba hæc, *Paraſat Sutha*, in tabula exarata fuiſſent. quod ſanè alieniſſimum eſt à propoſito hujus Miſchnæ, non enim verba illa ibi inſcripta erant, ſed tota ſectio prævaricantis fœminæ, hoc eſt, maledictiones omnes quas ex mandato Dei *Num.* v. prævaricanti fœminæ minabatur ſacerdos Gemara Hieroſolymitana. ומה היה כתוב עליה ר' שמעון בן לקיש בשם רי ינאי א"לף ב"ית היה כתוב עליה והא תני ככתב שכאן כן כתב שכאן לא מעובה ולא מידק אלא בינוני פתר לה כא"לף שכאן כן א"לף שכאן כב"ית שכאן כן בית שכאן תני רי הושעיה כל פרשת סוטה היה כתוב עליה שממנה היה קורא ומתרגם כל דקדוקי הפרשה, *Et quid ſcriptum erat ſuper eam? Rabbi Schimeon Ben Lakish nomine R. Janai, dicit: Aleph, Beth, fuit ſcriptum ſuper eam. & ecce traditur; ſicut Scriptura quæ hinc, ita Scriptura quæ illinc, non craſſa, neque minuta, ſed intermedia. Interpretatio ejus eſt; ſicut Aleph quæ hinc, ita Aleph quæ illinc; ſicut Beth quæ hinc, ita Beth quæ illinc. Tradit R. Hoſchiah, tota ſectio declinantis fœminæ ſcripta erat ſuper eam, quia ab ipſa legebat & exponebat omnes diſquiſitiones ſectionis.* Hujus ſectionis mentio facta eſt in codice *Sota*, capite 7. אלו נאמרין בכל לשון פרשת סוטה ווידוי מעשר קריי שמע ותפלי וברכת המזון ושבועת העדות ושבועת הפקדון. *Illa dicuntur in omni lingua; ſectio declinantis, confeſſio decimæ, lectio Schema, & oratio, & benedictio cibi, & juramentum teſtimoniorum, & juramentum depoſiti.*

Hæc autem, ut ait Bartenora, ideò in tabula conſignata erant, ut ex ea maledictiones iſtæ tranſcriberentur, nec opus eſſet librum Legis adducere.

(5) נקנור נעשו נסים לדלתותיו. *Portis Nicanoris facta ſunt miracula.*] נס propriè ſignificat *ſignum militare*, ſed uſurpatur ſæpe pro *ſigno miraculoſo*; ſic etiam σημεῖον Helleniſtis. Euſtathius verò ait, σημεῖον eſſe id quod raro accidit, & præter locum. quæ verò miraculoſa ſunt naturamque ſuperant τέρατα vocari. Euſtathius in 2. Iliad. Ἔστι δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς σημεῖον μὲν, τὸ παρὰ τόπον, ἢ παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ πολὺ γινόμενον. τέρας δὲ, τὸ παντελῶς παρὰ φύσιν. Modus autem loquendi, qui in ſubjecta Miſchna uſurpatur, frequens eſt apud Talmudicos. Gemara *Cheritoth*, cap. 1. שמן המשחה שעשה משה במדבר הרבה נסים נעשו בו מתחלתו ועד סופו, *Oleo unctionis, quod fecit Moſes in deſerto, multa facta ſunt miracula à principio ejus uſque ad finem ejus.* *Beracoth* cap. 9. הרואה מקום שנעשו בו נסים לישראל אומר ברוך שעשה נסים לאבותינו במקום הזה, *Qui locum videt in quo facta ſunt miracula Iſraëli, dicit; Benedictus ſit qui fecit miracula patribus noſtris in hoc loco.* Non opus eſt, ut miracula illa, quæ portis Nicanoris facta ſunt, hic recitem, cum ea Conſtantinus l'Empereur ad caput ſecundum codicis *Middoth* ex Gemara notavit.

י"א ואלו לגנאי של בית גרמו לא רצו ללמד על מעשה לחם הפנים של בית אבטינס לא רצו ללמד על מעשה הקטורת הגרוס בן לוי היה יודע פרק בשיר ולא רצה ללמד בן קמצר לא רצה ללמד על מעשה הכתב על הראשונים נאמר זכר צדיק לברכה ועל אלו נאמר ושם רשעים ירקב:

11. Et iſtos in ignominiam: familiam Garmu quod abnuerint docere quædam quæ ſpectabant ad modum conficiendi panes propoſitionis. (1) Familiam Abtines quod abnuerint docere quædam quæ ſpectabant ad modum conficiendi ſuffimentum. (2) Hogrus Levita cantandi peritus erat, (3) & docere noluit. Filius Kamzaris noluit docere quædam quæ ad artem ſcribendi ſpectabant. (4) De prioribus illud uſurpatum eſt, memoria juſti in benedictionem: at de iſtis dicitur, nomen impii putreſcet.

R. OB. DE BARTENORA.

לא רצו ללמד על מעשה לחם הפנים *Noluerunt docere modum conficiendi panes facierum*, nam alii opifices neſciebant eductionem è furno, ut non frangerentur, quia confecti erant in modum arcæ apertæ.

לא רצו ללמד הקטורת *Noluernnt docere modum conficiendi ſuffimentum*, cognoſcebant herbam quandam quæ vocabatur מעלה עשן id eſt, *aſcendere faciens fumum*, & cum ea miſcebatur cum liquoribus ſuffimenti, fumus ſuffimenti recta via furſum aſcendebat inſtar baculi, ſine diſperſione in hanc vel illam partem. פרק בשיר *cantandi peritus erat*, gratam melodiam efficiebat ſi cantaretur hymnus quotidianus. מעשה הכתב *artem ſcribendi*, jungebat quatuor digitos cum quatuor calamis, & una vice ſcribebat nomen יהוה quatuor literarum.

על הראשונים *De prioribus*, ut Ben Gamla, Ben Catin, Monbaz, & mater illius Helena, & Nicanor, ועל אלו *& de iſtis*, Bet Garmu, Beth Abtines, Hagrus filius Levitæ, & Ben Camſar. Et quamvis Beth Garmu, & Beth Abtines dederint rationem ſuorum verborum, quod noluerunt docere alios, ne quis impius diſceret artem, eaque abuteretur ad idololatriam, nihilominus Sapientes non receperunt verba eorum.

*R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גנאי *Ignominia*, eſt contrarium laudis; panes vero facierum erant denſi, uti exponetur in tractatu Menachot; ſed parabant eos in formis donec duplicarentur, quemadmodum duplicatur veſtis; in fine tamen ex proportione eos diſponebant arte quadam ipſis nota. Diſpoſitio ſuffitus vero ſatis nota eſt, quam etiam exponemus in tractatu Keritot. Inter liquores autem erat herba, quæ, quando eam in ſuffitum mittebant, efficiebat ut fumus totus ſimul aſcenderet non ſparſim, quam herbam illi cognoſcebant, ſed eam nulli aperiebant. Hagrus vero filius Levitæ pronunciabat literas ore ſuo, mirifica quadam pronunciatione muſicali, quando legebatur canticum quotidie aut Pſalmus; imponebat autem pollicem ori cum lingua tempore cantationis, at neminem docebat quomodo mutatio ea in ore fiebat, & ubi pollicem ſuum ponebat quando gratam illam melodiam efficiebat. Ben Kamzar vero multis pennis ſimul ſcribebat, & quamvis omnes illi darent rationem quare nolebant docere artem, nihilominus vituperati ſunt.

SHERINGAMIUS. (1) לא רצו ללמד על מעשה לחם הפנים. Ad verbum, *Non voluerunt docere ſuper opere panis facierum.*] Callebant artem, juxta ſententiam Rabbin. quâ panis è furno extraheretur, & non frangeretur, quod cæteri artifices ignorabant. Traditur etiam, familiam Garmu artem calluiſſe ſubigendi & coquendi panem, ita ut ante ſeptimanam peractam, quâ ſuper menſam proponebatur, non putreſceret, aut mucidus fieret: hanc vero artem cæteri neſciebant, & propterea panis eorum mucidus fiebat. panis enim niſi bene ſubactus coctuſque fuerit, diu non conſervatur. Gemara Hieroſolymitana ad præſentem Miſchnam. בית גרמו היו בקיאין במעשה לחם הפנים ובררייתו ולא רצו ללמד שלחו והביאו אומנין מאלכסנדריא והיו בקיאין במעשה לחם הפנים וברדייתו לא היו בקיאין בית גרמו היו מסיקין מבפנים ורודין מבחוץ ולא היתה מעפשת ואילו היו מסיקין מבפנים ורודין מבפנים והיתה מעפשת. *Familia Garmu callebant artem conficiendi panem propoſitionis, & ſubigendi, & non voluerunt docere. Miſerunt & adduxerunt artifices ab Alexandria, & callebant artem conficiendi, ſed ſubigendi artem non callebant. Familia Garmu accendebant intrinſecus, & ſubigebant extrinſecus,*

cus, & mucidus non fiebat. & iſti accendebant intrinſecus, & ſubigebant intrinſecus, & mucidus fiebat. Gemara Babylonica rem hanc paulo aliter narrat, ſed mendoſa videtur.

(2) לא רצו ללמד על מעשה הקטורת. Ad verbum, *Non voluerunt docere ſuper opere ſuffimenti.*] Herbam noverant, quæ aromatibus permixta fumum aſcendere fecit ad formam baculi. Cæteri vero cum ſuffirent, fumus undique diffundebatur. Vide utramque Gemaram, & notas Rabbinorum.

(3) הגרוס בן לוי היה יודע פרק בשיר, *Hogrus Levita cantandi peritus erat.*] Pollice in ore poſito, digitóque naribus admoto, eorum ope vocem ſuaviter & artificioſè flexit, ſic Gemara Babylonica. quod autem attinet ad dictionem פרק, nihil invenio apud Rabbinos: videtur tamen *difficilem nodum* cantici in hoc loco ſignificare. Eſt quoque alia in codice *Tamid* hujus vocis ſignificatio, quam fruſtra apud Lexicographos quæras. *Tamid* cap. 7. הגיעו לפרק תקעו והשתחוו העם על כל פרק תקיעה ועל כל תקיעה השתחויה, ubi juxta Bartenoram פרק idem eſt quod סוף פרשה, id eſt, *finis ſectionis.*

(4) בן קמצר לא רצה ללמד על מעשה הכתב. Ad verbum, *Filius Kamzaris non voluit docere ſuper opere ſcriptionis.*] Quatuor calamos manu ſimul tenebat, & ſi dictio quatuor literis conſtabat, ſingulas una vice expreſſit. Vide Gemaram.

Modus ſortitionis. §. 1. *Duæ linguæ coccineæ duobus hircis alligatæ.* §. 2. *Sacerdos magnus pro fratribus ſacerdotibus confeſſionem edidit. Ibid. Mactatio juvenci.* §. 3. *Agitatio ſanguinis nè concreſceret. De Thuribulo.* §. 4. *De aſcenſu & deſcenſu ſacerdotum per gradus ad altare.* §. 5. *De vaſe quo ſacerdos magnus manus & pedes ſanctificavit. Ibid. De ordinibus lignorum ſuper altare collocatis.* §. 6.

פרק ד טרף בקלפי והעלה שני גורלות אחד כתוב עליו לשם ואח' כתוב עליו לעזאזל הסגן בימינו וראש בית אב משמאלו אם של שם עלה בימינו הסגן אומר לו אישי כהן גדול הגבה ימינך ואם של שם עלה בשמאלו ראש בית אב אומר לו אישי כ״ג הגבה שמאלך נתנן על שני השעירים ואומר לה' חטאת רבי ישמעאל אומר לא היה צריך לומר חטא' אלא לה' והן עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד:

Caput 4. Succuſſabat urnam (1) & ſortes inde eruebat. alteri, לשם, alteri, לעזאזל inſcriptum erat. Princeps Sacerdotum ad dextram, & præfectus patrum ei ſtabat ad ſiniſtram; ſi ſors dextra aſcendiſſet. Princeps Sacerdotum dicebat; Domine Sacerdos magne, dextram in altum tolle; ſi ſiniſtra aſcendiſſet, præfectus patrum dicebat, Domine Sacerdos magne, ſiniſtram in altum tolle. Sortes duobus hircis imponebat, & dicebat לה' חטאת. R. Iſmaël dixit non opus eſſe ut diceret חטאת, ſed לה', & ipſi reſpondebant poſt eum; Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus in ſæcula ſæculorum.

R. OB. DE BARTENORA.

טרף *Succuſſabat*, vibrabat, rapiebat, & ſubitò ſumebat raptu. קלפי *urna*, dixit ſuperius Miſna fuiſſe illic urnam, & ſortes indè vibrando erui, ne tactu ſentire poſſet quænam ſors inſcriptum habebat nomen יהוה, eamque dextera manu erueret, nam bonum omen erat quando ad dexteram manum aſcendebat. שני גורלות *duas ſortes*, unam manu dextera, alteram ſiniſtra; & unus hircus ad manum dexteram, alter ad ſiniſtram erat, & ſortem quæ aſcendebat ad dexteram, imponebat hirco dextero; & ſortem quæ aſcendebat ad ſiniſtram, imponebat hirco ſiniſtro. ליהוה חטאת *Domino ſacrificium pro peccato*, nominabat nomen ineffabile quatuor literarum, eo modo quo ſcribitur. *R. Iſmael dicit, non opus eſſe ut diceret &c.* ſed deciſio non eſt juxta R. Iſmael. והן עונין אחריו *& illi reſpondent poſt eum*, quando nominabat nomen יהוה.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In quocunque loco hujus tractatus dicatur שם *nomen*, intelligi vult nomen ineffabile quatuor literis conſtans, uti ſunt ה, ו, ה, י: deciſio non eſt juxta R. Iſmael.

SHERINGAMIUS. (1) טרף בקלפי, *Succuſſabat urnam.*] Notavit hunc locum Buxtorfius in dictione קלפי, & reddit, *diſrupit arculam.* quod à ſenſu hujus loci longè remotum eſt. Cur enim diſrumperet? hoc cui rei inſerviret? Certè, pace magni viri dixerim, non *diſrupit* arculam, ſed *ſuccuſſavit*, id eſt, vibravit, & huc illuc agitavit, ut ſortes permiſcerentur & confunderentur, quemadmodum faciunt qui in ludicris ſortiuntur, qui teſſeras in pyrgo aut fritillo ſuccuſſare ſolent, ut permiſceantur & confundantur, & exinde fraudibus & fallaciis in earum jactu caveri poſſit. Senſum hunc clarè indicat Baal Aruch, qui explicat טרף בקלפי per ערבבם. ſolebant nimirum Judæi ſortitionem facturi, ſortes confundere & permiſcere, poſtquam ipſas in urnam injeciſſent, niſi id prius feciſſent, quod aliquando conſueſcebant. Gemara Sanhedrin cap. 1. בללן ונתנן בקלפי, *Confundebat eas*, id eſt, ſortes, *& in urnam impoſuit.* Romani olim, cum ſorte rem aliquam decerni voluiſſent, Judæorum more, ſortes in urnam immiſſas permiſcebant, & hanc miſcendarum ſortium provinciam pueris mandarunt, ut certiùs dolo caveretur. Cicero de divinat. lib. 2. *Ex illa olea arcam eſſe factam, eaſque conditas ſortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur, quid igitur in iis poteſt eſſe certi, quæ fortunæ monitu, pueri manu, miſcentur atque ducuntur.* Sacerdos igitur magnus, ut dictum eſt, non diſrupit arculam, ſed ſuccuſſavit, ut ſortes permiſcerentur & confunderentur, ne ſciret qua parte ſors Domini jaceret, & eam dextra acciperet: boni enim ominis indicium erat, ſi ſors Domini dextra aſcendiſſet. Gemara Babylonica. למה ליטרף בקלפי כי היכי דלא ליכוין ולישקול, *Quare ſuccuſſavit urnam, ne intueretur & exploraret*, id eſt, ne ſciret quæ ſors erat *Domino* inſcripta, & quæ *emiſſario.* Rab. Aſcher. וטורף ידיו בקלפי בענין שלא יוכל לכוין איזה של שם ואיזה של עזאזל, *Ideo urnam manibus ſuccuſſavit, ne ſciret quæ eſſet ſors Domini, & quæ emiſſarii.*

ב קשר לשון של זהורית בראש שעיר המשתלח והעמידו כנגד בית שלוחו ולנשחט כנגד בית שחיטתו בא לו אצל פרו שנייה וסומך שתי ידיו עליו ומתודה וכך היה אומר אנא השם עויתי פשעתי

2. Alligabat linguam coccineam (1) ad caput hirci emiſſarii, & ſiſtebat eum ad locum unde erat emittendus. (2) & alligabat linguam alteram ad cervicem hirci mactandi. (3) Ibat ad juvencum ſuum ſecunda vice, (4) & duas manus ei imponebat, & confitebatur, & ſic dicebat; Obſecro Do-

פשעתי חטאתי לפניך אני וביתי ובני אהרן עם קדושך אנא השם כפר נא לעונות ולפשעים ולחטאים שעויתי ושפשעתי ושחטאתי לפניך אני וביתי ובני אהרן עם קדושך ככתוב בתורת משה עבדך לאמר כי ביום הזה יכפר עליכם לטהר אתכם מכל חטאתיכם לפני ה׳ תטהרו והן עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד :

Domine, deliqui, rebellis fui, & peccavi coram te, ego, & domus mea, & filii Aharonis populus ſanctitatis tuæ; obſecro Domine, remitte nunc delicta, & rebelliones, & peccata quæ deliqui, & in quibus rebellis fui, & quæ peccavi coram te, ego, & domus mea, & filii Aharonis populus ſanctitatis tuæ, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis ſervi tui, dicendo; quia in die hac expiabit ſuper vos, ad mundandum vos ab omnibus peccatis veſtris coram Domino, & mundi eritis. Et ipſi reſpondebant poſt eum; Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus in ſæcula ſæculorum.

R. OB. DE BARTENORA.

לשון של זהורית *Lingua coccinea*, lana tincta colore rubro. כנגד בית שלוחו *e regione loci è quo emittendus erat*, è regione portæ per quam emittendus erat. ולנשחט *& mactando*, alligabat linguam coccineam è regione loci illius in quo mactandus erat, nimirum cervici; & hoc modo cum commutare non poterat cum hirco emiſſario, nam unius capiti imponebatur lingua coccinea, alterius vero cervici. Neque illi hirci duo commutari poterant cum aliis, quia ipſis alligata erat lingua coccinea, at non cæteris hircis.

עויתי פשעתי חטאתי *Perverſè egi, rebellis fui, peccavi*, Miſna hæc ad R. Meyr pertinet, qui è Levit. 16, 21. hæc colligit ubi dicitur, והתודה עליו את כל עונות בני ישראל ואת כל פשעיהם לכל חטאתם Sapientes autem ipſi contradicunt, dicendo, quod עונות ſunt peccata ex ſuperbia commiſſa, פשעים *rebelliones*, חטאות peccata ex errore commiſſa; ſed quomodo confitebantur peccata ex errore commiſſa, cum jam confeſſi fuerant peccata ex ſuperbia & rebellione commiſſa? itaque dici debet, חטאתי, עויתי, פשעתי, ita enim dixit David Pſal. 106, 6. חטאנו עם אבותינו העוינו הרשענו Deciſio eſt juxta Sapientes. Et quemadmodum dixit Moſes Exod. 34, 7. נושה עון ופשע וחטאה ita dixit coram Domino, quando Iſraël peccaverit, & reſipuerit, fac ipſis peccata ex ſuperbia commiſſa ut peccata ex errore commiſſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לשון של זהורית *Lingua coccinea*, lana tincta colore rubro, cujus pondus erat duo ſicli. Cæterum jam aliquoties explicavimus quantum ſit pondus סלע *ſicli*. Dixit autem Deus benedictus Levit. 16, 17. וכפר בעדו ובעד ביתו ובעד כל קהל ישראל propterea pontifex maximus dicit in prima confeſſione, אני וביתי *ego & domus mea*, in ſecunda dicebat, ובני אהרן *& filii Aaronis*, nam primo expiabat pro ſeipſo, & deindè pro ſacerdotibus. Hic vero ordo quem in tribus confeſſionibus deſcriptum vides, עויתי פשעתי חטאתי pertinet ad R. Meyr, qui nititur verbis illis quæ dicta ſunt Levit. 16, 21. והתודה עליו את כל עונות בני ישראל ואת כל פשעיהם לכל חטאתם Sed ita ſe res non habet, nam intentio horum tantum eſt includere ſpecies peccatorum; nam עונות ſunt peccata quæ homo committit ex ſuperbia; חטאים ſunt peccata quæ homo committit ex errore; פשעים ſunt peccata quæ homo committit ex negationibus & rebellionibus contra Deum benedictum, committendo peccata magna, ut is qui elevat jugum Dei in ſe receptum, uti profanatio Sabbati, & idololatria. Fundamentum vero nobis eſt, ut primo homo confiteatur peccata levia, & deindè gravia; propterea omnium confeſſionum ordo eſſe debet, tam hominis unius quam totius congregationis, hoc ſenſu, חטאנו עוינו פשענו Cæterum deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

SHERINGAMIUS. (1) קשר לשון של זהורית בראש שעיר המשתלח, *Alligabat linguam coccineam ad caput hirci emiſſarii.*] Lingua illa lanei ſtaminis textum *erat*, rubro tinctum. הוא לשון של צמר צבוע ארום, ut explicat Maimonides; & *lingua* dicitur, quia ad formam linguæ facta erat: capiti autem hirci emiſſarii affigebatur, ut inde ab hirco mactando diſcerneretur, cujus collo alia lingua affixa erat.

(2) והעמידו כנגד בית שלוחו, *Et ſiſtebat eum ad locum unde erat emittendus.*] Id eſt, ad portam orientalem, inde enim egreſſus eſt. R. Aſcher. העמידו בשער המזרחי במקום שמוציאין אותו לשלוחו.

(3) ולנשחט כנגד בית שחיטתו. Ad verbum, *Et mactando ad domum mactationis.*] בית שחיטה pro *cervice* ſumi, liquet ex iis quæ ex codice *Tamid* ſuperius citavimus. Dicitur autem cervix *domus* aut *locus mactationis*, quia ſacrificiis cervicem primò incidere ſolebant. quod & cæteris quoque gentibus mos erat. Homer. Odyſſ. lib. 3.

> — πέλεκυς δ' ἐπέκοψε τένοντας
> Αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος,
> *Securis autem abſcidit nervos*
> *Cervicales, ſolvitque bovis robur.*

Apol. Rhod. Argo. l. 4.

> αἵματι χεῖρας
> τέγξεν ἐπιτμήγουσι δέρην,
> *ſanguine manus*
> *Imbuit cervice inciſâ.*

Latinis etiam mos iſte in mactandis ſacrificiis obſervabatur. Virgilius Æneid. lib. 2.

> *Quales mugitus fugit cum ſaucius aram*
> *Taurus, & incertam excuſſit cervice ſecurim.*

Senſus igitur is eſt quem ad textum appoſuimus. Verba ſiquidem hæc non ad העמיד, ſed ad קשר לשון של זהורית referri debere docet Gemara Babylonica. Tradunt enim Talmudici duas linguas coccineas duobus hircis, alteri ad caput, alteri ad cervicem impoſitas fuiſſe, tum ut inter ſe, tum ut à cæteris hircis diſtinguerentur: quia, ſi hircos iſtos inter ſe, aut cum aliis permiſceri contigiſſet, facilè permutari poterant, aut alter alterius vice ſubſtitui, niſi ſigno aliquo conſpicui, ſymboloque notati fuiſſent. Gemara Babylonica. איבעיא להו ולנשחט אקשירה קאי או אהעמידה קאי תא שמע דתני רב יוסף קשר לשון של זהורית בראש שעיר המשתלח והעמידו כנגד בית שילוחו ולנשחט כנגד בית שחיטתו שלא יתערב זה בזה ולא יתערב באחרים אי אמרת בשלמא אקשירה קאי שפיר אלא אי אמרת אהעמידה קאי נהי דבחבריה לא מיערב דהאי קטיר ביה והאי לא קטיר ביה באחרי מיהת מיערב אלא לאו שמע מינה אקשירה קאי שמע מינה *Quæſitum eſt ab ipſis; utrum mactando ligatio refertur an ſtatio? Veni, audi, quod tradit R. Joſeph: Alligabat linguam coccineam ad caput hirci emiſſarii, & ſiſtebat eum ad locum unde erat emittendus. & mactando ad domum mactationis, ut nec inter ſe nec cum aliis permiſcerentur, ſi dicas in pace quòd ligatio refertur, bene ſe res habet. ſed ſi dicas quòd ſtatio refertur, quia ſufficit ut non permiſceatur* cum

eum ſocio ſuo quòd illi lingua coccinea alligata erat, huic non item. ſed quomodo non permiſceatur, cum aliis intelligi non poteſt: ſi ligatio refertur, intelligi poteſt.

(4) כא לו אצל פרו שניה, *Ibat ad juvencum ſuum ſecunda vice.*] Prima vice pro ſe, hac vice pro fratribus ſacerdotibus confeſſionem edidit. quia juſſit Deus Aharonem ut pro ſe, & pro domo ſua expiaret; per *domum* autem, non uxorem, ut R. Jehudæ viſum eſt, ſed totam familiam intellexit, & propterea huic confeſſioni verba hæc interponuntur, *&* *filii Aharonis populus ſanctitatis tuæ*, quæ in prima confeſſione prætermiſſa erant. Primùm verò pro ſe expiare debuit, ut purus munduſque pro aliis expiaret. Gemara Babylonica. מאי שנא בוידוי ראשון דלא אמר ובני אהרן עם קדשך ומאי שנא בוידוי שני דאמר ובני אהרן עם קדשך תנא דבי רבי ישמעאל כך היא מדת הדין נהגות מוטב יבא זכאי ויכפר על החייב ולא יבא חייב ויכפר על החייב, *Quid docet in prima confeſſione, quòd non dicit; & filii Aharonis populus ſanctitatis tuæ? & quid docet in ſecunda confeſſione, quòd dicit; & filii Aharonis populus ſanctitatis tuæ? Traditio domus R. Iſmael: pulchrum eſt dicere, Veniat juſtus & expiet pro reis, & non veniat reus & expiet pro reis.*

ג שחטו וקבל במזרק את דמו ונתנו למי שהוא ממרס בו על הרובד הרביעי שבהיכל כדי שלא יקרוש נטל את המחתה ועלה לראש המזבח ופנה גחלים אילך ואילך וחותה מן המעוכלות הפנימיות וירד והניחה על הרובד הרביעי שבעזרה:

3. Mactabat ipſum, (1) & patera excipiebat ſanguinem, (2) dabatque ei qui miſcebat eum (3) ſuper ſcamnum quartum quod erat in ſanctuario, ut non concreſceret. (4) arripuit thuribulum, atque ad caput altaris aſcendebat; prunas hinc inde ſcalpebat, & ex interioribus favillis partem deprompſit, (5) & deſcendebat, poſuitque ſuper ſcamnum quartum quod erat in atrio.

R. OB. DE BARTENORA.

ממרס *Miſcebat*, ſanguinem, ne coagularet ſi reliquiſſet eum intactum donec miniſterium ſuffimenti perfeciſſet. על הרובד הרביע *ſuper ſcamnum quartum*, quilibet ordo pavimenti dicebatur רובד. Sed quod dicit הרובד הרביעי שבהיכל *quartus ordo qui erat in templo*, exponi nequit, quartus ordo intra templum, à porta templi & interius; quia ſcriptum eſt Levit. 16, 17. וכל אדם לא יהיה באהל מועד וגו׳ Sed exponi debet *quartus ordo templi*, nimirum, quartus ordo qui erat in atrio, quando è templo exibat in atrium enumerabat ordines ſive ſcamna pavimenti, deponens ſanguinem ſuper quartum ſcamnum, ubi erat qui miſcebat eum; nam intra templum id fieri non poterat, uti diximus. Præterea auferebat prunas, & deponebat thuribulum in quarto ſcamno atrii, donec digitos ſuos ſuffitu impleviſſet, & eum immiſiſſet acerræ; deindè ferebat interius acerram & thuribulum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ממרס *Miſcebat*, miſcebat ſanguinem, ne condenſaretur, רובד notat *ſcamnum.*

SHERINGAMIUS. (1) שחטו, *Mactabat ipſum.*] Cæteris diebus extraneo fas erat mactare victimas. In Paſchate legem violaſſent, niſi agnus immolandus ab extraneis occiſus fuiſſet, ut ex cap. 5. *Peſachim* conſtat, ubi tres turmæ huic negotio deſignantur, quod confirmant Talmudici ab *Exod.* XII. 6. Sed in die expiationis juvencum illum mactare extraneis non licuit, ſed Sacerdoti magno hoc injunctum eſt, *Lev.* XVI. 11. Diſputant tamen de hac re Talmudici ad præcedentem Miſchnam, & ſuas traditiones in utramque partem afferunt. Dicit enim R. Jochanan, omnia ſacrificia, hoc ſolo excepto, ab extraneis mactari poſſe: alii ne hoc quidem excludunt.

(2) וקבל במזרק את דמו, *& patera excipiebat ſanguinem.*] Ad hunc modum Ethnici ſacrificiorum ſuorum ſanguinem patera exceperunt. Homer. Odyſſ. lib. 3.

--- πέλεκυν δὲ μενεπτόλεμος Θρασυμήδης
Ὀξὺν ἔχων ἐν χειρὶ παρίστατο, βοῦν ἐπικόψων.
Περσεὺς δ' ἀμνίον εἶχε.
--- *ſecurim autem bellicoſus Thraſymedes*
Acutam geſtans in manu aſtabat, bovem cæſurus.
Perſeus autem pateram ſanguini recipiendo tenebat.

Virgilius lib. 6. Æneid.

Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris.

(3) ונתנו למי שהוא ממרס בו, *Dabatque ei qui miſcebat eum.*] Id eſt, qui agitabat, ut partes ſanguinis attereret & attenuaret, ne concreſcerent, dum ſacerdos ſuffitui adolendo operam daret.

(4) כדי שלא יקרוש, *Ut non concreſceret.*] Concreſcere ſanguinem, cùm primùm è corpore exierit, ſatis notum. hoc ideo fit pleriſque animalibus, quia ſanguis eorum fibris refertus eſt, à quibus condenſatur, ni eximantur. Ariſtoteles de Hiſtor. Animal. lib. 3. cap. 19. καὶ ἐν τῷ ζώῳ θερμὸν καὶ ὑγρὸν ἀεί. ἐξιὸν δὲ ἔξω, πήγνυται πάντων πλὴν ἐλάφου καὶ προκός, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιαύτην ἔχει φύσιν. τὸ δ' ἄλλο αἷμα πήγνυται ἐὰν μὴ ἐξαιρεθῶσιν ἶνες, *& quidem in animali ſanguis ſemper calidus humiduſque eſt. at ubi effluxerit, concreſcit omnium, præterquam cervorum & damarum, & ſi quod aliud naturâ ejuſmodi ſit. itaque cæterorum omnium ſanguis ſpiſſari ſolet, niſi fibræ eximantur.* Sacerdotes igitur, ut ſanguinem liquidum tenuemque conſervarent, partes ejus baculo atterebant, aut cochleari agitabant volvebantque. In hunc quoque finem vaſculis utebantur acuminatis, ut traditur in codice *Peſachim* cap. 5. ולא היו לבזיכין שוליים שמא יניחום ויקרש הדם, *Et non erant funda phialis, ne fortè deponerent ipſas, & ſanguis concreſceret.*

(5) וחותה מן המעוכלות הפנימיות, *Et ex interioribus favillis partem deprompſit.*] Per מעוכלות in hoc loco *prunæ craſſiores* ſignificantur, quibus ignis conſopitus, ſed non penitus extinctus ſit. *Favillas* tranſtuli, contra quorundam criticorum authoritatem, qui favillam ajunt eſſe igne deſertam ſcintillam, Sed in hoc antiquitati adverſantur. Martialis lib. 1. Epigram. 43.

Ardentes avido bibit ore favillas.

In primo capite codicis *Tamid* habes מאוכלות per א, quod magis Hebraicum eſt. ibi Rabbini inter מעוכלות & מאוכלות hanc eſſe differentiam ſtatuunt, quòd per מעוכלות prunæ majores & craſſiores, הגחלים גמורים deſignantur: per מאוכלות verò, prunæ quæ valdè comeſæ ſunt, & penè in cineres redactæ הגחלים שנאכלו היטב והן קרובים להיות דשן. Sed hæc diſtinctio non videtur univerſim admittenda, nam in quinto capite ejuſdem codicis מאכלות de prunis majoribus & craſſioribus uſurpari clarum eſt. Vide Bartenoram ad cap. 5. codicis *Tamid.*

(6) והניחה על הרובד הרביעי, *Poſuitque ſuper ſcamnum quartum.*] Depoſuit thuribulum ſuper ſcamnum ſive areolum quar-

quartum, ut pugillum ſuum ſuffimento impleret. Bartenora: וחותה את הגחלים ומניח את המחתה עד שיחפון בחפניו הקטורת ויתן לתוך הכף ואח"כ יכנים כף ומחת' לפני׳. *Deprompſit favillas, depoſuitque thuribulum, donec plenum pugillum ſuum ſuffimenti caperet & in cupam imponeret, & poſtea cupam thuribulumque portaret in ſanctum ſanctorum.*

ד בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך של זהב והיום חותה בשל זהב ובה היה מכנים בכל יום חותה בשל ארבע קבין ומערה בתוך של שלש קבין והיו' חותה בשל שלשה קבין ובה היה מכנים ר' יוסי אומר בכל יום חותה בשל סאה ומערה בתוך של שלשה קבין והיום חותה בשל שלשה קבין ובה היה מכנים בכל יום היתה כבדה והיום קלה בכל יום היתה ידה קצרה והיום ארוכה בכל יום היה זהבה ירוק והיום אדום דברי רבי מנחם בכל יום מקריב פרס בשחרית ופרס בין הערביי' והיום מוסיף מלא חפניו בכל יום היתה דקה והיום דקה מן הדקה:

4. In omni die deprompſit thuribulo argenteo & in aureum infundebat: (1) hodie deprompſit aureo, & intrabat cum eo. (2) In omni die deprompſit thuribulo quod quatuor cabos continebat, & in alterum infundebat quod tres cabos capiebat: hodie deprompſit thuribulo quod tres cabos capiebat, & intrabat cum eo. R. Joſe ait: In omni die deprompſit thuribulo, quod Satum continebat, & in alterum infundebat, quod tres cabos continebat; hodie deprompſit thuribulo, quod tres cabos continebat, & intrabat cum eo. In omni die grave, hodie leve: (3) in omni die manus ejus brevis erat, hodie longa: (4) in omni die aurum ejus viride erat, hodie rufum: (5) verba Rabbi Menachem. In omni die offerebat dimidiam libram mane, & dimidiam libram veſperi: (6) hodie plenum pugillum ſuum addebat. (7) in omni die tenue erat, hodie tenue ex tenui (8).

R. OB. DE BARTENORA.

בכל יום *Omni die*, quando capiebat prunas de ſecundo ordine lignorum foci pro ſuffimento, ad portandum illud ad altare interius in ſuffimentum matutinum & veſpertinum. חותה בשל כסף ומערה בתוך של זהב *capiebat thuribulo argenteo, & infundebat in aureum*, at non capiebat aureo thuribulo, quia inſtrumentum conſumitur quando illo ſæpius capiuntur prunæ, & Lex etiam parcit ſumptibus Iſraëlis.

והיום חותה בשל זהב *Sed hodie capiebat aureo*, ne ſummo pontifici imponatur onus evacuandi ex uno inſtrumento in aliud. כבדה *grave*, quod erat denſum; קלה *Leve*, eo quod latus erat tenue. והיום ארוכה *at hodie longa*, ut ejus brachium adjumento eſſet pontifici maximo. והיום אדום *& hodie rubrum*, ex auro quod vocabatur זהב פרוים, eo quod erat ſimile ſanguini taurorum. פרס eſt dimidium *minæ*: דקה מן הדקה *tenue de tenui*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 16, 12. ומלא חפניו קטרת סמים דקה Sed quare Scriptura jam dixit Exod. 30. 35. שחקת ממנה הדק Ad docendum nos, quod ſuffimentum diei expiationis *tenue de tenui*, id eſt tenuiſſimum fuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חותה Notat tantum auferre ignem, eſtque vocabulum Ebraicum, ſic Jeſ. 30, 14. ולחתות אש מיקוד at pontifici maximo non incumbebat removere ignem ex uno thuribulo in aliud die expiationis, ne nimio labore defatigaretur, ſed id ipſum thuribulum quo removebat ignem ab altari, uſurpabat intra, & levius erat thuribulo quo utebatur quotidie, & anſa ejus erat major & longior, ut eo facilius illud portare poſſet. Quantitatem Cabi autem jam expoſuimus, ut & Sati, ac reliqua pondera & menſuras in fine tractatus Pea. פרס eſt media pars minæ, ſive pondus quinquaginta denariorum. Dicit autem Deus benedictus de ſuffimento continuo Exod. 30, 35. ושחקת ממנה הדק Et de die expiationis dicit Levit. 16, 12. ומלא חפניו קטרת סמים דקה Quando autem hic dicit דקה, putat id quod benè commolitum eſt, & hoc eſt דקה מן הדקה *minutum de minuto*, id eſt, minutiſſimum.

SHERINGAMIUS. (1) בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך של זהב, *In omni die deprompſit thuribulo argenteo & in aureum infundebat.*] Sic etiam & reliqui ſacerdotes, ut liquet ex quinto capite codicis *Tamid.* מי שזכה במחתה נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הלך וחתה מן המאכלות הפנימיות ירד ועירן לתוך של זהב. *Qui ſortitus erat thuribulum ſumpſit thuribulum argenteum, & ad caput altaris aſcendit, prunas ſcalpſit, & ex interioribus favillis partem accepit, deſcendit, & in thuribulum aureum effudit.* Cæteris verò diebus thuribulo aureo non deprompſerit, quia hoc nimis thuribulum aureum attriviſſet, חתיית הגחלים שוחק הכלי, ut inquit Bartenora: thuribulo idcirco argenteo deprompſerit, & in aureum effuderit. Sed in die expiationis, quo multa erant peragenda, aureo deprompſerit, ut aliquantulum onere levatus eſſet, nec favillas ex uno vaſe in aliud fundere cogeretur.

(2) ובה היה מכנים, *Et intrabat cum eo.*] In ſanctum ſanctorum.

(3) בכל יום היתה כבדה והיום קלה, *In omni die grave erat, & hodie leve.*] De thuribulo hoc dictum. quod hodie leve erat, ne Sacerdotem magnum fatigaret.

(4) והיום ארוכה, *Et hodie longa.*] Manus, id eſt, anſa thuribuli, hodie ſolito longior erat ut brachio inniti poſſet, atque inde Sacerdos magnus ſubſidium oneri geſtando haberet.

(5) בכל יום היה זהבה ירוק והיום ארום, *In omni die aurum ejus viride erat, & hodie rufum.*] Thuribulum, quo ſingulis diebus odores incendebantur, ex auro viridi conſtabat, quod minus pretioſum erat, ſed pretioſum tamen. Martial. lib. 12. Epigram. 15.

Miratur Scythicas virentis auri
Flammas Jupiter, & ſtupet ſuperbus
Regis delicias.

Sed in die expiationis thuribulum rutilante auro coruſcabat, quod genus auri pretioſiſſimum & præſtantiſſimum fuit, & זהב פרוים, ut ajunt Talmudici, vocabatur, שדומה לדם הפרים, *quia juvencorum ſanguinem ſpecie referebat.* Quamvis veriſimilius videtur à nomine loci ſic vocari. Vide 2 Paralip. III. 6.

(6) בכל יום מקריב פרס בשחרית ופרס בין הערביי. *In omni die offerebat dimidiam libram mane, & dimidiam libram veſperi.*] פרס tranſtuli *dimidiam libram.* Sic R. Solomon Jarchi. פרס חצי מנה. Maimonides ait pondus eſſe quinquaginta denariorum, פרס חצי המנה ר"ל משקל חמשים דינר, ſingulis nempe diebus libram unam ſuffimenti tenuis ſuper altare thymiamatum adolebant, cujus dimidiam partem mane, & dimidiam veſperi offerebant.

(7) והיום מוסיף מלא חפניו, *Hodie plenum pugillum ſuum addebat.*] Vide *Lev.* XVI. 12.

(8) והיום דקה מן הדקה, *Et hodie tenue ex tenui.*] Quomodo hoc fiebat diſcas ex *Seder Maamadoth.* פטום הקטורת כיצד שלש מאות ששים ושמונה מנים היו בה שלש מאות וששים וחמשה כמנין ימות החמה שלש שהיה מוסיף כהן גדול בערב יום הכפורים ומחזירן למכתשת ונוטל ממנה מלא חפניו כדי לקים מצות דקה מן הדקה. *Confectio ſuffimenti quomodo fit? ter centum ſexaginta & octo libræ erant in eo; ter centum ſexaginta & quinque juxta numerum dierum ſolis, tres Sacerdos magnus veſpera diei expiationis addebat, & redire fecit ad mortarium, & accepit ex illo plenitudinem pugillorum ſuorum, ut præſtaret mandatum tenue ex tenui.*

ה בכל יום כהנים עולין במזרחו של כבש ויורדים במערבו והיום כהן גדול עולה באמצע ויורד באמצע רבי יהודה אומר לעולם כהן גדול עולה באמצע ויורד באמצע בכל יום כהן גדול מקדש ידיו ורגליו מן הכיור והיום מן הקיתון של זהב רבי יהודה אומר לעולם כהן גדול מקדש ידיו ורגליו מן הקיתון של זהב:

5. In omni die Sacerdotes gradus aſcendebant ea parte qua orienti proximè jacebant, & deſcendebant qua occidentem ſpectabant; hodie Sacerdos magnus aſcendebat in medio & deſcendebat in medio. (1) R. Jehuda dicit; ſemper Sacerdos magnus aſcendebat in medio, & deſcendebat in medio. In omni die Sacerdos magnus manus & pedes ſanctificabat labro æneo, hodie pollubro aureo. R. Jehuda dicit; ſemper Sacerdos magnus manus & pedes ſanctificabat pollubro aureo.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל יום עולין במזרחו של כבש *In omni die ſacerdotes aſcendebant ad orientem graduum*, nam Dominus quidam dixit, *omnes viæ per quas reverteris ſunt ad latus dexterum*, quod oriens erat, nam gradus erant ad meridiem, ideoque aſcendebant per orientem ad altare, ad revertendum ad latus dexterum. והיום כהן גדול עולה באמצע *hodiè pontifex maximus aſcendebat per medios gradus*, propter excellentiam ſuam, & quod erat ut filius familiæ incedens per quamcunque partem domus volebat, id quod reliqui ſacerdotes facere non poterant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Propter honorem pontificis maximi impoſuerunt ſacerdotibus, ut coram eo aſcenderent & deſcenderent per medios gradus; ſic etiam propter honorem ſuum lavabat manus & pedes ſuos è thuribulo aureo ſolus, exceptis cæteris ſacerdotibus; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

SHERINGAMIUS. (1) והיום כהן גדול עולה באמצע ויורד באמצע, *Et hodie Sacerdos magnus aſcendebat in medio, & deſcendebat in medio.*] Alia lectio. והיום עולים באמצע ויורדים באמצע, *& hodie aſcendebant in medio, & deſcendebant in medio.* Sed lectio prior à Gemaricis recepta eſt, qui hoc Sacerdoti magno honoris cauſa conceſſum eſſe affirmant.

ו בכל יום היו שם ארבע מערכות והיום חמש דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר בכל יום שלש והיום ארבע רבי יהודה אומר בכל יום שתים והיום שלש:

6. In omni die quatuor erant ibi lignorum ordines, & hodie quinque; (1) verba R. Meir. R. Joſe dicit; in omni die tres, & hodie quatuor. R. Jehuda dicit; in omni die duo, & hodie tres.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל יום *Omni die*, altare exterius habebat quatuor ordines lignorum, in quibus ardebat ignis; unus erat ordo magnus ſuper quem offerebatur ſacrificium continuum; ordo ſecundus erat is de quo ſumebant ignem pro altari ſuffimenti, ordo tertius erat ad conſervandum ignem, ut nunquam deeſſet illic, ordo quartus erat pro membris ſacrificii continui veſpertini, quando veſperi nondum conſumpta, & tota nocte nondum combuſta erant, comburebantur in hoc ordine. Sed die expiationis addebant alium ordinem, undè ſumebant prunas pro ſuffitu, qui deferebatur in ſanctum ſanctorum.

רבי יוסי אומר בכל יום R. *Joſe dicit omni die*, quia tribus in locis Levit. 6. ſcriptum eſt, על מוקדה על המזבח כל הלילה עד הבקר undè innuitur ordo magnus; & ואש המזבח תוקד בו undè innuitur ordo ſecundus pro ſuffitu: & והאש על המזבח תוקד בו לא תכבה undè innuitur tertius ordo ad conſervandum ignem. R. Joſe putat non fuiſſe quartum ordinem pro membris nondum bene combuſtis, nam putat iſtiuſmodi membra comburi ad latera ordinis magni.

רבי יהודה אומר בכל יום שתים R. *Jehuda dicit quotidie duo*, nam putat tertium ordinem non fuiſſe ad conſervandum ignem; & tertium verſum, ubi dicitur והאש על המזבח תוקד בו לא תכבה exponit R. Jehuda hoc ſenſu, ut, ſi quis incendat ligna minuta in ordine magno, non poſſit incendere ea in pavimento, & incenſa deferre ad altare, ſed quod debet ea incendere in ſummitate altaris; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מערכה Eſt collectio lignorum ordine diſpoſitorum & accumulatorum in quibus accenditur ignis. R. Jehuda dicit, quod in altare exterius erant ordines lignorum duo, unus magnus ſuper quem offerebatur ſacrificium juge; & ſecundus de quo ſumebant ignem thuribulo pro ſuffitu, uti diximus. R. Joſe dicit, quod tertium quoque faciebant ordinem ad conſervandum ignem, ut nunquam extingueretur illic. R. Meyr dicit, quod quartum etiam ordinem faciebant, ſuper quo comburebant membra ſacrificii continui veſpertini, quæ ignis non combuſſerat totam noctem. Sed omnes conveniunt de duobus ordinibus, quia traditione tenemus id quod dicitur Levit. 6, 2. על מוקדה על המזבח כל הלילה עד הבקר eſſe ordinem magnum: & quod dicitur, ואש המזבח תוקד בו eſſe ordinem ſecundum pro ſuffitu: & quod deindè dicitur והאש על המזבח תוקד בו לא תכבה dicit R. Joſe eſſe ordinem tertium ad conſervandum ignem. R. Jehuda dicit, hoc referendum eſſe ad ordinem antecedentem. R. Meyr dicit, fuiſſe ſpecialem ordinem pro membris non conſumptis per totam noctem. Alii dicunt ea reſidua comburi ad latus ordinis magni; ſed omnes in eo conveniunt unum ordinem addititium fuiſſe die expiationis, propter pulchritudinem conſpectus populi; deciſio eſt juxta R. Joſe.

SHERINGAMIUS. (1) בכל יום היו שם ארבע מערכות והיום חמש וגו׳, *In omni die quatuor ibi erant lignorum ordines*,

dines, & hodie quinque, &c.] מערכה apud Lexicographos generaliter *ſtruem*, *diſpoſitionem*, *ordinem* cujuſcunque rei ſignificat: ſed Talmudicis, ubi ad altare refertur, peculiarem habet ſignificationem, & *ordinem lignorum* denotat, quæ ſuper altare cremandis ſacrificiis, aut aliis miniſteriis peragendis imponuntur. Juxta ſententiam R. Meir quinque erant hujuſmodi ordines in die expiationis. Primus erat, ut in Gemara explicatur, מערכה גדולה, quo ſacrificium juge comburebant. Secundus erat מערכה שנייה של קטורת, unde prunas ſuffitui adolendo ſumpſerit. Tertius מערכה של קיום האש, quo primum ordinem reſtaurabant ſi ligna ejus defeciſſent. Quartus erat מערכה לאיברים ופדרין שלא נתעכלו מבערב, cui membra & omenta, quæ à ſacrificio veſpertino uſque ad ſequentem auroram non conſumebantur, impoſuerint. Quintus מערכה שמוסיפין בו ביום, unde Sacerdos magnus prunas ad ſuffiendum hauſerit, cum intravit ſanctum ſanctorum.

Suffimentum ad Sacerdotem magnum adductum. §. 1. *Modus pugillationis. Ibid. De duplici velo. Ibid. Quomodo Sacerdos magnus intravit ſanctum ſanctorum. Ibid. Quomodo ſuffimentum adolevit. Ibid. Quomodo exiit. Ibid. De lapide fundationis.* §. 2. *Templi luſtratio.* §. 3. 4. 5. *Decurſus ſanguinis in torrentem Kedron.* §. 6. *Quo ordine ſingula miniſteria peracta ſunt.* §. 7.

פרק ה הוציאו לו את הכף ואת המחתה וחפן מלא חפניו ונתן לתוך הכף הגדול לפי גדלו והקטן לפי קטנו וכך היתה מידתה נטל את המחתה בימינו ואת הכף בשמאלו היה מהלך בהיכל עד שמגיע לבין שתי הפרוכו׳ המבדילו׳ בין הקדש ובין קדש הקדשי׳ וביניהן אמה ר׳ יוסי אומר לא היתה שם אלא פרוכת אחת בלבד שנאמר והבדילה הפרוכת לכם בין הקדש ובין קדש הקדשים החיצונה היתי פרופה מן הדרום והפנימית מן הצפון מהלי׳ ביניהן עד שמגיע לצפון הגיע לצפון הופך פניו לדרום מהלך לשמאלו עם הפרוכת עד שהוא מגיע לארון הגיע לארון נותן את המחתה בין שני הבדים צבר את הקטורת על גבי גחלים ונתמלא כל הבית כולו עשן יצא ובא לו בדרך בית כניסתו ומתפלל תפילה קצרה בבית החיצון ולא היה מאריך בתפילתו שלא להבעית את ישראל :

Caput 5. Deprompſerunt ei cupam (1) thuribulumque: (2) plenum pugillum ſuum accepit, (3) & in cupam infudit, (4) magnus juxta magnitudinem ſuam, & parvus juxta parvitatem; (5) & ſic erat menſura (6). Thuribulum dextra accepit & cupam ſiniſtra. (7) in ſanctuario ibat donec inter duo vela pervenerat, quæ inter ſanctum & ſanctum ſanctorum dividebant, & cubito inter ſe diſtabant. R. Joſe dicit, unum duntaxat erat velum; (8) quia dicitur, & dividet velum vobis inter ſanctum & ſanctum ſanctorum: exterius duplicatum erat à meridie, interius à ſeptentrione. Ibat inter ea donec ad ſeptentrionem pervenerat; cum ad ſeptentrionem perveniſſet, facie in meridiem verſa, ſiniſtrorſum ibat prope velum donec ad arcam pervenerat; cum ad arcam perveniſſet, thuribulum inter duos ejus vectes collocabat, ſuper prunas ſuffimentum congerebat, & tota domus repleta erat fumo. (9) exibat retrorſum. (10) & brevem orationem in domo exteriori recitabat, nec diu orationi inſiſtebat, ne Iſraëli metum incuteret (11).

R. OB. DE BARTENORA.

הוציאו לו *Deprompſerunt ei*, è conclavi vaſorum; וכך היתה מידתה *& ſic erat menſura ejus*, quemadmodum erat menſura exterior, ſic etiam erat interior, quemadmodum extra capiebat pugillo ſuo propriè, & non vaſe, ſic etiam intra, quando evacuabat thuribulum à ſuffitu, evacuabat pugillo ſuo, & non evacuabat vaſe juxta menſuram pugilli ſui confecto, ſed pugillo ſuo proprie. נטל את המחתה בימינו *accepit dextra thuribulum*, quia grave erat, & calidum, ſed acerra ſuffitus erat levior hoc, propterea מחתה capiebat dextra, at כף ſiniſtra.

היה מהלך בהיכל *Ibat in ſanctuario*, ingrediebatur in illud ad occidentem: לבין שתי הפרכות *inter duo vela*, quia in templo ſecundo dubium erat de interſtitio quod dividebat inter ſanctum & ſanctiſſimum, quod fuit in templo primo, quodque erat craſſitiei unus cubiti, an cubitus ille eſſet loci interioris, an exterioris; ideo duo fecerunt vela, unum intra, & alterum extra, inter quæ erat interſtitium unius cubiti, ad colligendum inter ea craſſitiem interſtitii.

החיצונה היתה פרופה מן הדרום *Exterius duplicatum erat à meridie*, Sapientes hoc dicunt, & R. Joſi contrarii ſunt, dicentes id quod ſcriptum eſt והבדילה הפרוכת לכם tantum intelligi de tabernaculo. פרופה πόρπη notat extremitatem veli duplicatam ad latus exterius, & aureo uncinulo annexam, ut velum apertum eſſet à plaga meridionali.

מהלך בניהם *Ibat inter ea*, ibat per partem meridionalem donec perveniſſet ad partem in ſeptentrione annexam. עד שמגיע לצפון *donec perveniſſet ad ſeptentrionem*, quando intrabat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In templo primo erat velum unum, at in templo ſecundo duo, propter dubium aliquod quod ipſi innovatum erat tempore ædificationis; quod etiam ſuo loco in tractatu Middot exponetur. Sed R. Joſe hoc dubium putat rem claram eſſe, & figuram veli ejuſmodi eſſe, idque notari quando dicitur לא היתה שם אלא פרכת אחת בלבד *non erat illic niſi unum velum tantum*, & quod dicitur, עד שהוא מגיע לארון *donec ad arcam pervenerat*, id eſt, ad locum arcæ, nam in templo primo in quo erat arca, unum tantum erat velum, hic autem refertur ordo templi ſecundi, in quo non erat arca, ſed duo vela.

ובא לו בדרך בית כניסתו *Et exibat ea via quam ingreſſus erat*, retrorſum incedebat in exitu ſuo, & faciem in ſanctum ſanctorum vertebat, & terga dabat portæ; hoc autem fiebat propter honorem creatoris. Idem faciebant ſacerdotes à miniſterio redeuntes, nec non Levitæ à Duchan revertentes, & Iſraëlitæ à ſtatione revertentes retrorſum omnes incedebant; ejuſmodi autem erat argumentum orationis, *ſit beneplacitum coram Domino Deo noſtro, ut, ſi hic annus ſit calidus, is ſi pluvioſus, & non removeatur dominium à domo Jehudæ, & populo tuo domui Iſraëlis non deſit nutrimentum, & oratio viatorum non ſit accepta coram Te*; verbum vero שרוב *calidum*, eſt Chaldaicum, ſic 1 Reg. 1, 1. ולא יחם לו Targum dicit ולא מחין ליה Orabat ergo Deum ut anni tempeſtatem moderari vellet, quod magnum bonum eſt hominibus, & beſtiis; nam quando aër temperatus eſt, corpora ægrotorum ſanantur, & ſalus conſervatur. Prima enim

trabat ſanctum ſanctorum, vertebat faciem ſuam ad meridiem, ut iret inter vectes, quod eſt in media domo, nam vectes erant longi & pertingebant uſque ad velum, una extremitas ad occidentem, altera vero ad orientem, una ad extremitatem arcæ ad ſeptentrionem; alia ad aliam extremitatem meridionalem.

בדרך השמאלו עם הפרוכת *Ibat ad ſiniſtram propè velum*, ibat à ſeptentrione ad meridiem, quomodo ſiniſtra ſua erat ad orientem, & velum etiam erat ad orientem, undè fiebat ut *ſiniſtra* ſua eſſet *prope velo*. עד שהוא מגיע לארון *donec perveniſſet ad arcam*, ad locum arcæ, nam propriè de arca non eſt intelligendum, quia in templo ſecundo non erat arca. בדרך כניסתו *per viam exitus ſui*, retrorſum incedebat facie ſua ad arcam converſa. מתפלל תפילה קצרה *orationem brevem orabat*, hujus argumenti, *ſit beneplacitum coram Domino Deo noſtro, ut, ſi hic annus ſit ſiccus, pluvioſus ſit, & non removeatur ſceptrum à domo Jehudæ, & populo tuo domui Iſraël non deſit nutrimentum, & oratio viatorum non ſit accepta coram te, quia viatores ſemper petunt ne pluat.* בבית החיצון *in domo exteriori*, בהיכל *in palatio*. שלא להבעית את ישראל *ne metus incuteretur Iſraëli*, putanti eum eſſe mortuum.

enim Dei benedictio eſt Deut. 7, 15. והסיר יהוה ממך כל חולי Deindè vero orabat pro conſervatione regni, ejuſque rectitudine & fidelitate, id quod maxime neceſſarium eſt. Poſtquam vero pro duabus iſtis rebus generalibus oraviſſet, orabat pro cujuſque hominis neceſſitate particulari, ut Deus cujuſque opera diſponere vellet, ne unus alium orare cogeretur. Tandem orabat pro pluviis & dicebat אל תכנס לפניך תפלת עוברי דרכים *Ne perveniat ad faciem tuam oratio viatorum*, quia viatores ſemper petunt ſplendentem ſolem, & aërem clarum & ſiccum, ut non pluat.

שלא להבעית את ישראל *Ne Iſraëli metum incuteret*, nam ſi diu commorabatur, metuebat Iſraël ne ipſi mors obveniſſet, nam multi Pontifices maximi mortui ſunt in ſancto ſanctorum, ſi inepti erant, aut opus ſuffitus mutabant; ita enim Deus benedictus Aaroni dixit Levit. 16, 2, & 13.

SHERINGAMIUS. (1) הוציאו לו את הכף, *Deprompſerunt ei cupam.*] Ex conclavi vaſorum; מלשכת הכלים, ut ait Gemara, ubi totus apparatus vaſarius occludebatur. Græci poſteriores σκευοφυλάκιον vocant: habuerunt enim & ipſi in ſuis templis conclavia, quibus calices & quicquid erat vaſariæ ſuppellectilis cuſtodiebant. Codinus de ſtructura templi S. Sophiæ. ἔςι ἢ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον σὺν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου. *Locus autem ædium ejus, quem dedit magnæ Eccleſiæ, totum conclave vaſarium cum templo S. Petri continet.* Deprompſerunt autem cupam, ut ſuffimentum in ea in ſanctum ſanctorum deportaret, neque enim in thuribulum, quo odores incendebantur, injicere licebat, antequam intra velum ingreſſus eſſet, ut in primo capite habetur, ubi ſacerdotes dicuntur juramentum ab eo exegiſſe, ne Sadducæorum more adoleret.

(2) ואת המחתה, *Thuribulumque.*] In thuribulo illo ſuffimentum non incendebatur, nam quod huic miniſterio deſtinatum erat, in quarto atrii ſcamno relictum fuiſſe ſuperiori capite dictum. Iſthoc verò thuribulum ſuffimento plenum erat, ipſumque è domo Abtines, non è conclavi vaſorum, deprompſerint. Gemara Babylonica. הוציאו בו כף ריקן מלשכת הכלים ומחתא גדושה של קטורת מלשכת בית אבטינס, *Deprompſerunt ei cupam vacuam è conclavi vaſorum, & thuribulum plenum ſuffimento è conclavi domus Abtines.* Deprompſerunt autem thuribulum ſuffimento plenum, ut Sacerdos magnus pugillum ſuum impleret.

(3) וחפן מלא חפניו. Ad verbum, *Et pugillavit plenitudinem pugillorum ejus.*] Inter omnia templi miniſteria hoc maximè difficile erat, & propterea pridie diei expiationis, ut ſuprà traditum eſt, Sacerdotem magnum in domum Abtines ducebant, ut ſingula quæ opus erant addiſceret. Modus verò pugillationis (ut cæteras eorum traditiones, quæ in Gemara Babylonica recenſentur, omittam) talis erat חופה שלש אצבעותיו על פיסת ידו וקומץ ובמחתב ובמרחשת מותק בגודלו מלמעלה ובאצבעו קטנה מלמטה, *Tribus digitis operuit volam, & pugillum accepit, & in craticulam, & in patellam abraſit pollice quod ſupra erat, & minimo digito quod infra.*

(4) ונתן לתוך הכף, *Et in cupam infundebat.*] Pugillum è thuribulo carpſerit, & in cupam infuderit, quia thuribulum ſuffimento plenum grave erat, nec ſecum commodè Sacerdos magnus in ſanctum ſanctorum deferre poterat.

(5) הגדול לפי גדלו והקטן לפי קטנו, *Magnus juxta magnitudinem ſuam, & parvus juxta parvitatem ſuam.*] Hoc indicat Miſchna, Sacerdotem magnum aliquando plus, aliquando minus carpſiſſe, prout pugillus illi major aut minor extiterit: nonnulli enim grandi ſtatura erant, quibus plerumque major erat pugillus; alii ſtatura humili, quibus minor.

(6) וכן היתה מידתה, *Et ſic erat menſura.*] Verba hæc variè exponuntur à Talmudicis. à quibuſdam referuntur ad cupam, וכן היתה מידתה כף ביום הכפורים, *& ſic erat menſura cupæ in die expiationis.* quaſi cupa fuiſſet æqualis pugillo Sacerdotis magni, & ſingulis annis ad menſuram ejus facta. ſed in *Toſaphoth* contra hoc diſputatur; quia, ſi cupa non fuiſſet major pugillo Sacerdotis magni, ægrè abſtinuiſſet quin partem ſuffimenti diſſipaſſet. In *Torath Cohanim* verba hæc referuntur ad ſuffimentum, וכן היתה מידתה קטורת, *& ſic erat menſura ſuffimenti.* Et juxta hanc expoſitionem, innuit Miſchna, nullam fuiſſe ſtatam menſuram, quæ pugilli quantitatem contineret, qua ſuffimentum è thuribulo carpſerit; ſed pugillum ipſum ſacerdotis magni, qui aliquando major, aliquando minor erat, menſuram ejus fuiſſe, atque hoc etiam in ſancto ſanctorum, ubi ſuffimentum è cupa denuò ſumpſerit, ut in thuribulum aureum funderet.

(7) נטל את המחתה בימינו ואת הכף בשמאלו, *Thuribulum dextra accepit, & cupam ſiniſtra.*] Hæc non ſunt intelligenda de thuribulo quod ſuffimento plenum erat, ſed de thuribulo in ſcamno quarto, ſive areola quarta atrii relicto, quod quia gravius erat dextra, & cupam quia levior ſiniſtra manu ferebat.

(8) רבי יוסי אומר לא היתה שם אלא פרוכת אחת בלבד, *Rabbi Joſe dicit, unum duntaxat erat velum.*] In tabernaculo & in templo primo unum tantum erat velum, ſed in templo ſecundo duo fuiſſe vela, ſecus quàm ſentit Rabbi Joſe, ſtatuit Gemara Babylonica. cujus rei ratio hæc erat, quòd in templo primo paries erat intergerinus, cubitum latus, qui adytum à domo exteriori ſeparabat. cujus ſanctitas cum ambigua controverſaque eſſet, nec ſcirent qui templum ſecundum extruebant, an ad adytum an ad domum exteriorem pertineret, ſpatium intergerini parietis vacuum reliquerunt, & utrinque ei velum appenderunt, ut quocunque eventu errorem poſſent eluctari. Gemara Babylonica. שפיר קאמר להו רבי יוסי לרבנן ורבנן אמרו לך הני מילי במשכן אבל במקדש שני כיון דלא הואי אמה טרקסין ובמקדש ראשון הוא דהואי ואיסתפקא להו לרבנן בקרושתיה אי כל פנים אי כל חוץ ועבדו שתי פרוכות. Vide etiam Bartenoram ad codicem *Middoth* cap. 4. num. 7.

(9) ונתמלא כל הבית כולו עשן, *Et tota domus repleta erat fumo.*] Fumus, qui à ſuffimento incenſo in die expiationis aſcendebat, in ſacra Scriptura *nubes* vocatur, *Levit.* XVI. 2. *Quia in nube conſpiciar ſupra propitiatorium.* Fumum *nubem* vocari aliàs quoque non eſt inuſitatum. Virgilius Æneid. 3.

Horrificis juxta tonat Ætna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente favillâ.

(10) יצא ובא לו בדרך בית כניסתו. Ad verbum, *Exibat, & ibat ſibi in via domus introitus ejus.*] Senſus eſt, exibat ea via & eo modo quo intrabat, facie ſcilicet in meridiem versâ, retrorſùm enim inceſſit cum exiit, ne in ſanctum ſanctorum

ctorum terga verteret. Sic verba hæc explicat Maimonides ad præſentem Miſchnam. היה יוצא אחוריו ופניו כלפי קדש הקדשים ואחריו אל החוץ. Sic etiam è templo exibant cæteri Sacerdotes, cum miniſterium abſolviſſent; & Levitæ, cum è ſuggeſto populo benedixiſſent; & Stationarii etiam, qui אנשי מעמדות vocabantur, qui ſacrificiis adſtabant quæ totius populi nomine fiebant.

(11) שלא להבעית את ישראל, *Ne Iſraeli metum incuteret.*] Solebant ſacerdotes exitum ad populum maturare, ne ipſos in ſancto ſanctorum mortuos eſſe ſuſpicarentur, & inde metu percellerentur. Multi enim, ut ait Maimonides, morte mulctati ſunt, quod modo indebito adoleviſſent. Vide *Levit.* XVI. 13.

ב משניטל הארון אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים ושתיה היתה נקראת גבוהה מן הארץ שלש אצבעות ועליה היה נותן:

2. Ex quo abducta eſt arca, (1) lapis ibi erat à diebus priorum Prophetarum, & lapis fundationis fuit vocatus; (2) altus è terra tribus digitis, & ſuper ipſum thuribulum collocabat.

R. OB. DE BARTENORA.

ושתיה היתה נקראת *Et lapis fundationis vocatus eſt*, nam eo fundatus eſt mundus, & eo fundavit Deus benedictus ſuum mundum, nam שתיה idem eſt quod יסוד *fundamentum.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שתיה *Lapis fundationis*, id eſt, quod locus miniſterii & cultus divini ſit fundamentum mundi, uti diximus in principio tractatus Aboth.

SHERINGAMIUS. (1) משניטל הארון, *Ex quo abducta eſt arca.*] Quinque erant quæ primi templi dignitatem maximè auxerunt, & ſecundo defuerunt, *viz.* Arca propitiatorii, Cherubini, ignis cœlitùs demiſſus, præſentia Spiritus Sancti, Urim & Thummim. Incertum autem eſt quò delata fuerit arca, aut ubi delituerit: Talmudici tradunt in Babylona cum reliquis templi ornamentis fuiſſe portatam. alii dicunt, Jeremiam prophetam templo abſtuliſſe, eamque in monte Nebo ſpelunca quadam occultaſſe, nec ea de re quempiam ſcire hilum voluiſſe. Gorionides lib. 1. cap. 17. והארון איננו כי לקחו ירמיהו הנביא עם כל היריעות אשר עשה משה עבד יי במדבר וישם אותם בהר נבו וימצא שם מערת ויתנם בתוכה וירדפו הכהנים אשר היו בימים ההם אחרי הנביא להכיר את המקום ויבט ירמיהו אחריו וירא אותם ויקצוף וישבע לאמר כי לא ידע האדם ולא ידע המקום עד בואי אני ואליהו הנביא עבד יי אז נשיב את הארון אל מקומו אל קודש הקדשים אל תחת כנפי הכרובים, *Arca autem non aderat, quia abſtulerat eam Jeremias propheta unà cum omnibus Cortinis quas fecerat Moſes ſervus domini in deſerto, & poſuit eas in monte Nebo, ubi invenit ſpeluncam in cujus concavitatem poſuit eas; cumque ſequerentur ſacerdotes, qui fuerunt in diebus illis, prophetam, ut adverterent locum, reſpiciens Jeremias poſt ſe & videns eos, iratus juravit dicens:* Non *ſciet homo, neque cognoſcetur locus, donec venero ego, & Elias propheta, famulus Domini: tunc reſtituemus arcam in locum ſuum intra ſanctum ſanctorum ſubter alas Cherubim.* Vide 2 Macchab. II.

(2) אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים ושתיה היתה נקראת, *Lapis ibi erat à diebus priorum prophetarum, & lapis fundationis fuit vocatus.*] Ridicula ſunt, quæ de *lapide fundationis*, tam in Gemara, quàm apud alios authores narrantur. Tradunt enim Rabbini, Deum lapidem iſtum in medio mundi, ſive terræ centro collocaſſe. unde nonnulli ajunt *lapidem fundationis* vocari, quia inferius mundi firmamentum, & fundamentum fuerit: quo neſcio an unquam quicquam craſſius excuderint magiſtri. Mundus enim (ut cætera taceam, quæ contra tam illepidum figmentum ratio facilè cuivis ſuggerat) ſuis partibus libratus, iiſdemque tanquam firmiſſimis columnis innixus, fundamento nullo eget. Alii dicunt vocari lapidem fundationis, quia cætera ex ipſo tanquam ex prima materia ſeu primo fundamento creata ſunt, quemadmodum piſces ex mari, & homo ex terra creatus dicitur. Rabbini fortè à Græcis anſam arripuerint fingendi putidiſſimum hoc commentum, qui homines ex lapidibus à Deucalione & Pyrrha projectis procreatos eſſe fabulantur. inde ipſis λαὸς *populus*, quia humanum genus ἐκ τῶν λαῶν *ex lapidibus* ſuam originem traxerit. Euſtathius in 1. Iliad. ὁ δὲ μῦθος μετὰ τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν καὶ τὴν ἐκεῖθεν λειπανθρωπίαν, κελευσθῆναι φησὶ τὸν Δευκαλίωνα, θῦσαι μὲν Διὶ φυξίῳ περὶ τὰ κατὰ τὸν Παρνασσὸν μέρη. εἰς ἀέρα δὲ λάας ἤγουν λίθους ἀφιέναι ὑπὲρ κεφαλῆς. τοὺς μὲν, αὐτόν. τοὺς δὲ, τὴν γυναῖκα Πύῤῥαν. καὶ τὴν θυγατέρα Πανδώραν. ἣν Ἡσίοδος πρώτην γυναῖκα φησί. καὶ πάντας τούτους τοὺς λίθους, εἰς ἀνθρώπους μεταπεσεῖν, ζωωθέντας, καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι λαούς. *Refert fabula, poſt aquarum diluvium, quod temporibus Deucalionis acciderit, & hominum paucitatem exinde ortam, juſſiſſe Deucalionem, ut Jovi averrunco circa partes Parnaſſo finitimas ſacrificaretur: ipſumque unà cum uxore Pyrrha & filia Pandora, quam Heſiodus primam eſſe fœminam ait, lapides ſupra caput in aërem jactâſſe, omneſque iſtos lapides vitales factos, & in homines mutatos eſſe; & exinde* λαοὺς *vocari.* A Græcis fabula hæc ad Latinos quoque pervenerit. Virgilius lib. 1. Georgic.

Continuò has leges, æternaque fœdera certis
Impoſuit natura locis, quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem:
Unde homines nati, durum genus.

Vide & Ovidium lib. 1. Metamorphoſ. qui rem fuſiùs perſequitur. Græcam hanc fabulam occaſionem dediſſe Rabbinis comminiſcendi tam audax & protervum mendacium non eſt improbabile. Addunt inſuper nonnulli lapidem hunc eundem fuiſſe, quem unxit & conſecravit Jacob; quod licèt fabuloſum videatur, inter Judæos tamen, traditionibus Rabbinorum nimis addictos, puto olim receptum fuiſſe. Certè poſt excidium templi lapis viſendus eo nomine peregrinantibus oſtendebatur. Poſtquam verò à Muſlimis urbs Hieroſolyma capta eſt, Omar eorum Imperator ad extremum ejus templum extruxit. Elmacinus lib. 1. cap. 3. Hiſt. Sar. ثم قال عمر رضي الله عنه للبطريرك عرفني موضعا ابني فيه مسجدا قال له البطريرك عن الصخرة التي كلم الله يعقوب عليها *Tum dixit Omar fœlicis memoriæ ad Patriarcham; Oſtende mihi locum, ædificabo templum in ipſo. dixit ei Patriarcha de lapide ad quem locutus eſt Dominus cum Jacobo.* Tæderet Lectorem, ſi ſingula referre velim, quæ Rabbini de *lapide fundationis* dixerint dicam an delirarint, quomodo nimirum in templum à Solomone inductus ſit, quomodo nomen tetragrammaton ei inſculptum, & cætera quæ nimis inſcitè finxerint. nec operæ pretium foret iſta recenſere, cum lapis iſthic non videatur ob aliam cauſam in templo collocatus, niſi ut miniſterio ſacro inſerviret: quod in Gentilium quoque templis olim uſitatum fuit. Apollonius Rhodius lib. 2. Argonaut. de templo Martis loquens.

εἴσω δ' μέλας λίθος ἠρήρειστο
Ἱερὸς, ᾧ ποτε πᾶσαι Ἀμάζονες εὐχετόωντο.
Erat autem intus niger defixus lapis
Sacer, ad quem omnes aliquando Amazones vota nuncupabant.

ג נטל את הדם כמי שהיה ממרס בו נכנס למקום שנכנס ועמד במקום שעמד הזה ממנו אחת למעלה ושבע למטה ולא היה מתכוון להזות לא למעלה ולא למטה אלא כמצליף וכך היה מונה אחת אחת ואחת ואחת ושתים אחת ושלש אחת וארבע אחת וחמש אחת ושש אחת ושבע יצא והניחו על כן הזהב שהיה בהיכל :

3. Sanguinem à miſcente ſumebat, intrabat in locum quem intrabat, ſtabatque in loco quo ſtabat, (1) & ſpargebat ex illo, ſemel ſurſum & ſepties deorſum, (2) nec intuebatur ad ſpargendum ſurſum aut deorſum, (3) ſed quaſi flagellator: (4) & ſic numerabat; ſemel. ſemel, & ſemel. (5) ſemel, & bis. ſemel, & ter. ſemel, & quater. ſemel, & quinquies. ſemel, & ſexies. ſemel, & ſepties. Exibat & ſuper columnam auream, quæ erat in ſanctuario, collocabat (6).

R. OB. DE BARTENORA.

למקום שנכנס *Ad locum quem intravit*, in ſancto ſanctorum. במקום שעמד *in loco in quo ſtabat*, inter vectes. ולא היה מתכוין להזות למעלה ולא למטה *Neque attendebat ad ſparſionem ſurſum aut deorſum*, ut prima ſparſio ſurſum ad ſummitatem veli fieret, & ſeptem ſparſiones deorſum infra medium velum, nam velum non tangebant, ſed in ſolum decidebant.

כמצליף *Ut flagellator*, כמלקה *ut is qui verberat*, qui verberare incipit inter humeros, & deſcendit deorſum, eodem modo attendebat ut octo illæ ſparſiones fierent ordine in ſolo, una infra aliam.

אחת ואחת *Semel & ſemel*, nam primam ſparſionem non enumeraſſet ſeorſim, quæ fiebat ſupra, cum omnibus ſeptem quæ infra fiebant, aliquoties errare poſſet, & numerare primam ſparſionem cum ſeptem inferioribus, & loco primæ ſparſionis inferioris, numerare duas. Nam dici nequit, quod ſparſionem ſuperiorem numerare poſſet cum inferioribus, & ſic numerare octo. quia jus poſtulat ut numerus finiat ſeptem ſparſionibus inferioribus, & non octo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נכנס למקום שנכנס *Intrabat in locum quem intrabat*, id eſt, intrabat locum quem intraverat antea cum ſuffitu, inter vectes arcæ, & ſanguinem ſpargebat ante arcam, uti dixit Deus benedictus Levit. 16, 16. והזה על הכפורת ולפני הכפורת.

כמצליף *Ut flagellator*, uti is qui flagellis percutiebat, & vocem אחת *repetebat bis*, ne erraret inter numerandum, & numeraret primam ſparſionem inter ſeptem inferiores; & dixit Deus, והזה באצבעו על הכפורת quæ prima ſparſio eſt; & deinde dicit, ולפני הכפורת יזה שבע פעמים מן הדם באצבעו eo ſenſu exponit traditio, quæ veriſſima eſt & fundamentum neceſſarium.

SHERINGAMIUS. (1) נכנס למקום שנכנס ועמד במקום שעמד, *Intrabat in locum quem intrabat, ſtabatque in loco quo ſtabat.*] Hoc vult Miſchna, intrâſſe Sacerdotem magnum ad ſpargendum ſanguinem in locum quem priùs intrâſſet ad ſuffimentum adolendum, id eſt, *in ſanctum ſanctorum*: & ſtetiſſe in loco quo priùs ſtetiſſet, id eſt, inter vectes arcæ.

(2) והזה ממנו אחת למעלה ושבע למטה, *Et ſpargebat ex illo, ſemel ſurſum & ſepties deorſum.*] Hoc eſt quod mandavit Deus *Lev.* XVI. 24. *Tolletque de ſanguine vituli & aſperget digito ſuo contra faciem propitiatorii ad orientem, & coram propitiatorio aſperget ſeptem vicibus de ſanguine digito ſuo.* Omnia ſiquidem Deus ſub veteri lege ſanguine purgari voluit ut ſanguis victimarum ſanguinis Chriſti typus eſſet. Vide *Epiſtolam S. Pauli ad Hebræos, cap.* IX. 19. 20. 21. 22. Habuerunt etiam Gentiles ſuas expiationes, quæ non ſanguine quidem ſed aliis rebus fiebant; interdum ſulphure & igne. Lucianus in Philopſ. *ἐς γὰρ τὸν ἀγρὸν ἐλθὼν ἕωθεν, ἐπειπὼν ἱερατικά τινα ἐκ βίβλυ παλαιᾶς ὀνόματα ἑπτὰ, θείῳ, ἢ δαδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον, περιελθὼν ἐς τρὶς, ἐξήλασεν ὅσα ἦν ἑρπετὰ ἐντὸς τῶν ὅρων.* *In agrum mane profectus, cum ſeptem quædam ſacra nomina ex vituſto libro recitâſſet, ſulphure, & face locum expians, ter ſe in gyrum vertens, ſerpentes omnes qui in ea erant regione adduxit.* Interdum ſulphure, & igne, & ovo. Apul. lib. 11. Metamor. *Ibidem ſimulacbris rite diſpoſitis, navem faberrimè factam, picturis miris Ægyptiorum circumſecus variegatam, ſummus Sacerdos tedâ lucidâ, & ovo, & ſulphure, ſolemniſſimas preces de caſto præfatus ore, quàm puriſſimè purificatam, deæ nuncupavit, dedicavitque.* Alia etiam erant quibus expiationes fieri ſolebant, ſed ea nunc brevitatis ſtudioſus prætereo ac relinquo.

(3) ולא היה מתכון להזות לא למעלה ולא למטה. *Nec intuebatur ad ſpargendum ſurſum aut deorſum.*] Non intuebatur in propitiatorium; neque enim opus erat, cum ſanguis, ut in Gemara traditur, in terram lapſus ſit, & ad propitiatorium non pervenerit. Bartenora. ולא היה מתכון להזות לא למעלה שתהא אחת למעלה בחודת של כפורי העליון והשבע למטה מאמצעה שהרי לא על הכפורת נוגעים אלא לארץ נופלים. *Non intuebatur ad ſpargendum, non ſurſum ut eſſet ſparſio una ſurſum in faſtigio propitiatorii, & ſeptem deorſum à medio ejus, quia ſupra propitiatorium non pervenerint, ſed in terram deciderint.* Si hæc vera ſunt, vitioſa eſt verſio Anglicana, Levit. XVI. 14 qua aſſeritur juſſiſſe Deum, ut Sacerdos magnus ipſum propitiatorium ſanguine tingeret. And he ſhall take of the blood of the bullock and ſprinkle it with his finger upon the mercy-ſeat Eaſt-ward. Et nova etiam verſio Belgica. Ende hy ſal van den bloede des varren nemen / ende ſal met ſijnen vingher op het verſoen-deckſel ooſtwaert ſprengen. Utrique verſioni repugnabat praxis Judæorum, ſiquidem Talmudici vera narrant. Joſephus lib. 3. c. 10. *Antiq. Judaic.* affirmat, Sacerdotem magnum ſepties pavimentum totieſque tectum tabernaculi digito ſparſiſſe, nullâ arcæ aut propitiatorii factâ mentione: qui licèt in hoc à Talmudicis diſſentit, quòd ille ſepties, hi ſemel tantum ſurſum ſparſiſſe Pontificem affirment; in hoc tamen cum illis convenit, quòd ſanguis ad propitiatorium non pervenerit.

(4) אלא כמצליף, *Sed quaſi flagellator.*] מצליף in Gemara explicatur per מנגדנא, quod Syriacum verbum eſt, & *tortorem* ſeu *flagellatorem* ſignificat. Matth. XVIII. 34. ܘܪܓܙ ܡܪܗ ܘܐܫܠܡܗ ܠܡܢܓܕܢܐ *Et iratus eſt Dominus ejus, cumque tradidit tortoribus.* Modus autem flagellandi apud Hebræos talis erat; Miniſter publicus reum flagris cæſurus, eum columnæ alligatum pectore nudavit. ponè verberonem lapis erat, quo lictor innixus, lorum bubulum manu tenebat, quo reum feriebat; non ſolebat autem primam plagam humeris, & ſecundam lumbis inferre, ſed ab humeris orſus gradatim deſcendit, & ordine plagas inflixit. unde ex ſententia R. Solomonis innuit Miſchna, non proſpe-

xiſſe

xiſſe Sacerdotem magnum ut primâ vice ſurſum ſpargeret, & ſecundâ deorſum, & tertiâ ſurſum denuò, & ſic deinceps ſine ordine, ſed ita ſparſiſſe ut lictor ſolet reos verberare, ut eſſet ſtructa ſeries, & veluti textus ordo ſparſionum, ita ut ſecunda ſub prima, & tertia ſub ſecunda, & quarta ſub tertia, & ſic deinceps ſingulæ ordine fierent. In *Toſephoth* verò dicitur, non neceſſe eſſe ut ſingulæ ſparſiones ordine fierent, ſed Sacerdotem magnum infernè deorſum manus collocâſſe cum ſurſum ſpargeret, & ſupernè elevâſſe cum deorſum, quemadmodum flagellator ſolet manum elevare & deprimere cum ſontes plectit. & hoc modo etiam in Gemara explicatur.

(5) וכך היה מונה אחת אחת ואחת וגו׳, *Et ſic numerabat, ſemel. ſemel, & ſemel. &c.*] Octo ſparſiones iſtas Sacerdos magnus ordine non numeravit, ſed primam, quæ ſurſum fiebat, iteravit, ne fortè erraret, & inter ſeptem, quæ deorſum fiebant, æſtimaret. Maimonides. היה מחזיר פעמיי מלה אחרת כדי שלא יטעה במנין והיה מונה ההזאה הראשונה מכלל שבע של מטה. *Iteravit aliquoties dictionem* אחרת, *ne in numero erraret, & ſparſionem primam inter ſeptem, quæ deorſum fiebant, numeraret.*

(6) יצא והניחו על כן הזהב שהיה בהיכל, *Exibat & ſuper columnam auream, quæ erat in ſanctuario collocabat.*] כן *baſis* eſt, aut *columna*, qua aliquid ſuſtentatur; indè Græcis κιών & κιόνιον. hoc in loco *columnam vacuam* ſignificare, quivis facilè animadvertat. Puto autem columnam hanc *auream* vocari, non quòd ex auro conſtabat, ſed propter operis præſtantiam, vel quia purpurea erat, & auri ſpeciem referebat: ſic etiam Pindarus columnas pretioſas χρυσέας κίονας nominat, Olymp. Od 6. Certè R. Aſcher lapideam fuiſſe columnam ait. יצא והניח המזרק של הדם על אבן שהיה בהיכל, *Exibat & pat ram ſanguinis iſtius ſuper lapid m, qui erat in ſanctuario, collocabat.* Et hoc quidem Hebræis uſitatum eſt, ut quicquid pretioſum ſit, aut ad colorem, & ſimilitudinem auri effictum, aureum vocent, ut בגדי זהב, quod habes in ſuperioribus. & גלת הזהב *Eccleſ.* XII. 6. & ſimilia. quod etiam Græco & Latino ſermone tritum eſt.

ד הביאו לו את השעיר שחטו וקבל במזרק את דמו נכנס למקום שנכנס ועמד במקום שעמד והזה ממנו אחת למעלה ושבע למטה ולא היה מתכוון להזות לא למעלה ולא למטה אלא כמצליף וכך היה מונה אחת אחת ואחת אחת ושתים וכו׳ יצא והניחו על כן השני שהיה בהיכל רבי יהודה אומר לא היה שם אלא כן אחד בלבד נטל דם הפר והניח דם השעיר והזה ממנו על הפרוכת שכנגד הארון מבחוץ אחת למעלה ושבע למטה ולא היה מתכוון וכו׳ וכך היה מונה וכו׳ נטל דם השעיר והניח דם הפר והזה ממנו על הפרוכת שכנגד הארון מבחוץ אחת למעלה וז׳ למטה וכו׳ עירה דם הפר לתוך דם השעיר ונתן את המלא בריקן :

4. Hircum ei adducebant, (1) mactabat eum, pateraque excipiebat ſanguinem, intrabat in locum quem intrabat, ſtabatque in loco quo ſtabat, & ſpargebat ex illo, ſemel ſurſum & ſepties deorſum, nec intuebatur ad ſpargendum ſurſum aut deorſum, ſed quaſi flagellator. & ſic numerabat; ſemel. ſemel, & ſemel. ſemel, & bis. &c. exibat, & *ſuper* columnam ſecundam, quæ erat in ſanctuario, collocabat. R. Jehuda dicit, non erat ibi niſi una tantum columna (2). Sumebat ſanguinem juvenci, (3) hircique ſanguinem demittebat; ſpargebat ex illo juxta velum (4) quod contra arcam erat extrinſecus, (5) ſemel ſurſum, & ſepties deorſum, nec intuebatur &c. & ſic numerabat &c. ſumebat ſanguinem hirci, & juvenci ſanguinem demittebat, ſpargebat ex illo juxta velum quod contra arcam erat extrinſecus, ſemel ſurſum, & ſepties deorſum &c. Sanguinem juvenci in ſanguinem hirci effundebat, (6) & pateram plenam in vacuam remittebat (7).

R. OB. DE BARTENORA.

נטל דם הפר והניח דם השעיר *Sumebat ſanguinem juvenci, & demittebat ſanguinem hirci*, proſequitur opinionem R. Jehudæ, qui dicit, לא היה שם אלא כן אחד בלבד *non erat illic niſi una tantum columna*, primò autem debebat ſpargere ſanguinem juvenci, ut ſanguinem hirci imponeret columnæ in qua erat juvencus; ſed deciſio non eſt juxta R. Jehuda. על הפרוכת *ſuper velum*, juxta id quod dicitur Levit. 16, 16. כן יעשה לאהל מועד Porro dicit Miſna, עירה דם הפר *effundebat ſanguinem juvenci*, uti Scriptura dicit de ſparſionibus altaris, Levit. 16, 18. ולקח מדם הפר ומדם השעיר ergo de duobus ſimul mixtis. ונתן את המלא בריקן *& remittebat plenam in vacuam*, effundebat iterum pateram plenam in vacuam, ut ſanguines benè commiſcerentur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Infundebat ſanguinem juvenci in pateram, in qua erat ſanguis hirci, deindè omnes rurſus in pateram infundebat in qua erat ſanguis juvenci, ut ſanguines benè commiſcerentur; & totus hic ſenſus clarus eſt.

SHERINGAMIUS. (1) הביאו לו את השעיר, *Hircum ei adducebant.*] Vide Levit. XVI. 15.

(2) רבי יהודה אומר לא היה שם אלא כן אחד בלבד, *Rabbi Jehuda dicit, non erat ibi niſi una tantum columna.*] Gemara Babylonica. רבי יהודה אומר לא הי׳ שם אלא כן אחד בלבד תני מאי טעמא לא משום דמחלפי ונעביד הרי וליכתוב עליה הי׳ דפר והי׳ דשעיר, *Rabbi Jehuda dicit; non erat ibi niſi una tantum columna. quænam eſt ratio quòd non erant duæ? quia mutaret, ſi duæ fuiſſent, & ſcriberetur ſuper ipſas, hæc juvenci* columna eſt, *& hæc hirci.* Senſus eſt, ſi duæ fuiſſent columnæ, licèt ſuis inſcriptionibus notatæ, poterat tamen Sacerdos magnus in miniſterio errare, & mutare ſanguines. quia ſi ſanguinem juvenci ſuper columnam hircino ſanguini deſtinatam ex incogitantia collocaret, exinde facilè decipi poterat. ſi verò una tantum fuiſſet columna, omnis errandi via occluderetur, cum neceſſe eſſet ut ſanguinem juvenci tolleret, priuſquàm ſanguinem hirci deponeret. Sed non ſtatuitur juxta ſententiam R. Jehuda.

(3) נטל דם הפר, *Sumebat ſanguinem juvenci.*] Poſtquam ſanctum ſanctorum debito ritu expiaſſet, ſanguinem juvenci, & poſtea ſanguinem hirci denuò ſumpſerit, ut tabernaculum conventus expiaret; quia dicitur *Levit.* XVI. 16. *& ſic faciet tabernaculo conventus.*

(4) והזה ממנו על הפרוכת, *Et ſpargebat ex illo juxta velum.*] Locus, quo ſanguinem in tabernaculo conventus ſparſerit, prope velum erat; ideò על הפרוכת transtuli *juxta velum*, non *ſuper velum.* Sanguis enim, ut in Gemara traditur, velum non attigerit. תנא כשהוא מזה אינו מזה על הפרוכת אלא כנגד הפרוכת.

(5) שכנגד הארון מבחוץ, *Quod contra arcam erat extrinſecus.*] Sancto ſanctorum duo vela expanſa fuiſſe in templo ſecundo, priùs dictum: ſanguinem verò ſparſerit propè velum exterius, quòd adytum à ſanctuario diſparabat. Erat etiam

& aliud velum exterius circa ingreſſum ſanctuarii, quale erat in tabernaculo, & ſubintrantibus Sacerdotibus acceſſum præbebat. Vide Philon. Jud. lib. *de victimis.* & etiam lib. *de victimas offerentibus.* & Joſeph. lib. 3. cap. 5. *Antiq.*

(6) עירה דם פרה לתוך דם השעיר, *Sanguinem juvenci in ſanguinem hirci effundebat.*] Cum ad mundandum altare perrexit, ſanguines permiſcuit; nam ut bis ambiret altare, & ſanguinem juvenci, hircique, ſeorſim cornibus ejus imponeret, non erat ei injunctum. Vide *Levit.* XVI. 18.

(7) ונתן את המלא בריקן, *Et pateram plenam in vacuam remittebat.*] Hoc innuit Miſchna, Sacerdotem magnum ſanguines ex uno vaſe in aliud ſæpe effudiſſe, ut commodè permiſcerentur.

ה ויצא אל המזבח אשר לפני ה' זה מזבח הזהב התחיל מחטא ויורד מהיכן הוא מתחיל מקרן מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית דרומית דרומית מזרחית מקום שהוא מתחיל בחטאת על מזבח החיצון משם היה גומר על מזבח הפנימי רבי אליעזר אומר במקומו היה עומד ומחטא ועל כולן היה נותן מלמטה למעלה חוץ מזו שהיתה לפניו שעליה היה נותן מלמעלה למטה:

5. Et exibat ad altare quod erat coram Domino, (1) hoc erat altare aureum; incipiebat, mundabat, & deſcendebat. (2) Unde incipiebat? à cornu orientali aquilonari, (3) aquilonari occidentali, occidentali meridionali, meridionali orientali. loco quo incipiebat cùm hoſtiam pro peccato offerebat in altari exteriori, eodem, in altari interiori finiebat. (4) R. Elieſer dicit, in loco ſuo ſtabat & mundabat. & dabat ſuper ſingula manum supernè elevans, excepto eo ſolo quod ei à fronte erat, quia ſuper illud dabat manum infernè collocans (5).

R. OB. DE BARTENORA.

היה מחטא ויורד *Expiabat & deſcendebat*, putat hic doctor quod ſacerdos pedibus ſuis ibat ad ſingula cornua, & quod quælibet portio erat in cornu quod coram eo erat, & propè ipſi; propterea dicit, מחטא ויורד quod ſpargebat מלמעלה למטה *deſuper infernè*; nam ſi infernè ſupernè ſpargeret in cornu quod erat coram eo, ſanguis flueret in mediam manum ſuam, & inquinaret veſtimenta ſua. R. Elieſer vero putat, quod ſacerdos *ſtabat in uno cornu, & indè ſanguinem* ſpargebat in omnibus, quia totum altare unum tantum cubitum per quadratum continebat. Cum autem *tria cornua* non erant propè ipſi, ſanguinem infernè ſupernè ſpargere poterat, ſine inquinamento veſtis ſuæ; excepto illo cornu quod propè ipſi erat, quia non poterat digitorum ſuorum extremitatem imponere infernè, ſed ſupernè. Nam ſi imponeret extremitatem digitorum ſuorum infernè, & ſanguinem ſpargeret infernè ſupernè, ſanguis deflueret in manicam tunicæ ſuæ; deciſio non eſt R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Spargebat è cornu quod coram eo erat, ſupernè deorſum, ne ſpargeret ſanguinem ſuper veſtes ſuas; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

SHERINGAMIUS. (1) ויצא אל המזבח אשר לפני ה', *Et exibat ad altare quod erat coram Domino.*] Poſtquam ſanguines miſcuiſſet, altare quod erat coram Domino, hoc eſt altare thymiamatum, expiabat. Præcepit enim Deus *Levit.* XVI. 18. ut ſanguinem cornibus ejus imponeret. & ſi hoc omiſiſſet, aut quicquam aliud, quod ad ſparſionem ſanguinis ſpectabat, totum opus, ut in *Sebachim* dicitur, irritum fuiſſet; nec delicta populi expiaſſet. *Sebachim* cap. 5. פר ושעיר של יום הכפורים שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון הזיה על בין הבדים ועל הפרוכת ועל מזבח הזהב מתנה אחת מהם מעכבת.

(2) התחיל מחטא ויורד, *Incipiebat, mundabat, & deſcendebat.*] Senſus eſt, manum ſupernè *elevabat* uſque ad ſummitatem cornu, ſanguinemque ei impoſuit, incipiendo à ſummo ejus vertice, & deſcendendo uſque ad *imum*, id eſt, dabat מלמעלה למטה, non autem manum infernè collocabat, incipiendo ab imo, & ſic ſurſum aſcendendo uſque ad ſummitatem, id eſt, non dabat מלמטה למעלה. Deſcendebat autem hoc modo, ne veſtes inquinaret: nam ſi incepiſſet ab imo, & aſcendiſſet, ſanguis deorſum per brachium currens lineæ tunicæ manicas fœdaſſet. Bartenora. היה נותן מתנותיו מלמעלה למטה שאם יתן ממטה למעלה בקרן שלפניו הדם זב לתוך בית יד שלו ומטנף את בגדיו.

(3) מהיכן הוא מתחיל מקרן מזרחית צפונית וגו', *Unde incipiebat? à cornu orientali aquilonari &c.*] Senſus eſt, circumibat altare incipiendo à cornu orientali vergente ad aquilonem, & indè pergebat ad cornu aquilonare quod occidente claudebatur, ibat deinceps ad cornu occidentale quod propendebat ad meridiem, & poſtremo cornu meridionale petebat quod verſus orientem porrigebatur: & ſingulis cornibus, ut eis propius acceſſit, ſanguinem prædicto modo impoſuit.

(4) ממקום שהוא מתחיל בחטאת על מזבח החיצון משם היה גומר על מזבח הפנימי, *Loca quo incipiebat, cum hoſtiam pro peccato offerebat, in altari exteriori: eodem, in altari interiori finiebat.*] Incepiſſe à cornu meridionali orientali, cum ſacrificium pro peccatis offerebat, habes in codice *Sebachim*, ubi modus imponendi ſanguinem ſuper cornua altaris in iſtis ſacrificiis deſcribitur. Vide *Sebachim* cap. 5. num. 3.

(5) ועל כולן היה נותן מלמטה למעלה חוץ מזו שהיתה לפניו שעליה היה נותן מלמעלה למטה, *Et dabat ſuper ſingula manum ſupernè elevans, excepto eo ſolo, quod ei à fronte erat, quia ſuper illud dabat manum infernè collocans.* Quis ſit horum verborum ſenſus, videas ex iis quæ paulò ſupra annotavimus num. 15. ad verba illa, התחיל מחטא ויורד. non ſtatuitur autem juxta ſententiam R. Elieſeris.

ו הזה על טהרו של מזבח שבע פעמים ושירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון ושל מזבח החיצון היה שופך אל יסוד דרומי אלו ואלו מתערבין באמה ויוצאין לנחל קדרון ונמכרין לגננין לזבל ומועלין בהן:

6. Super locum mundum altaris ſpargebat (1) ſepties, reliquiaſque ſanguinis in lembum occidentalem altaris exterioris fundebat, (2) reliquias verò ſanguinis altaris exterioris fundebat in lembum ejus meridionalem. in foſſa autem miſcebantur, & currebant in torrentem Cedron, (3) & ſtercorandis hortis olitoribus vendebantur, & oblationem tranſgreſſionis perſolvere tenebantur in illis (4).

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

על טהרו של המזבח *Super locum mundum altaris*, poſtquam ſanguinem dederat ad cornua altaris, ſpargebat ſuper illud ſepties, uti dictum eſt Levit. 16, 19. והזה עליו מן הדם Et vocatur טהרו של המזבח locus altaris à prunis & cinere detectus; ſpargebat autem ſuper aurum altaris illius. ושל מזבח החיצון *& altaris exterioris*, reſidua ſanguinis ſacrificii pro peccato, quæ in altare exterius ponebantur, & effundebantur ad fundamentum meridionale.

אלו ואלו *Hæc & illa*, nempe reſidua ſanguinis altaris exterioris, & interioris; quæ effundebantur ſuper altare exterius, de fundamento effluebant in pavimentum, *& miſcebantur in foſſa*, in foſſa illa quæ erat in atrio, quæ exibat in torrentem Cidron. גננין ſunt *hortulani*; ומועלין בהן *& prævaricantur in illis*, interdictum eſt utilitatem capere è reſiduis ſanguinis ſine ſolutione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על טהרו של מזבח *Super locum mundum altaris*, eſt locus altaris terſus; ſuffitus vero quotidianus erat in altare aureum, uti dixit Deus benedictus Exod. 30, 7. והקטיר עליו אהרן קטרת סמים Quotidie autem ab eo removebantur prunarum reſidua, & cinis, uti expoſuimus. Cautio vero ipſi erat ut ſpargeret ſanguinem ſuper eum locum in quo non erant prunæ nec cinis, & in ipſo altaris loco detecto, & puro.

של מזבח החיצון *Altaris exterioris*, ut reſidua ſanguinis, quæ ſparſa erant in altari exteriori, funderentur in fundamentum meridionale. Sed ulterius exponetur caſus prævaricationis ſuo loco.

SHERINGAMIUS. (1) והזה על טהרו של מזבח, *Super locum mundum altaris ſpargebat.*] Obſervavit locum hunc Buxtorfius in dictione טהר, & transſtulit, *Super medium altaris ſpargebat*. Quod ſanè vitioſum eſt: licèt enim initio Gemaræ ita verba hæc à Rabba Bar Shila explicantur, idem tamen poſteà ſententiam retractavit, & cæteris Talmudicis conſentit, qui per טהרו של מזבח *locum mundum altaris*, intelligunt מקום המגולה *locum patentem & detectum*, id eſt, locum terſum & nitidum, & ab omni cinere & pulvere expurgatum. Abſtulit enim pulverem & prunas Sacerdos magnus & ſordes omnes ab altari deterſit, & tum in loco iſto detecto ſanguinem ſparſit, & juxta Talmudicorum ſententiam hoc eſt quod præcepit Deus *Lev.* XVI. 19. וטהרו וקדשו, *& mundabit illud, & ſanctificabit illud.* Deinde non ſparſiſſe ſuper medium altaris, ſed propè cornua, in loco nimirum ubi finiebat, cum ſanguinem impoſuiſſet, ab iiſdem traditur. Verba Gemaræ adjiciam, quæ licet (ut ubique fere) obſcura ſint, ex his tamen quæ diximus, facile intelligantur. מאי טהרו אמר רבה בר רב שילא פלגיה דמזבח כדאמרי אינשי טהר טיהרא והוי פלגיה דיומא מיתיבי כשהוא מזה אינו מזה לא על גבי האפר ולא על גבי הגחלים אלא חותה גחלים אילך ואילך ומזה אלא אמר רבה בר רב שילא על גלויה דמזבח כדכתיב ולעצם השמים לטוהר תניא חנניא אומר בצד צפוני הוא נותן רבי יוסי אומר בצד דרומי הוא נותן במאי קמיפלגי מ״ס פיתחא בדרום קאי ומ״ס פיתחא בצפון קאי דכ״ע היכא דגמר מתנות דקרנות התם יהיב על גגו מ״ט אמר קרא וטהרו וקדשו מקום שקדשו שם טיהרו, *Quid eſt* טהרו*? Dixit Rabba Bar Rab Shila; medium altaris. Sic enim loquuntur homines* טהר טיהרא, *id eſt, medium diei. Objiciebant ei; Cum ſparſerit, non ſparſerit ſuper cinerem neque ſuper prunas, ſed prunas accepit hinc inde, & ſparſerit. Tum dixit Rabba Bar Rab Shila; Super detectionem altaris, ſicut ſcribitur,* כעצם השמים לטוהר. *Trad. Chaninæ dicit; In parte aquilonari ſparſerit: R. Joſe dicit; In parte meridionali ſparſerit. Quibus rationibus ducti ſic diſſentiunt? Dominus conjicit, quod introitus ei erat à meridie: & Dominus conjicit, quod introitus ei erat ab aquilone. Ex hoc rem colligunt; ubi finiebat, cum ſanguinem cornibus altaris impoſuiſſet, ubi ſuper tectum ejus dedit. Quæ eſt ratio? dicit Scriptura; & mundabit illud & ſanctificabit illud: in loco quo ſanctificavit illud, ibi mundavit illud.* Ex his ſatis apparet Rabbam ſolutionem, qua טהרו של מזבח *medium altaris* expoſuerat, rejeciſſe, aliamque ſolutionem dediſſe. Eſtque dictio אלא retractatæ ſententiæ nota. Vide *Halicoth olam*, tract. 2. cap. 2.

(2) ושירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון, *Reliquias verò ſanguinis in lembum occidentalem altaris exterioris fundebat.*] Juſſit Deus non uno in loco, ut quicquid ſanguinis ſuperfuturum eſſet, poſt factam expiationem, ad baſim altaris exterioris, quod in atrio erat, effunderetur. Colligunt autem Talmudici ſanguinem ad partem occidentalem effuſum, quia dicitur *Levit.* IV. 7. *Et totum ſanguinem juvenci effundet ad fundamentum altaris holocauſtorum quod eſt ad oſtium tabernaculi conventus.* Fundamentum altaris quod erat ad oſtium tabernaculi conventus, pars occidentalis altaris erat, quia tabernaculum conventus, ut ajunt Rabbini, erat in occidente. Vide Gemaram ad cap. 4. *Sebachim*, ad num. 1.

(3) אלו ואלו מתערבין באמה ויוצאין לנחל קדרון. Ad verbum, *Iſti, & iſti in foſſa miſcebantur, & currebant in torrentem Kedron.*] Iſti, & iſti, id eſt, ſanguines interiores & exteriores miſcebantur. Duo enim foramina erant in baſi altaris, inſtar duarum narium exilium, ut in *Middoth* traditur, ex quibus utrinque ſanguines in foſſam ſubterraneam cadentes, ſimul in torrentem Kedron ferebantur. Vide codicem *Middoth* cap. 3. & Annotationes clariſſimi viri Conſtantini l'Empereur ad eundem.

(4) ונמכרין לגננין לזבל ומועלין בהן, *Et ſtercorandis hortis olitoribus vendebantur, & oblationem tranſgreſſionis perſolvere tenebantur in illis.*] מעל apud Lexicographos ſignificat *prævaricari*, aut *fructum & commodum è re ſacra inique accipere*, ſed hoc loco peculiariter מועלין dicuntur, *qui oblationem tranſgreſſionis perſolvere tenentur*; quo ſenſu in toto codice *Meila*, atque etiam paſſim alibi in Talmude, verbum occurrit. Maimonides ad cap. 1. codicis *Meila*. ואינו צריך לבאר לך שבכל מקום שאומרים מועלין כונתן שהנהני מאותו דבר חייב קרבן מעילה ובכל מקום שאומרים אין מועלין כונתן שהנהני ממנו ואפילו יותר משוה פרוטה אינו חייב קרבן מעילה ובכל מקום שנאמר לא נהנין ולא מועלין ענינו שאינו מותר ליהנות באותו דבר לחדיוט והנהנה אין חייב קרבן מעילה. *Non opus eſt explicare, quod quocunque loco dicunt* מועלין, *intentio eorum eſt, quod quiſquis lucrum capit ex ea re tenetur oblationem tranſgreſſionis perſolvere: & quocunque loco dicunt* אין מועלין, *intentio eorum eſt, quod quiſquis lucrum capit ex ea re, tametſi plus ſit quàm quantum æquivalet prutæ, non tenetur oblationem tranſgreſſionis perſolvere: & quocunque loco dicitur* לא נהנין ולא מועלין, *ſenſus ejus eſt, laico non licere, ut ex ea re lucrum capiat: ſi tamen lucrum capiat, oblationem tranſgreſſionis perſolvere non teneri.* Sanguis autem iſte à Tribunis ærarii, & rei quæſtuariæ præpoſitis vendebatur, nec oblationem tranſgreſſionis perſolvere tenebantur, antequàm ſanguis eſſet in torrentem Kedron devolutus. *Meila* cap. 3. num. 3. הדם בתחלה אין מועלין בו יצא לנחל קדרון מועלין בו.

ז כל מעשה יום הכפורים האמור על הסדר אם הקדים מעשה לחבירו לא עשה כלום הקדים דם השעיר לדם הפר יחזור ויזה מדם השעיר לאחר דם הפר ואם עד שלא גמר את המתנות שבפנים נשפך הדם יביא דם אחר ויחזור ויזה בתחלה

7. In omni opere, quod ordine dicto in die expiationis fiebat, (1) ſi quod ſocium ſuum anteverterit, nihil fecit. Si ſanguis hirci ſanguinem juvenci anteverterit, redibit, & ſanguinem hirci ſparget poſt ſanguinem juvenci. Et ſi funditur ſanguis, antequam finem ſpargendi interius fecerit, adducet alium ſanguinem, (2) & redibit ſpargetque

בתחלה מבפנים וכן בהיכל וכן במזבח הזהב שכולן כפרה בפני עצמן רבי אלעזר ורבי שמעון אומרים ממקום שפסק משם הוא מתחיל :

que de novo (3) interius. Et ſic in ſanctuario, & ſic in altari aureo; quia ſinguli ſeorſim expiatio facienda eſt. R. Eleaſar & R. Schimeon dicunt, à loco quo ceſſavit ibi incipiet (4).

R. OB. DE BARTENORA.

כל מעשה יום הכפורים *Omne opus diei expiationis*, omnia miniſteria quæ peragebat in veſtimentis albis in ſancto ſanctorum, & in palatio. אמור על הסדר *dictum hoc ordine*, nempe in Miſna: וכן בהיכל *& ſic in palatio*, ſi partem aliquam ſparſionum perfeciſſet in velo, & ſanguis effuſus eſſet adducebat alium juvencum, & denuo incipiebat ſparſiones veli. Sed non erat neceſſarium ut de novo inciperet ſparſiones in loco intimo. שכלן כפרה בפני עצמן *quia quælibet eſt expiatio ſeorſim*, propterea expiatio quæ perfecta fuerit, perfecta eſto, nec opus eſt ut denuo incipiat. ממקום שפסק *e loco quo ſubſtitit*, etiamſi expiationem illam nondum perfecerit, non opus eſt ut de novo incipiat ſparſiones jam peractas; deciſio non eſt juxta R. Elieſer, nec R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Schimeon & R. Elieſer dicunt, quod, ſi ter aut quater ſparſiſſet, & ſanguinem effudiſſet, perfecerit numerum ſparſionum deficientem de alio ſanguine; deciſio non eſt ſecundum eos.

SHERINGAMIUS. (1) כל מעשה יום הכפורים האמור על הסדר, *In omni opere, quod ordine dicto in die expiationis fiebat.*] Hoc intelligendum eſt, ut inquit Maimonides, de miniſteriis iſtis, quæ in ſancto ſanctorum, & in ſanctuario, veſtimentis albis peregit. כל עבודות שעובד בבגדי לבן בפני ובהיכל: cæteroquin multa erant, quæ ſi penitùs omiſſa, aut non peracta fuiſſent eo ordine quo dicta ſunt, miniſteria tamen ſubſequentia non fuiſſent irrita.

(2) ואם עד שלא גמר את המתנו׳ שבפנים נשפך הדם יביא דם אחר, *Et ſi funditur ſanguis antequam finem ſpargendi interius fecerit, adducet alium ſanguinem.*] Habes idem in *Sebachim* cap. 5. num. 1. מתנה אחת מהם מעכבת

(3) ויזה בתחלה, *Spargetque de novo.*] בתחלה hoc ſenſu paſſim in Talmude uſurpatur. *Moed Katon* cap. 1. num. 1. במועד משקין בית השלחין ובשביעית בין ממעיין שיצא בתחלה בין ממעיין שלא יצא בתחלה, *Irrigant agrum ſiticuloſum in Moed, & in anno ſeptimo, ſive ex fonte qui exiit de novo, ſive ex fonte qui non exiit de novo.* Eodem capite & ſæpe etiam alibi hoc ſenſu occurrit.

(4) רבי אלעזר ורבי שמעון אומרים ממקום שפסק משם הוא מתחיל, *R. Eleaſar & R. Schimeon dicunt, à loco quo ceſſavit ibi incipiet.*] Hoc volunt R. Eleazar & R. Schimeon, non neceſſe eſſe ut totum opus de novo incipiat, ſed ſufficere ut incipiat ubi deſiiſſet. Exempli gratiâ, ſi ſemel ſurſum & quinquies deorſum ſparſiſſet, non opus eſſe ut vices iſtas denuò abſolveret, ſed ſatis eſſe ſi bis inſuper ſpargeret. Sed non ſtatuitur juxta ſententiam eorum.

Mandata quædam de duobus hircis. Sacerdos magnus nomine totius cœtus confeſſionem edidit. A quibus, & quomodo hircus emiſſarius in deſertum actus, & à ſcopulo detruſus. De juvenco, & hirco urendo. Sacerdos magnus quomodo ſciverit cum hircus emiſſarius ad deſertum acceſſit.

פרק ו׳ שני שעירי יום הכפורים מצותן שיהיו שניהן שוין במרא׳ ובקומה ובדמים ובלקיחתן כאחד ואף על פי שאינן שוין כשרין לקח אחד היום ואחד למחר כשרין מת אחד מהם אם עד שלא הגריל מת יקח זוג לשני ואם משהגריל מת יביא זוג אחר ויגריל עליהם בתחלה ויאמר אם של שם מת זה שעלה עליו הגורל לשם יתקיים תחתיו ואם של עזאזל מת זה שעלה עליו הגורל לעזאזל יתקיים תחתיו והשני ירעה עד שיסתאב וימכר ויפלו דמיו לנדבה שאין חטאת צבור מתה רבי יהודה אומר תמות ועוד אמר רבי יהודה נשפך הדם ימות המשתלח מת המשתלח ישפך הדם :

Caput 6. De duobus hircis diei expiationis mandatum eſt ut ſint pares aſpectu, (1) ſtaturâ, & pretio: & ut ſimul etiam capiantur. & quamvis non *ſunt* pares, legitimi ſunt. (2) unus hodie captus ſit, & alter cras, legitimi ſunt. Moritur alter? ſi id ſit ante ſortitionem factam, comparem ſubſtituet alteri: (3) ſi poſt ſortitionem factam, par novum adducet, & ſuper iis de novo ſortietur. Si hircus Domino immolandus morietur, dicet; iſte, ſuper quem ſors Domino aſcenderit, ſtabit pro eo: ſi emiſſarius morietur, iſte, ſuper quem ſors aſcenderit, emiſſario, ſtabit pro eo. & alter paſcetur quamdiu immundus fuerit, & vendetur, & pecuniæ ejus cadent in munus voluntarium, (4) quia victima pro peccatis totius cœtus non moritur. (5) R. Jehuda dicit, morietur. dicit etiam R. Jehuda, funditur ſanguis? morietur emiſſarius. moritur emiſſarius? fundetur ſanguis.

R. OB. DE BARTENORA.

במראה *In colore*, ut ambo ſint albi, aut ambo nigri: ובקומה ובדמים *& in ſtatura, & pretio*, nam tres verſus propterea dicunt Levit. 16,5. מאת עדת בני ישראל יקח שני שעירי עזים verſ. 6. dicit ולקח את שני השעירים & verſ. 8. נתן על שני השעירים גורלות quandoquidem autem dicit in plurali שעירים, duo jura intelliguntur, eoque modo non opus erat ut ter vocem שני diceret; notatur ergo quod duo hirci in tribus rebus eſſe debent æquales, nimirum in colore, valore, & ſtatura.

ויאמר אם של שם מת וגו׳ *Et dicet, ſi mortuus fuerit is qui Domino eſſet &c.* hoc ſenſu exponi debet, ſi eſſet hircus pro Do-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Repetit vocem שני *duo*, ter de hircis diei expiationis, id quod ſignificatur Levit. 16,5. מעדת בני ישראל יקח שני שעירי עזים dicitque ulterius verſu 6. ולקח את שני השעירים & verſu 8. ונתן על שני השעירים גורלות Quæ verba exponit traditio, quod ambo debent eſſe æquales in tribus rebus, in colore, ſtatura, & valore; & Miſna dicit quod ſit מצוה *præceptum*, non autem חובה *debitum*, eo quod Scriptura ibid. in ſequentibus dicit השעיר *hircus*, & non dicit אחד *unus*; liquet ergo quod dicere vult, hircum poſſe eſſe cujuſcunque generis. Quod autem dicit ויאמר אם של שם מת & deinde, ואם של עזאזל מת eo non vult, dicendas eſſe has duas

res

Domino ille qui mortuus erat, dicet, *hic in quem cecidit ſors pro Domino, ſubſtituetur in locum illius*; ſin autem mortuus fuerit is qui pro Azazel eſſet, dicet, *hic in quem cecidit ſors pro Azazele, ſufficietur loco illius.*

והשני *Et ſecundus*, ſi mortuus pertineret ad Azazel, relinquuntur jam duo pro Domino, unus ex primo pari, alter è ſecundo; tum uno eorum expiationem peraget, at ſecundus paſcet donec vitium contraxerit. Eodem modo, ſi is qui mortuus eſſet ad Dominum pertineret, jam duo relinquuntur pro Azazel, unus mittebatur, alter paſcebat; & ſecundus de pari ſecundo paſcebat donec vitium contraxerat, & ſecundus de primo pari erat ille qui ſacrificabatur, ſi pertineret ad Dominum; aut emittebatur ſi pertineret ad Azazel, nam animalia viventia detrudi non debent, & ſi illis quid illegitimi acciderit, remedium adferri poterit ſubſtituendo alterum.

res ad excipiendum dubium, uti diximus in tractatu Peſachim cap. 8, 2. אבם עלי אמר לי רבי & dein אם גדי אמר לי רבי רבי Nam hic non eſt dubium; nam poſtquam ſors projecta erat, mortuus eſt unus eorum. Cæterum dicit quomodo illi dicendum erat, ſi is qui mortuus erat, pro Domino eſſet; & quomodo illi dicendum erat, ſi mortuus eſſet is qui pro Azazele eſſet.

והשני ירעה עד שיסתאב *Et ſecundus paſcet donec vitium contraxerit*, hoc accipiendum eſt de ſecundo duorum ſuper quos noviſſimè projecta eſt ſors. Nam deciſio juris eſt quod animalia non debent detrudi. Senſus vero *moriendi* eſt, quod ducat eum domum & illic relinquat donec moriatur. Eſt autem res omnibus ſatis nota, quod hirci die expiationis ſunt ſacrificium pro peccatis cœtus; uti Deus dixit Levit. 17, 5. ומאת עדרת בני ישראל שני שעירי עזים לחטאת Deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

שאין חטאת צבור מתה. *Nam victima pro peccato cœtus non moritur*, nam hypotheſis nobis eſt, quod animalia ſacrificii pro peccato debent mori, ſi offerantur pro privatis hominibus quibuſdam; at hirci diei expiationis ſunt ſacrificium pro peccato totius cœtus, uti ſcriptum eſt Levit. 16, 5. ומאת עדת בני ישראל יקח שני שעירי עזים לחטאת Animal vero expiationis pro peccato quod moreretur, introducunt in domum, & illic relinquunt donec mortuum fuerit. עוד אמר ר׳ יהודה נשפך הדם *dicit etiam R. Jehuda, ſi ſanguis effuſus fuerit*, ſanguis hirci qui eſſet pro Domino. ימות המשתלח *morietur emiſſarius*, nam præceptum de ſparſione ſanguinis nondum impletum eſt; de omnibus vero miniſteriis quæ peragebantur in veſtimentis albis, ſive intra, ſive extra, dicitur חקה *præceptum*, ad demonſtrandum quod ſit res omnino accurate obſervanda. Et neceſſe eſt ut adducatur alius ſanguis, id quod fieri nequit ſine projectione ſortis; nam R. Jehuda putat quod animalia viventia detrudi poſſunt, & tum morietur primus hircus qui emittendus erat Azazel. מרת המשתלח *ſi mortuus fuerit emiſſarius*, etſi miſſio hirci non impedit miniſterium, juxta omnium ſententiam, nam quando Scriptura dicit חקה *præceptum*, ad impediendum, id intelligendum eſt de rebus quas ſacerdos agit in veſtimentis albis, & non de ejuſmodi rebus quæ peraguntur per quemcunque virum: nihilominus vult probare è loco Levit. 16, 10. יעמד חי לפני יהוה לכפר עליו at quamdiu ſtet neceſſe eſt vivus ille hircus emiſſarius? donec ſanguis ſocii ſui ſparſus fuerit. Simulac vero ante ſparſionem mortuus fuerit, expiatio ſanguinis nihil efficit; ideoque neceſſe eſt adducere alium, quod fieri nequit ſine projectione ſortis, & neceſſarii ſunt duo hirci, primus detruditur; nam omnes concedunt quod animalia mactata detrudi poſſunt.

SHERINGAMIUS. (1) במראה, *Aſpectu.*] Colore. Bartenora, שניהם לבנים או שניהם שחורים, *Ambo albi, aut ambo nigri.*

(2) ואף על פי שאינן שוין כשרין, *Et quamvis non ſunt pares, legitimi ſunt.*] Hoc vult Miſchna, mandatum de paritate hircorum obligaſſe, ſed prætermiſſum opus irritum non feciſſe: nam licet impares hircos adduxiſſent, factum valuiſſet. Sic etiam jure civili facta multa tenent, quæ fieri vetatur. Gloſ. *fuit* in l. 40. *ex quibus cauſ. major.*

(3) יקח זוג לשני, *Comparem ſubſtituet alteri.*] Mortuo altero neceſſe erat alterum ſubſtituere, quia juſſit Deus, ut duobus hircis litaretur, Levit. XVI. 7. *Et capiet duos hircos, & ſtare faciet eos coram Domino ad oſtium tabernaculi conventus.* ubi *Siphra*: ולקח את שני השעירים מלמד שהם מעכבים זה את זה, *Et capiet duos hircos, docens quod ſe impediunt invicem.* Eadem habentur in codice *Menachoth* cap. 3. שני שעירי יום הכפורים מעכבין זה את זה, *Duo hirci diei expiationis ſe impediunt invicem.*

(4) ויפלו דמיו לנדבה. *Et pecuniæ ejus cadent in munus voluntarium.*] נדבה, ut ait Buxtorfius, *arca eleemoſynaria eſt, unde liberalitas exercetur in pauperes*: & verba hæc, ויפלו דמיהן לנדבה, quæ in *Sanhedrim* etiam occurrunt, tranſtulit, *& cadant numi ipſorum in arcam eleemoſynariam.* Quod ſanè tum à verbi ſignificatione, tum etiam à ſenſu loci longe recedit. Neque enim נדבה arcam eleemoſynariam ſignificat, neque pecuniæ iſtæ pauperibus in eleemoſynam ceſſerunt, ſed in gazophylacium repoſitæ ſunt, & iiſdem poſtea holocauſtum comparatum, quod pro munere voluntario totius cœtus oblatum eſt. Maim. ad *Tem.* cap. 3. בכל מקום שהוא אומר יפלו לנדבה ר״ל שיקריבו באותן דמים עולת נדבה, *Ubicunque dicit* יפלו לנדבה *vult dicere, quod ex iſtis pecuniis offerebant holocauſtum pro munere voluntario.* Non eſt igitur נדבה in hoc loco, aut in loco à Buxtorfio citato, arca eleemoſynaria unde pecuniæ collatitiæ egentibus erogatæ ſunt, ſed quocunque loco verba hæc יפלו דמין לנדבה occurrunt, ut paſſim occurrunt in Talmude, modo prædicto intelligenda ſunt.

(5) שאין חטאת צבור מתה, *Quia victima pro peccatis totius cœtus non moritur.*] Oblationes unius, ſi ſimilis caſus interveniſſet, moriebantur. Exempli gratiâ, ſi quis Deo oblationem devoviſſet, eaque mox deperdita, aliam loco ejus obtuliſſet, ſi poſt expiationem factam prima denuo inventa foret, in loco clauſo cuſtoditam fame interire ſinebant. Secus de oblationibus totius cœtus ſtatutum eſt, quas, ſi immundi eſſent, una cum reliquo grege paſcuis alebant, donec maculæ concidiſſent, & tum ipſis venditis pecunia in gazophylacium immiſſa eſt. *Temura* cap. 2. חטאת היחיד שכפרו הבעלים מתות ושל ציבור אינן מתות, *Victimæ pro peccatis unius, quarum Domini expiaverint, moriuntur, & victimæ pro peccatis totius cœtus non moriuntur.* Rabbi Jehuda contra ſentit, ſed opinio ejus à magiſtris rejicitur.

ב בא לו אצל שעיר המשתלח וסומך שתי ידיו עליו ומתודה וכך היה אומר אנא השם עוו פשעו חטאו לפניך עמך בית ישראל אנא השם כפר נא לעונות ולפשעים ולחטאים שעוו ושפשעו ושחטאו לפניך עמך בית ישראל ככתוב בתורת משה עבדך לאמר כי ביום הזה יכפר עליכם לטהר אתכם מכל חטאתיכם לפני ה׳ תטהרו והכהנים והעם העומדים בעזרה כשהיו

2. Ibat ad hircum emiſſarium, duaſque manus ei imponebat, & confitebatur, (1) & ſic dicebat: Obſecro Domine, deliquerunt, rebelles fuerunt, & peccaverunt coram te populus tuus, domus Iſraël, obſecro Domine remitte nunc delicta, & rebelliones, & peccata, quæ deliquerunt, & in quibus rebelles fuerunt; & quæ peccaverunt coram te populus tuus, domus Iſraël, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis ſervi tui, dicendo: Quia in die hoc expiabit ſuper vos ad mundandum vos ab omnibus peccatis veſtris coram Domino, & mundi eritis.

כשהיו שומעים שם המפורש שהוא יוצא מפי כהן גדול היו כורעים ומשתחוים ונופלים על פניהם ואומרים ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד :

tis. Et ſacerdotes, & populus, qui in atrio ſtabant, cum primum nomen explicatum ex ore Sacerdotis magni egreſſum audirent, incurvabant ſe, & adorabant, & in facies decidui procumbebant, & dicebant; Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus in ſecula ſeculorum.

R. OB. DE BARTENORA.

בא לו אצל שעיר *Ibat ad hircum*, poſtquam perfecerat ſparſionem ſanguinis juvenci & hirci, ibat ſacerdos ad hircum emiſſarium, è loco quo conſtitutus erat è regione loci è quo emittendus erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui, quod ordo confeſſionis peccatorum erat, חטאתי *peccavi*, עויתי *perverſe egi*, & פשעתי *rebellavi.*

SHERINGAMIUS. (1) בא לו אצל שעיר המשתלח וסומך שתי ידיו עליו ומתודה, *Ibat ad hircum emiſſarium, duaſque manus ei imponebat, & confitebatur.*] Tribus vicibus in die expiationis confeſſionem edidit, prima, pro ſe, ſecunda, pro fratribus ſacerdotibus; & ultima hac vice, pro univerſo cœtu.

ג מסרו למי שהיה מוליכו הכל כשרין להוליכו אלא שעשו הכהנים גדולים קבע ולא היו מניחין את ישראל להוליכו אמר רבי יוסי מעשה והליכו ערסלא מצפורי וישראל היה :

3. Tradebat eum ei qui ducturus erat. Omnes legitimi erant (1) ad ducendum; ſed quod faciebant Sacerdotes magni, ratum erat, nec permittebant ut Iſraëlita duceret. Dicit R. Joſe; factum eſt ut Arzela Zipporenſis duceret, & Iſraëlita fuit.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא שעשו הכהנים גדולים קבע *Sed quod Pontifices maximi faciebant, ratum erat*, ut emitterent hircum, neque ſenatus impediebat Iſraëlitam quo minus eum emitteret. ערסלא eſt nomen viri alicujus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponit traditio id quod dicitur Levit. 16, 21. איש *vir*, ut alienigena qui non fuerit ſacerdos etiam legitimus ſit ad emittendum hircum.

SHERINGAMIUS. (1) הכל כשרין, *Omnes legitimi erant.*] Etiamſi laici aut immundi. Gemara Babylonica; ת"ר איש להכשיר את הזר עתי שיהא מוכן עתי ואפילו בשבת עתי ואפילו בטומאה. *Tradunt Rabbini: Vir, ut extraneus legitimus fiat; Opportunus, ut ſit præparatus; Opportunus, quamvis in Sabbatho; Opportunus, quamvis in immunditia ſua.* Senſus eſt; eo quod is, qui hircum in deſertum duceret, dicitur *vir*, & non *Sacerdos* Levit. XVI. 21. innuitur, quod laici legitimi ſunt; eo quod dicitur *opportunus*, innuitur, quod non erit temere conſtitutus, ſed ad hanc rem præparatus & edoctus, & tum erit *opportunus* etiamſi in Sabbatho, aut etiamſi immundus ſit.

ד וכבש עשו לו מפני הבבליים שהיו מתלשים בשערו ואומרים לו טול וצא טול וצא מיקירי ירושלם היו מלוין אותו עד סוכה הראשונה עשר סוכות מירושלם ועד צוק תשעים ריס שבעה ומחצה לכל מיל :

4. Et gradum ei fecerunt (1) propter Babylonios, (2) qui crines ei vellicabant, & dicebant ei; Vade, & exi; (3) vade, & exi. Nobiles Hieroſolymæ comitabantur eum ad tabernaculum primum, (4) decem erant tabernacula inter Hieroſolymam & Zuck, & nonaginta ſtadia. ſeptem ſtadia cum dimidio milliarium conſtituebant.


R. OB. DE BARTENORA.

וכבש עשו *Et clivum fecerunt*, inſtar מעלה *gradus*, qui altus erat, ut per illum gradum iret extra atrium, & extra civitatem, ne Babylonii venire poſſent ad eum qui emitteret hircum, nam pilos ipſi evellebant, & dicebant, *defer, feſtina, & exi, neque detine peccata noſtra diutius.* מיקירי ירושלם *Nobiles Jeruſolymorum*, digniores, honorati: עד סוכה הראשונה *ad tugurium primum*, tuguria ipſi fecerunt in via, nam aliqui homines eò ſe conferebant ante diem expiationis, qui ipſum comitabantur ab uno tugurio ad aliud. צוק eſt locus altus & præceps. שבעה ומחצה לכל מיל *ſeptem ſtadia cum dimidio milliare quodlibet conſtituebant*, audivi vocem ריס legendam eſſe cum vav, ſunt autem ducenti & ſexaginta ſex paſſus, quos ipſa vox ריס conficit, unde fiet ut ſeptem ריסין cum dimidio conficiant duo millia paſſuum exceptis quinque, qui faciunt terminum Sabbathicum fere; & nonaginta ריסין ſunt milliaria duodecim.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.


ריס Duæ partes ſunt de quinta decima parte milliaris, milliare vero continet ſeptem ריסין cum dimidio; erant autem duodecim milliaria Jeruſolymis ad locum qui vocabatur צוק, quæ nonaginta ריסין; & inter quodlibet tugurium erat unum milliare, ſive duo millia paſſuum, quæ ſunt terminus Sabbathicus; quomodo inter tugurium ultimum & צוק relinquebantur duo millia.

SHERINGAMIUS. (1) וכבש עשו לו. *Et gradum ei fecerunt.*] Per gradum intelligit viam elevatam, per cujus mediam eminentiam urbe exiret, ne ad eum pervenirent Babylonii & crines ei vellicarent. Bartenora; וכבש כמין מעלה עשו שהוא גבוה ויוצא דרך הכבש חוץ לעזרה וחוץ לעיר, *Et gradum ei veluti aſcenſum fecerunt, qui excelſus erat, & per gradum atrio & urbe exibat.* Erat igitur gradus iſte via elata & edita, Angli a cauſey; Latini *aggerem* vocant. Niſi mavis *tabulatum* vocare, Anglice a ſcaffold. ex terra enim, calce, lapidibuſque aggeſtis non conſtabat, ut aggeres ſolent, ſed ex aſſeribus tabuliſque coaſſatis. Ad modum tamen aggeris factum fuiſſe tradit Maimonides ad caput quartum *Shekalim*, ubi hanc ei formam appinxit.




Fecerunt etiam gradum Sacerdoti qui vaccam rufam comburebat, per quem cum ſociis & adjutoribus ſuis inceſſit, ne à ſepul-

ſepulchris immundi fierent. Gradus autem iſte non ex coaſſatis tabulis, ſed lapidibus aggeſtis factus eſt. *Para* cap. 3. וכבש היו עושים מהר הבית להר המשחה כיפין על גבי כיפין וכיפה כנגד האוטם מפני קבר התהום שבו כהן השורף את הפרה ופרה וכל מסעדיה יוצאין להר המשחה. *Et gradum fecerunt à monte templi ad montem olivarum, lapides ſuper lapides, & lapis ſuper columnam propter ſepulchrum abyſſi, ut per illum Sacerdos qui vaccam comburebat, & vacca, omneſque adjutores ejus exirent ad montem olivarum.* Hæc erat forma ejus, ut eam Maimonides delineavit.



Quod ſi mortuum ſepeliri cognoviſſent in loco quo figeretur columna, ſupra columnam tranſitum ei fecerunt, & hæc erat ejus forma. Vide Maimonid. ad cap. 3. *Para*.



(2) מפני הבבליים, *Propter Babylonios.*] In Gemara traditur non fuiſſe Babylonios; ſed Alexandrinos; Judæos vero propter eorum in Babylonios inveteratum odium, ita ſtultum populum vocaſſe. Gemara Babylonica; אמר רבה בר בר חנה לא בבליים היו אלא אלכסנדריים היו ומתוך ששונאים את הבבליים היו קורין אותן על שמן, *Dixit Rabba Bar Bar Chana; non erant Babylonii, ſed Alexandrini erant; ſed propterea quod oderant Babylonios, vocabant ipſos eorum nomine.*

(3) שהיו מתלשים בשערו ואומרים לו טול וצא, *Qui crines ei vellicabant, & dicebant ei, Vade & exi.*] Stultus populus, ſive Alexandrini Judæi erant, ſive Babylonii, ſive Proſelyti, ita eum urgebat, ut exire properaret: quaſi dicerent, maturato opus eſt, abi ocyus, ut delicta nobis condonentur. Gemara Babylonica: מה שהי צבירא דין וחובי דרא כגיאין *Quare diutius manet hircus iſte cum peccata populi tam numeroſa ſunt.*

(4) מיקירי ירושלם היו מלוין אותו עד סוכה הראשונה. *Nobiles Hieroſolymæ comitabantur eum ad tabernaculum primum.*] Inter Hieroſolymam & Zuck decem erant tabernacula, & nonaginta ſtadia, quæ duodecim milliaria conſtituunt, inter Hieroſolymam & tabernaculum primum, itemque inter ſingula tabernacula unum erat milliarium, quod reliquum erat ſpatium inter tabernaculum ultimum & Zuck duo milliaria conſtituebat. Non poterant igitur nobiles Hieroſolymæ eum ultra tabernaculum primum comitari, quia milliarium unum terminus erat Sabbathi.

ה על כל סוכה וסוכה אומרים לו הרי מזון והרי מים ומלוין אותו מסוכה לסוכה חוץ כאחרונה שבהן שאינו מגיע עמו לצוק אלא עומד מרחוק ורואה את מעשיו :

5. Singulis tabernaculis dicebant ei; Ecce cibum, ecce aquas, (1) & comitabantur eum à tabernaculo ad tabernaculum, (2) excepto ultimo, quia non ibat cum illo uſque ad Zuck, ſed ſtabat è longinquo, & obſervabat quid facturus erat (3).

R. OB. DE BARTENORA.

הרי מזון והרי מים *Ecce cibum, ecce aquas,* hoc dicebant ad benè excipiendum ipſum, nam cui panis in caniſtro eſt, ei non eſuriendum eſt, neque unquam indigebit quoquam. ומלוין אותו מסוכה לסוכה *Et comitabantur ipſum è tabernaculo ad tabernaculum*, nam Jeruſolymis ad tabernaculum primum erat unum miliare, inter quodlibet tabernaculum unum miliare, hinc fiet ut Jeruſolymis ad ultimum tabernaculum ſint decem miliaria; remanent ab ultimo tabernaculo uſque ad צוק duo miliaria, at comitabantur eum per unum miliare, juxta menſuram termini Sabbathici, & è longinquo ſpectabant id quod faciebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam conſtat tibi quod ab uno tabernaculo ad aliud erat terminus Sabbathicus, ideoque eum ab uno tabernaculo ad aliud comitari poterant. Inter ultimum vero tabernaculum & צוק erant duo miliaria, at nemo ultra unum miliare procedere poterat, quod Sabbathi terminus eſt, propterea è longinquo ſtabant.

SHERINGAMIUS. (1) אומרים לו הרי מזון והרי מים, *Dicebant ei, Ecce cibum, ecce aquas.*] Cibum potumque, ut Gemara habet Hieroſolymitana, ei attulerunt; לייפות את כוחו למה שאין יצר הרע תעב אלא דבר שהוא אסור לו. *Ut reficerent vires ejus, quia concupiſcentia mala non deſideraret niſi quod ipſi illicitum foret.* Gemara Babylonica huic non multo diſparem rationem reddit; אינו דומה מי שיש לו פת בסלו למי שאינו פת בסלו, *Qui habet panem in ſportula ſua, non eſt ſimilis ei, qui non habet panem in ſportula ſua.* Utraque Gemara innuit licitum ei fuiſſe cibum potumque quamvis in die jejunii ſumpſiſſe.

(2) ומלוין אותו מסוכה לסוכה, *Et comitabantur eum à tabernaculo ad tabernaculum.*] Non erat unus idemque cœtus qui comitabatur eum à tabernaculo ad tabernaculum; hoc enim non licebat: ſed qui in tabernaculo primo erat, comitabatur eum ad ſecundum, qui in ſecundo ad tertium, & ſic rurſus uſque ad ultimum.

(3) שאינו מגיע עמו לצוק אלא עומד מרחוק ורואה את מעשיו, *Quia non ibat cum illo uſque ad Zuck, ſed ſtabat è longinquo, & obſervabat quid facturus erat.*] Qui in ultimo tabernaculo erat, non poterat eum ad Zuck comitari, quia duo milliaria interpoſita erant, & milliarium unum, ut dictum eſt, terminus erat Sabbathi. Neceſſe erat igitur, ut ſtaret è longinquo, & obſervaret quid facturus erat.

ו מה היה עושה חולק לשון של זהורית חציו קשר בסלע וחציו קשר בין קרניו ודחפו לאחוריו והוא מתגלגל ויורד ולא היה מגיע לחצי ההר עד שנעשה אברים אברים בא וישב לו תחת סוכה אחרונה עד שתחשך ומאימתי מטמא בגדים משיצא חוץ לחומת ירושלם רבי שמעון אומר משעת דחייתו לצוק :

6. Quid faciebat? linguam coccineam dividebat; dimidium ad rupem, dimidium inter cornua ejus alligabat: (1) & impellebat eum retrorſum. & ipſe volvebatur & deſcendebat, nec ad medium montem pervenit, antequam ſingula membra facta erant. (2) Ibat & ſedebat ſub tabernaculo ultimo donec adveſperaſceret: (3) & quando erat pollutus veſtes? à quo muris Hieroſolymæ exibat. R. Schimeon dicit, à tempore impulſionis ejus ad Zuck.

R. OB. DE BARTENORA.

חציו קשר בסלע וחציו בין קרניו *Dimidium alligabat rupi, & dimidium inter cornua*, non alligabat totam linguam coccineam rupi, ne albeſceret antequam detruderetur hircus, & præ gaudio quod lingua albuerat, quod ſignum erat peccata jam eſſe remiſſa, oblivisceretur præceptum de hirco præcipite dando, videreturque ſe jam impleviſſe præceptum de lingua coccinea jam facta candida. Neque eam totam ligabat inter cornua hirci, ne caput illius incurvaretur ſub corpore inter deſcenſum in loca inferiora, & videre non poſſet linguam coccineam albeſcentem, & totus Iſraël triſtitia afficeretur. Propterea linguam mediam alligabat rupi, quæ non albeſcebat per dimidia, niſi donec omnia opera ejus perfecta eſſent. Quando autem tandem aliud dimidium ligabat inter cornua, etſi ſtatim albeſceret, non deſinebat hircum detrudere præ lætitia, quando in eo occupabatur. בא וישב *ibat & ſedebat*, revertebatur ad ultimum tabernaculum. Et quamvis extra terminum Sabbaticum exiiſſet, etſi ex permiſſione Sapientum, non poteſt ultra duo millia paſſuum pergere è loco illo quo exiverat cum permiſſione Sapientum; huic autem permiſerunt, quia timebat ne manere deberet in deſerto, poſtquam veſpera jam adveniſſet. מטמא בגדים *pollutus juxta veſtes*, uti Scriptura Levit. 16, 26. dicit המשלח השעיר לעזאל יכבס בגדיו Deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non ligabat totam linguam coccineam ad rupem, ne ea albeſceret antequam detruſiſſet hircum, & appareret ac ſi peccata jam condonata eſſent, & non eſſet neceſſarium ut detruderetur. Ratio autem, quare totam linguam coccineam non ligabat inter duo cornua hirci, hæc eſt, eo quod accidere poterat ut inter detrudendum caput illius incurvaretur, & non videretur an lingua coccinea albeſceret, & anxietas oriretur, peccata non eſſe condonata. Dicit autem Lex de eo qui hircum educebat quod polluebat veſtimenta Levit. 16, 26. המשלח השעיר לעזאל יכבס בגדיו Deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

SHERINGAMIUS. (1) חלק לשון של זהורית חציו קשר בסלע וחציו קשר בין קרניו. *Linguam coccineam dividebat, dimidium ad rupem, dimidium inter cornua ejus alligabat.*] In principio coccinea lingua veſtibulo templi affixa erat, & quadraginta annis quibus Schimeon juſtus ſacerdotio functus eſt, ut tradunt Gemarici in quarto capite hujus codicis, ſemper albeſcebat: ex eo tempore, aliquando albeſcebat, aliquando non albeſcebat. Cum albeſcebat, populus gaudebat & lætabatur; hoc enim ſignum erat peccata ipſis remiſſa eſſe: cum non albeſcebat, ſinguli ejulabant & pudore ſuffundebantur. Tum ſtatuerunt Rabbini, ut qui hircum in deſertum duceret, partem ejus ad rupem, & partem inter cornua hirci alligaret, ne in conſpectu populi ſuffigeretur. Gem. Babylon. תנו רבנן בראשונה היו קושרין לשון של זהורית על פתח האולם מבחוץ הלבין היו שמחין לא הלבין היו עצבין ומתביישין התקינו שיהו קושרין על פתח אולם מבפנים ועדין היו מציצין ורואין הלבין היו שמחין לא הלבין היו עצבין התקינו שיהיו קושרין אותו חצי בסלע וחציו בין קרניו, *Tradunt Rabbini, quod in principio alligabant linguam coccineam ad oſtium veſtibuli exterioris: ſi albeſcebat, lætabantur; ſi non albeſcebat, dolebant, & confundebantur. Statuerunt ut alligarent eam ad oſtium veſtibuli interioris, & tum introſpiciebant: ſi albeſcebat, lætabantur; ſi non albeſcebat, dolebant & confundebantur. Statuerunt ut dimidium ad rupem, & dimidium inter cornua ejus alligarent.* Tradunt inſuper Talmudici, linguam coccineam in duas partes diviſam eſſe, ne, ſi tota ad rupem appenſa fuiſſet, ſubito albeſcere contigiſſet, & proinde qui hircum duxiſſet, præ gaudio ſui oblitus, eum a rupe non deturbaſſet, ſed peractum eſſe mandatum ejus, & peccata ipſis remiſſa eſſe exiſtimaſſet. Si autem tota ad frontem hirci appenſa fuiſſet, futurum eſſet, ut qui hircum duceret, neſciret aliquando an albuiſſet; quia dum hircus præceps ferebatur, cum reliquum corpus inſtar velaminis capiti obtenderetur, linguam coccineam tegi neceſſe erat.

(2) ולא היה מגיע לחצי ההר עד שנעשה אברים אברים. Ad verbum, *Nec fuit appropinquans ad medium montem antequam factus erat membra membra.*] Senſus eſt: vix ad medium montem volvebatur antequam erat membra mutilatus. Mandatum Dei non erat, ſed ſtatutum Rabbinorum, ut hircus emiſſarius à rupe detruderetur. Nam ſi hircus è deſerto vivus rediiſſet, ut triſtia præſagire ſolebant, malumque inde portendi exiſtimabant: ſtatuerunt igitur ut è Zuck alto & prærupto monte depelleretur. Nonnulli tamen inter Talmudicos hæc lege divina præſcripta & imperata eſſe putant; probantque ſuam ſententiam ex eo quod dicitur Levit. XVI. 22. *Et portabit hircus ſuper ſe omnes iniquitates eorum in terram exciſionis.* Per *terram* autem *exciſionis*, intelligunt locum in quo membra ejus exſcinderentur. Gemara Babylonica; איבעיא להו אותן איבריהם מהו בהנאה רב ושמואל חד אמר מותרין וחד אמר אסורין מאן דאי מותרין דכתיב במדבר ומאן דאמר אסורין דכתיב גזירה, *Quæſitum eſt inter ipſos; membra quid illa in pulchritudine?* id eſt, ſi integra maneant & non mutilata. *Rab & Samuel, unus eorum dixerit, licita ſunt; alter dixerit, vetita ſunt: Qui dixerit, licita ſunt;* ex eo probat ſententiam ſuam, *quia ſcribitur in deſerto. Qui dixerit, vetita ſunt*, ex eo probat ſententiam ſuam, *quia ſcribitur* in terram *exciſionis*.

(3) בא וישב לו תחת סוכה אחרונה עד שתחשך, *Ibat & ſedebat ſub tabernaculo ultimo donec adveſperaſceret.*] Poſtquam opus diei abſolviſſet, ex ſtatutis Rabbinorum non licuiſſet niſi milliarium unum revertiſſe. Sed quia ex labore ſuſcepto infirmus & languidus eſſe poterat, timiduſque etiam ſi ſolus in deſerto poſt exortas tenebras permanſiſſet, ut ad tabernaculum ultimum reverteretur ei indultum eſt. R. Solomon Jarchi; חוזר עד סוכה אחרונה אע"פ שהיוצא חוץ לתקוי אפילו ברשות אין לו אלא אלפים אמה ממקום שיצא לשם ברשות לזה התירו לפי שהוא מעונה וחלש ועוד שירא לעמוד יחידי במדבר משתחשך.

ז בא לו אצל פר ושעיר הנשרפין קרען והוציא את אימוריהן נתנן במגים והקטירם על גבי המזבח קלען במקלעות והוציאן לבית השריפה ומאימתי מטמאין בגדים משיצאו חוץ לחומת העזרה רבי שמעון אומר משיצית האור ברובן:

7. Ibat ad juvencum & hircum qui erant comburendi: (1) findebat eos, & eorum viſcera educebat. (2) Ponebat in ſcutella, eaque ſuper altare offerebat: (3) incidebat eos inciſionibus, (4) & ad locum combuſtionis portari curabat. (5) & quando erant polluti veſtes? à quo exibant muris atrii. (6) R. Schimeon dicit, à quo ignis in maxima eorum parte accendebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

בא לו *Veniebat*, poſtquam pontifex maximus tradiderat hircum emiſſarium ei qui emittebat ipſum, ibat ad juvencum & hircum qui cremandi erant, & eorum adipes detegebat. נתנן במגים *ponebat eos in ſcutella*, quæ eſt ſcutella è vaſis miniſterii. והקטירם על גבי המזבח *& incendit eos in altare*, non poteſt dici quod ſtatim adipes adolebat, quia veſtimentis albis indutus erat, quibus etiam indutus erat ad legendum ſectio-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלען במקלעות *Incidebat eos inciſionibus*, ſeparabat fruſta carnis ſine excoriatione, eo quod dictum eſt Levit. 16, 27. את עורם ואת בשרם Polluebatur autem veſtimenta ut dicit Lex ibidem והשורף אותם יכבס בגדיו Deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ſectionem. Sed dici poteſt, quod adipes imponebat ſcutellæ ad cremandum eos poſtquam jam advenerat tempus ipſius; & poſtquam ſe immerſiſſet, & veſtimenta aurea induiſſet. קלען במקלעות *incidebat eos inciſionibus*, in formam cirri qui קליעה dicitur; erant autem integri hircus & juvencus cum pelle, carne & ſtercore; & aperiebatur ipſis tantum venter ad educenda viſcera. והוציאן לבית השריפה *& eduxit eos ad locum combuſtionis*, extra Jeruſolymam. ומאימתי מטמאין בגדים *& quando polluti veſtes?* eorum veſtes qui operam dabant combuſtioni, uti dictum eſt Levit. 16, 28. Deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

SHERINGAMIUS. (1) בא לו אצל פר ושעיר הנשרפין, *Ibat ad juvencum & hircum qui erant comburendi.*] Tam apud Judæos quàm cæteras gentes nulla fere erat victima, cujus non aliqua ſaltem pars urebatur, unde veteres Græci *καίειν urere* dixerunt pro θύειν *ſacrificare*. Heſiod. *Op. & dies.*

ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν,
ſplendidaque crura adurito.

& vice verſâ θύειν *ſacrificare*, pro *καίειν urere*. Theocrit. Idyll. 2.

Νῦν θύσω τὰ πίτυρα,
Nunc furfures ſacrificabo.

Quædam tamen apud Judæos erant ſacrificia, quæ peculiariter dicebantur נשרפין *urenda*, quæ tota extrà urbem in loco mundo urebantur, exceptis iſtis partibus quæ ſuper altare holocauſtorum oblatæ erant. Vide caput quartum & quintum Codicis *Zebachim*, notaſque Rabbinorum in eadem.

(2) והוציא את אימוריהן, *Et eorum viſcera educebat.*] Viſcera ſacrificiorum pro peccatis, & pacificorum, dicuntur אימורים, non omnia, ſed ea ſolum quæ ſuper altare cremabantur, adipes, & renes, & fibra jecinoris. In id genus ſacrificiis, iſtis litare juſſit Deus. Vide *Levit.* III. 3. 4. & *Levit.* IV. 8. 9. Antiquæ gentes iiſdem ritibus uſæ ſunt. In quibuſdam enim ſacrificiis Judæorum more viſcera ſuper aras comburebant. Virgil. lib. 6. Æneid.

Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis.

Joſephus lib. 3. cap. 10. *Antiq. Judaic.* *τὰς ἐξοχὰς extremitates*, id eſt, *caudas* eorum ſuper altare etiam oblatas eſſe ait. quod dubito an verum ſit, cum *Lev.* XVI. 25. nulla extremitatum facta ſit mentio; nec etiam *Lev.* IV. 8. 9. ubi de ſacrificiis iſtis, quæ חטאות vocantur, agitur. Certè in quibuſdam ſacrificiis cauda inter partes iſtas, quæ אימורים Talmudicis dicuntur, numeratur; ipſamque Sacerdos altari inferre jubetur, *Lev.* VII. 3. ſed cum juvencus & hircus iſte ex illis erant ſacrificiis, quæ Hebræis חטאות vocantur, ut ex *Lev.* XVI. conſtat, neſcio an Joſepho habenda ſit fides.

(3) נתן במגים והקטירם על גבי המזבח, *Ponebat in ſcutella, eaque ſuper altare offerebat.*] Gemarici pro והקטירם ſubſtituunt להקטירם. viſcera enim è veſtigio non obtulit, ſed poſuit in ſcutella donec offerendi tempus inſtaret. Gem. Babylon. והקטירם סלקא דעתך אלא אימא להקטירם על גבי המזבח. *Et offerebat ea, aſcendit in mentem tuam? ſed dic, ut offerret ea ſuper altare.* Certior eſt hæc emendatio in Gemara *Peſachim* ad finem capitis quinti, ubi in Miſchna eadem de viſceribus agni Paſchalis ſuper altare concremandis, quæ in hoc loco de viſceribus juvenci & hirci dicuntur. ibi הקטירם laïco tribuitur, qui munus hoc obire non poterat; mendum ideo ſubeſſe neceſſe eſt. Gemara ad caput quintum *Peſachim*. אטו הוא גופיה הוה מקטר להו אימא להקטירן על גבי המזבח, *Ergo ille ipſe obtulit ea? dic, ut offerret ea* Sacerdos *ſuper altare.* Pro והקטירם igitur להקטירם in utroque loco ſubſtitui debet.

(4) קלען במקלעות, *Incidebat eos inciſionibus.*] Membra eorum in fruſta non diſſecuit, ut in holocauſtis fieri ſolebat. Sed poſtquam viſcera abſtuliſſet, inciſionibus quibuſdam reliqua carne factis, quibus invicem adhærebant, ipſos ad locum combuſtionis demiſit. Maimonides in *Hilcoth Abodath Jom Hakkippurim*: ו. בו. מחתך שאר בשרן חתיכות גדולות מעורות כמין קליעה ואינו מפרק אותן, *Reliqua carne incidit inciſiones magnas cohærentes invicem, ſicut opus implexum, & non ſeparavit eos.* Modus loquendi 1 *Reg.* VI. 32. decerptus videtur. וקלע עליהם מקלעות כרובים, *Et incidit ſuper eis inciſiones Cherubim.* R. Solomon Jarchi paulò aliter hanc Miſchnam explicat. ארבעה בני אדם נושאין שני מוטות שנים לפנים שנים לאחור ומהלכין מוט אצל מוט הפר והשעיר נתונין עליהן מורכבין זה על זה וכופפין זה תחת זה כמין קליעה ושלימין הן אלא שנקרע כריסן להוציא אימוריהן, *Quatuor homines duos vectes ferebant; duo ante, & duo pone. Portabant vectes juxta ſe, & juvencus & hircus iis imponebantur. alterum ſuper alterum vehebant, & alterum ſub altero incurvabant, velut opus implexum. & integri erant, niſi quod venter eorum diſſectus erat ut viſcera educerentur.*

(5) והוציאן לבית השריפה, *Et ad locum combuſtionis portari curabat.*] Locus iſte extra urbem erat, quo cineres altaris deferri ſolebant. ibi enim tam hirci quam juvenci omnes, qui urendi erant, urebantur. *Zebachim* cap. 5, פרים הנשרפים ושעירים הנשרפים שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון הזיה על הפרוכת ועל מזבח הזהב מתנה אחת מהם מעכבת שירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון אם לא נתן לא עכב אלו ואלו נשרפין בבית הדשן. *Juvenci comburendi, & hirci comburendi, mactatio eorum in aquilone eſt, & acceptio ſanguinis in vaſe ſacro in aquilone. Sanguis eorum juxta propitiatorium & ſuper altare aureum ſpargi debet. Sparſio una ex iſtis impedit. Reliquias ſanguinis in lembum occidentalem altaris exterioris fundebat. & ſi non fundebat; opus non erat irritum. Iſti & iſti comburuntur in loco cinerum.* Idem traditur *Zebachim* cap. 12. פרים הנשרפים ושעירים הנשרפים בזמן שהם נשרפין כמצותן נשרפין בבית הדשן, *Juvenci urendi & hirci urendi, quando juxta mandatum eorum uruntur, in loco cinerum uruntur.*

(6) משיצאו חוץ לחומת העזרה, *A quo exibant muris atrii.*] Sic in codice *Zebachim* traditur; quamvis ibi quoque R. Schimeon diſſentit. *Zebachim* cap. 12. היו סובלין במוטות יצאו הראשונים חוץ לחומת העזרה והאחרונים לא יצאו הראשונים מטמאין בגדים והאחרונים אינן מטמאין בגדים עד שיצאו יצאו אלו ואלו מטמאין בגדים רש"א אלו ואלו אינן מטמאין בגדים עד שיצית האור ברובן, *Portabant illos vectibus: quando priores atrio exiſſent, priores erant polluti veſtes, & poſteriores non erant polluti veſtes, donec exiſſent. cum omnes exiſſent, omnes erant polluti veſtes. R. Schimeon dicit, nec iſti, nec iſti veſtes polluti erant, donec ignis in maxima eorum parte accenderetur.*

ח אמרו לו לכהן גדול הגיע שעיר למדבר ומניין היו יודעין שהגיע שעיר למדבר דרכיות היו עושין ומניפין בסודרין ויודעין שהגיע שעיר למדבר אמר רבי יהודה והלא סימן גדול היה להם מירושלם ועד בית חדודו שלשה מילין הולכין מיל וחוזרין ושוהין כדי מיל ויודעין שהגיע שעיר למדבר ברייתא רבי

8. Dicebant Sacerdoti magno; hircus ad deſertum acceſſerit. (1) & unde ſciebant hircum ad deſertum acceſſiſſe? ſpeculas in via fecerunt, & agitabant ſudaria, (2) & ſciebant hircum ad deſertum acceſſiſſe. Dicit R. Jehuda; & annon illis ſignum magnum erat hoc; ab Hieroſolyma uſque ad aditum deſerti tria erant milliaria, ibant milliarium & redibant, & æſtimabant quaſi milliarium, & ſciebant hircum ad deſertum acceſſiſſe. Tra-

ישמעאל אומר והלא סימן אחר היה להם לשון של זהורית היה קשור על פתחו של היכל וכשהגיע שעיר למדבר היה הלשון מלבין שנאמר אם יהיו חטאיכם כשנים כשלג ילבינו :

Traditio Exotica. Dicit R. Iſmael, & an non illis ſignum aliud erat hoc? lingua coccinea alligata erat ad portas templi, & cum hircus ad deſertum acceſſiſſet, albeſcebat, quia dicitur; Si fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, ſicut nix albeſcent.

R. OB. DE BARTENORA.

הגיע שעיר למדבר *Acceſſerit hircus ad deſertum*, nam aliud miniſterium inchoare non poterat, niſi donec hircus attigiſſet deſertum, uti dictum eſt Levit. 16. ושלח את השעיר במדבר & deindè, חלב החטאת יקטיר על המזבח.

דרכיות Sunt magnæ petræ, & altæ, una ſuper aliam poſita, ubi ſpeculatores conſiſtunt, & ſudaria agitant, ad oſtendendum hircum jam perveniſſe in deſertum, ad locum צוק. Cæterum בית חרודו eſt locus in principio deſerti, putat autem R. Jehuda, præceptum adimpletum eſſe, etſi nondum perveniſſet hircus ad petram; at deciſio non eſt juxta ipſum. הולכין מיל *milliare ibant*, ut Miſna dixit ſupra hoc capite verſ. 4. מיקרי ירושלם מלוין אותו עד סכה הראשונה & illi redibant Jeruſolyma, & deindè exſpectabant tamdiu donec quis ſpatium milliaris conficere poſſet, & tum perſuaſi erant hircum perveniſſe in deſertum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דרכיות *Speculas*, ſunt ſtrata magna ubi ſpeculatores ſtabant, & ſudaria agitabant. R. Jehuda putat, ſimulac hircus in deſertum pervenerat, præceptum eſſe adimpletum, etſi ad petram צוק nondum perveniſſet, ideoque dicit, quod ſpatium temporis conſiderabant intra quod eò pervenire poterat. בית חרודו eſt nomen loci in deſerto; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

SHERINGAMIUS. (1) אמרו לו לכהן גדול הגיע שעיר למדבר. *Dicebant Sacerdoti magno, hircus ad deſertum acceſſerit.*] Cum primum hircus ad deſertum acceſſiſſet, hoc Sacerdoti magno narrant, ut ſe ad lectionem conferat; quia tum juxta ſententiam R. Jehuda peractum erat mandatum hirci: alii autem, ut ex ſuperioribus liquet, dicunt, non eſſe peractum mandatum ejus, donec à rupe deturbaretur.

(2) ומניפין בסודרין, *Et agitabant ſudaria.*] Inter Hieroſolymam & Zuck altos lapides erexerint, in quibus ſtabant ſpeculatores, & cum hircus ad deſertum acceſſiſſet, qui proxime deſertum ſtabat agitavit ſudarium; quo viſo, reliqui omnes ordine ſignum dederunt. Hanc artem vero excogitarunt, ut fama hujus rei ad Sacerdotem celeriter perveniret. Sic etiam in jugi ſacrificio cum Sacerdos magnus libaret, princeps reliquorum Sacerdotum agitavit ſudaria, ut hoc ſcirent cantores, qui è longinquo ſtabant. *Tamid* cap. 7. באו ועמדו אצל בן ארזא אחד מימינו ואחד משמאלו שחה לנסך והניף הסגן בסודרין הקיש בן ארזא בצלצל ודברו הלוים בשיר. *Ibant & ſtabant prope filium Arzæ, alter e dextra ejus, & alter è ſiniſtra; incurvavit ſe ut libaret, & princeps Sacerdotum agitavit ſudaria, & filius Arzæ cymbalo tinniit, & Levitæ cantabant canticum.*

Legendi ritus. De Benedictionibus. Duo arietes, & ſeptem agni perfecti immolantur. Sacerdos magnus cupam thuribulumque ex ſancto ſanctorum deprompſit, ut veſperi ſuffimentum adoleret. Amicis, cum ſalvus evaſit, convivium inſtruxit. De veſtibus Sacerdotalibus. De oraculo Urim & Thummim.

פרק ז בא לו כהן גדול לקרוא אם רצה לקרוא בבגדי בוץ קורא ואם לא קורא באצטלית לבן משלו חזן הכנסת נוטל ספר תורה ונותנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול וכהן גדול עומד ומקבל וקורא עומד וקורא אחרי מות ואך בעשור וגולל ספר תורה ומניחו בחיקו ואומר יותר ממה שקראתי לפניכם כתוב כאן ובעשור שבחומש הפקודים קורא על פה ומברך עליה שמנה ברכוי על התורה ועל העבודה ועל ההודאה ועל מחילת העון ועל המקדש בפני עצמו ועל ישראל בפני עצמן ועל הכהנים בפני עצמן ועל שאר התפלה :

Caput 8. Sacerdos magnus ibat ad legendum; (1) ſi volebat legere in veſtibus byſſinis, legebat; (2) & ſi non, legebat ſtola alba propria. (3) Miniſter publicus deprompſit librum legis, (4) tradiditque capiti conventus, (5) & capùt conventus tradidit principi ſacerdotum, & princeps ſacerdotum tradidit Sacerdoti magno. (6) Sacerdos magnus ſtabat, & accipiebat & legebat. ſtabat & legebat אחרי מות & אך בעשור, (7) & volvebat librum legis, (8) & ſuo pectore collocabat, (9) & dicebat. plus quam id, quod legi coram vobis, eſt hic. (10) & בעשור in Pentateucho numerorum (11) legebat ore, (12) & benedicebat benedictiones octo. Super lege, & ſuper miniſterio, & ſuper confeſſione, & ſuper remiſſione peccatorum, & ſuper ſanctuario, & ſuper Iſraël, & ſuper ſacerdotibus, & ſuper oratione reliqua.

R. OB. DE BARTENORA.

לקרוא *Ad legendum*, ſectionem de die expiationis: בבגדי בוץ *veſtimenta byſſina*, in quibus cultum perficiebat die expiationis: קורא *legebat*, quia veſtitum ſacerdotalem induere licebat etiam extra tempus miniſterii, quia veſtitus ſacerdotalis ipſi datus erat ut indè utilitatem capere poſſet. אצטלית *ſtola*, eſt veſtimentum inſtar induſii albi confectum: משלו *ſua*, quia Lectio Sectionis non eſt cultus.

חזן הכנסת *Miniſter Synagogæ*, eſt שמש: ראש הכנסת *caput Eccleſiæ*, penes quem erat regimen totius eccleſiæ, qui determinabat quis diceret Haftaram, quis diceret *Audi Iſraël* &c. & quis iret ante arcam. Tradebant autem librum Legis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

באצטלית לבן משלו *In ſtola alba ſua*, ad denotandum quod lectio quam legebat, non erat cultus, idcirco ipſi licebat legere in quacunque veſte vellet. אם רצה בבגדי בוץ קורא *Si volebat legere in veſtibus byſſinis, legebat*, ad docendum nos, quod illi licitum erat induere veſtitum ſacerdotalem, etiam eo tempore quo non peragebat cultum, nam fundamentum nobis eſt, quod veſtitum ſacerdotalem induere poteſt etiam extra tempus miniſterii. Dabant autem librum Legis de manu in manum, honoris gratiâ, & lectio fiebat in atrio mulierum, quia illic ſedere licet homini. Cæterum quod dicit, עמד *ſtabat*, eſt argumento quod ſta-

gis de manu in manum, propter honorem Pontificis maximi, ad denotandum quod illuſtris ipſi incumbebebat provincia.

עומד וקורא *Stabat & legebat*, hinc conſtat quod ad id tempus uſque ſedebat, & quod legebat in atrio mulierum, nam ſi intra atrium Iſraëlitarum legiſſet, quanto magis in loco ſanctiori vetitum eſt ſedere, ſed Regibus è familia Davidis tantum erat licitum ſedere in atrio, uti dictum eſt 2 Sam. 7, 18. Legebat autem in libro Legis cap. 6. Levit. & cap. 23. Quia in libro Legis licet tranſire ex uno loco in alium, quando ſenſus adeo propinquus eſt ut miniſter non poſſit perficere, qui textum repetebat Chaldaicè. Cæterum ſi antequam potuiſſet revolvere librum Legis ad inveniendum locum quem quærebat, miniſter poterat textum abſolvere quem legerat ille qui legebat, vetitum eſt revolvere librum ad tranſeundum ex uno libro in alium, quia eo modo cœtus expectabat otioſus, quod non erat ejus honor.

יותר ממה שקריתי לפניכם כתוב כאן *Plus quam id, quod legi coram vobis, hic ſcriptum eſt*, dicebat hoc ne quis putaret librum Legis defectu laborare, quando videbant eum memoriter recitantem tertiam ſectionem, & cogitarent librum Legis deſtitui illa ſectione. Recitabat autem memoriter ſectionem quæ occurrit Num. 29. eo quod ea longè diſtabat à ſectione quæ occurrit Levit. 6. & 23. ad quam quærendam plus temporis præteribat quam ut prælector abſolvere poſſet; propterea librum Legis revolvere non poterat niſi donec eo perveniſſet, quia in cœtu publico librum Legis revolvere non debemus, propter honorem cœtus. Neque alium librum Legis adducere poterat, quia id defectum primi innuebat. על התורה *ſuper Lege*, duas benedictiones, unam ante ſectionem, & unam poſt eam, eo modo quo benedicimus in Synagoga. על העבודה *ſuper miniſterio*, benedictionem hujus argumenti, Propitius eſto Domine Deus noſter populo tuo Iſraëli. על ההודאה *ſuper confeſſione*, hoc ſenſu, *Et confitemur tibi &c.* ועל מחילת העון *& ſuper remiſſione peccatorum*, hoc ſenſu, *Condona nobis Pater noſter.* ועל המקדש *& ſuper ſanctuario*, ut in eo habitare vellet Deus. ועל הכוהנים *& ſuper ſacerdotibus*, ut benedicti eſſent, ut ſacrificia Deo accepta eſſent. על ישראל ועל שאר התפלה ſuper *Iſraël & ſuper reliqua oratione*, exponit Gemara quod dicebat, *ſupplicatio, clamor, & petitio eſt coram te, quod populus tuus Iſraël ſervari debet, benedictus tu Domine qui exaudis orationem.*

ſtabat antequam ſederet; at in atrio Iſraëlis & ulterius nemo hominum ſedere poterat, niſi Reges è familia Davidis, uti ſcriptum eſt 2 Sam. 7, 18. ויבא המלך דוד וישב לפני יהוה Ratio autem, quare dicit quod memoriter legebat ſectionem ובעשור Num. 29, 7. hæc eſt, quod uni homini non licet legere in duobus libris Legis, eo quod indè videri poſſet ac ſi primum dehoneſtaret. Neque magis decorum eſt volvere librum Legis in cœtu propter honorem cœtus, donec perveniat ad Num. 7. 17. Præterea quoque non licebat ipſi legere in libro ſecundo quia defectum primi innuebat, quare memoriter legebat ſine libro. Octo autem benedictionum prima erat hujus argumenti. *Qui nos elegit ex omnibus gentibus:* deinde lectionem abſolvebat, & benedicebat, *Qui nobis dedit Legem veritatis, & vitam æternam inter nos plantavit*, quæ ſecunda benedictio eſt. Tertia eſt, *Benevolus eſto Dominus Deus noſter populo tuo Iſraël &c.* Quarta eſt, *Confitemur tibi &c.* Quinta eſt, *Condona nobis &c.* In ſexta petebat continuationem Divinitatis in templo habitantis, & ut Deus gloriam & honorem ſuum continuare vellet. In ſeptima petebat benedictionem Dei ſuper ſacerdotes, ut acceptare vellet ſacrificia eorum, & ſimilia. In octava petebat à Deo liberationem Iſraëlis, & claudebat his verbis, *Benedictus tu Domine qui exaudis Iſraëlem.*

ᶠ SHERINGAMIUS. (1) בא לו כהן גדול לקרוא, *Sacerdos magnus ibat ad legendum.*] Ibat, ut ajunt Rabbini, ad atrium mulierum, ubi juxta ritum diei legerit, quemadmodum à ſenioribus Synedrii magni (ut in primo capite habetur) inſtitutus & eruditus fuerit.

(2) אם רצה לקרוא בבגדי בוץ קורא, *Si volebat legere in veſtibus byſſinis, legebat.*] Quamvis lectio ad miniſterium altaris, quod ipſis עבודה dicitur, non ſpectabat, veſtibus tamen ſacris, ſi voluerit, legebat: quia licitum erat Sacerdoti magno veſtes ſacras geſtare etiam quando altari non adminiſtrabat. Gem. Babylon. קתני אם רצה לקרות בבגדי בוץ קורא שמעת מינה בגדי כהונה ניתנו ליהנות בהם, *Docet* Miſchna, *ſi voluit legere in veſtibus byſſinis, legebat: audias inde, veſtes ſacerdotii datæ ſunt, ut ex iis utilitas caperetur.* Joſephus à Talmudicis diſſentire videtur, qui libr. 15. capit. 14. *Antiquitat. Judaicar.* affirmat, Sacerdotem magnum ſtolam ſacram nunquam geſtaſſe, niſi cum immolaret victimam. κατὰ δὲ τὴν βόρειον πλευρὰν ἀκρόπολις ἐγγώνιος εὐερκὴς ἐτετείχιστο, διάφορος ὀχυρότητι. ταύτην οἱ πρὸ Ἡρώδου τοῦ Ἀσαμωναίων γένους βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς ᾠκοδόμησαν, καὶ Βᾶριν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκεῖ τὴν ἱερατικὴν ἀποκεῖσθαι στολὴν, ἣν, ὅταν δέῃ θύειν, τότε μόνον ὁ ἀρχιερεὺς ἀμφιέννυται. *In ſeptentrionalis lateris angulo arx erat firma & bene munita, opus Aſamonæorum qui ante Herodem gentis Sacerdotium ſimul & Principatum tenuerunt, & turrim vocaverunt, repoſitorium ſtolæ Pontificiæ, qua, cum ſacrificare oporteret, tum ſolum Sacerdos magnus induebatur.* Si Joſephus de jure loquatur, in hoc (ut in aliis ſæpe) erraſſe certum eſt: nam ut dubia ſint, quæ in præſenti Miſchna de lectione dicuntur, & tantundem authoritas Joſephi quantum Talmudicorum valeat: at dubium non eſt, quin Sacerdotes magni ſacris veſtibus uterentur quando oraculum Urim & Thummim conſuluerint, quod tamen ad ſacrificia & miniſterium altaris non ſpectabat. Si verò de facto loquatur, ab errore excuſari poſſit, cum ſub Templo ſecundo oraculum Urim & Thummim ceſſaſſet; cum etiam per ἱερατικὴν στολὴν habitum forte aliquem peculiarem intelligat, quem propter enorme pretium, aut ob alias cauſas, Sacerdos magnus nunquam geſtavit niſi cum ſacrificaret; non quia non licuit alias geſtare, ſed ut pretioſis veſtibus parceret. Poterant etiam & gregarii Sacerdotes ſacris veſtibus uti eo tempore quo miniſterio altaris non adeſſent. Lapſus clariſſimus Seldenus, qui lib. 2. cap. 7. de *Succeſſ. in Pontificat. Hebr.* hoc negat. Quod vero ex Juriſconſultis Hebræis adducit, hoc forte de ſolo balteo intelligendum eſt, quo indui, ex eorum ſententia, haud fas erat Sacerdotibus niſi cum altari adminiſtrarent, quia ex heterogeneis conſtabat. Si vir clariſſimus Juriſconſultos Hebræos nominaſſet, nobis aliquid certi proferre licuiſſet. Interim quod dictum eſt veriſimile videatur, cum hoc apud Hebræos celebre & decantatum ſit. Rabbi Levi Barſellonius in Paraſ. Tſav. ובאלו תהיה עובד לעולם כוהן הדיוט ומותר ללובשן ביום בין בשעת עבודה או שלא בשעת עבודה דמותר ליהנות בהם חוץ מן האבנט לפי שהוא שעטנז ולפיכך אסור שלא בשעת עבודה. *Et in iſtis* veſtibus *aſſidue adminiſtrabat Sacerdos gregarius, & interdiu licitum erat iſtis uti tum eo tempore quo adminiſtrabat altari, tum eo tempore quo non adminiſtrabat, quia licitum erat ex iis utilitatem capere, excepto balteo, quia pannus mixtus erat, & propterea prohibitus eo tempore quo non adminiſtrabat.* Vide Gemaram ad præſentem Miſchnam, & Gemaram etiam ad caput primum *Tamid*, ubi aſſeritur gregarios Sacerdotes veſtes ſacras noctu ſub capitibus collocare non potuiſſe cum dormirent, nec in iiſdem dormire: potuiſſe tamen interdiu iiſdem uti eo tempore quo non adminiſtrabant. Sed hoc tantum in Sanctuario aut in urbe Hieroſolyma ipſis permiſſum, eaſdem enim geſtare cum ex urbe exirent non licebat. Gemara Babylonica; בגדי כהונה היוצא בהן למדינה אסור ובמקדש בין בשעת עבודה בין שלא בשעת עבודה מותר מפני שבגדי כהונה ניתנו ליהנות בהן. *Probibitum eſt quemvis veſtibus ſacris indui cum abeat in provinciam, ſed hoc in Sanctuario & in urbe Hieroſolyma licitum eſt; tum eo tempore quo altari miniſtrant, tum eo tempore quo non miniſtrant, quia veſtes Sacerdotales datæ ſunt ut ex iis utilitas caperetur.* Ex his apertum eſt, ſi ex Juriſpandectis Hebræorum res ſit decernenda, uſum veſtium Sacerdotalium gregariis Sacerdotibus conceſſum eſſe eo tempore quo miniſterium altaris non obierint: & hoc quidem non ſolum in Sanctuario, ſed etiam cum è Sanctuario in urbem prodirent. Cum enim מקדש

& מדינה, ut in loco citato, opponuntur, per מקדש Sanctuarium Hieroſolymitanum cum tota urbe ſive ירושלים כולה intelligitur, ut recte notavit Buxtorfius in ſuo Lexico magno ad dictionem מדינה. Taceo id quod in tempore Schimeonis juſti Pontificis in Gemara accidiſſe traditur, quo Sacerdotes ſacris veſtibus amicti Alexandro magno ex urbe obviam proceſſerunt, quia factum illud extraordinarium fuiſſe videatur, nec alias licitum: refert etiam Joſephus Schimeonem juſtum, ſive Jaddum (plura enim habuit nomina) à Deo in ſomnis monitum hoc ipſis conſilium ſuggeſſiſſe. Talmudici Joſephum etiam conſentientem habent, niſi quod ille ne ipſum quidem balteum excipit. Sic enim ille de balteo gregarii Sacerdotis, lib. 3. cap. 8. *Antiquitatum Judaïcarum.* καὶ κέχυται μετὰ πολλῆς μέχει καὶ τῶν σφυρῶν ἕως ἂν μηδὲν ὁ ἱερεὺς ἐνεργεῖ. πρὸς γὰρ εὐπρέπειαν οὕτως ἔχει τοῖς ὁρῶσι καλῶς. ὅταν δὲ σπουδάζειν περὶ τὰς θυσίας δέῃ καὶ διακονεῖν, ὅπως μὴ κινούμενος ἐμποδίζηται πρὸς τὸν ἔργον, ἀναβαλλόμενος ἐπὶ τὸ λαιὸν ὠμοφορεῖ. *Et quidem* balteus *uſque ad talos defluit dum Sacerdos à miniſterio ceſſat, hoc enim videntibus pulchrum eſt. Cum vero ſacrificare oportet & altaris miniſterium peragere, ne motus miniſterio obeſſet, ſuper humerum lævum rejicitur.* Male igitur Joſephi locus lib. 6. cap. 15. de *Bello Judäico* in contrariam partem à viro clariſſimo adductus eſt; verba hæc ſunt. τῶν δὲ ἀπὸ γένους ἱερέων ὅσοι διὰ πήρωσιν οὐκ ἐλειτούργουν παρῆσαν τε ἅμα τοῖς ὁλοκλήροις ἐνδοτέρω τοῦ γεισίου καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ γένους ἐλάμβανον μερίδας, ταῖς γε μὴν ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς ἐχρῶντο. τὴν γὰρ ἱερὰν ὁ λειτουργῶν ἠμφιέννυτο μόνος. *Quicunque ex genere Sacerdotum cœcitatis cauſa non adminiſtrabant, cum ſanis intra limitem aderant, parteſque generis conſequebantur: veſtibus verò utebantur plebejis; Sacerdotali enim ſolus qui adminiſtrabat induebatur.* Fruſtra hæc in ſuam ſententiam traxerit vir clariſſimus, cum ex ſenſu loci ſatis appareat, quod Joſepho ὁ λειτουργῶν is dicitur, qui vice ſua fungebatur propter cœcitatem non excluſus, licet actu miniſterium altaris non peregerit.

(3) ואם לא קורא באצטלית לבן משלו. *Et ſi non, legebat ſtola alba propria.*] Propria ſtola legebat, ſi voluerit, quia, ut in Gemara dicitur, קריאה לאו עבודה היא, *Lectio non eſt miniſterium.* Opus igitur non erat ut ſacris uteretur veſtibus, ſed ſuis legere potuerit ſi libuiſſet. Non eſt autem *ſtola* genus veſtimenti Medici aut Perſici, ut Critici quidam inſulſe affirmant, ſed dictio à Græcis ſuam originem traxerit, quibus ςολὴ indumentum omne cujuſcunque ſit generis ſignificat. Helleniſtis etiam eodem modo uſurpatur, quibus omnes Sacerdotis veſtes ςολαὶ vocantur. Vide Septuaginta Interpretes, *Exod.* XXVIII. 4. & *Exod.* XXXIX. 1. *Stola* vero, ſive indumentum hoc, quo Sacerdos utebatur cum legebat (ſi ſuis uti veſtibus voluerit) factum erat ad modum pallii, לבוש עשוי כמין חלוק לבן, ut ajunt Rabbini. Latinis olim *ſtolæ* muliebria veſtimenta erant, quibus uti viro turpe & ignominioſum fuit. D. xxxiiii. de auro, argento. &c. l. veſtis. *Muliebria ſunt, quæ matrisfamiliæ cauſa ſunt comparata, quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione, veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ (quæ magis capitis tegendi quam ornandi cauſa ſunt comparata) plagulæ, penulæ.* Hoc veſtimenti genus matronis præcipue in uſu fuit, & rugis plicisque obducebatur, ut innuit Martialis lib. 3. Epigram. 93.

Rugoſiorem cum geras ſtola frontem,
Et aranearum caſſibus pares mammas.

(4) חזן הכנסת נוטל ספר תורה, *Miniſter publicus capiebat librum legis.*] Ex arca, ubi repoſita erat, deprompſit. חזן enim, ut ait Bartenora ad caput ſeptimum codicis *Sotah*, ubi tota fere hæc ſectio iterum occurrit, miniſter erat publicus, ad quem ſpectabat librum ex arca depromere cum legebant, & eundem finita lectione in arca denuo collocare. Curabat etiam munditiem templi, & ut ſingula in eo rite ordinata & diſpoſita forent. חזן הכנסת שמש הכנסת שטורח עסקי הכנסת עליו להכנים ולהוציא להפשיט את התיבה ולהכין היכל.

(5) נותנו לראש הכנסת, *Tradebatque capiti conventus.*] *Caput conventus* is dicebatur, qui ſingulis ſuum munus impertivit, cujus ore decernebatur quis prophetas explicaret, quis exponeret ſuper lectione Schemah, quis deſcenderet coram arca. Solomon Jarchi; ראש הכנסת על פיו נחתכין צרכי הכנסת מי מפטיר מי פורס על שמע מי עובר לפני התיבה.

(6) וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול, *Et caput conventus tradebat Principi Sacerdotum, & Princeps Sacerdotum tradebat Sacerdoti magno.*] Librum hoc modo à manu ad manum tradiderunt in honorem Sacerdotis magni; indè enim ſignificare voluerunt eum plures ſub ſe habere miniſtros. Bartenora; ונותנים ס"ת מזה לזה משום יקרא דכ"ג להראות שיש שררה הרבה למטה ממנו. Idem fecerunt in honorem Regis, cum Rex legebat ſectionem ſuam. *Sotah.* cap. 7. חזן הכנסת נוטל ס"ת ונותנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול וכהן גדול נותנו למלך ומלך עומד ומקבל וקורא יושב, *Miniſter publicus capiebat librum legis, tradebatque Capiti conventus, & Caput conventus tradebat Principi Sacerdotum, & Princeps Sacerdotum tradebat Sacerdoti magno, & Sacerdos magnus tradebat Regi, & Rex ſtabat & accipiebat & legebat ſedens.*

(7) וקורא אחרי מות ואך בעשור, *Et legebat* אחרי מות *&* אך בעשור.] Iſtæ ſunt lectiones, quas Seniores Synedrii magni legebant coram eo juxta ritum diei, ut habetur capite primo. *Achare Mot* incipit *Lev.* XVI. *Ac beaſchor*, *Lev.* XXIII. 27.

(8) וגולל ספר תורה, *Et volvebat librum legis.*] Id eſt, complicabat; olim enim libri ex ſutilibus foliis non conſtabant, ut hodie conſtant: ſed una erat continua & perpetua pagina, quam circa virgam oblongam (ut hodie ſolemus tabulas Geographicas) quaſi circa tranſjectum axem volvebant, ne à pulvere aut aliunde noceretur. Inde libri ab Hebræis מגלות, à Latinis *volumina* dicti ſunt. Hinc ſumpta metaphora dicitur *Eſai.* XXXIV. 4. ונגלו כספר השמים, *& cœli volventur ut liber.* & Apocalyp. VI. 14. καὶ ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον, *& cœlum receſſit ſicut liber convolutus.*

(9) ומניחו בחיקו, *Suóque pectore collocavit.*] Puto legem pectori impoſuiſſe, ut eam cor proxime ſiſteret. Certe innuit hoc R. Eleazar in Gemara *Sanhedrin* cap. 7. ubi de eo morituro ſic narratur; נטל שתי זרועותיו והניחן על לבו אמר אוי לכם בי זרועותי שהן כשתי ס"ת שנגללין. *Levatis duobus brachiis ea cordi impoſuit, dixitque; Heu brachia mea, quæ eſtis inſtar duorum legis librorum, qui convolvuntur.* Hoc facto alludit Rabbi Eleazar ad ea quæ hic à Sacerdote magno geruntur, & ſicut ille legem convolutam; ita Rabbi Eleazar brachia, quæ ejus ſimilitudinem exprimebant, in ſinu collocavit, aut: ut verba in Gemara ſonant, cordi impoſuit.

(10) ואומר יותר ממה שקראתי לפניכם כתוב כאן, *Et dicebat plus quàm id quod legi coram vobis ſcriptum eſt hic.*] Cum ſentiret legem complicari, & lectionem tertiam à Sacerdote memoriter recitari, ſuſpicari poterat cœtus partem aliquam legis deeſſe; ut poſſit igitur Sacerdos magnus hanc ſuſpicionem amoliri, dicit, plus illic ſcriptum quam à ſe lectum eſſe. Sic Rabbini.

(11) ובעשור שבחומש הפקודים. Ad verbum, *Et* בעשור *quod in Pentateucho viſitatorum.*] Lectio incipit *Num.* XXIX. 7.

(12) קורא על פה, *Legebat ore.*] Id eſt, memoriter recitabat. Eandem loquendi formulam habes in codice *Megilla*, cap. 2. הקורא את המגילה למפרע לא יצא קראה על פה קראה תרגום בכל לשון לא יצא. *Qui legit volumen retrorſum, non eſt immunis; qui legit ipſum ore, aut qui legit ipſum in aliam linguam tranſlatum, non eſt immunis.* Videntur Talmudici modum loquendi ſumpſiſſe ex *Jerem.* XXXVI. 18.

ב הרואה כהן גדול כשהוא קורא אינו רואה פר ושעיר הנשרפין והרואה פר ושעיר הנשרפין אינו רואה כהן גדול כשהוא קורא לא מפני שאינו רשאי אלא שהיתה דרך רחוקה ומלאכת שניהן שוה כאחת :

2. Qui videbat Sacerdotem magnum cum legebat, non videbat juvencum & hircum cum cremabantur. Qui videbat juvencum & hircum cum cremabantur, non videbat Sacerdotem magnum cum legebat: non quia fas non erat, ſed quia longior via erat; & opus utrumque ſimul peragebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

לא מפני שאינו רשאי *Non quia fas non erat*, hæc monet quia putaremus, ei qui videbat miniſterium unum, non licitum eſſe videre aliud, relinquendo primum, quemadmodum nobis hypotheſis eſt, quod unum præceptum relinqui nequit propter aliud; at videre aliquem miniſterium facientem, præceptum eſt, eo quod dictum eſt Prov. 14, 28. ברוב עם הדרת מלך Undè docemur quod hoc non ſit relinquere præceptum, eo quod illi non dat operam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos hæc Miſna quod homini licet relinquere miniſterium unum quod aliquantiſper vidit, & deindè ſe conferre ad videndum aliud.

ג אם בבגדי בוץ קורא קדש ידיו ורגליו פשט ירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקדש ידיו ורגליו ויצא ועשה את אילו ואת איל העם ואת שבעת כבשים תמימים בני שנה ד״ר אליעזר רבי עקיבא אומר עם תמיד של שחר היו קרבין ופר העולה ושעיר הנעשה בחוץ היו קרבין עם תמיד של בין הערבים :

3. Si in veſtibus byſſinis legebat, ſanctificabat manus & pedes: exuebat, deſcendebat, & lavabat. (1) aſcendebat & abſtergebat: adducebant ei veſtes aureas, & induebat, & manus & pedes ſanctificabat: & exibat & offerebat arietem pro ſe, & arietem pro populo, (2) ſeptemque agnos (3) perfectos (4) anniculos. Verba Rabbi Elieſeris. Rabbi Akiba dicit; offerebant eos cum ſacrificio jugi matutino: Juvencum vero aſcenſionis, & hircum oblatum extrinſecus, cum ſacrificio jugi veſpertino offerebant.

R. OB. DE BARTENORA.

Ratio cui innititur R. Elieſer hæc eſt; quod aries pontificis maximi, & aries populi, & adipes ſacrificii pro peccato, & eductio acerræ & thuribuli, hæc omnia ſcripta ſunt in Levitico in ſectione quæ tractat de die expiationis, ideoque ea prius facienda eſſe, & deindè ſacrificia addititia, quæ ſunt, juvencus holocauſti, ſeptem agni, & hircus qui paratur extra, cum ſacrificio continuo veſpertino, de quo ſcriptum eſt in fine, in libro Numerorum. R. Akiba dicit, *quod* juvencus holocauſti, & ſeptem agni *offeruntur cum* ſacrificio continuo matutino, eo quod extat Levit. 28, 23. מלבד עלת הבקר וגו׳ Undè conſtat ſacrificia addititia fieri una cum ſacrificio holocauſtico matutino, & poſtea miniſterium diei, & poſtea hircus qui paratur extra. Cæterum etſi hircus, qui paratur extra, ſit ex ſacrificiis addititiis, attamen miniſterium diei expiationis antecedere non poterat, quia de eo Scriptura dicit Num. 29, 11. מלבד חטאת הכפורים Unde infertur, quod hircus, cujus ſanguis ſpargebatur intus, quique pertinebat ad miniſterium diei, neceſſario antecedere debebat hircum qui parabatur extra. Deinde vero ſacrificabat arietem ſuum, & arietem populi, poſtea comburebat adipes ſacrificii pro peccato, omnia ejuſmodi faciebat ad tertiam immerſionem. Poſtea educebat acerram & thuribulum, & tandem ſacrificium continuum inter duas veſperas faciebat; deciſio eſt juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Elieſer putat ordinem ſacrificiorum diei expiationis eſſe ſecundum ordinem locorum Scripturæ; nimirum, ut primo conficiat ſacrificium juge matutinum poſt miniſterium diei expiationis, eo modo quo diximus; & deindè ſacrificium juge veſpertinum. Nam de miniſterio diei expiationis ſcriptum *eſt* Levit. 16. Et de juvenco holocauſti, & de *ſeptem* agnis in Numeris, cap. 29. R. Akiba dicit hunc eſſe ordinem, ut faciat ſacrificium juge matutinum poſt juvencum holocauſti, & ſeptem agnos, quia ſunt ſacrificia addititia, de quibus Deus dixit Levit. 28, 23. מלבד עלת הבקר Et conjungit ea cum ſacrificio continuo matutino. R. Elieſer dicit, rem ita quidem eſſe in cæteris addititiis, at non in illis quæ offeruntur die expiationis, quo ſpeciale illius diei ſolennis miniſterium peragebatur; & deindè peragebatur miniſterium diei, & deinceps hircus qui parabatur extra, poſtea aries illius & aries populi, poſtea adipes ſacrificii pro peccato, & tandem ſacrificium juge veſpertinum; deciſio eſt juxta R. Akiba.

SHERINGAMIUS. (1) אם בבגדי בוץ קורא קדש ידיו ורגליו פשט ירד וטבל וגו׳, *Si in veſtibus byſſinis legebat, ſanctificabat manus & pedes, exuebat, deſcendebat, & lavabat, &c.*] Sacerdotem inter ſingula miniſteria ad mutationem veſtium corpus lavare, & manus & pedes bis ſanctificare debuiſſe ſupra ad caput tertium oſtenſum eſt, ubi rationes ex *Torath Cohanim* adduximus: quod hic admonuiſſe ſufficiet. Vide quæ ibi annotavimus Hoc ſolum addam, quod lavabat & ſemel tantum manus & pedes ſanctificabat, ſi non in veſtibus ſanctis, ſed ſtola propria legiſſet, quia alteram vicem abſolverat cum primum veſtes byſſinas exuiſſet. R. Aſcher: ואם קרא באצטלית משלו נמצא כבר קדש ידיו ורגליו בפשטו בגדי הבוץ ואינו צריך עתה אלא טבילה וקדוש.

(2) ועשה את אילו ואת איל העם, *Et offerebat arietem pro ſe, & arietem pro populo.*] De ariete ſuo extat mandatum, *Lev.* XVI. 3. de ariete populi, *Num.* XXIX. 8.

(3) ואת שבעת כבשים, *Et ſeptem agnos.*] Nonnulli dicunt multitudinem populi Judaïci numero ſeptenario deſignari. Certè oportet myſterium ſubeſſe, cum Deus nihil unquam temere conſtituit. Inter Gentiles quoque numeri ſeptenarii celebris uſus fuit, & hoc etiam in victimis immolandis. Virgilius Æneid. lib. 6.

Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos
Præſtiterit, totidem lectas de more bidentes.

(4) תמימים, *Perfectos.*] Id eſt, immaculatos, integros, ſuis omnibus partibus abſolutos. Habes hoc præceptum *Num.* XXIX. 8. ubi etiam juſſit Deus, ut anniculi & maturi ætate eſſent, quemadmodum in Miſchna narratur. Veteres olim,

olim, qui omnes fere Judæorum ritus & conſuetudines in deorum falſorum cultu adhibuerunt, hanc in quibuſdam ſacrificiis venuſtatem & elegantiam requirebant. Homerus Iliad. lib. 1.

Αἴκέν πως ἀρνῶν κνίσης αἰγῶν τε τελείων
Βȣλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.
Aut ſi forte ovium nidorem caprarumque perfectarum
Velit aſſequutus à nobis peſtem deponere.

Apud eundem etiam eodem libro legas τελήεσσας ἑκατόμβας. Thucydides de *Bello Pelop.* lib. 5. ὀμνύντων ᾗ τὸν ἐπιχώριον ὅρκον ἕκαστοι, μέγιστον κατὰ τῶν ἱερῶν τελείων, *Jurent autem ſinguli jusjurandum quod moribus patriis eſt receptum, & quod religioſiſſimum habetur, ſupra victimas perfectas.* Ubi Scholiaſtes; τὰ ἱερὰ τέλεια *victimas perfectas* exponit τὰ ἱερεῖα τὰ ὁλόκληρα ἢ μηδὲν λελωβημένα, *victimas integras nec ulla parte mutilatas.* Latini *lectas & eximias hoſtias* appellant, quia animalium partes, ut ſolebant Judæi, accuratiſſime explorabant, eaque ſola legebant, quæ integro & illæſo corpore erant; quæcunque etiam linguam nigram, aurem fiſſam, aut caudam aculeatam haberent, recuſabant. Virgilius lib. 4. Æneid.

--- *mactant lectas de more bidentes*
Legiferæ Cereri, Phœboque, Patrique Lyæo.

Vide Servium ibi, & ad lib. 6. & Macrobium lib. 3. cap. 5. Saturnal. Alii *majores hoſtias* vocant. Cicero contra Rullum: *Erant hoſtiæ majores in foro conſtitutæ, quæ ab his Prætoribus de Tribunali, ſicut à nobis Conſulibus de Concilii ſententia probatis, ad Præconem & ad Tibicinem immolabantur.*

ד קדש ידיו ורגליו ופשט וירד וטבל ועלה ונסתפג הביאו לו בגדי לבן ולבש וקדש ידיו ורגליו נכנס להוציא את הכף ואת המחתה קדש ידיו ורגליו ופשט וירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקדש ידיו ורגליו ונכנס להקטיר קטורת של בין הערביים ולהטיב את הנרות וקדש ידיו ורגליו ופשט הביאו לו בגדי עצמו ולבש ומלוין אותו עד ביתו ויום טוב היה עושה לאוהביו בשעה שיצא בשלום מן הקדש :

4. Sanctificabat manus & pedes, & exuebat, & deſcendebat, & lavabat & aſcendebat, & abſtergebat. Adducebant ei veſtes albas, & induebat, & manus & pedes ſanctificabat. Intrabat ut depromeret cupam thuribulumque. (1) Sanctificabat manus & pedes, & exuebat, & deſcendebat, & lavabat, aſcendebat & abſtergebat. Adducebant ei veſtes aureas, & induebat, & ſanctificabat manus & pedes, & intrabat ad ſuffiendum ſuffimentum veſpertinum, & ad aptandum lucernas, (2) & ſanctificabat manus & pedes, & exuebat. Adducebant ei veſtimenta propria, & induebat, & comitabantur eum ad domum ſuam. Ipſe vero convivium parabat amicis, quando in pace exierat (3) e ſanctuario.

R. OB. DE BARTENORA.

ולהיטיב את הנרות *Et ad aptandum lucernas*, hæc adaptatio intelligenda eſt de accenſione lucernarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc admodum clara eſt.

SHERINGAMIUS. (1) נכנס להוציא את הכף ואת המחתה. *Intrabat ut depromeret cupam thuribulumque.*] Intravit ſanctum ſanctorum; quia ibi cupam thuribulumque, poſtquam adoleverat, reliquiſſet. Rabbi Aſcher; מקדי ולובש בגדי לבן ומוציא כף ומחתי שהניח לפני ולפנים בהקטיר שמה הקטרת.

(2) להטיב את הנרות, *Ad aptandum lucernas.*] Id eſt, ad accendendum; ſic enim in hoc loco verba intelligi debent. Bartenora: הטבה זו הדלקה היא, *Aptatio iſta accenſio eſt.*

(3) בשעה שיצא בשלום, *Quando in pace exierat.*] Id eſt, ſalvus, & incolumis. Ea enim tempeſtate, qua frigus aliquantulum vigere incepiſſet, facile poterat ægrotare: tum quia ſolis lineis veſtibus indutus, quibus maxime frigori expoſitus erat, quædam miniſteria præſtiterit; tum quia toties veſtes depoſuerit, ut lavaret. Certe ex iſtis aliiſque cauſis Sacerdotes in varios morbos crebro incidiſſe, ex Maimonide notavit Cunæus, lib. 2. cap. 14. de *Republica Hebræorum.* Et proinde quidam eligebantur, quibus ſalus Sacerdotum curæ fuit; qui iſtis præfectus erat, ממונה על החולין dicebatur. Multi quoque in ſancto ſanctorum, ut tradunt Hebræi, mortui ſunt; atque inde etiam ei periculum imminebat.

ה כהן גדול משמש בשמנה כלים וההדיוט בארבעה בכתונת ומכנסים ומצנפת ואבנט מוסף עליו כהן גדול חשן ואפוד ומעיל וציץ באלו נשאלין באורים ותומים ואין נשאלין בהן להדיוט אלא למלך ולבית דין ולמי שהצבור צריך בו :

5. Sacerdos magnus in octo veſtibus miniſtravit, gregarius quatuor; (1) in tunica, (2) & femoralibus, (3) & tiara, (4) & balteo. (5) Sacerdos magnus his addidit pectorale, (6) & ephod, (7) & pallium, (8) & laminam. (9) & in iſtis (10) inquirebant in Urim & Thummim; (11) & non inquirebant de privato, ſed de Rege, (12) & de Synedrio magno, & Miniſterio publico.

R. OB. DE BARTENORA.

באלו נשאלין *Iſtis inquirebant*, ſacerdos a quo quærebatur per Urim & Tummim, veſtiri debebat octo illis veſtimentis. Cæterum quomodo inquirebat per Urim & Tummim? faciem poſt tergum ſacerdotis vertebat, & ſacerdos conſultans vertebat faciem ad arcam, & tum ille qui inquirebat ſacerdotem conſultantem rogabat, an hoc & illud faciam, an non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit באלו נשאלין *In iſtis inquirebant*, ejus ſenſus eſt, quod non poterant ſciſcitari Urim & Tummim, niſi per pontificem maximum octo veſtibus indutum; negotium vero interrogandi fiebat hoc modo, pontifex maximus faciem ſuam vertebat in arcam, & ille qui interrogabat faciem vertebat ad tergum pontificis, & interrogabat; *an hoc & illud*

non faciam? Sed non rogabat clara voce, neque ſimpliciter in corde cogitando, ſed ſubmiſſa voce, & tum Spiritus Sanctus induebat ſacerdotem, & ſplendebat in pectorali, & in pectorali conſpiciebantur literæ prominentes ante faciem illius, *fac hoc & illud*, aut *non fac*. Nam lapidibus pectoralis inſcripta erant nomina duodecim tribuum Abrahami, Iſaci, & Jacobi, & tribus Jeſchuron, quomodo totum alphabethum illic deſcriptum erat. Spiritus autem ſanctus docebat ſacerdotem quomodo conjungeret literas prominentes, donec aſſequutus eſſet ſenſum verborum.

אלא למלך *Niſi de Rege*, uti ſcriptum eſt Num. 27, 21. הוא לפני אלעזר הכהן יעמוד ונו׳ *ille*, nempe Rex: & poſtea כל בני ישראל אתו *omnes filii Iſraël cum illo*, omnes nempe filii Iſraël qui cum ipſo erant, quando in bellum cum eo proficiſcebantur, puta ſacerdotem unctum ad bellum; ſic etiam *is quo Eccleſia opus habebat*.

illud faciam, aut non faciam? tum pontifex reſpondebat *fac*, aut *non fac*, juxta id quod oſtendebatur in pectorali, quia in pectorali totum extabat alphabetum, & nomina Abrahami, Iſaci, & Jacobi, ac nomina tribuum, ut Scriptura docet, & poſt nomina illa ſcriptum erat, *tribus Jeſchurun*. Sacerdos vero qui ſciſcitabatur oraculum, propheta eſſe debebat, nam nobis hypotheſis eſt, quod interrogandum ſit per ſacerdotem qui loquitur è ſpiritu ſancto, & in quo Divinitas habitat; ſed per eum, qui non loquitur è ſpiritu ſancto, & in quo divinitas non habitat, non interrogant. Dicit autem Miſna, quod non conſulebant niſi de Rege, aut præſide ſenatus, ſimilibuſque perſonis, quia Scriptura de Joſua dicit Rege, Num. 27, 21. ולפני אלעזר הכהן יעמוד ושאל לו במשפט האורים לפני יהוה Quæ verba traditio hoc ſenſu exponit, כל בני ישראל eſt ſacerdos ad bellum unctus; כל העדה eſt ſenatus. Sic etiam is quo opus habet cœtus, comprehenditur in eo quod dicit, *& omnes filii Iſraël*. Quandoquidem vero mentionem fecimus pectorali inſcripta eſſe nomina tribuum in lapidibus Ephod, hæc itaque erat forma nominum tribuum Iſraëlis. Invenies autem in quolibet lapide viginti quinque literas, nomen יוסף ſcriptum erat יהוסף, cujus ratio eſt id quod ſcriptum eſt Pſal. 81, 6. עדות ביהוסף שמו lapis autem cui inſcriptum erat nomen ראובן in humero dextro erat; & lapis cui in principio inſcriptum erat שמעון in humero ſiniſtro erat.

שמעון	ראובן
יהודה	לוי
זבלון	יששכר
דן	נפתלי
אשר	גד
בנימין	יהוסף

SHERINGAMIUS. (1) כהן גדול משמש בשמנה כלים וההדיוט בארבעה, *Sacerdos magnus in octo veſtibus miniſtravit, gregarius quatuor.*] Verba hujus Miſchnæ intelligenda ſunt de miniſteriis in Sanctuario peractis; nam cum ſanctum ſanctorum intravit Sacerdos magnus, quatuor tantum veſtibus uſus eſt, quæ à Talmudicis *albæ* appellantur. Finito expiationis feſto veſtes illas depoſuit, nec unquam denuo in iiſdem miniſtravit. R. Levi Barſel in *Paraſ. Tſav.* ובכל השמנה הידה עובד עבודת חוץ אבל בפנים שהוא לפנים מן הפרכת לא הידה עבד לעולם כי אם בבגדי הבד ואחר שעבר בהן ביום הכפורים אחר אינו חוזר ועובד בהן העולם שנאמר והניחם שם, *Et in omnibus octo miniſterium obiit quod exterius peragebatur, quod vero interius præſtitit, non niſi lineis veſtibus peractum eſt: & poſtquam in illis uno expiationis die adminiſtraſſet, nunquam iterum in illis miniſtravit, quia dicitur; & relinquet eas ibi.* Vide etiam Maimonidem in *Hilcoth Kele Hammikdaſch cap. 8. Alias* Sacerdos magnus perpetuo ſacris adfuit octo veſtibus amictus, quæ Talmudicis *aureæ* appellantur. Gregarii Sacerdotes ſemper quatuor veſtibus munus ſuum obierunt, nec fas erat cuiquam vices ſuas exequi, niſi iiſdem ex lege induto. Si quis (ſive Sacerdos magnus, ſive gregarius erat) plures aut pauciores quam lex imperat aſciviſſet, ſi emplaſtrum vulneri impoſitum inter carnem ejus & veſtes latuiſſet, ſi veſtes ruptura deformaſſet, aut ſordes inquinaſſent, miniſterium ejus irritum fuiſſet. Gemara *Zebachim* cap. 2. לבש שני מכנסים שני אבנטים חסר אחת יתר אחת או שהיתה לו רטיה על מכת בשרו תחת בגדו או שהיו מטושטשים או מקורעין ועבד עבודתו פסולה. *Si quis duo femoralia aut duos balteos induiſſet, ſi veſtis una defeciſſet aut redundaſſet, ſi emplaſtrum vulneri impoſitum ſub veſte fuiſſet, aut ſi veſtes fuiſſent ſordidæ & laceratæ, & in illis miniſtraſſet, miniſterium ejus irritum erat.*

(2) בכתונת. *In tunica.*] Tunica Sacerdotalis indumentum lineum erat, totius corporis velamen. Latini vulgò *camiſiam* vocant: quod etiam ipſa vox nativa ſua ſignificatione innuit. כתונת enim propriè *tunicam lineam* ſignificat: inde Græcis χιτῶν, ejuſdem ſignificationis. Tzetzes ad Heſiodi *Opera & dies.* χιτὼν δ' ἐςὶ κατὰ τῦπον νῦν, ϗ κατὰ τὴν συνήθειαν, τὸ λεγόμενον ἐπικάμυσον. *χιτὼν verò juxta hunc*, Heſiodum, *nunc, & juxta conſuitudinem, idem eſt quod* ἐπικάμυσον. id eſt, *camiſia.* Puto in hoc loco ἐπικάμυσον mendoſè ſcribi pro ὑποκάμισον, quod alibi ſæpe legi; ſed ἐπικάμυσον nuſquam. Videtur etiam & *tunica*, ut non male conjicit Becmanus, per literarum tranſpoſitionem a כתונת provenire. Varro non placet, qui aliam ejus etymologiam adducit. *Tunica* (inquit ille libro quarto de *Lingua Latina*) *ab tuendo corpore.* Multo minus placent quæ Iſidorus habet libro decimo nono *Orig. Tunica veſtis antiquiſſima appellata, quia in motu incedentis ſonum facit, tonus enim ſonus eſt.* Veriſimiliora ſunt quæ diximus, cum dictio Latina eandem prorſus cum Hebræa ſignificationem habeat. *Tunica* enim camiſiam, aut veſtem lineam interiorem, qua caro tegitur, præcipue denotat. Unde proverbium, cujus meminit Plautus in Trinummo, *Tunica propior pallio eſt.* Propertius lib. 2. Eleg. 2.

Cedite jam divæ, quas paſtor viderat olim,
Idæis tunicam ponere verticibus.

Atque hæc quidem horum verborum propria & genuina ſignificatio eſt. Communiter tamen ad alias veſtes extenduntur, & non ſolum camiſias lineas quas carni obducimus, ſed etiam veſtes exteriores quaſcunque humeris geſtamus, ſive pelliciæ, ſive laneæ, aut qualeſcunque fuerint, deſignant. Quod ad formam attinet, tunicam Sacerdotalem manicatam fuiſſe ſtrictimque corpori adhæſiſſe, refert Joſephus lib. 3. cap. 8. *Antiquit. Judaic.* Talaris etiam erat & in longum porrecta, ut totum corpus ad pedes uſque operiret. Talem Heſiodus τερμιόεντα χιτῶνα nominat. Helleniſtis ποδήρης dicitur, quo nomine, aliquando veſtes ad imos pedes demiſſæ, aliquando veſtes breviores, quæ ad talos vix pervenerint, notantur, nam & pallium Sacerdotale Joſepho ποδήρης appellatur. ſed de pallio mox ſuo loco dicemus. De *tunica* hoc tantum addam ex Hieronymo ad Fabiolam: *Secunda ex lino tunica eſt* ποδήρης, id eſt, *talaris, duplici ſyndone, quam & ipſam Joſephus byſſinam vocat, appellaturque* כתונת *chetonet*, id eſt, χιτὼν, *quod Hebræo ſermone in lineam vertitur. Hæc adhæret corpori, & tam arcta eſt, & ſtrictis manicis, ut nulla omnino in veſte ſit ruga: & uſque ad crura deſcendat. volo pro legentis facilitate abuti ſermone vulgato. Solent militantes habere lineas, quas camiſias vocant, ſic aptas membris & adſtrictas corporibus, ut expediti ſint, vel ad curſum, vel ad prælia, dirigere jacula, tenere clypeum, enſem librare, & quocunque neceſſitas traxerit. Ergo & Sacerdotes parati in miniſterium Dei, utantur hac tunica, ut habentes pulchritudinem veſtimentorum, nudorum celeritate diſcurrant.*

(3) ומכנסים. *Et femoralibus.*] Femoralia hæc lineæ braccæ erant, quibus femora & pudenda velabant Sacerdotes. Superne circa cor, ut Targum Jonathanis habet ad *Ezech.* XLIV. 18. conſtringebantur. Joſephus lib. 3. cap. 8. *Antiquit. Judaic.* ait, circum ilia conſtricta fuiſſe. Utrumque verum. totum enim ſpatium ab axillis ad coxendicem huic rei liberum fuit. Loca vero quibus copioſus ſudor excurrit, (ipſas puta axillas, & imum ventrem) prohibita erant, ne ſacræ veſtes, inde attracto ſudore, inquinatæ & maleolentes fierent. Vide *Ezech.* XLIV. 18. ubi Kimchius. תניא כשהם חוגרים אינם חוגרין לא למטה ממתניהם ולא למעלה מאציליהם אלא כנגד אצילי ידים. *Traditio eſt, cum accingebant, non accingebant*

infra lumbos, *nec ſupra axillas*, *ſed prope axillas.* Inferne ipſa genua attingebant, ut femoralia quæ nunc ſunt in uſu. *Exod.* XXVIII. 42. ממתנים ועד ירכים יהיו, ubi per ירכים *genua* intelligi aſſerunt Rabbini. R. Levi Barſellonius in *Paraſhath Tſav.* והמכנסים צורתן ידוע בכל מקום והיו שלהם גדולים ממתנים עד ירכים כלומר עד הירכים שהוא הנק׳ גינוי. Tantundem habet Hieronymus ad Fabiolam: *Lineis fœminalibus*, *quæ uſque ad genua & poplites veniunt*, *verenda celantur.* Hoc genus veſtimenti Cicero *ſubligacula* vocat, alii *braccas.* Cerda in *Adverſariis ſacris* cap. 67 num. 2. exiſtimat eſſe idem cum *campeſtribus* Auguſtini, & *ſuccinctoriis* aliorum; & certe in hoc conveniunt, quod omnia hæc pudendorum velamenta ſunt: ſi verò forma ſpectetur, multum differre videntur. De *Femoralibus* vide Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiq. Judaic.* de *Campeſtribus* & *Succinctoriis* Iſidori *Origines*, lib. 19. cap. 22. & 33.

(4) ומצנפת. *Et tiara.*] Sunt qui contendunt מצנפת ſolius Sacerdotis magni tiaram eſſe: ſed hoc contra authoritatem hujus Miſchnæ affirmant, itemque contra authoritatem Joſephi, qui gregarii etiam Sacerdotis tiaram hoc nomine vocari, in loco jam ſæpe memorato, aſſerit. *Tiara* autem faſcia erat linea, quæ multis contorta voluminibus caput cinxit, & in occipitio redimiculo conſtricta fuit: in arcuatam galeæ formam flectebatur, unde ipſum Græci nonnulli τιάραν Κορυβάντιον appellant. Corybantes enim gladiis, ſcutis, galeiſque (quibus ſimiles erant Sacerdotum tiaræ) armati, furentium more, inter ſacrificia ſaltabant, criſtaſque quatiebant, ut præſentibus terrorem metumque numinis inferrent. Vide Strabonem lib. 10. *Geograph.* & Lucianum de *Saltatione*. Ab his non multum diverſæ erant cæterarum gentium, præcipue Perſarum, tiaræ, quos etiam arcuatam galeæ figuram habuiſſe innuit Sidonius Apollinaris in *Panegyrico ad Anthemium Auguſtum*, & inde *lunatos* vocat.

— ac ſupplice vultu
Flectit Achæmenius lunatam Perſa tiaram.

(5) ואבנט, *Et balteo.*] אבנט *balteus* eſt, quo tunicas cingebant Sacerdotes, ut magis agiles, magiſque expediti eſſent, cum ad opus progredi deberent. Laxatæ enim ſolutæque tunicæ brachiis incommodare potuiſſent. Latus erat, ut tradit Joſephus, quatuor digitos, & variis floribus figuriſque inſtar operis plumarii acu pictus. Contextura cava erat, ut ſerpentis exuvium, aut marſupium longius, putares. Vide Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiq. Judaic.* & Hieronymum ad Fabiolam.

(6) מוסף עליו כ״ג חשן, *Sacerdos magnus his addidit pectorale.*] Quatuor veſtes prædictæ Sacerdoti magno cum reliquis Sacerdotibus communes erant; nam licet veſtes Sacerdotis magni paulo accuratiores molliореſque fuerint, licet tiara balteuſque ejus aliquantulum à cæteris diſcreparent, omnes tamen eiſdem nominibus appellantur. Sed præter veſtes memoratas Sacerdos magnus alias habuit peculiares, quibus munus ſacrum obiit: quarum prima חשן *pectorale* dicitur. In ſacra Scriptura חשן המשפט *pectorale judicii* nominatur, quia per ipſum Sacerdos magnus divinum reſponſum accepit, & judicium de bello, & pace, cæteriſque ad ſalutem Reipublicæ ſpectantibus, edidit. Ornamentum erat propter immane pretium luculentiſſimum, collo appenſum, & ad pectus uſque pendulum, תכשיט כנגד הלב, ut ait Solomon Jarchi ad *Exod.* XXVIII. 4. Ad eundem fere modum triumphantes, & pueri prætextati Romanorum bullas aureas collo appenſas ad pectus geſtabant. Vide Macrobii *Saturnalia* lib. 1. cap. 6. & Plinium Secundum de *Viris illuſtribus* cap. 6. Ornamenta illa dicta ſunt *bullæ*, ut inquit Feſtus. *à Græco ſermone* βουλὴ, *quia eam corporis partem* bulla *contingat*, *id eſt*, *pectus*, *in quo naturale manet conſilium.* Ob eandem cauſam, ut quibuſdam placet, pectorale Sacerdotis magni Helleniſtis λόγιον *rationale* dicitur, quia nimirum ad pectus rationis ſedem apponebatur. Hodie quoque apud nos Equites Ordinis Periſcelidis ad eundem fere modum ornamentum ad pectus gerunt, cui imago Sancti Georgii impreſſa eſt, quod ipſis, ut pectorale Sacerdoti magno, honoris & dignitatis inſigne eſt.

(7) ואפוד, *Et Ephod.*] Indumentum hoc Helleniſtis ἐπωμὶς dicitur. Unde Latini *ſuperhumerale* vocant. Nonnulli ajunt ὠμοφόριον, quod Græcis olim Patriarchis in uſu fuerit, forma huic reſpondiſſe. Sed hoc magis audacter quam perite dictum. cum ὠμοφόριον veſtis erat oblonga, & ad terram uſque demiſſa, ut innuit Zonaras in *Conſtantino Copronymo.* Vide Cerdæ *Adverſaria ſacra* cap. 64. num. 2. Mallem igitur ἡμιφόριον vocare, cùm veſtis erat brevis & quaſi dimidiatum pallium. Nihil huic tam ſimile credo, quam ſagum militare, quamvis in quibuſdam diſcrepant: huic enim, ut ait Joſephus, circa medium pectus lacuna erat cui pectorale inſertum. Joſephus lib. 3. cap. 8. *Antiquitatum Judaicarum*: ἐπὶ δὲ τούτοις τρίτον ἐνδύεται τὸν λεγόμενον ἐφώδην, Ἑλληνικῇ δ' ἐπωμίδι προσεοικότα. γίνεται γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον. ὑφανθεὶς ἐπὶ βάθος πηχυαῖος ἔκ τε χρωμάτων παντοίων καὶ χρυσοῦ συμπεποικιλμένου περίπτυχον τοῦ στέρνου τὸ μέσον καταλιμπάνει, χειρῖσί τε ἠσκημένος καὶ παντὶ σχήματι χιτὼν εἶναι πεποιημένος, τῷ δὲ διακένῳ τοῦ ἐνδύματος σύνεισι περίτμημα σπιθαμῆς τὸ μέγεθος, χρυσῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῖς τῷ ἐφώδῃ βάμμασι διηνθισμένον. ἐσσὴν μὲν καλεῖται. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν λόγιον. *Super has* veſtes *tertiam etiam induit vocatam Ephodem Græcanicæ epomidi ſimilem: ea fit hoc modo, ex variis coloribus auro intermixto ita contexitur, ut circa medium pectus lacuna quædam relinquatur, maniculis quoque ita extantibus ut plane pallium appareat. Lacunæ vero inſeritur fruſtum amplitudine palmi, auro, iiſdemque coloribus quibus Ephodes variegatum. Id vocatur eſſen, ac ſi dicas rationale.*

(8) ומעיל, *Et pallium.*] מעיל Veſtis erat exterior, ut כתנת interior. His reſpondent *pallium* & *tunica*: Latinis enim pallium operculum erat tunicæ, ut Judæis מעיל operculum erat הכתנת Plautus in *Aulular.*

EUCL. *Quid abſtuliſti hinc?* ST. *Di me perdant*, *ſi ego quicquam abſtuli*;
Nive adeo abſtuliſſe vellem. EUCL. *Agedum excute dum pallium.*
STROB. *Tuo arbitratu.* EUCL. *Ne inter tunicas habeas.*

Erat autem pallium Sacerdotale, ut refert Joſephus, veſtis oblonga & talaris; & hoc, ut ait Maimonides, in honorem Sacerdotis magni ceſſit. Maimonides in *Hilcoth Kele Hammikd.* cap. 8. בגדי כהונה מצותן שיהיו חדשים נאים ומשולשלים כדרך בגדי הגדולים שנאמר לכבוד ולתפארת *Mandatum eſt ut veſtes Sacerdotii novæ ſint*, *elegantes*, *& demiſſæ*, *ſicut veſtes magnatum*, *quia dicitur*; *in gloriam & decorem.* Pallio autem huic appenſa erant mala punica, & tintinnabula, ut Sacerdotis magni, cum adiret ſanctuarium, ſonus audiretur. Miror verò quomodo Hieronymus lapſus, qui affirmat tintinnabula pallio appoſita fuiſſe, ut Pontifex vocalis incederet, cum ſancta ſanctorum ingrederetur. Hieronymus ad Fabiolam: *Inter duo tintinnabula unum malum eſt*, *inter duo mala unum tintinnabulum*, *ut alterutrum ſibi media ſint*, *cauſaque redditur. Idcirco tintinnabula veſti appoſita ſunt*, *ut cum ingreditur Pontifex in ſancta ſanctorum totus vocalis incedat*, *ſtatim moriturus ſi hoc non fecerit.* Incautè hæc & præproperè nimis Hieronymus aſſeruit; ex ſacra enim Scriptura totaque antiquitate ſatis conſtat, Sacerdotem magnum in ſancta ſanctorum non niſi ſolis lineis veſtibus indutum ingredi potuiſſe.

(9) וציץ *Et laminam.*] Lamina hæc duos digitos lata erat, frontemque ad aures uſque cinxit. Solomon Jarchi in *Exod.* XXVIII. 36. ציץ כמין טס של זהב היה רוחב ב׳ אצבעות מקיף על המצח מאזן לאזן. Idcirco *Exod.* XXXIX. 30. dicitur נזר הקדש, id eſt, *corona ſancta*; aut forte magis proprie dixeris *corollarium ſanctum.* Latini enim ejuſmodi laminas non *coronas*, ſed *corollaria* vocarunt. Plinius lib. 21. cap. 2. *Paulatimque & Romæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia*

pro-

propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis poſtquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Ad imitationem Sacerdotis magni Gentilium Sacerdotes ſacrificaturi coronas capite geſtabant. Tertullianus lib. 15. *Ipſæ denique fores, ipſæ hoſtiæ & aræ, ipſi miniſtri & Sacerdotes eorum*, id eſt, Gentilium, *coronantur.* Putabant enim; ut eſt apud Athenæum lib. 15. εὐανθέστερον καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς εἶναι στεφανοῦσθαι τοὺς θύοντας. Ipſis etiam aliquando mos erat, ut non Sacerdotes modò, ſed quicunque deorum opem implorarent coronati precarentur. Scholiaſtes Sophoclis in *Oedip. tyran.* ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐστεφωμένους πρὸς ἱκετείαν χωρεῖν, ἵν' αἰδέσιμοι δοκοῖεν τοῖς οὓς ἱκέτευον. *Mos erat Antiquis coronatos ad preces incedere, ut venerabiles iis qui ſupplicabant, apparerent.* Livius Dec. 4. lib. 10. *Decemviri ſupplicationem in biduum valetudinis cauſa in urbe, & per omnia fora conciliabulaque edixerunt: majores duodecim annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes ſupplicaverunt.* Porro, juſſit Deus *Exod.* XXVIII. 37. ut lamina hæc ad tiaram pontificiam vitta hyacinthina aſtringeretur, unde à quibuſdam διάδημα dicitur. Græci enim vittas capiti impoſitas διαδήματα vocarunt. Plutarchus in Lucullo. περισπάσασα τῆς κεφαλῆς τὸ διάδημα, τῷ τραχήλῳ περιῆψε, καὶ ἀνήρτησεν ἑαυτήν. *Capitis diadema arripiens*, Monima uxor Mithridatis, *collo aptavit, & ſeipſam ſuſpendit.* Qui plura de veſtibus ſacerdotalibus & earum myſteriis ſcire cupit, adeat commentaria Rabbinorum in *Exod.* cap. XXVIII. & cap. XXXIX. ubi copioſe de ipſis agitur, & *Torath Cohanim* ad finem *Paraſath Tſav*, & *Korban Aharon*, & Maimonidem in *Hilcoth Kele Hammikdaſch*, adeat etiam Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiquit. Judaic.* & Hieronymum ad Fabiolam.

(10) באלו, *In illis.*] Hoc de ſingulis octo veſtibus, quibus Sacerdos magnus ad altare miniſtraverit, & non tantum de quatuor illis poſtremum memoratis, quas ad veſtes gregarii Sacerdotis addiderit, intelligendum eſt. Maimonides ad ſubjectam Miſchnam. אמרם באלו נשאלין רוצה לומר שאין נשאלין באורים ותומים אלא בכהן גדול לובש אלו השמנה בגדים, *Cum dicitur*, in illis inquirebant, *hoc indicatur quod non inquirebant in Urim & Thummim niſi per Sacerdotem magnum iſtis octo veſtibus indutum.* Solebant etiam & Gentiles in quibuſdam locis veſtibus uti peculiaribus, cum oracula ſciſcitarentur. Maximus Tyrius *Serm.* 26. ἐν Τροφωνίου γε μὴν (καὶ γὰρ τοῦτο μαντεῖόν ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ ἥρωος Τροφωνίου περὶ Λεβαδίαν πόλιν) ὁ δεόμενος συγγενέσθαι τῷ δαιμονίῳ ἐνσκευασάμενος ὀθόνῃ ποδήρει καὶ φοινικίδι, μάζας τε ἐν χεροῖν ἔχων εἰσδύεται ὕπτιος κατὰ στομίου στενοῦ. *In antro quoque Trophonii (nam & hujus herois oraculum eſt in Bœotia circa Lebadiam urbem) qui dæmonem adire velit, amictu induitur lineo, talari, purpureoque, libaque in manibus habens. ſupinus anguſto ingreditur oſtiolo.* Pauſanias in *Bœoticis*: ἔρχεται πρὸς τὸ μαντεῖον χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθείς. *Ad oraculum progreditur*, qui reſponſum petit, *tunicam indutus lineam ac faſciis incinctus.*

(11) נשאלין באורים ותומים, *Inquirebant in Urim & Thummim.*] Quid ſint Urim & Thummim, aut quis ſit modus conſulendi hoc oraculum, certo definiri non poteſt: libet tamen Talmudicorum ſententiam referre, quia licet multi leviter attigerunt, eam nullus, quod ſciam, integre pleneque percenſuit. Schikardus quidem cap 1. de *Jure regio Hebræorum* ex propoſito de hac re dicere aggreſſus eſt: ſed magiſtrorum ſententiam, quamvis vir doctus, nec appoſite explicavit, nec ſatis ad eorum mentem retulit. Ut ab ipſis autem nominibus ordiamur, ſciendum eſt pectorali Pontificis aliquid à Moſe inſertum eſſe, quod אורים ותומים, id eſt, *luces & perfectiones*, dicebatur; ex hoc Sacerdos magnus conſulentibus reſponſum reddidit, atque inde oraculo nomina hæc indita ſunt. Gemara Hieroſolymitana: למה נקרי שמם אורים ותומים שהן מאירין לישראל ותומים שהן מתימין לפניהם את הדרך, *Quare vocatur nomen eorum Urim? quia illuminabant Iſraëlem*, (id eſt, voluntatem divinam in rebus dubiis ſignificabant) *& Thummim? quia coram ipſis perficiebant viam*, (id eſt, viam indicabant qua inſiſtere & ingredi oporteret.) Modus conſulendi oraculum talis erat: Pontifex arcam verſus faciem inflexit, qui oraculum conſuluit ei à tergo ſtetit, dixitque, Faciam hoc, aut non faciam? Tum Pontifex Urim & Thummim inſpexit, & è veſtigio reſponſum invenit. De duobus ſimul non inquiſiverint, niſi hoc temporis anguſtiæ exegiſſent, ut cum hoſtis perſequendus erat, aut negotium gerendum quod moras non pateretur. Ordine itidem inverſo non petiverint, & ſi petiſſent, oraculum ad quæſita ordine reſpondet, & quod primum futurum erat, primum prædixit. Et quamvis decreta Prophetarum propter pœnitentiam irrita ſæpe facta ſunt, judicium tamen per Urim & Thummim editum nunquam reſcindi ſolebat. Gemara Babylonica; השואל פניו כלפי נשאל והנשאל פניו כלפי שכינה השואל אומר ארדוף אחרי הגדוד הזה והנשאל אומר כה אמר ה׳ עלה והצלח רבי יהודה אומר אין צריך לומר כה אמר ה׳ אלא עלה והצלח אין שואלין בקול שנאמר ושאל לו ולא מהרהר בלבו שנאמר ושאל לו לפני ה׳ אלא כרוך שאמרה חנה בתפלתו שנאמר וחנה היא מדברת על לבה אין שואלין שני דברים כאחד ואם שאל אין מחזירין אלא אחד ואין מחזירין לו אלא ראשון שנאמר היסגירוני בעלי קעילה בידו הירד שאול וגו׳ ויאמר ה׳ ירד והא אמרת אין מחזירין אלא ראשון דוד שאל שלא כסדר והחזירו לו כסדר וכיון שידע ששאל שלא כסדר חזר ושאל כסדר שנאמר היסגירוני בעלי קעילה אתי ואת אנשי ביד שאול ויאמר ה׳ יסגירו ואם הוצרך הדבר לשניהם מחזירין לו שניהם שנאמר וישאל דוד לה׳ לאמר הארדוף אחרי הגדוד הזה האשיגנו ויאמר ה׳ אליו רדוף כי השג תשיג והצל תציל ואף על פי שגזירת נביא חוזרת גזירת אורים ותומים אינה חוזרת שנאמר במשפט האורים, *Qui rogat faciem verſus rogatum*, id eſt, Sacerdotem; *& rogatus faciem* convertit *verſus Spiritum ſanctum*, id eſt, verſus arcam, ut nonnulli dicunt, verſus Urim & Thummim, ut dicunt alii. *Qui rogat, dicit; Perſequar poſt agmen iſtud? & rogatus dicit; ſic dicit Dominus, Aſcende & proſperare. Rabbi Jehuda dicit, non opus eſt dicere, ſic dicit Dominus, ſed, Aſcende & proſperare. Non rogat voce* magna & excelſa, *quia dicitur; & petet reſponſum ei: neque concipiens corde*, id eſt, non rogat ſolo conceptu mentis, *quia dicitur; & petet reſponſum ei coram Domino: ſed ſicut Hanna loquebatur in oratione ſua, quia dicitur; & Hanna loquebatur in corde ſuo. Non rogant de duobus ſimul, &, ſi rogant, non reddunt reſponſum niſi ad unum, & non niſi ad primum, quia dicitur; Nunquid tradent me domini Chebilah in manum ejus? nunquid deſcendet Saül, &c. & dixit Dominus, deſcendet. Ecce dixiſti, non reſponſum reddunt, niſi ad primum; David rogavit extra ordinem, & ordine ei reſpondebant. Et poſtquam intellexit, quod extra ordinem rogaſſet, ordine denuo rogavit, quia dicitur; Nunquid tradent domini Chebilah me & viros meos in manum Saül? & dixit Dominus, tradent. Et ſi neceſſe ſit* propter anguſtias temporis *de duobus ſimul rogare, ad utrumque reſponſum reddunt, quia dicitur; & rogavit David à Domino, dicendo, Perſequar poſt agmen iſtud? num attingam ipſum? dixit ei Dominus; Perſequere, quia attingendo attinges, & eruendo exues. Et licet decretum Prophetæ redit*, id eſt, à Deo propter pœnitentiam reſcinditur, *decretum Urim & Thummim non redit, quia dicitur; in judicio Urim.* Reſponſum divinum exilientes literæ indicarunt; tradunt enim Talmudici nomina Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, & nomina duodecim tribuum pectorali Sacerdotis magni inſculpta fuiſſe; his etiam additum, כל אלה שבטי ישראל, quibus totum Alphabetum continetur: literas vero iſtas emicuiſſe; & reſponſum quæſitis exhibuiſſe. Exempli gratia, cum oraculum reſponderit עלה והצלח *aſcende & proſperare.* ע ex שמעון, ל ex נפתלי, ה ex יהודה emicuerunt, ut efficerent עלה: ו ex לוי, ה ex אברהם, צ ex יצחק, ל ex זבלון, ח ex יצחק emicuerunt, ut efficerent והצלח. Tradunt inſuper Talmudici, vocem auditam eſſe, quæ Pontificem docuit inſtituitque, ne erraret ex punctorum vocalium defectu. Cum ipſæ etiam literæ è pectorali non exierint, ut debito ordine coaleſcerent, ſed in locis ſuis permanſerint, ex iiſdem varia verba confici poterant, ut ſi ו & ע & ל emicuiſſent, ex illis licuiſſet componere עלו & לעו & עול, & proinde neceſſe erat, ut Spiritus

ſanctus Pontificem erudiret, ne hæreret incertus quale reſponſum redderet: hinç factum eſt, ut Deum fruſtra per Urim & Thummim conſuluiſſent, niſi Sacerdos magnus propheta fuiſſet, aut à Deo detentus, cui alloquenti Spiritus ſanctus adeſſe voluiſſet. Atque hæc quidem Talmudicorum ſententia eſt, quàm non ſatis intellexit Schikardus, in loco citato bis lapſus. Primo, quod ait certum eſſe, vocem non fuiſſe auditam: ſecundo, quod ait totum Alphabetum nuſquam comparuiſſe. Secus omnino tradunt Magiſtri. Gemara Hieroſolymitana: אית תניי תני הקול היה שימע אית תניי תני הכתב בולט. מאן דאמר הקול היה שומע ניחא דכתיב וישמע את הקול מאן דאמר הכתב היה בולט והא לית היתי בשבטים ולא צדי ולא קופי בשבטים אברהם יצחק יעקב כתוב עליהן והא לית טיתי בשבטים כל אלה שבטי ישראל היה חקוק עליהן. *Tradit Doctor, quod audiebat vocem; tradit Doctor, quod ſcriptura prominebat. Qui dicit, quod audiebat vocem, nullis urgetur difficultatibus, quia ſcribitur; Et audiebat vocem. Qui dicit, quod ſcriptura prominebat*, his difficultatibus urgeri poteſt; *quia ecce Cheth non eſt in nominibus duodecim tribuum, neque Tzade, neque Coph.* Huic reſponderi poterit, quod hæc nomina אברהם יצחק יעקב *exarata erant ſuper. Et ecce non eſt Teth in nominibus duodecim tribuum;* Huic reſponderi poterit, qnod hæc verba כל אלה שבטי ישראל *inſculpta erant ſuper ipſa.* Ex his apparet vocem, juxta Talmudicorum ſententiam, fuiſſe auditam, & totum etiam Alphabetum comparuiſſe, exceptis tantum tribus literis finalibus ץ, ם, ן, quibus opus non erat, cum literæ, ut dictum eſt, è locis ſuis non exierint, ut debito ordine coaleſcerent, ſed ipſas Sacerdos magnus, à Spiritu ſancto doctus, conjunxit. Ex his etiam apparet, literas emicantes, ex quarum prominentiis Sacerdos magnus res dubias intellexit, aut aliquid pectorali inſertum, quod ipſas extruſit & prodire fecit, ex Talmudicorum ſententia, *Urim & Thummim* fuiſſe. Quod licet indubitatum non ſit, majorem tamen quam quicquam aliud, quod legi hactenus, probabilitatis ſpeciem habere videtur: ridiculum enim eſt, quod nonnulli ajunt, reſponſum divinum per ſolum gemmarum fulgorem Sacerdoti magno innotuiſſe. Poterat quidem victoria (quod refert Joſephus lib. 3. cap. 9. *Antiq. Judaïc.*) per ſolum lapidum fulgorem prænunciari: ſed quomodo poterant omnia illa indicari, quæ 2 *Sam.* v. 23 habentur? *Non aſcendes contra eos, ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ex adverſo mororum, & cum audieris ſonitum gradientis in cacumine mororum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percutiat caſtra Pheliſtim.* Non placet Schikardus, qui gemmarum illuminatarum configurationem ſpeciem literarum exhibuiſſe affirmat, eo ſcilicet modo quo obſeſſi ſolent ſtatum urbis, artificii conſcio & eminus ſpectanti ſocio, per candelas varie ſublatas noctu ſignificare: qui & characteres (quorum nonnullos Chinenſium potius quam Hebræorum notas eſſe putares) ex earundem ſitu ad rem illuſtrandam fabricavit, ex quibus putat Sacerdotem magnum Dei reſponſum noſſe potuiſſe. Quod quidem nullo fundamento innixum eſt; nam locum illum, quem ex *Tſeror Hammor* attulit, perperam omnino intellexit, cum literas emicuiſſe haud ſecus quam Talmudici docent, & poſtea à gemmis illuminatas fuiſſe aſſerat ibi R. Abraham Seba: ipſas vero gemmas literarum ſimulacra exhibuiſſe, ut expoſuit Schikardus, ne ſomniavit quidem. Vide Schikardum, ſi lubet, cap. 1. de *Jure regio Hebræorum.* Non cognovit inſuper Sacerdos magnus reſponſum divinum ex voce audita ſolum, neque ſolum ex viſione prophetica, quia fruſtra Deus Urim & Thummim pectorali ejus imponi præcepiſſet, ſi huic rei nequicquam inſervire debuiſſent; ſi per vocem ſolam aut viſionem propheticam reſponſum editum fuiſſet. Prætereo ea quæ de ſacro Dei nomine in concavitate pectoralis impoſito tradunt Rabbini, quia non explicant, quo pacto per ipſum Pontifex reſponſum ſcierit. Forte volunt literas virtute hujus nominis emicuiſſe, ſed de hac re nequeo quicquam certi reperire.

(12) ואין נשאלין בהן להדיוט אלא למלך וגו׳, *Et non inquirebant de privato, ſed de rege, &c.*] Probant hoc Talmudici ex *Num.* XXVII. 21. *Et ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & interrogabit pro eo judicium Urim coram Domino; juxta ſermonem ejus egredientur, & juxta ſermonem ejus ingredientur, ipſe, & omnes filii Iſraël cum eo, & omnis congregatio.* Gemara Babylon. אמר רבי אבהו דאמר קרא ולפני אלעזר הכהן יעמד ושאל לו במשפט האורים וגו׳ הוא זה מלך וכל ישראל אתו זה משוח מלחמה וכל העדה זו סנהדרי, *Dicit Rab. Abbu, quod dicit Scriptura; & ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & interrogabit pro eo judicium Urim, &c. ipſe, id eſt, rex; & omnis Iſraël cum eo, id eſt, unctus in bellum; & omnis congregatio, id eſt, Synedrium.*

De vetitis & licitis in die expiationis. Spe veniæ peccantibus pœnitentiam in die expiationis non concedi. Peccata in homines ſine ſatisfactione non remitti.

פרק ח יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה והמלך והכלה ירחצו את פניהם והחיה תנעול את הסנדל דברי רבי אליעזר וחכמים אוסרין:

Caput 8. In die expiationis interdictum eſt in cibo, & in potu, (1) & in lotione, & in unctione, (2) & in inductione calcei, (3) & in miniſterio lecti; (4) Rex verò & ſponſa lavabunt facies ſuas, (5) & puerpera calceos induet. (6) Verba Rab. Eleazaris; at Sapientes prohibent.

R. OB. DE BARTENORA.

יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברחיצה *In die expiationis interdictum eſt cibo, potui, & lotioni*, nam etſi comeſtio & potus ſecum fert pœnam exciſionis; dicit tamen אסור *interdictum* (quæ vox notat ſimpliciter interdictum ſine caſtigatione) eo quod adducit alias afflictiones, quæ non merentur pœnam exciſionis. Hæ vero quinque res ſunt prohibitæ, reſpondent quinque verbis afflictionum de quibus Lex, quorum primum occurrit Levit. 16, 29. Secundum verſu 31. Tertium cap. 23, 27. Quartum verſu 32. Quintum Num. 29, 7. Sunt etiam quinque tantum res quas Miſna vetat, quia cibus & potus habentur una res.

והמלך *Et Rex*, nam neceſſe eſt ut Rex ſe ſemper oſtendat formoſum in conſpectu hominum, uti Propheta dicit Jeſ. 33, 17. מלך ביפיו תחזינה עיניך Sponſa vero etiam formoſitate indiget, ut grata ſit ſponſo ſuo, & כלה *ſponſa* vocatur per triginta dies integros. והחיה את הסנדל *& puerpera induet calceos*, propter frigus: רבי אליעזר *verba R. Elieſer*, quæ

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non exponit Lex interdictum harum rerum die expiationis, ſed Scriptura quinquies repetit vocem עני *afflictionem*, ſic Levit. 16, 29. תענו את נפשותיכם & verſ. 31. ועניתם את נפשתיכם Eadem verba repetuntur Levit. 23, 27. & 32. Et Num. 29, 7. Quæ juxta traditionem exponuntur, quod ea veniunt ad vetandum quinque res ad uſum corporis ſpectantes, nimirum cibus, potus, lotio, unctio, inductio calcei, & miniſterium lecti. Quæ res omnes nomine עני *afflictio* veniunt, ad denotandum eas res eſſe prohibitas; at fundamentum prohibitionis eſt ex traditione. Qui vero unam earum fecerit, reus eſt flagellationis juxta Sapientes, illud eſt quod dicitur אסור; excepto cibo & potu, propter quos reus eſt exciſionis, at ſi infra dictam quantitatem comederit prohibitum eſt, & juxta Sapientes condemnatus flagellationis. Dicit autem Deus benedictus de pœna afflictionis Levit. 23, 30. והאבדתי את הנפש ההוא מקרב עמה Exponit traditio notari ejuſmodi rem à qua dependet anima, quæ eſt cibus & potus. Cæterum dicit,

quæ referenda ſunt ad omnes perſonas, videlicet Regem, ſponſam, & puerperam; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

dicit, *de Rege*, & *ſponſa* &c. ideo fit, quia neceſſe eſt ut Rex pulchrè affectus ſit, uti dicitur Jeſ. 33, 17. Eodem modo comparatum cum ſponſa ut ſit pulchra, ne faſtidio ſit ſponſo; propterea permittimus ipſis lavare faciem; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

SHERINGAMIUS. (1) יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה, *In die expiationis interdictum eſt in cibo & in potu.*] Abſtinentiam à cibo potuque mandavit Deus, *Levit.* XVI. 26. *In menſe ſeptimo, in decima menſis affligetis animas veſtras.* In die igitur expiationis uſque ad veſperam jejunarunt; ſi quis contra feciſſet exciſionis ſive exterminii pœna plectebatur. *Levit.* XXIII. 29. *Omnis anima, quæ non afflicta fuerit in die iſto, excidetur è populis ſuis.* Vide *Keritoth* cap. 1. ubi inter exterminii reos numeratur. האוכל והעושה מלאכה ביום הכפורים, *Qui cibum ſumpſerit, & qui opus fecerit in die expiationis.* Nec exciſione tantum mulctabatur, ſed etiam vapulabat. Vide *Macoth* cap. 3. ubi pariter inter vapulantes numeratur. האוכל והעושה מלאכה ביום הכפורים, *Qui cibum ſumpſerit, & qui opus fecerit in die expiationis.* Apud nos hodie inuſitatum eſt ob delictum hoc flagris cædi, ſed Eccleſiaſticis cenſuris ex lege plectuntur, qui jejunium violant; olim tamen inter majores noſtros pœna hæc in uſu fuit, ut ex antiquis legibus conſtat. Leges Edovardi & Guthurni cap. 8. Gif ſreoman rithe faeſtan abrece. gylde wite / and lahſlite. Gif hit theowman gedo. tholie hir hyde. oththe hyde gyldes. *Liber ſi indictum jejunium cibo ſumpto diſſolverit, & mulcta, & ipſa legis violatæ pœna plectitor, ſervus vapulato, aut pretio redimito.* Idem habes ad verbum antiqua verſione tranſlatum inter leges Aluredi & Guthurni, cap. 12. *Si liber homo rectum jejunium frangat, reddat witam vel lashlite, ſi ſervus hoc faciat, perdat corium ſuum vel hidgildum.*

(2) וברחיצה ובסיכה, *Et in lotione, & in unctione.*] Hæc, quæ ſequuntur, ſtatuta erant Rabbinorum, de quorum obſervantia maxime laborabant hypocritæ, de interna cordis afflictione parum ſolliciti, & propterea Chriſtus Salvator noſter ipſos acriter reprehendit, jubetque diſcipulos ſuos, ut nuſquam eorum mores imitarentur. *Matth.* VI. 17. Σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι, *Tu autem cum jejunas unge tuum caput, & faciem tuam lava.* Quamvis non videtur Salvator noſter afflictionem externam verbis iſtis reprehendere, ſed fictam ſimulatamque hypocritarum religionem caſtigare, qui turpitudinem & atrocitatem animi externo fuco obvelarent. Daniel enim jejunium initurus ab unctione abſtinuerit, & hoc Deo optatum acceptumque fuiſſe conſtat. Vide *Dan.* X. 3. David etiam cum pro puero jejunarit, tum ab unctione, tum à lotione temperaverit. Vide 2 *Sam.* XII. 20. Externæ igitur afflictiones Deo gratæ non ſunt, niſi cor intus æſtuet, & peccati odio crucietur. Si vero externam corporis afflictionem internus animi dolor comitetur, Deo jejunium hoc probari illuſtria exempla confirmant.

(3) ובנעילת הסנדל, *Et in inductione calcei.*] Hoc intelligendum eſt de calceis coriaceis; poterant enim ſoccis ex panno, aut quavis alia materia confectis, uti. *Arba Turim* in *hilk. jom Hakkipp.* מותר לילך באנפלאות של בגד לא שנא בביתו לא שנא ברשות הרבים, *Licitum eſt* in die expiationis *incedere ſoccis panni, nihil intereſt ſive privatim ſive publice.* Menaſſeh Ben Iſraël in *Theſouro dos dinim*, cap. 98. He neſte prohibido calçar aynda que ſeja só num pè çapatos de couro, mas de pano ou outra qualquer couſa, he licito; por que ſe julga o meſmo que andar deſcalço. *In iſta die prohibitum eſt inducere calceos coriaceos, quamvis in unum ſolum pedem, ex panno tamen aut quavis alia materia confectos inducere licitum eſt, quia hoc perinde eſt ac ſi quis diſcalceatus incederet.* Calceis vero coriaceis uti nemini fas erat, niſi ægrotaret, aut gravi aliqua neceſſitate premeretur. Solebant enim Judæi, cum ſe affligerent, diſcalceati incedere, quemadmodum Davidem feciſſe legimus, 2 *Sam.* XV. 30. *Et David aſcendebat per aſcenſum montis olivarum, aſcendebat, & flebat, & caput ei opertum erat, & incedebat diſcalceatus.*

(4) ובתשמיש המטה, *Et in miniſterio lecti.*] Non ſolum à miniſterio lecti abſtinuerint conjuges, ſed nec in eodem lecto una cubuerint. Menaſſeh Ben Iſraël: He peccado tocar na mulher, como ſe foſſe menſtruoſa, e non podem dormir numa meſma cama, por fugir a occaſion de peccar. *Peccatum eſt* in die expiationis *tangere mulierem, ac ſi eſſet menſtruata, nec in eodem lecto dormire poſſunt, ni fugiant occaſionem peccati.* Statutum hoc Rabbinorum ad pietatem plurimum conducere non eſt negandum. Deus enim religioſiſſime colitur, cum mens, repudiatis obſcænis ſpurciſque voluptatibus, ſola cœleſtia cogitat. Innuit hoc Paulus 1 *Corinth.* VII. 5. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ. *Nolite fraudare invicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis jejunio & orationi.* Et proinde Eccleſia Græca abſtinentiam conjugalem imperavit, ſtatuitque ut in diebus jejunii, & in diebus ſacris, conjuges à mutuo congreſſu abſtinerent. Vide Balſam. ad *Canon.* 3. *Dionyſii Alexandrini*, & Leunclav. lib. 5. *Reſponſorum.* Statuit & hoc Eccleſia Latina. Vide *Decretum* Gratiani part. II. cauſa. 33. quæſt. 4. Gentiles etiam ſolennibus diebus, quibus ſacra diis ſuis facerent, hoc obſervarunt. Juvenalis *Sat.* 6.

Ille petit veniam, quoties non abſtinet uxor
Concubitu, ſacris obſervandiſque diebus.

(5) המלך והכלה ירחצו את פניהם, *Rex verò & ſponſa lavabunt facies ſuas.*] Regi hoc permiſſum, quia recreat ſubditos gratioſus & ſplendidus regis vultus; ſponſæ vero, ne fœdata ſordibus à ſponſo ſuo contemneretur. Sponſa autem vocatur triginta diebus poſt nuptias, quibus ſi dies expiationis inciderit, lavabat faciem ſuam. Gemara Babylonica: מאי טעמא מלך משום דכתיב מלך ביפיו תחזינה עיניך כלה מאי טעמא כדי שלא תתגנה על בעלה אמר ליה רב לרבי חייא כלה עד כמה אמר ליה כדתנן אין מונעין תכשיטי מן הכלה כל שלשים יום *Rex quare? quia ſcribitur; Regem in pulchritudine ſua videbunt oculi tui. Sponſa quare? Ne vilis ſit apud ſponſum ſuum. Dixit Rab ad Rabbi Chija; Sponſa quamdiu? Dixit ei: juxta id quod docemus; Non cohibent ornatum ejus totis triginta diebus.*

(6) והחיה תנעול את הסנדל, *Et puerpera calceos inducet.*] Hoc ei indultum eſt triginta diebus poſt partum ne à frigore læderetur. *Arba Turim* in *Hilcoth jom hakkippurim.* והחיה מותר לנעול הסנדל כל ל׳ יום משום צנה, *Puerperæ licitum eſt inducere calceos totis triginta diebus propter frigus.* In loco, quo ſibi à ſcorpionibus metuerent, poterant ſinguli calceis uti. Gemara Babylonica: והחיה תנעול את הסנדל משום צינה אמר שמואל אם מחמת סכנת עקרב מותר, *Et puerpera inducet calceos propter frigus. Dixit Samuel; Si propter periculum ſcorpionis, licitum.* Hoc etiam infirmo, & pede vulnerato licuit. Menaſſeh Ben Iſraël. Pode con tudo a parida dentro dos 30. dias do parto, calçar çapatos de couro, e aſſi meſmo o doente, aynda que naö eſtè perigozo, e o que tem alguma ferida no pe, ou teme ſer mordido de ſerpentes donde as ay. *Nihilominus mulier, quæ peperit, triginta diebus poſt partum inducere poteſt calceos coriaceos, itemque & infirmus, quamvis nullum ſit periculum, & qui vulnus habet in pede, aut qui in loco degit ubi timeat ſerpentium morſus.*

ב האוכל ככותבת הגסה כמוה וכגרעינתה והשותה מלא לוגמיו חייב כל האוכלין מצטרפין לככותבת

2. Qui edit menſuram dactyli craſſi (1) cum grano ſuo, & qui bibit quantum maxillis infundi poſſit, (2) reus eſt. Cibi omnes conjunguntur, ut con-

לכותבת. וכל המשקין מצטרפין לכלא לוגמיו האוכל ושותה אין מצטרפין :

conſtituant menſuram dactyli craſſi, & potus omnes conjunguntur, ut conſtituant quantum maxillis infundi poſſit. Edens & bibens non conjunguntur (3).

R. OB. DE BARTENORA.

כותבת הגסה Eſt dactylus magnus, qui minor eſt quantitate ovi. Et quamvis omnes quantitates cibi ſint unius olivæ, hoc ita tamen ſe habet quia de illis dicitur vox אכילה *comeſtio*; verum hoc loco ubi vox ענוי *afflictio* occurrit, traditione accipimus homini minori quantitate quam eſt quantitas dactyli magni non ſatis fieri, ſed affligi. Nihilominus tenemus partem mediam quantitatis in Lege prohibitam eſſe, ſed quod propterea non rei ſunt exciſionis, neque flagellationis, niſi juxta menſuram. מלא לוגמיו *plenitudo buccarum ſuarum*, quicquid ad latus oris dirigit, unde efficitur ut latus illud promineat, & conſpiciatur, & hoc vocatur כלא לוגמא: hæc vero menſura in homine mediocri minor eſt quarta parte.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כותבת הגסה Eſt dactylus craſſus & magnus; in Gemara dicunt, כותבת הגסה *dactylus magnus* minus eſt quantitate ovi.

מלא לוגמיו *Plenitudo buccarum ſuarum*, id eſt, ſi bibat tantum quantum ille qui bibit ad latus oris recedere poteſt, tum latus illud exterius protuberat. Id quod neceſſe eſt ut ſemper in memoria habeas, nimirum, quod omnes quantitates in Lege occurrentes ſunt traditio Moſis è Sinai.

SHERINGAMIUS. (1) האוכל ככותבת הגסה. Ad verbum, *Qui edit quaſi dactylum craſſum.*] Oliva ciborum omnium vetitorum communis menſura erat; ſed in die expiationis, quia cibus non prohibetur expreſſe, ſed tantum *afflictio animarum* imperatur, alia menſura conſtituta eſt, qua unuſquiſque reus peragebatur. Licet enim ab eſu ciborum vetitorum abſtinere omnino ex lege tenerentur, à pœna tamen liberi erant, niſi cibos ad certam menſuram comedifſent; menſura autem in die expiationis dactylus erat, cæteroquin oliva: Bartenora: ואף על גב דכל שעורי אכילה בכזית היינו משום דכתיב בהו אכילה אבל הכא דלא כתיב אלא אשר לא תעונה גמירי דבבציר מככותבת לא מיתבא דעתיה והוי מעונה ומיהו קיימא לן דחצי שעור אסור מן התורה אלא שאין חייבין כרת ולא לוקין, אלא על כשיעור, *Quamvis ſibi menſura omnes ſunt quaſi oliva, hoc fit eâ propter quia ſcribitur de eo cibus; ſed hic, ubi non ſcribitur niſi*, anima *quæ non afflicta fuerit, ſtatuerunt minor menſura quam dactylus non decerneretur, & hoc affligit: & nihilominus fundamentum eſt apud nos, quod dimidium menſuræ à lege probibitum eſt, ſed quod non exciſione plectuntur, & quod non vapulant niſi de menſura tota.* Nonnulli vapulaſſe ajunt eos, qui menſura minus comediſſent, ſed exterminio non fuiſſe mulctatos; menſuras vero omnes à Moſe ex mandato divino inſtitutas eſſe tradunt Rabbini. Maimonides: כל השיעורין שהם בכל התורה הם הלכה למשה מסיני, *Omnes menſuræ, quæ ſunt in lege, conſtitutiones Moſis ſunt à monte Sinai.*

(2) והשותה מלא לוגמיו. Ad verbum, *Et qui bibit plenitudinem maxillarum ejus.*] Totum illud, quod concavitas oris altero latere continere poſſit, cum inflantur buccæ, dicitur מלא לוגמיו. Bartenora: כל שאלו יסלקנו לצד אחד יהיה אותו הצד בולט ונראה נקרא מלא לוגמיו.

(3) האוכל ושותה אין מצטרפין, *Edens & bibens non conjunguntur.*] Senſus eſt: Id quod aliquis edit, & id quod bibit, non conjunguntur, ut alterutram menſuram conſtituant. Sic à Rabbinis, qui agunt de conſtitutionibus diei expiationis, locus iſte explicatur. *Shulchan Aruch*: כלי האוכלים מצטרפין לשיעור זה אפילו מלח שעל הבשר וציר שעל ירק אבל אכילה ושתיה אין מצטרפורת, *Omnes cibi conjunguntur ad menſuram hanc, etiam ſal quo carnes ſaliuntur, & liquamen oleris; ſed cibus & potus non conjunguntur.*

ג אכל ושתה בהעלם אחת אינו חייב אלא חטאת אחת אכל ועשה מלאכה חייב שתי חטאות אכל אוכלין שאינן ראויין לאכילה ושתה משקין שאינן ראויין לשתייה ושתה ציר או מורייס פטור :

3. Qui ſemel inſcius edit & bibit, non tantum tenetur ſacrificio. (1) Qui edit & opus facit, duobus tenetur ſacrificiis. (2) Qui edit quod non eſt commodum in cibum, & qui bibit quod non eſt commodum in potum, & qui abſorbet liquamen ſalſum (3) aut muriam, (4) liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו חייב אלא חטאת אחת *Uno tantum tenetur ſacrificio*, nam cibus & potus proveniunt ex eodem loco Scripturæ, & habentur una eademque res. אכל ועשה מלאכה *ſi comedit & opus fecit*, quæ proveniunt è duobus Scripturæ locis, & habentur duæ res, ideo tenetur duo adferre ſacrificia pro peccato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ציר *Liquamen ſalſum*, eſt id quod à piſce effluit, cum ipſum ſale macerant. מורייס *muria*, notum quid ſit.

SHERINGAMIUS. (1) אכל ושתה בהעלם אחת אינו חייב אלא חטאת אחת. Ad verbum, *Edit & bibit in abſconſione ſemel? non tenetur niſi uno ſacrificio pro peccatis.* Unum tantum tenebatur ſacrificium perſolvere, quia edendi & bibendi actio quaſi factum unum æſtimatur.

(2) אכל ועשה מלאכה חייב שתי חטאות. Ad verbum, *Edit & opus fecit? tenetur duobus ſacrificiis pro peccatis.*] Hoc etiam de iis intelligendum eſt, qui inſcienter peccaſſent; nam ſi quis ex arrogantia hæc feciſſet, exterminio reus erat, & verberibus cæſus, ut ſupra dictum eſt.

(3) ציר *Liquamen ſalſum.*] ציר eſt *liquor ex ſale piſcium reſolutus.* Maimonides: ציר. הוא מה ששותת מן הדג כשמשרים אותו במלח, Tſir *eſt id quod effluit à piſce, cum ipſum ſale macerant.* Alias tamen ſignificatio ejus latius patet, ut ציר שעל הירק, *Liquamen olerum*, quod habes paulo ante in *Shulchan Aruch.* Sed liquor iſte permiſſus non erat in die expiationis, ut ex loco adducto conſtat. Vide etiam ſi libet *Arba Turim* in *Hilcoth Jom Hakkippurim.*

(4) או מורייס, *Aut muriam.*] מורייס eſt *humor pinguis, qui ex piſcibus ſalitis excidit.* Verbum iterum occurrit capite ſexto codicis *Nedarim*, ubi Bartenora: מורייס שומן היוצא מדגים מלוחים, *Murejas eſt oleum, quod exit à piſcibus ſalitis.*

ד התינוקות אין מענין אותן ביום הכפורים אבל מחנכין אותם לפני שנה ולפני שנתים בשביל שיהיו רגילין במצות :

4. Non affligunt (1) pueros in die expiationis, ſed erudiunt (2) eos anno uno aut duobus, (3) antequam ad maturitatem pervenerint, ut ſint præceptis aſſueti.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

אין מענין אותן *Non affligunt eos*, non tenentur illis prohibere cibum. אבל מחנכין אותן *ſed inſtruunt eos*, per horas aliquot, ut aſſuefacere poſſint comedere ad quatuor horas diei, dant ipſis comedendum ad horam quintam aut ſextam, juxta diſpoſitionem unius. לפני שנה *ante annum*, per unum annum ante tempus jejunandi illis præſcriptum, ſi parvulus fuerit debilis, ut jejunium ferre non poſſit.

לפני שנתים *Ante duos annos*, duos annos ante præfixum tempus, ſi infans ſanus & robuſtus fuerit. Cæterum tempus jejunandi fœmellis præſcriptum eſt anno ætatis duodecimo & uno die perfecto, quia ante illud tempus ipſis non ſunt ſigna fœminina; ſed ab eo tempore intrant obſervantiam præceptorum, & ſubjiciuntur pœnis Legis. Tempus vero jejunandi maſculis ſtatutum eſt tredecim anni cum uno die, ſed ante illam ætatem non ſubjecti ſunt pœnis Legis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחנכין אותן Id eſt מלמדין אותן *Erudiunt eos*, ſic Prov. 22, 6. חנוך לנער Et aſſuefaciunt eos ad jejunium, antequam tempus jejunii advenerit, duos annos eos qui ſani ſunt, & unum annum eos qui ægroti ſunt. Scias autem quod maſculi tredecim annorum integrorum, & fœmellæ duodecim annorum integrorum de Lege tenentur ad jejunium, ſi ipſis duo pili fuerint in genitalibus; nam fœminæ melius perferre poſſunt jejunium quam mares, quia natura marium calidior eſt, ideoque corpus magis conſumit. Mares vero duodecim annorum integrorum & fœmina undecim annorum integrorum totum diem jejunant ex conſtitutione Sapientum, ad erudiendum illos in præceptis. Sed decem & novem annorum tam mares quam fœmellæ ſine diſcrimine jejunant per horas diei, ut erudiantur in præceptis; & non datur ipſis comedendum niſi dum eos vexaverit fames.

SHERINGAMIUS. (1) אין מענין, *Non affligunt.*] Non arcent à cibis.

(2) אבל מחנכין, *Sed erudiunt.*] Præcipua religionis fundamenta docent. Maimonides: מלמדין אותן מגזירת חנוך לנער, *Docent eos Catechiſmum puerorum.* Qui enim ab ineunte ætate præceptis divinis imbuuntur, poſtea in ætatis flexu facilius ad voluntatem divinam ſuam fingere & accommodare poſſunt. Ipſos etiam longius quam cæteris diebus à cibis cohibuerint. Bartenora: מחנכין אותן לשעות היה רגיל לאכול בארבע שעות מאכילין אותו בחמש או בשש כפי כח חבן, *Aſſuefaciunt eos ad horas; ſi quis hora quarta edere ſolebat, dant ei cibos hora quinta aut ſexta juxta vires pueri.* Vide etiam Gemaram.

(3) לפני שנה ולפני שנתים. Ad verbum, *Ante annum, & ante duos annos.*] Per annum intelligit tempus maturitatis. Pueri autem maturi erant poſtquam annos tredecim & diem unum, puellæ cum annos duodecim & diem unum abſolviſſent: tum jejunii tempore à cibis abſtinuerint. Antea vero anno uno, ſi infirmi erant, ſi ſani, duobus, ipſos modo prædicto erudierunt. Vide Rabbinos.

ה עוברה שהריחה מאכילין אותה עד שתשוב
נפשה חולה מאכילין אותו על פי בקיאין ואם
אין שם בקיאין מאכילין אותו על פי עצמו עד
שיאמר די:

5. Prægnanti mulieri, ſi odorem percipiat, cibos adminiſtrant donec redierit anima ejus. (1) Ægroto cibos adminiſtrant ex ore peritorum, (2) & ſi non ſint ibi periti, ex ore ſui ipſius, donec dicat, Satis eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עוברה *Prægnans mulier*, ſi illa odorem perceperit juſculi, & illa appetiverit illud, & non comederit, periclitantur ambo, nimirum infans & mulier prægnans. בקיאין *periti*, medici in arte ſua periti: *at ſi non ſint ibi periti*, hoc explicatur in Gemara eo ſenſu, attendunt ad dictum medici periti, ſi ægrotus dixerit quod non opus ſit ut comedat, aut tacuerit; verum ſi ægrotus dixerit quod opus ſit ut edat, non obtinet ibi medicus, id eſt, peritia illius ibi nihil valet, ſed dant ægroto comedendum ſuo dicto, etſi medicus dicat cibum illi non eſſe neceſſarium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עוברה שהריחה מאכילין אותה *Prægnanti mulieri, ſi odorem percipiat, dant illi cibos*, ſic etiam, ſi mulier prægnans odoraverit carnem ſanctam, aut carnem porcinam, & appetitus illius naturalis eam inſtigaverit ad comedendum, dant illi comedendum donec conquieverit appetitus.

בקיאין *Periti*, in arte ſua verſati, hic vero intelligas medicos peritos. Cæterum hic caſus habet circumſtantias quaſdam, quas tibi exponam, nimirum, ſi infirmus petat comedere, etſi omnes medici dicant quod ſit opus, nihilominus illi comedendum proponunt dicto ſuo donec ſufficiat illi. Contra ſi peritus aliquis medicus dixerit quod ſit neceſſe ut comedat, & alii dixerint quod non ſit neceſſe, ſequantur majorem partem; verum ſi judicia æqualia fuerint numero perſonarum & ſcientia, dant illi comedendum; quia nobis hypotheſis eſt, quod in caſu periculi vitæ, ſemper mitiorem conditionem ſequi debemus.

SHERINGAMIUS. (1) עוברה שהריחה מאכילין אותה עד שתשוב נפשה, *Prægnanti mulieri, ſi odorem percipiat, cibos adminiſtrant, donec redierit anima ejus.*] Id eſt, ſi odorem percipiat carnis ſanctæ, aut carnis porcinæ, ut in Gemara Babylonica explicatur. Primum vero plumam aut virgulam in juſculum aut humorem rei vetitæ immittunt, & in os ei inſerunt; ſi inde cupiditas ejus ſedata & conſopita non ſit, ipſam carnem ei concedunt. Gemara Hieroſolymit. בתחילה תוחבה ברוטב אם שבה נפשה הרי יפה ואם לאו נותנין לה מגופו של איסור, *Primo infigit in ſuccum, ſi redierit anima ejus, bene eſt; & ſi non, dant ei ex corpore rei vetitæ.* Ita nimirum afficiuntur mulieres gravidæ, ut nunc hoc, nunc illud appetant, quarum deſideriis niſi ſatisfiat, fœtum edunt abortivum: morbus iſte Græcis dicitur κίττα, *pica*, ab ave ejuſdem nominis, quæ ipſam terram quandoque deglutire ſolet, quod mulieres etiam faciunt, quæ nonnunquam tanto deſiderii æſtu abripiuntur, ut ne à calce, luto, aut carbonibus abſtineant: aut forte morbus iſte κίττα vocatur, quia prægnantium mulierum appetitus varius eſt, inſtar coloris hujus avis; ſed hoc minus placet. Alexander lib. 2. Problem. 73. εἴρηται δὲ κίττα ἀπὸ τοῦ ὀρνέου τοῦ ἀεὶ βώλους κατεσθίοντος, ἢ ὅτι ποικίλον ἐστὶ τῷ χρώματι καὶ ἀλλόκοτον ὥσπερ ἡ τῶν ἐπιθυμία. *Dicitur vero* prægnantium mulierum morbus *pica, ab ave ſemper glebas terræ deglutiente, aut quia* avis illa *verſicolor ſit & variegata, velut earundem deſiderium.*

(2) על פי בקיאין, *Ex ore peritorum.*] Id eſt, ex ſententia Medicorum qui artis periti ſunt. Maimonides: בקיאין הם המוחזקים במלאכתן ורצה בו בכאן הבקיאין מן הרפואים, *Qui in arte ſua exercitati ſunt, dicuntur* בקיאין, *in hoc autem loco* בקיאין *vocantur, qui Medicorum peritiſſimi ſunt.*

ו מי שאחזו בולמוס מאכילין אותו אפילו דברים
טמאים

6. Appetitu canino laboranti cibos adminiſtrant, etiam

טמאים עד שיאירו עיניו מי שנשכו כלב שוטה אין מאכילין אותו מחצר כבד שלו ורבי כתיא בן חרש כתיר ועוד אמר ר׳ מתיא בן חרש החושש בגרונו מטילין לו סם בתוך פיו בשבת מפני שהוא ספק נפשות וכל ספק נפשות דוחה את השבת :

etiam de rebus pollutis, donec illuminentur oculi ejus. (1) Si quem mordet canis furioſus, non adminiſtrant ei de reticulo jecoris ejus. (2) Rabbi Mathia filius Charaſi permittit. Dicit etiam R. Mathia filius Charaſi; Si quis gutture dolet, pharmacum ei in Sabbatho adminiſtrant, quia eſt dubium vitæ; & omne dubium vitæ pellit Sabbathum.

R. OB. DE BARTENORA.

בולמוס Eſt infirmitas quæ procedit è fame, eſtque periculoſa admodum, at quando viſus in oculis redit, certum eſt eum ſanatum eſſe. כלב שוטה *canis furioſus.* Spiritu malo affectus, ejuſque ſigna ſunt, os apertum, ſputum ſtillans, aures extenſæ, cauda inter crura poſita, & inceſſus ad latera viæ; eſt qui dicit, quod etiam latrat, ita tamen ut vox non audiatur.

אין מאכילין אותו מחצר כבד שלו *Non adminiſtrant ei de reticulo jecoris illius*, nam etſi medici utantur hoc remedio, non tamen omnimodum remedium eſt, ad licitum reddendum interdictum beſtiæ immundæ. ורבי מתיא בן חרש מתיר *Rabbi Mattia filius Charas permittit*, nam putat omnimodum remedium eſſe; ſed deciſio non eſt juxta R. Mattiam filium Charas.

החושש בגרונו *Qui gutture laborat*, qui laborat odontalgia, ut caro gingivæ conſumatur, & indè malum oriatur palato, & gutturi. מטילין לו סם בתוך פיו *adminiſtrant illi pharmacum*, radicem herbæ alicujus quod ad remedium dubiæ.

כל ספק נפשות דוחה את השבת *Omne dubium vitæ pellit Sabbathum*, dicit *omne*, ad denotandum, quod, etiamſi certo ſtatuamus eum non moriturum hoc Sabbatho, ſed dubium eſſe an morietur Sabbatho ſequenti, ſi non miniſtraverint ipſi remedia hodie; conjectent enim doctores eum octo dies hanc medicinam debere bibere, & primum diem eſſe Sabbathum; nam ſi Miſna hoc non docuiſſet, putaſſet medicinam prohibitam ad veſperam & longè petita. Hoc vero fundamentum in memoria teneas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בולמוס Eſt infirmitas qua ſi quis afficiatur ſenſu caret, & eſt ſpecies infirmitatum quæ in lingua Sapientum vocantur נמפין; illis vero dé quibus hic tractat infirmitas ſupervenit inſtar mordacitatis in ore ſtomachi, at quando comedunt ſublevantur ab illa infirmitate, & oculi illuſtrantur.

דברים טמאים *Etiam res immundæ*, res vetitæ, uti ſunt ſerpentes, & reptilia, ac animalia immunda; at primo non ſuppeditant ægrotis rigoroſius vetita, ſed ea quæ mitius vetita ſunt, quibus ſi appetitui illius ſatisfactum eſt, benè habet; ſin minus dant ipſi rigoroſius vetita.

החושש בגרונו *Qui gutture ſuo laborat*, cujus caro gingivæ conſumitur, qua etiam palatum conſumeretur, ſi relinqueretur.

סם Eſt nomen cujuſlibet radicis; deciſio non eſt juxta R. Mattiam filium Charas in eo quod permittit comedendum dare die expiationis hepar, canis furioſi ejuſmodi homini qui ab eo morſus eſt; quia hoc non eſt remedium, ſed ſecretum aut qualitas occulta. Sapientes vero putant quod *præcepta non licet tranſgredi, niſi per remedium tantum*, nimirum per res *quæ natura ſua medentur*, & *res quæ veritate & experientia ipſa probata.* Sed curare res per facultatem occultam non licet, eo quod virtus earum debilis eſt, & pro experientia erronea habeas velim, quia magni intereſt. Quod dicit. כל ספק נפשות דוחה את השבת *omne dubium vitæ pellit Sabbathum*, id dicit ad monendum te ut prævenias & incipias quamprimum in hoc caſu, & non differas, etſi Sabbatho primo ſit infirmitas quam ægrotus ſufferre poteſt; & ut non dicamus, non dubium eſt quin infirmitas uſque ad ſecundum Sabbathum duraverit, ita ut neceſſe ſit propter eam profanare Sabbathum, propterea relinquimus eam hodie uſque ad manè ne propter eam profanemus Sabbathum.

SHERINGAMIUS. (1) מי שאחזו בולמוס מאכילין אותו אפילו דברים טמאים עד שיאירו עיניו, *Appetitu canino laboranti cibos adminiſtrant, etiam de rebus pollutis, donec illuminentur oculi ejus.*] בולמוס morbus eſt à calore ex nimia fame orto proveniens. Bartenorius: בולמוס חולי האוחז מחמרת רעבון ומסוכן למורת וכשמראיתו חוזר בידוע שנתרפא, *Bolemos morbus eſt arripiens ex calore famis, periculum mortis inducens, & cum redeat viſus, notum eſt quod ſanatur.* Morbus iſte hiberno magis quam æſtivo tempore ſævire ſolet, quia tum calor internus ab ambiente frigore augetur. Vide Ariſtotelis *problemata*, ſect. 8.

(2) מי שנשכו כלב שוטה אין מאכילין אותו מחצר כבד שלו, *Si quem mordet canis furioſus, non adminiſtrant ei de reticulo jecoris ejus.*] Non eſt permiſſum ut edat de reticulo jecoris ejus, cum non ſit remedium efficax & abſolutum, quia cibus immundus eſt & ex lege vetitus. Bartenora: אע״פ שנהגו הרופאים ברפיאה זו איננה רפואה גמורה להתיר לו איסור בהמי טמאה על״ כן.

ז מי שנפלה עליו מפולת ספק הוא שם ספק אינו שם. ספק חי ספק מת ספק נכרי ספק ישראל מפקחין עליו את הגל מצאוהו חי מפקחין עליו ואם מת יניחוהו :

7. Si quem ruderum moles obruat, ſive dubitatur an ibi ſit, ſive dubitatur an ibi non ſit, (1) ſive dubitatur an vivus ſit, ſive dubitatur an mortuus ſit, ſive dubitatur an extraneus ſit, ſive dubitatur an Iſraël ſit, aperiunt ei cumulum: Si vivum invenerint, aperiunt ei, ſi mortuum, eum relinquunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מפקחין עליו *Aperiunt propter eum*, effodiendo cumulum inquirunt de ipſo, ſi de naribus illius ſcrutati fuerint ſive ſuperius & inferius, ſive inferius & ſuperius, & non invenerint halitum, certo mortuus eſt, & non ſcrutantur ulterius, uti dicitur Gen. 7. 22. כל אשר נשמת חיים באפיו.

מצאוהו חי מפקחין עליו, *Si vivum invenerint aperiunt propter ipſum*, hoc dicere non erat neceſſe, ſi non vidiſſent eum aliquamdiu vivere poſſe, etſi deindè ſtatim moreretur; ideo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפקחין *Aperiunt*, id eſt, excavando inquirunt de ipſo, & quando ad nares pervenerunt, & in illis non invenerint halitum, tum vetitum effodere ulterius, quia certo mortuus eſt. Sin autem eum invenerit vivum, etſi non diu vivere poſſit, & ſtatim moriatur, effodiunt propter eum & educunt; & hoc eſt quod dicit, *ſi vivum invenerint, aperiunt ei.*

ואם מת יניחוהו *Si mortuum, eum relinquunt*, nam nonnulli

ideoque nos docet, quod aperiunt propter eum illius momenti gratia.

ואם מת יניחוהו *Si mortuum, relinquunt eum*, hoc nos docet, quod, etiamſi juxta ſententiam illius qui dicit, quod nulli Sapientes dicunt, quod mortuus liberari debet propter incendium; ſed nos hoc loco docet, quod eum relinquunt ſub mole ruderum, & nemo eſt qui huic contradicit: mortuum liberant propter incendium, in hoc caſu concedit quod non aperiunt cumulum propter ipſum, nam in incendio permiſerunt eripere mortuum, quia alioquin ignis eum extinxiſſet: nam homo turbatur, propter mortuum. Verum hic, ſi non permiſeris illi aperire cumulum, quid enim ipſi faciendum erit, nam eſſet interdictum Legis, ut permittamus ipſi unam rem, ne faciat alteram? ideo non licet ulterius inquirere poſt mortem illius.

SHERINGAMIUS. (1) ספק הוא שם ספק אינו שם. Ad verbum, *Dubium ipſe ibi, dubium non ipſe ibi.*] Vide, ſi placet, *Jadajim*, cap. 2. ubi eadem loquendi formula pluries occurrit.

ח חטאת ואשם ודאי מכפרין מיתה ויום הכפורים מכפרין עם התשובה תשובה מכפרת על עבירות קלות על עשה ועל לא תעשה ועל החמורות היא תולה עד שיבא יום הכפורים ויכפר:

8. Victima pro peccatis, & victima pro delictis certis expiant: Mors & dies expiationis expiant (1) cum pœnitentia; & pœnitentia expiat peccata levia, tam contra præcepta affirmativa quam negativa; & gravia ſuſpendit, donec veniat dies expiationis & expiet.

R. OB. DE BARTENORA.

חטאת ואשם ודאי מכפרין *Victima pro peccatis, & victima pro delictis certis expiat*, hoc intelligendum eſt cum reſipiſcentia, ſed hoc non dicit doctor, eo quod certum eſt eum reſipuiſſe ſi adduxerit ſacrificium pro peccato, & ſacrificium pro reatu, nam ſi non reſipuiſſet, non adduxiſſet. אשם ודאי *Sacrificium pro reatu certo*, ut, reatus rapinæ, & reatus prævaricationis in rebus ſanctis.

על עשה ועל לא תעשה *Contra affirmativa & negativa præcepta*, quod intelligendum eſt tantum de negativis quæ reduci poſſunt ad affirmativa, quæ expiant reſipiſcentia; at negativa quæ comprehendunt pœnam flagellationis, reſipiſcentia ſuſpendit, & dies expiationis expiat. Concluſio autem hujus caſus in Gemara talis eſt, quod, ſi quis ex ſuperbia peccaverit in aliquo præcepto affirmativo, & in negativo quod reducitur ad affirmativum, aut ſi ex errore peccaverit in præcepto negativo quod continet pœnam flagellationis, & reſipuerit, non movet ſe ex hoc loco niſi donec condonaverint illi. Si vero ex ſuperbia peccaverit in præcepto negativo quod continet pœnam flagellationis, reſipiſcentia ſuſpendit, & dies expiationis expiat; & ſi ex errore peccaverit in præceptis quæ continent pœnam excidii, aut mortis per Senatum infligendæ, ſacrificium pro peccato expiat cum reſipiſcentia. Sed ſi peccatum commiſerit ex ſuperbia, reſipiſcentia & dies expiationis ſuſpendunt, & caſtigationes purgant. Hoc autem intelligitur ſi non profanaverit nomen יהוה, nimirum, ſi non peccaverit & alios peccare fecerit; at ſi nomen יהוה profanaverit, non condonatur ipſi niſi donec mortuus fuerit. Cæterum omnia hæc intelligenda ſunt eo ſenſu, quando non erat hircus emiſſarius, ſed quando habebatur hircus emiſſarius, hircus emiſſarius expiabat omnia peccata levia & gravia, exceptis peccatis inter hominem, & proximum, quæ non expiabantur, niſi reconciliati fuiſſent inter ſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Obſervato tria hæc fundamenta, & innitere illis, nempe ſi quis erraverit in aliquo præcepto affirmativo, aut negativo, aut ex ſuperbia peccaverit contra affirmativum, & reſipuerit, ſtatim illi condonat Deus. Reſipiſcentia vero hæc eſt, ut confiteatur homo peccata ſua coram Deo, & ut ipſum peccati pœniteat quod illud commiſit, in ſe recipiens nunquam in poſterum peccaturum eodem modo; & Scriptura dicit de confeſſione, Prov. 29. 13 מודה ועוב ירוחם Et de reſipiſcentia dicit Jerem. 31. 19. כי אחרי שובי נחמתי וגו׳ Quando autem ex ſuperbia peccaverit in præcepto negativo, & reſipiſcentiam egerit, reſipiſcentia ſuſpendit, & dies expiationis expiat. Sed quando peccaverit ex errore in caſu pœnæ exciſionis, & in caſu pœnæ mortis per domum judicii infligendæ, in ejuſmodi caſu in quo tenetur offerre ſacrificium pro peccato, aut ſi commiſerit aliquod peccatum ob quod tenetur adducere ſacrificium pro reatu certo, & adduxerit ſuum ſacrificium pro peccato & reatu; & pœnitentiam egerit, tum ſtatim ipſi condonatur. Scriptura vero dicit, eum qui adduxerit ſacrificium ſuum teneri ut pœnitentiam agat; quemadmodum dicitur Levit. 5, 5. והתודה אשר חטא עליו Cæterum ſi peccaverit ex ſuperbia in præceptis quæ pœnam excidii continent, & in præceptis quæ continent pœnam mortis per domum judicii infligendæ, & reſipuerit, reſipiſcentia & dies expiationis ſuſpendunt, ſed caſtigationes purgant, aut quando moritur perficitur expiatio illius; & hoc eſt quod ſcriptum eſt Jeſ. 22, 24. אם יכפר העון הזה לכם עד תמותון Hæc vero omnia intelligenda ſunt ſi quis volens peccaverit, at ſi nolens peccaverit, liber eſt. Præterea quoque intelligenda ſunt quando in templo non fiebat miniſterium diei expiationis, at quando ejuſmodi miniſterium fiebat, hirco nimirum emiſſario, omnia expiabantur delicta, uti expoſitum eſt in principio tractatus Schebuot.

SHERINGAMIUS. (1) מיתה ויום הכפורים מכפרין, *Mors & dies expiationis expiant.*] Pro peccatis, quæ exciſionem & mortem merebantur, nullum peculiare ſacrificium à lege injunctum eſt, ſed dies expiationis, rite peracta pœnitentia, ea omnia expiavit, ſi ad illum uſque diem ſuperſtes eſſet qui peccaſſet: ſi non ſuperſtes eſſet, pœnam ipſam & mortem cum pœnitentia peccata expiaſſe crediderunt Judæi. De ſalute enim per Chriſtum obtinenda nihil ipſis vulgo notum. Hinc rei ob delictum aliquod morte mulctandi, confeſſionis vice, dicere ſolebant, תהא מיתתי כפרה על כל עונותי, *Sit mors mea expiatio pro omnibus peccatis meis.* Vide *Sanhed.* cap. 6. Pœnam quoque & mortem ſcelera expiaſſe putarunt Gentiles. Virgil. Æneid. 2.

Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia, & culpam miſerorum morte piabunt.

Libanius Declam. 44. καθαρσίων ὑμῖν δεῖ μᾶλλον ἢ πάσῃ τῇ πόλει τηλικέτε μιάσματ☉, καθάρσιον ἢ πρεπωδέσατον ἔσαι ταύτης ἡ κόλασις. *Expiationibus vobis opus eſt, potius vero toti civitati ob tam grave piaculum. Expiationis vero genus decentiſſimum erit iſtius pœna.*

ט האומר אחטא ואשוב אחטא ואשוב אין מספיקין בידו לעשות תשובה אחטא ויום הכפרים מכפר

9. Qui dicit, peccabo & reſipiſcam, peccabo & reſipiſcam, non ſuppeditant in manum ejus ut reſipiſcat: peccabo & dies expiationis expiabit,

מכפר אין יום הכפורים מכפר עבירות שבין אדם
למקום יום הכפורים מכפר עבירות שבין אדם
לחבירו אין יום הכפורים מכפר עד שירצה
חבירו את זו דרש רבי אלעזר בן עזריה מכל
חטאתיכם לפני ה׳ תטהרו עבירות שבין אדם
למקום יום הכפורים מכפר עבירות שבין אדם
לחבירו אין יה״כ מכפר עד שירצה את חבירו
אמר רבי עקיבא אשריכם ישראל לפני מי
מיטהרין אתם מי מטהר אתכם אביכם שבשמים
שנאמר וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם
ואומר מקוה ישראל ה״ מה מקוה מטהר את
הטמאים אף הקדוש ברוך הוא מטהר את ישראל:

dies expiationis non expiat. Scelera, quæ homo in Deum perpetraverit, dies expiationis expiat; ſcelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, donec placaverit ſocium ſuum (1). Hoc ſic exponit R. Eleazar filius Azariah; Ab omnibus peccatis veſtris coram Domino mundi eritis: ſcelera, quæ homo in Deum perpetraverit, dies expiationis expiat; ſcelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, niſi prius placaverit ſocium ſuum. Dicit R. Aquiba; Beati vos, Iſraël, coram quo vos mundatis! quis vos mundat? Pater veſter qui eſt in cœlis, quia dicitur; Spargam ſuper vos mundas aquas; & mundi eritis. Et dicit Dominus fons Iſraël. Quid fons? mundat immundos: Etiam Deus benedictus mundat Iſraël.

R. OB. DE BARTENORA.

אחטא ואשוב אחטא ואשוב *Peccabo & reſipiſcam, peccabo & reſipiſcam*, ſi hoc bis fecerit. אין מפסיקין בידו וגו׳ non ſuppeditant in manum ejus &c. nam quia peccavit iterumque peccavit incidendo in peccatum, nunquam ſe abſtrahet à peccato, quia ipſi ut res licita eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחטא ויום הכפורים מכפר אין יום הכפורים מכפר, *Peccabo & dies expiationis expiabit, dies expiationis non expiat*, quemadmodum dicit, *non ſuppeditant in manum ejus ut reſipiſcat*, propterea eum non adjuvat Deus ſi faciat die expiationis id quod neceſſe eſt ut agat ut expientur ipſi peccata eo die, & hircus emiſſarius non expiabat peccata inter hominem & proximum ſuum.

SHERINGAMIUS. (1) עבירות שבין אדם לחברו אין יום הכפורים מכפר עד שירצה חבירו, *Scelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, niſi prius placaverit ſocium ſuum.*] Si quis à ſocio bona ſua vi aut fraude abſtuliſſet, ex præſcripto legis rem reſtituit. Si vero eum verbo læſiſſet, veniam petivit. *Arba Turim* in *Hilcoth Jom Hakkippurim*; אפי׳ לא הקניטו אלא בדברים צריך לפייסו וצריי לילך לו ואם אינו מתפיים בראשונה יחזור וילך לו פעם שנית ושלישית ובכל פעם יקח עמו שלשה שיפייסנו שימחול לו, *Si eum non niſi verbis laceſſivit, placare oportet, & neceſſe eſt ut ad eum accedat, & ſi prima vice placare non poſſit, ut accedat ſecunda & tertia vice, & ſingulis vicibus tres ſibi adjunget, qui eum deprecentur ut ignoſcat.* Si vero mortuus ſit qui verbis læſus eſt, oportet, decem ſibi adjunctis, ad ſepulchrum ejus culpam deprecari. *Arba Turim* loco citato. ואם מת מביא עשרה בני אדם ומעמידם על קברו ואומר חטאתי לאלהי ישראל ולפלוני זה שפשעתי לו, *Et ſi mortuus ſit, decem ſecum adducet & ſtare faciet ſuper ſepulchrum ejus, & dicet; Peccavi in Deum Iſraël & in N. hoc quod peccavi.* Hoc eſt etiam quod mandavit Chriſtus Matth. v. 23. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius redi in gratiam cum fratre tuo, & tunc veniens offer munus tuum.*

Finis tractatus de Die Expiationis.

מסכת סוכה

Tractatus de Tabernaculis.

פרק א סוכה שהיא גבוהה למעלה מעשרים אמה פסולה רבי יהודה מכשיר ושאינה גבוהה עשרה טפחים ושאין לה שלשה דפנות ושחמתה מרובה מצילתה פסולה סוכה ישנה בית שמאי פוסלין ובית הלל מכשירין ואיזו היא סוכה ישנה כל שעשאה קודם לחג שלשים יום אבל אם עשאה לשם חג אפילו מתחלת השנה כשרה :

Caput I. Tabernaculum quod ſupra viginti cubitos altum eſt, illegitimum eſt. R. Juda dicit, legitimum eſt. Quod non fuerit altum decem palmos, & cui non fuerint tres parietes, & cujus ſol major fuerit umbra, eſt illegitimum. Tabernaculum vetus, Schola Schamai dicit, illegitimum eſt. Schola Hillelis dicit, legitimum eſt. Sed quodnam eſt tabernaculum vetus? quodcunque triginta dies factum eſt ante feſtum tabernaculorum; at ſi illud in nomine feſti tabernaculorum fecerit, etiam indè à principio anni, legitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

סוכה שהיא גבוהה למעלה מעשרים אמה פסולה *Tabernaculum quod ſupra viginti cubitos altum eſt, illegitimum eſt*, nam neceſſe eſt ut tabernaculum ſit habitatio accidentalis, uti dictum eſt Deut. 16, י״ג. חג הסכות תעשה לך שבעת ימים dicit igitur Lex, fac tibi tabernaculum ſeptem dierum, ſed homines non ſolent facere habitaculum viginti cubitis altius in habitaculum accidentale, ſed in habitaculum ſtabile per longum tempus.

רבי יהודה מכשיר *Rabbi Jehuda dicit, legitimum eſt*, nam putat neceſſe eſſe ut tabernaculum ſit habitaculum ſtabile; at deciſio non eſt juxta ipſum. שאינה גבוהה עשרה טפחים פסולה *quod non fuerit altum decem palmos, illegitimum eſt*, quia eſt habitaculum fœtidum, ſed homo habitare non ſolet in habitaculo fœtido ac deformato.

ושאין לה שלשה דופנות *Et cui non fuerint tres parietes*, quia in Lege ter occurrit vox בסוכות *in tentoriis*, bis cum vav defectivo, & ſemel cum vav pleno, (ac ſi dixiſſet quater סוכה in ſingulari numero) una vox סוכה notat סכך *tegumentum*; remanent tres quæ denotant tres parietes. Tenemus autem ex traditione Moſis è Sinai, quod unus paries eſſe poteſt unius palmi, & duo ſex remanent palmorum, uti convenit. Propterea tabernaculo, cui duo fuerint parietes, unus cum altero conjunctus, faciet tertium parietem unius palmi & paulo pluris, & conſtituet eum in ſpatio tribus palmis minori conjuncto cum uno ex tribus parietibus, nam ejus quod minus eſt tribus palmis, non habetur ratio, & habetur ut locus in quo conſtitutus eſt ac ſi eſſet paries quatuor palmorum, quomodo fiet ut maxima pars parietis confecta ſit, & tabernaculum illud contineat tres parietes, & neceſſe eſt ut tum fiat figura portæ. Cæterum ſi duo parietes fuerint unus è regione alterius, & inter eos fuerit locus apertus, adducet tabulam quæ quatuor habet palmos & paulo plus, & conſtituet eam in ſpatio tribus palmis minori circum unum è duobus parietibus, & ſic tabula illa cenſetur ſeptem palmorum, quæ eſt quantitas juſta pro tabernaculo legitimo, in longitudine & latitudine ſua. Nam neceſſe eſt ut tabernaculum contineat ſeptem palmos per quadratum, ut in ſe comprehendere poſſit menſam, caput, & maximam hominis partem; & ſex palmos per quadratum pro capite & maxima parte corporis; & unum palmum per quadratum pro menſa.

שחמתה מרובה מצילתה פסולה *cujus ſol major fuerit quam umbra illius, illegitimum eſt*, at ſimulac æquales fuerint, ut ſol fuerit ut umbra, legitimum eſt. Hoc vero intelligendum eſt quando in ſolo tabernaculi æquales conſpiciuntur, nam tum certum eſt quod ſuperius in tecto umbra major ſit ſole; quemadmodum dici ſolet, menſura monetæ, quæ זוז vocatur, ſuperius eſt, ut moneta quæ אסתירא vocatur inferius eſt.

סוכה ישנה בית שמאי פוסלין *Tabernaculum vetus Schola Schamai illegitimum pronunciat*, quia oportet ut tabernaculum fiat in nomine tabernaculi, hoc autem vetus ſine ejuſmodi intentione factum eſt. Cæterum ſi factum fuerit intra triginta dies ante feſtum tabernaculi, quia de ritu feſti triginta dies ante feſtum tractant, abſolutè factum cenſetur in nomine feſti; ſed ſi ante triginta dies feſti factum fuerit, ſi fece-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis quod neceſſe eſt ut tabernaculum ſit habitaculum accidentale, propterea non debet eſſe altius viginti cubitis. R. Jehuda putat, quod tabernaculum debet eſſe habitaculum ſtabile, idcirco permittit, etiamſi ſit maximæ altitudinis. Menſura vero latitudinis non opus eſt ut ſit infra ſeptem palmos per quadratum, qui ſeptem ſunt palmi in longitudine, & ſeptem in latitudine. Et hoc ordine in tractatu Moed Caton fundamenta quædam dicta ſunt, quorum unum eſt, *quicquid tribus palmis minus eſt, nihil eſt*; itidem, *quod quantitas loci non ſit minor quatuor palmis.*

ושאין לה שלשה דפנות *At cui non fuerint tres parietes*, quod indicat duos eſſe neceſſarios parietes integros, & tertium parietem, etſi non contineat plus quam unum palmum cujuſcunque ſit rei, conſtituendum eſſe in ſpatio tribus palmis minori juncto cum pariete, eo modo ut ſit tota menſura (quæ quatuor palmos continet;) Huic vero tabernaculo ſunt tres figuræ, quarum prima eſt quæ tres continet parietes integros conjunctos cum tecto, & præterea nulla alia re indiget, cujus figura hæc eſt.

Secunda vero figura eſt, ut duo ſint parietes conjuncti, & tertius qui paulo plus quam unum palmum continet, qui conſtituatur in ſpatio tribus palmis minori juncto cum pariete, eo modo ut in palmo tertii parietis unà cum cavitate quæ inter illum & alium parietem eſt, ſint quatuor palmi; & requirit figuram portæ, cujus hæc eſt figura.

Tertia figura eſt, ut contineat duos parietes, unum è regione alterius, & requirat tertium parietem qui plus quam quatuor palmos continet, qui conſtituatur in ſpatio tribus palmis minori juncto cum pariete, & erit in ejuſmodi tabernaculo menſura tabernaculi parvi, quæ continet ſex palmos; & ejuſmodi tabernaculum etiam requirit formam portæ. Ultima vero hæc figura requirit quatuor palmos in tertio pariete, eo quod duo parietes ſeparati ſunt. Jam diximus in tractatu Erubin, id quod dicimus צורת פתח *figura portæ*, eſſe cannam ab utraque parte, & aliam cannam ſuper illas; ibidemque expoſuimus, quod non eſt neceſſe ut canna ſuperior aliis duabus adhæreat.

שחמתה מרובה מצילתה פסולה. *Cujus ſol major fuerit umbra illius, illegitimum eſt*, hoc argumento eſt, ſi ſol & umbra illius fuerint æquales, quod illegitimum eſt; hoc autem conſpicitur in ſolo, ſi quantitas quæ conſpicitur in ſole, ſit ut quantitas umbræ illius, nimirum, ut ſit inſtar quantitatis illius loci quem contexit tegumento tabernaculi, & nullatenus ſole gaudet, quod legitimum eſt. Nam foramina in tecto tabernaculi per quæ ingreditur ſol, minora ſunt tegumento. Hoc autem exponitur per ſcientiam viſionis, quæ Arabicè vocatur עלם אלמנטר, ad demonſtrandum, quod ſolis, quando ingreditur per foramen aliquod aut feneſtram, lumen majus in ſolo conſpicitur quam ejuſmodi foramen; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

rit illud abſolutè, non cenſetur factum eſſe in nomine feſti. בית הלל מכשירין *Schola Hillelis legitimum pronunciat*, quia putat non neceſſe eſſe ut tabernaculum fiat in nomine feſti.

SURENHUSIUS. Hujus de Tabernaculorum feſto ritè celebrando tractatus. Legem hoc ſenſu nobis ex ore Dei deſcribit Moſes. Levit. 23. 33. וידבר יהוה אל משה לאמר: דבר אל בני ישראל לאמר בחמשה עשר יום לחדש השביעי הזה חג הסכות שבעת ימים ליהוה: ביום הראשון מקרא קדש כל מלאכת עבודה לא תעשו: שבעת ימים תקריבו אשה ליהוה ביום השמיני מקרא קדש יהיה לכם והקרבתם אשה ליהוה עצרת היא כל מלאכת עבודה לא תעשו: אלה מועדי יהוה אשר תקראו אתם מקראי קדש להקריב אשה ליהוה עולה ומנחה זבח ונסכים דבר יום ביומו: מלבד שבתת יהוה ומלבד מתנותיכם ומלבד כל נדריכם ומלבד כל נדבתיכם אשר תתנו ליהוה: אך בחמשה עשר יום לחדש השביעי באספכם את תבואת הארץ תחגו את חג יהוה שבעת ימים ביום הראשון שבתון וביום השמיני שבתון: ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר כפת תמרים וענף עץ עבת וערבי נחל ושמחתם לפני יהוה אלהיכם שבעת ימים: וחגתם אתו חג ליהוה שבעת ימים בשנה חקת עולם לדרתיכם בחדש השביעי תחגו אתו: בסכת תשבו שבעת ימים כל האזרח בישראל ישבו בסכת: למען ידעו דרתיכם כי בסכות הושבתי את בני ישראל בהוציאי אותם מארץ מצרים אני יהוה אלהיכם: Et locutus eſt Dominus ad Moſen dicendo: loquere ad filios Iſraëlis, dicendo, decimo quinto die menſis ſeptimi hujus erit feſtum tabernaculorum ſeptem dies Domino: die primo convocatio ſancta erit, nullum ſervile opus perficietis: ſeptem dies offeretis ignitum Domino, die octavo convocatio ſancta erit vobis, & offeretis ignitum Domino, feria eſt, nullum ſervile opus peragetis: hæc ſunt feſta Domini quæ vocabitis convocationes ſanctas, ad offerendum ignitum Domino, holocauſtum, oblationem, ſacrificium, & libamina quotidiana: præter Sabbatha Domini, & dona veſtra, & vota veſtra, & ſpontanea veſtra quæ dabitis Domino: Sed quinto decimo die menſis ſeptimi quando colligitis proventum terræ, celebrabitis feſtum Domini ſeptem dies, die primo Sabbathum, & die octavo Sabbathum: & ſumetis vobis die primo fructum arboris pulchræ, palmas, ramoſque denſos, & ſalices fluvii, & lætabimini eoram Domino Deo veſtro ſeptem dies: & celebrabitis illud feſtum Domino ſeptem dies in anno, in ſtatutum æternum pro generationibus veſtris in menſe ſeptimo celebrabitis illud: in tentoriis habitabitis ſeptem dies, omnis inquilinus in Iſraël habitabitis in tentoriis: ut ſciant generationes veſtræ quod in tentoriis habitare feci filios Iſraëlis quando eduxi eos ex Ægypti terra; ego ſum Dominus Deus veſter. Porro in hoc tractatu agitur de menſura tabernaculorum, eorumque parietibus, & tectis, per totum caput primum. De habitatione & prandiis in tentoriis capiendis, de diverſis tentoriorum conſtruendorum modis, & quinam ad feſtum rite celebrandum tenentur vel non tenentur; capite ſecundo. De Ramo palmarum לולב dicto, nec non de vocibus עץ הדר, ענף עץ עבת, & ערבי נחל, atque אתרוג, tam quod ad conditionem earum qua legitime tales habeantur, quam illas geſtandi ac motitandi ritum, & quomodo faſciculus ramorum colligebatur; item, quam confeſſionem ad motitationem dicebant, capite tertio. Deinde, quamdiu ramus Lulab & ſalix gerendi erant, & quo deferendi, item de effuſione aquarum, tibiarum cantu, hymnis, cæteriſque ad lætitiam feſti celebrandum ſpectantibus, capite quarto.

ב העושה סוכתו תחת האילן כאלו עשאה בתוך הבית סוכה על גבי סוכה העליונה כשרה והתחתונה פסולה רבי יהודה אומר אם אין דיורין בעליונה התחתונה כשרה:

2\. *Qui fecerit tabernaculum ſub arbore, cenſetur factum in domicilio ſuo.* (*Si factum fuerit*) tabernaculum ſuper tabernaculum, ſuperius legitimum, inferius vero illegitimum eſt. R. Jehuda dicit, ſi in ſuperiori non fuerit habitatio, inferius legitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כאלו עשאה בתוך הבית ופסולה *Eſt ac ſi feciſſet illud in domicilio ſuo, & propterea illegitimum eſt*, quia duo tegumenta continet, & Lex illegitimum pronunciat tabernaculum quod extructum fuerit ſub alio tabernaculo, aut tecto. אם אין דיורין בעליונה *Si non fuerit habitatio in ſuperiori*, ſi non fuerit aptum in habitationem, ita ut tectum inferius non poſſit perferre lectulum & pulvinaria ſuperioris. Non diſputant Sapientes & R. Jehuda quando tectum nullo modo perferre poteſt lectulum, nec pulvinaria, nam de ejuſmodi caſu concedunt omnes, quod inferius tabernaculum legitimum ſit cum tecto ſuperiori, quia tectum inferioris non reputatur pro tecto, & non eſt illud tabernaculum ſub tabernaculo. Cæterum ſi perferre poſſit lectulum, & pulvinaria ſuperioris, omnes conveniunt quod illegitimum eſt. Sed quando R. Jehuda & Sapientes inter ſe diſputant, hoc fit ejuſmodi in caſu, quando tectum vix perferre poſſit lectum cum pulvinaribus, ita ut tectum inferioris commoveatur illis rebus. Primus doctor putat quod tabernaculum vocetur in tali figura, & tum illud tabernaculum eſſe infra aliud tabernaculum, atque illegitimum eſſe. R. Jehuda putat, quia non recipit lectulum, neque pulvinaria ſuperioris niſi difficulter admodum, non haberi tectum, & non eſſe tabernaculum ſub alio tabernaculo; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם אין דיורין בעליונה התחתונה כשרה *Si in ſuperiori non fuerit habitatio, inferius legitimum eſt*, id eſt, ſi non fuerit capax habitationis, ita ut inferius tabernaculum tam debile ſit, ut non poſſit perferre ut in eo extendatur pulvinar. Nam eſt qui dicit contrarium, nimirum, quod inferius non eſt legitimum; ſi adeo forte fuerit ut perferre poſſit extenſionem pulvinaris & lectuli. Cæterum ſi vix perferre poſſit lectulum cum pulvinaribus, ut tectum cum illis commoveatur, tum diſputant de ejuſmodi tabernaculo R. Jehuda & Sapientes. Omnia vero hæc intelligenda ſunt ea conditione, ut concavum, quod eſt intra duo tecta, contineat decem palmos, aut plus; ſin autem minus fuerit quam decem palmi, inferius tabernaculum legitimum eſt; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ג פירס עליה סדין מפני החמה או תחתיה מפני הנשר או שפירס על גבי הקינוף פסולה. אבל פורס הוא על גבי נקליטי המטה:


3\. Si extenderit quis ſupra illud Syndonem propter ſolem, aut ſub eo propter decidua; aut ſi extenderit ſupra illud conopeum, illegitimum eſt. *Sed extendere poteſt eum ſupra poſtes lecti.*

R. OB. DE BARTENORA.

מפני הנשר *Propter deciduum*, ne folia & feſtucæ decidant in menſam. Alia expoſitio, ne folia decidant poſtquam ſiccata fuerint, & tabernaculum gaudeat majori ſole quam umbra illius. סדין *ſyndon* autem eſt ejuſmodi quid quod im-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נשר *Deciduum*, quicquid decidit de foliis & ramis fruticum quibus contegunt tentoria. קינוף notat quatuor poſtes, & ſi ſuper illis extendatur ſyndon, erit tectum, & tabernaculum in alio tabernaculo. *Hoc vero intelligendum eſt* quan-


תיקון גדול בעזרת נשים
מנורה של זהב גבוה נ׳ אמה


צורות ממסכת סוכה
סוכה בראש העגלה
סוכה בראש האילן

Rariſſimorum quorundam Tabernaculorum figuras repræſentantes.

ANtequam ipſorum Tabernaculorum figuras exponere aggrediar, lector, requiritur ut te certiorem faciam me ea quæ ſuperius de Templo & Altari holocauſtico cum loricatione & gradu ſuo depicta ſunt, non eum in finem depingenda curaſſe, ut eorum tibi deſcriptionem juxta mentem meam darem, quantumvis artificioſe facta fuerint, nihil minus; hoc enim non eſt hujus loci, ſed de his in tractatu Middoth accuratius agendum erit. Noſtro judicio juxta Rabbinorum ſententiam altaris exterioris figuram nemo clarius repræſentavit nec doctius explicavit, quam nuper doctiſſimus Cramerus olim Tiguri & jam Herbornæ Theologiæ & Philologiæ profeſſionem ſuſtinens, qui & huncce tractatum Succa doctiſſimis notis illuſtravit. Verum nos ſuperiorem tabulæ partem eo tantum fine addendam curavimus, ut hujus feſti omnium lætiſſimam ac honorificentiſſimam celebrationem eo elegantius conſpiciendam daremus, idcirco ad utrumque latus poſuimus duo candelabra aurea quinquaginta ulnas alta, quorum luce tota illuminabatur Jeruſolyma, una cum theatro illo magno in quod inferius mulieres, ſuperius vero viri admittebantur ad ingentes illas flammas veſperi excitatas, cæteraſque ardui laboris præparationes, & ſpectacula miranda eo commodius contemplanda. Quiſquis enim hujus feſti lætitiam non vidiſſet, is per totam ſuam ætatem nunquam lætitiam vidiſſe cenſebatur, cujus rei teſtimonium nobis exhibet auctor Miſnicus in hoc tractatu capite quinto, & deinceps.

Præterea quoque in anteceſſum ſcias volo, quod non ordinariæ ſunt quas tibi hic conſpiciendas damus Tabernaculorum figuræ, ſed ejuſmodi de quibus inter Miſnæ & Gemaræ doctores controvertitur, *an illæ pro quorundam hominum, temporum ac locorum conditione legitimæ haberi queant, neceſſitate tale quid poſtulante.* Excepta tamen unica illa figura litera (A) ſignata, quæ ordinaria eſt & tribus conſtat parietibus perfectis, intra decem palmos & viginti cubitos alta, & ſeptem palmos lata in quadrum; ordinaria enim tabernaculi ſtructura ad has tenetur conditiones, (1) Ne ſit altius viginti cubitis, nec inferius decem palmis. (2) Ut ei ſint tres parietes quilibet ſeptem palmorum in quadrum. (3) Ne lumen ſolis in eo ſit majus umbra ipſius. (4) Ut vitibus, cucurbitis, hedera, vel faſciculis ſtraminis, ligni, vel ramorum diſſolutis contegatur. (5) Ut conſtruatur in nomine feſti tabernaculorum. Quæcunque ab hiſce quinque conditionibus retrocedunt, extra ordinem & communes doctorum conſtitutiones facta eſſe cenſentur.

Horum primum ordine alphabetico conſpicitur in litera (B) quod ſuperius circa tectum quidem coarctatur, attamen à R. Elieſere ad Miſnam undecimam capitis primi legitimum pronunciatur, quia ei eſt tectum unum palmum latum.

Secundum ad (C) refert tabernaculum duorum exteriorum parietum integrorum, ſeptem palmorum in quadrum, ſed tertius ſive medius paries quatuor tantum palmorum eſt, & paulo plus, ideoque ab utraque parte unius & dimidii palmi interſtitium eſt; hoc vult Bartenora cum ad Miſnam primam capitis primi dicit, *ſi duo parietes ſint unus è regione alterius, & inter eos locus apertus, adduci poteſt tabula quatuor palmorum, quæ cenſetur eſſe ſeptem palmorum, quæ eſt ordinaria parietis menſura.*

Tertium ad (D) refert tabernaculum intra lectum, cujus tectum conſtat velo ſuper duos poſtes extenſo, ſicuti dicitur in fine Miſnæ tertiæ capitis primi, פורס על גבי נקליטי המטה Hoc autem tali forma parari poterat pro iis qui nondum ſanitati redditi erant, attamen quodam pio zelo hanc feſtivitatem negligere nolebant.

Quartum ad (E) refert tabernaculum cujus parietes è ſepibus cratitiis contexti ſunt, & infra non attingunt terram, ſed tres palmos ab illa diſtant, cujuſmodi illegitimum habetur, ſicuti auctor exponit Miſna nona capitis primi. המשלשל דפנות מלמעלה למטה אם גבוה מן הארץ שלשה טפחים פסולה *ſi quis dimittat parietes ſuperius inferius, & à terra tres palmos diſtent parietes, illegitimum eſt tabernaculum.*

Quintum quod ſe offert ad literam (F) habet quidem ſuperius figuram tugurioli aucupatorii in acumen quoddam deſinentis, quæ illegitima eſt forma, ſed ope parietis unum palmum terra altioris, cui ſiniſtrum tabernaculi latus ſuperſtructum eſt, acquirit aptitudinem ſuam qua legitima declaretur; ita Bartenora & Jomtobus ad Miſnam undecimam capitis primi.

Sextum litera (G) ſignatum eſt tabernaculum cujus bacilli ad parietem erecti ſunt, & deorſum inſtar declivitatis cujuſdam deſcendunt; & hoc juxta R. Elieſerem illegitimum eſt, quia illi non eſt tectum unum palmum latum. Verum Sapientes id legitimum dicunt; at deciſio eſt juxta R. Elieſerem, quia ei non eſt tectum palmum latum. Vide Miſnam undecimam capitis primi.

Septimum ad literam (H) vocatur צריף, & Arabicè מכנס, habetque formam tugurii aucupum, cui omnino nihil tecti eſt, quia ſuperius acuminatim aſcendit, ita Bartenora ad Miſnam undecimam capitis primi commentatur. וראשי הדפנות נוגעות זו בזו מלמעלה ומתרחבים והולכים מלמטה

Octavum ad literam (I) repræſentat tabernaculum duorum parietum perfectorum, tertius vero paries ad dextram habet latitudinem palmi, & quantulumcunque; hæc figura juxta Maimonidem & Bartenoram ſecunda eſt de qua hoc ſenſu loquuntur; ſi tabernaculo duo fuerint parietes contigui, tertius paries unius palmi & paulo plus fieri poteſt, & conſtitui in ſpatio tribus palmis minori, conjuncto cum uno è tribus parietibus, nam ſpatium quod tribus palmis minus eſt, acceſſorium habetur, & cenſetur ut paries quatuor palmorum, quo fit ut maxima parietis pars confecta ſit, & hoc tabernaculum tres habeat parietes, & legitimum ſit.

Nonum quod conſpicitur ad literam (K) duos habet parietes integros, & ad duo latera duo bacilli dimidii palmi, cum bacillo ſuperiori; hæc figura depicta eſt juxta mentem *Raſchi*, qui in Gemara folio ſeptimo hoc ſenſu exponit verba Rabbæ קנה מכאן וקנה מכאן וקנה על גביהן וה"ק רבא דטפח ששנינו בבריתא שמתיר כדופן שלישי אינו מתיר אלא אם כן עשאו לאותו טפח צורת הפתח על פני כל הדופן כולו כיצד קנה של חצי טפח אצל היוצא וקנה של חצי טפח במקצוע שכנגדו וקנה על גביהן מזה לזה היה ליה כאילו כל הדופן סתום דפתח שיש לו צורת פתח סתימא מעליתא היא בפ"ק דערובין וזהו טפח שאמרו חכמים id eſt, *bacillus ab utroque latere & bacillus ſuperius ab uno ad alterum, nam docemus in Baraita (vide pagina antecedenti) id quod palmus licitum reddit pro pariete tertio, non reddere licitum niſi quis faciat iſtum palmum in figuram portæ ſuper totum parietem; quo ſenſu? ſit bacillus medii palmi ad parietem exteriorem ſiniſtrum plenum, & medii palmi bacillus ad exteriorem dexterum deficientem, & bacillus ſuperius ab uno ad alterum, & tum totus iſte paries deficiens cenſetur occluſus, nam apertura cui eſt forma portæ, cenſetur omnimoda occluſio, ſicuti dictum eſt in tractatu Erubin, & hic eſt palmus de quo diſputarunt Sapientes.*

Decimum quod ſignatur litera (L) refert tabernaculum in medio atrii extructum pro omnibus illius habitatoribus; nam ſi inter unum atque aliud domicilium non ſit tantum ſpatii, quantum ſufficit pro quolibet domicilio, omnes atrii totius incolæ, poſtquam inter ſe mixturam ſive communionem terminorum fecerint, unum tabernaculum magnum totum conficiens atrii ſpatium conſtruere poſſunt, & in illo celebrare feſtum tabernaculorum, ſicuti dicitur in Gemara fol. 7. linea ultima אמר רבא סיכך על גבי מבוי שיש לו לחי כשר De hoc atrio quoque Jarchi loquitur in Gemara fol. 2. cum dicit, *introitus à tribus lateribus clauſus, & anterius verſus locum publicum apertus, & atria aperta, & egredientia verſus locum publicum, his locus privatus eſt pro atrii incolis, & Sapientes vetuerunt illic ex una ditione deferre in aliam ſine atriorum mixtura. Nam quælibet atrii domus eſt ſpecialis ditio, at introitus atrii omnibus communis eſt, idcirco requiritur ut omnium domuum incolæ ope panis aut vini ſocietatem ineant, & id deponant in quadam domus atrio. Quia autem atrii introitus verſus locum publicum apertus eſt, ideo inferius erigitur aſſer, & ſuperius ab uno muro ad alterum extenditur tignum, ut fiat ditio privata, & illic ex uno loco in alium deferre liceat.*

Undecimum in litera (M) conſtructum eſt ſuper arbore, & ita quidem ut duo parietes erecti ſint ſuper ramum arboris, non deſcendentes in terram, tertius vero erectus à terra aſcendat in arborem, qui propterea aliis longior eſt, de quo Bartenora ad Miſnam tertiam capitis ſecundi שתים באילן

באילן סמך קרקע הסוכה רוכה באילן ועשה סביכה בראש האילן שני דפנות ואחד עשה בידי אדם בארץ וככך קרקע׳ הסיכה באמצע הדופן שעשה בארץ והגביה הדופן כמנה ומעלה עשרה confer interpretationem noſtram.

Duodecimum litera (N) notatum habet duos parietes integros, at de tertio ad ſiniſtram tantum latitudo palmi erecta eſt, à medio pariete fere tres palmos diſtans. De hoc ita in Gemara fol. 7. linea quarta רבי יהושע בן לוי אמר עושה לו טפח שוחק ומעמידו בפחות כג׳ טפחים כמוך לדופן וכל פחות מגי כמוך לדופן כלבוד R. *Jehoſua filius Levi dixit, poteſt ei ſcil. parieti facere palmum paulo majorem & erigere illum in ſpatio tribus palmis minori prope parietem medium; at quicquid tribus pa'mis minus eſt, id habetur acceſſorium.* Et tum res ſe habet perinde ac ſi paries eſſet contiguus; ideoque tentorium eſt legitimum.

Decimum tertium litera (O) ſignatum duos quoque integros habet parietes, verum de tertio ad dextram tantum latitudo palmi reſtat, de quo in Gemara fol. 6. col. 2. linea ultima, אמר רב מעמידו כנגד היוצא *dixit Rabb, eriget illum ſcil. palmum è regione exeuntis*, ſive deſinentis parietis, ſive ab una ſive ab altera parte; hoc enim ſenſu exponit ibi Jarchi voces כנגד היוצא.

Decimum quartum litera (P) ſignatum refert figuram introitus, hoc ſenſu, ab anteriori parte ubi janua collocanda erat, ſpatium plane vacuum eſt, eodemque modo etiam à parte poſteriori, & in medio iſtius ſpatii vacui collocatus eſt baculus latitudinis palmi, & quia perinde eſt ſive ab anteriori ſive à poſteriori parte collocetur, ideo duos bacillos depingi curavimus, & hæc eſt ſententia R. Jehudæ in Gemara fol. 7. linea ſexta, cum dicitur, אמר רבי יהודה סוכה העשויה כמבוי כשרה ואותו טפח מעמידו לכל רוח שירצה *dicit R. Jehuda, tabernaculum quod factum eſt inſtar introitus, legitimum eſt, & palmus ille collocari poteſt quocunque in latere quis voluerit.*

Decimum quintum in litera (Q) etiam inſtar introitus conſtructum eſt ſicut antecedens, niſi quod hic aſſer conſtitutus ſit quatuor palmorum & quantulumcunque in pariete medio vacuo, juxta ſententiam R. Jehoſchuæ fil. Levi, qui in Gemara folio ſeptimo dicit עושה לו פס ארבעה ומשהו ומעמידו בפחות משלשה סמוך לדופן כלבוד דמי *facere quis poteſt aſſerem quatuor palmorum & quantulumcunque, eumque erigere in ſpatio tribus palmis minori prope parietem, quod habetur ei acceſſorium eſſe.*

Decimum ſextum in (R) refert tabernaculum rotundum inſtar fornacis, & quod tanti eſt ſpatii ut in eo viginti quatuor homines ſedere poſſint, juxta ſententiam R. Jochananis, qui in Gemara folio ſeptimo col. 2. סוכה העשויה ככבשן אם יש בהקיפה כדי לישב בה כ״ד בני אדם כשרה ואם לאו פסולה *tabernaculum quod factum eſt inſtar fornacis, ſi per circuitum in eo ſedere poſſint viginti quatuor homines, legitimum eſt, ſin minus, illegitimum eſt*: ſicuti illic dicit Rabbi, nam tum juſta tabernaculi menſura inveniri poteſt, quæ eſt quatuor ulnarum in quadrum; ſi vero tot homines in eo non poſſint ſedere, tum menſura illa nequit inveniri ſecundum ſententiam Rabbi. Sed ei contrariantur alii doctores Gemarici, quorum controverſiam hic enarrare non eſt loci. Parietes undique aperti ſunt, & è ſudibus terræ infixis extructi.

Decimum ſeptimum in (S) repræſentat tabernaculum in quatuor ſudibus excavatis erectum, cui ſuperius impoſitum eſt umbraculum, de quo in Gemara fol. 4. col. 2. *Tradiderunt magiſtri; ſi quis infixerit quatuor ſudes, & contexerit ſuper illis, R. Jacob dicit, conſideramus illas ſudes perinde ac ſi eſſent* Dijumedin ſive duplices columnæ poſtquam excavatæ ſunt, & diviſæ, ab utroque latere ipſis eſt latitudo palmi; ſin minus, non cenſentur Dijumedin, nam R. Jacob ſtatuit Dijumedin in tabernaculis eſſe menſuræ palmi &c. inſpice locum.

Decimum octavum quod in (T) conſpicitur eſt tabernaculum ultra viginti ulnas altum, in medio poſita eſt menſa ſeptem palmorum in quadrum, ita ut inter menſam & utrumque parietem quatuor ulnarum diſtantia ſit; parietes vero cenſentur ſuperius paullum collidere vel auguſtius deſinere, ita in Gemara folio quarto היתה גבוהה מכי אמה ובנה איצטבא באמצעיתה אם יש משפת איצטבא ולדופן די אמות לכל רוח ורוח פסולה פחות מארבע אמות כשרה.

Decimum nonum in litera (V) quoque eſt tabernaculum ultra viginti ulnas altum, ſed juxta totum illius medium parietem ſcamnum poſitum eſt ſeptem palmos altum; & hoc nihilominus legitimum eſt, quia altitudo ipſius dimetienda ſit à ſuperficie ſcamni uſque ad acumen tabernaculi. Nam ſi exempli gratia tabernaculum ſit viginti unamque ulnam altum, & ſcamnum duas, cenſetur id unde viginti tantum ulnas habere. Huc pertinent verba Gemara fol. 4. היתה גבוהה מכ׳ אמה ובנה בה איצטבא כנגד דופן האמצעי על פני כולה ויש בה הכשר סוכה כשרה.

Vigeſimum in litera (W) itidem ultra viginti palmos altum eſt, & illegitimum, eo quod ſcamnum juxta unum parietem poſitum à duobus aliis parietibus diſtat quatuor ulnas, & non conjunguntur cum tertio; hoc innuunt verba Gemaræ fol. 4. ומן הצד אם יש משפת איצטבא לכותל די אמות פסולה פחות כארבע אמות כשרה *ſi juxta latus à margine ſcamni uſque ad parietem quatuor ſint ulnæ, illegitimum eſt, ſin minus, legitimum.*

Vigeſimum primum in (X) erectum eſt ſuper quatuor aſſeribus, quibus fontes & putei circumdari ſolent, ut ex illis die Sabbathi & feſtis aqua beſtiis bibenda porrigi poſſit, ſicuti à nobis expoſitum eſt ad tabulam primam in tractatu Erubin. Et hi aſſeres ſuum latus abſolvere & contegere cenſentur, perinde ac ſi contigui eſſent, & dividunt inter locum privatum & publicum, ideoque tabernaculum fit legitimum, ſicuti à Rabba affirmatur in Gemara fol. 7. col. 2. ואמר רבא סיכך על גבי פסי ביראות כשרה *& dixit Rabba, ſi umbraculum fecerit ſuper aſſeribus fontium, legitimum eſt.*

Vigeſimum ſecundum in (Y) eſt tabernaculum quod duos habet parietes integros, at de tertio tantum latitudo palmi erecta eſt, quæ ſuperius ope ſudis in longitudinem extenſæ cum pariete medio conjungitur, & ſic legitimum fit in forma januæ, de quo in Gemara folio ſeptimo, אמר רבא וניתרת נמי בצורת הפתח *dixit Rabba, & legitimum fit etiam in forma oſtii.* Nam illa palmi latitudo juxta R. Simon totum occludit latus; at juxta Rabba quantumvis apertum ſit inſtar januæ, legitimum eſt cum duabus ſudibus inferius & una ſuperius ad duas illas conjungendas, vide Raſchi ad citatum locum.

Vigeſimum tertium in (Z) *eſt tabernaculum in curru* extructum pro iis qui feſtum in itinere celebrare velint, & in hoc in diebus feſtis aſcendere licet, quamvis non uni loco ſit contiguum, ſed ab uno moveatur in aliud, nihilominus legitimum eſt, quemadmodum dicit auctor Miſna tertia capitis ſecundi העושה סוכתו בראש העגלה כשרה ועולין לה ביום טוב *ſi quis fecerit tabernaculum ſuum in ſummitate currus, legitimum eſt, & aſcendunt in illud die feſto.*

Vigeſimum quartum in numero (4) repræſentat tabernaculum ſuper camelo fabrefactum, etiam in commodum peregrinantium, & legitimum quidem, at die feſto in illud aſcendere non licet, uti dicitur Miſna tertia capitis ſecundi. Et ratio eſt, quia animantibus die feſto uti non licet.

Vigeſimum quintum in litera (א) eſt tabernaculum quod duobus gaudet parietibus perfectis, ſed in angulo inter tertium & quartum parietem ſive ſpatium in quo janua conſtituenda eſt, poſita eſt latitudo palmi, quæ ad utrumque latus ſe extendere cenſetur, ut quaſi quatuor eſſe videantur parietes. Et hicce palmus in iſto angulo erectus vocatur טפח כנגד ראש תור *palmus è regione capitis Tori* ſive diametri; qui eo in loco ponitur juxta ſententiam R. Cahana & R. Aſſe contra Rab in Gemara folio ſeptimo. Videſis illic commentarios Raſchi de triangulari figura ראש תור, unde nos ea quæ diximus, tranſtulimus.

Sequuntur tria genera ramorum לולבים dictorum, qui in Lege Levit. 23, 40. כפות תמרים vocantur. Et quorum uſus in feſto tabernaculorum commendatur, ſicuti notum eſt. Horum vero ramorum forma talis eſſet debet ut folia illius oblonga ſibi invicem inhæreant ſurſumque aſcendant inſtar ſceptri, quemadmodum id pluribus oſtendit Maimonides in Hilchot Succa capite ſeptimo. Sed tria hæc depicta juxta numeros ramorum genera omnia illegitima improbantur capite tertio Miſna prima hujus tractatus. Primum genus in numero (1) dicitur לולב שעליו הפוכין *ramus cujus folia inverſa ſunt*, nimirum quæ deſcendunt cum aſcendere debebant. Secundum in numero (2) dicitur לולב שנפרדו עליו *ramus cujus folia ſeparata ſunt*, ita ut unum folium non inhæreat neque innitatur alteri. Tertium in numero (3) dicitur לולב שראשו עלה זה בצד עקרו של זה ramus cujus foliorum capita attingunt radicem aliorum ſuperiorum, cum in capitibus ſive extremitatibus ſuis ſe attingere debebant. Tandem hic famoſiſſimi iſtius Rabban Simeon fil. Gamalielis artificium ſpectandum curavi, qui octo faces in aërem emiſſas unam poſt alteram in deſcenſu recipere poterat cum omnium ſpectatorum admiratione.

munditiem recipit, & illegitimus eſt pro tecto tabernaculi. Hoc autem intelligendum eſt tantum quando id fecerit propter decidua; at ſi propter ornatum id fecerit, legitimum eſt.

או שפרס על גבי הקינוף *Aut ſi extenderit ſuper conopeum*, id eſt, etſi non extenderit Syndonem propter decidua, ſed propter ornamentum lecti ſui; קינוף notat quatuor poſtes in quatuor pedibus lecti, qui alti ſunt; & ſi columnas poſuerit quando altitudo poſtium fuerit decem palmorum, aut plus.

נקליטי המטה *Poſtes lecti*, ſunt duo tantum poſtes, & quando extenſum fuerit ſuper eos, nondum eſt tectum; at ſi velum extenderit ſub tecto tabernaculi ornamenti gratia, legitimum eſt, nam in ſpecie dicit auctor מפני הנשר *propter decidua.*

ſuper eos ab uno ad alium poſtem, & Syndonem extenderit ſuper eos, & eam elongaverit à tegumento tabernaculi, hoc modo non fiet ut tegat ejuſmodi re quæ immunditiem recipit, quia non extendit eam ad tegendum tabernaculum. Nihilominus illegitimum eſt, eo quod non eſt in tabernaculo, nam dividit inter ea tabernaculum. Sed ſuper lectum ſyndonem extendere poteſt cui fuerint duæ columnæ tantum exeuntes in medio lecti, una ad caput, altera ad pedes, poniturque in illis vectis, & ſuper illis extendi poteſt ſyndon. Sed quia ſuperius ipſi non eſt tectum latitudinis palmi, non appellatur אהל *tabernaculum.*

ד הדלה עליה את הגפן ואת הדלעת ואת הקיסום וסוכך על גבה (נ"א גבן) פסולה ואם היה סיכוך הרבה מהן או שקצצן כשרה זה הכלל כל שהוא מקבל טומאה ואין גידולו מן הארץ אין מסככין בו וכל דבר שאינו מקבל טומאה וגידולו מן הארץ מסככין בו :

4. Si vitem ſuper illud traxerit, aut cucurbitam, aut hederam, & contexerit ſuper illud, illegitimum eſt. At ſi tectum majus fuerit illis rebus, aut eas amputaverit, legitimum eſt. Hæc regula generalis eſt, quicquid immunditiem recipit, & quod non creſcit è terra, eo non tegunt, & quicquid non immunditiem recipit, & creſcit è terra, eo tegunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הדלה עליה id eſt הגביה על גבה Si elevaverit vel traxerit ſuper illud. קיסום *hedera* barbarè, & ea attenuatur ut vitis, & cucurbita; פסולה *illegitimum eſt*, quia tabernaculum non tegendum eſt ejuſmodi re quæ terræ adhæret. ואם היה הסכוך הרבה מהם, *ſi tectum fuerit illis rebus majus*, ita ut ſit tectum majus quam id quod fit è vite, aut cucurbita, tum legitimum eſt. Hoc autem intelligendum eſt quando res eas ſucciderit, & miſcuerit cum tecto legitimo, ut in oculos non incurrant; nam tectum legitimum illis eſt majus, & efficit ut abrogentur quando cum tecto commixta ſunt.

או שקצצן *Aut ſi amputaverit eas*, etiam poſtquam eis contexerit tabernaculum; כשרה *legitimum eſt*, hoc accipiendum eſt quando eas commoverit poſt amputationem; quod ſi ita non factum fuerit, legitimum eſt tectum; eo quod ſcriptum eſt Deut. 16, 13. תעשה *facies*, ſed non ex eo quod jam illegitime factum eſt, nimirum, quod non aptum eſt ut legitimum ſit in tabernaculum, ergo adaptes neceſſe eſt eo modo ut legitimum fiat amputatione ramorum, ut non deſtruantur denuo; at quando commoventur rami, comparatum eſt ac ſi deſtruantur, & iterum quis tegat illis, quando quemlibet ramum elevat, & diſponit.

וכל דבר שאינו מקבל טומאה וגו׳ *Et quæcunque res non recipit immunditiem &c.* Excipiuntur vaſa lignea, & veſtimenta xylina, & mattæ, quæ etſi ſint res quæ & terra creſcunt, illis tamen tabernaculum tegi nequit, quia immunditiem recipiunt. וגדולו מן הארץ *& creſcit è terra*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 16, 13. חג הסכות ומגרנך ומיקבך loquitur ergo Scriptura de ſcoriis areæ, & torcularis, nimirum, de eo quod de reliquiis poſt collectionem remanſerit in area, & torculari, uti ſunt, cannæ, & ſegmenta vitium, de quibus facies tabernaculum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si tectum quod quis fecerit è ramis è terra evulſis, majus fuerit eo quod traxerit ſuper illud de vite, aut alia ſtirpe, legitimum eſt. Ea tamen conditione ut ramos amputet, nam ſi eos non amputaret, tectum requireretur legitimum pro tecto illegitimo, & tabernaculum eſſet illegitimum, quod non licet tegere ramis terræ adhærentibus, propter rationem quam dedimus.

או שקצצן כשרה *Aut ſi amputaverit eas, legitimum eſt*, ea conditione ut commoveat ramos quos amputaverit, & tum tabernaculum erit legitimum, etſi maxima pars tecti ſit de ea vite, aut de ea cucurbita, ut res fiat in nomine tabernaculi, quia nobis fundamentum eſt id quod dicitur Deut. 16, 13. חג הסכות תעשה לך Et dixerunt Sapientes, ſcriptum eſt תעשה *facies*, facies ergo, ſed non מן העשוי *de eo quod jam factum eſt.* Hoc vero fundamentum quod dicitur, requiri rem quæ non recipit immunditiem, & quæ creſcit in terra, ejuſmodi eſt, ne ſit tectum è mattis aut veſtibus xylinis, nec vaſis ligneis, quæ res omnes immunditiem recipiunt; eſtque hoc fundamentum veriſſimum ad quod attendendum eſt, & demonſtratio ejus eſt quod Scriptura dicit חג הסוכות *feſtum tabernaculorum*, *&c.* Deut. 16, 13, quod traditio exponit, mentionem fieri de ſcoriis areæ, & torcularis, nimirum, ut tabernaculi tectum fiat ex illis, aut ſimilibus rebus.

ה חבילי קש וחבילי עצים וחבילי זרדין אין מסככין בהן וכולן שהתירן כשרות וכולן כשרות לדפנות :

5. Faſciculis ſtraminis, & faſciculis ligni, & faſciculis ramorum non contegunt. Sed omnia hæc legitima ſunt ſi quis ea diſſolverit; & omnia legitima ſunt pro parietibus.

R. OB. DE BARTENORA.

צרדין Eſt ſpecies ramorum, aut cannarum, quos beſtiæ comedunt dum recentes & humidi ſunt, ſed comburuntur quando exſiccati ſunt. אין מסככין בהן *non tegunt illis*, quando colligati ſunt, non quia illegitimi ſunt; ſed quia homo aliquando ſolet cum faſciculis ſuis accedere in humero poſitis, quos ſuper tabernaculum ſuum ponit ad illos ſiccandos, ut poſtea illis tegere poſſit tabernaculum; Lex vero dicit תעשה *facies*, non quod faciendum ſit de eo quod jam factum eſt modo illegitimo; hoc enim tectum pro umbra fa-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solliciti ſumus ne quis à principio faſciculum deponat ad ſiccandum illum, aut cuſtodiendum ante feſtum, & deindè eum adhibeat ad tabernaculum; quod vetitum eſt ob eam rationem quam diximus, nimirum, quia Deut. 26, 13. dicitur תעשה *facies*, id eſt, de novo facies, at non de eo quod jam factum eſt pro umbra, ſed ad ſiccandum. Propterea illi imponimus, ut diſſolvat eos faſciculos, ut opus illud fiat in nomine tabernaculi; propter illam ſollicitudinem ergo neceſſe eſt ut diſſolvat faſciculos,

factum non eſt, ſed ad ſiccandum, & in imperfectione confectum eſt. וכולן *& omnia illa*, omnia illa quæ diximus inepta eſſe ad tegendum illis tabernacula, legitima habentur ad parietes; nam vox סוכה intelligenda eſt de tecto; & non de parietibus, propterea dicit Deus ut tecta tabernaculi conficiantur de reliquiis areæ, & torcularis; at non ita parietes.

los, & interdicimus cuilibet tabernaculum facere è faſciculis colligatis.

ו מסככין בנסרים דברי ר׳ יהודה ור׳ מאיר אוסר נתן עליה נסר שהוא רחב ארבעה טפחים כשרה ובלבד שלא ישן תחתיו:

6. Contegunt tabulis, ſunt verba R. Jehudæ. R. Meyr vetat. Si illi impoſuerit tabulam quæ continet latitudinem quatuor palmorum, legitimum eſt; dummodo non dormiat ſub eo.

R. OB. DE BARTENORA.

מסככין בנסרים *Tegunt tabulis*, quæ continent quatuor palmos, qui ſunt quantitas loci honorati, omnes concedunt quod ſit illegitimum tectum: Verum ſi tabulæ continent ſingulæ minus quam tres palmos in latitudine, omnes concedunt quod tectum ſit legitimum, quia tabulæ habentur ut cannæ. Quando autem diſceptant, hoc fit in caſu ejuſmodi ſi quælibet tabula in latitudine continet tres palmos uſque ad quatuor. R Jehuda putat, quod, quia non continent quantitatem honorati loci, non timemus, ne eveniat ut ſedeat ſub tecto domicilii. R. Meyr putat, quod, quia exeunt tabulæ è jure & regula infra tres palmos, reputantur ut locus honoratus in quo erant, tum timemus, ne dicat, quare potius ſtabo ſub hoc tecto, quam ſub tecto meæ domus? deciſio eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נסרים Sunt tabulæ, quæ ſi fuerint rectæ, & non continuerint latitudinem trium palmorum, licet illis tegere, juxta omnium conſenſum, quia habentur ut cannæ. Cæterum ſi quælibet tabula contineat quatuor palmos, qui ſunt quantitas loci, illicitum eſt illis tegere, juxta omnium conſenſum. Et ſi latitudo cujuſlibet tabulæ minor fuerit quatuor palmis, & major tribus, de ejuſmodi caſu diſputant R. Jehuda & R. Meyr, R. Jehuda permittit illis tegere, quia quatuor palmis minores ſunt, & non continent quantitatem loci. R. Meyr vetat, quia majores ſunt tribus palmis, & exeunt extra terminum & jus juncturæ; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

ז תקרה שאין עליה מעזיבה רבי יהודה אומר בית שמאי אומרים מפקפק ונוטל אחת מבינתים ובה״א מפקפ׳ או נוטל אחת מבינתים רבי מאיר אומר נוטל אחת מבינתים ואין מפקפק:

7. Tectum ſuper quod non fuerit pavimentum, R. Jehuda dicit, Schola Schamai dicit, diſſolvet, & removebit unam (tabulam) è mediis. Schola Hillelis dicit, diſſolvet aut removebit unam è mediis. R. Meyr dicit, removebit unam è mediis, & non diſſolvet.

R. OB. DE BARTENORA.

תקרה Eſt tectum è tignis aut tabulis confectum: מעזיבה *pavimentum*, è luto aut calce quæ tabulis imponi ſolebant, & tignis. מפקפק *diſſolvet*, deſtruet & dimovebit omnes tabulas: ונוטל אחת מבינתים *& removebit unam è mediis*, & reponet tegumentum legitimum in locum ſuum. R. Jehuda ſequitur opinionem ſuam, qua permittit tabernaculum tegere tabulis, & propterea diſſolutio ſufficit; at ſine diſſolutione & dimotione fieri nequit, eo quod Deut. 16, 13. dicitur תעשה *facies*, at non de eo quod jam factum eſt. R. Meyr dicit quod de hoc non diſputant Schola Hillelis & Schola Schamai, quia omnes concedunt unam tabulam è mediis removendam, & non ſufficere diſſolutionem. R. Meyr ſequitur opinionem ſuam, qua prohibet tegere tabernaculum tabulis; deciſio eſt juxta R. Jehuda in eo quod dixit in nomine Scholæ Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תקרה Eſt tectum aut tegumentum è lignis confectum: מעזיבה *pavimentum*, eſt lutum aut pulvis, aut calx, quæ induunt tabulis. מפקפק *diſſolvet*, eradicabit ea è loco ſuo & clavos quibus connectuntur.

נוטל אחת מבינתים *Removebit unam è mediis*, id eſt, removebit unam tabulam è medio duarum, & implebit locum illarum tabularum quas extirpavit è tegumento legitimo. Schola Schamai dicit, etſi quis diſſolverit, neceſſe eſt nihilominus removere unam è mediis, nam putat quod indè non ſequitur abrogatio tecti, niſi una tabula è mediis removeatur. R. Jehuda dicit, quod Schola Hillelis putat ope unius ex iſtis actionibus conſequi abrogationem tecti. R. Meir dicit, quod Schola Schamai & Schola Hillelis conveniunt in eo quod abrogatio tecti inde non ſequitur, niſi remotione unius tabulæ è mediis; deciſio eſt juxta R. Jehuda in eo quod docuit in nomine Scholæ Hillelis.

ח המקרה סוכתו בשפודין או בארוכות המטה אם יש ריוח ביניהן כמותן כשרה החוטט בגדיש לעשות בו סוכה אינה סוכה:

8. Si quis tegat tabernaculum ſuum veru, aut tabulis lecti, etſi ſpatium inter ea ſit ut quantitas eorum, legitimum eſt. Si quis effoderit è meta frumenti ad faciendum tabernaculum, non eſt tabernaculum.

R. OB. DE BARTENORA.

בשפודים *Veru*, non eſt legitimum ad operiendum eo tabernaculum, quia non eſt ex rebus quæ creſcunt è terra; & *tabulæ lecti*, ſunt inſtrumenta quæ immunditiem recipiunt.

אם יש ריוח ביניהן כמותן *Si ſpatium inter ea ſit ut quantitas eorum*, non quantitas exacta, ut non ſit magis, quia locus ferri aſſatorii habetur ut apertura, quando autem quis tegumentum legitimum poſuerit inter unum veru & aliud, ſi non fuerit inter ea ſpatium majus quantitate eorum, erit apertura, & tabernaculum erit illegitimum; ſed neceſſe eſt ut ſpatium quod eſt inter ea, ſit paulo majus quantitate eorum.

החוטט

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tabernaculum tegi nequit בשפודים *ferro aſſatorio*, quia non eſt ex illis rebus quæ creſcunt è terra: ארוכות המטה *tabulæ lecti*, ſunt inſtrumenta quæ immunditiem recipiunt.

כמותן *Ut quantitas eorum*, id eſt, ut quantitas eorum aliqualis, & quodammodo ſimilis, non ſtricte; nam fundamentum nobis eſt, quod tabernaculum ſive apertum ſive tectum, legitimum eſt. Verum שפודים & omne tegumentum illegitimum, habetur apertura. Idcirco neceſſe eſt ut inter ea ſit ſpatium paulo majus quam eorum quantitas, ut concavum illud quod eſt inter ea impleatur tegumento legitimo;

החוטט בגדיש *Qui effoderit è meta frumenti*, ſi manipulos terræ adhærentes ceperit è meta frumenti, & fecerit cavitatem inſtar quantitatis tabernaculi, ut tegumentum indè fiat ſponte. Cæterum dicit Deut. 16,13. תעשה *facies*, non quod conficiendum ſit de eo quod jam factum eſt. Verum ſi cavitas palmi uſque ad ſeptem palmos illic facta fuerit in nomine tegumenti tabernaculi & dein effoderit donec cavitatem elevaverit uſque ad altitudinem decem palmorum, hæc eſt confectio ejus; nam non adaptat niſi parietes, at de parietibus non diximus תעשה *facies*; & habetur ut tabernaculum decem palmis minus, quod dein adaptavit ad perfectionem decem palmorum.

ma; & tum tabernaculum erit legitimum, eo quod tegumentum ejus majus eſt apertura.

החוטט בגדיש לעשות סוכה אינה סוכה *Si quis effoderit in meta frumenti ad faciendum tabernaculum, non eſt tabernaculum*, eo fundamento quod tibi ſæpè dixi, nempe, quia ſcriptum eſt תעשה *facies*, at non fiet de eo quod jam factum eſt. Quando autem quis è meta frumenti effoderit manipulos pro tabernaculo, non dubium eſt quin tectum illius tabernaculi non factum ſit intentione illius, ut manipuli illius metæ eſſent pro tabernaculo. Propterea, ſi in meta frumenti ſit ſpatium vacuum unius palmi in ſpatio ſeptem palmorum, & in principio factum ſit in nomine tabernaculi, & quantitas tabernaculi in eo perfecta ſit poſt manipulorum aggregationem, tabernaculum legitimum eſt.

ט המשלשל דפנות מלמעלה למטה אם גבוה מן הארץ שלשה טפחים פסולה מלמטה למעלה אם גבוה מן הארץ עשרה טפחים כשרה רבי יוסי אומר כשם שמלמטה למעלה עשרה טפחים כך מלמעלה למטה עשרה טפחים הרחיק את הסיכוך מן הדפנות שלשה טפחים פסולה :

9. Si quis demiſerit parietes ſuperius inferius, & ſi altus fuerit paries à terra tres palmos, illegitimum eſt. Si deorſum ſurſum, etſi altus fuerit paries decem palmos à terra, legitimum eſt. R. Joſe dicit, quemadmodum deorſum ſurſum ſufficiunt decem palmi, ſic etiam ſurſum deorſum decem palmi. Si quis extenderit tegumentum à parietibus tres palmos, legitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

המשלשל *Qui demiſerit*, quando inceperit quaſi texere parietes propè tegumento, & eos demiſerit deorſum. ג׳ טפחים פסולה *tres palmos, illegitimum eſt*, eſt ea quantitas quam hœdus facillimè uno ſaltu conficere poteſt una vice, & intrare tabernaculum de quo Gemara dicit, quod non eſt paries.

עשרה טפחים כשרה *Decem palmos legitimum eſt*, nam decem palmorum tabernaculum eſt legitimum, etſi parietes non attingant tectum, & longè diſtent ab eo. R. Joſe dicit, quemadmodum deorſum & ſurſum ſufficit ſi parietes decem palmorum ſint, ſic etiam ſufficit ſurſum deorſum, etſi longe diſtent à terra; quia putat quod paries dependens legitimus ſit; ſed deciſio non eſt juxta R. Joſe. הרחיק הסכך *ſi extenderit tegumentum*, hoc non eſt intelligendum de altitudine ſed de latitudine, ſi ſpatium vacuum ſit intra parietem & tegumentum, & in longitudine aut latitudine tabernaculi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Altitudo tabernaculi non debet minor eſſe quam decem palmi, uti diximus. R. Joſe putat quod paries dependens legitimus ſit, ideo dicit, quia paries adhæret tecto, & decem palmos altus fuerit, etſi inter ea & terram ſit majus *ſpatium* quam tres cubiti, legitimum eſt tectum; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

י בית שנפחת וסיכך על גביו אם יש מן הכותל לסיכוך ארבע אמות פסולה וכן (ירוש׳ בחצר) חצר שהיא מוקפת אכסדרא סוכה גדולה שהקיפוה בדבר שאין מסככים בו אם יש תחתיו ארבע אמות פסולה :

10. Domicilium quod apertum fuerit, & quod quis contexerit, ſi indè à pariete uſque ad tegumentum quatuor fuerint cubiti, illegitimum eſt. Sic etiam atrium quod circumdatum fuerit ἐξέδρᾳ. Tabernaculum magnum, quod circumdederunt ejuſmodi re qua non tegunt, ſi ſub ea ſint quatuor palmi, illegitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שנפחת *Domicilium quod apertum fuerit*, cujus tectum apertum fuerit in medio, & parietes ſeparati ab operculo legitimo. אם יש מן הכותל לסיכוך ד׳ אמות פסולה *ſi indè à pariete uſque ad operculum (legitimum) quatuor fuerint cubiti, illegitimum eſt*, at ſi minus fuerit, legitimum eſt, quia traditio Moſis è Sinai eſt, quod dicimus de pariete contorto uſque ad quatuor cubitos, & tectum domicilii conſideramus ac ſi extremitas parietis contorta eſſet, & pertingeret ad operculum legitimum; ſed non dormiet ſub eo.

וכן חצר שהיא מוקפת באכסדרה *Et ſic etiam atrium quod circumdatum fuerit ἐξέδρᾳ*, & texerit in vacuo ſpatio atrii procul diſſito à parietibus exedræ, quod eſt locus tribus parietibus circumdatus. סוכה גדולה *tabernaculum magnum*, eſt ejuſmodi quod in ſe continet ſeptem palmos per quadratum tegumenti legitimi; quod ſi removeatur, tegumentum illegitimum eſt.

שהקיפוה בדבר שאין מסככין בו *Quod circumdederunt ejuſmodi re, qua non tegunt*, ſolum de eo quod ad latus eſt diximus, quod tegumentum illegitimum non reddit illegitimum tabernaculum niſi in quatuor cubitis, propter rationem *parietis contorti*; at in medio tabernaculi illegitimum red-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc etiam fundamentum eſt magni momenti, quod velim memoriæ teneas, nimirum, ſi ab extremitate parietis uſque tectum tabernaculi ſit minus quam quatuor palmi, & in medio eorum fabrica aliqua aut tegumentum illegitimum, rem conſideramus ac ſi extremitas parietis contorta eſſet, & attingeret tegumentum aut tectum legitimum, & hic eſt caſus de quo dicitur, דופן עקומה *paries contortus*, eſtque traditio Moſis è Sinai.

סוכה גדולה *Tabernaculum magnum*, ſi in medio tabernaculi remanſerit operculum legitimum continens ſeptem palmos per quadratum. Cæterum jam expoſuimus tibi, quod caſus parietis contorti eſt in quatuor lateribus.

אכסדרה ἐξέδρᾳ, eſt locus ante domicilia tribus lateribus circumdatus; adducit autem hos tres caſus ad docendum nos, quod jus parietis contorti intelligi debet de quacunque ſpecie domiciliorum, ita ut forma parietum ædificata ſit pro domicilio aut ſpatio domicilii, cujuſmodi parietum intentio non fuit uti eſt parietum pro tecto ſpatii domicilii, ſed ædificati parietes illi ſunt ad cuſtodiendum domicilium à loco publico, aut in tabernaculo magno, in quo operculum illegitimum dividit inter parietes & operculum legitimum. Hanc regulam velim memoriæ mandes, quæ dicit, operculum

reddit in quatuor palmis; ſpatium vero vacuum quod nullum habet tegumentum, tam in medio quam in latere reddit illegitimum in tribus palmis.

culum illegitimum facit illegitimum ad latus in quatuor palmis; & in medio illegitimum reddit in quatuor palmis, uti hoc capite expoſitum eſt.

יא העושה סוכתו כמין צריף או שסככה לכותל רבי אליעזר פוסל מפני שאין לה גג וחכמים מכשירין מחצלת קנים גדולה עשאה לשכיבה מקבלת טומאה ואין מסככין בה .לסיכוך כסככין בה ואינה מקבלת טומאה רבי אליעזר אומר אחת קטנה ואחת גדולה עשאה לשכיבה מקבלת טומאה ואין מסככין בה לסיכוך מסככין בה ואינה מקבלת טומאה:

11. Si quis tabernaculum ſuum fecerit inſtar tugurii aucupum, aut illud erexerit ad parietem, R. Elieſer dicit quod illegitimnm eſt, quia illi non eſt tectum. Sapientes dicunt quod legitimum eſt. Si quis fecerit mattam è calamis magnam, eamque fecerit ad cubandum in ea, immunditiem recipit, & non tegunt eâ. (Si eam fecerit) pro tegumento, tegunt ea, & non recipit immunditiem. R. Elieſer dicit, tam parva quam magna, ſi illam fecerit ad cubandum in ea, immunditiem recipit, & non tegunt ea. (Si eam fecerit) pro tegumento, tegunt ea, & non recipit immunditiem.

R. OB. DE BARTENORA.

כמין צריף *Inſtar tugurii aucupum*, cui non eſt tectum & cujus extremitates parietum ſuperius ſe tangunt, & inferius paulatim dilatantur. או שסככה לכותל *aut ſi erexerit illud ad parietem*, ita ut extremitates cannarum ſe inclinent ad parietem & inferius ad terram inſtar declivitatis deſcendant.

מפני שאין לה גג *Quia illi non eſt tectum*, non cognoſcitur id quod tectum eſt, & quod paries eſt, quia tabernaculum declive non dicitur tabernaculum, niſi tectum contineat latitudinem palmi; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

מחצלת של קנים וגו׳ *Matta cannarum &c.* de matta parva nullus eſt diſſenſus, quia abſolutè intelligitur quod ea ſit ad cubandum in ea, & non ad tegendum; ſed quando diſſentiunt, hoc fit in matta magna. Primus doctor putat, quod magna abſolutè facta eſt ad tegumentum, & parva ad cubitum; & ita dicit, quod matta magna abſolutè facta eſt ad tegumentum, & ſi quis expreſſè dixerit quod ea ſit ad cubitum, immunditiem recipit, & non licebit ea contegere.

ולסכך מסככין בה *Si ad tegendum facta ſit, tegunt ea*, ita intelligendum eſt quod dicit, matta parva abſolutè facta eſt ad cubandum in ea, & ſi expreſſè dixerit quod ſit ad tegumentum; tegunt ea. R. Elieſer dicit quod tam parva quam magna abſolute ſint ad cubandum in eis. Et id quod dicit, עשאה לשכיבה *ſi fecerit eam ad cubandum in ea*, ejus ſenſus eſt, quod abſolutè ab initio factæ ſunt ad cubandum in illis, idcirco etiam magna immunditiem recipit, & non tegunt ea; at ſi quis dixerit quod ea ſit ad tegendum ſe, tegunt ſe ea; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כמין צריף *Ut tugurium aucupum*, cujus hæc eſt figura, in lingua Arabica מכנס; deciſio eſt juxta R. Elieſer, qui dicit tabernaculum illegitimum. Si vero tectum fuerit unius palmi in latitudine hujus figuræ, & paries altus fuerit unum palmum, legitimum eſt. Controverſia R. Elieſeris & Sapientum de matta hæc eſt, primus doctor putat, quod matta parva ordinariè uſurpatur ad cubandum in ea, & magna ad tegumentum, propterea dicit, עשאה לשכיבה מקבלת טומאה *ſi fecerit eam ad cubandum in ea, immunditiem recipit*, id eſt, ut abſolutè uſurpetur ſemper ad tegendum; quia non rectè conſtat an ea uſurpetur ad cubandum in ea.

לסיכוך מסככין בה *Si ad tegendum fecerit illud, tegunt eo*, hoc accipiendum eſt de matta parva de qua abſolutè ſupponitur quod ſit ad cubandum in ea, quia nondum ſatis ipſi conſtabat an eſſet in tegumentum. R. Elieſer dicit, quod de magna etiam abſolutè intelligendum ſit quod uſurpetur ad cubandum in ea, quia non ſatis conſtabat an ea eſſet in tegumentum; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

פרק ב הישן תחת המטה בסוכה לא יצא ידי חובתו אמר רבי יהודה נוהגין היינו שהיינו ישנים תחת המטה בפני הזקנים ולא אמרו לנו דבר אמר רבי שמעון מעשה בטבי עבדו של רבן גמליאל שהיה ישן תחת המטה ואמר להן רבן גמליאל לזקנים ראיתם טבי עבדי שהוא תלמיד חכם ויודע שעבדים פטורין מן הסוכה לפיכך ישן הוא תחת המטה ולפי דרכינו למדנו שהישן תחת המטה לא יצא ידי חובתו:

Caput 2. Si quis dormiverit ſub lecto in tabernaculo, non ſatisfecit debito ſuo. Dixit R. Jehuda, *ſolebamus dormire ſub lecto in præſentia ſeniorum, at nihil dixerunt nobis. Dixit* R. Schimeon, factum eſt ut Tabi ſervus Rabban Gamalielis dormiverit ſub lecto; dixit autem Rabban Gamaliel ſenioribus, videtis quod Tabi ſervus meus eſt diſcipulus ſapiens, & novit quod ſervi liberi ſunt (à præcepto) tabernaculi, propterea dormit ſub lecto. Et more noſtro hinc diſcimus, eum qui dormit ſub lecto, non ſatisfacere debito ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יצא ידי חובתו *Non ſatisfecit debito ſuo*, dummodo lectus altus ſit decem palmos, tum enim habetur tabernaculum, & eveniet ut tentorium dividat inter ipſum, & tabernaculum. Cæterum præcepti de tabernaculo fundamentum eſt, comedere, bibere; & dormire in eo. נוהגין היינו וגו׳ *ſolebamus dormire &c.* nam putat, quod tentorium accidentale non poſſit abrogare tentorium ſtabile, quod eſt tabernaculum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda. עבדים פטורין מן הסוכה *ſervi liberi ſunt à tabernaculo*, quia eſt præceptum affirmativum quod dependet à tempore, à quo immunes ſunt mulieres, ſed ea præcepta ad quæ tenentur mulieres, ſervi tantum obſervare tenentur. ולפי דרכינו למדנו *& more noſtro diſcimus hinc*, etſi juxta ſimpliciſſimum beneplacitum ſuum tantum dixerit illud, quod gloriabatur ſe habere talem ſervum, diſcimus tamen è verbis ejus, eum qui dormiverit ſub lecto tabernaculi, non ſatisfacere debito ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Neceſſe eſt ut lectus ſit altus decem palmos, qui ſunt juſta quantitas, quo modo fit ut unum tabernaculum ſit in altero; deciſio non eſt juxta R Jehuda.

ב הסומך סוכתו בכרעי המטה כשרה רבי יהודה אומר אם אינה יכולה לעמוד בפני עצמה פסולה סוכה המדובללת ושצילתה מרובה מחמתה כשרה המעובה כמין בית אף על פי שאין הכוכבים נראים מתוכה כשרה :

2. Si quis erexerit tabernaculum ſuum in cruribus lecti, legitimum eſt. R. Jehuda dicit, ſi per ſe ſubſiſtere non poſſit, illegitimum eſt. Tabernaculum confuſum & cujus umbra major eſt ſole ſuo, legitimum eſt. Denſum ut domicilium, etſi non videantur per illud ſtellæ, legitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אם אינה יכולה לעמוד בפני עצמה *Si non poterit ſtare per ſe*, R. Jehuda ſequitur opinionem ſuam qua ſtatuit neceſſe eſſe ut tabernaculum ſit ſtabile; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

סוכה המדובללת *Tabernaculum tenue*, ita ut non conſtituerit calamos æqualiter junctos inter ſe, ſed ut unus aſcendat, alius deſcendat, propterea ſol ejus abundantior eſt umbra illius; docet nos hæc Miſna quod rem conſideramus ac ſi calami æqualiter compoſiti eſſent, ſi tum umbra ejus major ſit ſole, legitimum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda putat, quod neceſſe eſt ut tabernaculum ſit domicilium ſtabile, ſed dicta tibi jam eſt ſententia illius, idcirco ille neceſſarium ſtatuit ut per ſe conſiſtere poſſit tabernaculum. סיכה המדובללת *tabernaculum tenue*, eſt illud cui non eſt tectum æquale, uti explicuimus, ut unus calamus aſcendat, alter deſcendat; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ג העושה סוכתו בראש העגלה או בראש הספינה כשרה ועולין לה ביום טוב בראש האילן או על גבי גמל כשרה ואין עולין לה ביום טוב שתים באילן ואחת בידי אדם או שתים בידי אדם ואחת באילן כשרה ואין עולין לה ביום טוב שלשה בידי אדם ואחת באילן כשרה ועולין לה ביום טוב זה הכלל כל שינטל האילן ויכולה לעמוד בפני עצמה כשרה ועולין לה ביום טוב :

3. Si quis tabernaculum ſuum fecerit in ſummitate currus, aut in ſummitate navis, legitimum eſt; & aſcendunt illud die feſto. (Si fecerit) in ſummitate arboris, aut ſuper camelo, legitimum eſt, at non aſcendunt in illud die feſto. Duo (parietes) in arbore (ſi fecerit,) unum per manus hominis, aut duos per manus hominis, aut unum in arbore, legitimum eſt, at non aſcendunt illud die feſto. Si tres (fecerit) per manus hominis, & unum in arbore, legitimum eſt, & aſcendunt illud die feſto. Hæc regula generalis eſt, quodcunque, ſi removeatur arbor, per ſeipſum conſiſtere poteſt, legitimum eſt, & aſcendunt illud die feſto.

R. OB. DE BARTENORA.

בראש העגלה *In ſummitate currus*, qui movetur, & non eſt ſtabilis. בראש הספינה *in ſummitate navis*, in mari, ubi dominantur venti, tale nihilominus legitimum eſt, quia de eo dici poteſt habitaculum; at ea conditione ſi vento poſſit reſiſtere plerumque ab arida flanti.

עולין לה ביום טוב *Aſcendunt illud die feſto*, quia in fine Miſna ipſi dicendum erat, אין עולין *non aſcendunt*, ideo in principio dicit עולין *aſcendunt*, nempe in ſummitatem arboris, ſi erexerit domicilium ſuum in ſummitate arboris, & illic fecerit parietes, & contexerit, כשרה *legitimum eſt*, in diebus feſti intermediis, & non aſcendunt illud die feſto, quia Sapientes decreverunt, quod non aſcendant arborem, neque utantur ea in hoc caſu, ne extirpetur. שתים באילן *duos in arbore*, ſi quis majorem partem fundi tabernaculi fecerit in arbore, & duos fecerit parietes in ſummitate arboris circum tabernaculum; & unum fecerit per manus hominis, in terra, junctum cum ſolo tabernaculi in medio parietis quem fecit in terra, & ſi parietem erexerit ſupra decem palmos; aut duos per manus hominis, & unum in arbore, nam quoniam, ſi removeatur arbor, ſolum tabernaculi decidit, ut non poſſit conſiſtere in fulcimento amborum parietum qui ſunt in terra, ideo non aſcendunt illud die feſto; quia eo modo utitur arbore.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בראש הספינה כשרה *In ſummitate navis, legitimum eſt*, ea conditione ut tabernaculum illud tam forte ſit ut ventus ordinarius in arida flans non poſſit illud ſubvertere; ſed etiam exponetur tibi quod per res prohibitas die feſto non aſcendant in arborem, neque inſideant equo.

ד העושה סוכתו בין האילנות והאילנות הפנות לה כשרה שלוחי מצוה פטורין מן הסוכה חולין ומשמשיהן פטורין מן הסוכה אוכלין ושותין עראי חוץ לסוכה :

4. Si quis fecerit tabernaculum ſuum inter arbores, ut arboribus fruantur ut parietibus, legitimum eſt. Legati præcepti, liberi ſunt à tabernaculo. Infirmi & ipſis miniſtrantes, liberi ſunt à tabernaculo; comedunt & bibunt pro re nata extra tabernaculum.

R. OB. DE BARTENORA.

האילנות דופנות לה כשרה *Arbores quum ipſi ſunt pro parietibus, legitimum eſt*, tabernaculum, hoc intelligendum eſt ſi arbores denſæ & robuſtæ fuerint, ita ut ordinario vento non dimoveantur, neceſſe etiam arborem adimplere ſtramine inter ramos, ne eos dimoveat ventus; nam quicunque paries non poſſit firmiter conſiſtere vento ſpirante ordinario, non eſt paries.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Arbores non ſunt aptæ ut ſint parietes, niſi ſub conditionibus quibuſdam, quarum una eſt, ut ejuſmodi arbores ſint admodum denſæ & robuſtæ, ut ſe non inclinent in terram, neque dimoveantur, uti accidere ſolet ramis tenuibus. Secunda eſt, ut impleatur ſummitas arboris ſtramine, & inter ramos, ut firma ſit & non dimoveatur à vento. Nam fundamentum nobis eſt, quod paries qui in terra firmè con-

שלוחי מצוה פטורין מן הסוכה *Legati præcepti liberi ſunt à tabernaculo*, nam is qui uni præcepto intentus eſt, liber eſt ab alio, & non tantum eo tempore quo intenti ſunt præcepto, ſed etiam quando non ſunt intenti præcepto, ut, qui ſe contulerit viſitatum præceptorem ſuum, aut redemptum captivos, etiam liber eſt in loco manſionis ſuæ; etiam ſi quieſcat. חולין ומשמשיהן פטורין *ægroti & miniſtrantes illis, liberi ſunt*, etſi ægritudo leviſſima ſit. Ratio vero, quare licet affirmativum præceptum abrogare propter leviſſimam ægritudinem, ut ſi quis afficiatur odore ingrato cimicis aut pulicis, tum talis homo liber ſit, ſic etiam ii qui iter faciunt, aut hortos cuſtodiunt, liberi ſint à tabernaculo juxta Sapientes, hæc eſt, quia Levit. 23, 42. dicitur, בסוכות תשבו *in tabernaculis habitabitis*, undè innuitur quod tabernaculum ſe habet ut habitatio, ut, ſi cui aliquid acciderit propter quod exire debet ex habitaculo ſuo, etiam illi liceat propterea exire è tabernaculo ſuo. Cæterum qui ab initio tabernaculum ſuum fecerit in loco qui ipſi incommodum creare poſſet inter bibendum & comedendum in eo, uti eſt locus in quo timent propter latrones quando dormiunt in eo, at non timent à furibus aut latronibus inter comedendum, non ſatisfacit debito ſuo in ejuſmodi tabernaculo, eo quod non eſt ſufficiens ad faciendum in eo id quod neceſſarium eſt, ut, edere, bibere, & dormire; quia neceſſe eſt ut ſit inſtar habitaculi, hoc vero non eſt inſtar habitaculi. אוכלין ושותין עראי *comedunt & bibunt pro re nata*, exiguam quantitatem ad differendum famem, quandoquidem intentio ejus eſt poſtea comedere ad ſaturitatem.

ſiſtere nequit, non ſit paries. Præterea aliud ſundamentum nobis eſt, quod is qui intentus eſt uni præcepto, liber eſt ab alio. Cæterum dicit Miſna, quod infirmi liberi ſunt à tabernaculo, etſi infirmitas leviſſima ſit.

אכילת עראי *Comeſtio accidentalis dicitur*, ſi quis comederit exiguam quantitatem quæ ipſi non ſufficiat in prandium, ſed comederit ad depellendum paulisper appetitum, donec poſtea ſe expleat.

ה מעשי והביאו לו לרבן יוחנן בן זכאי לטעואת התבשי׳ ולרבן גמליאל שני כותבות ודלי של מים ואמרו העלוי לסוכה וכשנתנו לו לרבי צדוק אוכל פחות מכביצה נטלו במפה ואכלו חוץ לסוכה ולא בירך אחריו :

5. Factum eſt ut ad Rabban Jochanan filium Zachæi adduxerint ad guſtandum decoctum, & ad Rabban Gamalielem duos dactylos, & vas aquæ; qui dixerunt, deportate ea ad tabernaculum. Quando autem dabant R. Zadoko minus cibi quam ovi quantitatem, accipiebat illud in mantili, & comedebat illud extra tabernaculum, at non benedicebat poſtea.

R. OB. DE BARTENORA.

העלום לסוכה *Deportate ea in tabernaculum*, non ex debito, ſed ſi quis graviorem conditionem in ſe receperit, de quo diſcimus, quod, ſi extra tabernaculum nihil comederit, etiam pro re nata, ſit laudandus.

אוכל פחות מכביצה *Si minus quam ovi quantitatem comederit*, propter lotionem manuum & recitationem benedictionis, minus accepit quam eſt ovi quantitas. Verum ſi fecerit propter tabernaculum, jam diximus, quod pro re nata comedere poteſt extra tabernaculum, etſi etiam ultra quantitatem ovi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעשה וגו׳ *Factum eſt &c*, adducit hunc caſum ad docendum te, eum qui religioſus eſt adeo, ut non edat neque bibat quicquam extra tabernaculum, laudandum eſſe etſi non teneatur ad id.

ו רבי אליעזר אומר ארבע עשרה סעודות חייב אדם לאכול בסוכה אחת ביום ואחת בלילה וחכמים אומרים אין לדבר קצבה חוץ מלילי יום טוב הראשון של חג בלבד ועוד אמר רבי אליעזר מי שלא אכל בלילי יום טוב הראשון ישלים בלילי יום טוב האחרון וחכמים אומרים אין לדבר תשלומין על זה נאמר מעוות לא יוכל לתקון וחסרון לא יוכל להמנות :

6. R. Elieſer dicit, quatuordecim convivia homo celebrare tenetur in tabernaculo, unum die & alterum nocte. Sapientes dicunt, res non eſt determinata, exceptis noctibus diei primi feſti tabernaculorum tantum. Præterea dixit R. Elieſer, qui non comederit nocte primi diei feſti, perficiat nocte ultimi diei feſti. Sapientes dicunt, rei non ſunt compenſationes, idcirco dicitur Eccl. 1. 15. *Contortum nequit fieri rectum, & quod deficit numerari nequit.*

R. OB. DE BARTENORA.

ארבע עשרה סעודות *Quatuordecim convivia*, duo convivia quolibet die ſeptem dierum. אין לדבר קצבה *non eſt determinata res*, ſi comedere velit, non comedat extra tabernaculum, & ſi jejunare velit, jejunet, & non cogimus ad hoc eum. חוץ מלילי יום טוב הראשון *exceptis noctibus diei feſti primi*, quia quintum decimum diem Tiſry de decimo quinto Niſan docemus, nimirum quemadmodum comeſtio azymorum eſt debitum nocte prima, & dehinc & ulterius ſpontanea eſt, idem obtinet in feſto tabernaculorum.

ישלים בלילי יום טוב האחרון *Perficiet in noctibus diei ultimi feſti*, nocte diei octavi feſti; cæterum deciſio non eſt ſecundum R. Elieſer in duabus cauſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Elieſer dicit, id quod dicitur Levit. 23, 42. בסוכות תשבו שבעת ימים obſtringit hominem ut tabernaculo utatur quemadmodum utitur domicilio ſuo ordinario, comedendo in eo prima vice die, & ſecunda vice nocte. Cæterum Sapientes docent decimum quintum menſis Tiſri de quinto decimo Niſan, nimirum quemadmodum comeſtio azymorum eſt debitum nocte prima, & deinde comedere licet fructus, & jejunare uti lubitum fuerit, uti ſuo loco explicuimus; idem fieri poteſt in feſto tabernaculorum. Quod R. Elieſer dicit, ישלים *perficiat*, id vult, comedat de fructibus ſecunda vice, quos comedere ſolet prima nocte, ſed caro & panis non habentur duo prandia; deciſio non eſt ſecundum R. Elieſer.

ז מי שהיה ראשו ורובו בסוכה ושולחנו בתוך הבית בית שמאי פוסלין בית הלל מכשירין אמרו בית

7. Si caput alicujus & maxima pars corporis fuerit in tabernaculo, & menſa in domo, Schola Schamai dicit, illegitimum eſt. Schola Hillelis

להן בית הלל לבית שמאי לא כך היה מעשה שהלכו זקני בית שמאי וזקני בית הלל לבקר את רבי יוחנן בן החורני ומצאוהו שהיה יושב ראשו ורובו בסוכה ושולחנו בתוך הבית (נ"א ל"ג) ולא אמרו לו דבר אמרו להן בית שמאי משם ראיה אף הם אמרו לו אם כן היית נוהג לא קיימת מצות סוכה מימיך :

lis dicit, legitimum eſt. Dixerunt Hilleliani Schamæanis, non ita contigit, nam iverunt ſeniores Scholæ Schamai & ſeniores Scholæ Hillelis viſitatum R. Jochanan filium Choroni, & invenerunt quod ſedebat cum capite ſuo & cum maxima parte corporis in tabernaculo, & menſa in domo, & non dixerunt illi quicquam. Dixit illis Schola Schamai, hinc probatur; etiam illi dixerunt ipſi, ſi ita ſolebas, non ſtabiliviſti præceptum tabernaculorum in diebus tuis.

R. OB. DE BARTENORA בית שמאי פוסלין *Schola Schamai pronunciat illegitimum*, deciſio eſt juxta Scholam Schamai, tam quod ad tabernaculum magnum, & quando fuerit in porta tabernaculi, quam quod ad tabernaculum parvum, quod non comprehendit caput & maximam hominis partem, & menſam; ejuſmodi omnino prohibitum eſt, quia timendum eſt ne poſt menſam ſuam ſe vertat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt ſecundum Scholam Schamai.

ח נשים ועבדים וקטנים פטורים מן הסוכה קטן שאינו צריך לאמו חייב בסוכה מעשה וילדה כלתו של שמאי הזקן ופחת את המעזיבה וסיכך על גבי הכטה בשביל הקטן :

8. Mulieres, ſervi, & parvuli liberi ſunt à tabernaculo. Parvulus qui non indiget matre ſua, tenetur ad tabernaculum. Factum eſt ut nurus Schamai ſenioris pepererit, & aperuerit tabulatum & contexerit lectum propter parvulum.

R. OB. DE BARTENORA.

נשים ועבדים וקטנים פטורין מן הסוכה *Mulieres, ſervi, & parvuli liberi ſunt à tabernaculo*, quia ſcriptum eſt Levit. 23, 42. כל האזרח בישראל ישבו בסוכות ad excludendum mulieres, quæ etſi teneantur comedere azyma prima nocte Paſchatis, non tenentur tamen ad tabernaculum prima nocte feſti.

קטן שאינו צריך לאמו *Parvulus qui non indiget matre ſua*, qui non exclamat quando expergiſcitur, mater, non indiget matre ſua, ideoque tenetur ad tabernaculum; ſed qui minor eſt hoc parvulo, liber eſt; & ſic deciſio eſt. Hoc autem intelligendum eſt, ſi clamet & non taceat, ſed iterum clamet donec veniat mater, ejuſmodi dicitur indigere matre ſua. Cæterum ſi ſemel vocet matrem, & deinde taceat, ejuſmodi non eſt qui indiget matre.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Levit. 23, 42. כל האזרח בישראל ישבו בסוכות exponit traditio quod hæc verba excludunt mulieres, ſervos, & parvulos. קטן שאינו צריך לאמו *parvulus qui non indiget matre ſua*, cujuſmodi non vocat matrem quando expergiſcitur, uti ſolent parvuli; deciſio non eſt juxta Schamai, qui graviorem conditionem tenens omnes maſculos obſtringit, cujuſcunque fuerint ætatis, ad tabernaculum.

ט כל שבעת הימים אדם עושה סוכתו קבע וביתו עראי ירדו גשמים מאימתי מותר לפנות משתסרח המקפה משלו משל למה הדבר דומה לעבד שבא למזוג כוס לרבו ושפך לו קיתון על פניו :

9. Omnes ſeptem dies homo facit tabernaculum ſuum ſtatutum, & domum ſuam accidentalem. Si deſcendant pluviæ, quando licet exire? quando juſculum corruptum eſt; huic ſimile eſt, ſi ſervus veniat ad infundendum poculum pro hero ſuo, & effundat calicem ſuper faciem illius.

R. OB. DE BARTENORA.

סוכתו קבע *Tabernaculum ſuum ſtatutum*, ut inſtrumenta pulchra & ſtrata pulchra adducat ad tabernaculum. משתסרח idem eſt ac משתקלקל *quando corruptum fuerit*. מקפה ita vocatur omne decoctum quod nec tenue nec durum eſt, ſed coagulatum; ſolent enim plurimi homines reſpuere ejuſmodi decoctum, & parum aquæ etiam corrumpit illud penitus. Cæterum juſculentum fabaceum citius corrumpitur quam cætera juſculenta tempore pluviæ; at ſi deſcenderint pluviæ tam cito ante ipſum, ut juſculentum fabaceum corruptum ſit, licet ſtatim exire ex tabernaculo.

ושפך לו *Et effundat ipſi*, nempe herus effundit; קיתון על פניו *calicem in faciem illius*, in faciem ſervi, dicendo, non placet mihi miniſterium tuum. Sic etiam pluviæ de quibus hic ſit mentio, notant Deum non recipere opera eorum cum beneplacito.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קבע *Statutum*, id eſt, principale domicilium, ita ut inſtrumenta ſua neceſſaria ad tabernaculum adducat, & ſternat illud ſtrato optimo, & curet illud exornare, comedat, bibat, ac dormiat in eo, & domum ſuam conſtituat ut domum miniſterii, & tabernaculum ſuum ut domum habitationis.

משתסרח *Quando fœtet*, in lingua Sapientum notat vox rem perditam; מקפה notat juſculentum coagulatum, nam plurimi homines ſolent illud liquefacere, & parum aquæ corrumpit illud; cæterum hoc ſcribunt de juſculento fabaceo commolito, eo quod decoctum quod indè ſit, ſtatim corrumpitur aqua. Pluvia vero ſi deſcendat in principio feſti tabernaculorum, notat a Deo opera eorum non recipi cum beneplacito.

פרק ג לולב הגזול והיבש פסול של אשירה ושל עיר הנדחת פסול נקטם ראשו נפרצו עליו פסול נפרדו עליו כשר רבי יהודה אומר יאגדנו מלמעלה

Caput 3. Ramus raptus & ſiccus illegitimus eſt, (ramus) è ſylva & civitate idololatrica, illegitimus eſt. Si caput illius amputatum fuerit, ſi folia ejus fracta fuerint, illegitimus eſt. Si folia diviſa fuerint, legi-

מלמעלה ציני הר הברזל כשרות לולב שיש בו שלשה טפחים כדי לנענע בו כשר :

legitimus eſt. R. Jehuda dicit, colligabit eum ſuperius. Palmæ montis ferrei legitimæ ſunt. Ramus trium palmorum ad motitandum eo, legitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

לולב הגזול פסול *Ramus raptus illegitimus eſt*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 23, 40. ולקחתם לכם id eſt, ut ſumatis de eo quod veſtrum eſt, & non de eo quod raptum eſt. Cæterum poſt diffidentiam poſſeſſorum, vere quidem de ſuo eſt, quia illud acquirit cum diffidentia; nihilominus præceptum eſt quod venit cum peccato.

והיבש פסול *Et ſiccus illegitimus eſt*, nam omnibus quatuor ſpeciebus pulchritudo inſit neceſſe eſt, at ſicco non ineſt pulchritudo. ושל אשירה *&* *qui de ſylva*, de arbore idololatrica: של עיר הנדחת פסול *de civitate propulſa*, *illegitimus eſt*, quia comburendus eſt; neceſſe eſt etiam ut ramus Lulab habeat ſuam quantitatem, hic autem, quia comburendus eſt, non habet fixam quantitatem.

נקטם ראשו פסול *Si amputaverit folia ejus*, *illegitimus eſt*, quia ipſi pulchritudo deeſt. נפרצו עליו *ſi fracta ſint folia ejus*, ut non conjuncta ſint niſi ope ligamenti. נפרדו עליו *ſi diviſa ſint folia ejus*, quæ in dorſo ſive trunco ſuo conjuncta ſunt, at ſuperius diviſa hac & illac, uti arborum rami. יאגדנו מלמעלה *colligabit illum ſuperius*, ſi folia diviſa fuerint, colligabit ea ut aſcendant cum trunco ut plurimi rami; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ציני הר הברזל *palmæ montis ferrei*, ſunt palmæ quarum rami habent folia breviſſima, & non aſcendunt ſuper longitudinem ſpinæ dorſi, ſi tam magni fuerint ut caput unius folii attingat latus radicis alterius, legitimi ſunt. לולב ג׳ טפחים *ramus trium palmorum*, juxta longitudinem myrti, & unum palmum magis ad motitandum illum, legitimus eſt; nam neceſſe eſt ut commoveatur Lulab, uti inpoſtea eſt dicit. Cæterum quod dicit לנענע בו *ad commovendum eo*, eſt ac ſi dixiſſet, ad commovendum eo, qui palmus eſt ultra tres palmos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præceptum quod venit cum peccato non eſt præceptum, propterea ramus raptus, & ramus de ſylva, ſive ramus idololatricus, & de civitate idololatrica, illegitimus eſt. Differentiam vero ſylvarum jam expoſuimus in tractatu Avoda Zara. Noſti enim id quod dixit Deus benedictus Deut. 13, 17. ולא ידבק בידך מאומה מן החרם Sic etiam id quod dixit Deus Levit. 23. 42. פרי עץ הדר Traditio exponit, quod neceſſe eſt ut omnes quatuor ſpecies ſint præſtantes, propterea ramus ſiccus illegitimus eſt, quia ipſi non eſt præſtantia aut pulchritudo.

נפרצו עליו *Si fracta fuerint folia ejus*, ſi folia trunco rami impoſita fuerint fracta, cujus hæc eſt figura. נפרדו עליו *ſi diviſa fuerint folia ejus*, ſi unum ab alio diviſum fuerit, cujus hæc eſt figura. Sententia R. Jehudæ hæc eſt, quod omnis לולב *ramus* colligandus ſit, ut firmiter conjungantur folia. Cæterum in loco quodam terræ Iſraëlis habentur dactyli quidam quorum ramis caput folii unius eſt in latere radicis alterius, & ubi non inſita ſunt capita hæc cum illis, uti plurimi rami, cujuſmodi hæc eſt figura: vocantur autem ציני הר הברזל *palmæ montis ferrei*.

ג׳ טפחים כדי לנענע בו *Trium palmorum ad motitandum eo*, id eſt, ut cum manu tenere poſſit, & ſic motitare, quæ palmi quantitas eſt. Neceſſe vero eſt ut ramus non ſit minor quam quatuor palmorum, & palmus quilibet contineat quatuor digitos cum pollice. Menſura autem fiat de trunco rami, & ſub radice duorum foliorum æqualium in capite rami; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

ב הדס הגזול והיבש פסול של אשרה ושל עיר הנדחת פסול נקטם ראשו נפרצו עליו או שהיו ענביו מרובות מעליו פסול ואם מיעטן כשר ואין ממעטין ביום טוב :

2. Myrtus rapta & ſicca illegitima eſt; & (myrtus) de ſylva, & civitate idololatrica, illegitima eſt. Si caput ejus amputatum fuerit, & ſi folia fracta fuerint, aut ſi grana ejus plura fuerint quam folia ejus, illegitima eſt. Si diminuerit ea, legitima eſt; at non diminuunt die feſto.

R. OB. DE BARTENORA.

נקטם ראשו פסול *Si caput ſuum amputatum fuerit*, *illegitima*, ſed ita non eſt deciſio juxta ſimplicem Miſnam, verum juxta R. Tarphon qui deinceps dicit, quod, etſi omnes tres rami amputati fuerint, legitimi ſunt tamen. ענביו *grana ejus*, fructibus gaudet myrtus qui ſunt inſtar granorum uvæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ענביו *Grana ſua*, ſunt ſemina myrti, at ea conditione ut ejuſmodi ſint nigra aut rubra, at ſi viridia ſint, etſi plura ſint quam folia, legitima eſt myrtus. נקטם ראשו פסול *Si caput ſuum amputatum fuerit*, illegitima eſt; at deciſio non eſt ita.

מרובות מעליו פסול *Plura quam folia ſua*, *illegitima eſt*, quod intelligendum eſt tantum quando nigra, aut rubra ſunt, at ſi viridia fuerint folia, illegitima eſt myrtus. ואין ממעטין ביום טוב *at non diminuunt die feſto*, quia illud eſt adaptare.

ג ערבה גזולה ויבשה פסולה של אשרה ושל עיר הנדחת פסולה נקטם ראשה נפרצו עליה והצפצפה פסולה כמושה ושנשרו מקצת עליה ושל בעל כשרה :

3. Salix rapta & ſicca, illegitima eſt; ſalix de ſylva, & civitate idololatrica, eſt illegitima. Si caput ejus amputatum fuerit, ſi folia ejus fracta fuerint, & Zaphzepha, illegitima eſt. Flaccida, & cujus folia ex parte ceciderunt, & ea quæ in agro creſcit, legitima eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נקטם ראשה פסולה *Si caput ſuum amputatum fuerit*, *illegitima eſt*, ſed ita non eſt deciſio. צפצפה eſt ſpecies ſalicum quæ habet folia rotunda.

של בעל כשרה *Quæ in agro creſcit*, *legitima eſt*, ſalix quæ creſcit in agro, & non in rivo, legitima eſt; nam non dicimus quod ſalix abſolute in aqua creſcere debet, uti Scriptura

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia alicui in mentem incideret quod ſalix tantum è locis aquoſis venire debeat, quia ſcriptum eſt, Levit. 23, 40. ערבי נחל ideo nos docet hæc Miſna, quod *ſalix ad poſſeſſorem pertinens*, cujuſmodi crevit in agro alicujus, legitima eſt; & Scriptura quoque non vult dicere niſi de ſalice ordinaria in rivis creſcente, nam in quocunque loco cre-

ptura dicit Levit. 23, 40. ערבי נחל *ſalices fluvii*, nam Scriptura hoc dicit tantum in genere, quia ſalix plerumque creſcit in rivo, & locis aquoſis.

creverit, legitima eſt. Et quod dicit נקטם ראשה פסולה *ſi caput ejus amputatum ſit*, legitima eſt; non ita deciditur.

ד רבי ישמעאל אומר שלשה הדסים ושתי ערבות לולב אחד ואתרוג אחד אפילו שנים קטומים ואחד אינו קטום רבי טרפון אומר אפילו שלשתן קטומים רבי עקיבא אומר כשם שלולב אחד ואתרוג אחד כך הדס אחד וערבה אחת:

4. R. Iſmael dicit, tres ſint (rami) myrtorum, & duo (rami) ſalicum, unus Lulab, & unum malum citreum, etſi duo ſint amputati, & unus non ſit amputatus. R. Tarphon dicit, etſi tres amputati ſint. R. Akiba dicit, quemadmodum ſufficit Lulab unus, & malum citreum unum, ita etiam ſufficit una myrtus, & una ſalix.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו שנים קטומין *Etſi duo amputati ſint*, ſcil. duo rami myrti. Diſputatur in Gemara, an legitimi ſint rami amputati. R. Iſmael vero dicit, quod tres rami myrti neceſſarii ſunt, & omnes tres perfecti; & ſi ille qui amputatus eſt, legitimus ſit, legitimus etiam erit ſi tres amputati fuerint; ſed jus deciditur, quod R. Iſmael retractat prima ſua verba, quibus dicebat tres myrti ramos eſſe neceſſarios, & unum legitimum pronunciat etſi tres amputati ſint. Idem intelligitur, ſi quis eos non adduxerit omnino, nam amputati habentur ac ſi non eſſent. אפילו שלשתן קטומין *etſi tres amputati fuerint*, nam in myrto non requiritur pulchritudo; deciſio eſt juxta R. Tarphon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod quantitas ſalicis & myrti eſt longitudo trium palmorum ordinariorum, qui ſunt quatuor digiti cum pollice; deciſio eſt juxta R. Iſmael & R. Tarphon.

SURENHUSIUS. R. Iſmael vult tres myrti ramos requiri, & hoc ex eo quod Levit. 23. dicitur ענף, עץ, עבת, ubi Jarchius notat numerum ternarium; & deinde duos ſalicis ramos, quia ibidem ſcriptum eſt ערב, נחל, duabus ſcil. vocibus.

ה אתרוג הגזול והיבש פסול של אשרה ושל עיר הנידחת פסול של ערלה פסול של תרומה טמאה פסולה של תרומה טהורה לא יטול ואם נטל כשר של דמאי בית שמאי פוסלין ובית הלל מכשירין של מעשר שני בירושלם לא יטול ואם נטל כשר:

5. Malum citreum raptum & ſiccum illegitimum eſt; & id quod venit de ſylva, & civitate idololatrica, illegitimum eſt; & quod venit de fructu præputiato, illegitimum eſt; quod venit de oblatione prima immunda, illegitimum eſt; quod venit de oblatione prima munda, non ſumet, at ſi ſumpſerit, legitimum eſt; quod venit de rebus quod ad decimationem dubiis, Schola Schamai dicit, illegitimum eſt; Et Schola Hillelis dicit, legitimum eſt. Quod venit de decimis ſecundis Jeruſolymis, non ſumet; at ſi ſumpſerit, legitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

של ערלה ושל תרומה טמאה פסול *De fructu præputiato & de oblatione prima, illegitimum eſt*, quia Levit. 23, 40. dicitur ולקחתם לכם Eſt itaque neceſſe ut ſit id quod decorum & aptum eſt vobis. ואם נטל כשר *& ſi ſumpſerit, legitimum eſt*, nam oblatio prima munda licita eſt ut comedatur. בית הלל מכשירין *Schola Hillelis legitimum pronunciat*, quia licitum eſt ut comedatur à pauperibus, uti dicit Miſna, *rem quod ad decimationem dubiam dant pauperibus comedendam*, ſed Jeruſolymis, non extra ea, quia ſcriptum eſt ולקחתם לכם ſit ergo vobis aptum oportet id quod ſumitis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fructus præputiatus & oblatio prima immunda ſunt ex illis rebus quæ comburendæ ſunt, uti expoſitum eſt in libro Seminum, ideoque illegitimum eſt ejuſmodi quid, nam Scriptura dicit פרי *fructus*, at hoc non eſt fructus, quia nullo modo comedi poteſt. Fundamentum eſt nobis quod ſanctitates nullatenus adduci poſſunt in occaſionem immunditiei, quod fundamentum jam aliquoties diximus. Edulia autem non recipiunt immunditiem antequam in ea inciderit unus è ſeptem liquoribus, quemadmodum ea fundamenta, & ramos eorum poſui in tractatu Machſchirin. Propterea non permiſſum eſt ut ab initio ſumat malum citreum de oblatione prima munda, & decimis ſecundis, ne ejuſmodi legitimum faciat ad recipiendum immunditiem. Quod autem dicit *Jeruſolymis*, ideo fit, quod decimæ ſecundæ extra Jeruſolyma comedi nequeunt, ſed redimendæ ſunt, uti ſuo loco exponetur. Ratio autem, quare permiſerunt malum citreum de rebus quod ad decimationem dubiis, hæc eſt, quia pauperes de illis comedere poſſunt. Si quis autem omnia ſua bona ſanctificare velit, & pauperibus relinquere, licebit ipſi comedere illud malum citreum de rebus dubiis, quia in eo eſt modus permiſſionis ut comedi poſſit, & benedici ſuper eo.

SURENHUSIUS. Malum citreum quod raptum eſt, non habetur legitimum, quia ſcriptum eſt פרי עץ הדר *fructus arboræ decoræ*, exponunt Sapientes, requiri ut decor ſit in ipſa arbore, id eſt, ut ramus de anno in annum in arbore creſcat. Neque *ſiccum* habetur legitimum, quia ſucco caret, qui ei eſt quemadmodum homini ſanguis quo vivit.

ו עלתה חזזית על רובו נטלה פטמתו נקלף נסדק ניקב (ירו׳ חסר) וחסר כל שהוא פסול עלתה חזזית על מיעוטו נטל עוקצו ניקב ולא חסר כל

6 Si impetigo maximam ejus partem invaſerit; ſi caput illius ablatum fuerit; ſi decorticatum fuerit; ſi fiſſum fuerit; ſi perforatum fuerit, & defecerit quantulumcunque, illegitimum eſt. Si impetigo minimam partem invaſerit, ſi petiolus illius ablatus fuerit; ſi perforatum fuerit, & nihil defecerit,

כל שהוא, כשר אתרוג הכושי פסול והירוק ככרתי רבי מאיר מכשיר ורבי יהודה פוסל:

rit, legitimum eſt. Malum citreum nigrum illegitimum eſt; & viride ut hyacinthinum R. Meyr dicit, legitimum eſt. R. Jehuda dicit, illegitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עלתה חוזית *Si invaſerit impetigo*, inſtar exiguarum papularum: על רובו *ſuper maximam ejus partem*, ſi impetigo ſit in uno loco, neceſſe eſt ut ſit in maxima parte, ut fieri poſſit illegitimum; at ſi impetigo ſit in duobus, aut tribus locis, etſi invaſerit minimam ejus partem, illegitimum eſt.

נטלה פטמתו *Si ablatum fuerit caput illius*, in quantacunque quantitate, illegitimum eſt, quia eo in loco magis conſpicitur quam in cæteris; פיטמה eſt capitis apiculus, ut corona malogranati.

נקלף פסול *Si decorticatum fuerit illegitimum eſt*, quod intelligendum eſt ſi totum decorticatum fuerit, at ſi ex parte decorticatum fuerit, legitimum eſt. Cæterum nonnulli ſtatuunt contrarium, nempe quod illegitimum eſt, quando ex parte decorticatum fuerit, quia tum apparet inſtar pardi, at legitimum ſi decorticatum fuerit totum. Id autem quod dicit נקלף *decorticatum fuerit*, non ita accipiendum eſt ac ſi detruſiſſet corticem uſque dum videatur albedo quæ interior eſt, quia ejuſmodi defectivum eſt, & illegitimum, niſi cortex tenuior abjecta fuerit, quæ viridi colore gaudet.

נקב *Si perforatum fuerit*, ſi foramen ab una parte ad alteram tranſierit, etiam in quacunque quantitate, legitimum eſt; at ſi non ab omni parte tranſierit, & non defecerit quicquam, ut, ſi illi infixerit clavum denſum, & foramen comprehenderit quantitatem aſſarii, illegitimum eſt; at ſi quantitas minor fuerit, legitimum eſt; & hic eſt ſenſus illius quod dicit ניקב ולא חסר כל שהוא פסול *ſi perforatum fuerit, & non defecerit quantulumcunque, legitimum eſt*, quod intelligendum eſt quando non fuerit apertum ab una parte ad aliam, & non habuerit quantitatem aſſarii. אתרוג הכושי *citreum nigrum*, quod in terra Cuſch creverit, & nigrum eſt; פסול *illegitimum eſt*, ſed nigrum quod creverit in Cuſch ſive Æthiopia, quoniam illic omnia citrea ſunt nigra, legitimum eſt. רבי יהודה פוסל *R. Jehuda illegitimum pronunciat*; deciſio eſt juxta R. Jehuda. Omnia autem ea quæ illegitima dicuntur, intelligenda ſunt de primo die feſti, ſed ſecundo die & reliquis diebus, omnia legitima ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פיטמה Eſt caput quod exit è radice mali citrei: ניקב *ſi perforatum fuerit*, ſi foramen tranſierit ab una parte ad aliam in quacunque quantitate, illegitimum eſt; & ſi non tranſierit, illegitimum eſt, ſi fuerit quantitas monetæ aſſarii, quod eſt quarta pars מעה *Meæ*; pondus autem איסר *aſſarii* eſt quatuor granorum hordei.

נקלף *Si decorticatum fuerit*, non vult dicere quod abjecerit corticem viridem donec videatur alba, quia illud includitur in eo quod dicit וחסר כל שהוא *ſi defecerit quantulumcunque*. Sed dicere vult, quod abjecit corticem tenuiorem ex corticibus viridibus; at ea conditione ut totum malum decorticatum ſit. Verum ſi aliquid remanſerit quod non decorticatum fuerit, legitimum eſt malum citreum. Sed hoc intelligendum eſt tantum primo die feſti, at non in cæteris diebus. Cæterum id quod dicimus malum citreum eſſe legitimum, quando impetigo invaſerit minorem partem illius, intelligendum eſt ſub hiſce conditionibus, quarum prima eſt, ut impetigo ſit in uno loco, at ſi in duobus locis ſit, etſi duo illa loca ſe conjunxerint, minor pars mali citrei illegitima eſt. Secunda conditio eſt, ne impetigo ſit in capite mali, in quo ſi aliqua fuerit mutatio, illegitimum eſt; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

ז שיעור אתרוג הקטן רבי מאיר אומר כאגוז רבי יהודה אומר כביצה ובגדול כדי שיאחוז (ירושי שניהם) שנים בידו אחת דברי רבי יהודה רבי יוסי אומר אפילו אחד בשתי ידיו:

7. Quantitas citrei parvi, R. Meyr dicit, eſt ut (quantitas) nucis. R. Jehuda dicit, uti ovi; magni vero (quantitas eſt) quando duo tenere poteſt manu ſua, ſunt verba R. Jehudæ. R. Joſe dicit, etſi duabus manibus unum (tenere poſſit.)

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה אומר כביצה *R. Jehuda dicit, inſtar ovi*, & deciſio eſt juxta R. Jehuda, quod, ſi minus fuerit quantitate ovi, citreum ſit illegitimum. *R. Joſe dicit, etſi duabus manibus poſſit tenere unum*, deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta R. Jehuda, in eo quod dicit כביצה *inſtar ovi*; & juxta R. Joſe, in eo quod dicit אפילו אחד בשתי ידיו *etſi unum duabus manibus*.

ח אין אוגדין את הלולב אלא במינו דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר אפילו במשיחה אמר רבי מאיר מעשה באנשי ירושלם שהיו אוגדין את לולביהן בגימונים של זהב אמרו לו במינו היו אוגדין אותו מלמטה:

8. Non ligant ramum niſi cum ſpecie ſua, ſunt verba R. Jehudæ. R. Meyr dicit, etiamſi ſit uno filo. Dixit R. Meyr, factum eſt ut viri Jeruſolymitani ligaverint ramos ſuos filis aureis; dixerunt ipſi, cum ſpecie ſua ligaverunt eum inferius.

R. OB. DE BARTENORA. בגמונות של זהב *Filis aureis*, quæ inflectuntur ut junci, & vocantur גמונות ab אגמון *juncus*, uti dictum eſt Jeſ. 58, 5. הלכף כאגמון ראשו & illis filis circumdabant ligamentum. במינו היו אוגדים אותו למטה *cum ſpecie ſua ligabant eum inferius*, ad implendum præceptum ligationis, fila vero aurea tantum adhibebantur ad ornatum. R. Jehuda ſequitur ſuam opinionem, qua ſtatuit neceſſe eſſe ut ligetur ramus, & propterea, ſi ligaviſſet eum cum eo quod non eſt ejuſdem ſpeciei, quinque eſſent ſpecies; ſed nos confirmamus quod ramus non neceſſario ligari debet; propterea deciſio eſt juxta R. Meir.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

ט והיכן היו מנענעין בהודו ליי' תחלה וסוף ובאנא השם הושיעה נא דברי בית הלל ובית שמאי

9. Ubi movebant? ad *confitemini Domino*, in principio & in fine; & ad *quæſo Domine ſalva nunc*; ſunt verba Scholæ Hillelis; & Schola Schamai dicit,

שמאי אומרים אף באנא ה׳ הצליחה נא אמר רבי עקיבא צופה הייתי ברבן גמליאל ורבי יהושע שכל העם היו מנענעין את לולביהן והן לא נענעו אלא באנא ה׳ הושיעה נא מי שבא בדרך ולא היה בידו לולב ליטול לכשיכנס לביתו יטול על שלחנו לא נטל שחרית יטול בין הערבים שכל היום כשר ללולב :

ſcit, etiam ad *quæſo Domine fac proſperare nunc.* Dixit R. Akiba, obſervavi in Rabban Gamaliel & R. Jehoſchua, quod totus populus movebat ramos ſuos, at illi non movebant niſi ad *quæſo Domine ſalva nunc.* Qui veniebat ab itinere & ſecum non habebat ramum, quando domum intrabat, ſumebat eum ſuper ſuam menſam. Si non ſumpſiſſet mane, ſumebat veſperi, quia totus dies aptus eſt ad ramum.

R. OB. DE BARTENORA.

והיכן היו מנענעין *Et ubi movebant*, jam redit doctor ad ea quæ dixit ſuperius Miſna prima, *ramus cui tres ſunt palmi ad commovendum legitimus eſt*, unde monſtratur præceptum conſiſtere etiam in motu.

בהודו ליהוה *Ad confitemini Domino*, in principio verſus: ובסוף *& in fine*, in fine verſus, ad *in æternum benignitas ejus*; nonnulli vero id quod dicitur *in principio*, exponunt commovendum eſſe ad prima verba *confitemini Domino*; & quod dicitur *in fine*, commovendum eſſe ad ultima verba *confitemini Domino*, quæ dicuntur in fine hymni; & hoc ſenſu rem intelligendam eſſe videtur. Cæterum quomodo fiebat hic motus? emittit & remittit, aſcendit & deſcendit, primus motus notat ut Deus compeſcere vellet malos ventos; ſecundus qui fiebat aſcendendo & deſcendendo, ut Deus compeſcere vellet malas umbras. Sic etiam quum emittebat, movebat ter, nec non quando remittebat, & ſurſum elevabat & deorſum deprimebat; in qualibet actione tres motus. אלא באנא יהוה הושיעה נא *niſi ad quæſo Domine ſerva nunc*, ſed ita non eſt deciſio, ſed juxta verba Scholæ Hillelis. יטול על שולחנו *ſumet ad menſam ſuam*, ſi oblitus fuerit & non ſumpſerit ramum ante prandium, interrumpet prandium ſuum, & ſumet ad menſam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia in principio capitis dictum eſt כדי לנענע בו *ad commovendum eo*, quo dicit præceptum illius eſſe ut commoveatur, idcirco docet nunc te *quando* movent. Modus commovendi hic eſt, portando eum ante ſe ſurſum elevat, & deorſum deprimit; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

י מי שהיה עבד או אשה או קטן מקרין אותו עונה אחריהן מה שהן אומרין ותהי לו מאירה אם היה גדול מקרא אותו עונה אחריו הללויה :

10. Si quis ſervus, aut mulier, aut parvulus legebat illum (hymnum,) reſpondebat ille poſt eos id quod illi dixerant; at erat ipſi in maledictionem. Si erat adultus legebat eum, reſpondebat poſt eum, laudate Dominum.

R. OB. DE BARTENORA. מי שהיה עבד או אשה או קטן *Qui erat ſervus, aut mulier, aut parvulus &c.* quia is qui ad rem non tenetur, non poteſt efficere ut alii ſatisfaciant debitis ſuis, propterea neceſſe eſt ut hymnum repetat de verbo ad verbum quicquid dixerit. ותהי לו מארה *& cedet illi in maledictionem*, quia non didicit. עונה אחריו הללויה *reſpondebat poſt eum, laudate Dominum*, ad quamcunque rem quam dixerit; ſic etiam poſt eum qui legebat hymnum, reſpondebant ad quamcunque rem, laudate Dominum.

יא מקום שנהגו לכפול יכפול לפשוט יפשוט לברך אחריו יברך אחריו הכל כמנהג המדינה הלוקח לולב מחברו בשביעית נותן לו אתרוג במתנה לפי שאין רשאי ללוקחו בשביעית :

11. In loco in quo ſolent repetere, repetat; (ubi ſolent) legere ſimpliciter, ſimpliciter legat; (ubi ſolent) dicere benedictionem poſt eum, dicat benedictionem poſt eum, omnia juxta conſuetudinem provinciæ. Qui emerit ramum à proximo ſuo anno ſeptimo, dabit ipſi citreum dono, quia anno ſeptimo eum emere nequit.

R. OB. DE BARTENORA.

מקום שנהגו לכפול *Locus quo ſolent repetere*, omnes verſus ab אודך uſque ad finem hymni repetet, quia totum caput ab הודו ליהוה כי טוב uſque ad אודך כי עניתני bis legitur atque adeo dupliciter, ſed ab אודך & ulterius non eſt dupliciter, propterea bis legere ſolebant illos verſus. לברך אחריו *ad benedicendum poſt eum*, in uſu conſiſtit, at benedicere ante hymnum eſt debitum omnibus in locis, & non dependet ab uſu.

הלוקח לולב מחברו *Qui emit ramum à proximo ſuo*, ab eo qui è plebe eſt, qualis ſuſpectus eſt de fructibus anni ſeptimi, neque fidem dare poteſt alii, ſi illi dixerit quod non ſunt fructus anni ſeptimi. Ramus tamen emi poteſt, quia lignum aut fructus eſt, & non habet ſanctitatem anni ſeptimi. Sed nummos pro citreo ipſi dare nequit, quia neceſſe eſt ut fructus anni removeantur in anno ſeptimo, illi & nummi eorum; propterea neceſſe eſt ut ab ipſo accipiat citreum gratis, & non det pretium ipſius, quia ejuſmodi homo forſan non removet fructus anni ſeptimi, uti debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לכפול *Repetere*, eſt legere à verſu אודך כי עניתני uſque ad finem hymni, quamlibet vocem bis; לפשוט *ſimpliciter legere* eſt quamlibet vocem ſemel legere, quemadmodum totus hymnus legitur. Benedictio vero lectionis hymni antequam legatur, omnibus in locis debitum eſt, non quod ea conſiſtit in uſu tantum. Cæterum jam tibi expoſuimus jus fructuum anni ſeptimi, quod non licet illis exercere mercaturam. Fundamentum namque eſt nobis, quod ritum citrei arceſſere debemus ab ſpicilegio ſuo, ut, ſi collectum ſit in anno ſeptimo, ſubjiciatur juri anni ſeptimi; hoc autem intelligendum eſt, ſi perfectum fuerit citreum anno ſexto; ſed ramum Lulab vendere licet ut cætera ligna, & non afficitur ſanctitate anni ſeptimi.

יב בראשונה היה לולב נטל במקדש שבעה ובמדינה יום אחד משחרב בית המקדש התקין

12. In principio ſumebant ramum ſecum in ſanctuario ſeptem dies, & in provincia unum diem. Quando autem deſtructum eſt ſanctuarium, ordinavit

התקין רבן יוחנן בן זכאי שיהא לולב ניטל במדינה שבעה זכר למקדש ושיהא יום הנף כולו אסור :

navit Rabban Jochanan filius Zachæi ut acciperent ramum in provincia ſeptem dies, in memoriam Sanctuarii, & ut dies totus agitationis eſſet prohibitus.

R. OB. DE BARTENORA.

במקדש שבעה *In ſanctuario ſeptem dies*, uti dicitur Levit. 23,40. ושמחתם לפני יהוה אלהיכם שבעת ימים *coram Domino* ergo in ſanctuario lætabimini ſeptem dies, & non in finibus terræ Iſraëlis. ובמדינה *& in provincia*, Jeruſolymis, quæ etiam in hoc caſu ſe habent ut finitimæ urbes.

שיהא יום הנף כולו אסור *Ut totus dies agitationis ſit vetitus*, qui eſt dies agitationis Omer, eſtque dies decimus ſextus Niſan; qui dicitur אסור *prohibitus*, ne comedatur eo ipſo proventus novus. Stante vero ſanctuario, poſtquam obtuliſſent Omer, comedebant eo ipſo die proventum novum, uti dicitur, Levit. 23,14. עד הביאכם את קרבן אלהיכם Cæterum cum ſanctuarium deſtructum erat, de Lege licebat prima diei luce decimi ſexti, quemadmodum exponit Gemara, dicit Scriptura עד עצם היום הזה quod notat primam diei lucem; & dicit etiam עד הביאכם את קרבן אלהיכם quomodo hoc intelligendum eſt? ſed quando oblatio Omer obtinet ſtante templo, edendi tempus eſt עד הביאכם: quando autem non obtinet Omer, tempus edendi novos fructus eſt עד עצם היום הזה. Prohibuit autem Rabban Jochanan filius Zachæi totum diem, ne, quam cito ædificabitur ſanctuarium, dicant, annis præteritis ſanctuario deſtructo comedimus prima diei luce, jam etiam edemus ſtante denuo ſanctuario.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מדינה *Provincia*, puta omnes terræ Iſraëlis civitates, exceptis Jeruſolymis, quod expoſuimus in tractatu Maaſer Schéni. יום הנף *dies agitationis*, eſt dies decimus ſextus menſis Niſan, de quo dicit Deus Levit. 23, 11. והניף את העומר Cæterum Rabban Jochanan filius Zachæi exponit quod poſt deſtructionem ſanctuarii toto die decimo ſexto Niſan vetitum eſt comedere proventum novum, & hoc eſt quando de ipſo dicitur התקין *ordinavit*. In Gemara dicunt, quid ſibi vult התקין *ordinavit*? expoſuit & ordinavit. Exponentur etiam fundamenta hujus caſus & rationes capite decimo tractatus Menachot. Et omnes hæ ordinationes ſunt deciſiones in omnibus locis Miſnæ in quibus harum mentio facta eſt.

יג יום טוב הראשון של חג שחל להיות בשבת כל העם מוליכין את לולביהן לבית הכנסת למחרת משכימין ובאין כל אחד ואחד מכיר את שלו ונוטלו מפני שאמרו חכמים אין אדם יוצא ידי חובתו ביום טוב הראשון של חג בלולבו של חבירו ושאר ימות החג אדם יוצא ידי חובתו בלולבו של חבירו :

13. Primo die feſti tabernaculorum qui incidit in Sabbatum totus populus ramos ſuos deferebant ad Synagogam; altero vero die manè ſurgebant, & *adveniebant, quiſque cognoſcebat eum qui ſuus* erat, & capiebat; nam *Sapientes dixerunt*, non ſatisfacit homo debito ſuo ramo proximi ſui primo die feſti; cæteris vero diebus feſti homo ſatisfacit debito ſuo ramo proximi ſui.

R. OB. DE BARTENORA.

יום טוב הראשון של חג *Die feſti tabernaculorum primo*, nam dicemus impoſterum quod præceptum de ramo Lulab pellit Sabbatum primo die feſti tantum, propterea eò ferebant ramos ſuos è veſpera Sabbathi.

אין אדם יוצא ידי חובתו *Non ſatisfacit homo officio ſuo &c.* quia Levit. 23, 40. dicitur ולקחתם לכם ביום הראשון quod dicit לכם id eſt, *de veſtro*; at ſi proximus ipſi dono dedit, etiam ſub ea conditione ut deindè reddat, donum eſt tamen, & accipiat eum ramum, & ſatisfaciat eo debito ſuo, & deinde reſtituat; at ſi non reſtituat, fit ut ramus in principio raptus, & non ſatisfacit debito ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Levit. 23, 40. ולקחתם לכם ביום הראשון quod ita exponit traditio, לכם id eſt *de veſtro*. Cæterum ſi alicui dono datus fuerit ramus, ſatisfacit debito ſuo, etſi conditionatè datus ſit ut poſtea reſtituatur. Nam fundamentum nobis eſt, quod donum ea conditione datum eſt ut redeat donum, & quod licitum eſt dono dare die feſto.

יד רבי יוסי אומר יום טוב הראשון של חג שחל להיות בשבת ושכח והוציא את הלולב לרשות הרבים פטור מפני שהוציאו ברשות :

14. R. Joſe dicit, ſi primus dies feſti tabernaculorum inciderit in Sabbathum, & oblitus quis fuerit & eduxerit ramum in locum publicum, liber eſt, quia eum eduxit cum permiſſione.

R. OB. DE BARTENORA.

פטור מפני שהוציאו ברשות *Liber eſt quia eduxit eum permiſſione*, hoc intelligendum eſt, ſi non ſatisfecerit debito ſuo quando accepit ramum in tempore eo quo eum eduxit. Cæterum ſi antequam eum eduxerit, debito ſuo ſatisfecerit, tenetur offerre ſacrificium pro peccato, quia hinc & deinceps non amplius occupatus eſt præcepto ad illud faciendum. Sed quomodo deprehenditur quod non ſatisfecit debito ſuo antequam eduxerit eum, quandoquidem elevando ſatisfecit debito ſuo? deprehenditur hoc modo, ſi eum inverterit, nam in his præceptis ſimilibus non ſatisfacit homo debito ſuo, niſi per modum incrementi illius, uti dictum eſt Exod. 26, 15. עצי שטים עומדים quia conſiſtebant eo modo quo creſcunt. Vel etiam, ſi eduxerit eum una cum vaſe, & acceperit eum medio alius rei, eſt modus *vilipendii*, & non eſt recta לקיחה *acceptio*; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc intelligendum eſt ſub ea conditione ut eum educat iterato, aut vaſe educat, quo modo non ſatisfacit debito ſuo. Verum ſi eum abſtulit manu ſua, tenetur offerre ſacrificium pro peccato; nam fundamentum nobis eſt quod elevando eum, ſatisfacit debito ſuo; jam vero quia ſatisfecit, non dicimus quod eum eduxit cum permiſſione; deciſio eſt juxta R. Joſe.

טו מקבלת אשה מיד בנה ומיד בעלה ומחזירתו למים

15. Accipit mulier à *manu filii ſui*, & à ma-

למים בשבת רבי יהודה אומר בשבת מחזירין ביום טוב מוסיפין ובמועד מחליפין קטן היודע לנענע חייב בלולב :

nu mariti ſui, & reddit eum aquis die Sabbathi. R. Jehuda dicit, die Sabbathi reddunt; die feſto addunt, & diebus intermediis feſti mutant. Parvulus qui movere novit ramum, tenetur ad ramum.

R. OB. DE BARTENORA. מקבלת אשה *Accipit mulier*, ramum, at non dicimus quod moveat rem quæ ad eam non pertinet. ומחזרת למים *& reddit aquis*, ne ramus marceſcat. בשבת מחזירין *die Sabbathi reſtituunt*, aquis reſtituunt ramum, quia eum eduxit ab aquis illis hodiè; ſed non addunt, & quanto magis non mutant aquam. ביום טוב מוסיפין *die feſto addunt*, at non mutant, illam aquam effundendo & aliam frigidam affundendo, quia illud eſt opus ad parandum vas. Sed diebus feſti intermediis, benè factum eſt ſi quis mutaverit aquam; deciſio eſt juxta R. Jehudæ. חייב בלולב *tenetur ad ramum*, ad inſtituendum & initiandum puerum juxta verba Scribarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio eſt juxta R. Jehuda.

פרק ד לולב וערבה ו׳ ושבעה ההלל והשמחה שמונה סוכה וניסוך המים ז׳ והחליל ה׳ וששה :

Caput 4. Ramus & ſalix in uſu eſt ſex & ſeptem dies; hymnus & gaudium, octo dies; tabernaculum & effuſio aquæ, ſeptem dies; & tibia quinque & ſex dies.

R. OB. DE BARTENORA.

לולב וערבה *Ramus & ſalix*, ramus ad motitandum illum, & ſalix ad circumdandum altare. ששה ושבעה *ſex & ſeptem dies*, quia interdum pellunt Sabbathum, & tum in uſu erant ſeptem dies; & interdum non pellunt Sabbathum, & non plures quam ſex dies in uſu erant; deinceps vero Miſna hæc exponit הלל *hymnum*, qui totus legitur per integros octo dies, id quod non ita fit in feſto Paſchatis, nam dies feſti tabernaculorum differunt in ſuis ſacrificiis. והשמחה *& gaudium*, ad comedendum carnem ſacrificiorum pacificorum ſtante templo, quemadmodum dicitur Deut. 16, 14. ושמחת בחגך Sed non erat gaudium ſtante templo, niſi quando conſumebantur carnes ſacrificiorum pacificorum, uti dictum eſt Deut. 27, 7. וזבחת שלמים ואכלת שם ושמחת Porro dicit Miſna וסוכה *& tabernaculum*, ad ſedendum in tabernaculo. ונסוך המים *& effuſio aquæ*, in ſacrificiis continuis matutinis per ſeptem dies feſti tabernaculorum. והחליל *& tibia*, in domo hauſtus gaudebant in feſto tabernaculorum, propter honorem aquæ quæ indè hauriebatur ad effundendum, & modulabantur tibiis, & citharis, & hæc lætitia non pellebat Sabbathum, neque diem feſtum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna declarabit omnes has res ſigillatim inferius.

ב לולב שבעה כיצד יום טוב הראשון של חג שחל להיות בשבת לולב ז׳ ושאר כל הימים ו׳ :

2. Ramus ſeptem dies, quomodo? ſi dies feſti primus inciderit in Sabbathum, ramus ſeptem (requirit); at in cæteris omnibus diebus, ſex.

R. OB. DE BARTENORA.

לולב שבעה *Ramus ſeptem*, ad ritum rami perficiendum ſeptem requiruntur dies, quia dies primus pellit Sabbathum, nam ruri ſive in locis finitimis fundamentum Legis obtinet, uti ſcriptum eſt Levit. 23, 40. ולקחתם לכם ביום הראשון Cæterum id quod dicit ושאר כל הימים *& cæteris omnibus diebus*, vult, ſi dies feſti primus inciderit in cæteros ſeptimanæ dies, Sabbathum incidet in dies feſti intermedios, & non propelletur. Immo, etiamſi omnes ſeptem dies de Lege conſtituti ſint ad ferendum ramum in templum; Sapientes tamen decretum ſuum conſtituerunt de cæteris feſti diebus, quandoquidem in locis finitimis non obtinet fundamentum Legis. Sed jus poſtulabat, ut eo etiam tempore ramus pelleret Sabbathum die feſti primo; ſed quemadmodum certo non conſtat nobis conſtitutio diei primi menſis, fieri potuit ut hic dies non ſit primus feſti, propterea non propellimus Sabbathum propter id quod in dubio eſt. Ratio autem quare decreverunt, quod ramus non ſumatur die Sabbathi, cum in aſſumptione illius nullum eſt opus, ſed ſimplex motus, hæc eſt, ne quis eum in manum ſumat, & eat ad peritum quendam ad diſcendam benedictionem, aut modum movendi, & deferat eum quatuor paſſus in loco publico; idem jus buccinæ clangendæ & hiſtoriæ legendæ de Eſthera in Sabbatho.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ramum accipere die primo feſti tenetur quilibet de Lege, & per integros ſeptem dies tenetur eum ſecum ferre in templum, uti dixit Deus Levit. 23, 40. ושמחתם לפני יהוה שבעת ימים quod de lætitia in ſanctuario intelligendum eſt; & addit ולקחתם לכם ביום הראשון etiam in locis terræ finitimis. Ratio autem, quare hoc tempore non accipimus ramum Lulab die Sabbathi primo die feſti, hæc eſt, quia nullam rem innovare licet, ſed ſequi potius conſuetudinem, idcirco non accipiebamus illum extra terram ſanctam die prima quæ incidit in Sabbathum ſtante templo, quia certo non conſtabat nobis dies quem Senatus Jeruſolymitanus conſtituerat pro principio menſis. Cæterum de caſu intercalationis annorum forſan particularem aliquem tractatum componemus, ad exponendum in eo id quod plerique hominibus ignotum eſt maxima ex parte. Ratio autem, quare prohibitum eſt accipere ramum Sabbathi in medio feſti, etiam in templo, hæc eſt, ne quis eum in manum accipiat, & deferat eum quatuor paſſus in locum publicum; at non decernimus ejuſmodi decretum primo die feſti, quia præceptum ejus tanti eſt, ut debitum ſit etiam in locis finitimis; & in toto mundo, uti fundamento ſtatuimus.

SURENHUSIUS. לולב שבעה כיצד *Ramus ſeptem, quomodo?* Cæterum Rabbenu Aſcher legit ששה ושבעה כיצד *ſex & ſeptem, quomodo?* quæ lectio approbatur à Jomtobo; nam quemadmodum capite quinto Miſna prima dicitur חליל חמשה וששה *tibia quinque & ſex*, nimirum ſex dies ſi feſtum incidiſſet in Sabbathum, & quinque ſi in reliquos dies, ſic etiam duabus ſententiis hic rem proponendam eſſe ſtatuit, quia duos admittit caſus.

ג ערבה שבעה כיצד יום שביעי של ערבה שחל להיות בשבת ערבה שבעה ושאר כל הימים ו׳ :

3. Salix ſeptem dies, quomodo? dies ſeptimus ſalicis quando incidit in Sabbathum, erant ſalici ſeptem; at cæteris diebus omnibus, ſex.

R. OB. DE BARTENORA.

יום שביעי של ערבה שחל להיות בשבת וגו׳ *Dies ſeptimus ſalicis qui incidit in Sabbathum &c.* demonſtrationem facit ut conſtet quod ſit præceptum Legis, nimirum traditio Moſis de Sinai, hujus ergo demonſtrationis gratia ordinarunt quod ſeptimus dies rami pellit Sabbathum ſtante templo, nam ſalice circumdabant altare, ſed templo deſtructo tantum fieri ſolet juxta conſuetudinem Prophetarum, eo quod populus ſolebat ſumere ſalicem die ſeptimo feſti citra ſalicem rami, at non benedicebant ſuper ea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicitur de hac ſalice, eſt traditio Moſis de Sinai; ut ſumatur ſalix præter ſalicem rami Lulab; ſolebant autem prophetæ eam ſumere ſine benedictione. Et non dicimus quod pellit Sabbathum die primo, quia caſus illius non erat manifeſtus; ſed dicebant, propter honorem rami quem eo die ſumebant, ſalicem ſumebant. Neque etiam dicimus quod Sabbathum pellit, quod venit in medio feſto, ne dicant quod, quemadmodum ſalix pellit Sabbathum, ſic etiam ramus Sabbathum pellit; ſed jam expoſuimus quod ramus non pellit Sabbathum, quod venit in medio feſto. Sed dicimus quod Sabbathum pellit, quando inciderit in diem ſeptimum, ut memoria ipſius revocetur, & conſtet quod debitum ſit. Sic etiam dixerunt in Gemara, *ad publicandum quod ſit de Lege*; hic autem non timendum eſt, ne deferat cum quatuor paſſus in locum publicum, quia caſus illius traditus erat ſenatui, & legati ſenatus erant homines periti.

ד מצות לולב כיצד יום טוב הראשון של חג שחל להיות בשבת מוליכין את לולביהם להר הבית והחזנים מקבלין מהן וסודרין אותן על גב איצטבא והזקנים מניחין את שלהן בלישכה ומלמדים אותם לומר כל מי שמגיע לולבי בידו הרי הוא לו במתנה למחר משכימין ובאין והחזנין זורקין אותם לפניהם והן מחטיפין ומכין איש את חבירו וכשראו בית דין שבאו לידי סכנה התקינו שיהא כל אחד ואחד נוטל בביתו:

4. Præceptum rami quomodo ſe habebat? primo die feſti tabernaculorum qui incidebat in Sabbathum, ferebant ſuos ramos ad montem templi, & miniſtri eos recipiebant ab illis, & ordinabant eos in ſcamno, & ſeniores ſuos deponebant in conclavi; & docebant eos dicendo, quiſquis attigerit meum ramum manibus ſuis, ipſius erit dono. Sequenti die mane ſurgebant, & veniebant, & miniſtri ſpargebant eos coram illis, & illi rapiebant eos, & alius alium percutiebat; cum autem ſenatus vidiſſet quod periclitarentur, ordinarunt ut quilibet eos ſecum ferret domum.

R. OB. DE BARTENORA. מוליכין את לולביהן להר הבית *Ferebant ramos ſuos ad montem templi*, die primo feſti tabernaculorum qui incidebat in Sabbathum, ferebant ramos ſuos in templi montem à veſpera Sabbathi. החזנים iidem qui שמשים *miniſtri*, qui illic aſſiſtebant & miniſtrabant in commodum cœtus. על גב האצטבא *ſuper ſcamnum*, ſpatium montis templi circumdatum erat ſcamnis ad ſedendum in illis, quæ ſuperius operta erant propter pluviam. והזקנים *& ſeniores*, qui ſolliciti erant ne pellerent eos in craſtinum quando quilibet paratus erat ad capiendum ſuum ramum. ומלמדין *& docebant*, ſenatus docebat totum populum, dicendo, ſi ramus meus inciderit in manum proximi, ipſi erit dono, ne ad ipſum veniat per rapinam, aut mutuationem, quod non decet.

ה מצות ערבה כיצד מקום היה למטה מירושלם ונקרא מוצא יורדין לשם ומלקטין משם מורביות של ערבה ובאין וזוקפין אותן בצדי המזבח וראשיהן כפופין על גבי המזבח תקעו והריעו ותקעו בכל יום מקיפין את המזבח פעם אחת ואומרים אנא יי הושיעה נא אנא יי הצליחה נא רבי יהודה אומר אני והו הושיעה נא ואותו היום מקיפין את המזבח שבעה פעמים בשעת פטירתן מה הן אומרים יופי לך מזבח יופי לך מזבח רבי אליעזר אומר ליה ולך מזבח ליה ולך מזבח:

5. Præceptum ſalicis quomodo ſe habet? locus erat prope Jeruſolymis, qui vocabatur *Moza*; eo deſcendebant, & indè colligebant ramos ſalicis, & elevabant eos in latera altaris, & extremitates inclinatæ erant ſuper altare, buccinabant, clangebant, & buccinabant. Quolibet die circumdabant altare ſemel, & dicebant, *quæſo Domine ſerva nunc, quæſo Domine fac proſperare nunc.* R. Jehuda dicit, *ego & ille ſerva nunc*; & eo die circumdabant altare ſepties. Tempore dimiſſionis eorum quid dicebant? *pulchritudo tibi altari, pulchritudo tibi altari.* R. Elieſer dicit, *Domino & tibi altari, Domino & tibi altari.*

R. OB. DE BARTENORA.

נקרא מוצא *Vocatur Moza*, in Gemara dicunt quod nomen eſt קלניא, uti ego etiam audivi nomen illius eſſe, & ibi invenitur ſalix, eſtque locus parum diſtans à Jeruſolymis. Cæterum קלניא notat immune eſſe à tributo, & propterea dicitur etiam מוצא *excluſum*, quia excluſus erat locus à tributo regis, propter ſalicem quæ indè ſumebatur.

מורביות Sunt rami magni & alti undecim cubitos, quos imponebant fundamento altaris cum capitibus elevatis, & inclinatis ſuper altare ulnam. אני והו *Ego & ipſe*, è numero literarum monſtrat idem quod אנא יהוה *quæſo Domine*; præterea, duo ſunt nomina è nomine ſeptuaginta duarum literarum. Alia expoſitio, notat מי שאני והוא בצרה *quis ego & ipſe in anguſtia*, uti dicitur Pſal. 91, 15. עמו אני בצרה:

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nomen אני *ego* eſt unum ex nominibus Dei, ſic etiam nomen הוא *ipſe*, uti dicunt interpretes; ego vero legi quod notabat id quod dicitur Deut. 32, 39. ראו עתה כי אני אני הוא qui textus tractat de cuſtodia Iſraëlis, ejuſque conſervatione, & ſenſus eſt ac ſi dixiſſet, *tu Domine qui dixiſti, videte jam quod ego, ego ſum ille, ſerva nunc, uti nobis promiſiſti.* Cæterum nonnulli Excellentes doctores dixerunt, quod ſenſus ſit, *quis ego & ipſe in anguſtia, ſerva nunc*! Et hic ſenſus eſt literalis, eſtque id quod Deus dixit Pſal. 91, 15. עמו אני בצרה

SURENHUSIUS. אני והו *Ego & ipſe*, exponit Bartenora duas haſce voces per Gematriam efficere numerum literarum qui continetur in vocibus אנא יהוה *quæſo Domine*, & præterea has eſſe duas voces è nomine ſeptuaginta duarum

rum literarum; vult, Exodi capite decimo quarto reperiuntur tres verſus quorum unuſquiſque comprehendit ſeptuaginta duas literas, qui ſunt decimus nonus, vigeſimus, & vigeſimus primus: & ex his formantur plurima Dei attributa quæ vocantur nomina 72. literarum: ויסע מלאך האלהים ההולך לפני מחנה ישראל וילך מאחריהם ויסע עמוד הענן מפניהם ויעמד מאחריהם ויבא בין מחנה מצרים ובין מחנה ישראל ויהי הענן והחשך ויאר את הלילה ולא קרב זה אל זה כל הלילה: ויט משה את ידו על הים ויולך יהוה את הים ברוח קדים עזה כל הלילה וישם את הים לחרבה ויבקעו המים: quos tres verſus ſi quis literaliter enumeret, comperiet unumquemque continere ſeptuaginta duas literas; & ſi deinceps primam literam educat è verſu primo, & ultimam è verſu medio, & primam ex ultimo, & hoc modo in cæteris, efficietur nomen tetragrammaton & plura alia Dei attributa, nimirum, ו vocis ויסע, ה vocis הלילה, ו vocis ויט, & ſic habebit nomen והו. Verum pronomen אני *ego* formatur hoc modo, א educatur è voce ישראל, & prior נ vocis הענן, & י vocis קדים; ita exponit Jarchi. Cabaliſtæ autem vocibus אני והו notari affirmant תפארת ושכינה *Deum & divinam præſentiam*, eo nimirum in caſu quo הו vocatur תפארת. Cæterum vox defectiva הו non eſt tantæ dignitatis quantæ eſt vox plena הוא; quia in הוא repræſentatur unio Dei perfecta, & gloria ei ſuperimminens, nempe כתר *corona*, deſignata per literam א; vide Pardes Rimmonim 23, 6. Verum vox אני deſignat מלכות *regnum* ſive *dominium Dei*, quatenus illud eſt in unione ſuperna, vel quatenus influxum è ſupernis accipit, docente Soar Paraſcha Noach, ad Gen. 6, 17. Si quis porro hujus conſiderationis Cabaliſticæ majorem elucidationem deſideret, adeat doctiſſimum Jonitobum, & ex eo alios qui hæc ulterius perſequuntur. Sufficit nobis ex his oſtendiſſe quanti Judæi hocce tabernaculorum feſtum myſterioſum fecerint.

ו כמעשהו בחול כך מעשהו בשבת אלא שהיו מלקטין אותן מערב שבת ומניחים אותן בגיגיות של זהב כדי שלא יכמושו רבי יוחנן בן ברוקה אומר חריות של דקל היו מביאין וחובטין אותן בקרקע בצידי המזבח (נ״א ע״ג מזבח) ואותו היום נקרא יום חבוט חריות:

6. Quemadmodum opus ejus erat die profano, ita etiam opus ejus erat die Sabbathi, ſed colligebant ſalices veſperâ Sabbathi, & imponebant eas vaſis aureis, ne marceſcerent. R. Jochanan filius Berokæ dicit, ramos dactylorum adducebant, & percutiebant in ſolo ad latera altaris, & hic dies vocatur *dies percuſſionis ramorum*.

R. OB. DE BARTENORA.

גיגיות *Vaſa aurea*, quæ plena erant aqua: כדי שלא יכמשו *ne putreſcerent*, ſupple folia eorum: חריות dactylorum *ramuli*: מביאין *adducebant*, tam die profeſto quam die Sabbathi, at non ſalicem, quia ſcriptum Levit. 23, 40. כפות תמרים quod duos notat palmarum ramulos, unum pro ramo Lulab, & unum pro altari; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Berokæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jochanan filius Berokæ putat, id quod Scriptura dicit כפות תמרים *ramos palmarum* in plurali, denotare unum pro ramo Lulab, & unum pro altari; at deciſio non eſt juxta R. Jochanan filium Berokæ.

ז מיד התינוקות שומטין את לולביהן ואוכלים אתרוגיהן:

7. Statim parvuli evellebant ſuos ramos, & edebant citrea ſua.

R. OB. DE BARTENORA.

מיד התינוקות היו שומטין את לולביהן *Statim parvuli evellebant ramos ſuos*, majores evellebant ramos parvulorum è manibus eorum; ואוכלין *& comedebant*, majores; אתרוגיהן *citrea eorum*, ſupple parvulorum, & non incurrebant in rapinam hac de cauſa, quia hoc facere ſolebant in gaudium feſti. Alia expoſitio, parvuli projiciebant ramos ſuos de manibus, & comedebant citrea ſua die ſeptimo; at majores non edebant citrea ſua toto illo die, nam quia per partem diei citreum deſtinatum erat præcepto, ideo toto die malum citreum deſtinatum erat præcepto, ut non liceret id comedere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vetitum eſt comedere citreum die ſeptimo, nam fundamentum nobis eſt, quod, quia vetitum comedere in parte diei, vetitum etiam ſit toto die; ideo dicit התינוקות *parvuli*, nam illi non attendunt id quod licitum & non licitum eſt.

ח ההלל והשמחה שמונה כיצד מלמד שחייב אדם בהלל ובשמחה ובכבוד יום טוב האחרון של חג כשאר כל ימות החג סוכה שבעה כיצד גמר מלאכול לא יתיר סוכתו אבל מוריד את הכלים מן המנחה ולמעלה מפני כבוד יום טוב האחרון של חג:

8. Hymnus & lætitia octo dies, quomodo? docet, quod homo tenetur ad hymnum, & lætitiam, & honorem diei ultimi feſti, quemadmodum ad cæteros dies feſti. Feſtum tabernaculi ſeptem, quomodo? quando comeſtioni finem impoſuerit, non deſtruet tabernaculum ſuum; ſed vaſa educet, indè à tempore ſacrificii Minchæ & deinceps, propter honorem ultimi diei feſti.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יתיר סוכתו *Non diſſolvet tabernaculum ſuum*, ſcil. ligamentum tabernaculi ſui non ſolvet ad diruendum illud, quia debitum illius durat totum diem; ſed educet ex eo vaſa pulchra ac ſtrata, quæ in eo poſita ſunt. מפני כבוד יום טוב האחרון *propter honorem ultimi diei feſti*, indè conſtat quod parant locum in quo comedent nocte.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Deut. 16, 15. והיית אך שמח diximus autem quod hæc verba veniunt ad *multiplicandum* lætitiam diei ultimi feſti.

SURENHUSIUS. Argumentum הלל *hymni* continetur in Pſalmo centeſimo decimo tertio & quinque ſequentibus, qui integri in feſto tabernaculorum decantabantur. His coronidis loco addebant hæc ſequentia: יהללוך יהוה אלהינו כל מעשיך וחסידיך וצדיקים עושי רצונך ועמך בית ישראל כלם ברנה יודו ויברכו וישבחו ויפארו את שם כבודך כי לך טוב להודות ולשמך נעים לזמר ומעולם ועד עולם אתה אל ברוך אתה יהוה מלך מהלל בתשבחות:

ט ניסוך המים כיצד (ירושלמי שבעה) צלוחית של זהב מחזקת שלשת לוגים היה ממלא מן השילוח הגיעו לשער המים תקעו והריעו ותקעו עלה בכבש ופנה לשמאלו שני ספלים של כסף היו שם רבי יהודה אומר של סיד היו אלא שהיו מושחרין פניהם מפני היין ומנוקבין כמין בי חוטמין דקין אחד מעובה ואחד דק כדי שיהיו שניהם כלין בבת אחת מערבי של מים מזרחי של יין עירה של מים לתוך של יין ושל יין לתוך של מים יצא רבי יהודה אומר בלוג היה מנסך כל שמנה ולמנסך אומרים לו הגבה ידך שפעם אחת ניסך אחד על גבי רגליו ורגמוהו כל העם באתרוגיהן :

9. Effuſio aquæ quomodo ſe habebat? amphoram auream quæ continebat tres Logos implebat è Siloach; dum perveniebant ad portam aquæ, buccinabant, clangebant, & buccinabant, aſcendebat gradus, & vertebat ſe ad ſiniſtram; duæ pelves argenteæ illic erant. R. Jehuda dicit, ex calce erant, ſed facies habebant nigras propter vinum, & perforatæ ut exigua foramina duo, unum erat latum, alterum anguſtum, ut ambo eodem tempore conſumerent. Ea quæ ad occidentem, erat aqua impleta, quæ vero ad orientem, vino, impleta erat. Si aquam infudiſſet in eam quæ vinum continere debebat, aut vinum infudiſſet in eam quæ aquam continere debebat, ſatisfaciebat debito ſuo. R. Jehuda dicit, unum Logum omnes octo dies fundebat; & ei qui fundebat, dicebant, *leva manum tuam*, nam aliquando fundebat ſuper pedes ſuos, & totus populus eum petebat citreis ſuis.

R. OB. DE BARTENORA.

מן השילוח *E Siloach*, eſt fons quidam extra Jeruſolymam. מחזקת ג׳ לוגים *continens tres Logos*, hæc minima quantitas libaminum erat quarta pars Hin pro quolibet agno. לשער המים *ad portam aquæ*, ſic vocatur una è portis atrii, quia indè colligebant amphoram aquæ libaminis feſti tabernaculorum.

תקעו הריעו ותקעו *Buccinabant, clangebant, buccinabant*, eo quod ſcriptum eſt Jeſ. 12, 3. ושאבתם מים בששון Pergit autem, dicendo, עלה בכבש *aſcendebat gradus*, qui erant in latere meridionali aræ. ופנה לשמאלו *& vertebat ſe ad ſiniſtram ſuam*, quia libamina fiebant in cornu occidentali meridionali, & quando vertebat ſe ad ſiniſtram ſuam, primum erat cornu ipſi obvium שהיו משוחרין פניהם מפני היין *quod nigræ erant facies earum propter vinum*, ita ut ſimiles eſſent argento quod nigrius eſt calce. כמין בי חוטמין דקין *ut duo foramina tenuia*, unum foramen in qualibet pelve, & ſacerdos fundebat aquam in quamlibet pelvim, & libamina diffluebant per foramina ſuper tectum aræ; erat etiam in altari foramen per quod aqua effluebat & vinum ad fundamenta altaris, quod erat perforatum & profundum admodum. אחד מעובה ואחד דק *unum denſum & unum tenue*, unum è foraminibus erat craſſum & latum per quod effluebat vinum, & alterum tenue per quod effluebat aqua. שיהיו כלין שניהן בבת אחת *ut ambo eodem tempore conſumerent*, nam aqua citius quam vinum effluit, quia vinum craſſius eſt & commoratur inter effluendum, idcirco foramen per quod diffluebat vinum erat craſſius, quam id per quod diffluebat aqua, ut eodem tempore fluxum liquoris perficerent. Sic noſtra exemplaria habent מערבי של מים מזרחי של יין *occidentalis continebat aquas, orientalis vero vinum*, pelves erant circa cornu, ſibi propinquæ, una ad latus occidentale, & altera interior illâ ad latus orientale. רבי יהודה אומר וגו׳ *R. Jehuda dicit &c.* in duabus cauſis contradicit quod ad tres Logos, & quod ad ſeptem dies de quibus locutus eſt doctor primus, dicit ergo R. Jehuda, quod etiam octavo die libabant aquam; at deciſio non eſt juxta R. Jehuda. הגבה את ידך *eleva manum tuam*, ut videamus quod aquam immittis in pelvim, nam Sadducæi non credebant libamen aquæ, nam ſemel Sadducæus aliquis effuderat aquas ante pedes ſuos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pelvis quæ aquis implebatur, erat tenuior eâ quæ implebatur vino, quia vinum erat craſſius aqua. R. Jehuda dicit quod Logum aquæ tantum fundebat omnes octo dies feſti, nam fuſio aquæ eſt traditio Moſis de Sinai; Et comprehendit alluſiones in Lege occultas, & illi qui non credunt Legi orali, non credunt libamen aquæ. Propterea, ſi aquas ſuper pedes fuderit, *petebat eum citreis ſuis populus*, quia habebatur Sadducæus, qui non credebat libamen aquæ.

י כמעשהו בחול כך מעשהו בשבת אלא שהיה ממלא מערב שבת חבית של זהב שאינה מקודשת מן השילוח ומניחה בלישכה נשפכה או נתגלתה היה ממלא מן הכיור שהיין והמים המגולין פסולים לגבי המזבח :

10. Quemadmodum opus illius erat die profeſto, ſic etiam opus illius erat die Sabbathi, niſi quod implebant indè à veſpera Sabbathi vas aureum quod non erat ſanctificatum (aquis) è Siloach, quod ponebatur in conclavi quodam. Si effuſum eſſet, aut detectum, implebat illud aqua labri, quia vinum & aqua detecta illegitima ſunt ad altare.

R. OB. DE BARTENORA. חבית שאינה מקודשת *Vas quod non eſt ſanctificatum*, quod nondum initiatum erat ad miniſterium altaris, nam ſi vas ſanctificatum adduxiſſent, aqua eſſet illegitima, quia ſuper eam tranſierat nox, nam vaſa miniſterii ſanctificant, uti ſcriptum eſt Exod. 30, 29. כל הנוגע בהם יקדש quicquid autem ſanctificatum eſt ſanctitate corporali, ineptum fit pernoctatione. היה ממלא מן הכיור *implebat aquis lavacri*, etſi aqua labri jam ſanctificata eſſet pro vaſe miniſterii, & ſanctificaviſſet aquam quæ in eo continetur, talis aqua tamen non fit inepta propter pernoctationem, nam veſperi demittebant labrum in puteum uti dicitur in tractatu Joma. היין והמים מגולין פסולים לגבי מזבח *vinum & aqua inepta ſunt ad altare*, hæc ratio eſt, quia ſi detectum fuerit vas, adimplet illud aqua labri, at non libat eam, eo quod detecta inepta eſt ad altare.

פרק ה החליל הי׳ וו׳ זהו החליל של בית השואבה שאינה דוחה לא את השבת ולא את

יום

Caput 5. Tibia ſonabat quinque & ſex dies, hæc eſt tibia Domus hauriendi, quæ neque Sabbathum neque diem feſtum pellit. Dixerunt, qui-

יום טוב אמרו כל מי שלא ראה שמחת בית השואבה לא ראה שמחה מימיו :

quicunque non viderit lætitiam Domus haurien- di, non vidit lætitiam per totam ſuam vitam.

R. OB. DE BARTENORA.

חליל *Tibia*, erant eo tempore multa genera inſtrumentorum muſicorum, quia vero tibia magis audiebatur quam alia inſtrumenta, omnia dixerunt nomine tibiæ. חמשה וששה *quinque & ſex*, interdum tibia ſonabat quinque dies, interdum ſex, ſi dies primus feſti incidiſſet in Sabbathum, tibia ſonabat ſex dies; at ſi in reliquos ſeptimanæ dies incidiſſet, tibia ſonabat quinque dies, quia non pellebat Sabbathum, neque diem feſtum. שמחת בית השואבה *lætitia domus hauriendi*, nam tota ea lætitia fiebat ſuper hauſtum aquarum libaminis, idcirco vocabatur *lætitia domus hauriendi*, uti dictum eſt Jeſ. 12, 3. ושאבתם מים בששון.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חלול *Tibia*, eſt inſtrumentum muſicum, & Arabicè vocatur מזמאר, erant autem multa genera inſtrumentorum muſicorum; nam non attribuebatur huic tibiæ omnis elegantia muſicæ niſi quod principale erat inſtrumentum.

בית השואבה *Domus hauriendi*, eſt nomen loci in quo parabant aquas pro feſto tabernaculorum, & eo nomine vocabatur, quia indè hauriebantur aquæ, uti ſcriptum eſt Jeſ. 12, 3. ושאבתם מים בששון.

ב במוצאי יום טוב הראשון של חג ירדו לעזרת נשים ומתקנין שם תיקון גדול ומנורות של זהב היו שם וארבע ספלים של זהב בראשיהן וארבע סולמות לכל אחד ואחד (נ"א על כל מנורה ומנורה) וארבעה ילדים מפירחי כהונה ובידיהם כדים של שמן של מאה ועשרים לוג (ס"א) שהן מטילין לכל ספל וספל :

2. Egrediente die primo feſti tabernaculorum, deſcendebant ad atrium mulierum, & præparabant illic magnam præparationem, erantque ibidem candelabra aurea cum quatuor pelvibus aureis in capitibus ſuis, & quatuor ſcalæ pro quolibet, & quatuor ſacerdotes juniores è flore ſacerdotii, in manibus eorum erant canthari olei centum & triginta logorum quos immittebant in quamlibet pelvim.

R. OB. DE BARTENORA.

תקון גדול *Præparationem magnam*, altare circumdabant trabibus, mulieres autem ſtabant ſuperius, at viri inferius, ne levitatem ſive ſuperbiam capitis inter ſe committerent. בראשיהן *in capitibus eorum*, in capite cujuſlibet candelabri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תקון גדול *Præparationem magnam*, magnæ utilitatis, parabat enim populus loca pro viris, & loca pro mulieribus, loca mulierum vero erant ſupra loca virorum, ut viri non adjicerent animum ad mulieres. Cæterum quando depingam atrium integrum ſuo loco, exponam tibi atrium mulierum, & reliqua loca.

ג מבלאי מכנסי כהנים ומהמייניהן מהן היו מפקיעין ובהן היו מדליקין ולא היה חצר בירושלים שאינה מאירה מאור בית השואבה :

3. E detritis braccis ſacerdotum eorumque cingulis conficiebant convoluta fila, quæ incendebant. Cæterum non erat atrium Jeruſolymis quod non lucebat luce domus hauriendi.

R. OB. DE BARTENORA. בלאי מכנסי כהנים *Detritæ braccæ ſacerdotum*, braccæ ſacerdotum quæ longo uſu detritæ erant. ומהמייניהן *& cingulis*, detritis etiam, nam אבנט Targum interpretatur המיינא. Cæterum מפקיעין ſunt rupta veſtimentorum fruſta ad faciendum fila convoluta. שאינה מאירה *quod non lucebat*, quia candelabra alta erant quinquaginta ulnas, & mons templi quoque altus erat, ita ut lux oriretur in totam civitatem.

ד חסידים ואנשי מעשה היו מרקדים לפניהם באבוקות של אור שבידיהן ואומרים לפניהן דברי שירות ותושבחות והלוים בכינורות ובנבלים ובמצלתים ובחצוצרות ובכלי שיר בלא מספר על חמשה עשר מעלות היורדות מעזרת ישראל לעזרת נשים כנגד חמשה עשר שיר המעלות שבתהלים שעליהן לוים עומדין בכלי שיר ואומרים שירה ועמדו שני כהנים בשער העליון שיורד בעזרת ישראל לעזרת נשים ושתי חצוצרות בידיהן קרא הגבר תקעו והריעו ותקעו הגיעו למעלה עשירית תקעו והריעו ותקעו הגיעו לעזרה תקעו והריעו ותקעו היו תוקעין והולכין עד שמגיעין לשער היוצא מזרח (ס"א ממזרח) הגיעו לשער היוצא ממזרח הפכו פניהן למערב ואמרו אבותינו שהיו במקום

4. Pii & homines expertiſſimi ſaltabant coram ſpectatoribus cum facibus lucentibus quas in manibus habebant, & dicebant coram illis verba canticorum, & laudis, & Levitæ cum citharis, & nabliis, cum cymbalis, & buccinis, ac inſtrumentis muſicis innumeris, in quindecim gradibus deſcendentibus ab atrio Iſraëlis ad atrium mulierum, reſpondentibus quindecim gradibus cantici de quo in Pſalmis, quibus Levitæ inſiſtebant cum inſtrumentis muſicis, & canticum dicebant. Et duo ſacerdotes ſtabant in porta alta deſcendente ab atrio Iſraëlis ad atrium mulierum, cum duabus buccinis in manibus. Si cantaſſet gallus, buccinabant, clangebant, & buccinabant, & ſi perveniebant ad decimum gradum, buccinabant, clangebant, buccinabant, ſi perveniſſent ad atrium, buccinabant, clangebant, buccinabant, ibant buccinantes donec perveniſſent ad portam quæ exibat ad orientem. Si perveniſſent ad portam quæ exibat ab oriente, vertebant facies ſuas ab oriente ad occidentem, & dicebant, *patres noſtri qui fuerunt in*

במקום הזה אחוריהם אל היכל ופניהם קדמה והמה משתחוים קדמה לשמש ואנו ליה עינינו רבי יהודה אומר היו שונין ואומרין אנו ליה וליה עינינו :

in hoc loco, vertebant terga ſua ad templum, & facies ſuas ad orientem, & incurvabant ſe ad orientem ſolis, nos autem quod attinet, ad Dominum ſunt oculi noſtri. R. Jehuda dicit, repetebant & dicebant, nos ad Dominum & ad Dominum oculi noſtri.

R. OB. DE BARTENORA.

באבקות של אור *Facibus lucis*, quatuor facibus aut octo, unam ſurſum emittebat, alteram recipiebat. דברי שירות והשבחות *verba cantici & laudis*, nonnulli dicebant, *beata juventus noſtra quod non pudore affecit ſenectutem noſtram*, & illi erant homines pii & virtute eminentes; alii dicebant, *beata ſenectus noſtra, quæ condonavit juventuti noſtræ*, illi erant contriti corde; & hi & illi dicebant, *beatus qui non peccavit, & qui peccavit & condonatum fuit illi.* שעליהן לוים עומדים ואומרים שירה *quibus inſiſtebant Levitæ; & dicebant canticum*, in lætitia Domus hauriendi; ſed ſuggeſtus in quo conſiſtebant ad canendum canticum ſacrificale, erat propè altare. תקעו הריעו ותקעו *buccinabant, clangebant, buccinabant*, hoc ſignum erat quod implebant amphoras aquis ad libandum, è Siloach. הגיעו לעזרה *ſi perveniſſent ad atrium*, ad ſolum atrii mulierum. הפכו פניהם למערב *verterunt facies ſuas ad occidentem*, ad latus atrii & templi, ad dicendum illa verba. שונין ואומרין *repetebant & dicebant*, nos Domino incurvamus, & gratias agimus pro præteritis; Dominum expectant oculi noſtri in futurum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicit אנו ליה וליה עינינו *nos ad Dominum, & ad Dominum oculi noſtri*, abruptè loquitur; at quod dicebat ita erat, nos Domino incurvamus, & oculi noſtri Dominum exſpectant.

ה אין פוחתין מעשרים ואחד תקיעות במקדש ואין מוסיפין על ארבעים ושמנה בכל יום היו שם עשרים ואחת תקיעות במקדש (ירולי"ג) ג' לפתיחת שערים ותשע לתמיד של שחר ותשע לתמיד של בין הערבים ובמוספין היו מוסיפין עוד תשע ובערב שבת היו מוסיפין עוד ו' ג' להבטיל העם ממלאכה וג' להבדיל בין קדש לחול ערב שבת שבתוך החג היו שם ארבעים ושמונה ג' לפתיחת שערים ג' לשער העליון ושלשה לשער התחתון וג' למלוי המים וג' על גבי מזבח תשעה לתמיד של שחר ותשע לתמיד של בין הערביים ותשע למוספין ג' להבטיל את העם מן המלאכה ושלשה להבדיל בין קדש לחול :

5. Non diminuebant de viginti & una buccinatione in templo, nec addebant ultra quadraginta & octo. Quolibet die fiebant in templo buccinationes viginti & una, tres ad aperiendum portas, & novem pro ſacrificio jugi matutino, & novem pro ſacrificio jugi veſpertino. Sed in ſacrificiis additiis addebant inſuper novem. Veſperi Sabbathi addebant inſuper ſex, tres ad arcendum populum ab opere, & tres ad ſeparandum inter ſanctum & profanum. Veſperi Sabbathi in medio feſti tabernaculorum erant quadraginta & octo, tres ad aperiendum portas, tres ad portam ſuperiorem, & tres ad portam inferiorem, & tres ad implendum aquam, & tres ſuper altare, novem pro ſacrificio continuo matutino, & novem pro ſacrificio continuo veſpertino, & novem pro ſacrificiis additiis, tres ad arcendum populum ab opere, & tres ad ſeparandum inter ſanctum & profanum.

R. OB. DE BARTENORA.

ג' לפתיחת שערים *Tres ad aperiendum portas*, quandò aperiebant portas atrii, buccinabant, clangebant, & buccinabant, & has actiones enumerat pro tribus buccinationibus.

ותשע לתמיד של שחר *Et novem pro ſacrificio jugi matutino*, quando libabat libamen matutinum, Levitæ cantabant, & ter interrumpebant, & in qualibet interruptione ſacerdotes buccinabant tres buccinationes, quas hic enumerat auctor pro tribus; & populus ſe incurvabat, ecce ſunt novem buccinationes.

להבטיל העם ממלאכה *Ad arcendum populum ab opere*, prima buccinatio fiebat ut populus, qui erat in agro, relinqueret opera ſua; ſecunda fiebat ut removerent tabulas, & occluderent tentoria ſua; tertia fiebat ut omnia removerentur, & conderent calida, & incenderent candelabra.

וג' להבדיל בין קדש לחול *Et tres ad ſeparandum inter ſanctum & profanum*, poſt primas buccinationes tam diu exſpectabant ut piſciculus aſſari poſſet, & tum buccinabant, clangebant, & buccinabant, quæ tres ultimæ buccinationes fiebant ad publicandum quod dies jam ſanctificatus erat; & Sabbathum intraverat. ג' לפתיחת שערים *tres ad aperiendum portas*, atrii, quas buccinabant quotidie. וג' לשער העליון *& tres ad portam altam*, quemadmodum ſupra diximus Miſna 4. *Et duo ſacerdotes ſtabant, ſi clamabat vir quidam, buccinabant, clangebant, buccinabant.* וג' לשער התחתון *& tres ad portam humilem*, uti dictum Miſna 5. *Si perveniſſent ad ſolum, buccinabant, clangebant, buccinabant*, & dilatabant buccinationes donec perveniſſent ad portam humilem, uti Miſna ibidem dixit, incedebant buccinando, donec perveniſſent ad portam quæ exit ab oriente; ideo vocavit tres ad portam humilem; & tres illas quæ fiebant ad gradum decimum non enumerat, quia hic doctor eſt in eadem ſententia cum R. Elieſere filio Jacobi, qui dixit quod non buccinabant ad decimum gradum. וג' למלואי המים *& tres ad impletiones aquarum*, poſtquam aquas hauſerant è fonte, & veniſſent ad atrium per viam portæ aquarum, buccinabant, clangebant, & buccinabant. ג' על גבי המזבח *tres ſuper altare*, quemadmodum Miſna dixit capite antecedenti de ramo & ſalice, *elevabant*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואין מוסיפין על מ"ח *Et non addebant ultra quadraginta octo*, id eſt, pro maxima parte, nam quibuſdam annis accidere poteſt, ut detur dies in quo habentur quinquaginta & ſeptem buccinationes, & hoc quando veſpera Paſchatis incidit in Sabbathum, id quod jam dixi tibi in tractatu Peſachim, Paſcha mactari in tribus ſodalitiis; ubi porro dicitur, *ſi intrabat primum ſodalitium, buccinabant, clangebant, buccinabant*; & præterea, *legebant hymnum, & ſi abſolviſſent eum, repetebant, & ſi ſecundò eum abſolviſſent, tertiò repetebant.* Undè ſequitur quod tres erant buccinationes, quoties dicebat hymnum, in tribus ſodalitiis viginti & ſeptem buccinationes, & octodecim in duobus ſacrificiis jugibus, & novem in ſacrificiis additiis Sabbathi, & tres ad aperiendum portas; nam in templo non poterat haberi major numerus buccinationum quam hic.

vabant eos in altare, buccinabant, clangebant, buccinabant; Sed doctor noſter hic non adducit caſum, quando in Sabbathum inciderit veſpera Paſchatis, quia Paſcha mactabatur in tribus ſodalitiis, & illic multæ dabantur buccinationes, quia non adeo ordinarium erat ut veſpera Paſchatis incideret in Sabbathum. Et hoc vult quando dicit, & non addebant ultra quadraginta & octo, quod non ſtrictè accipiendum eſt, nam veſperâ Paſchatis quæ incidebat in Sabbathum, aliquando addebant ad quinquaginta & ſeptem buccinationes uſque.

ו יום טוב הראשון של חג היו שם שלשה עשר פרים ואלים שנים ושעיר אחד נשתיירו שם ארבעה עשר כבשים לשמונה משמרות ביום הראשון ו׳ מקריבין ב׳ ב׳ והשאר אחד אחד בשני חמשה מקריבין ב׳ שנים והשאר אחד אחד בג׳ ארבע מקריבין שנים שנים והשאר אחד אחד ברביעי שלשה מקריבין שנים שנים והשאר אחד אחד בחמישי שנים מקריבין שנים שנים והשאר אחד אחד בששי אחד מקריב שנים והשאר אחד אחד בשביעי כולן שוין בשמיני חזרו לפיים כברגלים אמרו מי שהקריב פרים היום לא יקריב למחר אלא חוזרין חלילה :

6. Die primo feſti tabernaculorum erant tredecim juvenci (ſacrificii addititii) & duo agni, & unus hircus. Remanebant quatuordecim agni pro octo cuſtodiis. Die primo ſex offerebant, quælibet duos, & duarum reſiduarum quælibet unum offerebat. Secundo die offerebant quinque, quælibet duos, reſiduarum vero quælibet unum. Tertio die quatuor offerebant, quælibet duos, reſiduarum vero, quælibet unum. Quarto die tres offerebant quælibet duos, reſiduarum vero quælibet unum. Quinto die duæ offerebant, quælibet duos, & reſiduarum quælibet unum. Sexto die una offerebat duos, reſiduarum vero quælibet unum. Septimo die omnes erant æquales. Octavo die redibant ad ſortes, quemadmodum in feſtis magnis. Dixerunt, ea quæ hodie obtulit juvencos, non offeret cras, nam per gyrum ſequebantur.

R. OB. DE BARTENORA.

יום טוב הראשון *Dies feſtus primus*, viginti quatuor cuſtodiæ ſacerdotii erant in templo, *& omnes aſcendebant ad feſta magna, & participabant de ſacrificiis quæ propter feſtum offerebantur. Sed ſedecim* cuſtodiæ offerebant ſedecim beſtias, quæ ſunt tredecim juvenci, & duo arietes, ac unus hircus, remanebant octo cuſtodiæ pro quatuordecim agnis, ſex cuſtodiæ ex octo ſingulæ offerebant duos agnos, qui in totum ſunt duodecim agni, reliquæ verò duæ cuſtodiæ quæ remanebant, ſingulæ offerebant agnum unum.

בשני *Secundo*, die, diminuebant unum juvencum, & remanebant novem cuſtodiæ pro quatuordecim agnis, quinque ſingulæ offerebant duos, qui ſunt decem. והשאר *& reſiduæ*, nempe quatuor cuſtodiæ reſiduæ ſingulæ offerebant agnum unum.

בשלישי *Tertia die*, quo inſuper unum juvencum diminuebant, & remanebant decem cuſtodiæ pro quatuordecim agnis, quatuor cuſtodiæ offerebant ſingulæ duos agnos, qui in totum erant octo; reliquæ vero ſingulæ unum agnum, ſex agnos pro ſex cuſtodiis.

בשביעי כלן שוין *Septimo omnes erant æquales*, omnes cuſtodiæ ſine diſcrimine offerebant agnos, nam ſingulæ offerebant unum agnum, quia non plures quàm ſeptem erant juvenci, duo agni, & unus hircus pro decem cuſtodiis, remanebant quatuor pro quatuordecim agnis.

בשמיני חזרים לפיים כברגלים *Die octavo redibant ad ſortes uti in feſtis magnis*, unum juvencum & ſeptem agnos quos offerebant octavo die, non offerebant juxta ordinem ſacrificiorum dierum feſtorum tabernaculorum, juxta ordinem *cuſtodiarum*, ſed omnes cuſtodiæ jaciebant ſortes, uti jaciebant in cæteris feſtis. Ordo ſortium expoſitus eſt in tractatu Joma capite 2. אמרו וגו׳ *dixerunt &c*, cuſtodia illa quæ uno die offerebat juvencos, non offerebat altero die juvencos, quia cuſtodiæ quæ obtulerant die præcedenti agnos, non relinquebantur, ſed in orbem redibant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt ſi quis noſcat hæc fundamenta, quorum primum eſt, quod cuſtodiæ ſacerdotum erant viginti quatuor, & quod omnes aſſiſtebant in feſtis. Secundum eſt, quod ſacrificia quatuordecim agnorum, duorum arietum, & hirci unius fiebant quotidie in ſeptem diebus feſti tabernaculorum. Cæterum die primo addebatur ultra id quod diximus, *tredecim juvenci erant; Die vero ſecundo duodecim juvenci; tertio die undecim juvenci.* Et ſic diminuebant unum poſt alterum, donec ſacrificia diei ſeptimi eſſent ſeptem juvenci, duo arietes, & unus hircus, ac quatuordecim agni, quæ omnes ſunt viginti quatuor beſtiæ, juxta numerum cuſtodiarum, quælibet cuſtodia offerebat unam beſtiam. Et hoc notat auctor quando dicit, *ſeptimo die omnes erant æquales*, quia nulla cuſtodia duas offerebat beſtias. Cæteris vero diebus feſti tabernaculorum, quælibet cuſtodia offerebat unum juvencum, & altera offerebat hircum, & duæ cuſtodiæ pro duobus arietibus. Reſiduæ vero quæ remanebant de numero cuſtodiarum, dividebant quatuordecim agnos, è quibus erat una quæ offerebat duos agnos, bis, alia quæ offerebat unum, uti dictum eſt, donec æqualis fieret numerus. Numerus vero horum ſacrificiorum clarè conſtat ex Lege. Cæterum dicitur hoc loco אחד שנים in maſculino de cuſtodiis, quamvis משמרה & משמרות ſit fœmininum, quia ad caput cuſtodiæ refertur, quemadmodum vocantur in tota Miſna, Jehojaryb, Jedaya. Sed fieri poteſt ut numerando inſiſtat voci משמר, quæ maſculina eſt.

ז בשלשה פרקים בשנה היו כל המשמרות שוות באימורי הרגלים ובחילוק לחם הפנים בעצרת אומרים לו הילך מצה הילך חמץ משמר שזמנו קבוע הוא מקריב תמידין נדרים ונדבות ושאר קרבנות ציבור ומקריב את הכל יום טוב הסמוך לשבת בין מלפניה בין לאחריה היו כל המשמרות שוות בחילוק לחם הפנים :

7. Tribus anni temporibus omnes cuſtodiæ erant æquales, in ſacrificiis feſtorum magnorum, in diſtributione panis facierum, in feſto ſeptimanarum dicebant ſacerdoti, hic tibi azymus, hic tibi fermentum; cuſtodia cujus tempus determinatum eſt, offerebat ſacrificia jugia, vota, & oblationes ſpontaneas; reliqua vero ſacrificia cœtus offerebat omnia. Die feſto Sabbatho proximo, tam ante quam poſt ipſum, omnes cuſtodiæ erant æquales in diſtributione panis facierum.

R. OB. DE BARTENORA.

באמורי הרגלים *In ſacrificiis feſtorum magnorum*, in eo quod dicitur de feſtis magnis, nimirum, de oblationibus adipum in feſtis dictis. כל המשמרות שוות *omnes cuſtodiæ erant æquales*, ut, pectus, crus ſacrificiorum pacificorum Chagigæ, quæ offerebat quælibet; & pelles ſacrificiorum holocauſtorum apparitionis, & ſacrificiorum cœtus additiorum, nec non hircorum ſacrificii pro peccato.

ובחלוק לחם הפנים *Et diſtributione panis facierum*, quando Sabbathum incidebat in feſtum, nam in Sabbatho primum auferebant & aliud inſtituebant, uti dictum eſt Levit. 24, 8. ביום השבת יערכנו.

ובעצרת אומרים לו וגו׳ *Et in feſto ſeptimanarum dicebant illi &c.* quando feſtum ſeptimanarum incidebat in Sabbathum, fiebat in eo diſtributio panis azymi duplicis, & diſtributio panis facierum azymi; *& dicebant illi*, unicuique, quando ipſi dabant ſuam partem panis facierum, dicebant, *hic habes azymum.* Quando autem ipſi dabant ſuam duorum panum, dicebant, *hic habes fermentum*, quia nullum ſacrificium diſtribui poteſt pro altero, dando uni de uno, & alteri de altero; ſed de quolibet ſacrificio quiſque ſumebat portionem ſuam, quemadmodum ſequitur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 7, 10. לכל בני אהרן תהיה איש כאחיו idcirco notum faciebant illis ut darent illi ſuam partem, ſive fermentatam ſive azymam.

משמר שזמנו קבוע *Cuſtodia cujus tempus definitum eſt*, ad miniſtrandum hac ſeptimana qua veniebat ſacrificium. מקריב תמידין *offerebat ſacrificia jugia*, eo quod non veniebant propter feſtum. נדרים ונדבות *vota & oblationes ſpontaneæ*, quæ quis promiſerat in fine anni, ſed adducebat in feſto.

ושאר קרבנת צבור *Et reliquæ oblationes cœtus*, denotatur juvencus quem offert cœtus propter errorem occultum, & hirci ob errorem ſenatus in caſu idololatriæ, quando maxima pars cœtus juxta ſententiam eorum fecerit, & hoc factum fuerit in feſto, cuſtodia, quam tangebat ordo illius ſeptimanæ, offerebat ejuſmodi ſacrificium.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

בשלשה פרקים *Tribus temporibus*, tribus magnis feſtis, at in feſto ſeptimanarum erat in templo panis azymus, uti præcepit Deus Levit. 23, 17. ממושבותיכם תביאו לחם תנופה Panis vero facierum erat azymus, & quando feſtum incidebat in Sabbathum, diſtribuebant inter ſacerdotes azymum & fermentatum panem.

שוות באמורי רגלים *Æquales in ſacrificiis feſtorum magnorum*, id eſt, in ſacrificiis de quibus in feſtis magnis æqualiter comedebant, & quod comburendum erat, id offerebant in ſocietate, quemadmodum dictum eſt. ומשמר שזמנו קבוע *& cuſtodia cujus tempus definitum eſt*, eſt ea cuſtodia quam ſolam tangebant vices illius ſeptimanæ; etſi in ea non eſſet feſtum.

ושאר קרבנות הצבור *Et reliqua ſacrificia cœtus*, ad denotandum juvencum à cœtu adducendum, quando erraverant in aliquo Legis caſu illis ignoto; cujuſmodi caſus etiam exponetur in tractatu Horayot. Dicit porro, מקריב את הכל *offerebat omnia*, ad denotandum ſacrificia quæ comburenda erant in æſtatem altaris, quando deerant alia ſacrificia quæ plerumque offerebantur ex votis, & oblationibus ſpontaneis; ſed jam expoſuimus id ipſum cap. 4. tractatus Schekalim.

יום טוב סמוך לשבת בין לפניה בין לאחריה *Dies feſtus Sabbatho proximus, ſive ante ſive poſt illud*, id eſt, quando dies feſti primus incidiſſet in diem primum ſeptimanæ, omnibus cuſtodiis æqualiter diſtribuunt panem facierum die Sabbathi, qui erat veſpera feſti, etſi tempus non inciderit ita ut cuſtodiæ ſint æquales. Et hæc eſt conſtitutio, quia anticipabant introitum miniſteriorum ante ſtatutum tempus. Sic etiam ſi ultimus feſti dies incidiſſet in diem ſextum, diſtribuebant panem facierum æqualiter ſequenti die Sabbathi, etſi feſtum jam eſſet finitum. Et hoc fiebat ex conſtitutione, nam ſi commoratus eſſet ullus homo ex illa cuſtodia quominus ad miniſterium accederet, relinquebatur reſiduus quidam ex illa cuſtodia ad ſupplendum illius locum.

מקריב את הכל *Offerebat omnia*, notat quod comburebatur in altari oblatio quando vacabat ab aliis ſacrificiis, quando abſolutum erat ſacrificium juge, & non offerebantur vota, nec oblationes ſpontaneæ, ſumebant de pecuniis ex reliquiis ærarii, quibus emebant holocauſta quæ offerebant, erantque oblationes cœtus ſpontaneæ. Et has oblationes, ſi in feſto ſacrificabantur, offerebat cuſtodia illa quam tangebat ordo ſeptimanæ illius. בין מלפניה בין לאחריה *ſive ante ipſum ſive poſt ipſum*, ſi dies feſtus veniat poſt Sabbathum, etſi Sabbathum non eſſet in medio feſti, nihilominus, quia neceſſe erat anticipare adventum illius à veſpera Sabbathi propter diem feſtum, quia in Sabbatho offerri non poterant, tamen diſtribuunt panem. Sic etiam, ſi dies octavus veniat ante Sabbathum in veſpera Sabbathi, etſi Sabbathum non ſit in medio feſti, diſtribuunt tamen portionem panis facierum, quandoquidem abire non poterant.

ח חל להיות יום אחד להפסיק בינתים משמר שזמנו קבוע היה נוטל עשר חלות והמתעכב נוטל שתים ובשאר ימות השנה הנכנס נוטל שש (והיוצא נוטל שש ס״א) רבי יהודה אומר הנכנס נוטל שבע והיוצא נוטל חמש הנכנסין חולקין בצפון והיוצאין בדרום בילגה לעולם חולקת בדרום וטבעתה קבועה וחלונה סתומה:

8. Si accidat ut dies unus interrumpat in medio, cuſtodia cujus tempus ſtatutum erat, ſumebat decem panes, & ea quæ ſe detinuerat, ſumebat duos. In cæteris anni diebus, ea quæ intrabat, ſumebat ſex. R. Jehuda dicit, ea quæ intrabat ſumebat ſeptem, & ea quæ exibat, ſumebat quinque; illi qui intrabant, diſtribuebant in ſeptentrione, & illi qui exibant, in meridie; Bilga ſemper diſtribuebat in meridie, & annulus ejus erat fixus, & capſa ejus erat occluſa.

R. OB. DE BARTENORA.

חל להיות יום אחד להפסיק בנתים *Si accidat ut dies unus interrumpat in medio*, ut, ſi dies primus feſti incidat in ſecundum ſeptimanæ, venire poterant die primo ſeptimanæ, ſed illi præveniebant, & die veneris accedebant. Vel ſi dies ultimus feſti incidat in quintum diem ſeptimanæ, exire poterant in veſpera Sabbathi, ſed detinebantur illic in Sabbatho, & omnes cuſtodiæ quæ illic detinebantur, non accipiebant plures quam duos panes, & cuſtodia illa quam tangebat ordo illius ſeptimanæ, accipiebat decem panes, & diſtribuebat eos in cuſtodia quæ intrabat, & in ea quæ exibat, quemadmodum fieri ſolet in omnibus anni Sabbathis.

הנכנס נוטל שש וגו׳ *Quæ intrabat ſumebat ſex &c.* quia cuſto-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חל להיות יום אחד להפסיק בנתים *Si accidat ut dies unus interrumpat in medio*, quando primus dies feſti incidit in ſecundum ſeptimanæ; aut dies ultimus feſti in diem quintum ſeptimanæ; & quando ita evenit, non relinquitur ſecundæ cuſtodiæ intranti præter miniſterium unius diei, & ſi venerit feſtum, omnes in miniſterio erant æquales, ſc. ſi dies primus feſti inciderit in ſecundum diem ſeptimanæ. Vel ſecunda cuſtodia intrabat die Sabbathi, ſi dies ultimus feſti inciderit in quintum ſeptimanæ; nam quilibet dies Sabbathi erat dies quo mutabant cuſtodias, una exibat, alia intrabat, & dividebant panem facierum. Cæterum quando hoc contigit alicui cuſtodiæ, ea cuſtodia cui non relinquebantur vices mini-

cuſtodiæ mutabantur hoc die Sabbathi, una miniſtrabat manè, altera veſperi. *הנכנס נוטל שבע quæ intrabat, ſumebat ſeptem*, inſuper duos panes ſumebat ultra eos quos accipiebat ea quæ exibat, quia portas claudebant quas manè aperuerat cuſtodia exiens; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

הנכנסין חולקין בצפון *Qui intrabant, diſtribuebant in ſeptentrione*, eam panis partem quæ ad illos pertinebat inter ſe diſtribuebant in ſeptentrione, ut hoc notum eſſet omnibus quod illi intrabant, nam ſeptentrionale latus omnium præcipuum erat, determinatum mactationi rerum ſanctiſſimarum.

היוצאים חולקין בדרום *Qui exibant diſtribuebant in meridie*, ut notum ſit quod illi exibant, ideo mutabant locum in latere quod non erat præcipuum. בילגה לעולם חולקת בדרום *Bilga ſemper diſtribuebat in meridie*, eſt nomen familiæ, quæ, quando intrabat, ad meridiem ſemper miniſtrabat, & hæc erat pœna quæ illi inflicta erat.

וטבעתה קבועה *Et annulus illius infixus*, viginti quatuor annuli erant in atrio, eo in loco ubi mactabant, pro viginti quatuor cuſtodiis ſacerdotii, & annuli omnium cuſtodiarum erant aperti ab uno latere, & ſurſum converſi, atque eo modo collum beſtiæ in eos immittebant; deinde aperturam annuli deorſum convertebant intra pavimentum. Sed annulus Bilgæ infixus erat quidem, ſed non vertebatur, ita ut cogeretur uti annulis aliarum cuſtodiarum, in ignominiam.

וחלונה סתומה *Et capſa occluſa*, viginti quatuor capſæ erant in conclavi veſtimentorum, in quibus aſſervabant cultros ſuos. Cæterum capſa cuſtodiæ Bilgæ occluſa erat, nam Sapientes noſtri ipſi hanc pœnam inflixerunt, eo quod mulier quædam è familia Bilgæ, quæ vocabatur Mirjam filia Bilgæ, quæ religioni ſuæ valedixit, & matrimonio juncta principi cuidam Græco, & Græcis templum intrantibus percuſſit altare ſandalio ſuo, & dixit, *O lupe, lupe, quamdiu tu conſumis facultates Iſraëlitarum, & non ſervas eos in hora anguſtiæ?* Quando autem Sapientes hanc rem audiverunt, fixerunt annulum Bilgæ, & clauſerunt capſas ejus; & totam cuſtodiam ea pœna affecerunt; nam dixerunt, ſi hoc non audiviſſet à patre, qui contempſit miniſterium, non dixiſſet hoc; & propter patrem illius caſtigarunt totam familiam, *nam væ improbo, & væ vicino illius, at benè ſit juſto, & benè vicino illius.*

miniſterii præterquam unius diei, pigreſcit in re & detinetur quo minus veniat, propterea ipſi ordinarunt ut acciperet de pane facierum duos tantum panes. R. Jehuda dicit quod convenit ut redundet cuſtodia quæ intrat, eo quod claudebant portas exeunte Sabbatho. Ratio autem, quare illi qui intrabant, panem diſtribuebant facierum in ſeptentrione atrii, hæc eſt, ut monſtretur quod miniſterium illius ſeptimanæ eos tangebat, quia mactatio fiebat in ſeptentrione, uti exponetur ſuo loco. Erant autem in templo viginti quatuor annuli, unus pro qualibet cuſtodia, quibus annulis affigebant beſtias; ac excoriabant; & omnes parietibus infixi erant, quando autem quælibet cuſtodia intrabat, appendebat annulum ſuum in ſignum quod eam tangebat ordo miniſterii. Sic etiam ibi erant viginti quatuor capſæ quæ continebant veſtes ſacerdotales, una capſa pro qualibet cuſtodia, & omnes clauſæ; quando igitur intrabat cuſtodia ad miniſtrandum, aperiebat portam, excepta cuſtodia Bilgæ. de qua Sapientes decreverunt, ut ea cuſtodia ſemper diſtribueret panem facierum in meridie, & annulus illius eſſet fixus, & capſa occluſa, ut exeuntis cuſtodiæ; at non relinquebatur ipſi ſignum ad denotandum quod eam tangebat ordo miniſterii. Et hoc illi cuſtodiæ attributum eſt, quia, cum Græci tyrannidem excercebant Jeruſolymis, ex illa cuſtodia adoleſcentula quædam nupta eſt cum quodam principe Græcorum, quæ eo modo ad religionem eorum converſa eſt, & obfirmavit faciem ſuam, & templum ingreſſa eſt, ac ſandalio ſuo altare percuſſit, dicens in lingua Græca, *lupe, lupe, quamdiu conſumes bona Iſraëlis, & non ſervabis eum in tempore anguſtiæ?* propterea Sapientes illius ætatis fecerunt illud toti illi familiæ, ex qua orta erat hæc mala progenies, atque hoc conſtituerunt pro ætatibus futuris, eo quod dictum eſt Deut. 13, 20. והנשארים ישמעו ויראו Deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

Finis tractatus de Tabernaculis.

מסכת ביצה

Tractatus de Diebus Feſtis.

פרק א ביצה שנולדה ביום טוב בית שמאי אומרים תאכל ובית הלל אומרים לא תאכל בית שמאי אומרים שאור בכזית וחמץ בככותבת ובית הלל אומרים זה וזה בכזית :

Caput I. Ovum die feſto poſitum, Schola Schamai dicit, comedatur, Schola Hillelis dicit, ne comedatur. Schola Schamai dicit, fermentum (in rebus ſanctis) quantitatis olivæ, & fermentatum quantitatis dactyli. Schola Hillelis dicit, hoc & illud in quantitate dactyli.

R. OB. DE BARTENORA.

ביצה שנולדה ביום טוב *Ovum die feſto poſitum*, quod intelligendum de die feſto qui venit poſt Sabbathum; ratio vero Scholæ Hillelis dicentis, לא תאכל *ne comedatur*, hæc eſt, eo quod omne ovum quod poſitum eſt hodie, perfectum eſt à die heſterno, quo modo fiet ut Sabbathum paret pro die feſto; ſed Lex dicit Exod. 18, 5. והיה ביום הששי והכינו אשר יביאו Dies ſextus certo profeſtus eſt, quo modo dies profeſtus parabit pro Sabbatho, & dies profeſtus parabit pro feſto die, quia dies feſtus etiam vocatur Sabbathum; at nihil parare poteſt dies feſtus pro Sabbatho, neque dies Sabbathi quicquam pro die feſto; ejuſmodi vero præparatio ovi, etſi fiat naturaliter, vocatur tamen הכנה *præparatio*; die autem Sabbathi & feſto die neceſſe eſt ut cibi præparati ſint à die profeſto, ſed in uno parari non debet pro altero, etſi naturaliter fiat. Cæterum dies profeſtus non requirit præparationem, & propterea die primo ſeptimanæ ordinario, qui non eſt dies feſtus, non vetandum eſt ovum in eo poſitum, quia perfectum eſt die Sabbathi, quandoquidem Scriptura diei profeſto non impoſuit neceſſitatem *illam ut in* eo cibi pridie ſint præparati. Vetuerunt autem ovum die feſto poſitum, etſi dies non venerit poſt Sabbathum, ne ovum ederent die feſto poſitum qui venit poſt Sabbathum. Sic etiam vetuerunt exſorbere ovum crudum in quocunque Sabbatho poſitum, propter Sabbathum quod venerit poſt diem feſtum; at ſi Sabbathum & dies feſtus venerint uno eodemque tempore, ovum in uno eorum poſitum vetitum eſt comedere in altero; ſic etiam ſe res habet cum duobus diebus feſtis novi anni. Verum duobus diebus feſtis, quos facimus in captivitate, poſitum ovum vel in primo eorum licitum eſt die ſecundo, quia unus eorum certo profeſtus eſt.

שאור בכזית *Fermentum in quantitate olivæ*, quod ad comeſtionem omnes concedunt quod tam fermentum quam fermentatum comedatur in quantitate olivæ, quia Scriptura incipit cum fermento & finit cum fermentato, quemadmodum dicitur Exod. 12, 19. שאור לא ימצא בבתיכם ad docendum nos quod fermentum idem eſt cum fermentato. Quando autem diſſentiunt, hoc fit in caſu remotionis, nam Schola Schamai putat, quandoquidem Scriptura mentionem facit fermenti & fermentati, cum tantum fermentati quod minus eſt, mentionem facere potuiſſet, per conſequentiam minoris ad majus inferendum eſſe debitum remotionis fermenti? notatur igitur quod quantitas unius non eſt ut quantitas alterius, neque à comeſtione concludendum ad remotionem. Schola Hillelis putat, quod unum & alterum comedatur in quantitate olivæ, quia à comeſtione concludendum eſt ad remotionem. Quandoquidem autem hi tres caſus ſunt ex iis in quibus Schola Schamai leviorem conditionem tenebat; at Schola Hillelis graviorem conditionem tenebat in rebus diei feſti; ideo eos ſimul dicit hoc loco.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוקצה *Deſtinatum*, vetitum eſt comedere die feſto; eſt autem id quod aliquis ſeparavit è cibis, ea intentione ne comederet illud. Sic etiam בן נולד *id quod recens natum eſt*, comedere vetitum eſt die feſto; eſt enim id quod die feſto prohibitum eſt, uti ſunt fructus qui de arboribus decidunt; & his duobus fundamentis nititur totus hic tractatus, neque controverſia eſt inter eos in hoc loco. Nam ſi fuerit avis aliqua quæ tantum ova ponet, & non mactabitur, neque comedetur, non eſt controverſia inter Scholam Schamai & Scholam Hillelis, nam ovum quod poſuit die feſto, prohibitum eſt, quia avis ejuſmodi eſt מוקצה. Sed controverſia de tali eſt gallina quæ comedetur. Ratio vero interdicti Scholæ Hillelis, eſt fundata in præparatione, uti dictum Exod. 16, 5. והיה ביום הששי והכינו אשר יביאו die profeſto igitur parabit homo pro Sabbatho, & die profeſto parabit pro die feſto, ſed die feſto non parabit pro Sabbatho, neque die Sabbathi pro die feſto. Præterea nobis etiam fundamentum eſt, quod ovum hodie poſitum jam perfectum fuit heri; & ſi dies feſtus poſt Sabbathum inciderit, & ovum poſitum fuerit die feſto, vetitum eſt, quia dies Sabbathi illud paravit. *Prohibemus autem illud omnibus diebus feſtis, propter diem feſtum poſt Sabbathum venientem*; idem intelligendum eſt ſi ovum die Sabbathi poſitum fuerit, propter Sabbathum poſt diem feſtum. Ita etiam id quod ſua natura præparatur, vetitum eſt ex conſtitutione Sapientum, & in eo Schola Schamai contrarium ſtatuit, dicens, quod licitum eſt. Cæterum ſi præparatum ſit per opera, & hoc die feſto pro Sabbatho, vetitum eſt juxta omnium ſententiam. Eſt autem tibi ſcitu neceſſarium, quod eo tempore quo duos conſtituimus dies feſtos, ovum, quod *poſitum* fuerit die feſto primo, licitum eſt die ſecundo, exceptis duobus novi anni diebus, quia ſunt una ſanctitas, ac ſi ambo unus eſſent dies. Eodem modo comparatum eſt, ſi die Sabbathi, aut die feſto poſitum fuerit, ut id quod uno die poſitum fuerit, vetitum ſit in altero; & ſciendum eſt id quod vetitum eſt ut comedatuſ die feſto, etiam vetitum eſſe movere ab uno loco in alium; de quo tibi jam dixi fundamenta quædam in tractatu Schabbat.

שאור *Fermentum*, eſt illud fermentum quo maſſam fermentare faciunt; neque controverſia eſt inter Scholam Schamai & Scholam Hillelis de comeſtione, eo quod tam fermentum quam fermentatum in quantitate olivæ conſideretur, uti dictum eſt Exod. 12, 19. שבעת ימים שאור לא ימצא בבתיכם וגו׳ Dixerunt autem Sapientes noſtri, incipit Scriptura cum fermento & finit cum fermentato, ut nos doceret, quod fermentum idem eſt quod fermentatum. Sed controverſia Schamai & Hillelis eſt in caſu remotionis; Schamai dicit, quod omnino *ſit differentia* inter fermentum atque fermentatum, nam ſi ita non eſſet, quare Scriptura diceret duo, nimirum fermentum & fermentatum? Sed eo quod ea reddit æqualia in comeſtione, & inæqualia in caſu remotionis, Schola Hillelis dicit, quod remotio doceri debet è comeſtione, & adducit huc illum caſum, quia eſt ex iis in quibus Schola Schamai tenet conditionem leviorem, & Schola Hillelis graviorem tenet; eſtque ſimilis caſui ovi quod poſitum eſt die feſto.

SURENHUSIUS. Huic tractatui inſcribitur titulus מסכת ביצה *Tractatus de Ovo*, quia ſtatim in ipſo limine quæritur an ovum die feſto poſt Sabbathum veniente poſitum, ſit licitum ut comedatur ipſo die feſto; ſolent enim Hebræi libris ſuis plerumque inſcribere titulos à prima eorum voce, ſicuti notum eſt. Sed cum in hoc tractatu præcipue agatur de jure feſtorum dierum, nos ipſi *potius* inſcripſimus *de Diebus feſtis*. Quinam vero *proprie dicantur* ימים טובים *dies boni* ſive *feſti*, docebit nos Maimonides in principio Hilchot Schevitath Jom Tof ששת ימים האלו שאסרן הכתוב בעשיית מלאכה שהן ראשון ושביעי של׳ פסח וראשון ושמ׳ של׳ חג הסוכות וביום חג השבועות ובאחד לחדש השביעי

השביעי הן הנקראין ימים טובים : ושביתת כולן שוה שהן אסורים בכל מלאכת עבודה חוץ ממלאכת שהיא לצורך אכילה שנאמר אך אשר יאכל לכל נפש וגו׳ Sex illi dies quibus Scriptura prohibuit ullum facere opus, ſunt dies primus & ſeptimus Paſchatis; primus & octavus feſti tabernaculorum; dies feſti ſeptimanarum; & primus dies menſis ſeptimi (quo celebratur feſtum novi anni,) atque hi vocantur ימים טובים *dies feſti*; horum porro dierum æqualis eſt quies, nimirum quod prohibitum eſt in iis facere ullum opus ſervile, præterquam quod ad neceſſitatem cibi præparandi attinet, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 12, 16. *Præterquam id quod comedetur ab omni anima.* Quiſquis igitur ceſſaverit ab opere ſervili iſtis ſupra dictis diebus, confirmavit præceptum affirmativum; nam de illis dicitur שבתון perinde ac ſi dixiſſet Lex שבות *Sabbatiſmus.* Et quiſquis fecerit aliquod opus quod non ad præparationem cibi in feſtis diebus pertinet, ut, ſi ædificaverit, & deſtruxerit, aut texerit, & id genus alia, is habetur irritum reddidiſſe præceptum affirmativum, & tranſgreſſus eſſe præceptum negativum, uti Lex dicit כל מלאכת עבודה לא תעשו *nullum opus ſervile facietis*; nullum ergo opus in illis fiet, & vapulabit vi Legis ſi id fecerit præſentibus teſtibus. Hæc fere ita perſequitur Maimonides in loco ſupra à nobis citato, quando infit, כל השובת ממלאכת עבודה באחד מהן הרי קיים מצות עשה שהרי נאמר בהן שבתון כלומר שבות וכל העושה באחד מהן מלאכה שאינה לצורך אכילה כגון שבנה וגו׳ Et quodcunque opus veſpera diei feſti fieri poterat, ſi in eo nullum eſſet detrimentum vel diminutio, idque factum fuiſſet à veſpera diei feſti (ab antecedenti die) vetuerunt Sapientes illud die feſto perficere, etiamſi ad neceſſitatem præparationis cibi in feſto ſumendi pertineret.

ב השוחט חיה ועוף ביום טוב בית שמאי אומרים יחפור בדקר ויכסה ובית הלל אומרים לא ישחוט אלא אם כן היה לו עפר מוכן מבעוד יום ומודים שאם שחט שיחפור בדקר ויכסה שאפר כירה מוכן הוא :

2. Qui animal mactat aut avem die feſto; Schola Schamai dicit, effodiet paxillo, & teget. Schola Hillelis dicit, non mactabit, niſi ipſi ſit pulvis præparatus à die heſterno; & conveniunt in eo, ut, ſi quis mactaverit, effodiat paxillo, & tegat, nam cinis fornacis paratus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט חיה ועוף *Qui mactat animal, aut avem*, qui voluerit mactare animal, aut avem die feſto, & conſuluerit Sapientes quomodo faciet; Schola Schamai dicit, quod illi permittunt ut mactet, & effodiat paxillo in terram infixo, ad id parato à die heſterno, *nimirum, quando eum evulſerit è loco cui erat infixus, removeat pulverem & eo ſanguinem tegat.* Sed hoc intelligendum eſt, quando infixus eſt pulveri molli, qui ad tegendum legitimus eſt, cui non deeſt contuſio.

אפר כירה מוכן *Cinis fornacis præparatus*, hæc non referuntur ad verba Schamai & Hillelis, ſed eſt ſpeciale quid, ac ſi dictum eſſet, cinis fornacis eſt præparatus, & non requirit præparationem, quia intentio ejus eſt uti cinere. Cæterum hoc intelligendum eſt tantum quando cinerem fecerit à veſpera die feſti; at ſi ipſo die feſto eum fecerit, vetitus eſt, quia intentio hominis non fuit à die heſterno. Quando autem aptus fuerit ad aſſandum eo ovum, quia adhuc ignitus eſt, etſi die feſto combuſtus fuerit, licitum eſt tegere eo, quia aptus eſt ut in eo denuo aſſetur ovum, idcirco etiam eum accipere poteſt, & tegere eo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicit hic השוחט *qui mactat*, non vult dicere, ſi de induſtria mactat, ſed data occaſione; verum dicere vult, ſi homo aliquis mactare velit, & nos roget quomodo mactandum eſt die feſto, quomodo tum ipſi reſpondere debemus. Schola Schamai dicit, quod illi permittimus effodere paxillo, eo modo quo diximus ſuperius, *mactabit, & teget pulvere ſanguinem; Schola Hillelis vetat, niſi pulvis præparatus fuerit, & locus præparatus fuerit à veſpera diei feſti.* Et dicit, מודים ששחט שיחפור בדקר ויכסה quod ſub duabus conditionibus accipiendum eſt, prima eſt, ut paxillus ejuſmodi terræ infixus ſit, & evellat eum, ac pulverem ſimul cum eo. Secunda eſt, ut pulvis ſit diſſolubilis, non durus, ne faciat opera effodiendi. Cæterum quod Schola Schamai dicit, יחפור בדקר ויכסה *effodiet paxillo & teget*, accipiendum eſt ſub duabus dictis conditionibus.

שאפר כירה מוכן הוא *quia cinis fornacis præparatus ſit*, non vult dicere, quod conveniunt in eo quod cinis fornacis præparatus eſt, quia non diſputant de cinere; ſed principium rei ſpecialis eſt; docet nos autem, quod cinis præparatus eſt, & ſuper eo mactare licet; ea conditione ut cinis ignitus ſit, & ab igne qui veſpera diei feſti ab igne deſumptus eſt, & nihil coctum ſit in eo die ipſo feſto. Verum ſi eum fecerit die feſto, vetitum eſt ſuper eo mactare, quia נולד *natus eſt.* Sed ſi adeo caleat ut in eo aſſari poſſit ovum gallinæ, quandoquidem in eo coqui poteſt, licet in eo mactare.

ג בית שמאי אומרים אין מוליכין את הסולם משובך לשובך אבל מטהו מחלון לחלון ובית הלל מתירין בית שמאי אומרים לא יטול אלא אם כן נענע מבעוד יום ובית הלל אומרים עומד ואומר זה וזה אני נוטל :

3. Schola Schamai dicit, non deferunt ſcalam de columbario ad columbarium, ſed inclinare illud poteſt de feneſtra ad feneſtram. Schola Hillelis permittit. Schola Schamai dicit, non ſumet columbas niſi moverit eas à die heſterno. Schola Hillelis dicit, ſtabit, & dicet, hanc & illam ſumam.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מוליכין את הסולם משובך לשובך *Non deferunt ſcalam de columbario in columbarium*, ſcalam camerarum omnes unanimiter vetitam pronunciant, itidem ſcalam columbariorum, ſi deferatur per locum publicum, Schola Schamai vetitam dicit; nam is qui viderit eam, dicet, quod defertur ad corrigendum tectum, quod eſt operari die feſto. Sed diſſenſus in eo eſt, quando ſcala defertur in locum privatum citra hominum conſpectum, de quo Schola Schamai dicit quod non debet deferri, quia, quæcunque res quæ à Sapientibus vetita eſt propter offenſionem oculi, etſi in loco occulto, vetita eſt. Sed Schola Hillelis permittit,

quia,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non datur inter illos controverſia quod ad ſcalam per quam aſcenditur in cameram, quod non licet movere eam, neque diſſentiunt quod ad ſcalam columbarii, quam deferre non licet in locum publicum de uno columbario in aliud, eo quod is qui eam viderit ab aliquo deferri, dicet, quod ſcalam defert ad aptandum tectum ſuum, & ſuſpicabitur quod profanat diem feſtum. Sed controverſia eſt quod ad ſcalam in loco privato; nam Schola Schamai dicit, vetitum eſſe in omnibus caſibus in quibus Sapientes dicunt vetitum propter offenſionem oculi, etiamſi in loco occulto, & camera ſecreta; ita ſe res habet. Schola Hillelis autem

per-

quia, etiamſi ita ſe habeat jus in omnibus rebus plerumque, hic tamen licet propter gaudium diei feſti.

מחלון לחלון *E feneſtra in feneſtram*, per idem columbarium, uti plerumque quodlibet columbarium continet nidum pro quolibet pari; & una feneſtra pro quolibet nido.

זה וזה אני נוטל *Hanc & illam ſumam*, diſſenſus Scholæ Hillelis & Schamai tantum eſt quod ad primos pullos columbarum, ſolent enim illi qui educant pullos, primos duos pullos relinquere pro ſodalitio matris ne fugiat. Schola Schamai putat, quod præparatio quæ verbo tantum fit, non ſufficit, nam fieri poteſt, ut, quando eos accipere velit ſequenti die, ſententiam mutet, eorumque miſereatur & dimoveat eos ſine neceſſitate; at ſi eos dimoverit à die heſterno ad mactandum eos ſine miſericordia, non amplius timendum eſt ſe miſericordia ductum iri ut relinquat eos. Schola Hillelis putat, quod non timendum ſit miſericordia ductum in eos, etiam in duos primos columbarum pullos, quando ſemel dixit ſe capturum illos.

permittit exiguam hancce rem propter diei feſti gaudium. Cæterùm quod Schola Schamai dicit vetitum eſſe accipere columbas die feſto, niſi eas moviſſet à die heſterno, intelligit de primis pullis in nido illo natis, nam homo miſericordia ducitur in primos pullos, ita ut fieri poſſit ut eorum miſereatur, & non accipiat eos, ſed poſt introitum diei feſti ſententiam mutet, & accipiat eos, quod non licet quia ſunt מוקצה *deſtinatum quid.*

Verum de ſecundis pullis, & illis qui venerint poſt eos, non eſt controverſia, & ſufficit ut dicat, hunc & illum ſumam.

ד זימן שחורים ומצא לבנים לבנים ומצא שחורים שנים ומצא שלשה אסורין שלשה ומצא שנים מותרים בתוך הקן ומצא לפני הקן אסורין ואם אין שם אלא הם הרי אלו מותרים :

4. Si quis paraverit nigros, & invenerit albos; ſi albos, & invenerit nigros; ſi duos, & invenerit tres, vetiti ſunt: ſi tres, & invenerit duos, liciti ſunt. Si intra nidum, & invenerit ante nidum, vetiti ſunt: & ſi præter illos invenerit nullos, liciti ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

זמן שחורים ומצא לבנים *Si quis paraverit nigros, & invenerit albos*, hoc clarum eſt, nec neceſſarium ut dicatur de eo quicquam; ſenſus autem talis eſt, ſi paraverit nigros & albos, invenerit autem nigros in loco alborum, & albos in loco nigrorum, nimirum, ſi paraverit nigros pullos in nido uno, & invenerit in eo albos, in altero autem nido albos paraverit, & invenerit nigros, dicere poſſemus eoſdem eſſe quos paraverit, & tranſiviſſe ab uno nido ad alium, ideo nos docet, hoc dici non poſſe, & prohibitos eſſe eos.

שנים ומצא שלשה *Si duos* (paraverit,) *& tres invenerit*, & non noverit eos quos paravit, omnes ſunt prohibiti. שלשה ומצא שנים מותרין *Si tres, & invenerit duos*, liciti ſunt, nam unus avolavit, & duo relicti fuerunt; neque dicimus, quemadmodum avolavit unus, ſic etiam avolaverunt alii, & quod duo præſentes ſunt alii. בתוך הקן *in medio nidi*, ſi intra nidum nullos invenerit, prohibiti ſunt.

ואם אין באתו שובך אלא הם הרי אלו מותרין *Si non fuerint in illo columbario niſi illi, ecce illi liciti ſunt*, etſi propè hoc columbarium detur aliud columbarium intra quinquaginta ulnas, & columbarium hoc æquale fuerit in linea recta, ſed in angulo; non dicendum eſt quod ſint de alio columbario ipſi proximo, quia pulli columbarum quamdiu nondum volant, ſed ſe pedibus movent, non movent ſe niſi coram nido ſuo æqualiter, & ſi nidum vident quando à tergo redeunt, ſe movent, ſin minus, non movent ſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult dicere hac ſententia, quod, ſi quis paraverit albos & nigros invenerit in loco alborum, & albos in loco nigrorum, vetiti ſunt die feſto; nam dicemus eos quos paravit, avolaſſe, & eos quos invenit, eſſe alios qui venerunt ex alio loco; & hoc eſt id quod nos docere vult. Sic etiam quando reliquerit duos, & invenerit tres, vetiti ſunt, nam, ſi tertius acceſſerit ad duos, miſcetur מוקצה id eſt, cum eo quod præparatum eſt; & ſi alii fuerint, omnes vetiti ſunt.

ואם אין שם אלא הם הרי אלו מותרין *Et ſi præter illos invenerit nullos, liciti ſunt illi*, quod ea conditione accipiendum eſt, ſi non poterunt avolare, at ſi aliud fuerit columbarium prope hoc, quod non ſtabat in linea ejus, ſed quod ſtabat in uno angulo, docemus hinc quod non dicamus, quod de alio columbario venerunt ad hoc, nam quando ſe movent, & è columbario ſuo avolant, non avolant niſi per viam rectam ad columbaria ſua, & non declinant ab ea.

ה בית שמאי אומרים אין מסלקין את התריסין ביום טוב ובית הלל מתירין אף להחזיר בית שמאי אומרים אין נוטלין את העלי לקצב עליו בשר ובית הלל מתירין בית שמאי אומרים אין נותנין את העור לפני הדורסן (ירושלמי הדרישה) ולא יגביהנו אלא אם כן יש עמו (ירושלמי עליו) כזית בשר ובית הלל מתירין בית שמאי אומרים אין מוציאין לא את הקטן ולא את הלולב ולא את ספר תורה לרשות הרבים ובית הלל מתירין :

5. Schola Schamai dicit, non removent aſſeres die feſto; Schola Hillelis permittit etiam reſtituere; Schola Schamai dicit, non accipiunt piſtillum ad incidendum carnem; Schola Hillelis permittit. Schola Schamai dicit, non ponunt corium in loco conculcationis; neque illud attollere licet, niſi in eo fuerit quantitas olivæ carnis; Schola Hillelis permittit. Schola Schamai dicit, non educunt parvulum, neque ramum, neque librum Legis in locum publicum; Schola Hillelis permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

העלי Eſt manus ligni ſive manubrium maximum & rotundum, quo contundunt grana tritici, & ſimilia, ſed propter magnum ſuum pondus non ſubjicitur juri vaſorum. בירת הלל מתירין *Schola Hillelis permittit*, propter gaudium feſti, etſi non ſubjiciatur juri vaſorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תריסין Sunt aſſeres quibus claudunt portas ciſtarum; & ſi illis non fuerit cardo, non datur controverſia an liciti ſint, etſi inſerviant ad claudendum domum quæ fuerit in atrio. Sed ſi illis fuerit cardo in latere aſſeris, non eſt controverſia an illiciti ſint; immo quamvis fuerint pro tentorio quod eſt

לפני בית הדורסן *Ad domum conculcationis*, ita ut corium conculcetur ab hominibus; ne perdatur. ולא ינבילנו *neque attallat illud*, ad transferendum illud poſtquam excoriaverit. Quod tamen Schola Hillelis permittit, nam ſi hoc non permitteremus ipſi, non mactaret ne perderetur corium, & prohiberetur à gaudio feſti.

תריסין Aromatariis ſunt ciſtæ officinariæ quædam factæ in formam arcæ, cujuſmodi ſunt in platea, & non conjunctæ cum ſolo; & תריסין ſunt aſſeres quibus claudunt portas ejuſmodi arcarum; interdum etiam תריסין removent ab arcis, & expandunt ſuper eos pinguedines tentorii.

מתירין אף להחזיר *Permittunt etiam reponere*, aſſeres quibus non eſt cardo, omnes concedunt, quod eos reponere licet, etſi ſint ad claudendum portas atrii; ſed aſſeribus quibus in latere eſt cardo, omnium conſenſu prohibitum eſt claudere, etiam portas tentoriorum, quia ſe habet ut fabrica. Controverſia vero eſt quod ad תריסין quibus in medio eſt cardo, in modum prominentiæ cujuſdam quam infigunt foramini in medio parietis portæ tentorii. Schola Schamai putat, de iis aſſeribus quibus eſt cardo in medio decretum eſſe propter eos quibus cardo eſt in latere. Cæterum Schola Hillelis putat, quod de aſſeribus tentoriorum non decernimus, & propterea licitum eſſe reponere eos, quia neceſſe eſt educere condimenta; nam ſi ipſi non permitteremus reponere aſſeres, non aperiret tentorium, & ſepararetur à gaudio feſti. אין מוציאין לא את הקטן וגו' *non educunt parvulum &c.* nec quicquam quod non fuerit in neceſſitatem cibi. בית שמאי מתירין *Schola Schamai permittit*, nam putat, quandoquidem permiſſa eſt eductio propter neceſſitatem cibi, etiam permiſſam eſſe eductionem ſine neceſſitate cibi. Hoc autem accipiendum eſt quando eſt res ad præceptum aliquod neceſſaria, quales ſunt illæ res quæ dicuntur in Miſna noſtra; aut in neceſſitatem alicujus rei propter utilitatem, ut, deferre domo ſua clavem, & ſimilia. Excepta eductione lapidum, ſimiliumque rerum, quarum nulla eſt neceſſitas, ejuſmodi in caſu Schola Hillelis prohibitum pronunciat.

in loco publico, quia ſuſpicamur, ne forſan infigat ad corroborandum aſſerem. Sed controverſia eſt de aſſeribus quibus eſt cardo in medio, & in aſſeribus ciſtarum tantum. Schola Schamai vetat, ſed Schola Hillelis permittit reponere aſſeres, & corium ponere in loco quo pedibus conculcatur, propter gaudium feſti. Nam ſi vetamus reponere aſſeres, omittent aperire ciſtam ad efferendum condimenta, ne ciſtam relinquant apertam, & indè rapiant bona illius. Sic etiam, ſi una fuerit beſtia, non mactabit eam quiſquam, ne pereat corium.

עלי Notat manubrium mortarii magni lignei, & rotundi, quo contundunt grana tritici.

לקצב *Ad incidendum*, Schola Schamai non permittit aliquid educere in locum publicum, niſi id quod neceſſarium fuerit ad cibum, eo quod dictum eſt Exod. 12, 16. אך אשר יאכל לכל נפש Propterea dixerunt אין מוציאין את הקטן ואת הלולב *non educunt parvulum, neque ramum*, & his ſimilia. Schola Hillelis dicit, quandoquidem permiſſa eſt eductio in neceſſitatem cibi, etiam permiſſa eſt ſine neceſſitate. Ita quoque dixerunt, quandoquidem permiſſum incendere in neceſſitatem, etiam permiſſum eſt ſine neceſſitate, & hoc veriſſimum eſt fundamentum.

SURENHUSIUS. אין מסלקין התריסין ביום טוב *Non removent aſſeres à ciſtis die feſto*, vox תריסין hoc in caſu notat januam officinarum ciſtarum, ac arcularum aromatariorum; huic porro inſtrumento eſt ציר, quod notat cardinem ligneum, qui conſtabat è ligno quodam tereti oblongo, cujus una extremitas infigebatur terræ, altera vero januæ, cujuſque illo claudi & aperiri poterat. Sed quoniam priſcis temporibus duobus in locis collocabantur januarum cardines, ideo in Miſna quæritur quænam die feſto januæ à ciſtis officinariis removeri poſſent, vel in locum ſuum reponi? & reſpondent commentatores, quod res agatur de januis quibus cardo erat in medio earum, & non de iis quibus ad latus, cujuſmodi in loco hodie apud nos collocari ſolent cardines.

ו בית שמאי אומרים אין מוליכין חלה ומתנות לכהן ביום טוב בין שהורמו מאמש בין שהורמו מהיום ובית הלל מתירין אמרו להם בית שמאי גזרה שוה חלה ומתנות מתנה לכהן ותרומה מתנה לכהן כשם שאין מוליכין את התרומה כך אין מוליכין את המתנות אמרו להם בית הלל לא אם אמרתם בתרומה שאינו זכאי בהרמתה תאמרו במתנות שזכאי בהרמתן :

6. Schola Schamai dicit, non deferunt placentam, neque dona ad ſacerdotem die feſto, ſive ſeparata fuerint à die præcedenti, ſive ſeparata fuerint eo ipſo die. Schola Hillelis permittit; dixit ipſi Schola Schamai, ſententia æqualis eſt, placenta & dona ſunt donum ſacerdotis; & oblatio prima eſt donum ſacerdotis, quemadmodum non deferunt oblationem primam, ſic etiam non deferunt dona; reſpondit ipſi Schola Hillelis, non, ſi dixeris de oblatione prima quod non licet eam ad ſacerdotem ferre, dixeris ideo de donis, quod ea acquirit ſeparando.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מוליכין חלה *Non deferunt placentam*, etſi liceat illam ſeparare, non tamen permiſerunt deferre eam ad ſacerdotem, niſi ad aptandum maſſam illius, & nihil magis. מתנות *dona*, brachium, maxillæ, & ingluvies.

גזרה שוה *Sententia æqualis*, non vult dicere, ſententia omnino æqualis, quia ex decreto Sapientum conſtitutum eſt, quod non poſſunt ſeparare oblationes primas & decimas die feſto; ſed dicere vult, quod proximè accedit ad æqualem ſententiam.

מתנה לכהן *Donum pro ſacerdote*, de viginti quatuor donis quæ cedunt ſacerdoti. כשם שאין מוליכין את התרומה וגו' Miſna hæc refutata eſt in Gemara, ubi dicunt quod Schola Schamai & Schola Hillelis non diſſentiunt in eo, an quis placentam & dona deferat, ſed an oblationem primam; de quo Schola Schamai dicit, quod non deferant; Schola Hillelis dicit quod deferant. Dixit autem Schola Hillelis Scholæ Schamai, placenta, & dona ſunt donum pro ſacerdote, & oblatio prima eſt donum pro ſacerdote; quemadmodum deferunt dona, ſic etiam deferunt oblationem primam. Reſpondit ipſis Schola Schamai, non; ſi dixeris de placenta & donis quod ſeparando acquiri poſſunt, utpote ad hoc ipſi à Sapienti-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתנות *Dona*, ſunt brachium, & maxillæ, & ingluvies; exponetur etiam, quod de ejuſmodi rebus quæ die feſto vetitæ ſunt non poſſit ſeparari oblatio prima, nec decima. Quod autem Miſna hæc dicit quod Schola Schamai & Schola Hillelis diſſentiunt de adductione placentæ & donorum, & conſentiunt quod oblationem primam adducere non poſſunt, non eſt verum; ſed conveniunt in hoc quod placentam & dona poſſunt adducere, ſed diſſentiunt de oblatione prima. Schola Hillelis dicit, placenta & dona ſunt donum ſacerdotis, & oblatio prima eſt donum ſacerdotis, quemadmodum dona deferri poſſunt, ſic etiam oblatio prima. Reſpondit illi Schola Schamai, Non, ſi dixeris de donis quod ſeparari poſſunt, dixeris de oblatione prima quod ſeparari nequit? hæc ſunt verba controverſiæ eorum.

pientibus poteſtate conceſſa, nam debitum horum venit die feſto, quia die feſto depſere & mactare poſſunt. Quoniam igitur permittunt facta diei feſti; etiam illis permittamus deferre ea quæ facta ſunt à veſpera diei feſti. Dicas etiam idem de oblatione prima, quod non poſſit acquirere ſeparando eam, quia fieri nequit ut oblationis primæ debitum veniat in acervo die feſto, eo quod non eſt debitum oblationis primæ, niſi poſtquam frumentum ventilatum eſt in acervo; at non ventilant die feſto, idcirco non deferunt oblationem primam die feſto.

ז בית שמאי אומרים תבלין נדוכין במדוך של עץ והמלח בפך ובעץ הפרור ובית הלל אוכרים תבלין נדוכין כדרכן במדוך של אבן והמלח במדוך של עץ:

7. Schola Schamai dicit condimenta conteruntur piſtillo ligneo, & ſal in vaſe teſtaceo, & cochleari. Schola Hillelis dicit, condimenta conteruntur more ſuo piſtillo lapideo, at ſal piſtillo ligneo.

R. OB. DE BARTENORA.

במדוך של עץ *Piſtillo ligneo*, at non lapideo, nihilominus contunduntur piſtillo ligneo more ſuo, & non eſt neceſſaria mutatio, quia ſapor diminuitur ſi contunderentur à die antecedenti.

בעץ הפרור *Ligno ollæ*, eſt cochlear quo agitant id quod in olla eſt, ſed ſal mutationem requirit, nam contundendum illi fuiſſet die antecedenti, ne ſapor langueſcat. Deciſio talis eſt, is qui contundere velit ſal die feſto, inclinabit mortarium in latus, & ſic contundet cum mutatione; condimenta vero contunduntur ſuo more, & non requirunt mutationem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עץ הפרור Eſt cochlear quo ollas revolvunt; ratio autem, quare neceſſe eſt mutationem inſtituere in contritione ſalis, hæc eſt, ne ſapor ejus pereat, neque operatio ejus diminuatur, ſi contundatur à veſpera diei feſti; at condimentorum ſapor etiam perit, & calor diminuitur, quando contuſa relinquuntur à veſpera feſti diei. Propterea, ſi quis contundere velit ſal die feſto, neceſſe eſt ut mutationem inſtituat omnino, mutatio autem talis eſſe debet ut mortarium inclinet in latus.

ח הבורר קטניות ביום טוב בית שמאי אומרים בורר אוכל ואוכל (ירושלמי אוכל) ובית הלל אומרים בורר כדרכו בחיקו בקנון ובתמחוי אבל לא בטבלא ולא בנפה ולא בכברה רבן גמליאל אומר אף מדיח ושולה:

8. Qui purificat legumina die feſto, Schola Schamai dicit, purificet quicquid cedit in cibum: Schola Hillelis dicit, purificet more ſuo in ſinu ſuo, *infundibulo*, aut ſcutella; at non in tabula, neque in *ſubcerniculo*, neque *in cribro*. Rabban Gamaliel dicit, etiam *expellat*, & *rejiciat*.

R. OB. DE BARTENORA.

בורר אוכל *Purificet cibum*, edulia recolliget à qualibet ſpuma ſigillatim. בורר כדרכו *purificet more ſuo*, dummodo opera purificationis ſpumæ non ſit multiplex, nam ſi opera purificationis ſpumæ fuerit major opera purificationis cibi, ut, ſi ſpuma fuerit minutiſſima, etſi quantitas cibi fuerit major quantitate ſpumæ, Schola Hillelis concedit quod purificet cibum, & ſpumam relinquat; nam minima opera præſtat die feſto.

אף מדיח ושולה *Etiam expellat & rejiciat*, adducet vas legumine plenum, & injiciet ſuper illud aquam, tum ſpuma natabit ſuper aquam, & removebit eam manu ſua; verbum שלה occurrit Exod. 3, 5. של נעליך decifio non eſt juxta Rabban Gamaliel.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בורר אוכל *Purificat cibum*, recolliget cibum ab omni ſpuma; ſi vero ſpuma major fuerit cibo, non eſt diſſenſus quin purificet, & rejiciat cibum.

אף מדיח ושולה *Etiam expellat, & rejiciat*, id eſt, aquam immittet in lentes, fabas, ſimileſque fructus; quando autem ſe attollit & aſcendit ſpuma ſuper aquam, & cibus deſcendit, ſpumam manu removeat, & hic ſenſus eſt ejus quod dixit שולה, nimirum, removebit ſpumam ſuper aquam natantem; deciſio non eſt juxta Rabban Gamaliel.

ט בית שמאי אומרים אין משלחין ביום טוב אלא מנות ובית הלל אוכרים משלחין בהמה חיה ועוף בין חיין בין שחוטין משלחין יינות שמנים וסלתות וקטניות אבל לא *תבואה ורבי שמעון מתיר בתבואה:

9. Schola Schamai dicit, non mittunt die feſto niſi dona: Schola Hillelis dicit, mittunt pecudem, animalia, & aves, tam viva quam mactata. Mittunt vina, olea, & farinas, ac legumina; at non proventum. R. Schimeon permittit proventum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין משלחין ביום טוב *Non mittunt die feſto*, amicus ad amicum non mittit dona: אלא מנות *niſi portiones*, id eſt, rem præparatam quæ non relinquenda eſt in alterum diem, uti ſunt fruſta carnis, & piſcium.

ובית הלל אומרים וגו׳ *Sed Schola Hillelis dicit &c.* non permittit Schola Hillelis niſi quis dona mittat per manum unius hominis aut duorum, ſed per tres aut plures, vetitum eſt; quia eſt res admodum conſpicua, & oſtendit ac ſi adducerent ad vendendum in platea.

אבל לא תבואה *At non proventum*, quia nondum aptus eſt ad comedendum, ſed moli debet, at die feſto moli non debet. ורבי שמעון מתיר *R. Schimeon permittit*, quia eum contundere poteſt in mortario parvo, & coquere; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare Schola Schamai vetat, hæc eſt, ne quis faciat quemadmodum facere ſolet die profeſto. Schola Hillelis etiam non permittit, niſi quis mittat per unum hominem aut duos, ſed per tres aut plures mittere, dando cuilibet quicquam in manum, vetitum eſt, ne faciat opera perfecta diei profeſti. Proventus autem non aptus eſt in cibum, quia neceſſe eſt ut commolatur, at molere vetitum eſt die feſto; R. Schimeon dicit, quod femina illá coquere poteſt, & ita comedere; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

י. משלחין כלים בין תפורין בין שאינן תפורין ואף על פי שיש בהן כלאים והן לצורך המועד אבל לא סנדל המסומר ולא מנעל שאינו תפור רבי יהודה אומר אף לא מנעל לבן מפני שצריך אומן זה הכלל כל שנאותין בו ביום טוב משלחין אותו:

10. Mittunt veſtimenta, ſive ea conſuta fuerint ſive non conſuta, imo etiamſi in illis fuerint heterogenea, quæ conducunt in neceſſitatem feſti. Sed non ſandalium clavatum, neque calceum qui non eſt conſutus. R. Jehuda dicit; etiam neque calceum album, quia artifice indiget. Hæc regula generalis eſt, quacunque re utuntur, die feſto eam mittant.

R. OB. DE BARTENORA.

משלחין כלים *Mittunt pannos*, conſuti inſerviunt veſtitui, & non conſuti inſerviunt tegumentis. אף על פי שיש בהן כלאים *etſi in illis fuerint heterogenea*, quando panni ſunt* duri, & non calefacti ſunt, licet incubare illis.

סנדל מסומר *Sandalium clavatum*, ligneum ſandalium quod clavis tectum eſt, de quo Sapientes decreverunt quod non licet eo incedere die Sabbathi, neque die feſto, propter caſum quendam quo factum eſt ut multi Iſraëlitæ interfecti fuerint illis, uti expoſitum eſt in tractatu Scabbat capite ſexto.

ולא מנעל שאינו תפור *Neque calceum non ſutum*, imo etſi clavis ligneis conſtet, aut ſimilibus rebus: אף לא מנעל לבן *etiam neque calceum album*, in regionibus R. Jehudæ non incedebant calceis albis donec nigri facti eſſent.

שצריך אומן *Quia indiget opifice*, ut eum faciat nigrum: כל שנאותין בו *quacunque re utuntur*, vult, quacunque ex his utuntur die profeſto, ea etiam utuntur die feſto, & non neceſſe eſt aliud opus, etſi ejuſmodi re non utantur die feſto, uti Tephillin, quæ induuntur die profeſto, at die feſto non induuntur, mittunt tamen ea phylacteria die feſto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Veſtimenta ſive pannus conſutus inſervit veſtitui, qui vero non conſutus eſt inſervit tegumentis. אף על פי שיש בהן כלאים *etſi in illis fuerint hetorogenea*, quod intelligendum eſt de veſtibus duriſſimis ac craſſiſſimis, & parum albis; quæ ita ſe habent, eas licet ſuſpendere; cum autem licet eas ſuſpendere, licet etiam eas mittere die feſto; & hic ſenſus eſt ejus quod dicit והן לצורך המועד *& illæ fuerint in neceſſitatem feſti.*

סנדל מסומר *Sandalium clavis firmatum*, jam explicuimus interdictum utendi ſandalio ejuſmodi die Sabbatho & die feſto in tractatu Scabbat cap. 6.

ולא מנעל שאינו תפור *neque calceum non conſutum*, id eſt, cujus opus nondum perfectum eſt, ſed juncturis quibuſdam conjunctus eſt, tum vetitum eſt mittere illum. Sed in ea regione ubi commorabatur R. Jehuda, non incedebant in calceis albis, niſi aliquamdiu calce præparati eſſent. Regula vero generalis quam dixit, vera eſt, & eo ſenſu intelligenda eſt, *hæc eſt regula generalis, quacunque re utuntur die feſto, eam mittunt*, etiam die profeſto, quemadmodum die feſto, mittunt eam. Idcirco licet mittere phylacteria die feſto, etſi vetitum ſit illis ſe veſtire die Sabbathi, & die feſto, uti expoſitum eſt in fine tractatus Erubin. Nec tibi hoc videatur difficile juxta hoc fundamentum, quod prohibuerunt mittere die feſto proventum, nam proventus non eſt aptus die profeſto, niſi opus illius perfectum fuerit, quod vetitum eſt facere die feſto, quod eſt molere.

פרק ב יום טוב שחל להיות ערב שבת לא יבשל אדם בתחלה מיום טוב לשבת אבל מבשל הוא ליום טוב ואם הותיר הותיר לשבת ועושה תבשיל מערב יום טוב וסומך עליו לשבת בית שמאי אומרים שני תבשילין ובית הלל אומרים תבשיל אחד ושוין בדג וביצה שעליו שהן שני תבשילי אכלו או שאבד לא יבשל עליו בתחלה ואם שייר ממנו כל שהוא סומך עליו לשבת:

Caput 2. Die feſto, qui inciderit in Sabbathi veſperam, ne coquat homo à principio, à die feſto pro Sabbatho; ſed coquat pro die feſto, & ſi quid reliquum fuerit, reliquum eſto pro die Sabbathi. Et decocta faciet à veſpera diei feſti, & innitetur illis pro Sabbatho. Schola Schamai dicit, duo decocta; Schola Hillelis dicit, unum decoctum; & conveniunt quod ad piſcem, & ovum, quod illa decocta duo ſunt. Si comederit illud, aut perdiderit, non coquet ſuper eo à principio; & ſi reliquerit quicquam, innitetur ei pro Sabbatho.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יבשל אדם בתחלה *Non coquet homo à principio*, ſenſus eſt, non erit principium & fundamentum coctionis in nomine Sabbathi, ſed in nomine diei feſti, & id quod reliquum fuerit, Sabbatho cedet.

ועושה תבשיל מערב יום טוב *Et faciet decoctum à veſpera diei feſti*, in nomine mixturæ decoctorum. Nonnulli dicunt quod ratio hujus decocti à veſpera diei feſti ſit in honorem diei Sabbathi, nam quoniam à veſpera diei feſti memoratur Sabbathum, id quod optimum eſt eliget pro Sabbatho, ut Sabbathum non tradatur oblivioni propter occupationes diei feſti. Alii dicunt, quod id fit in honorem diei feſti, ut videant quod non coquant à die feſto pro Sabbatho, niſi inceperit à die antecedenti; nam die feſto tantum perfecit, quanto magis à die feſto pro die profeſto nihil poteſt omnino conſuere neque coquere. Cæterum benedicunt ſuper mixturis decoctorum diei feſti & Sabbathi, quemadmodum benedicunt ſuper mixturis atriorum, & neceſſe eſt ut partem mixturæ acquirat pro alio, & quocunque qui deinde voluerit inniti mixturæ, etſi id factum fuerit ſine conſenſu aliorum ac notitia, quia nobis fundamentum eſt quod homini etiam abſenti acquiri aliqua poteſt pars in utilitatem ſuam. אכלו או שאבד *ſi comederit illud, aut perdiderit*, decoctum illud quod coctum fuerit à veſpera diei feſti. סומך עליו *innititur illi*, ad coquendum die feſto pro Sabbatho; ſed à principio decoctum mixturæ non debet eſſe minus quam quantitas olivæ, ſive pro uno homine ſive pro mille; ſin autem inceperit depſere, & mixturam perdiderit, perficiet id quod inceperit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in præcedentibus id quod dicitur, *dies profeſtus præparat pro Sabbatho, & dies profeſtus præparat pro die feſto*; Quod autem hoc loco dicit עושה תבשיל מערב יום טוב *facit decoctum à veſpera diei feſti*, non eſt neceſſe ut quantitas ſit minor oliva; tam pro uno homine quam pro mille, & hoc dicitur עירובי תבשילין *mixturæ decoctorum.* Neceſſe etiam eſt benedicere ſuper decoctum, & ut unus homo adſit qui conſociat ſe cum illis qui non fecerunt mixturam. Sic etiam non neceſſe ut id fiat cum conſenſu illorum, juxta id quod diximus de mixtura atriorum.

ב חל להיות אחר השבת בית שמאי אומרים מטבילין את הכל מלפני השבת ובית הילל אומרים כלים מלפני השבת ואדם בשבת:

2. Si inciderit poſt Sabbathum, Schola Schamai dicit, immergunt omnia ante Sabbathum. Schola Hillelis dicit, vaſa ante Sabbathum, & hominem ipſo Sabbatho.

R. OB. DE BARTENORA.

מטבילין את הכל *Immergunt omnia*, quia homo tenetur ſe purificare in feſto, quodcunque autem ſe immergere tenetur, ſive homo ſive vaſa, immergit ſe ante Sabbathum.

כלים מלפני השבת *Vaſa ante Sabbathum*, quandoquidem enim apta ſunt poſt immerſionem ad ejuſmodi rem, ad quam non erant apta ante immerſionem, ſi immerſerit ea die feſto, aut die Sabbathi, id eſt parare vas, ac propterea vetitum. Loquitur hic de Sabbatho, ut nobis dicat maximam vim opinionis Scholæ Hillelis, quæ etiam in Sabbatho permittit homini ſe immergere, quia apparet ac ſi corpus frigefacere velit, & animi gratia ſe lavare, non in nomine immerſionis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando vaſa polluta fuerint, vetitum eſt immergere ea die feſto ac die Sabbathi, quia ante immerſionem non erant apta ad miniſtrandum illis ejuſmodi in rebus quæ poſt immerſionem miniſtrant, ne appareat ut is qui diſponit, & parat vas die feſto. Cæterum ſi homo pollutus fuerit immunditie aliqua, licet ſe immergere die Sabbathi, quia apparet is qui corpus ſuum frigeſacere velit.

ג ושוין שמשיקין את המים בכלי אבן לטהרן אבל לא מטבילין ומטבילין מגב לגב ומחבורה לחבורה:

3. Et conveniunt quod conjungunt aquas in vaſe lapideo ad purificandum eas, at non immergunt; ſed immergunt de ſuperficie ad ſuperficiem, & de ſocietate ad ſocietatem.

R. OB. DE BARTENORA.

ושוין שמשיקין את המים *Et conveniunt quod conjungunt aquas*, ſi cui aqua ad bibendum bona fuerit, & polluta fuerit, impleat inde vas lapideum quod non recipit immunditiem, & ponat illud in lavacro aquarum ſalſarum aut turbidarum, donec una aqua cum altera commixta fuerit, fiet ut hæc aqua ſit juncta cum aqua lavacri, & mediante ea ceſſet ab immunditia, & purificetur; ſed purificatio *illa in* lavacro non inſerviet ulli cibo nec potui, ſed aquæ tantum; neque etiam ex jure lavandi, ſed ex jure conjungendi.

אבל לא מטבילין *Sed non intingunt*, nam non conjiciunt aquam in vas ligneum quod immunditiem recipit, & neceſſe eſt immergere vas, quod immergi debet mediante purificatione aquæ immundæ, jungendo eam cum aqua lavacri.

ומטבילין מגב לגב *Sed intingunt à ſuperficie ad ſuperficiem*, qui immergit vaſa ea intentione ut illis contundere velit olivas in torculari ad conficiendum inde oleum profanum; & illis poſtea calcare velit uvas, ad parandum vinum in oblationem primam, neceſſe eſt ut immergat ea ſecunda vice in nomine oblationis primæ. Sic etiam ſi quis immerſerit vaſa in nomine oblationis primæ, & in illis parare voluerit rem ſanctam, neceſſe eſt ut ſecunda vice in nomine rei ſanctæ immergat. Illa autem immerſio fieri poteſt die feſto, quia hic non datur paratio vaſis, nam immerſio hæc non eſt ad liberandum vaſa ab immunditia, ſed ad addendum illis immunditiem.

מחבורה לחבורה *De ſocietate ad ſocietatem*; ſi immerſerit vaſa intentione edendi ſuum agnum Paſchalem in una ſocietate, & deinde alii ſocietati voluerit annumerari, & immerſerit vaſa ſua ſecunda vice, illa immerſio licita eſt die feſto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ושוין שמשיקין את המים וגו' *Et conveniunt quod conjungunt aquas &c.* id eſt, ſi aquæ pollutæ fuerint, eas conjicere poterit in vas lapideum, & vas illud conjiciet in lavacrum, donec aquæ aſcenderint ſupra ſuperficiem vaſis in quo erat vas immundum, quo modo aqua purificabitur; & hic ſenſus eſt illius quod dicit משיקין *oſculari faciunt*, ut nimirum aqua aſcendat ſuper illud. Ratio vero, quare neceſſe eſt ut vas lapideum ſit, hæc eſt, quia illud non recipit immunditiem, uti exponetur in tractatu Kelim. Cæterum ſi quis immiſerit aquam illam in vas ligneum, aut ejuſmodi vas quod immunditiem recipit, polluitur ejuſmodi vas cum aqua illa polluta quæ in eo continetur, quemadmodum exponitur multis in locis tractatus Taarot. Quando autem quis conjecerit vas in lavacrum, fiet ut immergat vas immundum die feſto, quod vetitum eſt uti diximus; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, אבל לא מטבילין ac ſi dixiſſet, ſed non immergunt vas immundum mediante ipſius aqua. Omnia autem hæc ſunt tantum intelligenda die Sabbathi, at die feſto licet immergere vas mediante ipſius aqua, quo modo vas & aqua ſimul purificetur. Ratio autem, quare neceſſe eſt ut purificetur aqua, eſt, quia aqua immunda dulcis eſt, & aqua lavacri non eſt apta ut bibatur.

ומטבילין מגב לגב *Sed intingunt de ſuperficie ad ſuperficiem*, ſenſus eſt, ſi exempli gratia vaſa fuerint pura quibus utitur in torculari olei, tum oleum illud eſt profanum, & eo uti poteſt in torculari vini, quod oblatio prima eſt, & licet ipſi immergere ea ſecunda vice die feſto, nam etſi ea pura ſint, nihilominus requiritur ſecunda immerſio, ſi velit in puritate omnia peragere. ומחבורה לחבורה *& de ſocietate ad ſocietatem*, ſi exempli gratia habet vas purum ad comedendum in eo in una ſocietate decimas ſecundas, & deinde eas comedere velit in altera ſocietate, licet ipſi immergere illud ſecunda vice die feſto. Fundamentum vero hujus immerſionis eſt id quod tibi dicam; ſcias velim quod exponetur capite ſecundo tractatus Chagiga, ei, qui ſe immerſerit ad comedendum rem profanam, vetitum eſſe comedere decimas ſecundas, niſi ſe immerſerit ſecunda vice in nomine decimarum. Sic etiam ſi quis immerſerit ſe in nomine decimarum, at oblationem primam comedere voluerit, requiritur ſecunda immerſio. Itidem ſi purus fuerit ad comedendum oblationem primam, & deinde comedere voluerit rem ſanctam, immergit ſe in nomine rei ſanctæ; hæ autem immerſiones, quibus homo ſe immergit purus inter decimas & oblationem primam & rem ſanctam, licitæ ſunt ut fiant die feſto. Et permittimus hanc immerſionem die feſto, quia ea ipſa non fit ad removendum immunditiem, ſed ad addendum puritatem. Si ita ſit ſenſus horum verborum, ſi immerſerit pro torculari ſuo vini, ſecunda vice immerget pro torculari ſuo olei; & ſi immerſerit ſe ad comedendum in una ſocietate, immerget ſe ſecunda vice ad comedendum in alia ſocietate die feſto.

ד בית שמאי אומרים מביאין שלמים ואין סומכי' עליה' אבל לא עולות ובית הילל אומרים מביאין שלמים ועולות וסומכין עליהן:

4. Schola Schamai dicit, adducunt ſacrificia pacifica, ſed imponunt manus ſuas illis; at non holocauſta. Schola Hillelis dicit, adducunt ſacrificia pacifica & holocauſta, & manus ſuas imponunt illis.

R. OB. DE BARTENORA.

מביאין שלמים *Adducunt ſacrificia pacifica*, die feſto, ſacrificia pacifica Chagigæ, quia in illis continetur neceſſitas comedendi. ואין סומכין עליהן *& non imponunt manus illis*, quia impoſitio manuum vetita eſt ex decreto Sapientum, nam omnibus viribus imponebant manus capiti beſtiæ illius quæ ſacrificabatur, quo modo fiebat ut opera animalium uterentur; ſed manus imponebant veſperi diei feſti, nam Schola Schamai putat quod ſtatim mactare debemus ſimul ac manus impoſuerimus.

אבל לא עולות *Sed non holocauſta*, exceptis jugibus & addititiis, quæ ſunt ſacrificia cœtus, & tempus fixum habent; at non adducent holocauſtum particulare, in quo non datur quicquam quod homini vulgari cedit in cibum; Cæterum holocauſta apparitionis etiam ſacrificantur in reliquis diebus feſti, at non die ipſo feſto, quia ſcriptum eſt Num. 29, 35. עצרת יהיה לכם *vobis*, ergo non Deo. Schola Hillelis dicit, quod adducunt ſacrificia Chagigæ pacifica, & holocauſta apparitionis, uti dictum eſt Deut. 16, 8. עצרת ליהוה id eſt, offeretis quicquid pro Deo erit. Sed ſpontaneæ oblationes & vota omnium conſenſu non ſacrificantur die feſti, neque holocauſta, neque ſacrificia pacifica.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Controverſia Scholæ Schamai & Hillelis eſt tantum in ſacrificiis pacificis Chagigæ, & holocauſtis apparitionis, id enim eſt quod dictum eſt Exod. 23, 15. ולא יראו פני ריקם Schola Schamai dicit, id quod dicitur Exod. 12, 14. חג ליהוה tantum intelligendum eſt de ſacrificio Chagigæ, ut illud ſacrificetur die feſto. Sed holocauſta apparitionis ſacrificantur in cæteris feſti diebus. Schola Hillelis dicit, ליהוה notat quicquid Deo debetur. Sic etiam Schola Schamai probationem adfert ex Num. 29, 35. עצרת תהיה לכם *vobis*, non Deo erit detentio. Schola Hillelis adfert probationem ex Deut. 16, 8. עצרת ליהוה id eſt, quicquid fuerit Deo. Cæterum vota & ſpontaneæ oblationes non ſacrificantur die feſto juxta omnium ſententiam. Negotium impoſitionis manuum etiam exponetur ſuo loco.

ה בית שמאי אומרים לא יחם אדם חמין לרגליו אלא אם כן ראוין לשתיה ובית הילל מתירין עושה אדם מדורה ומתחמם כנגדה׃

5. Schola Schamai dicit, non calefaciet homo (aquam) pro pedibus ſuis, niſi ad bibendum idonea fuerit. Schola Hillelis permittit. Faciet homo ſtruem ligni, & calefaciet coram ea.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יחם אדם חמין לרגליו *Non calefaciet homo aquam calidam pro pedibus ſuis*, cibum permittit Lex, ſed non permittit incendere ignem ad lavandum ſe.

בית הלל מתירין *Schola Hillelis permittit*, quandoquidem enim permiſſum eſt incendere ignem in neceſſitatem cibi, permiſſum eſt etiam ſine neceſſitate cibi, quando illud factum fuerit in neceſſitatem alicujus commodi, aut delectamenti. Deciſio juris eſt, quod aqua illa quæ calefacta eſt die feſto, licet lavare faciem, manus, & pedes, at non totum corpus; nam Sapientes de die feſto decreverunt propter Sabbathum. Aqua vero quæ calefacta eſt veſperi diei feſti, lavare licet die feſto totum corpus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rerum argumentum eſt, quod aqua calefacta die feſto licita eſt ad lavandum eâ faciem, manus, & pedes, at non totum corpus, niſi calefacta fuerit à veſpera feſti; ſed aqua calefacta à veſpera Sabbathi licita eſt ad lavandum eâ faciem, manus, pedes, at non totum corpus. Cæterum Schola Schamai vetat incendere ignem ad calefaciendum ſe medio illius, nam putat id quod dicitur Exod. 12, 16. אך אשר יאכל לכל נפש innuere, quod non comprehenduntur lotiones quæ fiunt in utilitatem & delectamentum corporis exterius. Schola Hillelis dicit, id quod Scriptura Exod. 12, 16. dixit לכל נפש comprehendere in genere omnia corporis delectamenta.

ו שלשה דברים רבן גמליאל מחמיר כדברי בית שמאי אין טומנין את החמין מיום טוב (ס"א) לשבת ואין זוקפין את המנורה ביום טוב ואין אופין פתין גריצין אלא רקיקין אמר רבן גמליאל מימיהן של בית אבא לא היו אופין פתין גריצין אלא רקיקין אמרו לו מה נעשה לבית אביך שהיו מחמירין על עצמן ומקילין לכל ישראל להיות אופין פיתין גריצין וחורי׃

6. Tres res Rabban Gamaliel aggravabat juxta verba Scholæ Schamai, nempe quod non abſcondunt calida in principio diei feſti, neque erigunt lucernam die feſto, neque coquunt panem craſſum, ſed tortas tenues. Dixit Rabban Gamaliel, nunquam familia patris mei coquebat panem craſſum, ſed tortas tenues. Dixerunt ipſi, quid faciemus familiæ patris tui quæ graviorem conditionem in ſe ſuſcepit, & leviorem impoſuit toti Iſraëli, ut coquerent panem craſſum, & *Chori*.

R. OB. DE BARTENORA.

אין טומנין את החמין *Non abſcondunt calida*, à die feſto pro Sabbatho, nam Schola Schamai putat quod non pinſunt panem niſi eo facta fuerit mixtura; neque coquunt decocta niſi illis facta fuerit mixtura; neque abſcondunt calida, niſi ea abſcondita fuerint à veſpera diei feſti. Schola Hillelis putat, quod pinſunt panem, & coquunt calida, eaque abſcondunt per mixturam decoctorum tantum. Nihilominus in Gemara oſtenditur quod Schola Hillelis vult ut è pane & decoctis fiat mixtura; & ſic deciditur.

אין זוקפין את המנורה *Non erigunt candelabrum*, candelabrum articulorum, ſive id quod ex multis partibus conſtat, ſi diſſolutum fuerit, non conjungunt denuo, quia ejuſmodi actio eſt inſtar fabricæ cujuſmodi obtinet in vaſis.

גריצין *Sunt panes craſſi*. רקיקין ſunt *panes tenues*, nam Schola Schamai putat quod non pinſunt magnam panis quantitatem die feſto, quia opus eſt. Sed Schola Hillelis pu-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Opinio Scholæ Schamai ea eſt quam tibi dicam, nimirum, quod nemo coquat panem à die feſto pro Sabbatho, niſi cum pane fecerit mixturam; neque coquat quiſquam niſi mixturam fecerit cum eo quod coxit; neque abſcondunt calida, niſi ea abſcondita fuerint à veſpera diei feſti. Cæterum Schola Hillelis tantum mixturam decoctorum neceſſariam ſtatuit, idcirco Rabban Gamaliel dixit quod non abſcondunt calida à die feſto pro Sabbatho, niſi calida abſconſa fuerint à veſpera diei feſti, uti expoſuimus in opinione Scholæ Schamai.

ואין זוקפין את המנורה *Neque erigunt lucernam*, id eſt, ſi lucerna conſtet articulis, Schola Schamai prohibet erigere illam die feſto, quia fabricare videtur. Schola Hillelis dicit quod fabrica non obtinet in vaſis. גריצין ſunt panes magni: רקיקין ſunt tortæ tenues; intentio autem non eſt ut panis ſit magnus aut parvus, ſed ut multum panis, & parum panis

putat quod magnam panis quantitatem pinſere licet die feſto, nam quando magna eſt panis quantitas, bene coquitur.

חורי *Chori*, eſt maſſa magna quæ coquitur ſuper prunis, quia magnum requirit incendium, & quia prunæ facilè extinguuntur, quos denuo incendere labor eſt; deciſio non eſt juxta Rabban Gamaliel in omni eo quod aggravat juxta Scholam Schamai.

panis ſit; Schola Schamai prohibet coquere multum panis die feſto; Schola Hillelis permittit. חורי eſt ſpecies panis magni quem faciunt piſtores; deciſio eſt juxta Rabban Gamaliel.

ז אף הוא אמר שלשה דברים להקל מכבדים בין המטות ומניחי׳ את המוגמר ביום טוב ועושין גדי מקולס בלילי פסחים וחכמים אוסרין:

7. Etiam tria dixit ad ſublevandum, everrunt inter lectos, & apponunt ſuffitum die feſto; & caprum adornatum parant in noctibus Paſchatis; at Sapientes vetant.

R. OB. DE BARTENORA.

מכבדין בין המטות *Everrunt inter lectos*, ubi comedunt, nam in lectulis cubare & comedere ſolebant, & quia locus exiguus eſt, non ſuſpicamur eum foveas planaturum, quemadmodum quidem ſuſpicamur eum domi facturum, quia magna eſt, & ſine dubio in ea inveniuntur foveæ.

מוגמר *Suffitus*, eſt ſuffitus ſuper prunis ad odorem excitandum; ſed ad infumanda vaſa, omnium conſenſu vetitus eſt.

גדי מקולס *Caper exornatus*, cum pedibus ſuis & inteſtinis exterius in latus dependentibus quando aſſabatur, quod faciebant in memoriam agni Paſchalis, de quo ſcriptum eſt Exod. 12, 9. ראשו על כרעיו ועל קרבו Cæterum מקולס notat *armis inſtructum*, uti eſt heros qui ſecum habet arma ſua, ſic Sam. 17, 5. כובע Targum interpretatur קולסא. Porro dicit Miſna, וחכמים אוסרין *at Sapientes vetant*, in tribus, vetant everrere, quia complanat foveas; & infumare, quia non eſt actio cuilibet homini neceſſaria, ſed iis tantum qui delicati ſunt & malè olent; eſt autem caper adornatus, quia apparet ac ſi comedat ſancta extra locum legitimum; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכברין *Everrunt*, etſi terra illius ſit lutoſa; מוגמר *ſuffitus*, eſt ſuffitus ad odorandum, ſed ad infumanda vaſa, vetitus eſt ſecundum ſententiam omnium. גדי מקולס *caper adornatus*, cujus caput cum pedibus & inteſtinis erat inſtar agni in altari ſacrificandi, qui comedebatur Jeruſolymis; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ח שלשה דברים רבי אלעזר בן עזריה מתיר וחכמים אוסרין פרתו יוצאה ברצועה שבין קרניה ומקרדי׳ את הבהמה ביום טוב ושוחקים את הפלפלין ברחים שלהם רבי יהודה אומר אין מקרדין את הבהמה ביום טוב מפני שעושה חבורה אבל מקרצפין וחכמים אומרים אין מקרדין אף לא מקרצפין:

8. Tria permiſit R. Eleaſar filius Aſariæ, at Sapientes vetant. *Vacca illius egrediebatur* cum corrigio inter cornua ſua; & radunt beſtiam die feſto, & molunt piper ſuis molis. R. Jehuda dicit, non radunt beſtiam ſtrigili die feſto, eo quod excitat vulnus; ſed radunt pectine; Sapientes dicunt, non radunt ſtrigili, neque radunt pectine.

R. OB. DE BARTENORA.

פרתו יוצאה ברצועה שבין קרניה *Vacca illius exibat cum corrigio inter cornua ejus*, in ornamentum. Sapientes vero dicunt quod onus eſt, non autem ornamentum; ſed non erat vacca R. Eleaſaris filii Aſariæ, ſed vicini, & quia ipſum non reprehenderat, vocatur nomine illius.

מקרדין *Radunt*, ſcil. ſtrigili ferrea parva cum dentibus tenuibus beſtias abradentibus, quod licitum eſt die feſto etſi vulnus effecerit. ברחים *in molis*, in molis parvis, & ad hoc confectis. מקרצפין *abradunt*, ſtrigili lignea, cui ſunt dentes craſſi, & idcirco non efficientes vulnus.

וחכמים אומרים אף לא מקרצפין *At Sapientes dicunt*, *etiam non radunt pectine*, nam de pectine ligneo timendum eſt propter ferreum; deciſio non eſt juxta R. Eleaſar filium Aſariæ in tribus hiſce rebus. Sed tantum in cauſa radendi beſtias, nam in ea ſequitur opinionem R. Schimeonis, dicentis, rem ſine intentione peractam eſſe licitam, & juxta illum decidimus. Sapientes vero ipſi contrarii, ſunt in eadem opinione cum R. Jehuda, qui dicit, rem ſine intentione factam eſſe prohibitam; deciſio non eſt ita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרתו *Vacca illius*, ſupple R. Eleaſaris filii Aſariæ exibat cum corrigio intra cornua ſua; hæc jam diximus capite quinto tractatus de Sabbatho. מקרדין *ſtrigili abradunt*, muſcas exiguas femoribus beſtiæ ſe applicantes, & quando eas removent, vulnus excitatur.

מקרצפין *Radunt pectine*, magnas muſcas removent, undè non efficitur vulnus quando removentur. Sapientes non vetant, nam putant id quod non factum eſt cum intentione, prohibitum eſſe juxta ſententiam R. Jehudæ. Cæterum deciſio eſt juxta R Eleaſarem filium Aſariæ in eo tantum quod dicit, quod beſtiam radunt die feſto etiam ad muſcas abigendas; nam hypotheſis nobis eſt, rem ſine intentione factam eſſe licitam.

ט הרחים של פלפלין טמאה משום שלשה כלים משום כלי קבול ומשום כלי מתכות ומשום כלי כברה: עגלה של קטן טמאה מדרס ונטלת בשבת ואינה נגררת אלא על גבי כלים רבי יהודה אומר כל הכלים אין נגררין חוץ מן העגלה מפני שהיא כובשת:

9. Molæ piperis ſunt immundæ propter tria vaſa; propter vas receptionis, propter vas metalli; & propter vas cribri. Curris minorennis polluitur calcatione, & defertur die Sabbathi, & non trahitur niſi ſuper vaſa. R. Jehuda dicit, nulla vaſa trahuntur, excepto curru quia ſubigit.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

משום שלשה כלים *Propter tria inſtrumenta*, ut, ſi ſeparaverit unum eorum, illud non eſt fragmentum vaſis, ſed eorum quodlibet habetur vas ſeparatum, eſtque immundum, etſi unita ſint quando in molis ſunt, & appareant unum vas. משום כלי קבול *propter vas receptionis*, inferius quod recipit pulverem piperis moliti per foramina cribri, & illud immundum fit, eo quod eſt vas receptionis, & vas ligneum quod locum receptionis habet.

ומשום כלי מתכות *Et propter vas metallinum*, ſuperius, in quo molunt & piper contundunt, immundum eſt, quia vas metallinum eſt, nam eo quod ligneum eſt, non polluitur, quia vaſa lignea extenſa, & ea quæ non habent locum receptionis, pura ſunt, propter operculum ejus metallinum inferius.

ומשום כלי כברה *Et propter vas cribri*, id quod in medio eſt nempe cribrum circumdatum, non polluitur propter vas ligneum, quia ejus receptio non eſt receptio. Cæterum Sapientes immunditiem de cribro decreverunt propter vas textum, etſi cribrum non ſit metallinum, polluitur tamen propter vas cribri.

עגלה של קטן *Currus minorennis*, qui confectus eſt ut ludat cum eo minorennis, & deſtinatus ipſi ad ſedendum in eo.

טומאה מדרס *Polluitur calcatione*, ſi minorennis fuerit ſeminifluus, currus fit pater immunditiei.

ונטלה בשבת *Et defertur Sabbatho*, eo quod jus vaſis habet; ואינה נגררת *& non trahitur*, Sabbatho; אלא על גבי כלים *niſi ſuper vaſa*; ſuper veſtes, quia in terra efficit foveam, at qui foveam facit, reus eſt propter arationem.

רבי יהודה אומר כל הכלים אין נגררין וגו׳ *R. Jehuda dicit, nulla vaſa trahuntur &c.* duo occupati ſunt doctores juxta R. Jehudæ opinionem, nam juxta ipſum doctor primus eſt qui dicit, rem ſine intentione factam prohibitam eſſe; alter vero doctor dicit quod R. Jehuda non prohibet currum minorennis, quia non efficit foveam quando trahitur, ſed ſolum ſubigit, & pulverem deprimit, ut non pellatur de loco ſuo. Deciſio autem jam pronunciata eſt juxta R. Schimeon, dicentem, trahit homo lectulum, ſedile, & ſcamnum, dummodo non intendat efficere foveam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Figura harum molarum talis erat, qualem tibi deſcribam; molæ igitur quibus molebant, circumdabantur ut cribrum, per quod deſcendebat id quod molitum erat; at infra cribrum erat quid inſtar ſcutellæ in quam ingrediebatur id quod decidebat ex cribro, & lamina ferrea circumdabat omnia, quomodo inſtrumenta omnia reducebantur ad unum; hinc fiet ut mola metallina quæ molit, ſit vas metallinum, & ſeorſim polluatur; & cribrum quod agitat, & movet id quod deſcendebat indè de molito, polluatur ſeorſim, quia inſtrumentum ſingulare eſt, quemadmodum polluitur cribrum; & ſcutella in qua conjungebatur id quod agitatum erat, polluatur ſeorſim, ut vas receptionis. Docet nos igitur quod quælibet illarum trium partium eſt vas ſingulare, & quamvis una earum ſit ſeparata hoc modo, non ideo eſt fragmentum vaſis, ſed vas quod immunditiem recipit.

טומאה מדרס *Polluitur calcatione*, eſt is qui pollutus fuerit inceſſu ſeminiflui, etſi quid interveniat quod dividit; & de his jam quædam expoſuimus in tractatu Schabbath, ſed omnes ritus de immunditie calcationis exponentur in tractatu Zabhim. Dicunt autem nonnulli in nomine R. Jehudæ, quod currus minorennis non trahitur niſi ſuper inſtrumenta, ne ſigna faciat in terra. Alter vero doctor dicit in nomine ejuſdem R. Jehudæ, quod nullum vas trahi poteſt excepto curru, *quia ſubigit*, id eſt, quia terram complanat tantum, & non facit foveam. Cæterum ſententiam R. Jehudæ jam audiviſti, putantis, rem ſine intentione factam eſſe prohibitam. Fundamentum autem quod tenemus, jam tibi dixi, nimirum, rem ſine intentione factam eſſe licitam; ideoque deciſio eſt eo ſenſu quo expoſui in tractatu Schabbath, quod homo trahit lectulum, ſedile, & ſcamnum, dummodo non intendat facere foveam in ſolo.

פרק ג אין צדין דגים מן הביברין ביום טוב ואין נותנין לפניהם מזונות אבל צדין חיה ועוף מן הביברין ונותנין לפניהם מזונות רבן שמעון בן גמליאל אומר לא כל הביברין שוין זה הכלל כל המחוסר צידה אסור ושאינו מחוסר צידה מותר :

Caput 3. Non venantur piſces è vivariis die feſto, neque coram illis projiciunt cibum; ſed venantur feras & aves ex vivariis, & coram illis cibum projiciunt. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, omnia vivaria non ſunt æqualia. Hæc regula generalis eſt; omne vivarium in quo venandum eſt, prohibitum eſt; & omne vivarium in quo non venandum eſt, licitum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אין צדין דגים *Non venantur piſces*, etſi mactatio, coctio, & pinſio ſint opera principalia, & licita die feſto; venatio autem eſt ſpecies meſſis, at non licet metere die feſto. ביברים *vivaria*, ſunt piſcinæ in quibus educant piſces; ſunt etiam ædiculæ undiquaque parietibus circumdatæ, in quibus animalia educant.

ואין נותנים לפניהם מזונות *Et non ponunt coram illis cibum*, quia ſine cibo ſubſiſtere poſſunt, neque tenentur homines ipſis dare comedendum. אבל צדין חיה ועוף *ſed venantur feras & aves*, ejuſmodi qui jam parati fuerunt à die præcedenti. מן הביברים *è vivariis*, parvis, quæ non carent venatione; Rabban Schimeon filius Gamalielis non contradicit doctori primo. Sed exponit verba illius. כל המחוסר צידה *quodcunque caret venatione*, ita ut neceſſe ſit inquirere & inveſtigare ad capiendum feras dolo; quicunque vero currit poſt feram eamque mediante una extenſione capit, non cenſetur eam venatus eſſe, ſin minus, eam venatus eſſe cenſetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ביברין *Vivaria*, ſunt aquarum piſcinæ in quibus venantur piſces; vocantur etiam ביברין tuguria circumdata in quibus educant animalia; & quicquid vetitum eſt comedere die feſto propter מוקצה, vetitum eſt coram eo ponere cibum. כל המחוסר צידה *quicquid caret venatione*, id eſt, quicunque dicit, adduc rete ut eamus venatum; & quicquid ita factum fuerit, מוקצה eſt; deciſio eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

SURENHUSIUS. כל המחוסר צידה אסור ושאינו מחוסר צידה מותר *Omne quod caret venatione prohibitum eſt, & omne quod non caret venatione licitum eſt*, ſenſus eſt, quodcunque vivarium in quo feræ vel aves facili negotio & prima manus extenſione nequeunt capi, prohibitum eſt, id eſt, in eo die feſto nullo modo venari licet; quia eſt ſpecies metendi, at metere non licet die feſto.

ב מצודות חיה ועוף ודגים שעשאן מערב יום טוב לא יטול כהן ביום טוב אלא אם כן יודע שנצודו

2. Si retia ferarum, avium, & piſcium parata fuerint à veſpera diei feſti, non capiet ex illis die feſto,

שנצודו מערב יום טוב ומעשה בעכום אי שהביא דגים לרבן גמליאל ואמר מותרין הן אלא שאין רצוני לקבל הימנו :

feſto, niſi ſi ipſi conſtet quod capta ſunt à veſpera diei feſti. Factum eſt ut gentilis adduxerit piſces ad Rabban Gamalielem, qui dixit, liciti ſunt, ſed non placet mihi accipere eos ab ipſo.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשה בגוי אחד *Factum eſt ut gentilis quidam*, ſupplenda eſt hæc Miſna quibuſdam verbis, hoc ſenſu, *id de quo dubium eſt an paratum fuerit, vetitum eſt; ſed Rabban Gamaliel permittit, & factum eſt ut gentilis quidam &c. deciſio non eſt juxta Rabban*; Sed piſces & fructus die feſto adducti, de quibus dubium eſt an collecti fuerint hodie, aut heri, aut capti fuerint hodie, an heri, vetiti ſunt; quicquid autem vetitum eſt comedere, vetitum quoque eſt movere. Sin autem amiſerint formam ſuam, uti ſunt fructus marceſcentes, quia collecti non ſunt eo die; itidem piſces è longinquo loco adducti, & qui non capti ſunt eo die, liciti ſunt. Id autem quod præparatum eſt & è loco extra terminum advenit, vetitum eſt Iſraëlitæ pro quo adductum eſt, & toti familiæ ſuæ, ſed alii Iſraëlitæ licitum. Cæterum fructus aut piſces evulſi, aut capti primo die feſti, liciti ſunt nocte diei ſecundi feſti, donec tantum temporis tranſierit ut poſſint eſſe evulſi, aut capti, duobus feſtis diebus novi anni exceptis, quibus ſi capti vel evulſi fuerint, vetiti ſunt uſque ad exitum ſecundi diei feſti, quia præparari poſſunt, & evellere poſſunt fructus è loco, & indè eos deferre. Urbs vero ejuſmodi quæ portas ſuas claudit, tenetur expectare uſque ad craſtinum diem, intra quod tempus præparari poſſunt. אלא שאין רצוני *ſed non eſt voluntas mea*, nam ego reſpuo illos piſces quia ipſum odi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabban Gamaliel putat, ſi id quod dubium eſt, præparatum fuerit, licitum eſſe; itidem putat quod gentilis, ſi adduxerit die feſto fructus aut piſces, etſi capti fuerint die feſto, liciti ſunt; ſed deciſio non eſt juxta Rabban Gamaliel. Cæterum ſi gentilis adduxerit fructus, & demonſtratum fuerit nobis quod die feſto non ſunt evulſi; ſic etiam piſces, quos die feſto captos eſſe certo non conſtat; neque veniſſe è loco extra terminum terræ, liciti ſunt ut comedantur die feſto, etiam ab illo propter quem advenerunt. Verum ſi venerint è loco extra terminum terræ Iſraëlis, & de hoc dubium fuerit, liciti ſunt pro alio Iſraëlita, at non pro illo pro quo venerunt. Id autem quod captum aut avulſum fuerit primo die feſti, licet comedere die ſecundo, exceptis duobus novi anni feſtis diebus, qui ſunt una ſanctitas.

ג בהמה מסוכנת לא ישחוט אלא אם כן יש שהות ביום לאכול ממנה כזית צלי רבי עקיבא אומר אפילו כזית חי מבית טביחתה שחטה בשדה לא יביאנה במוט ובמוטה אבל מביא בידו אברים אברים :

3. Beſtiam periclitantem non mactabit, niſi ſit tempus diei ad comedendum de ea quantitatem olivæ aſſatæ. *R. Akiba dicit*, etſi ſit quantitas olivæ crudæ è loco mactationis ſuæ. Si mactaverit eam in agro, non adducet eam in baculo uno neque in duobus, ſed adducet in manu ſua quodlibet membrum.

R. OB. DE BARTENORA. בהמה מסוכנת *Beſtiam periclitantem*, de qua timendum eſt ne moriatur, attamen non opus habet ea, quia jam comedit cibum ſuum; eam non mactabit, niſi certo ſciat ipſi tempus eſſe die feſto ad comedendum de ea quantitatem olivæ, poſtquam aſſaverit eam. מבית טביחתה *è loco mactationis*, quia præparata eſt, pelle denudata; deciſio non eſt juxta R. Akibam. לא יביאנה במוט ובמוטה *non adducet eam in baculo uno, neque in duobus*, per duos homines, quia eſt actio admodum publica, cujuſmodi exiguum honorem diei feſto adfert.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

SURENHUSIUS. לא יביאנה במוט ובמוטה *Non adducet eam in baculo uno, neque in duobus*, quia eſt actio quæ perfici ſolet diebus profeſtis, cujuſmodi non convenit feſto; cæterum voces מוטה & מוט à commentatoribus diverſimode explicantur, Bartenora, Jarchi & Rabbenu Niſſim explicant de geſtatione quæ fit per duas perſonas, eo nimirum ſenſu, cum duæ perſonæ quid geſtant in uno מוט vel מוטה, & hoc ſenſu etiam Maimonides capite ſexto tractatus Jom Tob. Et Tor ſectione 498. tradit במוט או במוטה. Et quamvis hi auctores non expreſſerint an geſtatio per unum an per duos fiat, conatur tamen Jom Tobus è Maimonide & Jarchi probare quod geſtatio quæ fit ope מוט, ex eo quod Num. 13, 24. dicitur וישאוהו במוט בשנים ſimpliciter intelligenda ſit de geſtatione quæ fit per duos &c. vid. Gem. Sota fol. 34.

ד בבור שנפל לבור רבי יהודה אומר ירד מומחה ויראה אם יש בו מום יעלה וישחוט ואם לאו לא ישחוט רבי שמעון אומר כל שאין מומו ניכר מבעוד יום אין זה מן המוכן :

4. Primogenitura ſi ceciderit in foveam, R. Jehuda dicit, deſcendet Sapiens & videbit, ſi in ea ſit macula, attollet eam, & mactabit; ſin minus, non mactabit. R. Schimeon dicit, cujus macula non fuerit cognita à die antecedenti, non eſt de eo quod præparatum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בכור שנפל לבור *Primogenitura quæ ceciderit in foveam*, quæ macula affecta eſt, & non oſtenſa Sapienti cuidam à veſpera feſti diei, ad reddendam eam licitam, ſed quæ incidit die feſto, ut timendum ſit ne moriatur illic.

ירד מומחה *Deſcendet Sapiens*, qui peritus eſt ad diſtinguendum inter maculam fixam, & maculam tranſeuntem. ויראה *& videbit*, maculam, quam contraxit die antecedenti, an ea ſit fixa. יעלה וישחוט *aſcendet & mactabit*, nam hic non obtinet prohibitio מוקצה, quia à die antecedenti in ea fuit intentio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda dicit quod licet videre maculas die feſto; R. Schimeon dicit, quod vetitum eſt videre maculas die feſto; Lex vero dicit, quod primogenitura ſancta eſt, at ſi maculà affecta ſit, abit ab ea ſanctitas, & licità eſt ut comedatur ut res profana; hoc enim eſt quod dicitur *Deut.* 15, 21. וכי יהיה בו מום וגו׳ Cæterum tibi exponetur quod ad omnes maculas quæ primogenituram faciunt licitam ad mactandum in tractatu Bechorot. Propterea, ſi in foveam inciderit, & non contraxerit maculam, non licet eam educere è fovea, quia non apta eſt ut comedatur, etiamſi nobis fundamentum

ואם לאו לא ישחוט *Sin minus, non mactabit*, id eſt, ſi macula illa quam contraxerat à veſpera diei feſti, non ſit fixa, ſed jam facta ſit macula fixa, etſi tranſgreſſus ſit, non tamen mactabit illam. Neque dicimus quod à die antecedenti in ea fuit ipſius intentio, quandoquidem enim jam habet maculam fixam, non eam mactabit. Quoniam enim macula, quam habebat die antecedenti, non erat fixa; erat ergo מוקצה, propter prohibitionem.

אין זה מן המוכן *Non hoc eſt de præparato*, non propter מוקצה id prohibet, nam R. Schimeon non admittit hic prohibitionem מוקצה; ſed vult eam reddere licitam die feſto, quod eſt adaptare, & ſimilis eſt judicanti cauſam, nam R. Schimeon ex decreto Sapientum vetuit; & res ſe habet, ac ſi dixiſſet, permiſſio ejus non eſt permiſſio, neque præparatum quid eſt, ut legitimum ſit.

mentum ſit, quod afflictio animalium de Lege eſt. Id autem quod dicit ואם לאו לא ישחוט *ſin minus, non mactabit*, & non dicit, non educet, id vult, ſi homo tranſgreſſus fuerit, & è fovea eduxerit, & contraxerit maculam tranſeuntem, à veſpera feſti diei, pro quo vetitum eſt mactare primogenituram, & jam redierit in maculam fixam, poſtquam eduxerit illam è fovea, vetitum eſt mactare eam die feſto; quia nobis apparet, quandoquidem macula incepit à veſpera diei feſti, quod intentio fuit in ea, & non eſt מוקצה; nam R. Jehuda putat quod macula omnino nota fuit à veſpera diei feſti; ratio autem, quare permittit primogenitum quod inciderit in foveam, mactare propter maculam, eſt, propter afflictionem animalis, quia educunt illud, & mactant, quoniam ipſi licet videre maculam die feſto. Sed quando illud è fovea eduxerit, & animalis afflictio tranſierit, non juſtum eſt ut mactet illud, etſi macula tranſiens jam fixa ſit, quia eſt מוקצה. Exponetur etiam in tractatu Bechorot de maculis fixis & non fixis. Sed juxta R. Schimeon, qui non permittit videre maculas die feſto, nullatenus eas conſpicere licet; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

ה בהמה שמתה לא יזיזנה ממקומה ומעשה ושאלו את רבי טרפון עליה ועל החלה שנטמאה ונכנס לבית המדרש ושאל ואמרו לו לא יזיזם ממקומם :

5. Beſtiam mortuam non movebit loco ſuo; factum eſt ut rogaverint R. Tarphonem ſuper hoc, & ſuper placenta polluta, ille vero intravit Synagogam, & rogavit, & reſponderunt ipſi, non movebit eam loco ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

בהמה שמתה *Beſtia mortua*, de beſtiis ſanctis ſermo eſt, quemadmodum dicit, עליה ועל החלה שנטמאה *ſuper hac, & ſuper placenta polluta*; beſtia vero ſancta mortua non licet frui, ſed ſepeliri debet; propterea non movenda eſt loco ſuo. Sed beſtiam profanam partiuntur pro canibus. Quod tamen ea conditione accipiendum eſt, ſi periclitata fuerit à veſpera diei antecedentis, quia intentio erat in ea; at ſi non à die antecedenti, etiam profanam beſtiam non movebit ſuo loco. חלה שנטמאה *placenta polluta*, non eſt apta pro ſacerdote die feſto, neque ad comburendam illam, neque canibus comedendam, quia ſanctitates die feſto removeri nequeunt è mundo, etſi beſtiæ comedendas eas proponant; nam decretum Legis eſt quod ſanctitates immundæ non removentur è mundo die feſto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Negotium hoc intelligendum eſt tantum de beſtia ſancta mortua, nam hypotheſis nobis eſt, quod ſanctitates canibus non poſſunt dari comedendæ; propterea non movebit eam loco ſuo. Cæterum beſtiam profanam mortuam partiri poſſunt, & canibus dare comedendam; dummodo ea periclitetur à veſpera Sabbathi; at ſi non periclitetur, eſt מוקצה; & vetitum eſt eam dimovere.

ו אין נמנין על הבהמה לכתחלה ביום טוב אבל נמנין עליה מערב יום טוב ושוחטין ומחלקין ביניהן רבי יהודה אומר שוקל אדם בשר כנגד הכלי או כנגד הקופיץ וחכמים אומרים אין משגיחין בכף מאזנים כל עיקר :

6. Non numerantur ſuper beſtia in principio die feſto, ſed numerantur ſuper ea à veſpera diei feſti, & mactant, & partiuntur inter ſeipſos. R. Jehuda dicit, menſurat homo carnem cum vaſe, aut cum ſecuri. Sapientes dicunt, nullatenus licet curam habere bilancis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין נמנין *Non numerantur*, non licet convenire de ſumma nummorum, dicentibus inter ſe duobus aut tribus, hanc beſtiam accipimus pro tribus monetis, ergo una moneta ſolvenda erit à quolibet. ושוחטין ומחלקין ביניהן *& mactant, & dividunt inter ſe*, die feſto, pro dimidio, pro tertia parte, & quarta parte, ſine determinatione ſummæ nummorum.

שוקל אדם בשר *Ponderat homo carnem*, etſi vetitum ſit ponderare ponderibus, quia eſt actio ejuſmodi quæ peragitur die profeſto; nihilominus licet menſurare vaſe aut ſecuri, ſequenti vero die poſſunt conſiderare quantum ſit pondus ſecuris, & vaſis.

אין משגיחין בכף מאזנים כל עיקר *Non attendunt omnino ad bilancem*, etſi illi imponatur ad cuſtodiendum carnem à muribus, vetitum eſt nihilominus imponere illi quicquam bilanci; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין נמנין *Non numerantur*, id eſt, non conveniunt inter ſe de ſumma nummorum die feſto, dicendo, exempli gratia, beſtiam hanc ſumimus pro decem nummulis inter decem perſonas, aut quemlibet numulum pro qualibet perſona.

אין משגיחין בכף מאזנים כל עיקר *Non curam habent bilancis ullo modo*, ſenſus eſt, vetitum eſt uti illa, etſi non fiat ad menſurandum, ut, ad imponendum aliquid bilanci, aut ad contegendum illa aliquod vas; deciſio eſt juxta Sapientes.

ז אין משחיזין את הסכין ביום טוב אבל משיאה על גבי חבירתה לא יאמר אדם לטבח שקול לי (ס"א מכור) בדינר בשר אבל שוחט ומחלקין ביניהם :

7. Non acuunt cultrum die feſto, ſed acuere licet unum ſuper alium. Non dicet homo coquo, menſura mihi pro denario carnis, ſed mactabit, & tum divident inter ſe.

R. OB. DE BARTENORA. אין משחיזין את הסכין Non

R. MOSCHE FIL. MAIMON. השחזה Exacue-re;

Non acuunt cultrum, ad molam, aut ad cotem, אבל עו׳ משיאה גבי חברתה *ſed traducit eum ſuper alium*, quia mutationem inſtituit à die profeſto differentem.

re, eſt traducere cultrum in molas: מחלקין ביניהם *dividunt inter ſe*, dicet illi, da mihi quartam partem agni; aut octavam partem, vel partem quandam de eo.

ח אומר אדם לחברו מלא לי כלי זה אבל לא במדה רבי יהודה אומר אם היה כלי של מדה לא ימלאנו מעשה באבא שאול בן בטנית שהיה ממלא מדותיו מערב יום טוב ונותן ללקוחות ביום טוב אבא שאול אומר אף במועד עושה כן (נ״א ל״ג) מפני ברורי המדות וחכמים אומרים אף בחול עושה כן מפני מצוי המדות הולך אדם אצל חנוני הרגיל אצלו ואומר לו תן לי ביצים ואגוזים במנין שכן דרך בעל הבית להיות מונה בתוך ביתו:

8. Dicit homo ſocio ſuo, imple mihi hoc vas, ſed non, in menſuram. R. Jehuda dicit, ſi ſit vas menſuræ, non implebit illud. Factum eſt ut Aba Schaul filius Botnit impleverit menſuras ſuas à veſpera diei feſti, quas dabat emtoribus die feſto. Aba Schaul dicit, etiam in feſti diebus intermediis ſic faciebat. Sapientes dicunt, etiam die profeſto ſic faciebat propter ſordes menſurarum. Abit homo ad cauponem ſuum notum, & dicit, illi da mihi ova & nuces in rationes, nam ita patresfamilias inire ſolent rationes domi.

R. OB. DE BARTENORA.

אבל לא במדה *Sed non, in menſura*, in vaſe ad menſurandum deſtinato, quo menſurant, & vendunt; at ſi non deſtinatum fuerit ad menſurandum, etſi quis in futurum menſuret eo, quando fractum fuerit hoc quo menſurat, licet illud in locum illius reponere, & implere.

אם היה כלי של מדה *Si ſit vas menſuræ*, etſi illud nondum deſtinaverit ad menſurandum, non implebit illud; deciſio non eſt juxta R. Jehuda. ממלא מדתו מערב יום טוב *ut impleverit menſuram ſuam à diei feſti veſpera*, quia die feſto menſurare non licet. אף במועד עושה כן *etiam die feſto intermedio ſic faciebat*, propter intermiſſionem Synagogæ, quia multi ad Aba Schaul accedebant qui emebant diebus feſti intermediis, quando non erant intenti operibus ſuis, & tum implebat ille menſuras nocte, quando non eſt tempus Synagogæ deſtinatum, ut die eſſet otioſus. מפני מצוי המדות *propter ſordes menſurarum*, quando oleum vendebat, multas habebat menſuras, & emptores adducebant vaſa ſua, ille vero cuilibet menſurabat menſuram, & deſtillabat oleum in poſſeſſorum vaſa totam noctem, ne in fundo menſuræ & in lateribus adhæreret oleum, & fieret ut ſurriperet emptoribus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אבל לא במדה *Sed non in menſura*, id eſt, non in vaſe ad menſuram fabrefacto, at ſi eſſet vas ad menſuram fabrefactum, etſi propriè nondum ſit factum, & nondum conſtitutum ad menſurandum, licet tamen ipſi quædam imponere. R. Jehuda vetat, quia eſt certum menſuræ vas. Faciebat autem Aba Schaul filius Botnit, id quod dicitur de ipſo, propter ceſſationem Synagogæ, ne intermitteretur tempore menſurandi; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

פרק ד המביא כדי יין ממקום למקום לא יביאם בסל ובקופה אבל מביא הוא על כתפו או לפניו וכן המוליך את התבן לא יפשיל את הקופה לאחוריו אבל מביאה הוא בידו ומתחילין בערמת התבן אבל לא בעצים שבמוקצה:

Caput 4. Qui adduxerit cantharos vini de loco in locum, non adducet in caniſtro, neque in capſa; ſed adducet ſuper humero ſuo, aut ante ſe. Sic etiam qui paleam adduxerit, non ſuſpendet arcam in tergo, ſed adducet eam manu. Incipiunt etiam acervum paleæ, ſed non ligna quæ in Mukze ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

המביא ממקום למקום *Qui adduxerit è loco in locum*, intra terminum Sabbathicum. לא יביאם בסל ובקופה *non adducet eos in caniſtro, neque in capſa*, ponendo tres aut quatuor cantharos in caniſtro aut in capſa ad ferendum eos, quia videtur efficere actionem diei profani; at ſi non poſſit facere cum mutatione aliqua, licitum eſt.

אבל מביא הוא על כותפו *Sed adducet ſuper humero ſuo*, unum aut duos, undè liquet quod ſunt pro die feſto. או לפניו aut ante ipſum, in manu ſua. וכן המוליך את התבן *& ſic is qui adduxerit paleam*, ad incendendum illam, aut beſtiis proponendam in cibum. לא יפשיל קופה לאחוריו *non ſuſpendet arcam in tergo*, quomodo videtur facere uti ſolet fieri die profeſto. ומתחילין בערמת התבן *& incipiunt acervum paleæ*, etſi is non deſtinatus fuerit à die heſterno, nec ſolitus fuerit comburere de eo, nam hic doctor non curat interdictum מוקצה. Porro dicitur אבל לא בעצים שבמוקצה *ſed non ligna quæ ſunt in Mukze*, ſpatium quod eſt poſt domicilia vocatur מוקצה, eo quod à parte poſteriori præciſum eſt, quod plerumque non intrant, neque exeunt indè. Ligna vero hæc de quibus hic ſermo eſt ſunt tigna magna cedrina quæ ædificiis deſtinata ſunt, quæque habentur מוקצה, quia pretioſa ſunt, & multum valent; in hac cauſa tamen R. Schimeon, qui non curat interdictum מוקצה, conſentit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum totius rei eſt, ne quis faciat eo modo in feſto quo facit die profeſto, ſed cum aliqua mutatione; at ſi non poſſit facere cum mutatione, tamen licitum eſt.

ומתחילין בערמת התבן *Et incipiunt acervum paleæ*, dummodo palea ſit plena ſpinis, quæ omnino comburenda eſt, & quaſi dicata igni, quæque non opus habet præparatione. Cæterum ſi eo modo quo diximus, ſe habuerit, eſt inſtar ligni quod in מוקצה, id eſt, in loco deſtinato conſervationi ligni eſt.

ב אין נוטלין עצים מן הסוכה אלא מן הסמוך לה מביאין עצים מן השדה מן המכונס ומן הקרפף אפילו מן המפוזר איזהו קרפף כל שסמוך לעיר דברי רבי יהודה רבי יוסי אומר

2. Non auferunt ligna de tabernaculo, niſi de eo quod ipſi proximum eſt. Adducunt ligna ex agro de eo quod collectum eſt, & è loco ſepto, etiam de eo quod diſperſum eſt. Quid eſt קרפף? quicquid urbi proximum, ſunt verba R. Je-

כל שנכנסין לו בפותחת ואפילו בתוך התחום שבת:

R. Jehudæ. R. Joſe dicit, quocumque intrant per portam clauſam, etiam intra terminum Sabbathicum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין נוטלין עצים מן הסוכה *Non auferunt ligna de tabernaculo*, etſi fuerit tabernaculum citra præceptum Legis, ac ſi eſſet in feſto Paſchatis, aut ſeptimanarum, non ſumunt de lignis diei feſti, quia eſt diruere tabernaculum.

אלא מן הסמוך לה *Sed de illo quod ipſi proximum eſt*, uti ſunt cannæ quæ erectæ ſunt propè parietes tabernaculi, at non contextæ cum parietibus, nec de jure ceſſant apud parietes, idcirco ſumunt de illis die feſto. מביאין עצים מן השדה *adducunt ligna ex agro*, ligna evulſa & intra terminum Sabbathicum.

מן המכונס ומן קרפף אפילו מן המפוזר *E collecto, & è loco ſepto, etiam de eo quod diſperſum eſt*, Miſna hæc hominis ſpecialis eſt, ſed talis non eſt deciſio; Cæterum deciſio eſt, quod ligna adduci non poſſunt niſi de lignis quæ collecta fuerint in loco ſepto; ſed ex agro nihil adducunt, etſi ſint collecta, quia in illis non fuit intentio, quoniam illic non cuſtodiuntur; ſed in lignis loci ſepti & circumdati, quando ligna collecta fuerint, intentio fuit in ea.

כל שסמוך לעיר *Quicquid urbi proximum eſt*, ſimpliciter, ſenſus eſt, quod ipſi ſit porta quæ clauditur clave; nam R. Jehuda putat duo eſſe neceſſaria, nimirum, ut ſit propè urbem, & claudatur clave. Quandoquidem autem putat quod קרפף abſolutè gaudet clave, ideo hoc non meminit. *R. Joſe dicit, in quicquid intrat per portam clauſam*, etſi ipſi ſit porta quæ clauditur, non eſt neceſſe ut ſit propè urbem, ſed etiam longè diſtare poteſt uſque ad finem termini Sabbathici. Sin autem propè civitatem fuerit, non eſt neceſſe ut ipſi ſit porta quæ clave obſeratur; at ſi propè civitatem fuerit, ſine clave, aut cum clave, & non propè urbi, licet; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tabernaculum feſti in feſto prohibitum eſt, ita ut ex lignis illius non liceat utilitatem aliquam capere per omne tempus feſti tabernaculorum, quia Deus dixit Levit. 23, 34. חג הסוכות שבעת ימים ליהוה אלהיכם Quæ exponit traditio, quemadmodum nomen Dei cadit in ſacrificium Chagigæ, ſic etiam nomen Dei cadit in tabernaculum. Hic autem caſus intelligendus eſt de tabernaculo citra præceptum Legis facto; nam hypotheſis nobis eſt, quod die feſto tabernaculum confici non poſſit, neque dirui, quanto magis in Sabbatho; ſed hoc jam diximus in tractatu Schabbat.

ומן הסמוך *Et de eo quod proximum eſt*, quod proximum eſt parietibus illius. ומן הקרפף *& è loco ſepto*, non ita deciſio eſt, ſed è loco collecto omnino licet, & ea conditione ut ſit de collecto, quod eſt in loco ſepto; ſed ex agro adducere non licet, etiam de eo quod collectum eſt. R. Jehuda putat neceſſarium eſſe ut locus ſeptus habeat portam clauſam, & ſit civitati proximus. R. Joſe dicit, quod, ſi illi fuerit porta, etſi procul ab urbe diſſitus intra mille paſſuum, ſive terminum Sabbathicum, licet ſumere de eo; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ג אין מבקעין עצים לא מן הקורות ולא מן הקורה שנשברה ביום טוב ואין מבקעין לא בקרדום ולא במגרה ולא במגל אלא בקופיץ בית שהוא מלא פירות סתום ונפחת נוטל מבקום הפחת רבי מאיר אומר אף פותח לכתחילה ונוטל:

3. Non diffindunt ligna, neque è tignis, neque è tignis fractis die feſto; neque diffindunt ſecuri, ſerra, neque falce, ſed Cophiz. Domicilium quando plenum fuerit fructibus clauſum, & apertum fuerit, ſumet de loco aperto. R. Meyr dicit, etiam aperiet à principio, & ſumet.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מבקעין עצים מן הקורות *Non findunt ligna è tignis*, in terra ordine diſpoſita, ne incurventur, ſed ut ædificiis inſerviant. ולא מן הקורה שנשברה ביום טוב *neque è tigno fracto die feſto*, etſi jam comburendum ſit, inter ſoles tamen ad introitum feſti non fuit eò deſtinatum.

אין מבקעין בקרדום *Non findunt ſ[illegible]i*, Miſna hæc quibuſdam verbis ſupplenda eſt, hoc ſenſu, ſed findunt tignum à veſpera diei feſti fractum, & quando findunt, non findunt ſecuri, neque במגרה *ſerra*, quæ eſt inſtrumentum inſtar longi cultri inciſionibus pleni, quo ligna ſecant craſſa.

מגל *Falx*, eſt etiam inſtrumentum opificum, quo ſi quis utatur, videtur operari. קופיץ eſt plerumque culter eorum qui carnem ſecant, at non eſt inſtrumentum opificum; dantur nonnulla quibus duo ſunt latera, unum latum quod vocatur *fœmininum*; alterum anguſtum, quod vocatur *maſculinum*; ſed ſecant tantum latere maſculino. נוטל ממקום הפחת *ſumet de loco apertura*, nam non dicimus quod מוקצה ſunt propter interdictum illud, quia aperiri nequit die feſto, & idcirco mentem abſtrahit ab ejuſmodi fructibus; nam caſus de quo hic tractat Miſna, eſt de domicilio quod non ædificatum eſt luto, neque calce, ſed ex lateribus ſuperpoſitis ſine calce, & eo modo in apertura ejus non eſt interdictum Legis, propterea fructus non ſunt מוקצה, nam ſicut de re illibata dicimus quod non ſit מוקצה, nempe ſi tranſierit, & præparaverit rem illibatam, præparata habetur, ideo non eſt מוקצה. אף פותח לכתחלה *etiam aperit de principio*, de induſtria, quoniam enim illic non datur lutum, ſed lateres ſuperpoſiti, non eſt deſtructio, & licet aperire à principio; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ ſenſus eſt talis, non diffindunt ligna congeriei trabium, neque trabium fractarum die feſto, niſi fractæ fuerint à veſpera diei feſti, & quando findunt, non findunt niſi ſecuri, non ſerra, neque falce; ratio vero harum rerum omnium jam data eſt in ſuperioribus.

קופיץ Eſt inſtrumentum ferreum quo carnem findunt, ſed ligna findere eo non convenit, niſi latere illius anguſto, quod eſt inſtar ſagittæ, & vocatur זכרות *maſculinum*, & lata illius pars נקבות *fœminina*, quia homines non ſolent ea findere, eſtque mutatio aliqua. Quod autem R. Meyr dicit, *quod aperiet de principio, & ſumet*, non vult, quod die feſto diruet parietes, ſed juxta ſententiam illius licet aperire, ſi parietes illi ſint ex lateribus conſtructi in ordinem ſine ædificio; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

ד אין פוחתין (ס"א פותחין) את הנר מפני שהוא עושה כלי ואין עושין פחמין ביום טוב ואין חותכין את הפתילה לשנים רבי יהודה אומר חותכה באור לשתי נרות:

4. Non aperiunt (Gemara diminuunt) lucernam, quia facit inſtrumentum; neque faciunt carbones die feſto: Neque diſcindunt ellychnia in duas partes. R. Jehuda dicit, diſcindat illa ope lucis pro duabus lucernis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פותחין את הנר. *Non aperiunt lucernam*, accipiendo unum ovum à tegulis & pugnum ſuum immittendo in illud ad excavandum lucernam, quia eo modo facit vas. ואין עושין פחמין *neque carbones faciunt*, quia ſunt inſtar vaſis, pro aurifabris, ellychnium eſt etiam inſtrumentum ad incendendum lumen quod correctione opus habet; ſed non diſcindunt in duas partes; at adaptare ellychnium licet.

חותכה באור *Diſcindat illud cum luce*, imponendo duo capita ellychnii duobus lucernarum oribus, quas ſimul incendere voluerit, & incendendo etiam in medio, quo modo non videbitur intendere correctionem vaſis, vel inſtrumenti, ſed incenſionem tantum; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lucernas ſuas faciebant binas & deinde eas diſcindebant. חותכה באור לשתי נרות *diſcindit eam cum luce pro duabus lucernis*, ponit unam partem ellychnii in una lucerna, & alteram partem in alia lucerna, deinde ignem in medio ponit, & dividitur, quomodo unum ellychnium ardet in una lucerna, & alterum in altera lucerna. Prohibetur autem diſcindere ellychnium cultro, aut novacula, quia illud eſt corrigere vas; ſed manu comprimere licet; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

ה אין שוברין את החרס ואין חותכין הנייר לצלות בו מליח ואין גורפין תנור וכירים אבל מכבשין ואין מקיפין שתי חביות לשפות עליהן את הקדרה ואין סומכין את הקדרה בבקעת וכן בדלת ואין מנהיגין את הבהמה במקל ביום טוב ורבי אליעזר בן ר׳ שמעון מתיר:

5. Non frangunt teſtam, neque diſcindunt chartam ad aſſandum in ea piſces ſalitos; neque everrunt furnum, neque furnulum, ſed ſubigunt. Neque conjungunt duo dolia ad ponendum ſuper illa ollam; neque ollam conſtruunt in exciſis lignis, ſic etiam neque januam. Neque ducunt beſtiam cum baculo die feſto; R. Elieſer filius R. Schimeonis permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חותכין את הנייר *Non diſcindunt chartam*, in quam immittunt oleum, & tum coram igne conſiſtere poteſt, & non comburitur, quia oleum eam penetravit. מליח *piſcis ſalitus*. אין גורפין תנור וכירים *non everrunt furnum, neque furnulum*, ſi in eos inciderit lutum furno illitum, non everrunt eos, quia illud eſt adaptare vas. Sapientes vero putant, quod eæ res, quæ inſerviunt ad præparandum cibum, prohibitæ ſunt.

מכבשין *Subigunt*, cinerem cum pulvere deponunt, ut ſit lævis; & ſi non poſſit coquere niſi everrat, licitum eſt. אין מקיפין *conjungunt*, unum dolium cum alio, ut בריאה. Porro dicit לשפות *ad diſponendum*, ad ordinandum ollas in doliis, & inter ea conſtruendum ignem; quam actionem vetat, quia committit actionem ædificandi. אין סומכין את הקדרה בבקעת *non conſtruunt ollam in lignis exciſis*, quia ejuſmodi ligna combuſtioni deſtinata ſunt. וכן בדלת *& ſic ſe res habet cum janua*, ut non erigant eam ſuper lignis exciſis, eo quod ligna ſunt מוקצה *deſtinata* in omni miniſterio, excepta combuſtione. אין מנהיגים את הבהמה במקל *Non ducunt beſtiam cum baculo*, eo quod videtur aliquid vendere in platea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נייר *Charta*, notum eſt quid ſit, quando autem in eam immittunt oleum, reſiſtit igni quamdiu in ea eſt oleum. אבל מכבשין *ſed ſubigunt*, id eſt, cinerem cum oleo æqualem reddunt, & ſi coquus defecerit in eo, everrunt cinerem.

בקעת Eſt ligni ſegmentum; quod non eſt vas. *Et quod dicit*, וכן בדלת *& ſic etiam cum janua*, id eſt, idem intelligendum eſt de janua ſive porta, quod eam non conſtruunt in ſegmento ligni; nam hypotheſis nobis eſt, quod ligna tantum combuſtioni deſtinata ſunt.

ו רבי אליעזר אומר נוטל אדם קיסם משלפניו לחצוץ בו שניו ומגבב מן החצר ומדליק שכל מה שבחצר מוכן הוא וחכמים אומרים מגבב משלפניו ומדליק:

6. R. Elieſer dicit, ſumit homo feſtucam de eo quod coram ipſo eſt, ad purificandum ea dentes ſuos. Colligit ex atrio, & incendit, nam quicquid in atrio eſt, paratum eſt. Sapientes dicunt, colligit de eo quod coram ipſo eſt, & incendit.

R. OB. DE BARTENORA.

משלפניו *De eo quod coram illo eſt*, de eo quod domi coram ipſo fuerit. לחצוץ בו שניו *ad purificandum ea dentes ſuos*, ad removendum carnem, aut cibum, qui invenitur inter dentes. Et quod dicit משלפניו, non intelligendum ſtricte de eo quod domi eſt, nam juxta ſententiam R. Elieſeris licet etiam ſumere de eo quod eſt in atrio, uti dicit, *nam quicquid in atrio eſt, paratum eſt*; ratio autem, quare dicit משלפניו, eſt, propter ſententiam Sapientum qui ipſi contrarii ſunt, dicentes, de eo quod coram ipſo eſt non ſumet, niſi ad comburendum tantum, non autem ad purificandum dentes, eo quod putant quod ligna tantum igni deſtinantur. וחכמים אומרים מגבב משלפניו ומדליק *Sapientes dicunt, colligit de eo quod coram ipſo eſt, & incendit*, at non ex atrio, nam quandoquidem feſtucæ ſunt tenues, magnum opus eſt colligere eas, ſi non collectæ erant ad hoc à die antecedenti. Cæterum quod dicit R. Elieſer, *ſumit feſtucam ad purificandum ea dentes*, nos tenemus, quod neque de eo quod coram ipſo ſumat, niſi ad comburendum, quia iis uti non licet niſi ad comburendum; in duabus cauſis contrarii ſunt; deciſio eſt juxta Sapientes. Neque licitum eſt ſumere feſtucam ad purgandum ea dentes, niſi de præſepi beſtiæ; neque diffindere, neque corrigere ad hoc opus, niſi recens & idonea fuerit in cibum beſtiæ; nam quicquid idoneum eſt in cibum beſtiæ, illud diffindere licet tam die feſto, quam Sabbatho, & interdictum de corrigendo vaſe hic non obtinet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non permittunt Sapientes ut homo ſumat feſtucam ad purgandum ea dentes ſuos, ſed de præſepi beſtiæ tantum; & vetitum eſt diffindere, aut corrigere eam, niſi recens fuerit, & idonea ut beſtiis comedenda proponatur, nam quicquid idoneum eſt ut beſtiis comedendum detur, licet in Sabbatho diffindere; deciſio non eſt juxta R. Elieſer. Cæterum quod Sapientes dicunt מגבב מלפניו *colligit de eo quod coram eo eſt*, id eſt, quando in agro coquit, colligit undiquaque & incendit.

ז אין מוציאין את האור לא מן העצים ולא מן

7. Non educunt ignem, neque de lignis, neque

מן האבנים ולא מן העפר ולא מן המים ואין מלבני' את הרעפים לצלות בהן ועוד אמר רבי אליעזר עומד אדם על המוקצה ערב שבת בשביעית ואומר מכאן אני אוכל למחר וחכמים אומרים עד שירשום ויאמר מכאן ועד כאן :

que de lapidibus, neque de pulvere, neque de aquis; neque calefaciunt lateres ad aſſandum in illis. Præterea dixit R. Elieſer, ſtet homo ſuper Mukze veſperi Sabbathi anni ſeptimi, & dicat, *abhinc comedo ego in craſtinum.* Sapientes dicunt, donec ſignaverit, & dixerit, *abhinc & huc uſque.*

R. OB. DE BARTENORA.

אין מוציאין את האור וגו׳ *Non educunt ignem &c*, quia aliquid producit, & ſimilis eſt illi qui operatur, nam ignem producit die feſto. מן העפר *è pulvere*, datur ſolum quod ſi effodiunt, ignem producit è loco effoſſionis.

ולא מן המים *Neque de aquis*, imponunt aquam vaſi vitreo criſtallino, idque deponunt in ſole admodum calefaciente, undè fit ut vitrum educat flammam, & tum adducunt ſtupam ad vitrum, quomodo incenditur. רעפים ſunt vaſa teſtacea in medio perforata, quibus tegere ſolent tecta. אין מלבנים הרעפים לצלות בהן *non calefaciunt lateres ad aſſandum in illis*, hoc intelligendum eſt de tegulis novis tantum, quia ope incenſionis iſtius adaptat vas, quod igne induratur.

ועוד אמר ר׳ אליעזר *Præterea dixit R. Elieſer*, quia ſuperius dixit cauſam permiſſionis, ideo hic iterum de ipſo loquente, dicitur *& præterea.* עומד אדם על המוקצה *ſtat homo ſuper Mukze*, quod requirit præparationem, & cui præparatio prodeſt. ערב שבת בשביעית *veſperi Sabbathi anni ſeptimi*, quo anno non dantur decimæ, nec deficit illi niſi præparatio; idem obtinet in cæteris annis ſi decimæ ſeparatæ fuerint; ſed loquitur hic ſimpliciter, quod מוקצה plerumque non eſt decimatum, nam ficus & uvæ ſunt plerumque מוקצה, & decimæ detrahi non ſolent antequam abſoluta fuerint opera. מכאן אני אוכל למחר *abhinc ego comedo in craſtinum*, & hoc ſufficit. עד שירשום *donec ſignaverit*, ſigno, nam putat quod electio non prodeſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רעפים *Tegulæ*, lateres in fornace cocti; ſed non vetat facere tegulas ſuper carbones, niſi novas, quia uruntur, & robuſtiores redduntur, undè videtur corrigere vas aliquod die feſto. Sed lapides & tegulas veteres calefacere licet ſuper carbones, eaſque coquere & aſſare.

מוקצה Hic dicitur de loco in quo expandunt ficus & uvas, alioſque fructus ad exſiccandum. Cæterum quod ponit conditionem quod ad annum ſeptimum, ideo fit, quia in cæteris annis vetitum eſt ſumere id quod eſt in loco מוקצה, ubi ad exſiccandum expoſiti ſunt fructus, die Sabbathi, donec decimas ſeparaverint. Nam hypotheſis nobis eſt, quod Sabbathum conſtituit fructus in eo ſtatu ut decimari debeant, uti multis in locis Libri Seraim expoſuimus. Sed anno ſeptimo non dantur decimæ, uti ibidem loci explicuimus; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

פרק ה משילין פירות דרך ארובה ביום טוב אבל לא בשבת ומכסים פירות בכלים מפני הדלף וכן כדי יין וכדי שמן ונותני' כלי תחת הדלף בשבת :

Caput 5. Demittunt fructus per feneſtram die feſto, at non die Sabbathi; & tegunt fructus vaſis propter ſtillicidium. Sic etiam vini cantharos, & olei cantharos; & ponunt vas ſub ſtillicidio die Sabbathi.

R. OB. DE BARTENORA.

משילין פירות דרך ארובה *Demittunt fructus per feneſtram*, ſi cui fuerint fructus aut proventus in tecto expanſi ad ſiccandum, & viderit imminentem pluviam, permiſerunt illi demittere eos per feneſtram tecti, ut decidant in ſolum; quia non eſt magnum opus. Sed hoc tantum intelligendum de feneſtra, nam per feneſtram dejicere poteſt, & deorſum demittere. Sed per feneſtram demittere, ſive per tectum cum pariete junctum, cum feneſtra in pariete, quum neceſſe eſt attollere illos uſque ad feneſtram, & dejicere, non permiſerunt Sapientes tantum operis ſuſtinere. ומכסין את הפירות *& tegunt fructus*, neque dicimus id eſſe opus, eo quod non fit in neceſſitatem diei feſti, nam Sapientes permiſerunt propterea ne bona perderentur. וכן כדי יין וכדי שמן *& ſic cantharos vini, & cantharos olei*, quos tegunt propter ſtillicidium. תחת הדלף *ſub ſtillicidio*, ad recipiendum aquas ne ſtillent in domum; & ſi vas impleverit ſtillicidium, effundet illud aliquoties, & non deſiſtet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Licitum eſt demittere fructus in feneſtram, quando eos ab uno loco ad alium movere quis velit, ſed demittere eos ab uno tecto in aliud, vetitum eſt. Ratio eſt, quia aliquoties diximus, quod non licet die feſto facere, quemadmodum ſolet diebus profeſtis. דלף eſt aqua quæ ſtillat de tectis detritis tempore pluviæ.

ב כל שחייבין עליו משום שבות משום רשות משום מצוה בשבת חייבין עליו ביום טוב ואלו הן משום שבות לא עולין באילן ולא רוכבי' על גבי בהמה ולא שטין על פני המים ולא מטפחין ולא מספקין ולא מרקדין ואלו הן משום רשות לא דנים ולא מקדשין ולא חולצי' ולא מיבמי' ואלו הן משום מצוה לא מקדישי' ולא מעריכין ולא מחרימי' ולא מגביהין תרומה ומעשר כל אלו ביום טוב אמרו קל וחומר בשבת אין בין יום טוב לשבת אלא אוכל נפש בלבד :

2. De quocunque tenentur opere propter Sabbathiſmum, propter præceptum die Sabbathi, de eodem etiam tenentur die feſto. Illa autem ſunt de quibus propter Sabbathiſmum tenentur, non aſcendunt in arborem, non equitant ſuper aliquo animali, non natant in aqua, non complodunt manus, non percutiunt manu femur, non ſaltant. Hæc ſunt de quibus tenentur propter licentiam, non judicant, non dant ſponſalia, non extrahunt calceum, non ducunt jure affinitatis. Hæc ſunt ea de quibus tenentur propter præceptum, non ſanctificant, non æſtimant, non anathematizant, non educunt oblationem primam, neque decimas, omnia hæc dicta ſunt de die feſto, quanto magis de Sabbatho; non eſt differentia inter diem feſtum, & diem Sabbathi, niſi in edulibus tantum.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שחייבין עליו *De quocunque tenentur*, quodcunque opus Sapientes vetuerunt facere in Sabbatho. משום שבות ומשום רשות *propter Sabbatiſmum, aut propter licentiam*, in quo continetur pars præcepti, ſed non præceptum magnum, quod ferè eſt res licentiæ, at interdicto Sapientum obnoxium. משום מצוה *propter præceptum*, quod propriè præceptum eſt, & quod Sapientes vetuerunt die Sabbathi facere. חייבין עליו ביום טוב *de eo tenentur die feſto*, quia illud facere non licet die feſto.

ואלו הן משום שבות *Et hæc ſunt ea quæ propter Sabbathiſmum*, nam Sapientes vetuerunt quieſcere ab illis, & non facere, ſed in illis non continetur aliquod præceptum: אין עולין באילן *non aſcendunt in arborem*, ne evellat de ea: ולא רוכבין על גבי בהמה *& non equitant ſuper beſtia*, ne ramum aliquem amputet ad illam gubernandam: ולא שטין על פני המים *& non natant ſuper aquam*, ne faciat faſciculos juncorum ad nandum: מטפחין *eſt una manu alteram verberare:* מספקין *eſt femur percutere vola manus:* מרקדין eſt *ſaltare pedibus*, omnes autem has actiones vetuerunt, ne quis aptet inſtrumentum aliquod muſicum.

ואלו הן משום רשות *At hæc propter licentiam*, quia ea quæ auctor in fine dicit, omnino ſunt præcepta, ideo vocat hæc vetita propter licentiam reſpectu aliorum: לא דנין *non judicant*, nam aliquando eſt licentia, ut, ſi ipſo major ſit in civitate Sapiens, cui non incumbit jus dicere: ולא מקדשין *& non dant ſponſalia*, uxori, & aliquando non eſt præceptum omnino, ſed licentia, ut, ſi ipſi ſit uxor, & liberi. לא חולצין ולא מיבמין *Non exuunt calceum, neque affinitatem contrahunt*, eſt etiam licentia, ſi alius ſit frater major ipſo, nam præceptum incumbit majori; omnium ratio eſt, ne ſcribat. ולא מעריכין *& non æſtimant*, dicendo, permitto tibi tantum pretium, tum debet ſolvere quantitatem, de qua dicitur Levit. 27. כפי השנים.

ולא מחרימין *Et non percutiunt anathemate*, dicendo, *beſtia hæc ſit anathema*, anathemata vero cedunt reſtaurationi templi. Omnia vero hæc vetuerunt Sapientes, eo quod ſimilia ſunt mercaturæ, quando educere ſolent à loco privato in locum ſanctum.

ולא מגביהין תרומה ומעשר *Et non educunt oblationem primam, neque decimas*, etſi eodem die Sacerdoti dentur, nam liquet indè ac ſi eas educeret propter gaudium diei feſti pro ſacerdote qui indiget illis, nihilominus vetitum eſt quia correctio eſt. Hoc vero intelligendum eſt, de fructibus qui adhuc illibati erant die præcedenti; ſed ejuſmodi fructus qui illibati erant die feſto, uti maſſa eſt quam quis die feſto pinſuit, de qua neceſſario ſeparanda eſt placenta, de iis ſeparant die feſto, & ſacerdoti tradunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משום שבות ומשום רשות ומשום מצוה *Propter Sabbatiſmum, propter licentiam, & propter præceptum*, ſenſus eſt, id quod Deus dixit Exod. 23, 12. תשבת ingreditur illa quæ dixit obligare משום שבות *propter Sabbatiſmum*, ſic etiam res voluntarias, quas homo facere & non facere poteſt, ſed dependentes à præceptis, & quæ ingrediuntur res legales, dixit obligare *propter licentiam* ſive משום רשות. Præterea, quando Deus dixit תשבת, comprehendit perfectionem rerum quas facere præceptum eſt, quod eſt abſolvere & adimplere præceptum, & ejuſmodi res obligant משום מצוה *propter præceptum*. Ratio interdicti horum omnium eſt ea quam tibi indicabo.

אין עולין באילן *Non aſcendunt in arborem*, propterea, ne quis extirpet illam: אין רוכבין על גבי בהמה *non equitant ſuper animali*, ne amputet ramum ad gubernandum illud: ולא שטין *& non nant*, ne conficiat faſciculos juncorum ad nandum: ולא מספקין *& non manu percutiunt femur*, ne aliquod inſtrumentum muſicum eum in finem paret, nam vox מספקין notat *pulſare in tintinnabulis:* מטפחין notat *una manu ferire alteram.*

משום רשות לא דנין *Propter licentiam non judicant*, omnia hæc intelligenda ſunt ſub duabus conditionibus; *non judicant*, ea conditione ut in alio loco ſit Sapiens eo major; לא מקדשין *non dant ſponſalia*, ea conditione ut habeat uxorem & filios, quia non tenetur de præcepto fructificationis, & multiplicationis: ולא חולצין ולא מיבמין *& non exuunt calceum, neque affinitatis jure ducunt*, ea conditione, ut ipſi ſit frater eo major, quem tangit præceptum, uti diximus, præceptum affinitatis contrahendæ majorem tangit. Quando autem eæ conditiones obtinent, tum hæc fiant cum licentia. Cæterum ſi res contrario modo ſe habet, ut non adſint hæ conditiones, non fiant cum licentia, ſed propter præceptum. Ratio autem, quare hæc omnia vetuerunt, hæc eſt, ne quis ſcribat.

לא מקדישין ולא מעריכין ולא מחרימין *Non ſanctificant, non æſtimant, non anathematizant*, ne quis emat & vendat: ולא מגביהין תרומה ומעשר *& non educunt oblationem primam, neque decimas*, etſi dentur ſacerdoti eodem die, & de hoc loquitur, non autem de eductione quæ fit die feſto, ad dandum eas poſt diem feſtum.

אין בין יום טוב לשבת אלא אוכל נפש בלבד *Non eſt differentia inter diem feſtum & Sabbathum, niſi in negotio comeſtionis*, hæc eſt opinio Scholæ Schamai, ſed opinio Scholæ Hillelis eſt, quod multæ dantur res citra eſum, quæ licitæ ſunt die feſto, & vetitæ die Sabbathi, de quibus dixit in principio capitis, משילין פירות וגו׳ Sic etiam educere ramum Lulab, & librum Legis, uti expoſuimus ſuperius.

אין בין יום טוב לשבת אלא אוכל נפש בלבד *Non eſt differentia inter diem feſtum, & diem Sabbathi, niſi in negotio comeſtionis tantum*, Miſna hæc convenit cum ſententia Scholæ Schamai, dicentis, non educunt minorennem, neque ramum, neque librum Legis in locum publicum, putat enim quod non licet quicquam educere niſi in neceſſitatem comeſtionis tantum. Sed nos veram ducimus ſententiam Scholæ Hillelis, dicentis, quandoquidem permiſſum eſt educere in neceſſitatem comeſtionis, etiam permiſſum eſt ſine neceſſitate comeſtionis; eſt etiam caſus qui jam occurrit in principio capitis, *non demittunt fructus &c.* quod die Sabbathi vetitum eſt, ſed die feſto licitum.

ג הבהמה והכלים כרגלי הבעלים המוסר בהמתו לבנו או לרועה הרי אלו כרגלי הבעלים כלים המיוחדין לאחד מן האחין שבבית הרי אלו כרגליו ושאין מיוחדין הרי אלו כמקום שהולכין:

3. Beſtia & vaſa ſunt ut pedes poſſeſſorum; ſi quis tradiderit beſtias ſuas filio ſuo, aut paſtori, ecce illæ ſunt ipſi ut pedes poſſeſſorum. Vaſa quæ deſtinata uni ex fratribus domus, ſunt ut pedes ejus; quæ vero uni deſtinata non ſunt, illa ſunt uti locus quo incedunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כרגלי הבעלים *Ut pedes poſſeſſorum*, ita ut homo eam ducere non poſſit die feſto, niſi eo in loco ubi poſſeſſores illius incedunt. או לרועה הרי אלו כרגלי הבעלים *aut paſtori, ecce illæ ut pedes poſſeſſorum*, tractat Miſna hæc de ejuſmodi caſu, ſi duo in civitate fuerint paſtores, & neſciverint cuinam eorum poſſeſſores intenderint tradere beſtias, ecce illæ ut pedes ſunt poſſeſſorum, ſi non fuerint apud paſtorem à die heſterno. Cæterum quando unus tantum in urbe fuerit paſtor, omnes cives conſtituunt beſtias ſuas in poteſtate illius,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi, quando egi de mixtura terminorum, quod homo ad quamcunque plagam voluerit, ambulare poſſit ultra duo millia paſſuum; & hoc diminuendo quantitatem illius additamenti de alia parte è regione illius exiſtente, eo modo quo diſtinximus ſupra ſuo loco. Cæterum hic dicit, in quocunque loco homo incedere poteſt, in eo etiam beſtiam ſuam incedere poſſe una cum bonis ſuis.

המוסר את בהמתו לבנו או לרועה הרי אלו כרגליו *Si quis tradiderit beſtiam ſuam filio ſuo, aut paſtori, ecce illa ut pedes*

lius, & in acquiſitione loci Sabbathiſationis illius, & erit ut pedes paſtoris.

ושאינן מיוחדין *At ſi non deſtinata fuerint*, non uni, ſed omnibus: הרי אלו כמקום שהולכין *ecce illa ſunt ut locus in quo incedunt*, licet efferre vaſa in locum in quo omnes incedere poſſunt; at ſi unus eorum mixturam fecerit in fine bis mille paſſuum, ad ſeptentrionem, & cæteri non fecerint mixturam, tum ille impedit eos quo minus vaſa efferre poſſint ad meridiem, ne unum quidem paſſum in illa parte in qua is tangit eos; illi vero impediunt ipſum efferre ea ad ſeptentrionem, niſi in bis mille paſſus, in quibus illis permiſſum eſt ambulare.

des ejus, hoc intelligendum ſub hac conditione, ſi tradiderit eam duobus filiis, aut duobus paſtoribus, ut unus eorum non perfectè acquiſiverit eam; at ſi uni paſtori tradiderit, eſt ut pedes paſtoris.

ד השואל כלי מחבירו מערב יום טוב כרגלי השואל ביום טוב כרגלי המשאיל האשה ששאלה מחברתה תבלין ומים ומלח לעיסתה הרי אלו כרגלי שתיהן רבי יהודה פוטר במים מפני שאין בהם ממש:

4. Qui mutuo petierit vas aliquod ab amico ſuo à veſpera diei feſti, eſt inſtar pedum illius qui mutuo petiit; ſi die ipſo feſto, eſt inſtar pedum mutuo dantis. Mulier ſi ab amica ſua petierit condimenta, aquam, & ſal pro maſſa, illæ ſunt inſtar pedum ambarum. R. Jehuda liberat quod ad aquam, eo quod in illa non eſt ſubſtantia.

R. OB. DE BARTENORA.

כרגלי השואל *Ut pedes mutuo petentis*, quia vas inter ſoles acquiſivit Sabbathiſationem ſuam apud mutuo petentem, inter ſoles namque incipit introitus diei, & acquirit Sabbathiſationem, etſi nondum venerit ad manus illius qui mutuo petierit, ſed die feſto demum; quia nondum in poteſtate illius confirmatum erat inter ſoles, ideo eſt inſtar pedum mutuo petentis. Cæterum ſi mutuo petierit die feſto quando obortæ ſunt tenebræ, eſt inſtar pedum mutuo dantis, quia Sabbathiſationem acquiſivit cum poſſeſſore ſuo, etſi ſoleret omnibus diebus feſtis mutuo dare.

האשה ששאלה מחברתה תבלין *Mulier quæ ab amica ſua mutuo petierit condimenta*, pro olla ſua: מים ומלח *aquam & ſal*, pro maſſa ſua: הרי אלו *en illæ ſunt*, ſupple olla & maſſa: כרגלי שתיהן *ut pedes ambarum*, non deferentes illas, niſi in locum in quo ambæ poſſunt ire; nam quandoquidem mutuo petiit die feſto, acquiſiverunt condimenta, aut aqua, & ſal Sabbathizationem apud poſſeſſores ſuos. שאין בהן ממש *quia in illis non eſt ſubſtantia*, non dignoſcuntur, neque in olla, neque in maſſa, ut, ſi decocta ſint craſſa, ut aquæ in eam immiſſæ non appareant, propterea non impedit delatio eorum. Cæterum quod ad ſal non diſſentit R. Jehuda, nam tractat de maſſa quæ ſale craſſo commixta eſt, quæ cognoſci poteſt, & in qua ſubſtantia eſt: deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כרגלי השואל *Ut pedes mutuo petentis*, etſi non dederit illi vas niſi die feſto, quandoquidem enim illud mutuo petiit à veſpera diei feſti, eſt inſtar pedum ejus qui mutuo petiit. כרגלי המשאיל *ut pedes mutuo dantis*, etſi ſolebat mutuo petere ab ipſo illam portionem quolibet die feſto, non dicimus quod conſuetudo illa fundamentum habet; ſed quia mutuo petiit à veſpera diei feſti, eſt illud vas ut pedes poſſeſſoris ſui.

כרגלי שתיהן *Ut pedes ambarum*, id eſt, in maſſa illa erant ſociæ illæ duæ amicæ, ne maſſa illa deferri poſſet, niſi ad locum illum ad quem ambæ poterant abire. Nam ſi una ex illis mixturam terminorum fecerit in oriente bis mille paſſuum, in oriente ne quidem unum palmum ire poterit, uti expoſuimus. Et ſi altera fecerit mixturam terminorum in occidente bis mille paſſuum, illa maſſa quæ in oriente eſt, nullo modo dimoveri poterit è loco ſuo; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ה הגחלת כרגלי הבעלים ושלהבת בכל מקום גחלת של הקדש מועלין בה ושלהבת לא נהנין ולא מעלין (נ"א ל"ג) המוציא גחלת לרשות הרבים חייב ושלהבת פטור בור של יחיד כרגלי היחיד ושל אנשי אותה העיר כרגלי אנשי אותה העיר ושל עולי בבל כרגלי הממלא:

5. Pruna eſt inſtar pedis poſſeſſorum, & flamma in omni loco; in pruna ſancta prævaricantur; ſed flamma non utuntur, neque in ea prævaricantur. Qui prunas eduxerit in locum publicum, reus eſt, ſed flammam, immunis eſt. Puteus hominis particularis eſt inſtar pedum hominis particularis; (puteus) vero civium eſt inſtar pedum civium iſtorum. (Puteus) autem eorum qui aſcenderunt è Babylonia, eſt inſtar pedum illius qui implet ex eo.

B. OB. DE BARTENORA. ושלהבת *Et flamma*, ut, ſi quis accenderit lucernam ſuam ad lucernam focii ſui, non impeditur interdicto terminorum. מועלין בה *prævaricantur in ea*, is qui ex ea utilitatem capit, adducet ſacrificium reatus pro prævaricatione ſua. ושלהבת לא נהנין *& flamma non utuntur*, ab initio ex interdicto Sapientum; at ſi ex ea aliquam utilitatem ceperint, *non prævaricantur*, id eſt, non obligantur adducere ſacrificium prævaricationis, quia ipſi non ineſt ſubſtantia palpabilis. Sic etiam is qui *eduxerit prunas*, die Sabbathi, in locum publicum, tenetur. Flammam vero quum quis intulerit in locum publicum è loco privato, immunis eſt. כרגלי יחיד *ut pedes hominis particularis*, non deferunt aquam niſi eo quo pedes poſſeſſoris putei eunt. כרגלי אנשי אותה העיר *ut pedes civium iſtorum*, duo millia paſſuum ad quamlibet mundi plagam præter emboliſmum. ושל עולי בבל *&* (puteus) *aſcendentium è Babylone*, qui factus erat pro viatoribus in media via ab iis qui è captivitate redibant, ad bibendum ex eo cum aſcendebant in terram Iſraëlis. כרגלי ממלא *ut pedes illius qui implet*, quia omnibus communis eſt, id autem quod commune eſt, acquiritur elevatione. Cæterum ſi alius homo venerit, & petierit aquam illius, non deferet eam ulterius quam pertingunt pedes illius; nam hic doctor putat quod electio datur ad aggravandum; à die antecedenti vero jam manifeſtata eſt res quod pro hoc homine eſſet, & in poteſtate ſua; non ut R. Jochanan filius Nuri dicit, quod res communes acquirunt Sabbathizationem pro ſe in loco ſuo.

ו מי שהיו פירותיו בעיר אחרת וערבו בני אותה

6. Si cujus fructus in civitate alia, & mixturam fecerint

אותה העיר להביא אצלו מפרותיו לא יביאו לו ואם עירב הוא פירותיו כמוהו :

cerint cives iſtius civitatis, ad adducendum fructus ſuos illi; ne adducant illi. Cæterum ſi ille mixturam fecerit, fructus illius ſunt ut ipſe.

R. OB. DE BARTENORA. לא יביאו לו מפירותיו *Non adducunt ipſi ex fructibus ſuis*, quandoquidem ille non fecit mixturam, ideo fructus illius ſe habent uti ipſe.

ז מי שזימן אצלו אורחים לא יוליכו בידם מנות אלא אם כן זכה להם מנותיהם מערב יום טוב אין משקין ושוחטין את המדבריות אבל משקין ושוחטין את הביתיות אלו הן ביתיות הלנות בעיר מדבריות הלנות באפר :

7. Si quis apud ſe hoſpitio exceperit viatores, in manibus ſuis non adducent portiones, niſi ipſe effecerit ut illi acquiſiverint ſibi portiones ſuas à veſpera diei feſti. Non dant bibendum, neque mactant beſtias deſerti; ſed dant bibendum, & mactant domeſticas. Hæ ſunt domeſticæ, quæ dormiunt in civitate: deſerti (beſtiæ) ſunt, quæ dormiunt in paſcuis.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שזמן אצלו אורחים *Qui hoſpitio apud ſe exceperit viatores*, ex alia urbe, qui venerunt ad ipſum mediante mixtura terminorum. לא יוליכו *non adducant*, poſt convivium: מנות בידם *portiones in manibus ſuis*, ad domicilia ſua. אלא אם כן זכה להם מנותיהם *niſi ipſe effecerit ut illi acquiſiverint ſibi portiones*, niſi per alium tradiderit paterfamilias hic homini alii attractione à veſpera diei feſti, & dixerit, *teneto partem harum portionum per hunc* N. N. Nam efficere poſſunt ut homo etiam abſens acquirere poſſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הלנות בעיר *Quæ dormiunt in civitate*, id eſt, intra terminum Sabbathicum: הלנות באפר *quæ dormiunt in paſcuis*, quæ per omne tempus frigoris & caloris in paſcuis ſunt, & non coguntur ad civitatem antequam venerint pluviæ; אפר eſt idem quod כפר *pagus*. משקין *dant bibendum*, ad docendum nos quod bibitio ante mactationem pulmones diſſolvit, & ſi ſit debilis quædam adhæſio, exciditur; prohibet autem mactationem beſtiarum ſylveſtrium, eo quod ſunt מוקצה.

Finis Tractatus de Diebus Feſtis.

מסכת ראש השנה

Tractatus de Principio Anni.

פרק א ארבעה ראשי שנים הם באחד בניסן (1) ר"ה למלכים (2) ולרגלים באחד באלול ראש השנה (3) למעשר בהמה רבי אליעזר ורבי שמעון אומרים באחד בתשרי באחד בתשרי ראש השנה (4) לשנים (5) ולשמיטין (6) וליובלות (7) ולנטיעה ולירקות באחד בשבט ראש השנה (8) לאילן כדברי בית שמאי בית הלל אומרים בחמשה עשר בו :

CAput 1. Quatuor ſunt annorum principia. Primo die menſis Niſan (*Martii*,) Regum, & feſtorum, principium anni eſt; Primo die menſis, Elul (Auguſti) novus annus eſt pecoris decimandi. R. Elieſer & R. Simeon in primum Tiſri incidere ſtatuunt; Primo *die* menſis Tiſri (Septembris novilunio) eſt caput anni ad figendos annos, & intermiſſiones, & Jubilæa, ſimulque novus annus eſt, plantationis omnium arborum, & herbarum. Quartum denique anni principium incidit in primum menſis Sebat (Januarii novilunium,) quod eſt pro arboribus, ſecundum ſententiam Scholæ Schammææ, Hillelis vero Schola decimo quinto die ſtatuit.

R. OB. DE BARTENORA.

למלכים *Pro regibus*, reges Iſraëlitarum numerabant ſibi annos à menſe Niſan, ut, ſi quis rex in menſe Schebat aut Adar regnabat, adveniente Niſan annus illius deſinebat. Cæterum quod à menſe Niſan annum numerare incipiebant, id evincimus ex eo quod ſcriptum eſt 1 Regum 6, 1. ויהי בשמונים שנה וארבע מאות שנה לצאת בני ישראל מארץ מצרים בשנה הרביעית בחדש זיו הוא החדש השני למלוך שלמה על ישראל Hic regnum Salomonis comparatur cum exitu ex Ægypto, ut, quemadmodum exitus ex Ægypto numeratur à menſe Niſan, ſic etiam regimen Salomonis numeretur à menſe Niſan. Sed quantum ad reges gentium attinet, nume-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

למלכים *Pro regibus*, pro regibus Iſraëlitarum; hoc autem notaſſe juvabat propter tempus quod contractibus aſſignandum erat, nam ſi unus dies menſis Niſan intraſſet, annum unum huic computo addebant. ולרגלים *& pro feſtis*, vult, quod feſtum, quod venit in hoc menſe, ſit feſtorum primum. Hujus vero rei uſus eſt, quod pro fundamento tenemus ex eo quod dictum eſt Deut. 23, 22. כי תדור נדר ליהוה אלהיך לא תאחר לשלמו Neminem tranſgreſſum eſſe propter dilationem voti niſi dum tria tranſierint feſta. R. Schimeon dicit, feſtum azymorum in ordine primum eſſe, & hoc notari, quando dicitur ולרגלים; ſed ita non deciditur. Sed quan-

numerabant à menſe Tiſry ; & hoc eſt quod dicitur deinceps in Miſna, באחד בתשרי ראש השנה לשנים *primus Tiſry dies eſt principium pro annis* ; nempe, pro annis regum gentium numerandis. Porro hinc elicimus, quod, quandoquidem tempus contractibus ac publicis inſtrumentis aſſignandum ſolebant enumerare ab eo anno quo regnare inceperat rex, propter regni pacem; & ſi quis rex confirmatus erat in menſe Adar, & ſcriba ſignabat tempus menſis Niſan, quod erat poſt tredecim menſes, in Niſan anni ſecundi, cum Niſan ſit principium anni pro regibus, vocatur שטר מוקדם *chirographus anticipatus*, & illegitimus eſt. Quia hic Niſan pertinet ad annum tertium; literæ autem ſive chirographi de debitis anticipati, illegitimi ſunt; eo quod ejuſmodi chirographorum ope quis agrum ſibi ſumere poſſet, qui venditus erat à debitore intra tempus quo chirographus conſcriptus, & intra tempus mutuo accepti, contra jus; eo quod venditio præceſſerat mutuum. Propterea ipſum multarunt, ut jus ſuum perderet, etiam à tempore mutuationis & deinceps, & non exigeret è bonis obligatis.

ולרגלים *Et pro feſtis*, vult dicere, quod feſtum quod in hoc menſe venit, ſit Paſchatis feſtum, & principium anni quod ad cætera magna feſta. Eſt autem caſus pro eo qui aliquid promiſit, quod, ſi tria præterierint feſta à tempore quo promiſit, & non impleverit promiſſum ſuum, tranſgreſſus eſt præceptum Deut. 23,22. לא תאחר לשלמו R. Schimeon dicit, quod non tranſgreſſus fuit hoc præceptum niſi uſque dum tria tranſierint feſta juxta ordinem eorum, quorum primum eſt feſtum azymorum, uti ordo vult Deut. 16,16. בחג המצות ובחג השבועות ובחג הסוכות Deciſio juris hæc eſt, quod, ſi unum tantum tranſierit feſtum ex quo non ſolverit votum ſuum, tranſgreſſus eſt præceptum affirmativum Deut. 12,5,6. ובאת שמה והבאתם שמה עולותיכם Ergo, primo feſto quo veneris Jeruſolymam, neceſſe eſt ut adducas ſacrificium quod promiſiſti; ſi vero tria tranſierint feſta, tranſgreſſus eſt negativum præceptum Deut. 23,22. Deciſio non eſt juxta R. Schimeon, qui ait, tria feſta neceſſario ſecundum ordinem ſequi debere.

ראש השנה למעשר בהמה *Initium anni decimandi pecoris*, nam decimæ pecoris in hoc anno nati nequeunt educi pro iis quæ in alio anno natæ ſunt, eo quod ſcriptum eſt Deut. 14, 22. עשר תעשר *decimando decimabis* qui locus de duplici decimatione loquitur, nimirum, de decimatione frumenti, & decimatione pecudis. Et præterea dicit, שנה שנה *anno anno*, id eſt ſingulo anno, non de uno anno pro alio.

quandoquidem eum tranſierit feſtum unum, & ſacrificium ſuum non ad templum attulerit, tranſgreſſus eſt præceptum affirmativum, & eſt quod dicitur Deut. 12,5. ובארת שמה והבאתם שמה עולותיכם וגו׳ Cæterum quod Miſnæ auctor prius loquitur de pecoris decimatione, eo vult, ne quis educat decimas de ejuſmodi quod hoc anno natum eſt ſimul cum eo quod natum eſt anno inſequenti; ſed & hoc exponemus in tractatu Bechorot.

ולשמיטין וליובלות *Pro intermiſſionibus & Jubilæis*, etiamſi jura anni Jubilæi tantum incipiant à decimo die Tiſri, quemadmodum dixit Deus benedictus Levit. 25,9. ביום הכפורים תעבירו שופר וגו׳ Sed à principio anni incipiebat computus jubilæi, & ſervitus ſervorum deficiebat, uti ſcriptum eſt Levit. 25,13. את שנת החמשים שנה Porro Miſna dicit ולנטיעה *& pro plantatione*, quia ſcriptum eſt Levit. 19,23. ג׳ שנים יהיה לכם ערלים ובשנה הרביעית יהיה כל פריו קדש הלולים ליהוה Et hoc, ſi quis plantaverit aliquam arborem ante primum Tiſry diem, juxta opinionem ejus qui dicit, quod unus annus habetur, eo quod unus dies numeratur pro anno, quale fundamentum dedimus capite ſecundo tractatus Schebhignit. ותהיה השנה הנכנסת שניה *& erit annus, qui intrat, ſecundus*; ſed ego tibi hujus rei exemplum dabo; ſi arbor plantata fuerit quinto decimo die menſis Ab in anno vigeſimo quinto, quod reſtat de anno vigeſimo quinto computari debet pro anno primo, & annus vigeſimus ſextus pro ſecundo anno, & vigeſimus ſeptimus pro tertio anno, quomodo erunt hi anni præputii. Sed jus præputii non ceſſabit ante quintum decimum diem menſis Schebat anni vigeſimi octavi. Similiter jura plantæ anni quarti non ceſſabunt ab hac arbore ante quintum decimum menſis Schebat diem in anno vigeſimo nono. Et hoc eſt quod dicunt, *& fructus hujuſce plantæ prohibiti ſunt uſque ad decimum quintum Schebat, ſi fuerit planta præputiata, pertinebunt fructus ad jus præputii; ſi fuerit planta anni quarti, pertinebunt ad plantam anni quarti.* Cæterum jura anni quarti & præputii tibi jam diximus ſuo loco.

לירקות ולאילן *Pro olere & pro arboribus*, hujus rei commodum nititur illis quæ in Seder Zeragnim diximus, fundamentis, nimirum quod decimas de proventu novo non licet educere pro veteri. Sed & decimationis caſus variant in annis ſuis, quemadmodum in decimis ſecundis & pauperum fieri ſolet, ut illic expoſitum eſt.

רבי אליעזר ורבי שמעון אומרים באחד בתשרי *R. Elieſer & R. Schimeon dicunt, primo die Tiſri*, quandoquidem decimæ pecoris aſſimilantur d[illegible]is proventus, nempe, quemadmodum decimæ proventus educendæ ſunt primo die Tiſri, ſic etiam decimæ pecor[illegible]no die Tiſri educendæ ſunt; ſed deciſio non eſt juxta R. Elieſer, neque juxta R. Schimeon. Cæterum primus doctor putat, quod, cum decimæ pecoris aſſimilantur decimis proventus, nempe ſicuti proventus decimatio ſtatim ſequitur poſt perfectionem operis illius, quia illius anni principium eſt Tiſri, qui proxi[illegible] eſt tempori illi quo perfectum eſt opus ejus, quoniam totum veris tempus in area poſitum eſt ut exſiccetur, ſic etiam [illegible]matio pecoris ſtatim ſequitur poſt perfectionem ejus, cujus tempus incidit in primum menſis Elul diem, eo quod pecus in menſe Ab parere ſolet, cum tempus illius partus tum perficitur, quemadmodum ſcriptum eſt Pſal. 65, 14. לבשו כרים הצאן ועמקים יעטפו בר Sed quando eſt tempus quo è grege maſculi imprægnant fœminas? ex quo agri frumento veſtiti ſunt, nimirum in Adar, quo id quod ſatum eſt excreſcit, & in oculos incurrit. Parit autem pecus in menſe Ab, nam tempus parvi pecoris pariendi eſt quinque menſium, idcirco principium anni decimandi pecoris eſt primo die menſis Elul, qui proxime ſequitur tempus perfectionis illius. לשנים *pro annis*, pro annis regum nationum mundi, quemadmodum ſuperius expoſitum eſt. ולשמיטין וליובלות *& Intermiſſionibus & Jubilæis*, ex quo menſis Tiſri intravit, ex Lege vetitum eſt arare, & ſeminare. ולנטיעה *& pro plantatione*, ſi arborem quadraginta quinque dies plantaverit ante primum Tiſri diem, nempe duas ſeptimanas pro coalitione, planta enim intra duas ſeptimanas coaleſcere ſolet, & triginta dies poſt coalitionem, ad computandum annum, nam triginta dies anni pro anno habentur, ecce ſunt quadraginta quinque dies, & quando advenerit primus Tiſri dies, annumerant ei annum ſecundum ex annis præputii, & pro Tiſri alterius anni annumerant ei annum tertium. Sed poſt annum tertium, cum advenerit primus Tiſri dies in anno quarto, ſi planta hæc protruſerit fructum, adhuc prohibiti ſunt propter præputium; nam, etſi Tiſri ſit principium anni pro plantis, decimus tamen quintus dies menſis Schebat eſt principium anni pro arboribus, at hæc planta jam facta eſt in arborem, idcirco annus ejus non innovatur ut ex obligatione præputii egredi poſſit, niſi ad decimum quintum menſis Schebat diem; dehinc & ulterius, ſi protruſerit fructus, tenetur ad jus plantæ anni quarti, ut comedantur Jeruſolymæ. Verum quinto die menſis Schebat anni ſequentis egrediuntur è jure anni quarti fructus illi qui protruſi ſunt in ea dehinc & ulterius. ולירקות *& pro olere*, pro decimis oleris, nam ex olere non educunt decimas quod coaluit ante primum Tiſri pro olere quod coaluit poſt primum Tiſri diem. ראש השנה לאילן *initium anni pro arboribus*, pro decimatione fructuum in arboribus, nam non educunt decimas è fructibus qui protruſi ſunt ante menſem Schebat pro fructibus qui protruſi ſunt poſt menſem Schebat, quia in arboribus ſequimur tempus protruſionis, ſive productionis. Vel etiam elicimus dehinc caſum de anno tertio ab anno intermiſſionis, quo obtinent decimæ pauperum; nam fructus illi qui protruſi ſunt à primo die Tiſri anni tertii uſque ad menſem Schebat, æſtimantur ut anni ſecundi præteriti fructus, & in illis obtinent decimæ primæ & decimæ ſecundæ. Sed à menſe Schebat & ulterius obtinent decimæ primæ, necnon decimæ pauperum.

HOUTINGIUS. (1) ר׳ ה׳ למלכים *Principium anni pro Regibus.*] Hæc ſic à nobis illuſtrantur; Stante itaque Hebræorum, ac florente Republica, moris erat apud Judæos, in ſuis contractibus, & omnibus publicis inſtrumentis, ac diplomatibus, annum Regis addere, ab eoque ſupputare, quo nempe inceperat regnare, (non uti R. S. J. exiſtimat, ac ſi hoc fieret משום שלום מלכות propter pacem regni, illudque tantum Judæis in captivitate degentibus obtinuiſſe, ſed aliam ob cauſſam uti poſtea explicabitur,) qui annus (אפילו עמד בשבט או באדר) *etiamſi menſe Sebat, Januario, vel Adar Februario,* (in Regem fuerat electus) משהגיע ניסן כלתה לו שנה *incipiente menſe Niſan, Martio, finiebat,* ab eoque מתחילין למנות לו שנה שניה *annum inchoabant numerare ſecundum,* & in contractibus ſuis ſcribebant: ego hoc vel illud mutuo tibi dedi, anno Regis regiminis ſecundo &c.

Hic Rabbini, ut ſæpiſſime in explicanda ſacra Scriptura ſolent, ingenii ſui aciem, & ſuaviludia oſtendunt, conanturque probare, anni caput Regum Iſraëlitarum incidere in menſem Niſan, ex 1 Reg. 6: 1. inſtituta comparatione, uti ex Gemara eſt videre pag. 2. אמר רבי יוחנן מניין למלכין שאין מונין להם אלא מניסן שנאמר ויהי בשמונים שנה וארבע מאות שנה לצאת בני ישראל מארץ מצרים בשנה הרביעית בחדש זיו הוא החדש השני למלוך שלומה על ישראל מקיש מלכות שלומה ליציאת מצרים מה יציאת מצרים מניסן אף מלכות שלומה מניסן: id eſt, *Dixit Rabbi Jochanan, unde* (probatur) *annorum Regum Iſraëlitarum principium, incidere in menſem Martium* (*Niſan*), *probatur enim hoc ex S. S. loco,* 1 Reg. 6. 1. *ubi legitur, & fuit anno quadringenteſimo & octuageſimo ab egreſſu Iſraëlitarum è terra Ægypti anno quarto menſe Zivo,* (*is menſis eſt ſecundus*) *regni Solomonici ſuper Iſraëlem, hic vero Solomonis regnum cum egreſſu ex Ægypto comparat, cujus initium, ac caput à menſe Niſan, Martio, ſic & regnum Solomonis à Martio formandum ac numerandum eſt.* Agit vero hic Miſnicus auctor, ac loquitur de Regibus Iſraëliticis, non de Paganis, ſic nos docent Gemarici. אמר רב חסדא לא שנו אלא למלכי ישראל אבל למלכי אומות העולם מתשרי מנינן *Dixit Rabbi Chaſda, hic non agitur niſi de Regibus Iſraëliticis, gentium vero Reges à Tiſri* (*Septembri*) *ſupputare ſunt conſueti.*

Errat ergo quam maxime Rabbi Solomon Jarchi, qui illud propter pacem regni, משום שלום מלכות, factum fuiſſe ſcribit, quo intellexiſſe videtur, ac ſignificaſſe Paganorum Reges, ut hoc modo Judæi ſubacti, Regibus placuiſſe viderentur, quod Rabbinus iſte probare hallucinatur ex tractatu Talmudico גיטין, (qui agit de mulierum divortiis,) verum aliter hunc locum eſſe intelligendum, docent nos Toſaphot, (ſupplementa) erroremque detegunt, inſpiciamus Toſaphot, פי׳ בקונטרס משום שלום מלכות [illegible] דהכא למלכי ישראל קמיירי ודוקא גבי גיטין אמרין הכי פ[illegible]ורק אמר עולא מפני מה תקנו מלכות בגיטין משום שלום מלכות, (Quæ latine ſic vertuntur) *Explicat Rabbi Salomon Jarchi propter pacem regni* (q: d: more inſtitutoque Judæorum hoc factum fuiſſe cum degerent, ac viverent ſub aliorum poteſtatem, captivi;) *ſed ita non,* (eſt accipiendum) *nam hac in Miſna agitur de Iſraëliticis Regibus,* (cum Judæa nondum erat ſubacta, & ſummum imperium penes illorum Reges erat,) *verum de libello repudii loquuntur,* (illud factum fuiſſe משום שלום מלכות) *ſic in tractatu Talmudico* גיטין *de Divortiis, capite* המרק 8. in Gemara fol. 80. 1. editione Amſtelodamenſi, *dixit Rabbi Ula, quare lege cautum fuit,* (addere.) *Regnum* (*annos Regis*) *cum ſcriberent libellum repudii,* reſpondetur) *propter Regni pacem ac ſalutem*; ad quem Gemaræ locum videamus Toſaphot, ואדי דדוקא בגיטין יש לחוש לשלום מלכות שמקפידין לפי שהוא דבר גדול שמפרידין איש מאשתו. Vetus enim, ac pervulgata Judæorum fuit conſuetudo, cum captivi uxoribus libellum repudii ſcriberent, annos Regis addendi curandique de Reipublicæ ſalute, ſic extat apud Maimonidem locus in הלכות גרושין cap. 1. §. 17. וכן תקנו שיהו שונין בגיטין למלכות איתו הזמן משום שלום מלכות, *decreverunt,* (Rabbini) *ut in libellis repudii ſupputarent, ac* (annos) *Regni iſtius temporis adderent, ac de ſalute curarent*; hoc porro patet ex Miſna tractatus גיטין cap. 8. §. 5. Qui ſcribendi ritus brevi antiquatus, ac abrogatus eſt, ſicuti legitur apud Maimonidem loco citato. וכבר נהגו כל ישראל למנות בגיטין או ליצירה או למלכות אלכסנדרוס מוקדון שהוא מניין שטרות, *Jam vero Iſraëlitæ in libellis repudii ſupputare ſunt conſueti, vel à creatione, vel ab Alexandri Macedonis regno, quod eſt æra contractuum.*

Poſtquam ex his ſcopulis enavigavimus, detecto, atque vindicato errore Raſchiano, breviter, (ne in immenſum creſceret hæc noſtra commentatio) nobis videndum reſtat, in quem uſum iſte ritus adhibitus, conſuetudoque annum Regis in contractibus, aliiſque diplomatibus addendi, pro nobis reſpondet Gemara, ne ſcilicet tam facile fraus in contractibus, aliiſque publicis inſtrumentis, committeretur; Audiamus Gemaræ verba, למלכים למאי הלכתא אמר רב חסדא לשטרות דתנן שטרי חוב המוקדמים פסולין והמאוחרים כשרים, *Pro Regibus in quem uſum? Reſpondit Rabbi Chaſda pro contractibus, nam legimus* (in tractatu Talmudico שביעית cap. 10. §. 5.) *Chirographa debiti, quæ antevertuntur reproba, & quæ poſtponuntur recta ſunt.*

(2) ולרגלים *Et pro feſtis.*] A רגל quod feſtum denotat; tria enim apud Judæos feſta erant majora, ac magis ſolemnia, quæ nomine רגלים in ſcriptura occurrunt, extat locus Exod. 23. 24. שלש רגלים תחג לי בשנה *tribus feſtis feriaberis mihi quotannis*; vocantur autem iſta feſta רגלים (uti Talmudici volunt,) quia omnes Iſraëlitæ maſculi ברגלים, pedibus aſcendere tenebantur, præterque alios excipiebatur etiam is, מי שאינו יכול לעלות ברגליו *qui pedibus ſuis aſcendere non poterat,* ſicuti ex tractatu Talmudico חגיגה Miſ. 1. cap. 1. apparet הכל חייבין בראייה חוץ מחרש ושוטה וקטן וטומטום ואנדרוגנס ונשים ועבדים שאינם משוחררים והסומא והחולה והזקן ומי שאינו יכול לעלות ברגליו *Omnes obligati ſunt ad apparitionem,* (id eſt obſervare præceptum illud extans Exod. 23. 17. Tribus vicibus quotannis omnis maſculus apparebit coram facie Domini) *excipiuntur ſurdi, ſtulti, parvuli, obturati in genitalibus, & androgyni & mulieres, ſervique nondum manumiſſi, claudi & cæci, atque ægroti, & ſenes, illique qui pedibus aſcendere nequeunt.*

Expoſita igitur hujus vocabuli ſignificatione, paulo preſſius inſiſtendum eſt, ut accuratius ſenſus Miſnicus intelligatur; ſcribit vero Miſnicus auctor, ניסן *ſive menſem* Martium, eſſe ראש השנה *caput anni* pro feſtis, hoc vero ſciendum eſt, Judæos anni feſta à menſe Niſan ſupputare, ac numerare fuiſſe conſuetos; legitur enim apud Moſem Num. 29. 1. *In menſe ſeptimo erit vobis ſolemnitas ſacra &c.*; Si vero illius rei ſumus imperiti, ignarique à quo menſe ſua numerant ac deducunt Judæi feſta, quomodo menſem ſciamus ſeptimum, verum enim vero ſi menſem Niſan (ut auctor Miſnicus ſtatuit) conſtituamus caput anni לרגלים *pro feſtis,* clare patebit, in menſem Tiſri (qui ſeptimus à Niſan eſt) incidere hanc congregationem ac ſolemnitatem.

Operæ vero pretium hic erit, paucis delibare quæſtionem, Rabbinos inter, & R. Simeonem, quæ inter eos oritur de vovente, à quo nempe feſto vovens numerare debet, ut ſua ſolvat vota.

Extat enim Deut. locus 23. 22. ubi agitur de vovente, לא תאחר לשלמו *Ne differto ſolvere illud votum,* hoc, quomodo ſecundum illorum auctorum opinionem ſit intelligendum, videamus;

Rabbini vero ad hoc tria determinant feſta, illis præteritis reus declaratur, (ut jam mittamus quomodo aliquis ſecundum legem teneatur, quod ſtatim clare ex Miſnico commentatore patebit;) V. G. ſi quis votum voverat ante חג הסוכות *feſtum Tabernaculorum,* ſolvendum ipſi erat ſecundum Rabbinos in ſequens feſtum שבועות *Septimanarum,* illo vera præterito עובר על בל תאחר *peccat contra præceptum negativum.*

Aliter vero hoc explicat R. Simeon, conſentit quidem, quod, præteritis tribus feſtis, reus eſt, in hoc vero diſſentit, vult enim Rabbinus, ut is, qui votum voverat, ſemper à feſto, quod in menſem Niſan incidit, numeret, & iſta feſta כסדרן ordine ſequantur, ac ſi diceret, quod Paſchatis feſtum ſit primum reſpectu voventis, & hoc eſt quod dicitur in Miſna (ſecundum R. Simeonis opinionem) quod Niſan ſit caput anni pro feſtis q. d. רגל שבו ראש השנה לרגלים *feſtum, quod eo celebratur menſe, eſſe anni principium pro feſtis* reſpectu voventis, à quo ſupputare debet, ut ſua perſolvat vota, nam ſecundum R. Simeonem fieri poteſt, ut aliquando quin-

quinque, aliquando quatuor prætereant feſta. e. g. ſi voverat quis votum ante Pentecoſtis feſtum, ſunt quinque, ambo enim iſta *feſta* nempe *Septimanarum* חג השבועות *& Tabernaculorum* חג הסוכות non numerat vovens, ſed à ſequente Paſchatis feſto numerare incipit, votumque ſolvit in חג הסוכות *feſtum Tabernaculorum*, illo vero prætermiſſo עובר על בל״ תאחר *peccat contra præceptum negativum*, ac conſequenter reus declaratur; videamus enim ad hunc Miſnæ locum Gemaram, רגלים באחד בניסן הוא בט״ו בניסן הוא אמר רב חסדא רגל״ שבו ראש השנה לרגלים נפקא מינה לנודר למיקם עליה בבל תאחר ורבי שמעון היא דתניא אחד הנודר ואחד המקדיש ואחד המעריך כיון שעברו עליו שלשה רגלים עובר בבל תאחר רבי שמעון אומר שלשה רגלים כסדרן וחג המצות תחילה וכן היה ר׳ שמעון בן יוחי אומר רגלים פעמים שלשה פעמים ארבעה פעמים חמשה כיצד נדר לפני הפסח שלשה לפני עצרת חמשה לפני החג ארבעה; id eſt (dixit Miſnicus auctor primo die Niſan eſſe caput anni) לרגלים *pro feſtis, an feſtum incidit in primum? in diem vero quintum decimum incidit; reſpondet vero Rab Chaſda* (q. d. rem non recte percipis, ſic enim intelligendum eſt) *feſtum, quod in menſem incidit Niſan, eſt caput anni pro feſtis; quid concluditur inde ac ſequitur ad voventem, hoc nempe ſequitur quando & quo tempore reus ſit declarandus, & Rabbi Simon iſtius ſententiæ auctor eſt, nam traditur, ſive vovens, ſive conſecrans, ſive æſtimans, præteritis tribus feſtis reus declaratur, Rabbi vero Simon tria feſta ordine ſequentia ponit & feſtum Paſchatis primum; ſic quoque R. Simon filius Jochai dixit,* (aliquando fieri poteſt ut prætereant) *tria, quatuor, aut quinque feſta, v. g. vovet quis votum ante Paſcha, tria ſunt, ante Septimanarum feſtum, quinque ſunt feſta, ante Tabernaculorum feſta numerabis quatuor.*

Sed ut veram hujus quæſtionis ſciamus concluſionem, videamus Bartenoræ ad hunc Miſnæ locum commentarium, ex eoque ſimul quomodo quis ſecundum Legem & Rabbinorum ſententiam teneatur ſolvere, intelligamus, ופסק ההלכה משיעבור עליו רגל״ אחד בלבד ולא הביא נדרו עובר בעשה דכתיב ובאת שמה והבאתם עולתיכם וגומר רגל ראשון שאתה בא אתה צריך להביא ומשיעברו עליו שלש עובר על בל״ תאחר ואין הלכה כרבי שמעון דבעי שלש רגלים כסדרן. *Deciſio enim vera, quod, ſi neglexerit feſtum unum & votum ſuum non adduxerit, peccat contra præceptum affirmativum, nam ſcribitur* Deut. 12. 5, 6. *Quum veneris illuc, & Adducetis eo holocauſta veſtra, q. d. feſto primo, quo tu appares, neceſſe erit, ut tecum adducas ſacrificium tuum votivum.*

Præteritis ac prætermiſſis tribus feſtis, contra negativum peccat; & non eſt ſecundum R. Simeonem deciſio, qui tria feſta ordine ſequentia ſtatuit.

(3) למעשר בהמה *Pro animalium decimatione*] Hic iterum ad Rabbinorum ſcripta eſt recurrendum, eorumque de decimis, tum pecudum, tum proventuum, indagandæ ſunt expoſitiones, & brevi commentario illuſtrandæ; Ordiar itaque primo à fructuum decimationibus, & quidem à תרומה (deinde vero breviter ritum pecudes decimandi exponam, adjungam ſimul incomparabilis de ſynedriis ſcriptoris diſſertationem de decimarum auctore) quæ eſt fructuum elaboratorum oblatio, ejuſmodi fructus Hebræis vocantur פירות הנגמרים (ut contra nondum elaborati טבל״,) & Sacerdotibus facta תרומה גדולה *oblatio magna*, ſeu ut Græcis *ἀφορισμὸς μέγας* appellatur; hujus vero oblationis lex ſancita eſt. Deut. 18. 4. *Primitias frumenti tui, muſti tui, & olei tui, & primitias velleris ovium tuarum dato ei;*

Hujus vero oblationis magnæ menſuram, aut pondus, Moſes nunquam definivit, ſed Rabbini, ne Sacerdotes immenſum peterent, poſtea determinarunt menſuram Therumæ, oculus pulcher dat unum de quadraginta, Domus Schammai dixit unum de triginta, oculus medius dat unum de quinquaginta, oculus malus dat unum de ſexaginta, ſicuti legitur in tractatu Talmudico Therumot cap. 4. §. 3. שיעור תרומה עין יפה אחת מארבעים בית שמאי אומר אחת משלשים והבינונית מחמשים והרעה מששים, & Maimonides in Hilcot Therumot cap. 3. §. 2. A mediocri autem collatione de quinquaginta unum, quidam Rabbini dicunt תרומה dici quaſi, תרי ממאה *duo de centum.*

Separata igitur Sacerdotibus oblatione magna, de reliquo acervo unum de decem ſeparabat colonus Levitis, quæ מעשר ראשון ſeu *δεκάτη πρώτη decima prima* vocabatur; ſic Maimonides in Hilcot Maaſer cap. 1. §. 1. אחר שמפרישין תרומה גדולה מפריש אחד מעשרה מן הנשאר וזהו הנקרא מעשר ראשון; de ea autem decima fit mentio Num. 18. 21. *Filiis autem Levi ecce do omnes decimas ex Iſraële in poſſeſſionem, pro miniſterio ipſorum, quo ipſi miniſtrant miniſterio tentorii conventus.*

Sunt vero qui ab hac decimatione ſunt immunes, veluti ſi quis ad edendum colligeret fructus אינו חייב להפריש מן התורה אלא הגומר פירותיו לאוכלן לעצמו אבל הגומרן למוכרן פטור מן התורה וחייב מדבריהם שנ׳ עשר תעשר וגו׳ ואכלת אינו חייב אלא הגומר תבואתו לאוכלה. id eſt, *Non tenetur quis ſeparare (decimam) ex lege, niſi qui ſibi ipſi fructus ad edendum colligat, verum ſi ad eos vendendos colligeret, non tenetur ſecundum legem, ſed ſecundum Rabbinorum decreta*; legitur enim Deut. 14. 22. *decimando decimabis*, & in verſu ſequenti: *& edes, ergo non obligatur is, niſi qui colligat ſuum proventum, ut comedat*: uti Maimonides in Hilcot Maaſer cap. 2. §. 1.

De hac vero decima prima ſeparandum reſtabat Levitis unum de decem, & hæc decima danda erat Sacerdotibus, quæ תרומת מעשר *oblatio decimæ*, ſive מעשר מן המעשר *decima de decima*, ſeu ut Græcis *δεκάτη τῆς δεκάτης* dicebatur; iſta lex ſancitur Num. 18. 26. 27. 28. 29. *Levitas autem alloquere & dicas eis, quum acceperitis à filiis Iſraëlis decimas quas do vobis ab illis pro poſſeſſione veſtra, tunc offeretis ex eis oblationem Jehovæ ex illis decimis &c.* Sic & Maimonides in Hilcot Aniim cap. 6. §. 6. מעשר ראשון שלקח הלוי מפריש אחד מעשרה ונותנו לכהן והוא הנקרא תרומת מעשר ועליו נאמר ואל״ הלוים תדבר *A decima prima, quam Levita acceperat, unum de decem ſeparat & Sacerdoti dat, vocaturque oblatio decimæ, de ea vero dicitur, Levitas autem alloquere*: hoc vero ſemper non ſtricte obſervabatur, ut, Levita ſeparans, Sacerdoti daret, poterat & hoc Iſraëlita facere, poſtquam Levitarum decimam ſeparaſſet, clare hoc nobis deſcribit Maimonides in Hilcot Therumot cap. 3. §. 12. מצות תרומת מעשר שיפריש אותה בן לוי ממעשרו שנאמר וכי תקחו מאת בני ישראל את המעשר ויש ישראל״ להפריש אותה וליתנה לכהן ויתן מעשר ללוי שיפריש ממנו תרומתו שהיא מעשר מן המעשר. id eſt, *Præceptum eſt de oblatione decimæ, ut eam filius Levi ſeparet de decima, nam dicitur* (Num. 18. 26.) *quum acceperitis à filiis Iſraëlis decimas; & Iſraëlitis hoc etiam eſt conceſſum, ut decimam ſeparet, eamque Sacerdoti tradat, (poſtquam Levitæ decimam dederit quam ab ea ſeparaverat,) oblationem ejus, quæ eſt decima de decima.*

A reliqua vero maſſa, ſeparanda erat *decima ſecunda* מעשר שני ac à dominis Hieroſolymæ conſumenda, iſta lex promulgatur Deut. 12. 17. 18. *Non poteris comedere intra portas tuas decimas frumenti tui, aut muſti tui aut olei tui vel primogenita armenti tui aut gregis, ſed coram Jehova Deo tuo comedito illam in loco quem elegerit Jehova Deus tuus.* Quæ omnia etiam Maimonides proſequitur in tractatu de Decima ſecunda cap. 1. §. 1. אחר שמפרישין מעשר ראשון בכל שנה מפריש מעשר שני שנאמר עשר תעשר את כל״ תבואת זרעך ובשנה שלישית וששית מפרישין מעשר עני חלף מעשר שני כמו שבארנו *Poſtquam decimam primam ſeparaverant quotannis, ſeparabant decimam ſecundam, nam dicitur* Deut. 14. 22. *decimando decimabis omnem proventum ſeminis tui, anno vero tertio & ſexto ſeparabant decimam pauperis, loco decimæ ſecundæ, ſicuti explicavimus* (ſc. in tractatu de Donis pauperum cap. 6. §. 4.)

Hæc vero nobis jam circa מעשר שני conſideranda veniunt. Hæc à dominis (uti diximus) edi debebat intra muros Hieroſolymitanos ſicuti ex ſcriptura modo allegata patet & Maimonidis tractatu de Decima ſecunda cap. 2. §. 1. מעשר שני נאכל״ לבעליו לפנים מחומת ירושלים שנאמר ואכלת לפני אדוני.

2. Pollutis & luctuoſis illicitum erat, tam ſecundum legem, quam ſecundum Rabbinorum decreta, האוכל״ מעשר שני באנינות של״ תורה לוקה שנאמר לא אכלתי באוני ממנו hæc Maimonides cap. 3. §. 5. loco citato, *quicunque edit decimam ſecundam in luctu legis, vapulat, nam dicitur. Non edi ab eo in luctu meo.* 3. Poterat vero ſi impeditior erat via, longiorve, fructus redimere & pecunias Hieroſolymam mittere, ea autem conditione, ſi pro ſe ipſo redimeret, quinta pars addenda erat, ut Maym. cap. 5. §. 4. de Decima ſecunda;

cunda; 4. His omnibus vero ſeparatis, de decimarum ſeparatione, ſecundum legem, confitendum erat, hæc confeſſio in omni lingua fieri poterat, fiebatque abſoluta oblatione Therumæ, decima prima Levitarum, decima ſecunda & anno tertio & ſexto pauperum decima, extat hæc decimarum confeſſio Deut. 26. 13. *Tunc dices coram Jehova Deo tuo, ſuſtuli quod ſanctum eſt ex domo mea, etiamque illud dedi Levitæ, & peregrino & pupillo, & viduæ*, de qua re diſerte Maimonides in tractatu de Decima ſecunda cap. 11. §. 12. ומניין שלא יכול להתוודות עד שיוציא כל המתנות שנאמר בערתי קדש מן הבית הקדש זה מעשר שני ונטע רבעי הקרוי קדש מן הבית זה חלה שהיא מתנה של כהנים בבית נתתיו ללוי זה מעשר ראשון וגם נתתיו מכלל שקדמתו מתנה אחרת והיא תרומה גדולה ותרומת מעשר לגר וליתום ואלמנה זה מעשר עני ולקט שכחה ופאה איעפי שאין לקט שכחה ופאה מעכבן את הוידוי. id eſt, *Unde probatur, quod non poteſt quis ante ſeparationem decimarum, aliorumque donorum, confiteri*, (*probatur*) *enim hoc ex* Deut. 26. 13. ubi ſcribitur. *Suſtuli quod ſanctum eſt ex domo. Ubi per ſanctum intelligitur decima ſecunda & planta quarta* (hoc eſt anni quarti.) מן הבית *è domo, intelligitur hoc de placenta* חלה, *quæ Sacerdotis donum eſt in domo; Illudque dedi Levitæ, decimam ſc. primam; Etiamque dedi illud, concludimus, quod aliud quoddam donum præceſſerit, oblatio nempe magna & oblatio decimæ; Peregrino, viduæ, pupillo, hoc de pauperum decima & ſpicilegio & oblivione, agrique angulo intelligimus; etiamſi ſpicilegium, & oblivio, & angulus agri, confeſſionem non retardant atque impediunt.*

Reſtat jam, ut de Decimis fructuum pauperum agamus, præceperat Deus Deut. 14. 28. & 26. 11. 12. ut, ſeparata anno tertio & ſexto decima prima Levitis, colligeretur, ac ſeparaetur loco decimæ ſecundæ, decima pauperibus, nam anno tertio & ſexto decima ſecunda non ſeparabatur; *A fine trium annorum depromito omnes decimas proventus tui provenientis illo anno, & relinques eum intra portas tuas, & veniet Levita quia non eſt ei pars aut poſſeſſio tecum & peregrini pupillique* (ſub quibus & pauperes comprehenduntur) *& viduæ, qui ſunt intra portas tuas, & comedent, & ſaturabuntur*, inſpiciatur etiam Maimonides in Hilcot Aniim cap. 6. §. 4. אבל בשלישית ובששית מן השבוע אחר שמפרישים מעשר ראשון מפריש מן השאר מעשר אחר ונותנו לעניים והוא הנקרא מעשר עני ואין בשתי שנים אלו מעשר שני אלא מעשר עני ועליו נאמר מקצה שלש שנים תוציא את כל מעשר תבואתך בשנה ההיא והנחת בשעריך ובא הלוי ועליו נאמר כי תכלה לעשר id eſt, *anno vero tertio, & ſexto à Sabbatico, poſtquam decimam Levitarum primam ſeparaverant, de reſiduo aliam ſeparabant decimam, dabantque pauperibus, & illa decima pauperum vocabatur, iſtis enim annis decima ſecunda* à dominis *non dabatur, ſed pauperum decima tantum; de qua legitur* apud Moſem, Deut. 14. 28. *A fine trium annorum depromito omnes decimas proventus tui provenientis illo anno, & relinques eum intra portas tuas, & veniet Levita; ſimiliter exſtat locus* Deut. 26, 12. *Quum abſolveris decimare decimas proventus tui anno tertio, qui annus decimarum eſt; & dederis Levitæ, peregrino, pupillo, ac viduæ, ut comedant in portis tuis, & ſaturentur.*

Hanc vero fructuum decimam tertii & ſexti anni, cum Levitis, & pupillis & viduis pauperes communem habebant, ut ex ſcriptura clare conſtat, ſed præterea pauperes, aliique ſingulari quotannis gaudebant jure ac privilegio, veluti.

I. Conceſſerat ipſis Deus agri angulum, Levit. 19, 9. & 23, 22. *non abſolves metere angulum agri tui*, q. d. in extremitate agri aliquid relinques pauperibus, uti Maimonides in tractatu de Donis pauperum, cap. 1. §. 1. הקוצר את שדהו לא יקצור את שדה כלה אלא יניח מעט קמה לעניים בסוף שדה שנאמר לא תכלה פאת שדך בקצרך; & id quod relinquit פאה vocatur.

II. Pauperes cum aliis hoc gaudebant privilegio, quando metebant, & manipulos faciebant coloni, ſpicas decidentes non licebat iis tollere, ſed pauperibus relinquere tenebantur, & hoc eſt quod Rabbini ex Levit. 19. 9. לקט vocant.

III. Præceptum à Deo promulgatum eſt, ut uvas cadentes pauperibus & advenis relinquerent, Levit. 19, 10. *& particularitatem vineæ tuæ non colliges, ſed pauperi & advenæ relinques eam*, ideo פרט appellatur.

IV. Præceptum divinum eſt, Deut. 24, 19. *Quando metes meſſem tuam in agro, & obliviſceris manipuli in agro, non reverteris ad accipiendum, peregrino, viduæ, & pupillo relinques.* Ejuſmodi manipulum oblivione relictum vocant Rabbini שכחה; Qui de his plura vult, adeat Majm: in libro ſuo de Donis pauperum cap. 1.

Hoc vero in fine addendum eſt, ut Judæorum adhibitam circa Therumam, curam videamus, nam mirum in modum attenti erant in ſeparanda Theruma, ideo ſi quis fructus venderet, ſemper a venditore Therumam Sacerdotis ſeparatam eſſe, emptor credebat, quod de decimis ſic non obſervabatur, tempore ſcil. Jochanan Summi Sacerdotis, ſed ab emptore, decimæ erant ſeparandæ, idcirco homines נאמנין probe notos, adhibitos poſtea fuiſſe legimus, qui fructus venderent, ſi quis ergo urbem ingreſſus, aliquem interrogaret, quis hic eſt נאמן in decimis, id eſt quis eſt cui fidere poſſim, an fruges illæ eſſent decimatæ, ille vero ipſi monſtrat N. ille, quem monſtravit, æſtimatur pro נאמן, de qua re clare ſcribit Maimonides in libro ſuo de Decima Cap. 9, 1. בימי יוחנן כהן גדול שהיה אחר שמעון הצדיק שלחו בית דין ובקרו בכל גבול ישראל ומצאו שהכל זהירים בתרומה גדולה ומפרישין אותה. אבל מעשר ראשון ומעשר שני ומעשר עני היו עמי הארץ מישראל מקבלין על עצמן ולא מפרישין אותן לפיכך גזרו שלא יהיה נאמן על מעשרות אלא אנשים נאמנין אבל עמי הארץ פירותיהן ספק ואין נאמנין לומר מעושרין הן וזהו נקרא דמאי. והתקינו שלא יהיה אדם מפריש מן הדמאי אלא תרומת מעשר מפני שהוא עון מיתה ומעשר שני שאין בזה הפסד שהרי בעליו אוכלין אותה: אבל מעשר ראשון ומעשר עני אין מפרישין מן הדמאי מפני שהוא ספק והמוציא מחברו עליו הראיה לפיכך אומר ללוי או לעני הבא ראיה שאינו מעושר וטול מעשרות. Id eſt, *tempore Jochanan Summi Sacerdotis, qui floruit poſt Simeonem Juſtum, (addit hoc Maymonides ad differentiam alterius, qui octingenta per annos, ſummo functus fuerat ſacerdotio, ac tandem Sadducæus factus*, וכתב רבינו שהיה אחר שמעון הצדיק: לאפוקי שלא נאמר אותו יוחנן כ"ג ששמש בכהונה גדולה שמונים שנה ולבסוף נעשה צדוקי, ut Gloſſator ad citatum locum Maimonidis;) *miſit ſummum Synedrium, invenitque omnes eſſe diligentes, ac cautos in ſeparanda Theruma; verum decimam primam, ac ſecundam & pauperis, vulgus non decimabat, ſed ſibi ipſi retinebat; idcirco poſtea lege cautum fuit, ne quis eſſet fide dignus in decimis, niſi homines* נאמנין *probe noti, ſed fructus populorum terræ, hominum vulgarium*, עמי הארץ, (contrarium eſt חבר, ſive תלמיד חכם, ſapiens, legis ſtudioſus,) *ſemper pro dubiis, ac incertis habebantur, nec erant fide digni dicere, hi aut illi fructus ſunt decimati, quorum vero fructus* דמאי *dubii* (hoc eſt, an de iis decimæ datæ ſint nec ne,) *vocabantur; Ideo poſtea à Rabbinis decretum fuit, ne, è re dubia, ſepararent, niſi oblationem decimæ, quod* (ſi malitia aliqua hanc ſeparare ſpernebant) *morte afficiebantur*, nempe בידי שמים *per manus Cœli*, ut Judæi loquuntur; *ſimiliter & decimam ſecundam* ſeparare decreverunt, *nam inde Dominis nullum accidit damnum, quippe qui eam comedunt; Verum decimam primam, & pauperis è re dubia* דמאי *vulgus non ſeparabat, propter rem dubiam* מפני שהוא ספק hoc eſt, quia impoſſibile eſt Levitæ, aut peregrino probare, hos fructus eſſe decimatos, illos vero non, nam univerſalis regula eſt apud Magiſtros, qui aliquid educit a ſocio ſuo (petit ut debitum,) ipſi eſt probandum *ac per conſequens Levitæ, aut pauperi diceret, proba mihi, illos fructus non eſſe decimatos, & tunc accipe decimas.*

Patet hoc clarius ex tractatu Talmudico מעשר שני ſive de Decima ſecunda Cap. 5. Miſn. 15. ubi legitur ובימיו אין אדם צריך לשאול id eſt, *in diebus* ſc: Jochanan Summi Sacerdotis, *non opus erat*, ut venditorem emptor *interrogaret*, an fructus eſſent decimati nec ne, quia tunc temporis omnes pro dubiis habebantur, quod ante Jochanan tempora non factum fuit, verum, ſi eos decimatos eſſe dicebat, venditori emptor credebat, ad quæ Miſnæ verba ſic commentatur R. O. Bartenora, על דמאי שהוא אמר לבני דורו כשם שתרומה גדולה עון מיתה כך תרומת מעשר וטבל עון מיתה ותיקן שיוציאו מן הדמאי תרומת מעשר ומעשר שני בלבד ולא יוציאו ממנו מעשר ראשון ולא מעשר עני שיכולים לומר ללוי או לעני הבא ראיה שהוא טבל וטול ומתקנה זו ואילך הלוקח פירות מן השוק לא היה שואל אם הם מתוקנים אם לאו אלא

אלא מיד מפריש תרומה מעשר ומעשר שני ואוכל את השאר שכל הלוקח פירות מעם הארץ הם בחזקת דמאי. Id eſt (non opus erat, ut quis interrogaret) *num fructus eſſent decimati nec ne. Dixit enim Rabbi Jochanan coævis ſuis, quemadmodum, oblationem magnam* (circa quam vos jam eſtis attenti) *ſi ſeparare ſpernatis*, ac Sacerdoti tradere, *ſub pœna mortis, ſic etiam ſeſe res habet cum decimæ oblatione & טבל* (eſt enim fructus de quo decima nondum data, ſed tantum primitiæ,) ſi malitia aliqua hanc ſpernatis; *Quapropter decretum fuit, ut è re dubia oblationem decimæ, & decimam ſecundam tollerent tantum, verum decimam Levitarum primam, & pauperis vulgus è re dubia* דמאי *non ſeparabat, quia Levitæ aut pauperi dicere poterat, proba mihi, illos fructus eſſe* טבל, *& accipe.*

Unde factum, ut is, qui in foro fructus emeret, nunquam interrogaret num fructus eſſent decimati, ac bene diſpoſiti, nec ne, ſed ſtatim oblationem decimæ, & decimam ſecundam ſeparabat, ac reſiduum comedebat, nam Magiſtrorum obſervatio eſt, quicunque, ab homine vulgari, fructus emit, illos ea præſumptione, ut dubios, accipit.

Hiſtoriam fere ſimilem nobis deſcribunt Gemarici in tractatu Talmudico יומא qui de die expiationis agit pag. 9, 1. editione Amſtelodamenſi תנן התם הנחתומין לא חייבו אותן חכמים להפריש אלא תרומת מעשר וחלה בשלמא תרומה גדולה לא דתניא לפי ששלח בכל גבול ישראל וראה שאין מפרי שאין אלא תרומה גדולה בלבד מעשר ראשון ומעשר עני נמי לא המוציא מחברו עליו הראיה אלא מעשר שני נפרשו ונסקו וניכלוה בירושלים אמר עולה מתוך שפרהדרין הללו חובטין אותן.

De Studioſis חברים aut תלמידי חכמים, qui legem Dei ſtricte obſervabant, non dubitabant, illos fructus non bene diſpoſitos ac non decimatos vendere, idcirco ſi quis ab iis emeret, decimas ſolvere non tenebatur uti Mai: כל תלמיד חכם לעולם נאמן ופירותיו בחזקת מתוקנים Sic idem iſte auctor in tractatu de Decimis Cap. 10. §. 2. כל תלמיד חכם לעולם נאמן ואינו צריך בדיקה אחריו ובניו ובני ביתו ועבדיו הרי הם כמוהו.

His ita expoſitis, atque proventuum decimis explicatis, clare jam animalium decimatio patebit, (de animalibus vero nulla Sacerdotibus dabatur תרומה) de hac materia decimationis pecudum, ex profeſſo differunt auctores Miſnici in tractatu בכורות, ex occaſione præcepti Levit. 27, 32. promulgati, *& omnium decimarum boum, aut gregum, eorum quæ tranſeunt ſub virgam, decimum quodque Sanctum eſto Jehovæ.*

De qua re & Maimonides Cap. 6. §. 1. tractatus Bechorot, מצות עשה להפריש אחד מעשרה מכל בהמות טהורות שיולדו לאדם בכל שנה ושנה ואין מצוה זו נוהגת אלא בבקר ובצאן שנאמר כל מעשר בקר וצאן: Id eſt, *præceptum affirmativum eſt ad ſeparandum unum ex decem, ex animalibus puris, quæ homini quotannis naſcuntur, hoc vero præceptum nullum habet locum, niſi in vaccis & ovibus, nam dicitur* Levit. 27, 32. *Et omnium decimarum boum & gregum.*

Hæc autem pecudum decimatio ſingulis ſiebat annis, & quidem ab auctore Miſnico in Elul, Auguſtum, præfigitur, quo videtur ſemel tantum in anno facta fuiſſe pecudum decimatio, verum res ſeſe alio habet modo, nam Rabbini tria ſtatuerunt pro decimatione tempora, in medio ſcilicet Paſchatis, & Septimanarum, & Scænopegiæ, ſicuti legitur in tractatu Talmudico Bechorot Cap. 9. §. 5. שלש גרנות למעשר בהמה בפרס הפסח בפרס העצרת בפרס החג in medio Paſchatis hoc eſt quindecim dies ante Paſcha, ſic ad citatum locum commentator, בפרס הפסח חמשה עשר יום קודם הפסח והיינו יום אחרון של אדר ולשון פרס פלגה. Id eſt, *in medio Paſchatis hoc eſt quindecim dies ante Paſcha, qui menſis Februarii ultimus eſt, & vox* פרס *medium ſignificat.*

Ut hoc vero clarius percipiatur, audiamus receptam Judæorum traditionem שואלים בהלכות פסח קודם לפסח ל׳ יום, Id eſt, *tenebantur de Paſchatis ritualibus inquirere 30 dies ante Paſcha*, jam vero iſta phraſis *in medio Paſchatis* בפרס הפסח, ſignificat in medio 30 iſtorum dierum inquiſitioni ritualium Paſchatis deſtinatorum חצי הזמן ששואלים בהלכות הפסח:

Sic etiam Maimonides in tractatu Bechorot Cap. 7. §. 8.
קבעו חכמים שלושה זמנים בשנה למעשר בהמה & paullo inferius iſta tempora nobis deſcribit. ואלו הן השלשה זמנים ביום ט״ו קודם הפסח וביום ט״ו קודם עצרת וביום ט״ו קודם החג: וכל זמן מאלו נקרא גורן מעשר בהמה: Statimque addit rationem, quare Rabbini hæc tempora determinarunt; *Ut aſcendentes ad feſta paratas haberent beſtias*, כדי שתהיינה הבהמות המצויות לעולי רגלים nam nemini permiſſum erat ſecundum Rabbinos, (ex Lege poterat) edere aut vendere ante decimationem שאף על פי שמותר למכור קודם שיעשר כמו שבארנו היו נמנעים למכור עד שיעשרו ויעשו מצוה, ſi vero iſtis temporibus nondum decimaſſent, magna pecudum inopia eſſet, iis qui numeroſi aſcenderent ad feſtum quia vendere non poterant; quæ omnia videnda ſunt apud Maj: in Hilcot Bechorot Cap. 7. &c.

At forte aliquis dicet, quomodo ergo iſta loca ſunt concilianda, nam contrariari iſta videntur, ſed facillimo negotio hæc expediri poſſunt, nam in hac noſtra Miſna agitur de anni principio pro pecudum decimatione, hoc eſt de natis in iſto anno, quia, ut Bartenora annotat, אין מעשרין מן הנולדים בשנה זו על הנולדים בחברתה, *non decimabant natas iſtius anni cum natis anni ſequentis*, ibi in tractatu Talmudico Bechorot, de temporibus decimandi in gratiam ad feſta aſcendentium loquuntur, non quod præciſe ter quotannis ſeparare tenebantur, hæc omnia prolixe proſequitur Maimonides loco citato, & Rabbini in tractatu Talmudico Bechorot Cap 9.

Modus autem, ac decimandi pecudes ritus exſtat Levit. 27, 32. nempe *tranſire ſub virgam*, Rabbini autem tali modo expoſuerunt in tractatu Talmudico Bechorot Cap. 9. §. 7. ביצד מעשרין כונסן לדיר ועשה להן פתח קטן כדי שלא יהיו
/ / / / / / / / / /
שנים יכולין לצאת באחת ומונה בשבט א. ב. ג. ד. ה. ו. ז. ח. ט. והיוצא עשירי סורקו בסקרא ואומר הרי זה מעשר. Quem decimandi ritum, clarius nobis deſcribit Maimonides in tractatu Bechorot Cap. 7. §. 1. אלא כיצד היה עושה כונס כל הטלאים או כל העגלים לדיר ועשה לו פתח קטן כדי שלא יצאו שנים כאחד ואמותיהן מעמיד מבחוץ והן גועות שישמעו הטלאים קולן ויצאו מן הדיר לקראתן שני כל אשר יעבור תחת השבט שיעבור מעצמו ולא שיוציאו בידו וכשיצאו מן הדיר זה אחר
/ / / / / / / / / /
זה מתחיל ומונה אותן בשבט א. ב. ג. ד. ה. ו. ז. ח. ט. והיוצא העשירי בין זכר בין נקבה בין תמים בין בעל מום סורקו בסקרא ואומר הרי זה מעשר. Id eſt, *ſed quomodo faciebat? Colligebat, pecuarius omnes agnos, vel vitulos in ſtabulum unum, cui facit oſtium parvum, ut non poſſint egredi duo ſimul, conſtituebantur matres illorum foras, quæ balant, audientes autem vocem ipſarum, agni egrediuntur, unus poſt alterum, (nam dicitur, loco nempe citato, & omne quod tranſit ſub virgam, debent ergo tranſire nullo cogente,) tunc incipiebat numerare virgâ, primum, ſecundum,* 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9. *& quod decimo loco egrediebatur, ſive maſculum, ſive fœmineum, ſive integrum, ſive maculatum, ſignabat virga rubricata, dicens iſta eſt decima.*

Iſte ritus autem decimandi, non ſemper exacte obſervabatur, nam ſi eas non ſignaſſet, neque virga numeraſſet, quod ſi vel ſtantes, aut cubantes eas numeraſſet, erant decimatæ, uti in Talmude loco citato ולא סרקו בסרקה ולא מנאם בשבט או שמנאם רבוצים או עומדים הרי אלו מעושרים, rationem addit Maymonides הואיל ומנאם עשרה עשרה וקדש עשירי הרי זה מעשר.

Hic vero paullo ſubſiſtendum eſt, & receptam Judæorum de decimarum auctore opinionem breviter videamus, in hac vero arena deſudavit ante nos celeberrimus ac incomparabilis ſcriptor, Joh. Seldenus, in libro ſuo de Synedriis, 1. Cap. 2. *Decimationis auctorem plerique ſtatuunt Iſaacum, alii vero Abrahamum de quo legitur, Geneſ.* 14, 20. *ipſum Melchiſedeco dediſſe decimas, quod tamen non ita intelligunt Rabbini, quaſi ex debito, lege, aut inſtitutione tunc factum; ſed ex eo quod ſponte tantum, & pro re nata ejuſmodi honorari voluit Abraham Dei altiſſimi Sacerdotem etiam* לפי כהן היה *quoniam (ut Jarcheus ait) Sacerdos erat, à quo munera ipſe ante gratiſſima præter benedictionem acceperat. Et Rabbi Joſua Ben Charcha, Abraham, nequit,* התחיל ראשון לעשר בעולם לקח כל מעשר סדום ועמורה וכל מעשר לוט בן אחיו ונתן לשם בן נח הני ויתן לו מעשר מכל *primus incepit deci-*

decimare in mundo ; accepit omnes decimas Sodomæ & Gomorrhæ, atque Loti ex fratre nepotis, & dedit Semo filio Noachi ſecundum illud, & dedit ei decimam ex omnibus. Sic ille. Quod vero Iſaaco de Decimis heic tribuitur haberi volunt, idque è Maymonidis, aliorumque mente, ex illo de Iſaaco in Palæſtina; Seminavit Iſaac in terra illa, & invenit in illo anno מאה שערים ויברכהו יהוה *centum modios ſeu centuplum juxta menſuram, & benedixit ei dominus*, Geneſ. 26, 12. *Cauſſam, cur ita menſura adhibita, fuiſſe ajunt ut pars Decima ita in ſacros aliquot erogaretur uſus, idque juxta inſtitutum tunc primum, Iſaaco autore ea de re natum. Gloſſa ibi ordinaria* רבותינו אמרו אומד זה למעשרות היה. *Rabbini noſtri dicunt, menſuram hanc adhibitam, ut Decimæ cognoſcerentur; Et Joſeph Caro in Ceſeph Miſna, Abraham, inquit, dedit decimas* לא בתורת מעשר אלא לפי שכבדו מלכי צדק בהוצאת לחם ויין וברכו רצה לתת לו מעשר השלל אבל יצחק הוא הראשון שעישר ממנו לשם מעשר כפי דרשת חכמים ז״ל בזורע יצחק בארץ וגו׳ *non velut ex inſtituto aliquod decimandi, ſed quoniam honorarat eum Melchiſedek proferendo ei panem & vinum, & ei benedicendo, ideo voluit ei dare Decimas Spoliorum ſeu prædæ; ſed Iſaac primus erat, qui decimavit, ſeu decimas ſolvit nomine decimarum (ſeu velut inſtituto, ſeu exemplo à ſuis ſequendo; quod ipſius eſſe voluit.) juxta interpretationem Sapientum piæ memoriæ ad textum illum, ſeminavit Iſaac in terra &c.*

באחד בתשרי ר״ה לשנים *Primo die Tiſri, Septembris, eſt caput anni ad ſingendos annos*,] hic variæ Rabbinorum ſunt opiniones, diſtractæque ſententiæ; Prima opinio eſt, quod primo die Tiſri, Septembris, computatio annorum à creatione mundi pertexitur, nam ſecundum Judæorum opinionem iſto menſe univerſi mundi machina à Deo creditur fuiſſe creata תניא רבי אליעזר אומר בתשרי נברא העולם, Sic Gemara; (hic autem Judæorum duplicem computum unum vulgarem, & politicum, quem à Niſan, alterum Eccleſiaſticum, quem à Tiſri inſtituunt, prætercam;) qui annorum computus לבריאת עולם, à mundi creatione hodie maxime in uſu eſt; 2. eſt לדין *quoad judicium*, ſupputando nempe à Dei judicio, quia, ſecundum R. Nachman F. Iſaaci, Deus iſto die omnes homines judicat; Tertia opinio eſt R. Chaſdæ למלכי אומות העולם *ac intelligit eſſe annorum caput, ac principium Regum Paganorum*, conaturque probare iſtorum Regum, annorum caput ac principium, incidiſſe in menſem Tiſri, ex libro Nehemiæ Cap. 1. 1. *Verba* Nechemiæ *filii Chacalјæ, & fuit autem menſe Ciſlevo* (*Novembri*) *anno vigeſimo*, & Cap. 2, 1. ſcribitur, *fuit vero menſe Niſan, anno vigeſimo Artaxerxis Regis: ex quo videtur, illos non numeraſſe a Niſan* (*Martio*) *annum vigeſimum primum, probabilius ergo eſt, ac veriſimilius eos computum, à ſequenti Septembri, anni vigeſimi primi inſtituiſſe, quia Tiſri eſt caput ac anni principium multarum rerum*, videamus Jom Tob לשנים פי׳ הר״ב לשני מלכי האומות ובג״ם דף ג׳ מפיק ליה מקראי דכתיב דברי נחמיה בן חלכיה ויהי בחדש כסליו שנת עשרים ; וכתיב ויהי בחדש ניסן שנת עשרים לארתחשסתא המלך מדקאי בכסליו וקרי ליה שנת עשרים וקאי בניסן וקרי שנת עשרים מכלל׳ ד״ה לא בניסן וכתבו התו׳ נהאיל ואפיקתיה מניסן אוקמיה אתשרי ראשכחן דהוי ר״ה דברים hæc ſupra ſunt tranſlata.

Hæc in tranſcurſu ex Rabbinorum ſcriptis probaſſe ſufficit, ad alia redeamus, & opinionem R. Chaſdæ (nam de judicio Dei in ſequenti Miſna, & de annorum à mundi creatione ſupputatione infra agetur,) paullo clarius explicemus, idcirco non ſupervacaneum erit, Judæorum modos numerandi annos inveſtigare, nam ad inſtitutum noſtrum non parum facit.

Hebræos autem variis varios temporibus habuiſſe computus, tum ex Scriptura, tum Rabbinis patet, omnium autem primam annorum ſupputationem inſtituerunt à filiorum Iſraëlis egreſſu è terra Ægypti, quæ uſque ad Salomonici templi ædificationem duravit, illo autem exſtructo, ab ædificatione, & deſtructo poſtea ab excidio computum inſtituerunt. Sic Rabbini in tractatu Talmudico Hieroſolymitano ראש השנה, Cap. 1. מניין שמונין ליציאת מצרים שנאמר בחדש השלישי לצאת אין לי אלא לאותו הזמן לאחריו מניין תלמוד לומר בשנת הארבעים לצאת אין לי אלא לשנה לדורות מניין ס״ל ויהי בת״פ שנה לצאת ומשנבנה הבית התחילו מונין לבנינו שנאמר ויהי מקץ עשרים שנה אשר בנה שלומה וגו׳ לא זכו למנות לבנינו התחילו למנות לחרבנו שנאמר בכ״ז שנה לגלותינו בראש השנה וגו׳ לא זכו למנות לעצמן התחילו מונין למלכיות שנאמר בשנת שתים לדריוש בשנת שלש לכורש ע״כ, Id eſt, *unde probatur Judæos numeraſſe ab exitu ex Ægypto? Ex eo nempe quod ſcriptum eſt Exod. 19, 1. In menſe tertio exitus filiorum Iſraëlis è terra Ægypti. At hinc non conſtat mihi uſurpatam fuiſſe ejuſmodi ſupputationem niſi pro illo tempore: Poſtea etiam illam in uſu fuiſſe, unde habemus? Id diſcito ex Scriptura Num. 33, 38. Anno quadrageſimo ab exitu ex Ægypto. At hinc non conſtat mihi uſurpatam fuiſſe ejuſmodi ſupputationem niſi aliquando; perpetuo vero eâ uſos fuiſſe Iſraëlitas unde habemus? Id diſcito ex Scriptura 1 Reg. 6, 1. Et fuit octogeſimo anno & quadringenteſimo ab exitu populi Iſraëlitici è terra Ægypti, anno quarto, menſe Zivo, (is eſt menſis ſecundus) regni Salomonis ſuper Iſraël, &c. Poſtquam vero exſtructum eſt templum, cœperunt annos numerare ab illius ædificatione juxta illud 2 Par. 8, 1. & fuit à fine viginti annorum, quibus ædificavit Salomo domum Domini*; (deſtructo autem templo) *non fuerunt digni, qui numerarent ab ædificatione templi; ceperunt numerare ab ejus excidio, juxta illud Ezech. 40, 1. Anno vigeſimo quinto captivitatis noſtræ, initio anni.* (Degentes autem ſub aliorum poteſtate captivi,) *non fuerunt digni, qui à ſe annorum computum ſumerent; ceperunt annos numerare à regnis extraneorum,* (hic R. Chaſdæ opinionem clare videmus,) *juxta illud Zachar. 1. v. 1. Anno ſecundo Darii, & Dan. 10, 1. Anno tertio Cyri &c.*

Illa autem ſupputatio ab annis regum extraneorum ſæpius in Talmude occurrit, præſertim quando de libello repudii agitur, ſic Maimonides in Hilcot גרושין Cap. 1. v. 27. וכן תקנו שיהו מונין בגיטין למלכיות אותו הזמן משום שלום מלכות addîtque rationem autor in Meor Enaïm רבגיטין יש לחוש לשלום מלכות שהוא דבר גדול שמקפידין בין איש לאשתו.

Quem numerandi modum uſque ad Alexandri Magni tempora, ſartum tectum reſervabant, & litteras contractuum non ab aliquo rege extraneo, ſed ab Alexandro concludebant, ac de novo מניין שטרות numerationem contractuum inſtituebant, ut refert auctor Tzemach David בימי שמעון הצדיק הכ״ג יצא אלכסנדרוס מוקדון מארצו בשנת שש למלכו באשר עלה להלחם בדריוש מלך פרס ועלה על ירושלים להחריבה כי נכנעים היו בני יהודה לדריוש ובעלי בריתו והיה אבל גדול ליהודים וצום בכי ומספד ויצעקו אל ייי בצר להם ויצא אליו שמעון הצדיק בבגדי כהונה ועמו זקני ישראל וכאשר ראה המלך אלכסנדרוס את שמעון הצדיק הכ״ג ירד מעל המרכבה והשתחוה לפניו ועל זה תמהו שריו ועבדיו וירגזו על כבה ויאמר המלך אליהם המלאך ההולך לפני בחזיון לילה במלחמתי בדמותו ותוארו כאיש הזה ויכרות המלך ברית עם שמעון הצדיק : ויביאהו הכהן וזקני יהודה ירושלים וירא את בית ייי ויאמר ברוך ייי אלוהי ישראל אלוהי הבית הזה ויבקש המלך משמעון הצדיק שיעשו לו לזכרון מזהבו דמות דיוקנו וישימו אותו בין האולם ובין המזבח וישיבו הכהן שאסור לנו מאת אלוהינו לקבל שום פסל או תמונה אבל זכר גדול מאשר שאלת נעשה שכל בני הכהנים הנולדים בשנה ההיא יקראו אלכסנדרים על שמך וייטב הדבר בעיניו ויתן המלך זהב לרוב לבדק הבית וישתחו לייי ויצא והרא״בר ובעל יוחסין ובעל יסוד העולם ודון אברבנאל ואחרים וזולתם כתבו שה״כגי נדר למלך שמיום ההוא והלאה יתחילו מספר השנים למנין שטרותיהן מביאתו שמה; Id eſt: *Tempore Simeonis Juſti Pontificis Summi, egreſſus eſt Alexander Macedo è terra ſua anno tertio regni ſui, poſtquam aſcendit pugnaturus adverſus Darium regem Perſarum: Aſcendit etiam adverſus Jeruſalem, ut vaſtaret illam, quia Judæi coacti à Dario fœdus cum ipſo inierant. Tum magnus fuit Judæorum luctus, jejunium, ploratus, & planctus, & vociferati ſunt ad Dominum in anguſtia ſua. Acceſſit autem ad eum Simeon Juſtus indutus veſtibus pontificalibus, comitantibus ſenioribus Iſraël. Ut vidit rex Alexander deſcendit è curru ſuo, & incurvavit ſe coram illo. Idque admirati ſunt principes ejus, & ſervi ejus, & indignati ſunt propterea. Sed ait rex illis, Angelus qui in viſione hac nocte coram me ambulabat in prælio meo, figura & ſpecie ſua ſimilis erat huic viro.*

Iniit vero Rex fœdus cum Simeone Juſto: deduxitque eum Pontifex, & ſeniores Judæorum Hieroſolymam: viditque templum Domini, & dixit: Benedictus Dominus Deus Iſraël, Deus hujus Domus.

Petiit-

Petiitque Rex à Simeone Juſto, ut in monumentum erigerent ipſi ſtatuam & effigiem auream, eamque collocarent inter porticum & altare. Reſpondit illi Pontifex: Interdictum nobis eſt à Deo noſtro accipere ullum ſculptile vel imaginem, verum monumentum majus, quam poſtulaſti erigemus tibi, omnes filii Sacerdotum, qui hoc anno naſcentur, de nomine tuo Alexandri vocabuntur. Id placuit regi Alexandro, magnamque auri copiam largitus eſt ad reſtaurandum templum, & adorato Deo, diſceſſit. R. autem Abraham filius David: & Auctor Juchaſin, atque auctor Jeſod Olam; Itidem R. Iſaac Abrabanel, aliique præterea ſcribunt, Sacerdotem ſummum promiſiſſe Regi, ab illo die, & deinceps inchoaturos Judæos, numerum annorum in Æra coutractuum ſuorum, ab adventu ejus illuc.

Initium Æræ contractuum eſt ab anno 3448, *qui fuit annus milleſimus ab exitu ex Ægypto: & annus quadrageſimus ab initio ædificationis templi ſecundi: &* 380 *ante excidium ejus. Sic conſtat nobis, hunc annum, qui eſt* 5352 *eſſe annum* 1904 *Æræ contractuum*, ut idem laudatus Auctor שתחילת מניין שטרות היא משנת ג׳ אלפים תמ"ח׳ שהוא שנת אלף ליציאת מצרים ושנת ארבעים לתחילת בניין בית שני וש"פ שנים קודם חרבנו באופן שהתברר לנו ששנה זו שהיא שנת חמשת אלפים ושנ"ב הוא שנת אלף תתק"ד לשטרות.

Sic in eodem tractatu deſcribit quandiu hic annorum computus duravit. *Scito Iſraëlitas primo numeraſſe annos ab exitu ex Ægypto: Poſtea vero juxta numerum annorum regum ut comperies apud Prophetas priores & poſteriores, uſque ad ævum Alexandri Macedonis: Tunc ceperunt annos ſuos computare, & obſignare omnes contractus ſuos ab ejus tempore, ut tradunt in Talmude lib. de Idololatria Cap.* 1. *dicit Rab Nachman: in captivitate non computant, niſi à regno Græcorum tantum. Neque vero id factum eſt tantum, quandiu imperarunt nobis Græci propter pacem ac ſalutem regni: verum etiam poſtquam excuſſum eſt à cervicibus noſtris jugum eorum, remanſit hæc conſuetudo apud nos pluſquam per mille annos: Etenim ſi conſulas prima tempora, conſtabit tibi, nos non fuiße ſolitos numerare annos à creatione mundi, niſi quum obſignata eſt Gemara, aut longo tempore poſt.* דע שמתחילה היו ישראל מונין שנותיהן ליציאת מצרים ואחר זה למספר שנות המלכים כאשר תמצא דבר זה בדברי הנביאים הראשונים והאחרונים עד שנת אלכסנדרוס מוקדון היו מתחילין למנות שנותיהן וכותבין כל שטרותיהן מזמנו כמו שאמרו בפרק קמא דע"ז אמר רב נחמן ובגולה אין מונין אלא למלכות יונים בלבד ולא בלבד בעודם משלו בנו מפני שלום מלכות כי גם אחרי סר עולם מעל צוארינו נשאר המנהג הזה אצלינו יותר ויותר מאלף שנים׃ כי מנהג מנין שנות היצירה אם תשאל לימים ראשונים יתבאר לך שאיננו נהוג אצלינו רק מזמן חתימת הגמרא או זמן רב אחר חתימה.

Eundum numerandi modum, ab Alexandri regno uſitatum fuiſſe legimus longo tempore poſt obſignationem Gemaræ, & quidem tempore Maimonidis, ſic apud Majm. tract. ſuo de Sanctificatione novilunii Cap. 11. §. 16. שהיא שנת שמנה ושלשים ותשע מאות וארבעת אלפים ליצירה שהיא שנת תשע ושמנים וארבע מאות ואלף לשטרות שהיא שנת תשע ומאה ואלף לחרבן בית שני. Id eſt: *Is eſt annus à conſtituto mundo* 4938. *Idem eſt præſcriptionum ſeu tabularum* (Æræ contractuum) 1489. *idemque* 1109. *a diſturbato templo.* Sic idem auctor in tractatu Semita veiobel Cap. 10. §. 4. ולפי חשבון זה שנה זו שהיא שנת אלף ומאה ושבע לחרבן שהיא שנת שמנים ושבעה ואלף וארבע מאות למניין שטרות שהיא שנת ששה ושלושים ותשע מאות וארבעת אלפים ליצירה. *Et ſecundum ſupputationem hanc, is annus eſt a devaſtatione templi* 1107, *ab Æra contractuum annus eſt* 1487, *à mundi creatione hic annus eſt* 4936.

Jam vero nobis breviter inquirendum reſtat, quo tempore Judæi à mundi creatione numerare inceperunt, idcirco non erit inſtituto noſtro alienum hîc referre, quod obſervat R. Azarias in libro, quem inſcripſit מאור עינים, ſupputationem nimirum annorum à creatione mundi non fuiſſe in uſu apud Judæos niſi poſt editum Talmud; אם תשאל לימים ראשונים יתברר לך שהמניין ליצירה איננו אתנו למנהג רק מזמן רב אחרי חתימת הגמרא או למרבה מעט החתימה והנה יען אשר לראשונה היו דורשין תחילות אחרות שנים דא מדא כפי מסבות הזמן והטובות או הרעות אשר בשנים הקדמוניות. מצאנו את עמנו׃ והן קדם תתבונן שעם היות כי במשך ספורי התורה נודע סך השנים שעברו מן היצירה עד זמן הנתנה תורה הנה היא לא יחסה שום ספור לעת מסיים רק לצאת ישראל ממצרים כמו שיתבאר בסמוך לא ליצירה כאשר היה מן האפשר ואף בספור הבריאה עצמה תחת אמרו היום אלפים תמ"ח שנים ברא אלוהים את השמים וגו׳ כתם. ואמר בראשית וגו׳ כלומר בזמן הקדמון בימי קדם בראשית המציאות ברא אלהים וגו׳. Id eſt, *Si conſulas prima tempora, conſtabit tibi, computum à creatione mundi non fuiße apud nos in uſu, niſi longo tempore poſt obſignationem* Gemaræ, *aut ſaltem à tempore quo obſignata eſt. Quippe primo alia petebantur initia computandorum annorum diverſa inter ſe ſecundum caſus temporum, tum ſecundum bona, vel mala, quæ populo noſtro primis illis temporibus contingebant, ac inprimis quidem adverte, etſi ex ſerie legalis Hiſtoriæ conſtet ſumma annorum elapſorum à creatione mundi uſque ad tempus quo data eſt lex, nulli tamen narrationi certam aliam temporis epocham conſtitui, niſi ab exitu populi Iſraëlitici ex Ægypto, ut proxime patebit, non autem à creatione mundi ut fieri poterat, imo in ipſa creationis deſcriptione, non dictum eſt, anno abhinc milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo creavit Deus cœlum, ſed ſimpliciter dicitur in principio, id eſt primo tempore, olim initio creationis rerum creavit Deus.*

Firmiter tamen nobis uti diximus, ex Rabbinorum ſcriptis conſtat, ſupputationem nempe ab Alexandri Macedonis regno, longo tempore poſt Talmudis obſignationem apud Judæos fuiſſe in uſu, ſicuti legitur apud Maimonidem in tractatu קידוש החדש (qui agit de lunæ ſanctificatione) Cap. 11. §. 16. in medio שהיא שנת תשע ושמנים וארבע מאות ואלף לשטרות שהיא שנת תשע ומאה ואלף לחורבן בית שני. *Idem annus præſcriptionum, ſeu tabularum* (Æræ contractuum) *milleſimus quadringenteſimus octogeſimus nonus. Idemque milleſimus centeſimus & nonus eſt annus à diſturbato templo ſecundo.* Sic idem iſte auctor in Hilcot Semita veiobel. Cap. 10. §. 4.

Additque auctor in Meor Enaiim rationem, quare Judæis iſte annorum computus tamdiu fuit uſurpatus כי הלא יציאת מנהג ישן מפני חדש ובפרט באומה מפוזרת קשה היא בלתי ימים לאורך; *Verum veteris conſuetudinis mutatio* (exitus) *in novam, præſertim in populo valde diſperſo; difficilis eſt, nec fit niſi dierum longitudine.*

Statimque abrogati iſtius epochæ computus ratio, apud eundem in promptu eſt. אמנם במשך הזמן תפוצות ישראל מעט מעט קימו וקיבלו ההשתנות הזאת. *Verum enim vero temporis tractu, cum Iſraëlitæ erant diſperſi paulatim ſtatuerunt*, (computum à creatione mundi,) *atque hanc mutationem acceperunt.*

Sic idem iſte auctor rationes hujuſmodi computus à creatione mundi has affert. *Ecce poſſumus dicere, computum à creatione mundi incepiſſe apud gentem noſtram, ut videtur, poſt R. Sciram Gaonitam ſexcentis circiter abhinc annis: Atque ut ego ſentio; hæc fuit cauſa, quum viderent poſteriores regnum Græcorum ſublatum eſſe è mundo; Nos vero in captivitate noſtra, non ſub uno imperio ſimul degere, de cujus tantum pace & ſalute eßemus ſollicitі; ſed quum populares noſtri perpetuo migrarent è regno uno ad gentem alteram, placuit illis ritum ejuſmodi relinquere: Annorum vero computum transferre ad illud principium, quod nobis in memoriam revocaret regnum cœleſte: omnis quippe Rex, Dominus, & Princeps juxta R. Nachmanem jam citatum ſua propter Deum gloria cedit.*

Vel dicemus ejuſmodi computum incepiße ad ſummum ſub finem ſapientum Auctorum Gemaræ Babylonicæ, quando innovata eſt apud gentem noſtram ratio determinandi principium anni, menſis, dieique feſti, in hunc vel illum hebdomadæ diem. Liquet enim ex R. Moſe Maimonide in libr. de Sanctificatione menſis Cap. 5. Majores noſtros ſemper ſanctificaße, ſive inchoaſſe menſes ſecundum apparitionem lunæ, annoſque intercalaſſe habita ratione temporis, & neceſſitatis, uſque ad tempora Abii & Rabæ. Tunc enim præ afflictione & ingenti vaſtitate terræ Iſraël, timuerunt Judæi, ne adempto ſibi Conſiſtorio, deſineret quoque determinatio principii menſium, & anni, (quæ à Conſiſtorio petebantur.) Inſpiravit Deus in mentem Principum captivitatis, ut nobis traderent canones ejuſmodi determinationis, & intercalationis, quibus nos utimur hac noſtra ætate in computu noſtro &c.

הרי שנוכל לומר כי המניין ליצירה הוחל בעמנו לפי הנראה אחר

אחר רב שרירא גאון פחות משש מאות שנים והנה. וכבה זה לדעתי היתה מה שראו האחרונים כי מלכות יון נעתקע מן העולם ואין אנחנו בעבודתנו שוקדים יוזדיו תחת מלכות אחרת לדרוש שלומה בלבד אבל מתהלכים תמיד ממלכה אל עם אחר ובכן בחרו לעזוב את המנהג ההוא וליחס המניין התחלה אשר תזכיר אותנו מלכות שמים כי הנה כל מלך ורב ושליט כדבר הרי״נ הנ״ז ימחול על כבודו בגללה או נאמר שאופן המספר הזה הוחל למרבה בסוף חכמי הגמרא הבבלית בהתחדש סדר הקביעות בעמנו כי הנה תראה להרמב״ם ב״ה קידוש החדש פ״ה אין קדמונינו קדשו תמיד החדשים ע״פ הראיה ועברו את השנים כפי הזמן והצורך עד ימי אביי ורבא כי אז מעני ומרוב החרבן אז״ו נפל פחד היהודים עליהם שיסתלק ממנה בידי קבוע וכו׳ ונגע יו״י בלב ראשי הגולה וסדרו לנו חשבונות הקביעות והעבור אשר אנו מחשבים לעת עתה וגו׳ :

(5) & (6) ולשמיטין וליובלות *Pro dimiſſiontbus*, (annis Sabbaticis) *& Jubilæis.*] Paullo clarius hic nobis explicanda ſunt, tum Sabbatici, tum Jubilæi anni leges ac jura, & primò quidem nobis videndum erit in quibus potiſſimum conveniunt, deinde privilegiorum ſeu beneficiorum *μελέτημα*, quæ Deus Jubilæo Iſraëlitico conceſſit, ac tandem Sabbatici ac Jubilæi anni differentiam indagabimus.

Eſt autem annus Sabbaticus ſeptimus quiſque annus, quo poſt ſex *γεωργίας* annos, agri & vineæ inculti relinquebantur: Levit. 25. 3. *Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, & colliges proventum illius, anno vero ſeptimo Sabbatum ceſſationis eſt ipſi terræ, Sabbatum Jehovæ, agrum tuum ne ſeminato, & vineam tuam ne putato.* מצות עשה לשבות מעבודת הארץ ועבודת האילן בשנה השביעית שנאמר ושבתה הארץ שבת ליי״י ונאמר בחריש ובקציר תשבות וכל העושה מלאכה מעבודת הארץ או אילנות בשנה זו בטל מצות עשה ועבר על לא תעשה שנאמר שדך לא תזרע וכרמך לא תזמור. Id eſt: *Præceptum affirmativum eſt ad quieſcendum ab opere terræ* (agricultura) *& arborum anno ſeptimo, ſecundum id quod dicitur* (Levit. 25. 2.) *& quieſcet terra Sabbato Jehovæ: Sic etiam de aratione & meſſe dicitur,* תשבות *quieſcet, hinc, quicunque facit opus ex opere terræ* (quicunque ſementem facit aut metit, opus ad agriculturam pertinens,) *aut arborum iſto anno, irritum facit præceptum affirmativum, & peccat contra negativum, ſecundum id quod dicitur* Levit. 25. 4. *agrum tuum ne ſeminato, & vineam tuam ne putato.*

Illud enim ad rem, de qua dicturi ſumus, pertinet, quod Doctiſſ. Cunæus in libro ſuo de Heb. rep. 1. Cap. 4. refert, Judæos in maximas anguſtias ſeptimum quemque annum detruſiſſe, ſic inquit ille; *Tales leges atque ejuſmodi ſcita, Hebræi acceperunt, qui res opeſque omnes ſitās in agris habebant. Ex illis vel abundantia eorum, vel egeſtas pependit. Cujus rei ego maxima documenta hæc habeo, quod quoties pecunias illis exteri reges imperaverint; ſeptimus quiſque annus ita in anguſtum oppidò omnes eorum copias coëgit, penè ut pendere eas nequiverint. Erat enim edicto legis cautum, ne per illam tempeſtatem terra coleretur, neve quis fruges tunc colligeret, quæ omnis pecuniæ fundamentum erant. Alexander Macedo, cum Jeroſolymæ ex Danielis libro didiciſſet dominationem Perſarum, olim Græco ab homine deſtruendam, lætus vaticinio, quaſi ad ſe pertineret, Judæos petere ingens beneficium aliquod juſſit. Ibi illi ſignificavere, nihil ſibi poſſe majus dari, quam uti ne rex ſeptimi anni tributa exigeret*, Hucuſque ſcriptor.

Poſtea vero, cum reges extranei, Iſraëlitis præter alia onera etiam impoſuerunt, exercitus ſuos nutrire, licitum fuit anno ſeptimo ſeminare quantum ad hoc requirebatur. משרבו האנסין והטילו מלכי כותים על ישראל לעשות מזונות לחיילותיהן התירו לזרוע בשביעית דברים שצריכין להם עבדי המלך בלבד :

Extra ejuſmodi caſus, *ſi quis per errorem, aut per induſtriam aliquid plantaſſet, eradicare illud debebat*, Maim. in Hilcot Semita veiobel. Cap. 1. §. 12. הנוטע בשביעית בין בשוגג בין במזיד יעקור מפני שישראל חשודין על שביעית, *quia Iſraëlitæ ſuſpecti ſunt de ſeptimo*, (fructibus anni ſeptimi.)

Fructus autem anni ſeptimi ad eſum (ſub aliqua conditione ſecundum Rabbinos uti ſtatim videbitur) *ad potum, & ad unctionem, & ad accenſionem candelarum, ſunt dati, ſic & ad tingendum*; פירות שביעית נתנו לאכילה ולשתייה ולסיכה ולהדלקת הנר ולצביעה.

Quandiu vero anni ſeptimi fructus edere poterant, indicat nobis ſatis commentator ad tractatum Talmudicum שביעית (qui de anno ſeptimo agit) Cap. 9. Miſn. 2.

Quod ſi quis anno ſeptimo ex fructibus terræ vel leguminibus, aliquid collegerit, & in domum ſuam deportaverit, poterat de illa ſpecie comedere tandiu, quandiu in arboribus vel terra de illa ſpecie reperiebatur, quando vero deficit in terra vel arboribus, tum cogebatur, illa quæ habebat è domo ſua removere, V. G. ſi quis collegiſſet ficus, & ex illis quaſdam exſiccaſſet, non poterat de illis comedere, niſi quandiu ficus reperiebantur in arboribus, quod ſi vero nullæ amplius reperiebantur, cogebatur לבער removere illas, quas domi habebat, aut ſtatim, ſi quidem poterat comedere, vel publice exponere, fundamentum hujus traditionis ponunt in verbis illis Levit. 25. 7. *Jumenti etiam tui, & cujuſque beſtiæ quæ eſt in terra tua, eſto totus proventus illius ad comedendum* שכל זמן שאין נמצא בשדה מאותו המין שאסף אליו בבית חייב לבער אותו המין מן הבית מיד כגון אם לקט תאנים ועשה מהן גרוגרות אינו יכול לאכול מאותן גרוגרות אפילו בשנה שביעית אלא כל זמן שנמצאים תאנים מחוברות לאילן וכשכלו התאנים מן האילנות חייב לבער גרוגרות שבביתו או לאוכלן כלן מיד או להפקיר עד שלא ישאר מהן בביתו דכתיב ולבהמתך ולחיה.

Cujus rei ratio apud Maimonidem etiam in promptu eſt, loco citato Cap. 7. §. 1. Ex fructibus ſeptimi anni non comedebant niſi illo tempore, quo de illa ſpecie reperiebatur in agro, ſecundum id quod dicitur; *Jumenti etiam tui & cujuſque beſtiæ, quæ eſt in terra tua, eſto totus proventus illius ad comedendum*, quaſi dicat omni tempore, quo beſtia comedit de illa ſpecie in agro, tu comede de eadem quæ eſt in domo: ſi vero à beſtia in agro fuerit conſummata, cogebatur removere illam ſpeciem è domo; & hoc vocatur *remotio* fructuum anni ſeptimi. פירות שביעית אין אוכלין מהן אלא כל זמן שאותו המין מצוי בשדה שנאמר ולבהמתך ולחיה אשר בארצך תהיה כל תבואתה לאכול : כל זמן שחיה אוכלת ממין זה מן השדה אתה אוכל ממה שבבית : כלה לחיה מן השדה חייב לבער אותו המין מן הבית וזהו ביעור של פירות שביעית.

Hujus autem remotionis fructuum anni ſeptimi fit mentio in tractatu Talmudico Peſachim, (qui de Paſchate agit,) Cap. 4. Miſn. 2. המוליך פירות שביעית ממקום שכלו למקום שלא כלו או ממקום שלא כלו למקום שכלו חייב לבער; *Qui abducit ſeptimi anni fructus è loco, in quo ſunt conſummati, ad locum in quo non ſunt conſummati; vel è loco in quo non ſunt conſummati, ad locum, in quo ſunt conſummati, tenetur removere*; Quæ à gloſſa marginali ſic illuſtrantur.

Qui abducit fructus anni ſeptimi è loco in quo ſunt conſummati, à beſtia in agro, ac per conſequens *iſtius loci incolæ tenentur illos è domo removere, ducuntque illos fructus ad locum, in quo non ſunt conſummati*, ac per conſequens, *iſtius loci incolæ adhuc de fructibus in domum collectis comedunt; tenetur tamen illos removere propter loci gravamina ex quo venit.* לחיה מן השדה וחייבין עליו בני מקומו לבערו מן הבית : והוליכו זה למקום שלא כלו : ובני אותו מקום עדין אוכלין הן מן המכונסים לבית : חייב לבער משום חומרי מקום שיצא משם.

Sponte è terra nata ספיחין, ex edicto legis, edere erant licita ac omnibus communia, de quibus hæc nobis in ſuis ſcriptis produnt Rabbini, ſic Maimonides in Hilcot Semita vejobel Cap. 4. §. 1. *Omne quod terra producit anno ſeptimo, ſive ſit ex ſemine, quod ſparſum eſt ante annum ſeptimum, ſive ex radicibus, quæ antea ſucciſæ ſunt*, וחזרו ועשו, *ac iterum creſcunt; ambo enim illa vocantur ſponte è terra nata; Sive ex herbis & oleribus, quæ ſponte creſcunt, neque illis ſemen; omnia illa ad comedendum ſunt ex lege conceſſa, ſecundum id quod dicitur*, Levit. 25. 6. *Sed erit fructus Sabbati ipſius terræ vobis ad comedendum. Etiamſi ager anno ſeptimo fuerit melior redditus*, שנטייבה, (in quodam manuſcripto legi נטעה plantatus, verum utramque lectionem ſenſus patitur;) *germinetque fructus ſuos, tamen liciti ſunt ad eſum, & hoc eſt quod dicitur* Levit. 25, 5. *Sponte natum ex meſſe tua ne metito*, quaſi dicat, *ne metas eo modo, quo vulgo fit* (metit) *omni anno, nam ſi eo modo metit, uti faciunt* (metunt) *vapulat*. V. G. *demetit totum agrum, & conſtituit* (relinquit) *cumulum*, trituratque bo-

ve,

ve, *vel quod demetit ſecundum agriculturam terræ* (ut coloni ſunt conſueti,) *ut explicavimus* (vapulat.) *Sed ſi paulatim metit ac obiter abſcindit* (percutit) *tunc poteſt edere.* כל שתוציא הארץ בשנה שביעית בין מן הזרע שנפל בה מקודם שביעית מין מן העיקרים שנקצרו מקודם וחזרו ועשו ושניהם נקראו ספיח : בין מן העשבים והירקות שעלו מאליהן ואין להם זרע הכל מותר לאוכלו מן התורה שנאמר והיתה שבת הארץ לכם לאכלה : ואפילו שדה שנטיבה בשביעית וצמחה פירותיו מותרין באכילה . וזה שנאמר את ספיח קצירך לא תקצור שלא יקצור כדרך שקוצר בכל שנה ואם קצר כדרך הקוצרין לוקה כגון שקצר כל שדה והעמיד כרי ודש בבקר או שקצר לעבודת הארץ כמו שבארנו : אלא קוצר מעט מעט וחובט ואוכל.

Verum Rabbini poſtea contrarium ſtatuerunt, adduntque rationem, ne ſc. aliquis occulte ſeminet, aut plantet, & deinde dicat, illa ſunt ספיחין ſponte è terra nata, ut Maim. loco citato Cap. 4. 2. *Ex verbis enim ſcribarum, clare conſtat, ſponte è terra nata, edere fuiſſe interdicta : Et quare hoc decreverunt? nempe propter tranſgreſſores, ne aliquis occulte (ambulet) & ſeminet E. G. proventum, vel legumina (fabæ) lentes & ſemina hortenſia in agro ſuo, quando vero germinant, & edat ab iis, dicatque, illa ſunt ſponte è terra nata, ideo anno ſeptimo ſponte è terra nata à Rabbinis interdicta fuere.* ומדברי סופרים שיהיו כל הספיחין אסורין באכילה : ולמה גזרו עליהם מפני עוברי עבירה שלא ילך ויזרע תבואה וקטניות וזרעוניות גנה בתוך שדהו בסתר וכשיצמח יאכל מהם ויאמר ספיחין הן לפיכך אסרו כל הספיחין הצומחים בשביעית.

Excipiuntur tamen aſparagorum, & hortenſium, & campeſtrium genera, & omnia talia, quæ nec in omnium poteſtate ſunt nec à multis poſſidentur. הוא למדה שאין אוכלין מפירות שביעית אלא פירות האילנות והעשבים שאין זורעין אותן רוב אדם כגון הפיגם והירבוזין השוטין וכל כיוצא בהן. Sic etiam ex Rabbinorum edicto, mercaturam cum fructibus anni ſeptimi exercere fuit prohibitum.

Non exercent mercaturam cum fructibus anni ſeptimi, ſed ſi aliquid de fructibus ſeptimi anni vult vendere, vendat (ea autem conditione) *uti iſtæ pecuniæ ſint ſicut fructus anni ſeptimi, & emat pro iis cibum, edatque in ſanctitate fructus anni ſeptimi, fructus autem venditus ea manet ſanctitate uti fuit.*

אין עושין סחורה בפירות שביעית ואם רצה למכור מעט מפירות שביעית מוכר ואותן הדמין הרי הן כפירות שביעית וילקח בהן מאכל ויאכל בקדושת שביעית ואותו הפרי הנמכר הרי הוא בקדושתו כשהיה. Uti Maimonides in Hilcot Semita vejobel Cap. 6. §. 1.

Nec è terra ſancta educere poterant anni ſeptimi fructus uti idem auctor eodem loco Cap. 5. §. 13. פירות שביעית אין מוציאין אותן מארץ לחוצה לארץ ואפילו לסוריא. *Non educebant anni Sabbatici fructus* (ac conſequenter etiam Jubilæi, quorum jura ferme ſunt æqualia) *è terra extra terram nequidem in Syriam.*

Et in ſumma fructus anni Jubilæi eodem gaudent jure, ac privilegio, ac anni Sabbatici, nam quodcunque anno ſeptimo eſt prohibitum, veluti terræ cultus, etiam anno quinquageſimo eſt prohibitum, & quod anno Sabbatico eſt conceſſum, anno Jubilæo nullo modo eſt prohibitum. דין היובל בשביתת הארץ ודין השמיטה אחד הוא לכל דבר : כל שאסור בשביעית מעבודת הארץ אסור בשנת היובל וכל שמותר בשביעית מותר ביובל ומלאכות שלוקין עליהן בשביעית לוקין עליהן ביובל ודין פירות שנת יובל באכילה ובמכירה ובביעור כדין פירות שביעית לכל דבר. Quæ à celeb. Cunæo partim ſic vertuntur. *Eadem ratio uſquequaque eſt tam Jubilæi, quam anni ſeptimi, quod ad intermiſſionem agriculturæ attinet.*

Quicquid in terræ cultione fas, aut nefas eſt anno ſeptimo, id prohibitum quoque, aut licitum eſt in Jubilæo; huc uſque Cunæus. *Et omnia opera, veluti ſeminare, aut arare, & ſimilia, quæ anno ſeptimo ſunt* (prohibita) *ſub pœna vapulationis, ſic etiam ſeſe res habet* (prohibita ſunt) *ſub pœna vapulationis anno quinquageſimo, & in ſumma eadem ratio uſquequaque eſt tam anni Jubilæi quam Sabbatici quod ad eſum & venditionem & ad remotionem attinet.*

Hoc vero fideliter eſt obſervandum; Quod anni ſeptimi leges ac jura non fuerint in uſu niſi in terra Iſraëlitica, ſive ante, ſive poſt templum, ſic Maim. loco citato 4. §. 25. אין שביעית נוהגת אלא בארץ ישראל בלבד שנאמר כי תבואו אל ארץ : ונוהגת בין בפני הבית בין שלא בפני הבית. Quod probant ex Levit. loco Cap. 25. 2. *Alloquere filios Iſraëlis, edicens eis, quum ingreſſi fueritis in eam terram quam ego do vobis; tum quieſcet terra, Sabbato Jehovæ.*

Hæc autem de anni Sabbatici ac Jubilæi jurum ac legum convenientia ſcripſiſſe ſufficient; Jam vero quid nobis de Jubilæo in ſuis commentariis tradant Rabbini, ac utriuſque tum Sabbatici, tum Jubilæi differentiam, notabimus.

Annus autem Jubilæus, erat annus dimiſſionis, in quo ſervi donabantur libertate, debita relaxabantur, captivi dimittebantur, res à proprio abalienatæ domino in proprium jus revertebantur, judicia ligatorum diſſolvebantur, inimicitiæ deponebantur, ut ſumma quies eſſet omnibus, ac tranquillitas, tum corporis tum animi.

Hujus præceptum exſtat Levit 25. v. 10. *Ut ſanctificetis annum quinquageſimum, & proclametis libertatem in ipſa terra omnibus habitatoribus ejus; Jubilæi annus ille eſto vobis; ut revertamini quiſque ad poſſeſſionem ſuam, & quiſque ad familiam ſuam revertamini.*

Quandiu vero hæc Jubilæorum ſolennia apud Judæos fuerint celebrata, ſatis nobis indicat celeberrimus de Hebræorum Rep. ſcriptor Cap. VI. lib. I. *Intelligendum eſt igitur, cum lata à Moſe lex agraria de poſſeſſionum reſtitutione ſit, obſervatam eam ſummâ religione fuiſſe, uſque ad ſanctuarii prioris deſolationem, quæ facta per Aſſyrios eſt. Exin deſerta incultaque Palæſtina jacuit per annos ſeptuaginta, id quod prædictum à vatibus erat. Poſtquam autem longa dies fatalem illum temporis orbem perfecerat, redierunt quidem in ſedes ſuas Judæi, extructumque templum de integro eſt, ſed nunquam poſtea revocata lex agraria fuit, neque celebrata amplius Jubilæorum ſolennia ſunt. Quare nec mancipiis libertatem amplius jam dedit annus quiſque quinquageſimus, neque dominis reddidit amiſſas, venditaſque poſſeſſiones. Hæc ſolenniter animadverſa & notata à Talmudiſtis ſunt, & permultum momenti habent. Sed omnino implicatam habere, atque involutam rationem videtur quod Maimonides in Hilcot Semita vejobel Cap. 10. tradidit*, ubi ſic inquit: אף על פי שלא היה יובל בבית שני מונין היו אותו כדי לקדש שמיטות. *Etſi Jubilæi nulli fuere ex quo tempore templum ſecundum ſtetit, tamen numerare eos mos fuit propter remiſſiones, quæ ex lege fiebant. Niſi hoc enodaverimus, falſum videbitur quod de Jubilæi abolitione dicebamus. Quare explicanda nobis Maimonidæ ſententia eſt. Enimvero maximus Rabbinus Jubilæorum ſupputationem accuratiſſime ſemper factam etiam noviſſimis temporibus ait, non hercle quod aut ſervi omnes tunc manumitterentur, aut agri redirent ad veteres dominos, ſed quod ex numeratione eorum penitus pependit ratio anni cujuſque ſeptimi, in quo alia quædam remiſſionum jura obſervari lex juſſerat, quæ non ante ceſſavere, quàm everſa à Tito deletaque Judæorum reſpublica eſſet &c.* qui de his plura vult, inſpiciat locum à nobis citatum.

Jam vero mittemus ſpinoſam illam eamque longe difficillimam de tempore celebrati Jubilæi quæſtionem, quàm diſcutiendam relinquimus Chronologis; Nos vero in quibus differunt breviter videamus. In hoc vero differunt uti patet: Sabbaticus autem peculiare habebat, debitorum remiſſionem, cum ſervorum ſine ſubula in libertatem reſtitutione, Deut. 15. 2. *Hoc autem eſto jus intermiſſionis; intermittito omnis creditor jus habens vindicandi manu ſua, id quod vindicaturus eſſet à proximo ſuo, & à fratre ſuo, quum indicta fuerit intermiſſio Jehovæ*; ſic infra v. 12. *Si vendatur tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa, is ſerviet tibi ſex annis : Anno vero illo ſeptimo dimittito eum liberum abs te.*

Jubilæus autem peculiare habebat, ut ſimul fundi legitimis ſuis dominis reſtituerentur, cum ſervorum indigenarum cum ſubula, manumiſſione; de ſervis exſtat locus Deut. 15, 16, 17. &c. *Sed erit ſi dicat tibi, nolo exire à te; eo quod diligat te, & familiam tuam, quia bene eſt ei apud te: Ut acceptam ſubulam indas auri ejus & ipſi januæ, ſic erit tibi ſervus in ſeculum* (uſque ad annum Jubilæi,) ſic etiam Exod. 21. 6. Et de reſtitutione fundi hæc exſtat lex Levit. 25, 10. *Ut ſanctificetis annum quinquageſimum, & proclametis libertatem in ipſa terra omnibus habitatoribus ejus:* Ju-

Jubilæi annus ille eſto vobis, ut revertamini quiſque ad poſſeſſionem ſuam, & quiſque ad familiam ſuam revertamini.

Audiamus etiam Maimonidem de hac re, loco citato Cap. 10. §. 16. יתירה שביעית על היובל שהשביעית משמטת כספים ולא יובל : ויותר יובל על השביעית שהיובל מוציא עבדים ומשמיט קרקע. Id eſt, Sabbaticus autem præſtat Jubilæo, quod Sabbaticus remittit debita, Jubilæus non remittit debita. Sed Jubilæus præſtat Sabbatico, quod Jubilæus liberos educit ſervos & reſtituit fundos.

Multa ille de Jubilæi beneficio tradidit, aitque id poſitum in eo fuiſſe, quod omnes agri ad veteres dominos redibant etiamſi centies auctorem mutaverant, מכר שדהו לראשון וראשון מכר לשני ושני לשלישי ואפילו מאה זה אחר זה בשנת היובל תחזור לאדון הראשון שנא׳ בשנת היובל ישוב השדה לאשר קנהו מאתו לאשר לו אחוזת הארץ.

Jubilæus quidem reſtituit fundos in principio anni, Sabbaticus non remittit debita niſi in fine, יובל משמיט קרקע בתחילתו ושביעית אינה משמטת כספים אלא בסופה.

Hoc vero probe notandum eſt quod debitorum remiſſio anni ſeptimi ex lege non poterat uſurpari, niſi eo tempore, quo Jubilæi jura vigebant; uti Maimonides in Hilcot Semita veiobel Cap. 9. §. 2. אין שמיטת כספים נוהגת מן התורה אלא בזמן שהיובל נוהג שיש שם שמיטת קרקע : שהרי ישוב הקרקע לבעליו בלא כסף ודבר זה קבלה היא אמרו חכמים בזמן שאתה משמיט קרקע אתה משמיט כספים בכל מקום בין בארץ בין בחוצה לארץ ובזמן שאין שמיטת קרקע אין אתה משמיט כספים בשביעית אפילו בארץ ומדברי סופרים שתהא שמיטת כספים נוהגת בזמן הזה בכל מקום : ואף על פי שאין היובל נוהג כדי שלא תשתכח תורת שמיטת הכספים מישראל. Id eſt, remiſſio debitorum ſecundum legem non poterat uſurpari, niſi eo tempore, quo annus Jubilæus erat in uſu, quo tempore fundorum reſtitutio fiebat, nam tunc dominis fundus reſtituebatur ſine ulla compenſatione; Et hanc rem per traditionem accepimus, dicunt enim Rabbini, eo tempore quo fundos reſtituis, etiam remittes debita, in omni loco ſive in terra Sancta, ſive extra terram Sanctam, & quo tempore nulla eſt fundorum reſtitutio, (ut in Jubilæo fiebat) tu nullo modo remittes debita, etiamſi in terra Sancta.

Verum ex Scribarum decretis, cautum eſt, ut debitorum remiſſio uſurpetur (obtineat) hoc tempore in omni loco, etiamſi Jubilæi jura non ſunt in uſu, ne legum debitorum remiſſionem Iſraëlitæ obliviſcantur.

Jam vero ad Jubilæum, de quo dicere incœperamus, redeundum, nulla tempeſtas tantum gaudium publicè excitavit. Non enim modò locati rurſus in ſolido ſunt, qui prædia ſua antè alienaverant, ſed libertas quoque data omnibus ſervis eſt. Sed horum nihil fieri ante decimam ejus menſis lucem potuit, quæ jejuniis atque expiationum feſto ſacra erat.

Interea temporis per novem integros dies agitata publicè quædam veluti Saturnalia ſunt, de quibus Rabbi Maimonides illud refert quod ſcitu dignum judicavimus, in Hilcot Semita veiobel. שלושה דברים מעכבין ביובל תקיעה ושלוח עבדים וחזרת שדות לבעליהן וזו היא שמיטת קרקע מראש השנה עד יום הכיפורים לא היו עבדים נפטרים לבתיהן ולא משתעבדין לאדוניהן ולא השדות חוזרות לבעליהן : אלא עבדים אוכלין ושותים ושמחים ועטרותיהם בראשיהם כיון שהגיע יום הכיפורים תקעו בית דין בשופר נפטרו עבדים לבתיהן וחזרו שדות לבעליהן. Id eſt; tres ſunt res quæ impediunt Jubilæum (ſi nempe una ex iſtis defecit,) tubarum clangor, ſervorum manumiſſio & reditus agrorum ad ſuos dominos (qui eſt fundorum reſtitutio.) Ab initio anni uſque ad diem expiationum neque dimittebantur, neque ſerviebant dominis ſuis, nec agri reſtituebantur. Quid igitur? edebant, bibebantque ſervi, atque hilares erant; & coronam quiſque capiti ſuo impoſuit. Mox cum dies expiationum veniſſet, Synedrium tuba clangebat, atque è veſtigio liberi abierunt ſervi, & reddita dominis prædia ſunt.

Quibus vero cæremoniis ac ritibus intimandus, ac promulgandus erat annus Jubilæus ex ſcriptura clare conſtat Levit. 25. 9. *Tunc facies ut ubique perſonet clangor tubæ menſe ſeptimo die decimo ejus menſis, die expiationum facitote ut perſonet turba in tota terra veſtra.*

Sic etiam Maimonides in Hilcot Semita vejobel Cap. 10. §. 10. מצות עשה לתקוע בשופר בעשירי לתשרי בשנת היובל ומצוה זו מסורה לבית דין שנאמר והעברת שופר תרועה וכל יחיד ויחיד חייב לתקוע שנאמר תעבירו שופר ותוקעין בשופר תשע כדרך שתוקעין בראש השנה ומעבירין שופר בכל גבול ישראל. Id eſt, *præceptum affirmativum eſt ad clangendum buccina die decimo menſis Tiſri, Septembris, anno Jubilæo; Et hoc præceptum primo traditum fuit Synedrio*; Nam dicitur Levit. 25. 9. *tunc facies ut ubique perſonet clangor tubæ: & unuſquiſque clangere tenetur ſecundum id quod dicitur loco citato die expiationum facitote ut perſonet; Et novem vicibus tuba clangebant parili modò ut in principio anni, clangebantque per totam terram Iſraëliticam.*

Cujus vero materiei fuerit hæc buccina, nondum inter eruditos convenit, quidam buccinam Jubilæi fuiſſe argenteam aſſerunt, contrarium defendit Maimonides, eâdem buccinâ ex cornu arietis facta, utrumque feſtum intimatum fuiſſe, Maimonides loco citato Cap. 10. §. 11. שופר של יובל וראש השנה אחד הוא לכל דבר. Quænam ſententia non arridet R. Nachmanidæ, qui buccinæ ex cornu arietino clangorem ſoli tubarum feſto attribuit, teſte Rabbi Bechai ad Cap. 25. Levit.

Miras autem hic ſibi, ſed aniles excogitarunt Judæi ſuperſtitiones, quo nimirum modo, quove ſono ac tono hoc cornu ſit inflandum, quas illis relinquimus.

(7) ולנטיעה *Plantationis omnium arborum.*] Quaſi dicat Tiſri Septembris eſt primus menſis plantationis, ſupputando nimirum ab eo annos præputiatos.; nam V. G. ſi quis vineam aut arborem plantaſſet in menſe אב (Julio,) incipiente Tiſri annus præputiatus erat ſecundus, edicto enim legis cautum erat, ut arbores vel vineæ recenter plantatæ tribus annis eſſent præputiatæ; Levit. 19. 13. *Item quum veneritis in iſtam terram, & plantaveritis quamvis arborem eſculenti fructus, omnino putabitis præputium ejus, præputium fructus ejus: tribus annis ſunto ſingulæ vobis præputiatæ, nihil earum comeditor.*

Plantatio, (fructus plantationis) anni quarti res ſancta eſt, נטע רבעי הרי הוא קדש, uti Maimonides in tractatu de decima ſecunda; Sic Levit. 19. 24. *Anno vero quarto eſto omnis fructus ejus, ſancta res laudationum Jehovæ. Et oportet poſſeſſores fructus ejus Hieroſolymis (ut decimam ſecundam) comedere;* ודינו להאכל בירושלים לבעליו כמעשר שני. *Poterantque fructus plantationis anni quarti redimere parili modo, ut decimam ſecundam, ea nempe conditione, ſi pro ſe ipſo redimeret, quinta pars addenda erat.* הרוצה לפדות נטע רבעי פודהו כמעשר שני ואם פודהו לעצמו מוסיף חומש; Eos autem redimebat, cum erant in cauſſa decimationis & oblationis, quod *οἱ νομοδιδάσκαλοι* dicunt הגיע לעונת המעשרות *pervenit eo ut decimandum ſit.*

Hæc de plantatione anni quarti, jam quid Rabbini nobis de vinea quadrienni tradunt, videamus;

In tractatu Talmudico פאה, (qui de agri angulo agit,) Cap. 7. §. 6. diſputant inter ſeſe duo Talmudici doctores, Hillel & Schammai de vinea quadrienni. כרם רביעי בית שמאי אומרים אין לו חומש ואין לו ביעור: בית הלל אומרים יש לו; בית שמאי אומרים יש לו פרט ויש לו עוללות והעניים פודין לעצמם ובית הלל אומרים כלו לגת. Id eſt, *Vineæ quadrienni ſecundum Schammai opinionem non eſt quinta pars neque remotio*, (is qui de vinea quadrienni ſeparat, non tenetur quintam partem addere, aut remotionem facere.) *Hillel vero contrarium docuit. Schola Schammai dixit, quod vineæ quadrienni eſt particularitas & racemi, pauperesque ſibi ipſis redimunt; Hillelis autem Schola dixit, omnia in torcular.* Quæ à gloſſa marginali ſic illuſtratur.

Quicunque plantaverit eſculenti arborem, anno quarto fructus Hieroſolymam adducere debet, ibique comedere in ſanctitate decimæ ſecundæ; vel eos redimere poteſt, & prætium mittere Hieroſolymam, ſ*ecundum id quod ſcribitur* Levit. 19. 24. *Anno vero quarto eſto omnis fructus ejus ſancta res laudationum* הלולים *Jehovæ, & explicamus vocem* הלולים laudationum *ſicut* חילולים profana, *expoſita uſibus prophanis, quaſi Deus dixiſſet, reddas profanum, ut poſtea poſſis edere*, (nam redimendo fructus pecuniæ ſunt ſanctæ, fructus à dominis comeduntur.) Schola Schammai dixit, non obligatur quintam partem addere (verba hæc Miſnæ ſunt)

ſic

ſic illuſtrantur à R. O. B. *Etiamſi, ſicut decimam ſecundam, redimere tenetur, tamen poſſeſſores non addunt quintam partam, nam ſcriptura cum de vinea quadrienni loquitur, nullam facit mentionem de quinta parte addenda.* ואין לו ביעור nec facienda remotio eſt. *Id eſt non tenetur removere*, ſecundum Schammai, *è domo veſperâ Paſchatis*, (quo tempore cum Hieroſolymis degebat, hæc de decima ſecunda confiteri debebat בערתי קדש מן הבית *ſuſtuli quod ſanctum eſt è domo* Deut. 26. 13. *anni quarti & ſeptimi fructus, ſicut debet ſeparare decimas reliquas, nam de ea ſcribitur, ſuſtuli quod ſanctum eſt è domo.*

Et Schola Hillelis dixit, quintam partem addendam & remotionem faciendam eſſe, *nam Schola Hillelis argumentatur à vocibus*, קדש קדש *in decima ſecunda* & hoc per גזרה שוה regulam ut Magiſtri loquuntur æqualem, *nam ſicut decimæ ſecundæ addenda erat quinta pars & facienda remotio*, (ſic etiam vineæ quadrienni.)

Domus vero Schammai non argumentatur ab hoc (à vocibus קדש קדש) quod ſanctum ſanctum denotat, *in decima ſecunda.*

Domus Schammai dixit quod eſt particularitas & racemi, *quia ut profana æſtimantur.*

Pauperesque ſibi ipſis redimunt; *à particularitate & racemis quàm collegerant, & comedunt in locis ſuis, & pecunias Hieroſolymam mittunt.*

Domus Hillelis dixit omnia ad torcular. *Eo quod argumentatus eſt à voce* קדש; *& in ea eſt ſententia decimam ſecundam* (vel pecuniam decimæ ſecundæ) *eſſe pecunias Dei, ideo pauperibus nulla eſt pars conceſſa, verum calcant racemos cum reliquis uvis & poſſeſſores omnia adducunt Hieroſolymas.* כרם רבעי : הנוטע כל עץ מאכל בשנה הרביעית מעלה הפירות לירושלים ואוכל שם בקדושת מעשר שני או פודה אותם ומעלה הדמים לירושלים דכתיב ובשנה הרביעית יהיו כל פריו קדש הלולים ודרשינן הלולים כמו חלולים אמר רחמנא אחליה והדר אכליה : בית שמאי אומרים אין לו חומש אף על פי שטעון פריון כמעשר שני אין הבעלים מוספים את החומש דלא כתבה תורה בו חומש : ואין לו ביעור אינו חייב לבערו מן הבית בערב פסח של רביעית ושל שביעית כשמבער המעשרות כדכתיב בערתי קדש מן הבית : ובית הלל אומרים יש לו חומש ויש לו ביעור בית הלל ילפי קדש קדש ממעשר מה מעשר יש לו חומש ויש לו ביעור : ובית שמאי לא ילפי קדש קדש ממעשר . יש לו פרט ויש לו עוללות דכחולין חשבי ליה : והעניים פודין לעצמם מן הפרט והעוללות שלקטו ואוכלין אותן במקומם ומעלין הדמים לירושלים : ובית הלל אומרים כלו לגת משום דילפי ממעשר וסברי להו מעשר שני ממון גבוה הוא הלכך אין לעניים חלק בו ודורכים העוללות עם שאר היין והבעלים מעלין הכל לירושלים : De qua re differentem audiamus Maimonidem in tractatu de decima ſecunda Cap. 9. §. 4. *Vineæ quadrienni nulla eſt* שכחה *oblivio*, (qui colligit vineam quadriennem non tenetur obliviſci,) *neque angulus, neque particularitas, neque racemi, nec de ea ſeparabant oblationem, nec decimas; ſicuti à decimis ſecundis etiam non ſeparabant, ſed totam adducebant Hieroſolymam vel redimebant, & pecunias adducebant, comedebantque intra muros Hieroſolymitanos ſicuti decimam.* כרם רבעי אין לו לא שכחה ולא פאה פרט ולא עוללות ואין מפרישין ממנו תרומה ומעשרות כשם שאין מפרישין ממעשר שני אלא כולו עולה לירושלים או נפדה ויעלו הדמים ויאכלו בירושלים כמעשר.

Exſtat Talmudicus locus in tractatu de decima ſecunda Cap. 5. §. 1. in quo traditur, in more apud Judæos poſitum fuiſſe, ut vineam quadriennem, (anno ſeptimo) notarent glebâ aliqua terræ coloratæ, præputiatam argillâ igne decocta; Quem locum clariſſ. Otto, in lexico ſuo Rabbinico, aut male intellexit, aut ea quæ addenda erant, omiſit, cum dicit, *fructus autem anni quarti præcipue in vineis pingunt*, ex quo veriſimile ſit hunc locum ipſum de omnibus annis intellexiſſe; cùm tum ex Miſna, tum ex marginali gloſſa certo conſtet, hunc ritum tantum anno ſeptimo fuiſſe uſurpatum, (quia tunc temporis omnes fructus indifferenter ab omnibus colligebantur;) ne homines de eâ comederent, quoniam ea ſacrata eſt, uti dicitur Levit. 19. 24. & oportet poſſeſſores ejus fructus Hieroſolymis comedere, ut decimam ſecundam ut à nobis ſupra obſervatum eſt: Sic Miſnæ verba ſonant; כרם רבעי מציינין אותו בקוזות אדמה ושל ערלה בחרסית. Id eſt: *vineam quadriennem notarunt glebâ*; id eſt, vineæ quadrienni appingunt notas aliquas è gleba terræ, ut noſcant homines quod eſt vinea quadriennis; *præputiatam notarunt argilla* igne *decocta*, (ſc. ne forte nota periret, & homines de ea comederent: prohibitio enim de præputiata major eſt, quam de vinea quadrienni: quapropter etiam quadriennis uſui fuit idonea, præputiata non item;) Et paullo infra in Miſna rogat R. Gamaliel de quibus annis hoc ſit intelligendum, ut notas adderent, reſpondetur de anno ſeptimo, ſic Miſna במה דברים אמורים אמר רישׁבׁיני בשביעית additque marginalis gloſſa hanc rationem ſufficientem. דעבדא היכרא לכרם רבעי ולערלה בשביעית שהכל הפקר ונוטלין בהיתר. Id eſt, *Quare vineam quadriennem notarunt ſigno? Quia nimirum tunc temporis omnes fructus erant communes, ac ab omnibus indifferenter colligebantur.*

Quem locum doctiſſimus Maimonides hiſce verbis complexus eſt in tractatu ſuo de Decima ſecunda Cap 9. §.7. מי שהיה לו נטע רבעי בשנת השמיטה שיד הכל שוה צריך לציינו בקוזות אדמה כדי שיכירו בו ולא יאכלו ממנו עד שיפדו : ואם היה בתוך שני ערלה מציינין אותו בחרסית כדי שיפרישו ממנו : שאם ציינו בקוזות אדמה שמא יתפררו : שאיסור ערלה חמור הוא שהיא אסורה בהנייה. Hæc ſupra ſunt tranſlata, ad alia redeamus.

(7) ולירקות *Pro decimatione olerum.*] Hujus decimationis nullum in Sacra Scriptura exſtat verbum, ex inſtituto enim Rabbinorum eſt, quod ipſimet Rabbini agnoſcunt in tractatu Talmudico יומא (qui de die expiationum agit,) שמעשר ירק דרבנן. In antiquiſſimis enim monumentis hæc juris regula exſtat. כל אוכל אדם הנשמר שגדוליו מן הארץ חייב בתרומה וכן בראשית ומעשרות. Id eſt: *omne eſculentum hominis quod aſſervatur, cujus incrementa ſunt de terra, obnoxium eſt oblationi, ac conſequenter primitiis & decimis.* Quod lucem fœneratur loco Matth. 23. 23. ubi etiam hortenſia, ut anethum, mentha, cuminum, ruta, puligium à Phariſæis addecimata leguntur.

Auctor vero Miſnicus huic decimationi olerum tempus præfixit, etſi à Rabbinis ſit conſtituta, ut cætera quæ à lege commendantur tanto magis fierent ac accuratius, ſic Gemara תנא תני ירקות שמעשרותיהן מדרבנן ב"ש שחייבין מדאורייתא. Quare vero huic menſi tempus ſit præfixum, ratio eadem eſt ac in cæteris decimis שאין תורמין מן הירק הנלקט לפני ראש השנה על הירק הנלקט לאחר ר"ה :

(8) ולאילן *Et pro arboribus.*] Pro decimatione fructuum arboris, eadem ratio eſt in arboribus ac in oleribus, ideo etiam ab auctore Miſnico tempus præfigitur. שאין מעשרין פירות האילן שחנטו קודם שבט על שחנטו לאחר שבט.

ב בארבעה פרקים העולם נידון (1) בפסח על התבואה (2) בעצרת על פירות האילן (3) בראש השנה כל באי העולם עוברים לפניו כבני מרון (4) שנאמר היוצר יחד לבן המבין אל כל מעשיהם ובחג נידונין על המים :

2. Quatuor temporibus mundus judicatur; in Paſchate de proventu; in feſto Septimanarum de arborum fructibus, in principio anni omnes homines tranſeunt coram eo ut oves, ſecundum id quod dicitur (Pſ. 33. 15.) *formator pariter cordis eorum, animadvertit ad omnia opera eorum*, & in feſto Scænopegiæ judicatur de aquis.

R. OB. DE BARTENORA.

בפסח על התבואה *In Paſchate de proventu*, quoniam Lex præcipit de adductione manipuli in Paſchate, ut Deus benedicat agrorum proventui. Infertur inde quod in Paſchate

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על התבואה *Super proventu*, ſuper damno quod proventui contigit, ſive exiguus, ſive abundans fuerit. בני מרון *filii gregis*, ovium, nam מרון idem eſt quod Chaldaicè אמרא vel אמרנא

ſchate populus totus judicatur de proventu. בעצרת על פירות האילן *in feſto ſeptimanarum de fructibus arboris*, quia Lex præcipit ut duo panes tritici ad Deum adducantur, ut benedicat arborum fructibus; at חטה *triticum* in Scriptura vocatur עץ *arbor*, Gen. 2, 17. ומעץ הדעת טוב ורע juxta ſententiam illius qui dicit, arborem de qua comedit Adam, fuiſſe triticum. כבני מרון idem eſt ac כבני אמריא *ſicut filii agnorum*, quos ſingulos educebant per portam parvam decimationis gratia, ne duo poſſent ire ſimul. היוצר יחד לבם *qui format ſimul corda eorum*, id eſt, formator qui eſt Deus benedictus vidit una vice cor eorum, & omnia opera eorum, qui, etſi ſinguli ipſum tranſeant, nihilominus tamen omnes homines videt, eorumque actiones intuetur unico intuitu. ובחג נידונין על המים *& in feſto tabernaculorum judicantur de aquis*, quia Lex præcipit ut aquæ coram Deo effundantur in feſto tabernaculorum.

אמרנא *ovis*; vult dicere, quod hominum operum Deus inſt rationes, eoſque judicat, ſanos & ægrotos; mortem & vitam, cæteraque quæ hominum ſtatum ſpectant. Cæterum id quod de hoc negotio revelatum eſt, ſatis conſtat, quemadmodum vides, ſed quod de eo occultum eſt, omnium difficillimum eſt.

HOUTINGIUS. (1) בפסח על התבואה *In Paſchate de proventu.*] Hoc Dei proventu judicium in Paſchate Rabbini probant ex Sacra Scriptura, ſic exſtat Barytæ locus in quo legitur מראמרה תורה הביאו לפני עומר בפסח כדי שאברך לכם תבואה שבשדות מינה ידעינן דבפסח נידונין על התבואה. *Eò enim quia lex dixit* (Scriptura autem cum de Paſchate agit, dicit Levit. 23, 10. והביאתם את עמר *& offeretis menſuram*, quæ עומר vocatur, *primitias meſſis tuæ ad Sacerdotem.*) *adducite coram me menſuram*, ſeu עומר, *in Paſchate, nimirum ut vobis benedicam proventum qui eſt in agris, indè ſcimus, quod in Paſchate de proventu judicatur.*

(2) בעצרת על פירות האילן *In feſto Septimanarum judicatur de arboribus fructu.*] Ad probandum hoc Dei judicium, parilis exſtat Barytæ locus: מראמרה תורה הביאו לפני שתי הלחם בעצרת כדי שאברך לכם פירות האילן; *Eo quod dixerit lex*, (Scriptura enim de hoc feſto agens dixit, ממושבתיכם תביאו לחם תנופה שתים, *ex habitationibus veſtris afferte panes agitationis duos*. Levit. 23. 17.) *adducite coram me duos in Pentecoſte panes, nempe ut vobis benedicam arboris fructus*; Et quid an ulla eſt convenientia inter לחם *panem*, & פירות האילן *arboris fructum*, ut ex iſto loco citato ſibi arboris benedictionem promittere poſſint? Verum en Rabbinicum illud ingenium, en hominis, ut putat, ſubtilitatem, cùm dicat חטה *triticum*, (ex quo panes erant compoſiti,) fuiſſe עץ *arborem*, illudque ex veteri quodam monumento probet, עץ שאכל אדם ראשון חטה היה; Audiamus ad hunc locum R. O. Bartenoram, וחטה עץ קרויה רחמנא דכתיב ומעץ הדעת טוב ורע: כמאן דאמר עץ שאכל אדם ראשון חטה היה. Id eſt, *triticum Deus arborem vocat*, ſcribitur enim, Geneſ. 2. 17. *de arbore vero ſcientiæ boni & mali*; *ſecundum iſtum Rabbinum, qui dicit, arbor de qua primus homo comedit, triticum fuit.*

(3) בראש השנה כל באי העולם עוברין לפניו כבני מרון *In initio anni omnes homines tranſeunt coram eo ut oves.*] כבני מרון, hæc vox diverſas habet ſignificationes, quæritur enim in Gemara, מאי כבני מרון *quid eſt* כבני מרון? interpretantur illud chaldaice כבני אימרנא *ſicut filii ovium*, Gloſſa marginalis ſic explicat ככבשים שמונין אותן לעשרן ויוצאין זה אחר זה בפתח קטן שאין יכולין לצאת כאחד id eſt, *Sicut oves, quas numerant ad decimationem, quæ egrediuntur una poſt alteram per oſtium parvum, ne ſimul poſſint egredi*, vide R. Salomon. Levit. 27. 23. Sic omnes homines tranſeunt coram Deo, unuſquiſque ſeorſim & tamen uno intuitu, *unaque nota notantur* ונסקרין כולן בסקירא אחת, hoc probant ex Pſ. 33. 15. היוצר יחד לבם quod ſic explicant, היוצר *formator*, ille eſt Deus, qui videt pariter cor eorum, ומבין *ac intelligit* omnia opera eorum, nam etſi omnes ſeorſim tranſeunt, tamen נסקרין *notantur*. De qua re doctiſſimus Maimonides Philoſophice diſſerit, ut videre eſt in Toſeph. Jom Tob. והנגלה מזה מאמר מבואר כאשר תראה אבל הנסתר ענינו קשה מאוד בלי ספק עיכ כי האדם אי אי לציירו שני הפכים בנושא אחד בזמן אחד שיעברו אחר אחד ויהיו נסקרים בסקירה אחת אבל כמו שאי אי להשיג מהיתו יתברך וית וזכרו נצח כן אי אי להשיג השגחתו וסקירתו שאם היינו משיגים דרך השגחתו כבר היינו משיגים עצמותו וזה אי אי בשום פנים. Id eſt, *Et quod prima fronte ex dicto iſto Rabbinico apparet, ſatis clarum, verum quod abſconditum eſt, difficile admodum eſt ſine dubio, huc uſque. Nam impoſſibile eſt homini comprehendere duo contraria in uno ſubjecto & hoc uno tempore, nempe ut tranſeant ſeorſim, & una nota notentur, ſed quemadmodum impoſſibile eſt comprehendere eſſentiam Dei, ſic impoſſibile eſt comprehendere ejus providentiam, & quomodo omnia intuetur, nam ſi in poteſtate noſtra eſſet comprehendere Dei providentiam, poſſemus & exiſtentiam ejus comprehendere, quod omnimodo nobis impoſſibile eſt.*

Reſch Lakis alio explicat modo כמעלות בית מרון quod Buxtorfius interpretatur, *ſicut gradus ovilis*, Otto autem in Lexico ſuo Rabbinico defendit illud fuiſſe nomen proprium alicujus loci, ſicut aſcenſus Bet Maron, (nam talem exſiſtere locum probat ex Semot Rabba, hiſtoria eſt de fratre & ſorore, frater habitabat in גוש חלב ſoror vero in בירת מרון) quæ à gloſſatore ſic explicantur שדרך קצר ואין שנים יכולין לילך זה אחר זה שהעמק עמוק משני צידי הדרך *erat via admodum anguſta, ut duo non potuerint illic incedere unus à latere alterius, nam erat profunda vallis ab utroque viæ latere*, quæ explicatio Ottoni magis arridet, nam dicit, ita ut ſenſus loci ſit, homines tunc, cum annus incipit à Deo quaſi recenſeri, & in luſtratione unum poſt alterum dijudicari, eadem ratione ac per aſcenſum Maronitarum unus poſt alterum procedit, ac in conſpectum venit.

R. Samuel hoc iterum aliter explicat, כחיילות בית דוד *ſicut exercitus domus Davidis*, quæ ſic explicantur מרון לשון מרות ואדנות id eſt מרון eſt idem quod אדונות & מרות *dominum*; exercitus enim cum luſtratur quoque requiritur, ut ſigillatim tranſeat unus poſt alterum. וכך היו מונין אותם יוצאין זה אחר זה בצאתם למלחמה.

Hæc de vocis etymologia ſcripſiſſe ſufficiet, jam quid Rabbini de Dei judicio in ראש השנה nobis in ſcriptis ſuis reliquerunt, videamus; omnes enim inter Judæos uno ore conſentiunt, Deum iſto die ſuum in homines exercere judicium, proſpera ac adverſa rerum publicarum, regnorumque, gladium, pacem, famem, ac ſaturitatem, vitam denique, ac mortem determinare, ſic ſolennis illa confeſſio in precibus ſuis, ועל המדינות בו יאמר איזו לחרב איזו לשלום איזו לרעב איזו לשובע ובריות בו יפקדו להזכירם לחיים ולמות.

Fundamentum autem totius orationis eſt זכרנו לחיים מלך חפץ בחיים כתבנו בספר חיים *recordare noſtrum ad vitam, ô Rex, qui vult vivos homines, ſcribe nos in libro vitæ.* Qua occaſione magna cum religione, inter ſeſe ſalutant תכתב בספר חיים טובים.

Jam vero inquirendum nobis erit, quibus fundamentis hæc nititur hallucinatio, nam de tali judicio ne verbum quidem in Sacra Scriptura occurrit, Scriptura quidem hunc diem vocat זכרון תרועה, ſic Levit. 23. 24. *Menſe ſeptimo, primo die menſis erit vobis Sabbatum memoriale, clangentibus tubis, & vocabitis Sanctum, omne opus ſervile non facietis in eo*, ſic etiam iſte dies vocatur יום תרועה ut Num. 29. 1. *Dies clangoris eſto vobis*, nam eo die in templo tuba clangebant, ac hodie in ſuis Synagogis ſuâ שופר.

Hic iterum Rabbini ſueto more ad Cabalam ſuam confugiunt, ac hoc myſterium Iſraëli tantum per traditionem revelatum probant ex Pſ. 81. 4. תקעו בחדש שופר בכסא ליום חגינו כי חק לישראל הוא משפט לאלהי יעקב. Id eſt, *Clangite tubam in novilunio, in abſcondito pro die feſtivitatis noſtræ, quia hoc eſt ſtatutum Iſraëli, & judicium pro Deo Jacobi.* De quo vid. Gemaram fol. 8. 2. ubi R. Nachman Dei judicium, ſimulque illud in primum Tiſri incidiſſe ex eodem verſu probat, רב נחמן בר יצחק אומר לדין דכתיב מראשית השנה ועד אחרית השנה; מראש השנה נידון מה יהא בסופה: וממאי דבתשרי הוא דכתיב תקעו בחודש שופר בכסא ליום חגינו איזהו חג שהחודש מתכסה בו הוי אומר זה ראש השנה וכתיב כי חק לישראל הוא משפט לאלהי יעקב.

Dixit

Dixit R. Nachman filius Iſaaci, (Tiſri principium anni eſt, ac etiam initium) *pro Dei judicio, nam ſcribitur ab initio anni uſque ad finem ; ab initio anni judicatur, quid erit in fine, ſed unde* probatur *quod hoc Dei judicium incidit in menſem Tiſri*, ex eo enim probatur, *ſcribitur* Pſ. 81. 4. *Clangite tubam in novilunio in abſcondito pro die feſtivitatis noſtræ. Quodnam eſt illud feſtum, in quo abſconditur mentio novilunii? dicendum eſt, quod hoc eſt* ראש השנה *principium* anni, (nam in ראש השנה ſemper eſt novilunium;) בכסא *in abſcondito*, id eſt abſconditur mentio novilunii in ראש השנה *principio anni*, tunc enim nulla fit mentio iſtius celebritatis, ac in cæteris noviluniis, dicendo ביום ראש החודש. Et ſcribitur in eodem verſu, *quia hoc eſt ſtatutum Iſraëli*, arcanum autem hoc iis tantum revelatur, *& judicium pro Deo Jacobi*, nimirum iſto die omnes homines Deum judicare.

Sic etiam ex alio loco hoc Dei judicium confirmant ac probant אשרי העם ידעי תרועה *beatus eſt populus, qui agnoſcunt clangorem* Pſ. 89. 16. Id eſt, qui myſterium tubæ ac ſonitus recte intelligit, audiendo nempe tubam intelligit Deum reſidere in Throno ad judicandum iſto die, pervulgata autem apud Judæos eſt opinio, Deum, ſtatim ac Synedrium lunam promulgatione tubæ ſanctificaverit, reſidere ad judicandum, ſic in Gemaræ loco à nobis ſtatim citato. תנו רבנן כי חק לישראל הוא משפט לאלוהי יעקוב מלמד שאין בית דין של מעלה נכנסין לדין אלא אם כן קידשו בית דין של מטה את החדש Similis, uti mihi videtur de hac re occurrit hiſtoria in Midras שוחר טוב. Cum conſilium Hieroſolymitanum magnum conſediſſet, & decreviſſet, ut in hoc die feſtum novi anni celebraretur; Deum quoque eodem tempore Senatum Angelorum congregaſſe, illiſque mandaſſe, ut in terra inquirerent, num ſententia de anno novo feſtive celebrando lata & pronuntiata eſſet, Angelos igitur deſcendiſſe in terram, ibidemque quid in Senatu concluſum fuiſſet, expiſcatos, reſponſum Deo retuliſſe, quod hoc die feſtum novi anni celebrare conſtituerint: Hoc intellecto, Deum quoque eodem die ad mundum judicandum conſediſſe cum Angelorum Senatu, ſecundum illud Pſ. 47. 6. *Aſcendit Deus cum Jubilo, Dominus cum voce tubæ*, &c.

Jam videamus, unde Rabbini probant Dei erga omnes homines judicium; Audiamus citatum Gemaræ locum, כי חק לישראל הוא אין לי אלא לישראל : לאומות העולם מניין תלמוד לומר משפט לאלוהי יעקוב. Id eſt, *Quia hoc eſt ſtatutum Iſraëli*, at hinc non conſtat mihi niſi pro Iſraële tantum: verum pro gentibus mundi unde habemus? id diſcito ex eodem verſu, *& judicium pro Deo Jacobi*.

Probant porro ex alio loco Magiſtri Dei judicium incidere in ראש השנה initium anni, quod expiationum dies prope adeſt, quo vult Deus, ut homines à peccato expientur; exſtat Joëlis locus Cap. 2. 11. ויהוה נתן קולו לפני חילו כי רב מאד מחנהו. *Jehova autem dedit vocem ſuam ante copias ſuas, quum ampla admodum ſint caſtra ejus*, quæ Prophetæ verba myſtico quodam commentario Rabbini illuſtrarunt, nempe ויהוה נתן קולו זה ראש השנה *& Jehova edidit vocem ſuam*, hoc intelligitur de anni principio, כי רב מאד מחנהו זה יום הכיפורים, *quum ampla admodum ſint caſtra ejus*, hoc de expiationum die intelligunt Rabbini.

Rationem, quare Deus hoc potius, quam aliis diebus judicet homines, Rabbini ſtatuunt diverſam; firmiter enim credunt, mundum in Tiſri fuiſſe creatum, quod ex R. Eliezeris ſententia, quam ut veram amplectuntur, probant, vid. Gemara pag. 10. 2. תניא רבי אליעזר אומר באחד בתשרי העולם נברא. Sic etiam in precibus זה היום תחילת מעשיך. Quo tempore primus homo, poſtquam inique egiſſet, ac à Deo creatore ſuo defeciſſet, in Dei gratiam eſt reſtitutus, ideo iſtum diem, ad judicandum & ad miſericordiam erga homines jam lapſos exercendam ſtatuit, vid. Toſephot Jom Tob אי כמד' בתשרי נברא העולם. כלומר נברא האדם ביום הששי לימי בראשית והוא ר"ח' תשרי ובבי סרח אדם הראשון וגידון לרחמים לפי קבעו היק'ב'ה לכל' בניו שידונו בו לרחמים. Si vero R. Joſuæ ſententia vera ſit, qui mundum in menſe Niſan creatum defendit, ut ad citatum Gemaræ locum eſt videre רבי יהושע אומר בניסן נברא העולם; aliam adducunt rationem, quare Deus in Tiſri judicet, quia ſecundum Judæorum computum in יום הכיפורים *expiationum die*, vituli aurei peccatum populo Deus condonavit, ideo ab initio menſis Dei erga homines judicium inchoare affirmant, vid. Toſeph, Jom Tob. ואי ל'מ'ד' בניסן נברא העולם י'ל' לפי שביום ה'כ. נתרצה הק'ב'ה למשה בדבר העגל קבע לתחילת החרש עד יום הכיפורים לימי הדין &c.

Paucula quædam ex Talmude excerpta de hoc Dei judicio in ראש השנה hic addere non inutile mihi viſum fuit; Imaginantur ſibi, ac fabulantur Judæi Deum iſto die tres aperire libros; ſic nobis tradunt Gemarici. אמר רבי יוחנן שלושה ספרים נפתחין בראש השנה אחד של רשעים גמורים ואחד של צדיקים גמורים ואחד בנוניים : צדיקים גמורים נכתבין ונחתמין לאלתר לחיים רשעים גמורים נכתבין לאלתר למיתה בינוניים תלויין ועומדין מראש השנה ועד יום הכיפורים זכו נכתבין לחיים לא זכו נכתבין למיתה. Id eſt, *Dixit Rabbi Jochanan: tres libri aperiuntur in principio anni, unus pro iis qui prorſus ſunt impii, alter pro iis qui perfecte ſunt juſti, tertius pro intermediis; Qui perfecte juſti ſunt ſtatim inſcribuntur in libro vitæ, ac obſignantur, qui prorſus impii ſunt ſtatim ad mortem condemnantur ac obſignantur, his qui partim pii, partim impii ſunt, uſque ad diem reconciliationis dilatio datur*) decimus ille dies eſt, ab anni Kalendis.) *Si vero digni reperti ſunt inſcribuntur in libro vitæ, ſi non, ſtatim ad mortem condemnantur, ſecundum illud* Pſ. 69. 29. *Deleantur è libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur. Deleantur è libro*; his impiorum liber deſignatur, vox *viventium*, juſtorum librum denotat; hæc vero, *& cum juſtis non ſcribantur*, mediorum librum innuunt. ימחו מספר חיים ועם צדיקים אל יכתבו : ימחו מספר. זה ספרן של רשעים גמורין : חיים : זה ספרן של צדיקים : ועם צדיקים אל יכתבו זה ספרן של בינוניים.

Quæ in eorum ritualibus hoc modo explicantur (ut Buxtorfius in Synagoga ſua Judaica nobis tradidit.) Ab omni ævo à patribus noſtris per oralem traditionem accepimus, Deum omnipotentem ſub autumnum mundum cum primo Adamo in Paradiſo creaſſe: quapropter jus & æquum poſtulat, ut, elapſo anno, Deus rationem ab homine exigat, quomodo per totum annum vixerit, eique vel pro bonis, vel pro malis operibus debitam mercedem retribuat. Debitam autem hanc mercedem in ſequentem annum differt, & hoc pacto ſolvit: Peccatorum quædam Deus in hoc mundo punit, quædam in altero ſæculo: eadem eſt quoque bonorum operum ratio: quædam nunc, quædam olim demum compenſabuntur. Jam ſi homo per totum annum peccaverit, & peccatorum maculis totus inquinatus & pollutus fuerit, aliquid tamen quoque bonorum operum fecerit, omnia hæc primo anni die coram Dei judicio in aginam veniunt. Utriſque igitur, tam bonis ſcil. quam malis operibus, ex æquo appenſis, ſi Deo bonorum operum retributionem homini in hoc mundo dare viſum fuerit, appellatur Juſtus; quia judicium illius lætum & proſperum in hoc mundo exitum ſortitur, & ita in libro viventium inſcribitur, hoc eſt, anno proximo vel vivet, vel divitias aut honores conſequetur. Ita pius & juſtus, qui per totum annum multa bona fecit opera, ſed cui interim parvum aliquod peccatum excidit, ſi Deo illum propter hoc peccatum in hoc mundo punire viſum fuerit; Impius & Injuſtus appellatur, quia cauſsâ in hoc mundo cadit, & in libro mortuorum inſcribitur, hoc eſt anno proximo vel morietur, vel in paupertatem aut morbum incidet. Idcirco, quamvis aliquis ſit juſtus in altero ſæculo, impius tamen & injuſtus appellatur hoc ſæculo, ſiquidem tanquam reus in hoc primitus eſt: ita quoque qui impius & reprobus habetur in altero ſæculo, juſtus tamen in hoc eſſe poteſt; quia Deus hîc illi bonorum ſuorum operum mercedem retribuit. Quapropter mirandum non eſt, ſi pios aliquando in hoc mundo rebus adverſis premi videamus, contra vero impiis omnia ex animi ſententiâ cedere: Utriſque enim Deus juſtam in illo ſæculo mercedem rependet: & huc facit illud quod in Gemara dicitur: Primo anni die tres libros aperiri &c. Sæpe unico bono opere multa peccata delentur, & vice verſa, unico peccato multa bona opera inducuntur. Id vero totum in Dei poteſtate & arbitrio ſitum eſt. Sententiam peccatoris ad librum mortis deſtinati, ſiquidem ad feſtum uſque expiationum, hoc eſt decimum Tiſri, ſtrenuam & ſeriam egerit pœnitentiam, Deus immutare, & in librum viventium referre poteſt: ita ju-

ſuum, qui illo temporis ſpatio in peccata relapſus fuerit, Deus in mortuorum album mittere poteſt. &c.

Hoc enim ad rem, de qua agimus, quod legitur in Peſikata magna, ſic R. Reſch Lakis. בשעה שהקב״ה עולה ויושב על כסא דין בדין הוא עולה שנאמר עלה אלהים בתרועה ובשעה שישראל נוטלים שופר ותוקעים הקב״ה עומד מכסא דין ויושב על כסא רחמים ומתמלא עליהם רחמים ה׳ בקול שופר: Id eſt, quo tempore Deus aſcendit & ſedet in ſolio juris, ad judicandum aſcendit, ſecundum illud Pſ. 47. 6. *Aſcendit Deus* אלוהים *cum clangore*; Quo tempore autem Iſraëlitæ tubam accipiunt, ac coram Deo clangunt, ſurgit Deus de ſolio juris, & reſidet in ſolio miſericordiæ & impletur ſuper eos miſericordia, juxta illud Pſ. 47. 6. יהוה *Jehova cum ſono tubæ.* Primo juſtitia ac indignatione opera hominum examinare cæpit, hoc indicat אלוהים, quod pro *ira Dei* ſumitur; at cum homines è ſopore evigilant admoniti tubâ peccatorum ſuorum memores, ad miſericordiam id eſt יהוה quod ſemper *Dei benignitatem* oſtendit, reflectit.

Jam vero hic non eſt prætermittendum id, quod nobis de judicio Dei univerſali Gemarici tradunt, multa enim ſapientiſſimi illi mortalium Talmudici fabulantur ac hariolantur de impiorum reprobatione, illorumque ſupplicio, imaginantur ſibi, ac vana ſpe ſeſe lactant pœnam רשעים *impiorum* non ulterius duraturam, quam duodecim menſes, ac eo tempore quaſi in purgatorio verſari, & poſt peractam pœnitentiam beatitudine gaudere, multa etiam de iis qui in æternum manent damnati; textum Gemaricum hic addere mihi libet תניא בית שמאי אומרים ג׳ כתות הן ליום הדין אחת של צדיקים גמורים ואחת של רשעים גמורין ואחת של בינונים: צדיקים גמורים נכתבין ונחתמין לאלתר לחיי עולם: רשעים גמורין נכתבין ונחתמין לאלתר לגהינם שנאמר ורבים מישני אדמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם: בינוניים יורדין לגהינם ומצפצפין ועולין שנאמר והבאתי את השלישית באש וצרפתים כצרוף את הכסף ובחנתם כבחון את הזהב הוא יקרא בשמי ואני אענה אותו: ועליהם אמרה חנה ה׳ ממית ומחיה מוריד שאול ויעל: בית הלל אומרים רב חסד מטה כלפי חסד: ועליהם אמר דוד אהבתי כי ישמע ה׳ את קולי: ועליהם אמר דוד כל הפרשה כולה דלותי ולי יהושיע: פושעי ישראל בגופן ופושעי אומות העולם בגופן יורדין לגהינם ונידונין בה שנים עשר חדש לאחר שנים עשר חדש גופן כלה ונשמתן נשרפת ורוח מפזרתן תחת כפות רגלי צדיקים שנאמר ועסותם רשעים כי יהיו אפר תחת רגליכם: אבל המינין והמסורות והאפיקורוסין שכפרו בתורה ושכפרו בתחיית המתים ושפירשו מדרכי צבור ושנתנו חיתית׳ בארץ חיים ושחטאו והחטיאו את הרבים כגון ירבעם בן נבט וחביריו יורדין לגהינם ונידונין בה לדורי דורות שנאמר ויצאו וראו בפגרי האנשים הפושעים בי וגומר: Id eſt. Traditio eſt. Dixit Domus Schammai: tres erunt claſſes in die judicii (כשיחיו המתים ut gloſſator,) una perfecte juſtorum, ſecunda ſummè impiorum, tertia denique intermediorum (hoc eſt *quorum benefacta malefactis ſunt æqualia, nec altera alteris præponderant* שעונותיהן וזכיותיהן שקולין ut obſervat R. Aſer;) Juſti ſtatim inſcribuntur in libro vitæ, & obſignantur; ſummè impii inſcribuntur & obſignantur ſtatim ad gehennam, ſecundum illud Dan. 12. 2. *Tandem multi ex dormientibus in pulverulenta terra, expergiſcentur, hi ad vitam æternam, illi ad opprobria & contemtum æternum*; Intermedii deſcendunt in gehennam, & ejulant (id eſt ut R. S. J. annotat צועקים ובוכים מתוך ייסורין שעה אחרת *clamant ac flent ob caſtigationem per horam unam*,) & poſtea aſcendunt, ſecundum illud Sach. 13. 9. *Et inducam tertiam iſtam in ignem, & conflabo eos ut conflatur argentum, probabo eos quemadmodum probatur aurum: Hic invocabit nomen meum, & ego exaudiam eum, dicam, populus meus eſt, & ipſe dicet, Jehova eſt Deus meus.* Similiter hoc probant ex 1 Sam. 2. 6. *Jehova morte afficit, & in vitam reſtituit, demittit in infernum, & educit.*

Schola vero Hillelis ſtatuit, quod Deus qui eſt miſericors ſemper ad miſericordiam deflectit, (id eſt ut gloſſa marginalis exponit הואיל ומחצה על מחצה הם מטה את ההכרע לצד זכות ואין יורדין *eo quod nec bona opera malis præponderant, nec mala bonis, ideo Deus ſemper ad juſtitiam inclinat* (præponderat) *neque in gehennam deſcendunt*;) Illudque Pſ. dicto confirmat Pſ. 116. 1. *Diligo nam exaudit Jehova vocem meam*; Et de iis dixit David totam iſtam ſectionem, *quum attenuatus ſum* (in attenuare me,) *mihi confert ſalutem.* Prævaricatores fortiter ac Iſraëlis rebellantes, pariter ac gentiles prævaricatores deſcendunt in gehennam, ibi judicantur per duodecim menſes, iis finitis corpus conſumitur, anima comburitur, ſpiritus diſpergitur ſub pedibus juſtorum, ſecundum illud Mal. 4. 3. *Et conculcabitis improbos; nam futuri ſunt cinis ſub plantis pedum veſtrorum.*

Hæretici vero המינין (התלמידין אשר הפכו דברי אלוהים חיים לרעה *Diſcipuli qui perverterunt verba Dei vivi in malum*, uti gloſſator.) & delatores, traditores המוסרות (ſunt *accuſatores* מלשינים, *qui tradunt pecunias Iſraëlis in manus alienigenarum* שמוסרין ממון ישראל ביד הנכרים ut commentator;) & Epicurei והאפיקורוסין (Scholiaſtes מבזה תלמידי חכמים *qui contemnit diſcipulos ſapientum*, de Epicureis & Epicuro eſt locus in tractatu Talmudico Abot ubi Gloſſa אפיקורוס הכופר בפינות התוריות ומבזה את דברי חכמים *Epicurus eſt qui negat pinnas legales*, id eſt fidei articulos, *& contemnit verba ſapientum*; *Qui negat prophetiam à Deo Opt. Max. delapſam ad hominem*, האומר שאין הנבואה מגיעה מה׳ש׳י׳ אל האדם. Similiter *& Moſis Prophetiam negat*; *Qui dicit Deum ſanctum benedictum res humanas non curare* האומר שאין הקב״ה משגיח על מעשה אדם; *qui attrahit præputium* המושך ערלה ὁ ἐπισπώμενος τὴν ἀκροβυστίαν; (de his Maim. in Hilcot תשובה) *qui legem Dei negant* (שכפרו בתורה האומרין אין תורה מן השמים.) Et qui mortuorum reſurrectionem negant (*quales ſunt Sadducæi quorum duo potiſſimum peſtilentiſſima dogmata fuerunt* הכפירה בתחית המתים *negatio reſurrectionis mortuorum: Neque quòd lex, ſi diſerta ejus pacta reſpiciamus, nihil ſupra vitæ hujus bona promiſerit*, ut Hugoni Grotio placet lib. 2. de verit. Relig. Chriſtianæ.) Quique diſcedunt ab Eccleſiæ viis ושפירשו מדרכי צבור (de quibus Maim. in Hil. תשובה Cap. 3. §. 11. הפורש מדרכי צבור אף על פי שלא עבר עבירות אלא נבדל מעדת ישראל ואינו עושה מצות בכללן ולא נכנס בצרתן ולא מתענה בתעניתן אלא הולך בדרכו כאחד מגויי הארץ וכאילו אינו מהן אין לו חלק לעולם הבא. Id eſt, *Qui ſeparat* (quæ ipſa phraſis, verbis tamen Synonumis, ab Apoſtolo Hebr. 10. 25. καταλείπων τὴν συναγωγὴν uſurpatur) *ſe à viis cœtus, etſi tranſgreſſor non ſit, ſed disjunctus tantum à cœtu Iſraëlis, neque facit præcepta univerſim, neque ſe affligit afflictionibus eorum, ſed ambulat in via ſua, ſicut unus ex gentibus terræ, tanquam nihil ſibi cum Judæis commune, non habet portionem in futuro ſeculo.*) Et qui terrorem incutiunt, ושנתנו חיתיתם בארץ חיים, (quod R. Aſer expoſuit per הפרנסים המטילין אימה על הצבור שלא לשם שמים, *rectores qui terrorem incutiunt ſuper cœtum*, qui unum hoc agunt, ut alios terreant, ſoli imperent, & ad nutus ſui obſequium minis & terriculamentis adigant;) & qui peccant & peccare multos faciunt (alios ad gravia vel levia peccata ſollicitantes) ſicut Hieroboamus filius Nabathi, & ſocii ejus, illi deſcendunt in Gehennam, ibique judicantur in generationes generationum, de iis dixit Eſaias c. 66. 24. *Et egreſſi videbunt cadavera hominum illorum qui defecerunt à me, nam vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur, eruntque nauſeæ omni carni &c.*

(4) ובחג נידונין על המים *Et in feſto judicatur de aquis.*] Sc. Tabernaculorum, quod Dei de aquis in hoc feſto judicium, Rabbini ex Sacra Scriptura probant, ſic legitur in Baryta: מדאמרה תורה נסכו לפני בחג כדי שתברכו לכם גשמי השנה; *Eo quod dixit lex, libate coram me* (Scriptura autem cum de hoc feſto agit, dicit Levit. 23. 37. *ad offerendum igne abſumendum Jehovæ, holocauſtum, & munus, ſacrificium, & libamina, rem diei cujuſque die ſuo*) *in feſto* (Scænopagiæ) *aquas, ut vobis anni pluviæ benedicantur.*

De hujus libaminis ritu exſtat Talmudicus locus in tractatu סוכה, Miſn. 9. cap. 4. in quo legitur: Rabbinos Sadducæos ſemper habuiſſe ſuſpectos de hoc libaminis ritu, ac dubitaſſe, num munus ſuum recte ac probe obirent, ideo libanti Sacerdoti dicebant, attolle manus tuas; inſpiciamus Miſn. ולמנסך אומר לו הגבה ידך שפעם אחת נסך אחד על גבי רגליו ורגמוהו כל העם באתרוגיהם. Id eſt: Et libanti (Sacerdoti) dicebant, attolle manus tuas (שנראה אם תתן מים בספל), ut poſſimus videre num aquas in ſimpulo ponas.)

nas.) nam contigit aliquando quod quis ſuper pedibus (juxta) libaverit (*Sadducæus nempe, negat enim genus illud hominum, ac libaminis ritum contemnit*, לפי שצדוקים אין מודים בניסוך המים, *quam deciſionem Moſis è monte Sinai Phariſæi eſſe defendunt, ut ſuper altari fiat libamen*, ſic Maimonides in Hil. תמידין ומוספין cap. 10. §. 6. כל שבעת ימי החג מנסכין את המים על גבי מזבח ודבר זה הלכה למשה מסיני;) Et obruebant eum totus populus citreis ſuis; (fructus quos in hoc feſto geſtabant uti poſtea explicabitur; colligitur enim ex hoc loco, aquarum libamen non factum fuiſſe niſi tempore matutino, quo לולב cum ſuo citreo geſtabant, ſic Jom Tob ללמדך שאין ניסוך אלא בשחר בשעת נטילת לולב. Sic etiam tradidit Maimonides loco citato, aquarum libamen in feſto non fuiſſe factum, niſi tempore matutino cum libamine vini ſacrificii jugis ועם ניסוך היין של תמיד של שחר היה מנסך המים לבדו. Sic etiam in tractatu Talmudico Joma p. 36. col. 2. אין מנסכין מים בחג אלא בתמיד של שחר) &c.

De modo libandi inſpicias R. S. Jarchi ad citatum locum Jomæ & Maimonidem loco citato cap. 10. §. 7.

ג על ששה חדשים (1) השלוחים יוצאין (2) על ניסן מפני הפסח (3) על אב מפני התענית (4) על אלול מפני ר״ה (5) על תשרי מפני תקנת המועדות (6) על כסליו מפני חנוכה (7) ועל אדר מפני הפורים וכשהיה בית המקדש קים יוצאין אף (8) על אייר מפני פסח קטן:

3. Sex menſibus nuncii egrediebantur, menſe Niſan, propter Paſcha; Menſe Ab propter jejunium; Menſe Elul propter anni principium: Menſe Tiſri propter ordinationem feſtorum: Menſe Ciſlef pro feſto חנוכה: Menſe Adar propter ſortes; Stante denique templo egrediebantur etiam menſe Ijar propter Paſcha ſecundum.

R. OB. DE BARTENORA.

השלוחין יוצאין *Nuncii egrediebantur*, quando ſenatus ſanctificabat menſem, mittebant qui captivis Judæis ſignificarent diem quo ſanctificaverant Paſcha; ſi id factum fuiſſet die trigeſimo, & menſis præteritus defeciſſet, aut ſi trigeſimo primo die, & menſis præteritus completus fuiſſet, tum nuncii à Senatu miſſi, neque Sabbatum neque diem feſtum profanare poterant.

על אב מפני התענית *In Ab propter jejunium*, quia eo die multiplicabantur afflictiones ultra reliqua jejunia. על אלול מפני ראש השנה *in Elul propter initium anni*, ſignificabant tempus Elul, & initium anni in captivitate celebrabant trigeſimo die Elul, quia in pluribus annis menſis Elul non completus erat; & quamvis ii qui in captivitate erant, dubitare poterant an non Senatus Jeruſolymitanus menſem Elul compleviſſet, quod tamen cognoſcere non poterant, ideo neceſſitate coacti ſequebantur plurimorum annorum curſum; & cum neſciebant quando Elul inceperat, neſciebant quoque diem illius trigeſimum.

על תשרי מפני תקנת המועדות *In Tiſri propter ordinationem feſtorum*, menſe Tiſri à Senatu ſanctificato, egrediebantur nuncii inſequenti die, & procedebant uſque ad locum unde ad feſtum Tabernaculorum pervenire poterant, ibique notum faciebant an Senatus menſem Elul compleviſſet, vel non, ne in die Expiationis in dubio eſſent, neque in feſto Tabernaculorum. פסח קטן *Paſcha parvum*, eſt Paſcha ſecundum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Teſtimonium ſive experimentum quod capiebatur de apparitione lunæ, fiebat tantum Jeruſolymis. Et Jeruſolymis mittebat Senatus legatos per totam terram Iſraëlis, uti exponetur; ſecundo autem ſtante templo non jejunabant jejunium decimo menſis Thebet, neque decimo ſeptimo menſis Tammuz; ſed qui jejunare vellet, is jejunabat, qui vero nollet, is non tenebatur. Propterea tunc temporis in menſe Thebet & Tammuz non mittebantur legati. Dixit Deus Zach. 8. 19. צום הרביעי וצום החמישי וצום השביעי וצום העשירי יהיה לבית יהודה לששון ולשמחה è quibus apparet Deum rem cujuſvis arbitrio commiſiſſe, ut jejunare poſſint ſi velint. Cæterum צום הרביעי *jejunium quartum* eſt jejunium decimi ſeptimi diei Tammuz, nam Tammuz quartus eſt menſis; at צום החמישי *jejunium quintum* eſt noni diei Ab, qui eſt quintus menſis; צום השביעי *jejunium ſeptimum* eſt jejunium Gedaliæ; צום העשירי *ſeptimum decimum* eſt decimi diei menſis Thebet, qui eſt decimus menſis. Et quamvis jejunium intermittere poſſent nono die Ab, uti diximus, jejunabant tamen hoc die propter multa & diverſa infortunia quæ in eo acciderant, quemadmodum expoſitum eſt in tractatu Taanyt.

על אלול מפני ראש השנה *In Elul propter anni principium*, quia Elul plerumque eſt viginti novem dierum; at quando noſcerent primum diem menſis Elul, noſcebant anni initium juxta curſum plurimorum annorum. In Tiſri vero mittebantur legati ut certi fierent de die initii anni, nam fieri potuiſſet ut menſis Elul eſſet triginta dierum.

HOUTINGIUS. השלוחין יוצאין *Nuncii egrediebantur.*] Sanctificato nempe novilunio à Synedrio, mittebantur viri aliqui probe noti, qui diem ſanctificatum ac ſtatutum captivitati indicarent: an die trigeſimo, ergo & menſis præteritus defectus, an vero die trigeſimo primo, & menſis antecedens intercalatus; Ea autem conditione, ne legati iſti Sabbatum aut diem feſtum profanarent, ſecundum univerſalem Rabbinorum regulam שאין מחללין את השבת לקיימו אלא לקדשו בלבד. *Quod Sabbatum non prophanabant ad confirmandum* (q. d. legati, qui à Synedrio mittebantur, ut ſtatutum ac diem ſanctificatum annunciarent, illi non debebant Sabbatum prophanare,) *ſed ad ſanctificandum tantum* (q. d. nuncii, qui ſeſe lunam creſcentem Synedrio vidiſſe dicebant, illi Sabbatum prophanare poterant, quod ex SS. loco probant Levit. Cap. 23. 2. *Quas convocabitis ſtatuto tempore*, אשר תקראו אותם במועדם, hoc eſt ad convocandum (ſanctificandum) ſtatuto ſuo tempore licitum eſt Sabbatum prophanare, על קריאתם אתה מחלל; verum prophanare ad confirmandum illicitum eſt. ואי אתה מחלל על קיומן. Legatis hiſce profanationem Sabbati fuiſſe interdictam, patet etiam ex R. O. B. ad hunc locum שלוחין יוצאין כשקדשו בי״ד את החדש שולחין ומודיעים לגולה יום שקידשוהו אם ביום שלושים וחודש שעבר חסר אם ביום ל״א וחדש שעבר מלא ושלוחי בי״ד אין מחללים לא השבת ולא את יום טוב.

(2) על ניסן מפני הפסח *In Niſan propter Paſcha.*] Hic iterum legatorum eo menſe exeuntium neceſſitas exhibetur, quippe qui captivitati diem à Synedrio ſanctificatum indicabant, ut hoc modo ſcire poſſent, quo die, quove tempore Paſcha celebrandum erat, à quo etiam feſti Septimanarum ordinatio pendebat, quapropter in hac noſtra Miſna nulla legatorum egredientium in menſe Sivan (qui Majus dicitur) mentio fit, quia iſtius feſti ordinatio à numeratione Homer pendebat, quæ poſtridie diei Paſchatis offerebatur; Sic Jom Tob, & ad citatum Majm. loc. Scholiaſtes לא זכר עצרת לפי שזמנו תלוי בספירת העומר והוא יום נ׳ מיום שני של פסח לפיכך אין שלוחין יוצאין על סיון.

(3) על אב מפני התענית *In Julio propter jejunium.*] Quod jejunium in תשעה באב 9 Julii incidit; celebrarunt autem hoc jejunium in memoriam deſolatæ Hieroſolymæ, quod hoc die, hocque menſe, urbs cum templo incenſa eſſet, primum quidem & præcipue à Nabuchodonoſore Babylonio: Deinde vero à Tito, quemadmodum hiſtorici omnes Hebræi teſtantur. Unde etiam pro eo quod apud Joſephum lib. 7. de bello Judaico cap. 26. legitur. Templum crematum fuiſſe die 10 menſis Auguſti: Sic Joſephus

τοῦ ἢ ἄρα κατεψήφισο μὲν τὸ πῦρ ὁ Θεὸς πάλαι. παρῆν δ' ἡ εἱμαρμένη χρόνων περιόδοις, ἡμέρα δεκάτη λώου μηνὸς, καθ' ἣν καὶ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως ἐνεπρήσθη. Id eſt, *Sed id plane Dei ſententia jamdudum igne damnaverat; evolutiſque temporibus aderat fatalis dies, qui erat decimus menſis Auguſti, quo etiam prius à rege Babyloniorum fuerat crematum.* In Hebræo vero legitur id factum fuiſſe die nona menſis Ab, Julii; ſic porro Hoſpinianus. Sed etſi etiam in Hebræo dies decimus menſis quinti nominaretur, nulla tamen eſſet contrarietas: nam 9 die ignis templo injectus eſt, qui 10 die id demum totum vaſtavit &c.

Diſputatur vero in Gemara inter Rabbinos, quare Synedrium in menſe Tamuz & Tebet etiam non mittebat nuncios, cum in iis menſibus quoque occurrant jejunia & variæ afflictiones, ſic de menſe Tamuz exſtat locus in tractatu Talmudico תענית, qui de jejuniis agit. Cap. 3. §. 6. חמשה דברים אירעו את אבותינו בשבעה עשר בתמוז: וחמשה בתשעה באב: בשבעה עשר בתמוז נשתברו הלוחות: ובטל התמיד והובקעה העיר ושרף אפוסטומוס את התורה: והעמיד צלם בהיכל. Id eſt: Quinque res contigerunt patribus noſtris die 17 menſis Tamuz; & quinque die nono Julii; decimo ſeptimo die menſis Tamuz, duæ legis tabulæ fractæ ſunt, Oblatio quotidiana ceſſavit; Urbs Hieroſolymitana rupta fuit & pars murorum disjecta; Liberque legis ab Apoſtomo combuſtus fuit; Idolumque in templo erectum, (de quo diſputant חד אמר צלם של מנשה ובבית ראשון מיירי וחד אמר צלם של אפוסטומוס שהיה משרי היונים ובבית שני היה, *Unus dixit, imaginem hanc Manaſſis fuiſſe, ac ſub primo templo factum; alter vero dixit, Apoſtomi (qui Græcorum princeps fuit,) imaginem fuiſſe, ac ſub templo ſecundo factum fuiſſe*; hic vero Menaſſis idolum intelligitur uti R. S. J. ad locum Taanit.)

Sic etiam die decimo menſis Tebet jejunium Judæi celebrarunt, quia hoc die, (ut Hoſpiniani utar verbis,) & menſe, nono anno Regni Zedechiæ, Rex Babylonicus Nabuchodonozor irritatus defectione Zedechiæ, quem ipſe ante Regem Hieroſolymis fecerat, & urbi pepercerat, denuo cum univerſo exercitu ſuo, in Judæam profectus, Hieroſolymam obſidere cæpit, duravitque obſidio 18 menſes, ſupra hoſtilem metum etiam peſte & fame perimente incluſos intra mœnia Judæos 2 Reg. 24. & Joſeph. Antiq. Jud. lib. 10. cap. 10. ἔτει δ' ἐνάτῳ τῆς σεδεκίου βασιλείας, καὶ ἡμέρᾳ δεκάτῃ τοῦ δεκάτου μηνὸς, στρατεύει τὸ δεύτερον ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς ἐπὶ τὰ ἱεροσόλυμα, καὶ προσκαθήσας αὐτῇ μῆνας ὀκτωκαίδεκα, μετὰ πάσης πολιορκεῖ φιλοτιμίας. συνεπέθετο δ' εἰς ταὐτὸ πολιορκουμένοις τοῖς ἱεροσολύμοις, δύο τὰ μέγιστα τῶν παθῶν, λιμὸς καὶ φθορὰ λοιμικὴ, ἐνσκηψάντων σφοδρῶς. Id eſt, *Anno autem nono regni Sedechiæ decima die menſis decimi, Babylonius rex iterum exercitum admovit Hieroſolymis, & continuata per* XVIII. *menſes obſidione, modis omnibus expugnare urbem conatus eſt; præter externam autem expugnationem duobus gravibus malis intus impugnabatur civitas, fame ſimul & peſtilentia vehementer graſſantibus.*

Conſtat jam ſatis clare ex ſupra allegatis, iſtis duobus menſibus varias contigiſſe afflictiones, in cujus rei memoriam à Judæis jejunia ſunt excogitata, atque ab eccleſia ſunt recepta atque celebrata; jam vero quæritur, uti diximus, in Gemara quomodo fit, quòd Synedrium iis menſibus etiam non mitteret nuncios; cujus rei ratio apud R. Papa eſt in promptu vid. Gem. לפי שהוכפלו בו צרות יותר משאר תעניות *quod eo menſe* (Julii) *anguſtiæ fuerint multiplicatæ præ reliquis jejuniis*, nam eo die (quo omnia ſua mala ac adverſa plerumque contigiſſe ſtatuunt) decretum eſt ſuper patres noſtros, quod non ingreſſuri eſſent in terram promiſſam, tunc templum primum devaſtatum eſt, ac ſecundum; eo enim die urbs Bitter eſt capta ac devaſtata (*in qua Judæorum multa millia erant, ſimulque in ea erat rex magnus* (intelligit Barcosbam impoſtorem illum) *putabantque omnes Iſraëlitæ ac primores populi* (R. Akiba) *ipſum eſſe Regem Meſſiam & cecidit in manus Gentilium ac omnes occiſi ſunt, & fuit anguſtia magna, quemadmodum fuit tempore devaſtationis templi.* והיו בה אלפים ורבבות מישראל והיה להם מלך גדול ודמו כל ישראל וגדולי החכמים שהוא מלך משיח ונפל ביד כותים ונהרגו כולם והיתה צרה גדולה כמו חורבן מקדש)

Ac eodem die (Turnus Rufus) aratro templum fodit, ſic Miſna tractatus תענית Cap. 4. בתשעה באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשניה ונלכדה ביתר ונחרשה העיר.

Multa enim nobis Magiſtri in ſuis ſcriptis ac commentariis de hoc die tradunt è quibus paucula quædam hic deſcribemus. Ad decenter ſe ad ejus celebrationem præparandum, ſtatim ex quo Ab (Julius) eſt ingreſſus omne gaudium diminuunt: ſic Talmud loco citato משנכנס אב ממעטין בשמחה.

Simili modo per totam iſtam ſeptimanam, in quam incidit jejunium illud, tondere & lavare veſtes prohibitum eſt, ſic etiam induere veſtimentis dealbatis, etiamſi veſtibus lineis antequam tranſeat jejunium, illicitum: nefas etiam habetur veſtimenta lavare ac ea poſt jejunium conſervare, ſic Maim. in Hil. Taanit. 5. 6. ושבת שחל ט' באב להיות בתוכה אסור לספר ולכבס וללבוש כלי מגוהץ אפילו כלי פשתן עד שיעבור התענית ואפילו לכבס ולהניח לאחר התענית אסור. Sic in Hil. אורח חיים שבוע שחל בו ט' באב אסורים: ט' באב לספר ולכבס אפילו אינו רוצה ללבשו עתה אלא להניחו לאחר ט' באב ואפילו לו אין אלא חלוק אחד אסור.

Similiter per totam iſtam ſeptimanam, ab eſu carnis ſeſe abſtinent, neque intrant balnea, donec prætereat jejunium, ſunt etiam loca, *in quibus à mactando ceſſant*, nempe à novilunio uſque ad jejunium וכבר נהגו ישראל שלא לאכול בשר בשבת זו ולא יכנסו למרחץ עד שיעבור התענית: ויש מקומות שנהגו לבטל השחיטה מראש חדש עד התענית. ut Maim. loco c. Si vero veſpera iſtius ט' באב Jejunii, incidat in Sabbatum, edunt ac bibunt menſa inſtructiſſima וערב ט' באב שחל להיות בשבת אוכל ושותה כל צרכו ומעלה על שלחנו אפילו כסעודת שלמה. Id eſt; *Si veſpera noni Julii incidat in Sabbatum, edit ac bibit omnem neceſſitatem ſuam (quantum ſatis eſt) & adducit ſuper menſam (exquiſitiſſima paratque convivium) etiamſi ſit inſtar convivii Salomonis.*

Parili modo ſi ipſe jejunii dies in Sabbatum coincidat, edunt ac bibunt וכן ט' באב עצמו שחל להיות בשבת אינו מחסר כלום. Nono autem iſtius menſis die, qui jejunio eſt deſtinatus, lavare ſive aqua frigida ſive calida, illicitum eſt, ne quidem digitum in aquam extendere, ſic etiam ungere, iis rebus quæ ad lætitiam & voluptatem ſervire poſſint (unctio delectationis) eſt prohibita; & calceis incedere, & concubitus nefas eſt, parili modo ut expiationum die; in loco autem in quo conſueti ſunt facere opus, faciunt, & in loco in quo non ſunt conſueti, ceſſant; verum תלמידי חכמים *ſapientum diſcipuli* ſemper ab opere ceſſant, nam dicunt Sapientes, quod quicunque facit eo die opus, nunquam benedictionis ſignum videbit; Eo die diſcipuli ſapientum nunquam inter ſeſe ſalutant (ſic quoque Orach chaiim loco citato בין שאלת שלום לחבירו בט באב והדיוטות שאינם יודעים ונותנים שלום משיבים להם בשפה רפה ובכובד ראש.) verum toto die ſedent mœſti ac contriſtati ut lugentes (ac ſi recenter mortuum lugerent) ſi vero vulgus (rituum ignarus) ipſos ſalutet, ei labio remiſſo, & gravitate capitis (ſubmiſſo capite) reſpondent; ſic ſtatuunt illicitum quoque eſſe legere eo die in Lege, vel in Prophetis vel in Hagiographis; ſimiliter & Miſnæ lectio interdicta eſt, prohibitum quoque eſt eo die legere in Hilchot (deciſionibus ſententiis) & in Gemara & in Hagadot; verum legendum ſtatuunt in Jobo & Lamentationibus & in rebus triſtioribus ac gravioribus, quæ in Jeremia occurrunt, ſic Maimonides loco citato. ואסור ברחיצה בין בחמין בין בצונן ואפילו להושיט אצבעו במים ואסור בסיכה של תענוג ובנעילת סנדל ובתשמיש המטה כיום הכיפורים: ומקום שנהגו לעשות בו מלאכה עושין ומקום שנהגו שלא לעשות אין עושין ובכל מקום תלמידי חכמים בטלין ואמרו חכמים שהעושה בו מלאכה אינו רואה סימן ברכה לעולם: תלמידי חכמים אין נותנין זה לזה שלום בתשעה באב אלא יושבים דוים ונאנחים כאבילים: ואם נתן להם עם הארץ שלום מחזירים לו בשפה רפה וכובד ראש: ואסור לקרות בתשעה באב בתורה או בנביאים או בכתובים ובמשנה ובהלכות ובגמרה ובהגדות ואינו קורא אלא באיוב ובקינות ובדברים הרעים שבירמיהו. Jejunium autem illud ut

&

& reliqua à Prophetis ac ſanctis viris inſtituta fuere, ut paſſim in eorum ſcriptis videre eſt, hinc legimus Zachariæ temporibus quatuor iſta jejunia publica fuiſſe celebrata, Zach. 8. 19. *Jejunium quarti & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi & jejunium decimi menſis*; Rabbini vero per *jejunium quarti menſis*, intelligunt jejunium illud quod incidit in ſeptimum decimum menſis Tamuz (Junii) qui quartus à Niſan eſt; *Sic per jejunium quinti* intelligunt 9 Julii diem jejunio conſecratum, quique ordine quintus eſt, per *jejunium* vero *ſeptimi* intelligunt jejunium Godoliæ quod celebrarunt 3 die Tiſri, qui ordine ſeptimus eſt: *jejunium* vero *decimi*; denotat jejunium illud quod celebrarunt decimo die menſis Tebet, qui decimus à Niſan eſt. ויד ימי הצומות האלו הרי הן מפורשין בקבלה צום הרביעי וצום החמישי וגו'. צום הי"ז זה שבעה עשר בתמוז שהוא בחדש הי"ד וצום הי"ה זה ט' באב שהוא בחדש החמישי: וצום הי"ז זה ג'. בתשרי שהוא בחדש השביעי: וצום הי' זה י' בטבת שהוא בחדש הי' uti Maim. loco citato.

Credunt enim Judæi ac imaginantur, quod jejunia iſta diebus Meſſiæ ſunt ceſſatura & futura in gaudium ac lætitiam, uti Maim. in fine. l. c. כל הצומות האלו עתידים ליבטל לימות המשיח ולא עוד אלא שהם עתידים להיות יום טוב וימי ששון ושמחה שנאמר כה אמר יי' צבאות צום הרביעי וצום החמישי וצום השביעי וצום העשירי יהיה לבית יהודה לששון ולשמחה ולמועדים טובים והאמת והשלום אהבו. Id eſt. Omnia iſta jejunia ceſſatura ſunt diebus Meſſiæ, ac futura in gaudium ac lætitiam & dies feſtos: ſecundum illud Zach. 8. 19. *Sic ait Jehova exercituum, jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi, futurum eſt domui Jehudæ gaudio & lætitiæ, & in ſolemnitates præclaras; veritatem igitur & pacem diligite.*

(4) על אלול מפני ר"ה *In menſe Elul, Auguſti, propter initium anni.*] Eo enim menſe legati à Synedrio mittebantur, ut captivitati iſtius Kalendas indicarent, cognitis igitur Kalendis Elul, nihil obſtabat, quin ſcire poterant, quo die quove tempore celebrandum erat initium anni, nempe 30 die menſis Elul, & quidem potiſſimum hanc ob cauſſam, quod rarò Elul ſit intercalatus, tradunt Talmudici מימות עזרא ואילך לא מצינו אלול מעובר, *à diebus Eſræ & deinceps non invenimus Elul intercalatum*, ſemper conſtans 29 diebus & die 30 eſt ראש השנה *principium anni* (nam in Kalendas Tiſrinas ſemper incidit ראש השנה) ideo neceſſario ſciendum erat, quando fuerat Auguſti novilunium: Verum enim vero cum hæc res non adeo eſſet certa, ut Elul ſemper ſit defectus, (quippe intercalandi Synedrio licentia eſt conceſſa, idque varias ob cauſſas,) tamen ſecundum veterem hanc conſuetudinem inſtituenda erat ſupputatio; hinc factum eſt, quod ſive ſtante Republica, ſive degente in captivitate, duos dies feſtos, quos יומא אריכתא *dies longos* vocabant, celebrarint, ſic etiam Toſaphot שהיו עושין שני ימים טובים של ראש השנה מספק דלמא עברוה לאלול; Inſpiciamus R. O. B. מודיעים מתי אלול ועושין ר"ה ביום שלושים באלול בגולה דרוב שנים אין אלול מעובר ואף על פי שספק בידם שמא יעברוהו בית דין אי אפשר להם לדעת ועל כרחן הולכין אחר רוב שנים ואם לא ידעו מתי מתחיל אלול לא ידעו יום ל' שלו. Hæc ſupra ſunt tranſlata; ad alia redeundum.

(5) על תשרי מפני תקנת המועדות *In Tiſri ad ordinanda feſta.*] Nimirum ut certo ſciret captivitas, tum quo die magnum illud expiationum diei feſtum ex Legis præſcripto jejunio dedicatum, tum quo tempore Tabernaculorum feſtum inſtituendum erat, idcirco eo menſe à Synedrio legati mittebantur, qui captivis ſtatutum à Synedrio diem indicabant, num menſis Elul eſſet intercalatus nec ne, ſi enim menſis Elul minime eſſet intercalatus (quippe qui fere ſemper, ut ſupra demonſtratum fuit, erat defectus) exeuntium legatorum nulla eſſet neceſſitas, quia ſecundum veterem conſuetudinem ſcire poterant νεομηνίαν Tiſri incidere debere in diem 30 menſis Elul: verum enim vero quòd, uti ſupra diximus, Synedrio intercalandi poteſtas ſit conceſſa, ideo requiritur, ut menſe Tiſri etiam legati mitterentur, ſic Maim. in notis ſuis ad Miſnam והיו יוצאין על תשרי לידע ראש השנה באמת לפי מאי אפשר שיהיה אלול שלושים יום, ſic & Bartenora. לאחר שקדשו בית דין לתשרי השלוחין יוצאין ליום המחרת והולכין עד מקום שיכולין להגיע עד החג ומודיעין אותם אם עברו בית דין את אלול אם לאו כדי שלא יהא לבן נוקפן ביום הכיפורים. Id eſt: Legati mittebantur à Synedrio; *poſtquàm nempe Synedrium novilunium Tiſrinum ſanctificaſſet, tunc nuncii egrediebantur craſtino die* (quia ipſum diem ſanctificatum quippe qui erat ראש השנה, prophanare non poterant,) *ibantque ad locum quo poterant pervenire uſque ad feſtum, ac captivitati indicabant, num Synedrium Elul intercalaſſet nec ne, ne eſſent contriſtati ac dubii* (cor eorum eſſet contriſtatum) *in die expiationum* (nimirum quo die jejunium illud eſſet celebrandum.)

(6) על כסליו מפני חנוכה *In menſe Ciſlef propter feſtum* חנוכה.] A חנך quod *initiare, dedicare* ſignificat, & חנוכה *dedicationem, initiationem*; Eſt autem dedicatio חנוכה quando aliquid è cenſu rerum prophanarum, aut vulgarium eximitur, peculiaribuſque ceremoniis conſecratur Numini ad uſus ſacros. Eodem utitur vocabulo Moſes Num. 7. 10. 11. ubi de altaris dedicatione agit, ויקריבו הנשיאים את חנוכת המזבח, *afferebant itaque Principes ad dedicationem altaris* & v. 11. לחנוכת המזבח *in dedicatione altaris*, ubi LXX legunt εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τοῦ θυσιαστηρίου *ad altaris dedicationem*, vel proprie, ſi ad vim vocis attendamus, *ad inſtaurationem*, verum ἐγκαινίζω quod *renovo* & ἐγκαινισμὸς *renovationem, inſtaurationem* denotat, etiam pro dedico & dedicatione uſurpatur, teſte Stephano. Sic legitur 1 Reg. 8. 63. ויחנכו את בית יהוה. LXX. καὶ ἐνεκαίνισε τὸν οἶκον & *initiavit domum Dei* & Mach. lib. 1. cap. 4. ἵνα ἄγωνται αἱ ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ubi exponitur *dedicationis altaris*; Similiter Eſr. 6. 16. & Neh. 12. v. 27. ובחנוכת חומת ירושלים *in dedicatione muri Hieroſolymitani* LXX. ἐν ἐγκαινίοις τείχους, ita ut templum ac muri jamjam reſtaurati ac renovati ſolenni & nova quaſi dedicatione inaugurarentur & in eum uſum in quem primitus erant inſtituti reducerentur, uti R. S. J. ad cit. locum בחשלום חומת העיר לקדש את העיר. Itaque hoc quoque feſtum dedicationis חנוכה nomine ornant Judæi, Græci ἐγκαίνια, ab ἐν & καινέω quod eſt innovo, quod res innoventur, ſic ut vel ex prophano uſu ad ſacrum vel ad eum, in quem primitus erant inſtitutæ, reducantur; feſtum enim hoc ab ipſis inſtitutum legitur in memoriam templi dedicati ac cæterarum rerum ad id pertinentium, ita ut ea, quæ gentiles antea miſere fœdeque polluerant, de novo quaſi dedicarentur, renovarentur ac ſanctificarentur;

Feſtum vero hoc חנוכה *dedicationis* inſtitutum legitur in libris Machabæorum in præſtantiſſimi Herois Judæ Aſſamonæi ſive Machabæi memoriam, qui ſtatim poſt obitum patris Matthariæ, Antiochi duces quatuor magnis præliis vicit, & profligatis ſimul Antiochi copiis omnibus, urbeque recuperata, templum quoque repurgavit, idolum excuſſit, & aram unam cum templo ſacris legitime factis rurſum dedicavit; factum hoc circa finem anni tertii Judæ die 25 menſes Ciſlef. Quia enim hoc beneficio Deus ſuarum promiſſionum fidem mirifice declaraverat, conſtituit Judas & fratres ejus, totaque Iſraëlis concio, ut dies renovationis altaris ſuis temporibus agitarentur ſingulis annis ſc. 8 dies à 25 die menſis Ciſlef qui partim Decembri reſpondet, magno cum gaudio & lætitia, ſicuti legitur 1 Mach. 4. 59. καὶ ἔστησεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσα ἡ ἐκκλησία Ἰσραήλ, ἵνα ἄγωνται αἱ ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν ἐνιαυτὸν κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἡμέρας ὀκτὼ ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς Χασελεῦ, μετ᾽ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς. Id eſt, *Statuit Jehuda cum fratribus ſuis, totaque eccleſia Iſraëlis, ut agerentur dies dedicationis altaris temporibus ſuis quotannis, diebus octo incipientibus à vigeſimo quinto menſis Ciſlevi, cum lætitia & gaudio.* Joſephus vero hoc feſtum Φῶτα *luminum* appellat, non quod ubique parietibus templi lumina affixerint, ſed quod ut ibidem refert, Judæis præter ſpem hoc tam ſplendidum lumen exercendæ religionis apparuerit, inſpiciamus Joſeph. lib. 12. c. 11. Antiq. Jud. πέμπτῃ δὲ καὶ εἰκάδι τοῦ χεσλαιοῦ μηνός, ὃν οἱ Μακεδόνες Ἀπελλαῖον καλοῦσι, ἧψάν τε φῶτα ἐπὶ τῆς λυχνίας, καὶ ἐθυμίασαν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ,

μοῦ, καὶ ἄρτους τὴν τράπεζαν ἐπέθηκαν, καὶ ὡλοκαύτωσαν ἐπὶ τοῦ καινοῦ θυσιαστηρίου. ἔτυχε δὲ ταῦτα κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθαι, καθ᾽ ἣν δὲ μετέπεσεν αὐτῶν ἡ ἁγία θρησκεία εἰς βέβηλον καὶ κοινὴν συνήθειαν μετὰ ἔτη τρία. τὸν γὰρ ναὸν ἐρημωθέντα ὑπ᾽ Ἀντιόχου διαμεῖναι τοιοῦτον ἔτεσι συνέβη τρισίν. ἔτει δὲ πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ταῦτα περὶ τὸν ναὸν ἐγένετο, πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ ἀπελλαίου μηνός, ἡ κάθαρσις δ᾽ ἐγένετο ἢ καὶ ρ΄ καὶ μ΄ ἔτει, ὀλυμπιάδι ρ΄ καὶ ν΄ καὶ δ΄. τὴν δ᾽ ἐρήμωσιν τοῦ ναοῦ συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν δανιήλου προφητείαν, πρὸ υ΄ καὶ η΄ γενομένην ἐτῶν. ἐδήλωσε γὰρ ὅτι μακεδόνες καταλύσουσιν αὐτόν. ἑόρταζε δὲ Ἰούδας μετὰ τῶν πολιτῶν ἀνάκλησιν τῆς περὶ τὸν ναὸν θυσίας ἐφ᾽ ἡμέρας η΄, μηδὲν ἀπολιπὼν ἡδονῆς εἶδος, ἀλλὰ πολυτελέσι μὲν καὶ λαμπραῖς ταῖς θυσίαις κατευωχῶν αὐτούς, ὕμνοις δὲ καὶ ψαλμοῖς τὸν θεὸν μὲν τιμῶν, αὐτοὺς δὲ τέρπων. τοσαύτη δ᾽ ἐχρήσαντο περὶ τὴν ἀνανέωσιν τῶν ἐθῶν ἡδονῇ, μετὰ χρόνον πολὺν ἀπροσδοκήτως ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενοι τῆς θρησκείας, ὡς νόμον θεῖναι τοῖς μετ᾽ αὐτούς, ἑορτάζειν τοῖς ἀνάκτησιν τῶν περὶ τὸν ναόν, ἐφ᾽ ἡμέρας ὀκτώ. καὶ ἐξ ἐκείνου μέχρι δεῦρο, τὴν ἑορτὴν ἄγομεν καλοῦντες αὐτὴν φῶτα, ἐκ τοῦ παρ᾽ ἐλπίδας οἶμαι ταύτην ἡμῖν φανῆναι τὴν ἐξουσίαν, τὴν προσηγορίαν θέμενοι τῇ ἑορτῇ. Id eſt. Vigeſima autem & quinta menſis Chaſlei, quem Apellæum Macedones nominant, accenderunt lumina in candelabris, & ſuffitum fecerunt in altari & panes ſupra menſam propoſuerunt: & in novo altari holocautomata immolaverunt: idque accidit eadem die qua ante triennium ſacra eorum profanata fuerant. Integro enim triennio deſertum fuit templum poſt factam ab Antiocho profanationem: ea autem incidit in annum centeſimum quadrageſimum quintum, & diem Appellæi menſis vigeſimum quintum, in Olympiadem CLIII. renovatum eſt autem eadem die CXLVIII. anno, Olympiade CLIIII. Prædixerat autem eam deſolationem propheta Daniel antè anno CCCCVIII. diſerte dicens à Macedonibus profanandum: Celebravit autem Judas recepti templi feſtivitatem per dies octo ſacrificans, in quibus nullum honeſtum voluptatis genus omiſſum eſt, ſed populo quidem ſumptuoſum ac ſplendidum epulum eſt exhibitum, in Dei vero laudem hymnis, ac canticis perſonabant omnia.

Tanta verò lætitia ob reductos ritus patrios & priſcam religionem occupavit gentis ejus animas, maxime quod ea felicitas ex inſperato obtigerat, ut lex lata ſit ad poſteros, quæ juberet quotannis hoc feſtum reparati cum ceremoniis templi per octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hinc apud noſtros obtinuit: vocamuſque hanc feſtivitatem luminum φῶτα, opinor ideo quod ex inſperato nobis illuxerit tanta felicitas.

Hæc enim ſunt illa encænia quorum Joh. Evangeliſta cap. 10. 22. ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ χειμὼν ἦν. *Facta ſunt autem Hieroſolymis encænia & hyems erat*, meminit Chriſtum iis interfuiſſe, non enim illis encæniis ſeu templi dedicationibus primi aut ſecundi interfuit Salvator, ut nonnulli putant, nam dedicatio prima non in hyeme ſed in autumno, menſe ſeptimo, facta eſt 1 Reg. 8. 8. Secunda vero dedicatio facta eſt menſe Adar Eſr. 6. 15. qui duodecimus fuit, ac partim Februario, partim Martio reſpondet, & inprimis in Judæa ad ver inclinat, & præterea iſtæ dedicationes omnes ſolennitatibus anniverſariis caruerunt; ſemul enim factæ non amplius repetitæ fuerunt, contrà vero hæc tertia dedicatio, encænia, ſingulis annis fuit celebrata & quidem in hyeme ſcil. menſe nono Ciſlef die 25. qui partim in Novembrem, partim & quidem maxime in Decembrem incidit.

Judæi vero aliam hujus feſti inſtituti rationem reddunt, ob inventam urnulam olei unam, quæ miraculoſe pro octo diebus oleum lucernæ ſacræ præbuit, neque diminuta fuit, cum tamen non plus in ea eſſet olei, quàm quantum naturaliter uni nocti ſat erat, ſic in tractatu Talmudico Sabbat pag. 21. 2. Gemara שכשנכנסו יונים להיכל טמאו כל השמנים שבהיכל וכשגברה מלכות בית חשמונאי ונצחום בדקו ולא מצאו אלא פך אחד של שמן שהיה מונח בחותמו של כהן גדול ולא היה בו אלא להדליק יום אחד נעשה בו נס והדליקו ממנו שמונה ימים ולשנה אחרת קבעום ועשאום ימים טובים בהלל ובהודאה. Id eſt. *Cum Græci ingreſſi eſſent in templum, omnia olea quæ in templo fuerunt, polluerunt, cum autem prævaluiſſet regnum filiorum Haſmonæi & inimicos viciſſet, inquirentes invenerunt non niſi unicam lenticulam olei, quæ erat obſignata ſigillo ſummi Pontificis; & non erat in ea niſi ad accendendum* (quantum ſufficiebat) *pro uno die* (quia itaque omnes Iſraëlitæ tum polluti cenſebantur quia tetigerunt gentiles occiſos & ſic non poterant præparare oleum mundum ante ſeptem dies purificationis ſuæ;) *factum eſt miraculum ut illa olei lenticula accenderint lychnuchum per ſolidos octo dies; anno vero ſequente in memoriam hujus miraculi octo dies feſtos celebrandos inſtituerunt, in quibus hymnos & gratiarum actiones Deo dicerent.* De quo etiam inſpiciendus Maim. in Hil. Chanucha.

Quo feſto Judæi per octo dies lucernas accendunt, quantas autem accendere debebant ex Maim. eſt vid. Judæi vero hodierni prima nocte unam, ſecunda nocte duas, tertia nocte tres & ſic porro uſque ad octavam octo accendunt lucernas, ſic Maim. מנהג פשוט בכל ערינו בספרד שיהיו כל אנשי הבית מדליקין נר אחד בלילה ראשון ומוסיפין והולכין נר בכל לילה עד שנמצא מדליק בלילה ח' שמונה נרות בין שיהיו אנשי הבית מרובין בין שהיה אדם אחד. Scribit vero inſuper Maim. quod etiam in uſu fuerit ut ſingulis accenderent lucernas V. G. ſi quinque aut decem erant in domo, quinque aut decem accendi debebant כמה נרות היה מדליק בחנוכה: מצותה שיהיה כל בית ובית מדליק נר אחד בין שיהיו אנשי הבית מרובין בין שלא היה בו אלא אדם אחד: והמהדר את המצוה מדליק נרות כמנין אנשי הבית נר לכל אחד ואחד בין אנשים בין נשים והמהדר יותר על זה ועושה מצוה מן המובחר מדליק נר לכל אחד בלילה ראשון ומוסיף והולך בכל לילה ולילה נר אחד. כיצד הרי שהיו אנשי הבית עשרה בלילה ראשון מדליק עשרה נרות ובליל שני עשרים ובליל שלישי שלושים עד שנמצא מדליק בליל שמיני שמונים נרות.

Qui de his plura vult inſpiciat Maim. & Sulchan Aruch.

(7) ועל אדר מפני הפורים. *In menſe Adar propter ſortes.*] Ad ordinandum feſtum illud פורים, vox hæc Perſica eſt, idem atque Hebraice גורל *ſors*, ita hoc feſtum appellatur, à ſorte, quam impius Hammanus ad temporis electionem quo Judæi perdendi eſſent, projici curaverat, uti legitur Eſt. 3. 7. *Menſe primo, qui eſt menſis Niſan anno duodecimo regis Ahaſveri jecit* quis *pur id eſt ſortem coram* Hamano & verſ. 9. *Si apud regem bonum videtur, ſcribatur ut perdant eos.* Verum vertit fortuna, ut cum Buxtorfio loquar, & quo die Judæorum internecionem ſperaverant hoſtes, illo in Judæorum manus inciderunt & Suſis quingenti homines cum decem Hammani filiis jugulati ſunt, poſtridie etiam trecenti occubuerunt. Reliqui vero Judæi paſſim in regia ditione, quinque & ſeptuaginta millia hoſtium interfecere & id quoque decimo tertio contigit, at decimo quarto quieverunt, ideo in perpetuam rei memoriam conſtitutum fuit ut decimum quartum & quintum menſis Adar pro feſtis ſuſciperent, huc uſque Buxtorfius: qui dies à Judæis nomine פורים inſigniebantur: Sic l. c. cap. 9. 26. *Propterea vocarunt dies iſtos* פורים *purim de nomine Pur ſive ſortis*, ac cum gaudio ac conviviis celebrandi, appellantur & Μαρδοχαϊκαὶ ἡμέραι *Mardocaïci dies.* Funccius (uti narrat Hoſpinianus) anno mundi 3453 refert ex Philone, Joachimum, de quo Nehem. 12. qui vices parentis Jeſu in ejus abſentia geſſerit in ſummo pontificatu adminiſtrando annos 8, quique hiſtoriam Judith & Heſter conſcripſerit, feſtum etiam Purim inſtituiſſe, adhortante eum Mardochæo, in memoriam ejus beneficii Divini quo à præſenti liberati fuerant excidio, quod Hammanus ipſis projectione Purim, hoc eſt, ſortium deſtinaverat, Heſt. 9. cap. indicatur à Mardochæo & Heſtera confirmatum fuiſſe hoc feſtum: ſic enim legitur ibi. Scribit Mardochæus omnia hæc, & literis comprehenſa miſit ad Judæos, qui in omnibus regis provinciis morabantur, tam in vicino poſitis quam procul, ut quartam decimam & quintam decimam diem menſis Adar

pro

pro feſtis ſuſciperent, & revertente ſemper anno ſolenni celebrarent honore, quia in ipſis diebus ſe ulti ſunt Judæi de inimicis ſuis, & luctus atque triſtitia in hilaritatem gaudiumque converſi ſunt, eſſentque dies iſti epularum atque lætitiæ & mitterent ſibi invicem ciborum partes, & pauperibus munuſcula largirentur. Suſceperuntque Judæi in ſolennem ritum cuncta, quæ eo tempore facere cæperant, & quæ Mardochæus literis facienda mandaverat. Huc uſque laudatus auctor: Hæc de hujus origine feſti; (quod à ſequiorum temporum verpulis in mera bacchanalia transformatum certius quam ut moneri debeat, conſtat) ſcripſiſſe ſufficient, quique de his plura vult conf. Bux., nos ad alia redeamus.

(8) ועל אייר מפני פסח קטון *In menſe Ijar pro Paſchate ſecundo.*] Dormitat cl. Buxtorfius in lexico ſuo Talmudico, cum illud ex Rabbinorum inſtitutis fuiſſe defenderit, ubi ſic infit: *Peſach duplex fuit* פסח ראשון *Peſach primum verum ſc. & ſolenne lege præſcriptum ad diem 15 martii alterum* פסח שני *Peſach ſecundum, quod &* פסח קטון *Peſach parvum* ut in R. Haſana cap. 1. ſec. 1. in Miſna; *hoc fuit ex inſtitutis Rabbinorum in menſem Aprilem rejectum & duravit unicum tantùm diem pro pollutis & peregrinis remotioribus qui tempeſtive ad primum venire non poterant:* Quàm aperta ſit hæc Buxtorfii (ne quis mihi vitio vertat quod de Doct. viro ita loquor) dormitatio, ex Scriptura clare conſtat, Num. v. 9. 10. 11. ubi hanc ſecundi Paſchatis celebrationem ex inſtituto Divino fuiſſe legitur. *Alloquere filios Iſraëlis dicendo, ſi ullus è vobis erit immundus propter cadaver aut ullus è vobis aut ex generationibus veſtris in via remota fuerit: tamen celebrabit Jehovæ Paſcha. Menſe ſecundo decimo quarto die inter duas veſperas celebranto illud, cum azymis & herbis amaris comedunt illud;* quid enim clarius ſcribi aut dici poteſt; ſic etiam in tractatu Talmudico Peſachim legitur, quod is qui pollutus in Paſchate primo aut in via remota fuerit, ita ut primum celebrare non potuerit, omnino celebrabit ſecundum, nulla mentione facta de Rabbinornm inſtituto. Cap. 9. 1. מי שהיה טמא או בדרך רחוקה ולא עשה את הראשון יעשה את השני:

ד (1) על שני חדשים מחללין את השבת על ניסן ועל תשרי שבהן השלוחין (2) יוצאין לסוריא ובהן מתקנין את המועדות (3) וכשהיה בית המקדש קיים מחללין אף על כולן מפני תקנת הקרבן:

4. Propter duos menſes Sabbatum profanabant, propter Niſan, Martium ſc. & Tiſri, Septembrem, quod iis menſibus nuncii egrederentur in Syriam; ſimulque iis ordinarent feſta, & cum templum adhuc ſtaret, profanabant Sabbatum propter omnes menſes ſacrificiorum ordinationis cauſsâ.

R. OB. DE BARTENORA.

מחללין את השבת *Profanant Sabbatum*, teſtes qui inquirebant de novilunio, ut de hoc ad ſenatum referrent. שבהן יוצאין השלוחין לסוריא *quia in iis legati egrederentur in Syriam*, ut Judæos in captivitate certiores redderent de die quem Senatus primum in menſe conſtituiſſet, ideo duo hi menſes habentur excellentiores; & de Lege propter omnes menſes profanant Sabbatum, ſed Sapientes hoc prohibuerunt, quia inſtitutio feſtorum ab ipſis non dependet; ſed hoſce duos menſes, nimirum Niſan & Tiſri reliquerunt ſecundum jus Legis, quia omnia ab iis dependent feſta. מפני תקנת הקרבן *propter ordinationem ſacrificii*, quod primo die menſis offerendum in tempore ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Teſtes qui de luna inquirebant ſunt ii qui Sabbatum profanabant, ſi procul à Jeruſolymis abirent, quemadmodum exponetur inferius. מפני תקנת הקרבן *propter ordinationem ſacrificii*, puta ſacrificium addititium, quod Lex ſingulis menſibus ordinavit.

HOUTINGIUS. (1) על שני חדשים מחללין את השבת *Propter duos menſes Sabbatum profanabant.*] Quinam vero hic intelliguntur docent nos Rabbinorum commentarii, עדים שראו את החדש כדי לילך ולהודיע לבית דין *teſtibus nempe oculatis Sabbatum profanare conceſſum fuit ut Synedrio notum facerent.* Sic etiam Maimonides in tractatu ſuo de Sanctificatione novilunii c. 3. § 2. additque pariter rationem עדים שראו את החדש הרי אלו הולכין לבית דין להעיד אפילו היה שבת שנאמר אשר תקראו במועדם וכל מקום שנאמר מועד דוחה את השבת לפיכך אין אלא על ראש חדש ניסן ועל ראש חדש תשרי בלבד מפני תקנת המועדות ובזמן שבית המקדש היה קיים מחללין על כולן מפני קרבן מוסף בכל ראש חדש וחדש שהוא דוחה את השבת. Id eſt. *Teſtes qui lunam novam viderant, illi adibant Synedrium ad teſtandum etiamſi erat dies Sabbati* (probatur hoc ex Levit. 13. 4.) *Hæ ſunt feriæ Domini convocationes ſanctæ, quas indicetis ſtatuto tempore ſuo, & omnis locus in quo dicitur* מועד, ut obſervetur *ſtatuto ſuo tempore, pellit Sabbatum, idcirco hoc non fiebat niſi ob kalendas Niſan & Tiſri, propter feſtorum ordinationem;* (ex lege propter omnes menſes Sabbatum profanare poterant, ſed à Rabbinis Sabbati profanatio omnium menſium interdicta eſt, hac potiſſimum nixi ratione לפי שאין תיקון המועדות תלוי בהן *quia feſtorum ordinatio ab iſtis non pendebat.*) *cum vero templum ſtaret etiam propter omnes kalendas Sabbatum profanabant, propter ſacrificium additum, quod ſingulis noviluniis offerebatur, quod Sabbatum pellit;* Qui locus à Gloſſatore ſic explicatur. כוין שפירש הכתוב בקריאת המועדים ואמר במועדם מחללין עליהן את השבת כשם שמחללין את השבת על התמיד ועל הפסח דכתיב ביה במועדם מדרשינן על המועדים דכל היכא דכתיב ביה במועדו ואפילו בשבת ונאמר בתמיד ריח ניחוח תשמרו להקריב לי במועדו וכתיב בפסח לבלתי הקריב את קרבן יי׳ במועדו וקריאת המועדים בעתם היא בשני חדשים הללו ובזמן שבית המקדש היה קיים יוצאין על כל החדשים מפני מוסף ר״ח׳.

In Gemara ratio redditur, quare oculati teſtes Sabbatum profanare poſſunt. תנו רבנן מנין שמחללין עליהן את השבת תלמור לומר אשר תקראו אותם במועדם יכול כשם שמחללין עד שיתקדשו כן מחללין עד שיתקיימו תלמוד לומר אשר תקראו אותם על קריאתו אתה מחלל ואי אתה מחלל על קיומן. Id eſt; *Unde* probatur, *quod* teſtes oculati *profanare poſſunt Sabbatum*, probatur hoc ex Levit. cap. 23. 4. ubi dicitur: *Quas convocabitis ſtatuto tempore, fortaſſe dicam, ſicuti profanabant ad ſanctificandum* teſtes nempe oculati qui veniebant ad ſynedrium, *profanent ſic etiam ad confirmandum*, legati ſcilicet qui à ſynedrio mittebantur; *Scriptura dicit, Quas convocabitis* (quaſi dicat) *ad convocandum* (ſanctificandum) *Sabbatum profanabis, verum ad confirmandum non profanabis.*

Verum enim vero ſi hæc Miſna prima fronte inſpiciatur antecedenti contrariari videtur; quaſi dicas, etiamſi præcedenti Miſna dictum fuit, quod propter ſex menſes nuncii egrediuntur, ea nempe conditione, ne Sabbatum profanent, hoc tamen non caret exceptione in Niſan ſcilicet, & Tiſri, profanare poſſunt; verum talem non patitur explicationem hæc noſtra Miſna, cum hic non agatur de legatis à Synedrio miſſis, ut provinciæ Babylonicæ captivis ſtatutum à Synedrio diem indicarent, ſed de teſtibus oculatis, quod ex fine Miſnæ clariſſime patet, ubi dicitur, *& cum templum adhuc ſtabat profanabant propter omnes menſes, ſacrificiorum ordinationis cauſſa;* Ergo hic intelligendi ſunt teſtes αὐτόπται ad ſynedrium miſſi, qui ſeſe lunam vidiſſe nuntiabant, ut eo modo Synedrium lunam ſanctificaret, & ſacrificium מוסף additum ראש חדש novilunii offerret, non vero legati, qui, ut diximus, ad captivitatem mittebantur, nam quis eſt omnium tam ignarus rerum, tam rudis in re-

publica

publica Hebraica, qui non intelligat, extra urbem Hieroſolymitanam nulla ſacrificia fuiſſe oblata.

Jam vero breviter videndum reſtat, unde Judæi hæc hauriant, quod teſtes oculati affirmare debent, ſeſe lunam vidiſſe, poſtea vero à Synedrio ſanctificari, audiamus de hac re Maimonidem l. c. cap. §. 1. נאמר החדש הזה לכם ראש חדשים כך אמרו חכמים הראה לו הקב׳ה למשה במראה נבואה דמות לבנה ואמר לו כזה ראה וקדש. Id eſt, Dicitur in lege Exod. 12. 2. *Menſis iſte erit vobis caput menſium*, quod Sapientes ſic interpretantur, Deum Moſi in viſione Prophetica lunæ novæ ſpeciem oſtendiſſe, eidemque præſcriptum, ut cum ſimilem viſurus eſſet eam illico conſecraret; Quem locum Scholiaſtes interpretatur שהרי נאמר החדש הזה לכם ראש חדשים פי׳ על ניסן הוא וענין עליו הכתוב באומרו הזה רמז על מה שהעתיקו רז״ל שהקב׳ה הראה למשה בסיני הלבנה בהתחדשותה ואמר לו כזה ראה וקדש. Quaſi Deus dixiſſet, talem quam jam vides, poſtea teſtes ſeſe vidiſſe annunciabunt, tunc קדש ſanctifica tu & Aäron, qui eſtis Synedrii præſides.

(2) שבהן השליחין יוצאין לסוריא *Quod iis menſibus legati egrediebantur in Syriam.*] Hic per Syriam intelligitur terra & regio iſta à Davide ſubjugata, uti infra ex Jom Tob ad cap. 2. §. 4. דתנן במשנה ד׳ פ׳ק והשלוחין יוצאין לסוריא והם הארצות שכבש דוד כגון ארם, id eſt. Legimus in Miſna quarta capitis primi, quod legati egrederentur in Syriam nempe in iſtas terras, quas David ſubjugavit, ſicut Aram; per Syriam vero Babyloniam petebant, & captivitati ſtatutum diem annunciabant דדרך סוריא הולכין לבבל.

Differunt vero inter ſeſe legati duorum menſium. Niſan ſcilicet & Tiſri à reliquis menſium legatis, quia reliquorum menſium legatis veſperi poſt viſam lunam novam etſi à conſilio calendæ nec dum erant conſecratæ exire permiſſum fuerat, cum è contra legati duorum menſium non proficiſcebantur, niſi calendis ipſis ſole jam orto poſtea quam è conſilio audierant, cum pronunciaret, conſecratum eſt, de quo hæc Maim. l. c. cap. 3. §. 10. שלוחי ניסן ושלוחי תשרי אין יוצאין אלא ביום ר׳ח אחר שתעלה השמש עד שישמעו מפי בית דין מקודש ואם קדשו בית דין בסוף יום טי ועשרים כמו שאמרנו ושמעו מפי בית דין מקודש יוצאין מבערב ושלוחי שאר השנה חדשים יש להם לצאת מבערב אחר שנראה הירח אעפי שעדיין לא קדשו בית דין את החדש הואיל ונראה החדש יצאו שהרי למחר בודאי מקדשין אותו ב׳ד. Id eſt, Menſis Niſan itemque Tiſri legati non proficiſcebantur niſi ipſo die novilunii ſole jam orto poſtquam audiverant è Synedrio, (cum pronunciaret) מקודש conſecratus eſt; ſi vero Synedrium conſecrarit in fine diei noni & vigeſimi (ut ſupra diximus) audierintque iidem à Synedrio מקודש conſecratus eſt, tum enim ut ad veſperum illico ſe committerent itineri, licebat; verum reliquis ſex menſium legatis veſperi poſt viſam novam lunam exire conceſſum fuit, etſi à Synedrio calendæ non erant conſecratæ, quia enim certo in craſtinum à Synedrio calendas conſecratum iri conſtabat.

Legati vero qui captivitati definitas calendas indicabant Sabbatum neque expiationis diem profanare poterant ut autor l. c. §. 8. התקינו שיהו שלוחים יוצאין ומודיעים לרבים ושלוחים אילו אינן מחללין לא את יום טוב ולא את יום הכיפורים ואין צריך לומר שבת שאין מחללין את השבת לקימו אלא לקדשו. Id eſt, *Poſtea vero* à Synedrio *conſtitutum eſt, ut mitterentur, qui multitudini* calendarum conſecrationem *nunciarent. His autem nunciis non concedebatur ut aut quenque diem feſtum, aut ſolemnitatem expiationum itinere faciendo profanam haberent, multo etiam minus, ut Sabbatum ipſum, quia nullo modo Sabbatum profanabant ad confirmandum*, legati à conſilio miſſi; *verum ad ſanctificandum permiſſum*, teſtibus nempe oculatis.

(3) וכשהיה בית המקדש קיים מחללין אף על כולן *Et cum templum adhuc ſtaret profanabant propter omnes menſes ſacrificii ordinationis cauſa.*] Sacrificii novilunii quod tempore ſuo offertur, vocatur hoc מוסף של ראש חדש. In Gemara vero ratio redditur quare mos fuerit abolitus תנו רבנן בראשונה היו מחללין אף על כולן משחרב בית המקדש אמר להם ר׳ יוחנן בן זכאי וכי יש קרבן התקינו שלא יהו מחללין אלא על ניסן ועל תשרי בלבד. *Id eſt Tradunt Rabbini; Quod antea profanabant propter omnes menſes, poſt templum vero devaſtatum dixit illis R. J. filius Sacai, & quid an jam ſacrificia ſunt*, ut inde Sabbati profanatio ſequeretur, *ſtatuerunt, ne profanarent niſi propter Niſan & Tiſri tantum.*

ח בין שנראה (1) בעליל בין שלא נראה בעליל מחללין עליו את השבת רבי יוסי אומר (2) אם נראה בעליל אין מחללין עליו את השבת:

5. Sive luna videatur manifeſte, ſive non videatur manifeſte, tamen teſtes Sabbatum profanabant; Rabbi Joſe vero ſtatuit, quod, ſi manifeſte videatur, Sabbatum teſtes nullo modo profanarent.

R. OB. DE BARTENORA.

בעליל *Altiſſime ſupra terram*, ut luna à quolibet conſpici poſſit. בין שלא נראה בעליל *ſive non videatur manifeſte*, ſi conſpiciatur inferius prope terræ ſuperficiem, & rubedo ſolis eam contegat, ut non è longinquo conſpici queat.

אין מחללין את השבת *Non profanant Sabbatum*, quia certum eſt eam viſam eſſe Jeruſolymis; deciſio non eſt juxta R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בעליל Eſt idem quod נגלה *aperte*, & *publice* מפורסם, nimirum, quando clariſſime vident novilunium, & ab horizonte perquam remotum, ita ut totus populus eam conſpiciat. Nam aliquando conſpicitur occulte ferme cum ea rubedine quæ conſpicitur in ſole occumbente, ut nemo niſi qui acutiſſime videt, eam conſpicere poſſit. R. Joſe dicit, quod, cum luna manifeſto à toto populo conſpicitur, eam ubique locorum viderunt cæteri, & veriſſime Ieruſolymis, ut non requirantur teſtes; & propterea non profanari Sabbatum. Deciſio non eſt juxta R. Ioſen.

HOUTINGIUS. (1) בעליל *Manifeſte*] à עליל quod manifeſte ac palam denotat, ſic legitur in Gemara ad hunc locum מאי משמע דהאי עליל לישנה דמיגלי הוא. *Unde probatur, quod vox hæc* עליל *manifeſte ſignificat*, probatur hoc ex Pſ. 12. 7. אמרות יהוה אמרות טהורות כסף צרוף בעליל לארץ מזוקק שבעתים. *Dicta Jehovæ, dicta pura ſunt, argentum purificatum coram omnibus, defæcatum ſepties.* Rabbini vero illud בעליל לארץ explicant per גלוי לכל *omnibus revelatum*, videatur ad hunc Pſ. locum R. S. I. כסף צרוף הרי הן ככסף צרוף הגלוי לכל אדם בעליל גלוי הוא בלשון משנה בין שנראה בעליל בין שלא נראה בעליל Id eſt, *Dicta Jehovæ ſunt ſicut argentum purificatum coram omnibus hominibus, vox enim* עליל *denotat* גלוי *revelatum, ſecundum Miſnæ phraſin, ſive luna videatur* בעליל *manifeſte, in aperto, ſive non videatur in aperto.* Hæc de vocis etymologia, jam quid ad majorem ſenſus Miſnici explicationem artinet, audiamus R. O. B. בעליל eſt למעלה מן הארץ הרבה שהכל רואים אותה ſic etiam בין שלא נראה בעליל ſive non videatur manifeſte explicat למטה בשפולו של רקיע סמוך לארץ ואדמומית החמה מכסה אותה ואינה נכרת כל כך, *Infra expanſi declivitatem prope terram, & ſolis rubedo eam occultat ne aperte noſcatur.*

(2) אם נראה בעליל *Si videatur manifeſte.*] Tum ſecundum R. Ioſe opinionem teſtes nullo modo Sabbatum profanabant, additque rationem, quod tunc nempe ab omnibus etiam Hieroſolymitanis videatur בודאי ראו אותה בירושלים. Sic etiam ad hunc locum in ſuo commentario Maimonides; אמר רבי יוסי כשהוא נגלה לכל אדם ראוהו בכל מקום כי באמת נראה בירושלים ואין צריכין לעדים לפיכך אין מחללין את השבת ואין הלכה כרבי יוסי id eſt, *Dixit R. Joſe ſi omnibus reveletur, tunc etiam ab Hieroſolymitanis procul dubio videtur, neque neceſſe erit ut Sabbatum teſtes profanent, verum non eſt ſecundum R. Joſe deciſio.*

ו מעשה

6. Con-

ו מעשה (1) שעברו יותר מארבעים זוג (2) ועיכבן רבי עקיבא בלוד (3) שלח לו רבן גמליאל אם מעכב אתה את הרבים נמצאת מכשילן לעתיד לבוא :

6. Contigit aliquando quod tranſirent plus quam 40. paria teſtium & detinuit eos Rabbi Akiba in Lydda ; miſit ad ipſum R. Gamaliel , ſi tu eos (multos) detineas, invenitur , quod tu eris in cauſſa, ut in poſterum non facile veniant.

R. OB. DE BARTENORA.

יותר מארבעים זוג *Plura quam quadraginta paria* , ſupple teſtium turmas. ועיכבן רבי עקיבא *& detinuit eos R. Akiba*, quia Senatus illis non neceſſario indigebat. נמצאת מכשילן לעתיד לבוא *fit ut tu eis in cauſa offenſionis ſis quo minus in poſterum veniant* , ut non veniant teſtatum , videntes quod verba eorum non audiantur ; deciſio eſt juxta Rabban Gamalielem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fecit hoc R. Akiba quia teſtimonium illius fuiſſe utilitatis animadverterat ; dixerat autem ei Rabban Gamaliel, etſi hæc teſtimonia nullius eſſent utilitatis , nihilominus tamen fieri poſſe ut in poſterum alicujus ſint utilitatis pro alio novilunio & abſtineat à teſtimonio , ne tempore præterito audiant verba illius ; deciſio eſt juxta Rabban Gamaliel.

HOUTINGIUS. (1) מעשה שעברו יותר *Contigit aliquando quod tranſirent pluſquam 40 paria teſtium.*] Adducitur autem hæc hiſtoria, ad probandum non tantum אם נראה בעליל *ſi videatur manifeſte*, teſtes Sabbatum poſſe profanare, verum etiam quod omnibus licet 100 , Sabbati profanatio ſit conceſſa , etiamſi jam duo aderant , quod etiam eſt res in aperto.

(2) ועיכבן רבי עקיבא *Et detinuit eos Rabbi Akiba in Lydda.*] Hoc, ut Rabbini explicant, fecit , quia non erat neceſſe, ut tot venirent, qui Synedrio notificarent , jam præſentibus duobus , ſic Maim. in notis ſuis ad hunc locum מפני זה עשה לפי שראה כי עדותם לא היתה בו תועלת ואמר לו רבן גמליאל אף על פי שאלו העדיות בלי תעלת שמא יהיה אצל אחד מהם בזמן העתיד עדות מועיל בירח אחר וימנע מלבוא להעיד מפני שלא נשמעו דבריו בזמן שעבר והלכה כרבי גמליאל *Propterea fecit hoc, quia videbat illorum teſtimonium nullius eſſe utilitatis , dixit vero ipſi R. Gamaliel, etiamſi illorum teſtimonium nullius ſit auctoritatis ac utilitatis*, (cum jam adſint alii duo) *fieri poteſt, ut illorum teſtimonium in poſterum ſit utile, & tu jam eris in cauſſa, ne veniant ad teſtandum de alio novilunio , quia illorum verba non audita ſunt tempore præterito , & concluſio vera eſt ſecundum R. Gamalielem.*

In Gemara vero legitur , Rabbi Akibam illos non detinuiſſe, verum alium quendam nomine Saſpar , תניא אמר רבי יהודה חס ושלום שרבי עקיבא עכבן אלא שפר ראשה של גדר עכבן ושלח רבן גמליאל והורידוהו מגדולתו *Traditio eſt ; dixit Rabbi Jehuda abſit ut credamus , R. Akibam illos detinuiſſe , verum Saſpar præfectus aliquis ipſos detinuit , miſit vero ad ipſum R. Gamaliel & deturbarunt ipſum dignitate ſua.*

Patet autem ex hac hiſtoria poſt urbis Hieroſolymitanæ deſtructionem, (tunc enim floruit celeberrimus R. Akiba) Synedrium vel majores Rabbinorum lunam ad phaſin ſanctificaſſe.

(3) שלח לו רבן גמליאל *Miſit ad ipſum R. Gamaliel.*] Coætaneus fuit iſte Rabbinus R. Akibæ , verum uti videtur majoris apud Sacerdotes & populum dignitatis & auctoritatis, quippe cui cæteri omnes obtemperabant, ut poſtea in controverſia de die expiationis patebit.

ז אב ובנו שראו את החדש ילכו לא שמצטרפין זה עם זה אלא שאם יפסל אחד מהן יצטרף השני עם אחר (1) רבי שמעון אומר אב ובנו וכל הקרובין כשרין לעדות החדש אמר רבי יוסי (2) מעשה בטוביה הרופא שראה את החדש בירושלים הוא ובנו ועבדו משוחרר וקבלו הכהנים אותו ואת בנו ופסלו את עבדו וכשבאו לפני בית דין קיבלו אותו ואת עבדו ופסלו את בנו :

7. Pater & filius qui viderant novilunium , adibant (Synedrium) non ut unus alteri adjungatur , verum ſi aliquis iſtorum fiat illegitimus , ſecundus alteri adjungitur ; Rabbi Simeon dixit , patrem & filium & omnes propinquos , ad teſtimonium de novilunio dicendum eſſe legitimos, dixit R. Joſe quod contigerit de Tobia medico, qui Hieroſolymis cum filio ac ſervo ſuo manumiſſo viderat lunam , & acceperunt eum cum filio Sacerdotes , & ſervum (ut illegitimum) excluſerunt , verum cum coram Synedrio venirent , eum cum ſervo acceperunt , filiumque excluſerunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אב ובנו וכל הקרובים כשרים לעדות החדש *Pater & filius ejus ; omneſque propinqui ad teſtimonium de novilunio dicendum legitimi ſunt* , quia Deus Moſi dixit , & Aharoni , Exod. 11. 2. החדש הזה לכם ſenſus eſt, hoc de novilunio teſtimonium vobis erit legitimum , etiamſi ſitis propinqui. Sapientes vero hæc verba intelligunt החדש הזה לכם hoc ſenſu, teſtimonium de novilunio vobis majorennibus in generatione traditum erit , quales vos eſtis ; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis propinquos ſuos legitimos declaret ad teſtandum de novilunio, demonſtrationem adferat è loco Exod. 11. 1. ויאמר יהוה אל משה החדש הזה לכם nimirum, hoc teſtimonium vobis legitimum eſt. Sapientes vero exponunt hoc ſenſu, teſtimonium hoc ſit vobis traditum , id eſt, negotium de apparitione novilunii traditum ſit poteſtati ſenatus ; non cuilibet homini, ut poſſet inſtituere feſtum novilunii ſuo viſu ; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

HOUTINGIUS. (1) רבי שמעון Rabbi Simeon ſtatuit legitimos eſſe ad teſtimonium de novilunio dicendum omnes propinquos , quod ſuo modo ex SS. probare conatur , vid. Gemara אמר רבי לוי מאי טעמא דרבי שמעון דכתיב ויאמר ה' אל משה ואל אהרן בארץ מצרים לאמר החדש הזה לכם עדות זו תהא כשרה בכם Id eſt, *dixit Rabbi Levi, quamnam vero pro ſua ſententia adducit R. Simeon rationem*, hanc ex SS. loco Exod. 12. ubi legitur, *& dixit Deus Moſi & Aaroni in terra Ægypti , menſis iſte erit vobis* לכם quaſi dicas, *teſtimonium hoc de novilunio erit* לכם *vobis legitimum* אף על פי שאתם אחים *etiamſi vos eſtis fratres.*

Rabbini vero, qui contrariam ſententiam ſtatuunt, nempe propinquos eſſe illegitimos , alio textum explicant modo ורבנן עדות זו תהא מסורה לכם & Rabbini ſic interpretantur, *teſtimonium hoc trado vobis* , ut vos qui eſtis populi magnates à teſtibus oculatis accipiatis & ſanctificetis. Sic etiam Gloſſator ad hunc Gemaræ locum תהא מסורה לכם לחשובי דור אני מוסר שיקבלו העדות ויקדשו ולא להכשיר קרובים בו Id eſt

eſt, *Ego vobis, qui eſtis inter fratres majores & principes, trado potentiam teſtimonium accipiendi & ſanctificandi, non ut ex eo loco probetur legitimos eſſe* ad teſtimonium de novilunio dicendum *propinquos*, & concluſio vera eſt ſecundum Rabbinos, ut Maimonides ad hunc Miſnæ locum מי שמכשיר עדות החדש בקרובים יביא ראיה מן הפסוק ויאמר הי אל משה ואל אהרן החודש הזה לכם עדות זו תהא כשרה בכם וחכמים אומרים עדות זו תהא מסורה לכם פירוש כי ראיית הירח ענינה יהיה מסור לבית דין ולא לכל אדם שיראה אותה שיוכל לקבוע החג כפי ראייתו ואין הלכה כרבי שמעון *Is qui defendit ad teſtimonium de novilunio dicendum legitimos eſſe propinquos, ille ad ſuam ſententiam probandam adducit verſum ex SS. nempe* Exod. 12. *Et dixit Deus Moſi & Aäron in terra Ægypti, menſis iſte erit vobis*, hoc eſt *ad teſtimonium de novilunio dicendum vos fratres Moſes & Aäron eritis legitimi.*

Rabbini vero aliter hunc verſum explitant, ſcilicet teſtimonium hoc de novilunio traditur vobis, quaſi ſic exponas, quod novilunii examen à Synedrio (cujus vos eſtis capita.) *non vero ab omnibus, qui illud vident, pendeat, ne ſecundum phaſin ſtatuere poſſint feſta, & non eſt deciſio ſecundum R. Simeonem.*

Sic etiam inſpiciatur auctor citatus in tractatu ſuo Kidous hachodes cap. 2. 1. אב ובנו שראו את הירח ילכו לבית דין להעיד לא מפני שעדות החדש כשרה בקרובים אלא שאם ימצא אחד מהם פסול מפני שהוא גזלן וכיוצא בו משאר פסלנות יצטרף השני עם אחר ויעידו וכל הפסול לעדות מדברי סופרים אף על פי שהוא כשר מן התורה פסול לעדות החדש. Hæc ſic à Ludovico de Compignie dû Veil explicantur, *Si cum patre filius una vidiſſet naſcentem lunam, conſilio renunciarent ambo, non quod propinquorum de luna nova teſtimonium valeret ad calendas definiendas: Sed ut, ſi illorum alter, aut quia latro erat, aut quid ſimile, ad teſtimonium dicendum non eſſet idoneus; alter cum alio tertio ad teſtandum conjungeretur. Ac quibus teſtimonii datio ex Sapientum auctoritate non erat, etſi erat ex lege, nihilominus de naſcente luna teſtimonium eorum rejiciebatur.*

(2) מעשה בטוביא *Contigit aliquando de Tobia medico.*] Sacerdotes ipſum cum filio acceperunt, quod ſententiam R. Simeonis ut veram amplecterentur, Synedrium vero patrem cum ſervo acceperunt, filiumque excluſerunt, ut Rabbini.

ח אלו הן הפסולין (1) המשחק בקוביא ומלוי ברבית ומפריחי יונים (2) וסוחרי שביעית ועבדים זה הכלל כל עדות שאין האשה כשירה לה אף הן אינן כשרים לה :

8. Illegitimi autem ſunt illi, qui ludunt aleâ, qui uſuram exercent, qui columbas volare docent, qui fructus anni ſeptimi divendunt, & ſervi: Hæc enim univerſalis (Rabbinorum) regula eſt, quod omne teſtimonium ad quod non admittitur mulier, etiam ii non admittuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

המשחק בקוביא *Qui ludit κυβεία alea*, ſunt autem עצמות שמשחקין בהן *oſſa quibus ludunt* ob arrabonem. Dixerunt autem Sapientes noſtri בערבון quod ratio probabilis non acquirit, & tales habeantur *raptores* גזלנין juxta Sapientes. ומלוה ברבית *& qui uſuram exercet*, is juxta Legem non habetur *raptor*, ut illegitimus habeatur, quia ei ſponte dedit uſuram alter. ומפריחי יונים *& qui columbas volare docent*, quod fit in modum luſus aleæ, nimirum ſi certent quænam columba volabit citius. וסוחרי שביעית *& qui fructus anni ſeptimi vendunt*, quod vetitum eſt; quia ſcriptum eſt Levit. 25. 6. לאכלה *ad comedendum*, non ad divendendum. Et quia omnes ſuſpecti habentur quod Legem tranſgrediantur propter lucrum nummorum, ideo de illis quoque ſuſpicio eſt quod muneris gratia falſo teſtabuntur. ועבדים *& ſervi*, de Lege illegitimi ſunt ex conſequentia à minori ad majus à muliere petita. כל עדות שאין האשה כשרה לה *ad quodcunque teſtimonium mulier non eſt legitima*, nam datur teſtimonium ad quod mulier apta eſt, ut, teſtari de uxore cujus maritus mortuus eſt, ut ei licitum ſit alii nubere; ſic etiam, ad teſtandum de uxore adulterii ſuſpecta, quod polluta ſit, ne aquas bibat amaras, ſimilibuſque in rebus quæ ex decreto ſapientum illegimæ ſunt, attamen etiam legitimæ. Sed qui illegitimi facti ſunt tranſgreſſione Legis, eos Sapientes ad teſtandum de muliere non declararunt legitimos, etſi ſervum & mulierem declaraverint legitimos, qui illegitimi ſunt ad teſtandum vi Legis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Iura eorum qui ad teſtimonium de novilunio dicendum illegitimi ſunt, exponentur ulterius in tractatu Sanhedrin.

HOUTINGIUS. (1) המשחק בקוביא *Qui ludunt alea.*] Quodnam genus luſus ſit, docent nos Rabbinorum commentarii ſic R. O. B. עצמות שמשחקים בהן בערבון Tale autem genus hominum tam ad teſtandum, quam ad judicandum, illegitimum eſt, uti ex tractatu Talmudico Sanedrim patet cap. 3. §. 3. אלו הן הפסולין המשחק בקוביא ומלוי ברבית ומפריחי יונים וסוחרי שביעית Id eſt, *Illi idonei ſunt* (*ad teſtandum* ſcilicet *& ad judicandum* לדון ולהעיד ut Gloſſator) *qui ludit alea, qui uſuram exercet, qui columbas volare docet, quique divendit anni ſeptimi fructus.*

Conditionem tamen addidit R. Jehuda, ſi non ſit ipſi opificium aliud niſi illud אמר רבי יהודה אימתי בזמן שאין להן אומנות אלא הוא אבל יש להן אומנות שלא הוא כשרין. Verum alii plane prohibitum eſſe docent, quod ſit ſpecies rapinæ, quæ in lege vetita eſt. Quare autem aleatores ad teſtandum ſunt inidonei, ratio apud Rabbinos in promptu eſt, quia ſecundum illorum ſententiam ſunt raptores גזלנין ſic R. S. Jarchi, והרי הן גזלנין מדרבנן מדאורייתא אינו קרוי גזלן אלא החוטף מיד איש כדכתיב ויגזול את החנית מיד המצרי Id eſt, *Illi vero ſunt ſecundum Rabbinos raptores* גזלנין, *ſecundum legem vero nemo vocatur* גזלן *raptor, niſi is qui aliquid rapit è manu alicujus, ſecundum id quod ſcribitur* 1 Sam. 23. 21. *Et arripiens haſtam è manu Ægyptii.* Sic R. O Bartenora ad citatum locum Sanhedrin addit quoque rationem, quare מלוי ברבית *uſuram exercens* eſt illegitimus ad teſtandum אחר הלוה ואחד המלוה שניהם פסולין דקימא לן המלוה והלוה שניהם עוברים בלא תעשה. *Sive mutuo dans ſive mutuo accipiens ambo ſunt illegitimi* ad teſtandum, *nam firmum nobis eſt quod uterque tranſgreditur præceptum negativum.* Sic etiam de iis qui columbas alunt, inſtituit rationem idem nobis laudatus auctor. l. c. מין ממיני השחוק אם תקדים יונתך ליונתי אתן לך כך וכך איכא דמפרישי שמגדל יונה מלומדת להביא יונים לבית בעלה בעל כרחן ויש בהן גזל מפני דרכי שלום ולא גזל גמור.

(2) וסוחרי שביעית *Et qui divendunt anni ſeptimi fructus.*] Quare illi ad teſtandum non admittuntur, hæc apud Talmudicos ratio eſt, quia in lege promulgatur ut anni ſeptimi fructus comedantur והיתה שבת הארץ לכם לאכלה. Levit. 25. 6.

Non vero ut divendantur, ſic R. S. J. וסוחרי שביעית עושין סחורה בפירות שביעית דרחמנא אמר לאכלה ולא לסחורה ולפי שנחשדו כל אלו לעבור על דת מחמת ממון חשודים להיות מעידין שקר על ידי ממון ושוחד. *Et quoniam credibile eſt tale genus hominum facile tranſgredi, ideo de iis ſuſpicantur, ne aliquando falsò propter acceptam pecuniam teſtarentur.*

Illi autem סוחרי בשביעית antea אוספי שביעית vocabantur, quaſi *fructus anni ſeptimi collectores* dicas, hæc clare ex tractatu Talmudico Sanhedrin patent cap. 3. Miſ. 3. אמר רבי שמעון בתחלה היו קורין אותן אוספי שביעית משרבו האנסין חזרו לקרותן סוחרי שביעית. *Dixit R. Simon antea vocabant illos anni ſeptimi fructus collectores, poſtquam vero multiplicati ſunt raptores, nomen iis impoſitum fuit* סוחרי שביעית *ven-*

vendentium fructus anni ſeptimi. Quæ omnia prolixe ac diſerte à R. O. B. ad citatum locum explicantur. בתחילה היו קוראין אותם אוספי שביעית כלוי אוספי פירות שביעית לעצמן היו פסולין לעדות כמו סוחרי פירות שביעית : משרבו האניסין השואלים מנת המלך כך וכך כורין תבואה בכל שנה והיו צריכין לאסוף תבואה של שביעית לפרוע ממנה מנת המלך חזרו לומר סוחרי פירות שביעית בלבד הם פסולין אבל אוספי תבואת שביעית לתת למלך כשרים לעדות כיון שאין אוספין לאצור לעצמן. Id eſt: *Antea vocabant eos anni ſeptimi fructus collectores* אוספי שביעית, *quaſi dicat, qui colligunt ſibi ipſis anni ſeptimi fructus ad teſtandum illegitimi ſunt, eo modo ut venditores anni ſeptimi fructus.* סוחרי פירות שביעית. *Verum poſtquam multiplicati ſunt exactores qui quotannis tot ac tantos coros pro Regis portione petebant, ac neceſſe erat anni ſeptimi proventum colligere, ut inde Regis portio ſolveretur, ſtatutum fuit, ut venditores anni ſeptimi fructus tantum eſſent illegitimi* לדין *ad teſtandum, verum* אוספין *collectores proventus anni ſeptimi ad dandum Regi, illi eſſent legitimi ad teſtandum, quandoquidem ſibi ipſis pro theſauro non colligebant.*

Sic porro idem iſte auctor in commentario ad citatum locum Sanhedrin concludit, quinam ad teſtandum admittebantur additâ ratione. ולענין פסק הלכה כל מי שעבר עבירה שחייב עליו מיתה בידי או כרת או מלקות פסול לעדות דמחייב מיתה נקרא רשע דכתיב אשר הוא רשע למות ובחייבי מלקות כתיב והיה אם בן הכות רשע והתורה אמרה אל תשת ידך עם רשע להיות עד חמס ודרשינן אל תשת רשע עד ואם לקה חזר להכשירו דכתיב ונלקה אחיך לעיניך כיון שלקה הרי הוא כאחיך ואם לקח ממון שלא כדין אע״פ שאינו חייב בידה לא מיתה ולא מלקות פסולי לעדות כגון גנב וגזלן ומלוה ברבית ואם לקח ממון שיש בו איסור דרבנן פסול לעדות מדרבנן כגון מפריח יונים והמכן דיהיב דמי ולוקח החפץ שאין בעלין רוצין למכרו והגבאים והמוכסים שלוקחים לעצמן מקבלי צדקה מן העובדי כוכבים בפרהסיא אלו וכיוצא בהן פסולין לעדות מדרבנן ואין עדותם בטלה עד שיכריזו עליהם ויפרסמו אותן אבל פסולי עדות של תורה אין צריכין הכרזה וכל פסולין לעדות בין של תורה בין דבריהן אם נודע מעניהם שעשו תשובה גמורה והממון שלקחו שלא כדין החזירוהו ועשו סוג וגדר לעצמן באותו דבר שחטאו בו שלא יוסיפו לעשותו עוד הרי אלו חוזרו להכשירן. Id eſt. *Et ad concludendum, is qui tranſgreditur tranſgreſſionem, ita ut dignus ſit quod ipſi inſligatur pœna vel à Synedrio, vel inſligatur pœna* כרת *exciſio, vel vapulatio, ad teſtandum illegitimus eſt. Nam reus mortis vocatur* רשע *impius ſecundum ſcripturæ phraſin*, Num. 35. 31. *Qui ſons ſit dignus morte, ſimiliter etiam vapulationis reus impius ſecundum ſcripturam vocatur*, Deut. 25. 2. *Erit autem ſi dignus eſt flagris improbus ille; & Scriptura in alio loco dicit; Ne apponito manum tuam cum improbo* רשע, *agendo teſtem injurium*, Exod. 23. 1. *& explicamus hunc verſum tali modo, ne conſtituas* רשע עד *improbum pro teſte: Si verò ipſi vapulationis pœna inflicta fuerit per Synedrium, redit iterum ad priſtinum ſtatum*, (ad teſtandum eſt legitimus) *nam ſcribitur* Deut. 25. 3. *Et vileſcat frater tuus in oculis tuis, id eſt poſtquam flagellatus fuerit, erit ſicut frater tuus: Si vero acceperit quis pecuniam non ſecundum jus, ita tamen ut nec reus mortis ſit nec vapulationis, ad teſtandum eſt inidoneus, veluti fur vel raptor vel uſuram exercens; Si vero acceperit quis pecuniam de qua eſt prohibitio Rabbinorum, tum ex decreto Rabbinorum ad teſtandum non admittitur, veluti is qui volare docet columbas, & is qui dat pecunias* (ſc. non ſufficientes) *& violenter accipit id quod Domini nolunt vendere, & exactores vel publicani qui pro ſeipſis accipiunt, & qui publicè à gentili eleemoſynam accipiunt, & ſimiles, ſecundum Rabbinos ad teſtandum ſunt invalidi, verum ipſorum teſtimonium non ceſſat niſi antequam de ipſis fuerit proclamatum ac publicatum* (ſc. illos tales eſſe); *Verum, qui ſecundum legem ad teſtandum invalidi ſunt, non opus eſt ut de iis promulgetur. Si verò de illegitimis ad teſtandum tum ſecundum legem tum ſecundum Rabbinos clare & evidenter conſtet, quod ſeriam egerint pœnitentiam, ac nummos, quos non ſecundum jus acceperint, reſtituerint, fecerintque ſepimentum, promittendo ſe amplius non peccaturos, ad teſtandum iterum admittuntur.*

Sic in Gemara tractatus Sanhedrin l. c. inter illegitimos ad teſtandum numerant etiam אוכלי דבר אחר פסולי לעדות, quod ſi hoc vero prima fronte inſpiciatur commode explicaretur per חזיר porcum, (nam quoties, ut Cunæus inquit, loquuntur de illo non nominant illud; ſed recepto quodam more uti malam ſcævam avertant patrio ſermone דבר אחר ajunt, Romani id feliciter exprimere nequeunt, nam ſi dixeris res alia, verbum quidem verbo reddes, ſed ſenſum dicti non aſſequeris, at Græce eſſet πρᾶγμα ἀλλόκοτον ſane perquam ſignificanter. huc uſque. Verum omnes commentatores tum R. S. J. ac Toſaphot, intelligunt de iis, qui publice à gentilibus eleemoſynam petunt, vid. Toſaphot, אכלי דבר אחר פסולי להעיד ליכא לפרושי אוכלי דבר אחר דהיינו אוכלי חזיר דאי באוכלי חזיר היכי כפליג בין צניעא לפרהסיא; Qui à gentili publice petit eleemoſynam אוכלי דבר אחר, illi ad teſtandum ſunt illegitimi: Nam non hoc eſt explicandum de iis, qui ſuillam comedunt, nam ſi tali modo explicaretur, quomodo differentiam inter publicum & privatum faceret; ac ſi diceres, edere ſuillam ſive hoc fiat privatim ſive publice ſemper eſt prohibitum; verum ſi aliquis privatim à gentili eleemoſynam petit, ad teſtandum admittitur, quod ſi publice petat, inidoneus declaratur.

ט מי שראה את החדש ואינו יכול להלך (1) מוליכין אותו על החמור אפילו במטה ואם צודה להם לוקחין בידן מקלות ואם היתה דרך רחוקה לוקחין בידן מזונות שעל מהלך לילה ויום (2) מחללין את השבת ויוצאין לעדות החדש שנאמר אלא מועדי ה׳ אשר תקראו אותם במועדם :

9. Si quis lunam novam viderat neque poterat ambulare, is in aſinum imponebatur etiam cum grabato; ſi vero iter erat periculoſum, accipiebant in manibus arma & baculos; ſi longinquum erat, accipiebant ſecum viaticum, nam pro itinere diei ac noctis Sabbatum profanabant, ac ad de novilunio teſtimonium dicendum, exibant, ſecundum id quod dicitur, Levit. 23. 4. *Hæ ſunt feriæ Domini, quibus convocabitis eas ſtatuto tempore.*

R. OB. DE BARTENORA.

ואם צודה להם *Si vero quis eos perſequatur*, verbum צודה idem notat quod אורב, ſic 1 Sam. 14. 11. ואתה צודה את נפשי לקחתה Cæterum quocunque in loco dicatur מועד & ובמועדו, illic Sabbatum profanare licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus tibi capite ſexto tractatus Peſachim, quod ubicunque in Lege occurrit vox מועד feſtum, intelligendum ſit, etiamſi id fiat in Sabbato.

HOUTINGIUS. (1) מוליכין אותו *Deducebant ipſum.*] Et quidem in Sabbato, ſic R. S. J. מרכיבין אותו אף בשבת; ſimiliter in ſuo tractatu de Sanctificatione novilunii Maimonides cap. 3. §. 4. היה העד שראה את החדש בליל השבת חולה מרכיבין אותו על החמור ואפילו במטה ואם יש להן אורב בדרך לוקחין העדים בידן כלי זין ואם היה דרך רחוקה לוקחים בידם מזונות ואפילו ראוהו גדול ונראה לכל לא יאמרו כשם שראינוהו אנחנו ראוהו אחרים ואין אנו צריכין לחלל את השבת אלא כל מי שראה החדש ויהיה ראוי להעיד ויהיה בינו ובין המקום שקבוע בו בית דין לילה ויום או פחות מצוה עליו לחלל את השבת ולילך ולהעיד. Id eſt: *Si quis viderat lunam novam nocte Sabbatica ægrotus;*

tus, imponebant ipſum aſino etiam cum grabato, ſi vero iter eſſet periculoſum, in manibus arma, ſi longinquum eſſet iter, viaticum accipiebant; nec vero qui lunam novam viderant ita magnam, ut cerni facile poſſet ab omnibus, dicerent, uti nos, ſic & alii procul dubio lunam novam viderunt, neque neceſſe erit, ut nos Sabbatum profanemus; verum ei, alioquin ad teſtimonium de novilunio dicendum idoneo, ſi viderat lunam novam Sabbato, atque inter illum & Synedrii ſedem unius duntaxat intercedebat diei & noctis iter, aut eo minus, præſcriptum eſt ut Sabbatum profanet, deque novilunio teſtimonium dicat.

(1) מחללין את השבת *Sabbatum profanabant.*] Teſtes nempe qui lunam novam viderant, aliique qui cum teſtibus adibant Synedrium, ut indicarent teſtes illos de novilunio eſſe homines probe notos ac fideles, Sabbatum profanabant, uti ex Toſaphot colligitur מחללין את השבת עדים שראו את החדש ואפילו המעידין עליהן כשאין בית דין מכירין עדי החדש מחללין את השבת להעיד עליהם כדמוכח בריש פרק שני שהלך ר׳ נהוראי אצל העד באושא בשבת להעיד עליו. Id eſt, *Profanabant Sabbatum teſtes nempe, qui lunam novam viderant, ac cum illis etiam ii, qui de teſtibus coram Synedrio teſtificarentur, cum Synedrium novilunii teſtes non noverat, ſicuti probatur in principio cap. 2. Quod abivit R. Nehora in Oſa cum teſte in Sabbato ut de eo teſtaretur.*

De quo etiam Maimonides. l. c. cap. 3. §. 3. כשם שמחללין העדים שראו את החדש את השבת כך מחללין עמהן העדים שמזכין אותן בבית דין אם לא היו בית דין מכירין את הרואין ואפילו היה זה שמודיע אותן לבית דין עד אחד הרי זה הלך עמהן ומחלל מספק שמא ימצא אחר ויצטרף עמו. Id eſt: *Atque ut illi, qui lunam novam viderant, Sabbatum profanabant, ſic etiam Sabbatum profanabant ii, qui lunam novam nunciantibus innocentiæ dabant ſignum, ſi per ſe ipſi Synedrio eſſent ignoti, quin etiam cum unus tantum inveniretur homo per quem conſilio nota fieret eorum, qui de luna nova renunciabant, integritas, tamen una cum ipſis Sabbatum profanabat & potiſſimum eam ob cauſſam, quod fieri poterat ut etiam inveniretur alter, quicum jungeretur.*

פרק ב (1) אם אינן מכירין אותו (2) משלחין עמו אחר להעידו בראשונה היו מקבלין עדות החדש מכל אדם (3) משקלקלו הביתוסין התקינו שלא יהו מקבלין אלא מן המכירין׃

Caput 2. Si teſtem non noverant, alium cum ipſo mittebant, ut ille deinde de ipſo teſtimonium reddat; Ab initio acceperunt teſtimonium de novilunio de quovis indiſcriminatim, poſtquam autem Baithoſei omnia depravarint, ſtatuerunt ne teſtimonium acciperent niſi ab hominibus probe notis.

R. OB. DE BARTENORA.

אם אינן מכירין אותו *Si non cognoſcerent ipſum*, ſi Senatus non cognoſceret teſtem, an fide dignus & legitimus eſſet. משלחין *mittebant*, ſenatus cujuſlibet civitatis mittebat. אחר עמו *alium cum eo*, aliud teſtium par ad teſtandum de hoc pari coram ſenatu magno, quod novilunium ſanctificabat. שקלקלו הביתוסין *quando depravarint Baithoſei*, hæretici, qui teſtes falſos mercede conducebant ut in errorem inducerent Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם אינן מכירין אותו *Si non noverant teſtem*, ſi ſenatus non cognoſceret hoc teſtium par, qui de novilunio teſtabantur, una cum ipſis mittebant aliud iſtius loco par, ad teſtandum quod hoc par legitimum erat. Deinde vero rationem adfert Miſna quare non admittebatur teſtimonium niſi à notis, dicitque בראשונה *in principio &c.* nam mercede conducebant hæreticos teſtes qui falſo teſtabantur de apparitione.

HOUTINGIUS. (1) אם אינן מכירין.] Si Synedrium iſtius loci non norit teſtem num fidelis aut probe notus ſit אם אינן בית דין מכירין את העד אם נאמן וכשר הוא uti obſervat R. S. J.

(2) משלחין עמו *Mittebant cum ipſo alium.*] Synedrium nempe iſtius loci בית דין שבעירו ut coram Synedrio Hieroſolymitano teſtarentur, teſtem illum eſſe probe notum, להעיד עליו לפני בית דין הגדול שמקדש את החדש. Uterque Sabbatum profanare poterant uti ſuperiori Miſna eſt demonſtratum, videamus etiam ad hunc locum Toſaphot, משלחין עמו אחר להעידו ואותו אחר נמי מחלל עליו את השבת כדפריש לעיל בסוף פרק ראשון. *Mittebant cum eo alium ut teſtaretur de eo* (ipſum eſſe probe notum) *cuique etiam Sabbatum profanare conceſſum erat, ſicuti explicatur ſupra in fine capitis primi.*

De qua re etiam diſerte ſcribit Maimonides l. c. cap. 2. §. 3. לפיכך אם לא יהיו בית דין יודעים את העדים שראו את הירח משלחין אנשי העיר שנראה בה עם העדים שראו עדים אחרים שמזכין אותן לבית דין ומודיעין אותן שאילו כשרים הם ואחר כך מקבלין מהן. Id eſt: *Cum igitur Synedrio non eſſent noti per ſe ipſi, qui naſcentem lunam viderant, tum urbis ejus incolæ, ex qua conſpecta erat luna naſcens, una cum his, qui Synedrio novilunium ibant nunciatum, mittebant & alios, qui apud Synedrium illis innocentiæ atque integritatis teſtimonium tribuerent; ac tum demum eorum erat nuncio locus.*

(3) משקלקלו המינין.] In Talmude Amſtelodamenſi pro מינין legitur ביתוסין Baithoſei, ſic etiam exponitur in additionibus Jom Tob ad hunc locum: משקלקלו המינין היינו ביתוסין במישי במשנה דלקמן. Sic in commentario Jom Tob ad Miſnam ſequentem מינין hic legendum eſſe probatur משקלקלו הכותים וכן ג״י הרב ולעיל ג״ר מינין והם הביתוסין כדאיתא בברייתא בגמ׳ וצריך לומר דמעשים שהיו כך היו ששכירת העדות ביתוסין עשאו ומשאין כותים היו וכגרים ה׳ר׳ב כן גירס הרמבם אבל רש״י גורס מינין בתרוייהו בדפוס ישן וליפ״ז גם המה ביתוסין היו. Id eſt, Cum Cuthei jam omnia depravarint: Sic etiam eſt lectio Rab (R. O. B.): præcedenti vero Miſna legit מינין, illique ſunt Baithoſei, ſicuti legitur in Baraitha, quorum facta in eo potiſſimum conſiſtebant, quod alios ad Phariſeos decipiendos conducebant; Cuthei vero flammas elevabant: & quemadmodum legit Rab, ſic quoque legit Maimonides; verum R. S. Jarchi veteri exemplari legit in hac & præcedenti Miſna מינין, & ſecundum hanc explicationem, ambo erant Baithoſei.

Et quidem recte hic intelliguntur Baithoſei ac Sadducæi, qui nomine hæreticorum à Phariſæis inſigniebantur; illi enim Rabbinos decipiebant, ſicuti ex Gemara patebit, quem locum infra ad clariorem intelligentiam deſcribemus: Illi enim ambo Antigoni Sochei diſcipuli fuere, nataque in Schola ejus hæc hæreſis eſt, ſicuti ad tractatum Abot ſcribit Maimonides: ומאז יצאו אלו הכתות הארורות הרעות ויקראו באלה הארצות ר״ל׳ מצרים קראים ושמותם אצל החכמים צדוקים וביתוסין והם אשר התחילו להשיב על הקבלה ולפרש על הפסוקים כפי מה שיראה להם מבלתי שישמעו לחכם כללי הפך אמרו לא תסור מן הדבר אשר יורוך ימין ושמאל.

Ortaque eſt hæc hæreſis occaſione ſententiæ quam diſcipulis ſuis imbuebat: *Ne ſitis inſtar ſervorum, qui Domino propter mercedem ſerviunt, ut accipiant præmium; Sed eſtote inſtar ſervorum, qui Domino miniſtrant nullius præmii intuitu, & ſit timor Domini ſuper vos.* Cum enim duo ex ejus diſcipulis Saddoc atque Baithos hoc præceptoris monitum non intelligerent, negari putabant eo vitam poſt hanc aliam, & omne adeo virtutis præmium, indeque in pernicioſam iſthanc hæreſin ſunt prolapſi. Cum poſtea uterque Scholas aperuiſſet, in ſua quiſque Schola abominanda hæc dogmata diſſeminarunt, tanto cum diſcipulorum applauſu, ut brevi innumeros nanciſcerentur ſectarios; qui à Sadoco Saducæi, à Baithoſo *Baithoſei* appellabantur,

quos

quos quidem duas diſtinctas feciſſe ſectas ſcribit R. Gedalia, re ipſa tamen non niſi unica, nominibus tantum ſic diſtincta, & à Phariſæis, cæteriſque Judæis à Sadoco potius & frequentius, quam à Baithoſo denominata, quod ille in ſententia propugnanda rigidior, hic mollior paullo eſſet; accedebat quod ipſi Baithoſei, id eſt diſcipuli & ſectarii Baithoſi, ab altero ejuſdem hæreſeos auctore Sadducæi, ideo denominari maluerint, ne infamia præceptoris Baithoſi, quem ſpurium eſſe noverant (ſicuti in tractatu Talmudico Peſachim legitur ביתוס בן זונין,) ſibi pro opprobrio objiceretur.

Illi inquam Baithoſei ac Sadducæi in Phariſæos odio pluſquam vatiniano flagrabant, quippe qui à Phariſæis (ut demonſtravimus) מינין *hæreticorum* & אפיקורוסין *epicureorum* nomine ornabantur, nam ipſorum fidei fundamentale erat, eſſe animas ut corpora mortales, neque poſt vitam præmia aut pœnas bonos maloſve ſequi, ſimul etiam quas Phariſæi factioſi mordicus tenebant, ſpernebant traditiones; idcirco illi ſtudebant, ut in figendo novilunio Rabbanitas deciperent, & ad id exequendum alios mercede conducerent, ſic eſt Gemaræ locus. בראשונה היו מקבלין עדות החדש מכל אדם: תנו רבנן מה קילקול קלקלו הביתוסין פעם אחת בקשו להטעות את החכמים: שכרו שני בני אדם בארבע מאות זוז אחד משלנו ואחד משלהם ושלהם העיד עדותו ויצא שלנו אמרו לו אמור כיצד ראית את הלבנה אמר להם עולה הייתי במעלה אדומית וראיתי שהוא רבוץ בין שני סלעים ראשו דומה לעגל אזניו דומין לגדי קרניו דומות לצבי וזנבו מונחת לו בין ירכותיו והיצצתי בו ונרתעתי ונפלתי לאחוריי ואם אין אתם מאמינים לי הרי מאתים זוז צרורים לי בסדינֿי: אמרו לו מי הזקיקך לכך אמר להם שמעתי שבקשו הבייתוסין להטעות את החכמים אמרתי אלך אני ואודיע להם שמא יבואו בני אדם שאינן מהוגנין ויטעו את החכמים אמרו לו מאתים זוז נתונין לך במתנה והשוכרך ימתח על העמוד באותה השעה התקינו שלא יהו מקבלין אלא מן המכירין. Id eſt. *Antea teſtimonium de novilunio accipiebant ab omnibus hominibus;* Tradunt Rabbini, *quid eſt, quod* Baithoſei *depravarunt, hoc nempe, illos operam aliquando dediſſe, ut Phariſæos deciperent, & ad hoc exequendum alios conduxiße pro* 400 *zuſis, unum de gente noſtra, alterum de gente illorum, quique primo ſuum de novilunio proponebat teſtimonium, atque exibat; Phariſæo vero dicebant, dic quomodo lunam vidiſti, reſpondebat illis, aſcendebam verticem alicujus montis, ac videbam eam inter duas petras recubantem, caput ejus ſimile erat vitulo, cervoque ſimiles erant ejus aures, cornua hædo erant ſimilia, caudaque ejus requieſcebat inter duo latera & intuitus ſum eam, & admiratus ſum, & receſſi quaſi retrorſum: Si vero vos mihi non credatis, ecce paratas habeo* 200 *zuſas colligatas in hoc ſudario, dicebant vero ipſi, quis te coëgit, reſpondebat illis, audivi quod Phariſæos Baithoſei decipere ſtudebant, dixi, abibo ego & indicabo illis,* (Phariſæis) *ne forte veniant homines improbi & ſceleſti, ac Rabbinos decipiant, dixerunt ipſi* (Rabbini) 200 *zuſas pro dono dabimus tibi, & qui mercede te conduxit, extendatur atque alligetur columnæ. Ab eo tempore & deinceps ſtatuerunt, ne teſtimonium de novilunio acciperent niſi ab hominibus, quorum integritas & fides ipſis eſſet perſpecta atque cognita.*

Errat enim is quam maxime qui putat Baithoſæos eſſe ipſos Eſſenos & ביתוסין dici quaſi בית איסיאי ut בית הילל, hæc quam frivola ſint, apparet, nam Eſſeni in fundamentalibus fidei articulis non diſcrepabant à Phariſæis, ut Baithoſei, niſi quod religionum ſanctimoniam omnem paullo magis ſcrupulatim ad anxias quaſdam ſuperſtitiones exegerunt.

Quam male etiam faciunt ii, (ne quis miretur me hic tam libere loqui, præceptorem meum ſum ſecutus, virum in litteratura Hebraica ſolidiſſimæ eruditionis ac acutiſſimi ingenii, Davidem Sarfati Pinnam Medicum) qui Caraitas cum Sadducæis confundunt, eoſque Sadducæorum propaginem eſſe affirmant: hæc ut diſtincte intelligantur, quam diverſi ſunt hi ab illis, lubet animo meo paucula de eorum doctrina diſſerere. Et primo quidem non inutile erit hic addere, Abrabanelis ſuper Exod. cap. 12. commentarium, ex quo videbis ſtrictam Caraitarum in figendo novilunio ſecundum phaſin obſervantiam, eamque eſſe traditionem Moſis è monte Sinai defendunt; ſimul etiam Auctoris detegitur error, quod falſò præjudicio fretus à Sadoco Caraitas deduxit, præterea eadem in ſectione agitur, undenam ſua habeant ac deducant Rabbini Calendaria, & quibuſnam data conſecrandi novilunia poteſtas ſit.

וחכמי הקראים הרחיבו פה האריכו לשון כנגד חכמי ישראל בהיותם מקדשים את החדשים על פי החשבון וסוד העיבור באמרי שהתורה צותה שיקדשו את החדש על פי הראיה ושעל זה אמרה החדש הזה לכם ראש חדשים כי חדש לא נקרא אלא מפני התחדשות הלבנה וראיתה בחדושה כמו שאמר תקעו בחדש שופר כתי יעבור החדש וצורת השם שבראיית הלבנה בחדושה יקדשו את החדש וכן נאמר על זה שמור את חדש האביב שישמרו בראיתם התחדשות אור הלבנה לקבוע חדש ניסן: ואם צוה השם שיקדשו את החדש על פי ראיית הלבנה וזאת לפנים בישראל בהיותם על אדמתם איך עלה על שוח חכמיהם להמיר את המצוה ולבטל מה שצותה תורה ממצות הראיה ולקבוע החדשים על פי החשבון כחפצם עד שיאמרו שבהעדר בידי הגדול תתבטל הראיה והמה בקשו חשבונות רבים כרצונם כי לא אלמן ישראל ויהודה מאלוהיו דור דור ופרנסיו והלא כל ישראל עד רבן גמליאל היו קובעין בראיית הלבנה ואין לחשוב שהראיה לא תעשה אלא בארץ ישראל בלבד כי הנה ר׳ עקיבה עבר שנים וקבע חדשים חוצה לארץ לא בחשבונם ולא כמו שקבעו הם וכלם דרשו אשר תקראו אותם במועדם אפילו שוגגין אפילו מוטעין אין לי מועדות אלא אלו שיקדשו ואם היה חשבונם מפי הגבורה כמו שקבלו איך יהו שוגגין ומוטעין והנה הוקשה לראשונים ממקרא מגלה ממה שכתוב אלה המצות אשר צוה ייי ביד משה ואין נביא אחר רשאי לחדש דבר עוד ואיך מרדכי ואסתר הוסיפו מקרא מגלה ולא הוקשה להם דבר מחשבונות העיבור ובטול קדוש החדש על פי ראיית הירח וכמו שהטענות האלה וזולתם בדברי מפרשיהם על ספריהם כלם יכתבו ועל כן ראוי להשיב עליהם דברי שלום ואמת משום ענה כסיל כאולתו. *Cavillantur Caraitæ, atque explodunt Iſraëlitarum Sapientes, eo quod per calendaria atque computus, lunam Phariſæi ſanctificarent, cum ſtatuant, legis præceptum eſſe, ut ſecundum phaſin luna ſanctificaretur, illudque probant ex illo* Exod. loco cap. 12. v. 2. *Menſis iſte erit vobis caput menſium, nam non vocamus* חדש *menſem, niſi cum luna innovata apparet, ſicuti dicitur* Pſ. 81. 4. *Clangite tubam in novilunio; Quando novilunium tranſibit* Amos 8. 5. *Præcepit vero Deus, ut ad phaſin lunæ, dum renovata apparet, menſem ſanctificarent, ſicuti dicitur: Obſervato menſem Martium,* Deut. 16. 1. *Quaſi diceret, quod obſervarent phaſin innovationis lucis novilunii ad figendum menſem Martium* (Niſan): *Si jam vero præceperit Deus, ut menſem ad apparitionem lunæ conſecrarent, & hoc antiquitus erat inter Iſraël florente eorum Republica, quomodo ergo venit in mentem iſtorum Sapientum mutare præceptum, & irritum facere id, quod lex de præcepto ad phaſin præceperat, & figere novilunia per computus ad eorum libitum, cum dicant, ceſſante Synedrio etiam ceſſare viſionem, & excogitent ſibi quam multas ſupputationes ad proprium arbitrium: An non Iſraëlitæ uſque ad R. Gamalielem ſua novilunia figebant ad phaſin lunæ? Et non eſt cogitandum phaſin tantum obtinuiſſe in terra Iſraëlitica, nam clare conſtat R. Akibam intercalaſſe annos, & fixiße extra terram novilunia non per computus, neque ritu eorum: Omnes autem Rabbinorum interpretes explicant verſum illum* Levit. 23. 4. *Quas convocabitis eas ſtatuto tempore, etiamſi erretis, etiamſi ab aliis decepti ſitis, tamen non ſunt mihi ſtatuta tempora niſi quæ conſecrata ſunt: Si jam vero illorum computus eſſet divinæ auctoritatis, ſicuti accipiunt, quomodo ergo poßent errare & ab aliis decipi: Verum durum erat Prioribus illud, qua auctoritate ſtatuerunt lectionem Megillæ* (voluminis Eſter) *quandoquidem ſcribitur: Hæc ſunt ſtatuta, quæ præcepit Deus per manum Moſis, & nulli Prophetæ data eſt poteſtas innovandi, ergo quomodo Mordochæus, & Eſter addiderunt lectionem Megillæ? ſed non durum fuit illis figere computus, & mutare novilunii fictionem per phaſin: Propterea autem quod argumenta iſta, & præter hæc alia extant in verbis & commentariis Caraitarum, ideo dignum eſt, ut unicuique reſpondeamus verbis pacis & veritatis, & ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam.*

Sequitur jam Abrabanelis ad Caraitas reſponſum ואומר שעצם המצות הזאת החדש הזה לכם ראש חדשים אינו לבאר אליהם איך יקדשו את החדש ובאיזה שיעור תראה הלבנה

ולא נקרא במקום הזה החדש על ראיית הלבנה וחדושה אבל צוה יתברך של זכרון גאולתם יעשו מדי שנה בשנה החדש ההוא אשר יצאו בו ראש לכל חדשי השנה ויכנו החדשים ממנו ראשון ובו׳ וג׳ וכן כולו כדי שיהיה תמיד נזכר בפיהם החדש ההוא ויזכרו בזה גאולתם ממצרים ועל זה נאמר החדש הזה לכם ראש חדשים רוצה לומר שהחדש ההוא כלו בתוך חדשי השנה יהיה לראש וכבר ביארתי ששם החדש פעם יאמר על התחלת החדש כמו מחר חדש הנה אם כן עקר המצוה הזאת הוא שיהיה חדש ניסן ראש לכל חדשי השנה: האמנם איך יתקדש החדש ההוא אם על פי הראייה או על פי החשבון לא ביארו הכתוב כאן כי אם בא הכתוב לחייב שיהיו מקדשים ע״פ הראיה היה לו לפרש על איזה מקום מהארץ היא הראיה כי תשתנה קשת המראה בכל מקום כפי רוחב הארץ וכמו שכתב הראב״ע ואם על פי החשבון יקדשו היה לו לפרש עניינו ומי האיש החכם שלא יבין ולא ידע שקודם לזה היו המצריים מונים חדשים ושנים וכל בני אדם בארצותם לגוייהם ימנו ימות עולם שנות דור ודור וידוע שלא היה זה להם בקביעות החדשים על פי ראיית הלבנה אלא על פי חשבונותיהם כל עם על פי דרכו לכן לא הוצרך הכתוב לבאר איך יקבעו ויעשו התחלת החדש או השנה אבל אין ספק שנאמר למשה באותה שעה דרך קידוש החדש על פי הראיה ודרך קידושו על פי החשבון ושרשים להוציאו מהם כי תורתנו קשורה בהלכה למשה מסיני ובמו שהשיב החבר למלך כוזר כשנאמר החדש הזה לכם ראש חדשים האם לא נסתפק אם רצה לומר חדשי המצריים שהיו בינידם או חדשי הכשדיים שהיו עם אברהם באור כשדים או אם רצה בחדשי השמש או בחדשי הירח או שנות הירח והתחבולות להסכימם עם שני השמש כאשר בחכמת העיבור ואם יהיה קידוש החדש על פי הראיה מה יעשה אם ימלאו העבים גשם ולא תראה הלבנה בהכרח יודו הקראים שמלבד המאמר הזה שאמר יתברך החדש הזה לכם ראש חדשים קבל משה פירושו ועניינו על פה ומשם היו באומתינו שרשי סוד העיבור וחכמתו ואיך יעלה על רוחם שבשבת ישראל על אדמתם לא היה ביניהם בזה כי אם עדות העדים מראיית הלבנה והיו חסרים מחשבון המולד ומהלכי השמש והירח הידוע לכל אומה ולשון וכבר כתב רבי חננאל ז״ל שקביעות החדשים בקרב ישר׳ לא היה בלבד על פי הראיה כי אם על פי החשבון גם כן והראייה על זה שכל הארבעים שנה שהלכו במדבר היה הענן מכסה אותם ביום ועמוד האש בלילה ולא ראו איש בכלם שמש ביום ולא ירח בלילה וכמו שאמר ואתה ברחמיך לא עזבתם במדבר עמוד הענן לא סר מעליהם יומם לנחותם בדרך ואת עמוד האש בלילה להאיר להם ומהיכן אם כן יהיו קובעים החדשים על פי ראיית הלבנה אלא בודאי עקר המצוה היה על פי החשבון והנה מסורת בידינו לעולם כי יוב׳ חדשי השנה חמשה מהם שלמים בכל אחד שלשים יום וחמשה מהם חסרים בכל אחד כ״ט יום שנים מהם פעמים שהם שלמים בני שלשים יום ופעמים שניהם חסרים בני כ״ט יום ופעמים שאחד מהם שלשים יום והשני כ״ט יום ושני חדשים הללו מרחשון וכסלו ומסור בידינו שראש חדש תשרי התחלה וראש השנה וכי לכל חדש וחדש הלכה למשה מסיני כ״ט יום ומחצה ותשי״ג חלקים: הנה אם כן עצמות המצוה הזאת אינו שיקדשו את החדש על פי הראיה כדברי האנשים האלה אלא שיהיה חדש ניסן ראש לחדשי השנה ומה לו להקב״ה שיקדשוהו על פי שנים עדים שפעמים רבות שוא ידברו להכבה מן הסבות ולא יקדשו על פי החשבון בהיות המופת המספרי מורה שאין ספק בו וטעות הוא ביד האנשים האלה בכל חכמתם שבארץ ישראל לא היו מקדשים אלא על פי הראיה כי הנה תמצא שאמר דוד ליהונתן הנה מחר חדש ואנכי אשב עם המלך ומהיכן היה יודע דוד שמחר חדש לולי שעל פי החשבון היו קבעים ואולי לא תראה הלבנה ולא יקבעו מחר חדש ולא עוד אלא שהדבר מוכ״ח שהיו קובעים שני ימים ראש חדש שנאמר ויסתר דוד בשדה ויהי החדש וישב המלך על הלחם וגו׳ וכתיב ויהי ממחרת החדש השני ויפקד מקום דוד ולא יתכן לומר שהוא ראש חדש אחר כי הכתוב קראו החדש השני ושאול אמר מדוע לא בא בן ישי גם תמול גם היום אל הלחם ונאמר ויקום יהונתן מעל השולחן בחרי אף ולא אכל ביום החדש השני הלחם הלא הדבר מוכיח שהיו באותו חדש שני ימים של ראש חדש במנהגנו וכן היו נוהגים כל ישראל לקבוע החדשים על פי החשבון ולהסכימו עם הראייה אבל החשבון היה עיקר ולזה תמצא מפורש בכתוב שאמר ומבני יששכר יודעי בינה לעתים לדעת מה יעשה ישראל ראשיהם מאתים וכל אחיהם על פיהם וגו׳ ואין לך דבר שצריך חכמה ובינה לקבוע עתים או מועדים כי אם החשבון שהוא סוד העיבור אבל ראיית הלבנה הוא דבר ידוע ומושג בחוש כי כאשר הלבנה נראית הכל יודעים שהוא ראש חדש וחג המצות בט״ו בו וראש השנה בא׳ בתשרי ויום הכיפורים בעשרה בו וסוכות בט״ו בו אמנם החשבון אינו אלה לחכמים שמחשבין ומודיעין לישראל קביעות החדשים ומועדי השם והם עושים על פיהם וזה הוא שכתוב לדעת מה יעשה ישראל ראשיהם מאתים על פיהם יצאו ועל פיהם יבואו.

Et probabo, præceptum illud Exod. 12. 2. *promulgatum, nempe Menſis iſte erit vobis caput menſium, non explicandum eſſe, quomodo menſis conſecrari, & qua in quantitate luna apparere debeat, nam hoc in loco non vocatur* חדש *à phaſi, & innovatione novilunii, ſed tantum præcepit Deus, ut facerent hoc in liberationis memoriam, & omnibus annis iſte menſis, in quo egreſſi fuerant, eſſet principium omnium menſium, & ab eo ſuos numerarent menſes, ita ut continuè menſis iſte in eorum verſaretur ore, & ſe eo menſe ex Ægypto fuiſſe liberatos, recordarentur; & hoc eſt quod dicitur loco citato: Menſis iſte erit vobis caput menſium, quaſi diceret, quod menſis iſte eſſet inter omnes anni menſes pro principio: Nam explicavi nomen* חדש *aliquando dici de menſis initio, exempli gratia, Cras erit novilunium* 1 Sam. 20. 5. *conſequitur ergo jam neceſſario, fundamentum iſtius præcepti in eo conſiſtere, ut menſis Niſan conſtituatur pro capite & principio omnium menſium totius anni: Verum enim vero quomodo* חדש *conſecrari debeat, ſive per apparitionem, ſive per computum, hoc non expoſuit nobis Sacra Scriptura, nam ſi Scriptura obligaret, ut ſecundum phaſin ſanctificarent, explicandum erat ad quem terræ locum hæc per phaſin conſecratio pertinet, nam certo ſcimus aciem viſus omni in loco ſecundum terræ latitudinem immutari, ſicuti ſcribit R. Aben Ezra; Si vero ſecundum calculum conſecrandum eſſet novilunium, explicare debebat modum, quis enim eſt qui non ſapit, qui non intelligit, qui non novit, apud Ægyptios olim in uſu fuiſſe, ut menſes & annos ſuos numerarent, ſic & cæteræ gentes etiam ſuos annos in terra ſua numerabant ſecundum generationes, & notum eſt, hoc non pendere à fictione* חדשים *ſecundum phaſin lunæ, ſed ſecundum computus ſibi conſuetos; idcirco non neceſſe fuit, ut nobis S. Scriptura modum ſanctificandi menſes, aut annos explicaret, nam procul dubio tunc temporis Moſi in monte Sinai oſtenſus, atque explicatus fuit modus lunam ſanctificandi ſecundum phaſin & ſupputationes & fundamenta ad deducendum ex iis, lex enim noſtra deciſionibus Moſaïcis ex monte Sinai allegata eſt; Sic etiam reſpondit auctor Regi Coſri, quando dictum fuerit, Menſis iſte erit vobis caput menſium, an non dubitabat, num vellet dicere menſes Ægyptios inter quos vivebat, vel menſes Chaldæorum, qui fuerant cum Abrahamo in Ur Chaldæorum, num vellet proponere menſes ſolares, vel menſes lunares, aut annos lunares, & ſtudium ad conciliandum cum annis ſolaribus, ſicuti fit in doctrina intercalationis. Si vero* חדש *ſanctificari ſecundum phaſin debeat, quomodo fiet, ſi ingraveſcant nubes pluviarum, ne luna appareat, neceſſario ergo confitebuntur Caraitæ, præter hoc dictum, quod Deus dixerat Moſi* Exod. 12. 2. *Menſis iſte erit vobis caput menſium, etiam accepiſſe Moſem explicationem iſtius præcepti, & hinc proveniſſe inter gentem noſtram originem & fundamenta Calendarum: Et quomodo excogitari poteſt? Stante Republica Hebraica non fuiſſe in uſu niſi conſecrare ſecundum apparitionem, & defeciſſe Calendaria, & curſus ſolis & lunæ, jam ab omnibus populis obſervatos: Nam in confeſſo eſt apud R. Chanael, lunæ fictiones inter Iſraëlitas non ſolum obtinuiſſe ſecundum phaſin, ſed etiam ſecundum ſupputationem, quod probatur ex eo, dum nempe per 40 annos proficiſcebantur in deſerto, columna nubis eos interdiu obtegebat, & noctu columna ignis, ita ut per omnes annos neque interdiu ſolem, neque noctu lunam videre potuerint, ſecundum id quod dicitur* Neh. 9. 19. *Et tu in miſericordia tua non dereliquiſti eos in deſerto, columna nubis non receſſit ab iis interdiu, ut deduceret eos per viam, & columna ignis noctis, ut illuſtraret eos, unde ergo poterant tantum figere* חדשים *novilunia ſecundum phaſin lunæ? ſed certo & ſine dubio fundamentum iſtius præcepti eſt, ut ſanctificetur ſecundum computum; Accipimus autem per oralem traditionem, quod 12 ſunt menſes anni, ab iiſque quinque ſunt pleni unuſquiſque habens 30 dies, & quinque ſunt defecti unuſquiſque 29 dierum, reliqui vero duo aliquando ſunt perfecti ſc. 30 dierum, aliquando vero defecti 29 dierum, contigit etiam, unum ex iis eſſe plenum 30 dierum, alterum vero defectum 29 dierum, qui duo menſes*

ſunt מרחשון *&* כסליו, *ac etiam per oralem traditionem accipimus, novilunium Tiſrinum eſſe initium ac caput anni, & unumquemque menſem ſecundum Moſis è monte Sinai deciſionem habere* 29 *& dimidium diei &* 793 *minuta*, ergo *fundamentale iſtius præcepti non conſiſtit in eo, ut* חדש *ſanctificetur ſecundum phaſin, ut iſti homines volunt, ſed ut novilunium Niſan ſit caput menſium annorum. Et quare Deo placuiſſet, ut conſecrarent per duos teſtes, qui aliquando falſo propter incognitam cauſſam poterant teſtari, & non ſanctificarent per ſupputationem, quæ ſine dubio & errore evidentiſſima eſt demonſtratio; Falſum enim eſt id, quod aſſerunt homines iſti, dicendo, florente Republica Iſraëlitica non conſecraſſe niſi ſecundum phaſin, nam invenies Jonathano dixiſſe Davidem, ecce cras novilunium eſt & ſedebo cum Rege* 1 Sam. 20. 5. *Unde autem ſciebat David cras fore novilunium?* Niſi *per calculum, nam ſi per* ראיה *phaſin, poterat fieri quod craſtino non appareret luna, & non figerent novilunium: Hoc vero accedebat inſuper, & res ipſa arguit, illos fixiſſe duos dies novilunii ſicuti dicitur* 1 Sam. 20. 24. *& abſcondit ſe David in agro, fuitque novilunium, & ſedebat Rex ad cibum, & ſcribitur* v. 27. *Et fuit poſtridie à novilunio diei ſecundi quum vacaret locus Davidis: hoc autem intelligendum eſſe de alio novilunio minime convenerit, nam ſcriptura vocat eum* חדש *ſecundum, & Saul dicebat; Quare non venit filius Iiſchai tum heri tum hodie ad cibum?* loco citato v. 27. & verſu 34. *dicitur, & ſurrexit Jonathan à menſa accenſus ira, neque comedit cibum in die ſecundo novilunii: An non clare & evidenter conſtat illos iſto menſe binos neomaniæ dies celebraſſe ſecundum noſtram conſuetudinem? moremque apud Iſraëlitas invaluiſſe, ut ſecundum computum ſuas neomanias figerent, ita tamen ut cum phaſi conveniat, verum ſupputatio eſt totius rei fundamentum, idcirco invenies explicatum in Scriptura id quod dicitur* 1 Chron. 12. 32. *Et ex filiis Iiſſacar erant qui ſciebant tempora, ut noſcerent Iſraëlitæ quid ſibi faciendum eſſet, primores illorum ducenti quorum omnium fratres ex præſtituto agebant.* Nulla *enim res alia ad figenda tempora, & ſtatuta ſequitur, quam ſupputatio, quæ eſt intercalationis arcanum, verum lunæ apparitio eſt res nota & ſenſu apprehenſibilis, nam cum luna appareat, omnes ſciunt eſſe novilunium, ac conſequenter in diem decimum quintum incidere feſtum Aſymorum & caput anni in primum Tiſri, & diem expiationis in decimum iſtius menſis, feſtumque Tabernaculorum in diem* 15 *menſis Tiſri; Verum ſupputatio non eſt data niſi ſapientibus, qui ſupputant & Iſraëlitis indicant Neomaniarum fictionem, & Dei ſtatuta, ita ut Iſraëlitæ iis obtemperent, & hoc eſt quod dicitur* 1 Chron. 12. 32. *Ut noſcerent Iſraëlitæ quid ſibi faciendum eſſet, primores illorum ducenti, quorum omnium fratres ex præſtituto agebant.*

וכן נהגו ישראל אלף ומאה שנים מימות משה רבינו ועד אנטיגנוס ראש גולה וראש סנהדרין שהיו בכלל תלמידיו שנים והם צדוק וביתוס וכשדרש להם אל תהיו כעבדים המשמשין את הרב על מנת לקבל פרס נכנס ספק בלבבכם וחשבו שאין שכר ולא עונש ויצאו לתרבות רעה ולפי שהיו חכמי ישראל שלימים בחכמת העיבור והיתה החכמה המפוארה ההיא המקובלת אצלם התחילו התלמידים התסירים לפרוק מעליהם חכמת הקבלה ופי׳ המצות וערערו בקביעות החדשים באמרם שלא היה עיקר המצוה לקבוע חדשים על פי החשבון לשיצטרכו אל חכמי רמורת כי אם בראיית הלבנה על פי שנים עדים כחכם כסכל והוצרכו חכמי הדור להכחיש דבריהם בראיות גמורות ואמר רבן גמליאל אל תחושו לראות הירח כי החשבון הוא העיקר כך מקובלני מבית אבי אבא שאין חדשה של לבנה פחותה מכ״ט יום ומחצה ותשצ״ג חלקים וזה מורה שלא היה רבן גמליאל סומך על ראיית הלבנה אלא על פי החשבון וממשנה אמרו ראנוהו בידי וכל ישראל נחקרו העידים ולא הספיקו לומר מקודש עד שחשכה הרי זו שנה מעוברת וזו ראייה גמורה שלא היה בידם כיקר הדבר בראיית הלבנה שאלו היה בידם עיקר ובראייה היו מקדשים איך אחרי ראותה היו מעברין השנה ועוד גדולה מזו באו שנים ואמרו ראינוהו בזמנו והוא אור שלשים ובליל עיבורו שהוא מוצאי יום שלשים לא נראה וקבלן רבן גמליאל ואלו היה הוא סומך על ראיית הלבנה ולא על החשבון בודאי כיון שלא נראה בליל עיבורו שהם עדי שקר אלא בלי ספק שרבן גמליאל סמך על החשבון ולא על העדת העדים ומה שתמצא לחז״ל שאמרו דמות צורות לבנות היו לו לרבן גמליאל בעליתו על הטבלא בכותל שבהן היה מראה את ההדיוטות הבורה בו כי ר״ג עשה הצורות הללו לבאר לתלמידיו צדוק וביתוס ידיעתו במהלך הלבנה בכל חדש וחדש וכי הוא יודע באיזו צורה תולד הלבנה באותו חודש אם ארוכה או קצרה וכמה תהיה גבוהה בגלגל ולאיזה צד תהיה נוטה והיה בכל חדש וחדש מבאר לתלמידים הלבנה בזה חדש צורתה תהיה כך וכך ונטייתה לצד כך וכך ובאותה צורה שהיה מראה לתלמידיו בה היו מעידים העדים בכל חדש וחדש ובזה נתבאר להם שאין העיקר בראייה אלא החשבון ובטלו דברי החלוקים ואעפ׳ שהיו מקבלים העדים זכר לדבר לא היתה סמיכת בד׳ כי אם על החשבון ולכן אמרו שדרת חק העיבור היה הלכה למשה מסיני שהרשות ביד בית דין הגדול לקבוע השנים ולעבר כפי מה שיראה לו מחקי סוד העיבור וכבר יוזה על היות המועדים תלוים בבידי מה שהכתוב ויועץ המלך חזקיהו לעשות פסח בחדש השני ולא עבר המלך הקדוש הזה על שמור את חדש האביב שהיה בחדש הראשון ולא גם כן מהקריב את הפסח במועדו ולא האכיל את ישראל חמץ בפסח בחדש הראשון חיו ולא בדה חג מלבו בעשותו הפסח בחדש השני כי לא הרשה הכתוב לעשות בחדש השני אלא מצות הפסח באכילתו לטמאים אבל המצות והחג גם הטמאים היו אוכלים ועושים אותם בחדש הראשון והאנשים הפושעים והחטאים האלה בנפשותם תלו בזה פשע רב לחזקיהו ואמרו שעבר על המצות להיותו מלומד בכך מאחז אביו והוא דבור סרה כי חזקיהו היה צדיק וישר ירא אלוהים שנאמר ולא סר מכל מצות י״י ימין ושמאל וגם הוא אמר בתפלתו זכור נא את אשר התהלכתי לפניך והטוב בעיניך עשיתי אבל האמת הוא כמו שפירש הר״אבע שהפסח שעשה היה הראשון ובזמנו נעשה אבל מה ששגג הוא שהיה לו לעבר השנה בסוף חדש אדר והוא עיבר ניסן בניסן מפני שישראל לא יכלו להתקבץ כלם והכהנים לא הטהרו ולא התקדשו למדי ועי״כ יצא לנו מזה שהדברים אשר כאלה בעיבור השנים וקביעות החדשים היו תלוים בבידי הגדול ומה שהם עושים על פי התורה ומה שאמרה התורה לא תוסיף עליו ולא תגרע ממנו לא נאמר אלא כנגד ההמון שלא יחדשו משכלם ולא יתחכמו מדעתם במצות כמו שעושים הקראים אלא שנשמע לנביאים ולכהנים ולשופטים לפי שהם נעזרים בשכינה וכמו שכתב החבר למלך הכוזר ולא יעבור שיטעו כלל הסנהדרין בדבר התורה ולכך תלה הכתוב אמתת הדין מן המקום אשר יבחר י״י ונתחייבנו במקרא מגלה ונר של חנוכה נטילת ידים ועירוב ולכך עליהם אשר קדשנו במצותיו לפי שהק״בה תלה כל זה במורה התורה וסנהדרין:

אמנם הקראים כדי להתרחק מדרכי חכמי ישראל בזו חכמתם ובינתם בחכמת העבור ותכונת מהלכו׳ השמים שעליו נאמר כי היא חכמתכם ובינתכם לעיני העמים ובחרו להם דרך ראיית הלבנה לתורות שהם מתרחקים מהקבלה האמיתית ולא עלה בידם כי על כל פנים צריכין הם לקבלה לדעת ענין החדש והשנה כמו שכתבתי למעלה וכיצד מקדשים ומתאי מקדשים ואם יהיו העבים ג׳ חדשים או ד׳ כתבו שעשו קידוש החדשים ג׳ חדשים מלאים ואחד חסר ואמרו שצריך לעבר את השנים משום שמור את חדש האביב וכשם שאין עיבורי החדש אלא מהימי׳ כן לא יעברו את השנה אלא לחדשים וכדברי חז״ל חדשים אתה מונה לשנה ולא ימים והולכים אחרי תיקוני הרבני׳ שתקנו מחזור של לבנה יוט׳ שנים ותקנו לעבר שבעה שנים הג׳ הו׳ הח׳ הי״א הי״ד הי״ז הי״ט: הרי לך שגם הם נסכמים על הקבלה ועל פי החשבון בקידוש החדשים ועיבור השנים והתימה מחכמיהם איך לא כסתה כלימה פניהם בקדשם את החדש בכל מקום מבלי הסכמת מקום אחד ממקום אחר ויהיו הקראים אשר בארץ ישראל מקדשים ליום אחד ואשר בדמשק ליום אחר ואשר בקושטאנטינה שהוא רחוק משם הרבה לזמן רחוק כמנו ויהיו אלה במקום אחד אוכלים חמץ בפסח ועושים מלאכה ביום הכיפורים לדעת אנשי מקום אחר אלו יסכמו על עד אחד ואלו על עדים אחרים ובמקום שהיו ישראל גוי אחד והזהיר הנביא שתהיה להם תורה אחת ומשפט אי תעשה התורה בניהם דעות ויהרסו מה שהסכימו עליו ואין להכם שיאמרו אלא כן היה דעת אי כהם ושבו א״ב להאמין בקבלה: ובמקום שלא עמדו על קבלת הרבים שיקבלו מהנביאים עומדים על קבלת יחיד או יחידים ממפרשיהם בעלי סברי גדידה עם רוב החולקים עליו הנה התבאר שתכלית המצוה הזאת הוא שיהיה חדש ניסן ראש והתחלה לחדשי השנה לזכרון הגאולה ושלא צוה הקדוש ברוך הוא שיקדשו את החדש על פי הראייה אלא באופן היותר אמיתי ומדויק שאיפשר ושרשי חכמת העיבור ניתנו למשה רבינו כפי המקובל על פה להיות קדוש החדשים ועיבור השנים מסור לבית דין הגדול ומפני זה אמר הכתוב במצוה הזאת וידבר י״י אל משה ואהרן כי לפניכם ניתנה המצוה הזאת במקום בית דין הגדול והותרה בזה השאלה הג׳ ואמר בארץ מצרים להגיד שקביעות החדש ההוא הראשון היה כפי ארץ מצרים ואמר החדש הזה לכם לפי שישראל במצרים היו נוהגים בחדשי המצרים וצוה עתה שלזכרון הגאולה לא יעשה עוד כן.

Et

Et ſic conſueti ſunt Iſraëlitæ per 1100 *annos, à diebus ſc. Moſis uſque ad Antigoni tempora, qui erat caput ac præſes captivitatis & Synedrii, ſub cujus ductu & auſpicio duo erant diſcipuli, Saddoc & Baithos; cum vero illis explicaret;* Ne ſitis *inſtar ſervorum, qui* Domino *miniſtrant, ea intentione ut accipiant præmium: tunc enim in ambiguo hæſerunt, & putarunt, quod non futura eſſet neque merces neque pœna poſt hanc vitam, egreſſi ſunt in progeniem nequiorem,* Cum *vero iſtius ſeculi Sapientes intercalationis ſcientiam, atque ſupputationem, (quæ illis decore erat tradita,) defenderent, incœperunt nequiores iſti diſcipuli ab iis diſrumpere traditionis ſcientiam & præceptorum explicationem, & oppoſuerunt ſe fictioni noviluniorum, cum dicunt, quod fundamentale iſtius præcepti non ſit, ut novilunia per ſupputationem figantur, ut inde neceſſe ſit ſapientia decora, ſed ſecundum phaſin lunæ per duos teſtes ſive ſtultos ſive ſapientes. Tunc autem coacti ſunt iſtius ſæculi Sapientes illorum fundamenta abnegare, probationibus perfectis & firmis; Similiter quoque dixit Rabban Gamaliel, ne curetis de videnda luna, ſupputatio enim eſt fundamentum, ſicuti accepi à majoribus meis, quod lunæ innovatio non minor ſit, quam* 29 *& dimidium diei* 793 *minuta, hoc vero indicat, R. Gamalielem nullo modo nixum fuiſſe fundamento apparitionis lunæ, ſed ſupputationi. Et legitur in Miſna (tractatus Ros Haſana) ſi viderant Synedrium & omnis Iſraël, ſi inveſtigati erant teſtes, & tamen non ſufficiebat dicere ſanctificatum, eo quod immineret crepuſculum, clare conſtat, menſem iſtum eſſe intercalatum, hæc vero eſt probatio ſufficiens, quod penes illos non erat fundamentum per phaſin lunæ, nam ſi eſſet fundamentum ut ſecundum apparitionem ſanctificarent, quomodo autem fit, quod poſt phaſin intercalabant menſes; Et adhuc aliquid majus extat in eodem tractatu ad probandum, nempe, ſi venirent duo teſtes, & dicebant, vidimus lunam in tempore ſuo, ſc. die* 30, *& nocte intercalationis, quæ eſt finis diei* 30 *non apparuit, tamen illos teſtes accepit Rabban Gamaliel, ſi nitebatur apparationis fundamento, non verò ſupputationi, evidens autem eſt, eo quod non apparuerit nocte intercalationis, illos fuiße teſtes falſos, ergo ſine dubio conſtat, quod Rabbi Gamaliel nitebatur ſupputationi, non vero teſtium teſtimonio; ſic etiam invenitur de Gamaliele, ſicuti dicunt, figuras lunæ ipſum habuiſſe in conclavi in tabula parieti affixa, quas Idiotis oſtendebat; intentio enim iſtius Rabbini erat, quod hoc fecerit, ut diſcipulis Saddoci atque Baithoſi explicaret ſcientiam curſus lunæ ſingulis menſibus, nam ſciebat Rabbinus iſte formas & figuras lunæ ſingulorum menſium, num longa, num brevis, quam alta debebat eße in ſphæra, & ad quam terræ partem debebat declinare, & ſingulis menſibus hoc explicabat diſcipulis, nempe hoc menſe figura lunæ talis & tali modo declinata erit, & eandem figuram, quam diſcipulis ſuis oſtendebat, teſtabantur teſtes ſingulis noviluniis. Ex eo enim patebit, fundamentum præcepti non conſiſtere in eo, ut ſanctificetur ſecundum phaſin, ſed ſecundum ſupputationem, & tunc ceßabunt litigia; Verum cum accipiebant teſtes, hoc erat in memoriam, non vero erat fundamentum ſecundum phaſin, ſed ſecundum calculum, ideo dicunt, legem hanc de calendario datam fuiße Moſi in monte Sinai, & poteſtatem conceſſam Synedrio figendi annos, intercalandique ſecundum libitum, ita tamen ut conveniat cum arcano calendarii.*

Et jam oſtendam, notificationem hanc à Synedrio pendere, ex eo quod ſcribitur 2 Chron. 30. 2. *Et conſilium inierat Rex de celebrando Paſchate menſe ſecundo: & non tranſgreſſus eſt Rex ſanctus iſte præceptum illud de obſervando menſem Martium, quod erat in menſe primo, neque tranſgreſſus eſt præceptum ad offerendum ſacrificium ſuum in tempore ſuo, neque comedendum dedit Iſraëli fermentata in Paſchate menſe primo, abſit hoc, neque ordinavit feſtum ad celebrandum Paſcha in menſe ſecundo; nam Scriptura hoc non concedit, ut Paſcha menſe ſecundo celebrarent, niſi pro pollutis, ut ederent Paſcha; Sed aſyma & feſtum polluti etiam comedebant, & celebrabant illud menſe primo; Verum Caraitæ prævaricatores & ſceleſti illi, Regem Hiskiam prægrandis ſceleris accuſarunt, dicuntque ipſum tranſgreßum fuiße præceptum hoc, quod erat edoctus ab Achaſo patre ſuo; quæ accuſatio ſane inſolens eſt, nam teſtatur Scriptura de Hiskia, ipſum juſtum & perfectum fuiſſe.* 2 Chron. 29. *Neque receſſit ab omnibus Dei præceptis, neque ſiniſtrorſum neque dextrorſum, ſimiliter etiam tali modo Deum precabatur, loco citato, Recordare quæſo quod continue coram te ambulavi, & id quod bonum erat in oculis tuis feci.*

In hoc autem cardo rei verſatur, ſicuti expoſuit Aben-Ezra; Paſcha quod Rex celebrabat, fuiſſe menſe ſecundo recte in tempore ſuo, verum Regis error in eo erat poſitus, quod annum in fine menſis Adar debuißet intercalare, ſed deceptus intercalavit menſem Niſan in Niſan, & hæc erat potiſſima ratio, quia Iſraëlitæ omnes non poterant tempeſtive congregari & Sacerdotes mundificari & ſanctificari. Sit vero ut ſit, ex eo enim colligimus, omnes iſtas res & ſimilia, veluti annorum intercalationes, noviluniorum fictiones pendere à Synedrio magno Hieroſolymitano, & hoc quod illi faciunt, eſt ſecundum legem; Et hoc quod dicitur in lege: Ne *addas aliquid, neque ab eo quid diminuas, non aliter eſt intelligendum, niſi de populo vulgari, ne illi ſcilicet ad libitum, & intellectum ſuum ſanctificent & ſuper ingenium ſapiant circa præcepta, ſicuti Caraitæ faciunt, ſed ut Prophetas & Sacerdotes & Judices audiant, qui à Deo adjuvantur, ſimiliter etiam Regi Coſri ſcripſit Chaber, quod impoſſibile eſt, ut totum Synedrium in re legali erret, idcirco rei veritatem Scriptura pendere fecit à loco quem elegerit Deus, & obligati ſumus legere volumen Eſter, obſervare lucernas dedicationis, manuum lavationes, & ciborum commixtiones, & ſuper hæc omnia hanc pronunciare benedictionem: Qui ſanctificavit nos in præceptis ſuis &c.* Idcirco *totum hoc Doctoribus legis & Synedrio Deus attribuit; Verum Caraitæ ut ſeſe à moribus Sapientum Iſraëlitarum elongarent, contemſerunt illorum ſapientiam & intellectum in re Aſtronomica & calendariis, de quibus tamen dicitur in S. S. Hæc enim eſt ſapientia veſtra & intellectus veſter in oculis populi, tunc elegerunt ſibi modum ſanctificandi ad phaſin lunæ, ut oſtenderent ſe eße elongatos à vera traditione. Verum enim vero hæc res nullo modo eventum ſuum ſortita eſt, nam in confeſſo eſt, illos omnimodo opus habere traditionibus ad novilunii ac anni ſenſum ſciendum, ſicuti ſupra demonſtravi, quomodo & quando ſanctificare debent, velut ſi per tres aut quatuor menſes nubes fuerint, ſcribunt illos tunc figere novilunii innovationem nempe* 3 *menſes plenos, dicuntque nos neceßario debere annum intercalare propter illud* Deut. 16. 1. *Obſervato menſem Martium, & quemadmodum menſium intercalationes non fiunt niſi à diebus, ſic etiam non intercalant annos niſi à menſibus; & ſecundum verba Rabbinorum menſes tu debes numerare ad formandum annum, non dies, illi etiam ſequuntur Rabbinorum ordinationem, qui ordinarunt lunæ circumvolutionem per* 19 *annos, & decreverunt intercalare ſeptem annos, tertium ſcilicet & ſextum, octavum,* 11. 14. 17. *&* 19. *Ex eo enim clare patet, etiam Caraitas traditionibus & ſupputationibus in figendis noviluniis & annorum intercalatione nixos fuiſſe. Et mirum mihi videtur quomodo Sapientes illorum pudore non afficiuntur, dum ſanctificant* חדש *ſine differentia loci, nam ſunt Caraitæ, qui degunt in terra Iſraëlitica, qui talem diem ſanctificant, & qui ſunt in Damaſco alium ſanctificant diem & ſic in aliis locis etiam, ita ut illi in uno loco edant Aſyma in Paſchate, & faciant opus in die expiationis ſecundum ſcientiam hominis alterius loci, nam forſitan illi uno nituntur teſte, aliique duobus aliis, & pro eo quod Iſraëlitæ eßent una gens in terra, ſicuti admonuit ipſos Deus, ut ipſis eſſet una lex, unumque judicium, factæ ſunt in eos multæ leges, ac variæ conſtitutiones, diverſaque ſcita, deque iis nihil aliud eſt dicendum, niſi quod ita fuit ſententia alicujus Rabbini, ergo revertentur ad credendam Cabalam, ſic etiam potius utuntur alicujus privati aut privatorum traditionibus, quam quod nituntur Prophetarum Cabalis & traditionibus, ſectantur enim illi tales, qui explicant ſecundum ſuas opiniones. Jam vero explicabitur tibi iſtius præcepti intentionem eße, ut menſis Niſan conſtituatur in caput & principium menſium annorum in memoriam liberationis ex Ægypto, nulloque modo Deum præcepiſſe, ut novilunium ſecundum phaſin ſanctificarent, ſed modo aliquo verifico & exacto quam maxime poſſibili, & fundamenta ſcientiæ calendarii data fuiſſe Moſi magiſtro noſtro, in expoſitione quam ab ore accepit, ut myſterium hoc & ar-*

canum

canum menſes ſanctificandi annoſque intercalandi ſummo traderet Synedrio; idcirco dixit ſcriptura de hoc præcepto. Et dixit Deus Moſi & Aäroni, quia illis datum eſt præceptum loco ſummi Synedrii & ſolvitur hoc modo quæſtio tertia; & dixit in terra Ægypti, ad denotandum quod fictio iſtius חדש *primi erat ſecundum terram Ægyptiacam, & dixit* Exod. 12. *Menſis iſte erit vobis, quia Iſraëlitæ conſueti erant menſibus Ægyptiacis, jam vero præcepit in memoriam liberationis ne facerent amplius.*

Expoſita hac Abrabanelis expoſitione, in qua oſtenſum fuit, fictionem noviluniorum Caraïtas ſtricte obſervaſſe ſecundum phaſin, Rabbanitas vero novilunia per duos teſtes ſanctificaſſe, ita tamen ut cum ſupputatione conveniat; Defendunt enim illi, vim iſtius præcepti Exod. 12. 1. *Menſis iſte erit vobis caput menſium*, in eo conſiſtere, ut על פי החשבון *per ſupputationem* novilunia figantur, Caraitæ vero fundamentum iſtius præcepti eſſe ajunt, ut novilunii fictio ſtricte ſecundum phaſin obſervetur, qua in parte pauliſper à Rabbanitis diſſentiunt, in cæteris vero capitibus & fidei fundamentis cum reliquis Judæis conſentiunt, quoad ritus quoſdam & traditiones diſſident, rejiciebant enim aniles & Rabbanitarum, (quibus Talmudicum ſcatet corpus) frivolas fabulas, cæteras vero, quæ probabilibus nitebantur fundamentis, retinebant, hinc קראים Scripturarii dicti ſunt q. d. qui nullam admittebant explicationem, niſi quæ clare in ſcriptura erat fundata, non vero Rabbinicas deciſiones, quippe quorum fides longe purior erat; & à ſuperſtitione magis aliena, quam Rabbinicorum Judæorum. Reſtat jam vero ut de hujus ſectæ origine paucula quædam dicamus; Vetuſtiores illos eſſe ſæculo octavo, non ſine admiratione inde colligo, quod legitur in tractatu Talmudico מגילה (*qui de volumine Eſter agit*) *cap.* 3. *fol.* 24. editione Amſtelodamenſi העושה תפילתו עגולה סכנה ואין בה מצוה נתנה על מצחו או על פס ידו הרי זו דרך הקראים. Id eſt, *qui facit Tephilim rotundum, periculum eſt, & non eſt præceptum, qui ponit illud in fronte vel in vola manus, eſt mos Caraïtarum*; Ex quo clare patet illos eſſe antiquiores ſæculo 8, cum nomen קראים jam tritum fuit Miſnicis Auctoribus, quod ante me, nemo puto obſervavit. Ne vero quis putet hic per קראים intelligi צדוקים (præjudicio forſitan Maimonidis imbutus qui in explicatione Miſnica ut & in tractatu ſuo יד חזקה per קראים *Caraïtas* Sadducæos tranſtulit) non tantum lectoribus allegatam Miſnam propono, ubi Caraïtæ expreſſe dicitur, ſi vero ibi Sadducæos intelligerent, voce hac jam Rabbinis trita uterentur, 2 nec R. Aſer, qui in ſua explicatione Miſnica legit etiam קראים. Sed expoſitionem R. S. J. ad clariorem elucidationem addam, ex qua colligitur præciſe hoc intelligendum eſſe de Caraïtis הרי זו דרך הקראים שמכוין מדרש חכמים והולכין אחר המשמע כמשמעם בין עיניך ממש ועל ידך ממש ורבותינו דרשו בגזרה שוה. id eſt, *Hic eſt mos Caraïtarum ſc. qui Rabbinorum explicationes ſpernunt, & ſimplici utuntur ſenſu ſc. inter oculos tuos, & in manu tua præciſe hoc intelligunt, & Rabbini probant per regulam æqualem, ut modus iſte ponendi Tephilim aliter fiat,* ex quo apparet, veram Caraïtarum definitionem in eo conſiſtere, ut tantum negent explicationes Rabbinorum.

Verum hæc Caraïtarum ſecta paulo lapſu temporis defecit, donec tandem ſæculo demum octavo in Anano cum Saule filio revixit, (is enim ſpe ſua dignitatis Principis, quem נשיא vocant, ac conſequenter גאון *Excellentis* fruſtratus, Talmudicorum dogmatis bellum indixit) cum illi Judæorum doctiſſimi latiſſimum (quibus jam recens compilatum Talmudicum redolebat opus) traditionum campum viderent, acriter ſeſe iſtis oppoſuerunt, & quaſi de novo Caraitarum ſecta in lucem prodiit, tum imprudens ſcriptorum iſtorum ævi ætas, illos, malo ut opinor præjudicio ac odio Phariſaico propter renovatam veterem illorum de traditione hæreſin, Sadducæos appellaverint, idcirco ab aliis anathemate percuſſus fuit, & à Senatu Judaico tanquam Sadducæorum (cujus factio referente R. D. Ganz valde imminuta erat) diſcipulus condemnatus fuit.

Hæc jam affirmare non reformidemus, tum cum veteribus, tum modernis Judæorum ſcriptoribus, aliiſque ex noſtris, inter quos maxime elucent Scaliger, Morinus, nuperrimus Criticus, genus illud hominum non eſſe confundendum cum Sadducæis, audiamus R. Levitam de hac וכבר השרישו הקראים שורש עם אנשים שהיו דוחים את התורה שבעל פה ומתחכמים בטענות כאשר אתה רואה שעושים היום אבל הצדוקים וביתוסין אינם כי אם אפיקורסין מכחישים העולם הבא אך הקראים הם משתדלין בשרשים מתחכמים בתורה.

E contra vero alii inter quos Buxtorfius, Carpzovius, illos Sadducæorum ſobolem eſſe defendunt, verum plane imbecilli nixi fundamento, quia nempe Caraïta cum Sadducæis negat traditiones, quæ ratio, uti mihi videtur, nullius momenti eſt, nam ſi hæc in cauſſa eſſet & pro propagine Sadducæorum (quia in quibuſdam cum illis abnegat traditiones Caraita) habendi eſſent, contra affirmant mortuorum reſurrectionem, angelorum apparitionem, piorum præmia, impiorum denique ſupplicia (ut ex libro Júchaſin patet) ut Phariſæi ergo potius pro Phariſæorum ſobole habendi ſunt. Cætera enim quæ ab Auctoribus iſtis allegantur, illos à cæteris Sadducæorum dogmatibus receſſiſſe, cum animadverterent, ſeſe toti mundo exoſos eſſe & meliora edoctos hæc quæ majores negabant profeſſos fuiſſe, cum vero hæc opinio argumentis deſtituatur, excogitata (ut Criticus nuperrimus inquit) incruſtandæ & occultandæ ſuorum doctorum ignorantiæ cauſſa videtur.

Nam clamant illi ipſi & conqueruntur in illo libro cujus titulus eſt *Pallium Eliæ* אדרת אליהו, ſe affici injuria, quod pro Sadducæorum propagine habentur, licet negent quaſdam traditiones, confitentur tamen, ſe, ea quæ à Phariſæis affirmantur & pro articulis fidei habentur, ſtatuere.

ב בראשונה היו (1) משיאין משואות משקלקלו (2) הכותים (3) התקינו שיהו שלוחין יוצאין:

2. Olim ad novilunium indicandum flammas elevarunt, at cum Cuthæi malitioſe idem intempeſtivo tempore facerent, decretum eſt, ut nuncii ad illud ſignificandum egrederentur.

R. OB. DE BARTENORA.

היו משיאין משואות *Flammas elevarunt*, poſtquam conſecraſſent novilunium, non requirebatur ut conducerent legatos qui rem captivis indicarent, quia mediantibus flammis novilunium indicabatur. משקלקלו הכותים *cum rem depravarint Cuthæi*, qui etiam flammas excitabant extra ordinarium tempus, ut Iſraëlitas in errorem inducerent; nam Synedrium non elevabat flammas, niſi de novilunio quod trigeſimo die ſanctificatum erat. Quando autem circa veſperam diei trigeſimi non elevabant, omnes cognoſcebant menſem completum eſſe; contigit autem ſemel ut Senatus impleverit menſem, attamen non elevari flammas juſſerit circa trigeſimi diei veſperam, at Cuthæi flammas elevarunt in ſuis montibus, & Judæos captivos in errorem induxerunt, conſtituendo menſem deficientem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משקלקלו הכותים *Ex quo Cuthæi malitioſe rem pervertebant*, nam magnas excitabant flammas, cum nondum novilunium videndi tempus erat, qui vero illas flammas videbat, eas Jeruſolymis venire putabat.

HOUTINGIUS. (1) משיאין משואות *Flammas elevarunt.*] Explicat hoc Maimonides per מבערים אורים גדולים *accendere ignes permagnos*. Sic etiam in Gemara מאי משמע דמשיאין לישנא דיקוד הוא, id eſt, *unde probatur quod vox* משיאין *combuſtionem ſignificat*, probatur hoc ex 2 Sam. 5. 21. וישאם דוד ואנשיו *Et ſuſtulit ea David & viri ejus* (incendio.) Quod à Paraphraſte Chaldaico explicatur etiam per comburere ומתרגמין ואוקדינן דוד *Et combuſſit ea David.* Sic

R. D. Kimchi explicat ad hunc locum per וישרפם q. d. *& ſuſtulit ea incendio.* Sic 1 Par. 14. 12. ועזבו שם את אלוהיהם ויאמר דוד וישרפו באש *Nam dereliquerunt ibi Deos ſuos, qui edicente Davide exuſti ſunt.*

(2) הכותים *Cuthæi.*] Sunt enim ex iis, quos rex Aſſyriorum ſecum in Samariam adduxit de quibus 2 Reg. 17. 24. De iis vero ex profeſſo differit doctiſſimus Cunæus in libro ſuo de Republica Hebræorum 2. cap. 16. Illi enim, inquit, in vacuas Iſraëlitarum ſedes, qui à Judæis per civiles diſcordias ſegregati, Samariam incolebant, à rege Aſſyriorum ſunt adducti, ac ſinguli ſua gentilitia ſacra habuere, ea enim arte uſus Eſar Chaddon Aſſyriorum Rex eſt, cum novos colonos in Samariæ agros deduceret; nihil ſibi fore adverſus ſubditos utilius credidit, quam ſi in commune conſulere eos religionum non ſineret diverſitas; quamquam poſtmodum cum nova malorum cohors terris illis incumberet, legatorum qui miſſi ab illis ſunt precibus idem rex permotus, Sacerdoti Iſraëlitico gratiam exilii fecit, ut proſpere profectus ſacra patria eos edoceret, placaretque iratum numen, ita veterum indigenarum ceremonias receperunt, ſed fixa tamen in animis omnium manſit gentilis ſuperſtitio, fero quidem admodum, ſed aliquamdiu tamen ante Saneballetæ tempora, penitus omnem idolorum cultum abdicavere, ſecutique eas religiones ſunt, quas divinus Moſes præſcripſerat; hic vero notanda inſignis eorum hæreſis eſt, etenim cum Judæi tria volumina ſacri codicis ſuſceperunt, Pentateuchum, Hagiographa, & Vatum effata, in quibus ſingulis divinitatem ſpirare, atque ineſſe quiddam ſacroſanctum credunt, ipſis viſum eſt ſolum Pentateuchum retinere, cætera, tanquam leviora atque ab hominum ingeniis profecta, aſpernari, huc uſque celeberrimus ſcriptor.

Sic etiam in hac noſtra Miſna per כותים intelliguntur Samaritani quippe qui Samariam incolunt, non enim erant Samaritani vera Iſraëlitarum propago, ſed incondita colonorum multitudo, quam ex Cuthæorum Babylonienſiumque ac Chamathæorum, Chaveorumque ſedibus collectam Rex Aſſyriæ in Samariam tranſvexerat, poſtquam Iſraëlitæ omnes, qui ſeceſſionem à Judæis fecerant abducti in longa exilia diſperſique per Colchos atque Æthiopes ſunt, nunquam ut ex illa tempeſtate in Paleſtinam redierint, quare jam Samaritani, qui in vacuam eorum regionem miſſi ſunt, nihil niſi retrimenta hominum & mendicabula fuere.

Hic inquam Samaritani à Rabbinis כותים appellantur, ſic Elias ad vocem כותי, additque inſuper rationem quare cæteræ gentes à Cutha potius & frequentius quam ab alio denominantur ר״ז״ל קראו לשומרונים כותיים לפי שבאו מכותה שנאמר ויבא מלך אשור מבבל ומכותה ומעוה ומחמת וספרוים וישב בערי שומרון וגומר ונקרא כותיים יותר משאר שמות האומות הנזכרים בפסוק אולי לפי שהם היו רבים לכך נקראו כולם כותיים והיחיד מהם נקרא כותי כמו שאמרו אין עונין אמן אחר כותי המברך וכן אמרו למה היה דוד המלך דומה לכותי המחזיר על הפתחים לפי שהם מערומים בדבר יותר מכל אדם וכולי כמו שפירש רש״י במזמור י״ט ונראה לי שמהם בא העם ההולך נע ונד בארצות ומחזירים על הפתחים הנקראים בלעז צינגני. Id eſt, *Rabbini, inquit, piæ memoriæ vocant Samaritanos Cuthim, eo quod veniunt de Cutha uti dicitur, & adduxit Rex Aſſyriæ ex Babylone, ex Cutha, ex Havah, & Chamath, & Sepharvaim, & collocavit eos in urbibus Samariæ &c.* 2 Reg. 17. 24. *Vocantur autem Cuthim potius, quam à cæteris nominibus nationum memoratarum in iſto verſu, forſitan quod plures fuerint, ideoque vocati ſunt omnes Cuthim, quorum ſingulare dicitur* כותי *prout dicunt Rabbini, non reſpondent Amen poſt Cuthi benedicentem, & ita dixerunt, quare fuit Rex David ſimilis Cuthæo oſtiatim mendicanti? quoniam illi erant hac in re omnibus hominibus aſtutiores &c. uti expoſuit* R. S. J. ad Pſ. 19.

Cæterum mihi quidem videtur, ab eis veniſſe plebs illa, quæ vaga & errabunda per terras obambulans, oſtiatim mendicans, quæ quidem Italice Zingene, *Germanice* Zeigener *appellantur.*

Genus autem illud Cuthæorum ac Judæorum ſemper mirum in modum odio exarſere (hinc Samaritanorum pravum decipiendi ſtudium in figendis noviluniis contra Judæos uti infra oſtendetur,) de quo hæc probabilis edi poteſt ratio.

1. Samaritas ſeu Cuthæos conatos fuiſſe Judæis impedire ſtructuram templi, de quo apud Joſephum legitur Antiq. Jud. 11. 2. Βαλλομένων δὲ τοὺς θεμελίους τοῦ ναοῦ καὶ περὶ τὴν οἰκοδομὴν αὐτοῦ λίαν ἐσπουδακότων, τὰ πέριξ ἔθνη καὶ μάλιστα τὸ Χουθαίων, οὓς ἐκ τῆς Περσίδος καὶ Μηδικῆς ἀγαγὼν Σαλμανασάρης ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς κατῴκισεν ἐν Σαμαρείᾳ, ὅτε, τὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν λαὸν ἀνάστατον ἐποίησε, παρεκάλουν τοὺς σατράπας καὶ τοὺς ἐπιμελομένους, ἐμποδίζειν τοὺς Ἰουδαίους πρός τε τὴν τῆς πόλεως ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευήν. *Hi dum templi fundamenta jaciunt, & in hoc ædificando toti ſunt, circumfinitimæ gentes, præcipue Cuthæi, quibus olim è Perſide ac Mediâ traductis Salmanaſar Aſſyriorum Rex in Samaria Iſraëliticis inde ſublatis novas ſedes dederat, rogabant ſatrapas & eos quibus commendata erat hæc ædificatio, ut Judæos impedirent, quo minus urbem ac templum inſtaurare valeant.*

Idcirco à Judæis Samaritani anathemate ſunt percuſſi, de quo legitur in Pirke R. Elieſeris.

De hoc autem Judæorum odio in Samaritas legitur in Evangelio Joh. cap. 4. 9. ubi mulierem Samaritanam Chriſto aquam petenti reſpondiſſe, quomodo tu Judæus quum ſis, potum à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana. οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις.

2. Inimicitiæ vero iſtæ ad ἀκμὴν pervenere cum templum monte Gariſin erexiſſent Samaritani Hieroſolymitani æmulum, quod Saneballetes magni Alexandri permiſſu extruxerat uti generum ſuum Manaſſem pontificatu ornaret, quare profecto cum pridem antea Judæi Samaritanique per æmulationem diverſa ſacra habuiſſent, recenti hac ædificatione mirum in modum vetera odia exarſere, quæ mitigari nec tunc quidem contigit cum ducentis poſt annis dirutum id templum ab Hircano eſt.

3. Accedebat præterea, quod ipſos coluiſſe imaginem columnæ affirmabant Judæi in memoriam Semiramidis; reſurrectionem negaſſe; tres litteras alphabeti non agnoviſſe; verba Geneſeos *in principio creavit Deus*, ipſos legiſſe *in principio creavit Aſyma &c.* Quæ an meræ ſint pro more Judæorum calumniæ & figmenta, non opus hoc noſtrum eſt dijudicare; Hoc autem, antequam finio, locum aliquem ex Pentateucho addere opere pretium eſt, ex quo Samaritanorum à Judæis differentiam colligemus, non tantum quoad voces & variantes lectiones, quæ mirum in modum S. S. mutant ſenſum, ſed etiam quoad integra capita, ita ut fere totum Deuteronomium ſparſim in reliquis 4 Pentateuchi libris addiderint, hæc, quoniam moleſta eſſent ſingula hic allegare, tantum vocabulorum diſcrimen inſpiciamus, ſic Deut. cap. 32. 13. pro ימצאהו *invenit ipſum* legit Samaritanus יאמצהו *confortavit eum*, & verſu 26 pro אפאיהם *exterminabo ipſos* legit Samaritanus אפי הם *ira mea ſunt illi*, ſic verſu 29 pro לו *utinam* legit ולא *& non.*

Samaritani autem ac Cuthæi illi odio permoti, quocunque modo Judæos captivos decipiebant flammaſque elevabant, vid. R. S. J. ad hunc locum בראשונה היו משיאין משואות לאחר שקדשו בית את החדש ולא היו צריכין לשכור שלוחין לשלוח לגולה ולהודיע כי המשואות מודיעים אותם: משקלקלו הכותיים והשיאו גם הם משואות שלא בזמן החדש להטעות ישראל ובית דין לא היו משיאין משואות אלא החדש שנתקדש ביום שלושים כדאמרינן בפרקים וכשלא היו משיאין לערב של יום שלושים הכל יודעים שהחודש מעובר ופעם אחד עברו את החדש ולא השיאו משואות לערב שלושים והכותיים השיאם בהרים שלהם והטעו את הגולה לעשותו חסר. Id eſt, *Olim, poſtquam Synedrium lunam ſanctificaverat, flammas elevabant, neque tunc neceſſe erat nuncios conducere, quos mitterent ut captivitati notum facerent*; (diem ſc. à Synedrio ſanctificatum) *quoniam hoc per flammas fiebat: verum cum omnia à Cuthæis ſint depravata, illique flammas quoque elevarent tempore intempeſtivo, ut ſeducerent Iſraëlitas, Synedrium vero nunquam flammas elevabat, niſi quando luna erat ſanctificata die 30, ſicuti dicitur in capitibus, ſi vero flammas non elevarent veſpera diei 30 ſine dubio omnibus notum erat menſem eſſe intercalatum. Contigit jam quod Synedrium menſem intercalabat, neque flammas pro*

more

more elevabat veſpera diei 30. (ſciebant jam omnes captivi menſem iſtum eſſe intercalatum) *Cuthæi vero ſtatim in ſuis montibus flammas elevabant, & captivitatem ſeducebant, ut menſem facerent defectum.*

(3) התקינו שיהו שלוחין יוצאים *Statuerunt ut legati egrederentur.*] Ut diem ſanctificatum à Synedrio indicarent captivitati; Nunciis vero illis nullo modo Sabbatum aut diem quemquam feſtum profanare concedebatur, ſecundum univerſalem Rabbinorum Regulam שאין מחללין את השבת לקיימו אלא לקדשו. De quo etiam differit Maimonides in tractatu ſuo de Sanctificatione novilunii cap. 3. §. 8. בראשונה כשהיו בית דין מקדשין את החדש היו משיאין משואות בראשי ההרים כדי שידעו הרחוקים משקלקלו הכותיים שהיו משיאין משואות כדי להטעות את העם התקינו שיהו שלוחים יוצאין ומודיעים לרבים ושלוחים אלו אינן מחללין לא את יום טוב ולא יום הכיפורים ואין צריך לומר שבת שאין מחללין את השבת לקיימו אלא לקדשו בלבד. *Olim, cum Synedrium calendas conſecraret, faces extollebat, in cacumine montium, ut longe diſſitis hoc ſigno calendarum conſecratio indicaretur, poſtquam Cuthæorum perverſitas eo venit, ut facibus ſimiliter elatis plebem deducerent in errorem, à Synedrio conſtitutum eſt, ut nuncii egrederentur; qui multitudini indicarent, his autem nunciis non concedebatur, ut aut quemquam diem feſtum, aut expiationis, itinere faciendo profanum haberent, multo etiam minus ut Sabbatum ipſum, quia nullo modo Sabbati profanatio eſt conceſſa ad confirmandum, ſed duntaxat ad ſanctificandum.*

ג כיצד היו משיאין משואות מביאין בלונסאות של ארז ארוכין וקנים ועצי שמן ונעורת של פשתן וכורך במשחה ועולה לראש ההר ומצית בהן האור ומוליך ומביא ומעלה ומוריד עד שהוא רואה את חברו שהוא עושה כן בראש ההר השני וכן בראש ההר השלישי :

3. Flammas autem ſic extulerunt, accipiebant bacillos longos è cedro & cannas & ligna pinguia, & ſtupam lini, & hæc filo colligabant, deinde unus in faſtigium montis oliveti aſcendebat, ignem admovebat atque flammam hinc illinc ſurſum deorſumque agitabat, uſque dum videret alium idem in proximi montis cacumine facientem, ſicque fiebat in monte tertio.

R. OB. DE BARTENORA. בלונסאות Notat bacillos longos in altum erectos, ut è longinquo conſpici poſſent. וקנים ועצי שמן ונעורת של פשתן *& cannas, & ligna pinguia, atque ſtupam lini*, quæ res omnes magnam excitant flammam.

ד (1) ומאין היו משיאין משואות מהר המשחה לסרטבה ומסרטבה לגרופינא וכגרופינה לחוורן ומחוורן לבית בלתין ומבית בלתין לא זזו משם אלא מוליך ומביא ומעלה ומוריד (2) עד שהיה רואה כל הגולה לפניו (3) כמדורות האש :

4. Unde autem has flammas elevarunt? à monte ſc. Oliveti uſque ad Sartebam, tunc à Sarteba, uſque ad Gerophinam, à Gerophina vero, uſque ad Gauram, à Gavra uſque ad bet Baltin, à bet Baltin non recedebant, ſed hinc illinc ſurſum atque deorſum agitabat, uſque dum videret ante ſe totam captivitatem inſtar tædarum.

HOUTINGIUS. (1) ומאין היו משיאין משואות *Unde autem has flammas elevarunt.*] Id eſt ut R. S. J. מה שם ההרים *quomodo erat nomen montis*; Primo incipiebant à monte Oliveti, מהר המשחה מתחילין הוא הר הזיתים שלפני ירושלים עד שרואה שעושין כן בהר סרטבה, qui eſt è regione urbis Hieroſolymitanæ, donec videret, quod facerent in proximo montis Sartabæ cacumine.

(2) עד שהוא רואה כל בני הגולה *Donec totam captivitatem videret.*] Babylonienſes ſc. incolas Pombeditæ, qui tunc omnibus Babyloniæ captivis indicabant הגולה בני בבל אנשי פומבדיתה והם מודיעים לכל בני מדינות בבל.

(3) כמדורות האש] Quod Gloſſator interpretatur per אבוקות *faces*, quas ſinguli, cum viderent in bet Baltin faces eſſe accenſas, in manibus ſumebant, quibuſcum verticem tecti aſcendebant, atque eas hinc inde agitabant, ita ut tota civitas inſtar facum in oculis appareret שכל אחד ואחד נוטל אבוקה ומעלה לראש גגו.

ה חצר גדולה היתה בירושלים (1) ובית יעזק היתה נקראת (2) ולשם כל העדים מתכנסים ובית דין בודקים אותם שם וסעודות גדולות עושים להם בשביל שיהו רגילין לבא (3) בראשונה לא היו זזין משם כל היום. התקין רבן גמליאל הזקן שיהו מהלכין אלפים אמה לכל רוח ולא אלו בלבד אלא אף החכמה הבאה ליילד והבא להציל מן הדליקה ומן הגיים ומן הנהר ומן המפולת הרי אלו כאנשי העיר ויש להם אלפים אמה לכל רוח:

5. Atrium magnum fuit Hieroſolymis & בית יעזק vocabatur, illud ingredi ſolebant omnes teſtes, & ibi Synedrium illos examinare circa lunæ apparitionem & convivio excipere in uſu habebat, ut eo lubentius venirent; olim non recedebant ab eo, ſtatuit vero R. Gamaliel ſenex, ut ambularent in omne ſpatium per 2000 cubitos, & illi non tantum, verum etiam obſtetrix, & qui ad liberandum ab incendio veniebat, & ab exercitu & à ruina, illi enim ut incolæ æſtimabantur, & conceſſum illis erat ambulare per 2000 cubitos in omne ſpatium.

R. OB. DE BARTENORA.

בראשונה לא היו זזין משם כל היום *In principio non recedebant illinc per totum diem*, teſtes, qui die Sabbati extra terminum ejus egreſſi fuerant teſtatum de novilunio, non recedebant illinc, nam is qui terminum egreditur, non ultra quatuor paſſus procedere poteſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt; fundamenta vero hujus ultimi caſus dicta ſunt capite quarto tractatus Erubin.

HOUTINGIUS. (1) ובית יעזק *Et domus Janſek vocabatur.*] De quo diſputant Rabbini an יעזק an vero יזק vocabatur, ſicut legitur in Gemara איבעיא להו בית יעזק תנן או בית יזק תנן : בית יעזק תנן לישנא מעליא הוא דכתיב ויעזקהו ויסקלהו או דילמא בית יזק תנן לישנא דצערא הוא כדכתיב והוא אסור באזיקים אמר אביי תא שמע סעודות גדולות היו

היו עושים להם שם כדי שיהו רגילים לבא ודילמא תרתי הוו עבדי בהו. Id eſt, *Quæritur inter eos an domus* יעזק *legendum ſit, an vero domus* יזק *legendum*, R. בית יעזק *legemus, phraſis enim excellentiæ eſt ſicuti ſcribitur* Eſai. 5. v. 2. *Et ſepivit eam* ויעזקהו *& elapidavit eam; aut forte legemus* בירה יזק *phraſis enim doloris & mœroris eſt, ſicuti ſcribitur* Jer. 40. 1. *Quum eſſet vinctus catenis. Dixit Abaie* (ille priorem ſequitur explicationem) *veni & audi, convivia opipara illis præparabant* ut tanto citius & liberius venirent, *forſitan utramque patitur explicationem.*

(2) ולשם כל העדים *Ibique omnes teſtes congregabantur.*] Et quidem in diebus profanis, ſic ad hunc locum Jom Tob, ושם כל העדים מתכנסים פי׳ רשי׳ ביום השבת שחללוהו לבוא ולהעיד ומדברי הרמבם בפ׳ב׳ מהלכות קידוש החדש נראה דאף בימות החול מכנסן כדי ששם בודקין אותם. Id eſt, *Ibique omnes teſtes congregabantur in diebus Sabbati, quos cum venirent ad teſtandum, profanaverant; Apparet etiam clare ex Maimonidis tractatu de novilunii Sanctificatione cap. 2. teſtes quoque in diebus profanis ibi congregatos fuiſſe, ut illos de novilunio interrogarent*, ſic Maim. l.c. 2. 7. כיצד מקבלין עדות החדש כל מי שראוי להעיד שראה את הירח בא לבית דין וב״ד מכניסין אותן כולן למקום אחד ועושים להם סעודות גדולות. Id eſt, *Quomodo excipiebantur ii, qui Synedrio lunam novam nunciabant; veniebat ad Synedrium quiſquis, alioquin ad teſtimonium dicendum idoneus, naſcentem lunam viderat, quos omnes Synedrium introducendos in locum unum, atque illis convivia opipare apparanda curabat.*

(3) בראשונה לא היו זזים משם *Olim inde non recedebant.*] Teſtes nempe, qui egreſſi fuerant extra terminum Sabbaticum העדים שיצאו חוץ לתחומן בשבת. Qui terminus ſecundum Rabbinos conſtitutus erat 2000 cubitorum היוצא חוץ לתחום המדינה בשבת לוקה שנאמר אל יצא איש ממקומו ביום השביעי: מקום זה הוא תחום העיר ולא נתנה תורה שיעור לתחום זה אבל חכמים העתיקו שתחום זה הוא חוץ לשנים עשר מיל כנגדי מחנה ישראל וכן אמר להם משה רבינו לא תצאו חוץ למחנה ומדברי סופרים שלא יצא אדם חוץ לעיר אלא עד אלפים אמה אבל חוץ לאלפים אמה אסור שאלפים אמה הוא מגרש העיר. Id eſt, *Quicunque extra terminum provinciæ egreditur in Sabbato, vapulat ſecundum illud* Exod. 16. 29. *Ne egrediatur homo è loco ſuo in die ſeptimo, ubi per locum intelligunt urbis terminum: Lex enim menſuram termino iſti nullo modo poſuit, verum Sapientes deſcribunt terminum duodecim milliarium verſus Iſraëlitarum caſtra, hinc ipſis dixit Moſes magiſter noſter, ne extra caſtra egrediamini; Scribarum enim decreto conſtitutus eſt extra urbem egredientium terminus in totum 2000 cubitorum, ulterius progredi interdictum eſt, nam 2000 cubiti ſunt ſuburbia.* Ut Maimonides in tractatu de Sabbato cap. 27. §. 1.

Poſtea vero à Rabbinis lege cautum fuit, ut ei, qui extra terminum illum Sabbaticum præcepti alicujus cauſſa egreſſus fuerat, non concederentur ad ambulandum amplius, niſi quatuor cubiti, ſic idem autor in eodem tractatu cap. 27. §. 11. מי שיצא חוץ תחום אפילו אמה אחת לא יכנס שהארבע אמות שיש לו לאדם תחלתן ממקום שעומד בו לפיכך בין שיצא חוץ מהחומו אמה או יותר ישב במקומו ואין לו להלך אלא בתוך ארבע אמות מעמידת רגליו ולחוץ.

Idcirco teſtes, qui extra terminum veniebant, atrio illo exire non poterant, quippe quod in totum reputabatur 4 cubitorum וכל חחצר חשובה כד׳ אמות. Poſtea vero R. Gamalielis decreto, teſtibus, qui lunam naſcentem nunciabant, cæteriſque qui לדבר מצוה *præcepti alicujus cauſſa* veniebant, conceſſos fuiſſe 2000 cubitos, ne quaſi captivi ac detenti viderentur ii, qui לדבר מצוה veniebant, inſpiciatur Maim. l. c. cap. 27. 16. כל מי שיצא ברשות בית דין כגון העדים שבאו להעיד על ראיית הלבנה וכיוצא בהן כמי שמותר לו לצאת לדבר מצוה יש לו אלפים אמה לכל רוח חוץ למדינה. *Quibuſvis egredientibus cum Synedrii licentia, veluti teſtibus, ad teſtimonium de novilunio pronunciandum, venientibus, cæteriſque quibus exeundi poteſtas erat data* לדבר מצוה *præcepti alicujus cauſſa; conceſſum fuit illis ambulare per 2000 cubitos in omne ſpatium, extra provinciam.*

Sic idem iſte auctor paullo inferius probat etiam de iis, qui in hac noſtra Miſna memorantur, nullo modo 2000 cubitorum ambulationem denegatam fuiſſe, additque etiam ſi timeant, ne aliorum manus ſint fortiores, licet iis redire, unde venerant. וכל היוצאין להציל נפשות ישראל מיד כותים או מן הנהר או מן המפולת יש להם אלפים אמה לכל רוח ממקום שהצילו בו ואם היתה יד הכותים תקיפה והיו מפחדים לשבות במקום שהצילו בו הרי אלו חוזרין בשבת למקום ובכלי זיין. Id eſt, *Ei, ſi aut ad liberandum Iſraëlitam è manu Cuthæorum egrediebatur, vel è fluvio vel à ruina, 2000 cubitorum ambulatio conceſſa eſt à loco in quo liberavit; ſi vero erat manus Cuthæorum fortior, ita ut ibi commorari timeret, redeundi poteſtas ipſi permiſſa in Sabbato eſt, & quidem armata manu.*

ו (1) כיצד בודקין את העדים זוג שבא ראשון בודקין אותו ראשון ומכניסין את הגדול שבהן ואומרין לו אמור כיצד ראית את הלבנה (2) לפני החמה או לאחר החמה (3) לצפונה או לדרומה (4) כמה היה גבוה (5) ולאין היה נוטה (6) וכמה היה רחב אם אמר לפני החמה לא אמר כלום ואחר כך היו מכניסין את השני ובודקין אותו אם נמצאו דבריהם מכוונים עדותן קיימת ושאר כל הזוגות שואלין אותן ראשי דברים לא שהיו צריכין להם אלא כדי שלא יצאו בפחי נפש בשביל שיהו רגילין לבא:

6. Quomodo autem examinabant teſtes, par illud teſtium quod primo acceſſit, accerſitur primo, illumque qui natu major eſt, ingredi faciunt, & ipſum ſic alloquuntur. Dic quomodo vidiſti lunam? fuitne illa vel ante ſolem vel poſt ſolem? ſeptentrionem verſus, aut meridiem, quanta fuit ejus altitudo, & quò tendebat, quam lata erat? Si vero dicebat ante ſolem; nihil dixerat; Poſtea vero ingredi faciunt ſecundum, & ſic ipſum examinabant, ſi vero verba eorum inter ſeſe conveniant, teſtimonium eorum eſt firmum, reliquos vero tantum obiter examinabant, non quod hoc neceſſe erat, verum ne ipſos neglexiſſe videantur, ac abirent animo fracto atque abjecto & ægre nunciatum venirent.

R. OB. DE BARTENORA.

לפני החמה או לאחר החמה *Ante ſolem vel poſt ſolem?* defectus lunæ coram ſole, quando luna ſe inclinat à parte ſolis, aut ab alia parte; idcirco in fine Miſnæ dicit, אם אמר לפני החמה לא אמר כלום *ſi dixerit ante ſolem, nihil dixit*, quia ſol nunquam defectum ſolis videt, quia latus quod lucet è luna, ad latus ſolis ſe inclinat, & latus deficiens ſe inclinat ad latus ſolis alterum.

לצפונה או לדרומה *Ad ſeptentrionem aut ad meridiem*; nam luna aliquando ſe inclinat à ſole ad ſeptentrionem, aliquando

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לפני החמה או לאחר החמה *Ante ſolem vel poſt ſolem?* vult dicere, id quod lucet ex luna à parte ſolis. לצפונה או לדרומה *ad ſeptentrionem aut ad meridiem?* luna & ſtellæ declinant à via ſolis, aliquando ad ſeptentrionem, aliquando autem ad meridiem, ut latitudo lunæ ſeptentrionalis, quando nova eſt, vel aliquando meridionalis.

כמה היה גבוה *Quanta fuit altitudo ejus*, vult dicere, quanta erat altitudo ejus ab horizonte, juxta viſum oculi. ולאין היה נוטה *& quo tendebat*, quo tendebant lunæ deficientis

quando vero ad meridiem. Senatus vero ſciebat ex computu, quod eo tempore neceſſarium erat ut eſſet ad latus ſeptentrionis, & ſi teſtes dicebant ſe lunam vidiſſe ad meridiem ſe inclinantem, aut contra, omnino falſi habebantur teſtes.

כמה היה גבוה *Quanta fuit altitudo ejus*, à terra, ſecundum oculi viſum. Si unus teſtium dixerit, duorum hominum ſtaturam alta erat, & alter dixerit trium, teſtimonium ejus verum eſt; ſi vero unus dixit trium, & alter dixerit quinque, teſtimonium ejus falſum eſt. ולאין היה נוטה *& quo tendebat?* nimirum capita cornuum an verſus ſeptentrionem, an vero verſus meridiem inclinarent. וכמה היה רחב *& quam lata erat*, quoniam luna continuo ſuam commutat menſuram, prout propius vel longius à ſole diſtat.

tis cornua, quia lunæ cornua continue quod ad ſtatum ſuum mutantur è regione laterum, ſecundum latitudinem provinciæ, & lunæ latitudinem, atque locum ſuum ex ſphæra phænomenων.

וכמה היה רוחב *Et quanta erat latitudo ejus*, vult dicere, quod lunæ quantitas mutatur quando nova eſt, prout prope vel longe à ſole diſtat. Harum vero omnium mutationum cauſas atque cognitionem non recte aſſequuntur, niſi multis ex aſtronomia petitis demonſtrationibus. Illo vero tempore ſingulis menſibus lunæ calculum inibant, & cognoſcebant an apparere poterat, vel non, juxta veriſſimum computum; at quando ſciebant eam apparere non poſſe, non habebatur ratio illius qui dicebat, *ego vidi eam*, quia falſus erat teſtis; ſed quando ex veriſſimo calculo ſciebant quod luna neceſſario apparitura eſſet, teſtes quærebant de apparitione illius, quia juxta aſtronomiæ leges conſpici non poterat, cum nubes eam operiebant, aut quia æther nimis clarus erat vel turbulentus; vel etiam, ſi locus è quo conſpiciebant, erat nimis depreſſus, ut eam videre non poſſent. Examinabant eos quoque, an viſus verus, an vero falſus eſſet, eo quo diximus modo. Inibant igitur calculum, atque conſiderabant, ad quodnam latus eſſet luna, an ſeptentrionem, an vero meridiem verſus; & ad quodnam ætheris latus ſe inclinabant cornua ejus; item quantitatem lucis quæ in illa conſpici poterat, & quanta illius eſſet altitudo, ſecundum oculi viſum. Cum autem darent teſtimonium aſtronomicis hypotheſibus conveniens, decidebant juxta teſtimonium eorum, & juxta calculum quem antea inierat ſynedrium. Cæterum, ſi teſtes, verbi gratia, dixiſſent ſe lunam vidiſſe à ſole declinantem ad ſeptentrionem, & latitudinem lunæ in meridie, ſine dubio ſciebant teſtes eſſe falſos. Sed non ideo irritum habebatur teſtimonium eorum quo dicebant quam alta eſſet, verum quando vehementer differebant teſtes quantum ad altitudinis lunæ menſuram. At ſi omnes dixiſſent eam decem cubitos altam eſſe, vel omnes dixerint eam centum cubitos altam eſſe, non propterea teſtimonium eorum habebatur falſum, quia dicere poſſumus eam tam altam eſſe ſecundum oculi viſum; & hi ſunt lunæ contemplandæ modi. Miror autem ejuſmodi homines qui negant viſum ejus, dicentes, quod Judæorum lex non nitatur apparitionibus lunæ, ſed calculo tantum, quia omnia hæc loca credit. Verum mihi videtur eum qui hoc ſtatuit; id ipſum non credere, ſed ſcopum illius in hoc caſu eſſe, jus quocunque modo evertere, ſive falſo ſive vere, quia nihil invenit quo ſe è diſputatione extricet. Cæterum quod tibi credendum eſt, id eſt, quod fundamentum legis noſtræ innititur apparitioni lunæ, ita ut, ſi non videatur luna, præteritum menſem impleamus triginta diebus; cujus rei caſum nobis abunde exponunt multi Miſnæ & Gemaræ loci. Dixit autem Deus Exod. 11. 2. החדש הזה לכם ראש חדשים quod vera traditio exponit, Deum Moſi figuram lunæ monſtraſſe, & dixiſſe, *quemadmadum vidiſti, ſic menſem ſanctificabis*; quod autem novilunii computu nitebantur, ſive conſpiciebatur, ſive non, id ſe habet eo quo tibi expoſui modo, non quod tantum nitebantur computu, & ex computu tantum celebrabant novilunium, etſi juxta computum videretur novilunium. Cæterum intercalationis ſecretum quod Deus tradidit Moſi in monte Sinai, continet caſum juxta quem novilunii apparitionem veriſſime cognoſcebant. Gentium vero aſtronomi & philoſophi de novilunio diſcrepant, & hactenus non accurate aſſecuti ſunt novilunii quantitatem, ſed computus quem nos hodie tenemus eſt pars illius computus & principii, quia eſt calculus conjunctionis mediæ tantum; & ulterius in ſingulari tractatu tibi exponam caſum quem nos hodie de hac intercalatione tenemus, & quænam ſit intentio, cum claris demonſtrationibus, quas nemo negare poterit niſi omnium ignariſſimus ſit. Sed hi omnes homines tantum conjunctionis opera norunt, nimirum, conjunctionem unius numeri ad alterum, putantes ſe magnam acquiſiviſſe ſcientiam; ſed non aſſecuti ſunt verum ſenſum, neque ſcopum, an ſint opera conjunctionis apparitionis an non. Verum cum quis eorum qui ſunt perſpicaces, aſſecutus ſit, quod calculus cum apparitione congruit aliquo modo, denuo negat apparitionem, ex viſu, & dicit, quod nos non ſequimur modum apparitionis. Cæterum fundamentum computus eſt Lex domini, neque controverſia inter homines exoriri poteſt ut res veriſſimas negent, niſi ex defectu ſcientiæ. Neque quiſquam harum rerum quas diximus intelligentiam conſequetur, neque utilitatem præcedentis hujus diſcurſus, neque ſenſum tractatus illius quem compoſiturus ſum, niſi is qui veritatem ac Legem profitetur, nec non diligentiam & ſollicitudinem in veriſſimis opinionibus ac ſcientiis, & qui ſeipſum non ſeducere velit; hac tamen conditione ut multos huic rei annos operam dederit, & magnam partem ſibi acquiſiverit, cæteroquin verba mea erunt res pretioſa in manu ſtulti.

HOUTINGIUS. (1) כיצד בודקים *Quomodo examinabant teſtes.*] *Par illud nunciorum, quod primum venerat, primo examinabant, horumque major primo introducebatur, ac ipſum interrogabant, qui ſi conveniebat cum ratione aſtrologiæ, ejus arceſſebatur ſocius, ſi congruebat cum priore, ſatis eorum erat teſtimonium confirmatum; Itaque ex reliquis nunciorum paribus duntaxat rerum capita Conſilium requirebat, non quod ita opus eſſet, ſed ne abirent animo abjecto & fracto, atque ægre nunciatum venirent.* הזוג שבא ראשון בודקין אותן ראשון בבדיקות שאמרו מכניסין את הגדול ושואלין אותו נמצאו דבריו מכוונים לחשבון מכניסין את חברו נמצאו דבריהם מכוונים עדותן קיימת, ושאר כל הזוגות שואלין אותן ראשי דברים לא שצריכין להם אלא כדי שלא יצאו בפחי נפש כדי שיהו רגילין לבא. ut Maimonides in tractatu ſuo de novilunii conſecratione cap. 2. §. 7.

(2) לפני החמה או לאחר החמה *An ante ſolem vel poſt ſolem?*] Id eſt an lunæ cornua tendebant verſus ſolem vel poſt פגימתה של לבנה לפני החמה נוטה לצד החמה או לצד אחר ſi vero cornua verſus ſolem tendere dicebat, falſus judicabatur teſtis אם אמר לצד החמה לא אמר כלום ut finis Miſnæ ſatis docet, nam concludunt Gemarici, lunæ naſcentis cornua ſemper tendere poſt ſolem שמעולם לא ראתה חמה פגימתה של לבנה דלעולם החלק המאיר ממנה נוטה לצד השמש והחלק הפגום נוטה לצד אחר, id eſt, *Sol cornua lunæ nunquam aſpicit* (dum creſcit) *certo enim conſtat, lunæ creſcentis partem illuminatam ſemper tendere verſus ſolem, partem vero fractam* (ſeu opacam) *reſpicere poſt ſolem.*

(3) לצפונה או לדרומה *Septentrionem verſus aut meridiem?*] *Nam luna ſæpe elongatur à ſole tunc verſus ſeptentrionem, tunc verſus meridiem, ſi vero jam Synedrium aſtronomiæ peritum noverit, quod eo tempore debeat declinare verſus ſeptentrionem, teſteſque eam declinantem vidiſſe verſus meridiem pronuncient, res ipſa loquitur, illos eſſe falſos teſtes, vel e contra.* שהלבנה מתרחקת מן השמש פעם אחד לצד צפון פעם לצד דרום: ואם ידעו בית דין בדרך חשבון שבאותו זמן ראוי שתהיה לצד צפון ואמרו העדים שראוה נוטה לצד דרום או אפכא בידוע שעדי שקר הן.

(4) כמה היה גבוה *Quanta fuit ejus altitudo?*] *Ab Horizonte ſecundum phaſin, E. G. ſi unus teſtium dixerat, illam altam eſſe* 2 קומות *cubitos, alterque tres, teſtimonium eorum erat confirmatum, ſi vero unus dicebat* 3 *alterque* 5 *ſolis eſſe ab Horizonte altitudinem, teſtimonium ipſorum nullius erat valoris.* לפי ראות עיניכם אם אמר אחד מן העדים גבוה שתי קומות והאחד אמר שלש עדותן קימת אחד אומר שלש ואחד אומר חמש עדותן בטלה.

(5) ולאין היה נוטה *Et quo tendebat.*] Id eſt capita cornuum an verſus ſeptentrionem tendebant, an verſus meridiem.

(6) וכמה היה רחב *Et quam lata erat.*] *Luna enim continuo mutat ſuam quantitatem, quanto magis diſtat à ſole, tanto majorem accipit lucem vel è contra* שהלבנה משתנית שעורה כפי מה שהיא רחוקה מן החמה או קרובה אליה ut obſervat R. O. Bartenora.

ז (1) ראש בית דין אומר מקודש וכל העם עונין אחריו מקודש מקודש בין שנראה בזמנו בין שלא נראה בזמנו מקדשין אותו רבי אליעזר בר צדוק אומר (2) אם לא נראה בזמנו (3) אין מקדשין אותו שכבר קדשוהו שמים :

7. Præſes Synedrii dicebat, *conſecratus eſt*, totuſque populus reſpondebat, *conſecratus eſt, conſecratus eſt*; Sive videatur in aperto, ſive non, tamen eum conſecrabant. R. Elieſer F. S. dixit, ſi in tempore ſuo non appareat, non conſecrabant eum; nam cœlum jam conſecravit eum.

R. OB. DE BARTENORA.

ראש בית דין אומר מקודש *Præſes Synedrii dicebat, conſecratus eſt*, uti ſcriptum eſt Levit. 23. 44. וידבר משה את מועדי יהוה hinc probatur quod Synedrii præſes dicat, *conſecratus eſt.* וכל העם עונין אחריו *& totus populus reſpondebat poſt ipſum*, uti ſcriptum eſt Levit. 23. 2. מועדי יהוה אשר תקראו אתם, pro אתם *ea*, legas אתם *vos*, vav enim defective ſcribitur, ſenſus eſt, vos Iſraëlitæ convocabitis. מקודש מקודש *ſanctificatus eſt, ſanctificatus eſt*, bis acclamabant, quia Levit. 23. 4. dicitur מקראי *convocationes* in numero plurali.

בין שנראה בזמנו *Sive videatur in tempore ſuo*, nocte diei trigeſimi. בין שלא נראה בזמנו *ſive non videatur in tempore ſuo*, tum novilunium nocte trigeſimi primi diei conſtituebant. אין מקדשין *non conſecrabant*, quia conſecratio novilunii non eſt *obligatio*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 25. 10. וקדשתם שנת החמשים שנה *& conſecrabitis annum quinquaginta annorum*, ſenſus eſt, annos vos conſecrabitis, nam Synedrio incumbit ut in Jubilæo dicat, *conſecratus eſt annus*; at non conſecrabant novilunia, quia Synedrio non incumbebat dicere, *conſecratus eſt menſis*. Cum autem in tempore ſuo videbatur novilunium, conſecrabant illud majoris confirmationis gratia; deciſio eſt ſecundum R. Eleaſarem filium Zadoci.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בזמנו *In tempore ſuo*, eſt nox trigeſimi diei menſis præteriti; *& non in tempore ſuo* eſt nox trigeſima prima, quæ eſt novilunium neceſſarium, ſive appareat luna ſive non appareat. Primus doctor dicit, quod nocte novilunii, ſive luna appareat ſive non appareat, neceſſum omnino eſt ut conſecretur novilunium. Sed R. Eleaſar dicit, quod nullatenus obligati ſunt ad conſecrandum novilunium, quia ſcriptum eſt Levit. 25. 10. וקדשתם את שנת החמשים שנה annos ergo conſecrabitis, non vero menſem, id eſt, non datur obligatio ad conſecrandum menſem; deciſio eſt juxta R. Eleaſarem filium Zadoci.

HOUTINGIUS. (1) ראש בית דין *Præſes Synedrii dicebat conſecratus eſt.*] Præſidi eam provinciam fuiſſe demandatam, ut חדש ſanctificet, probant Gemariſtæ ex Sacræ Scripturæ loco Levit. 23. 44. *Et locutus eſt Moſes ſtatuta Domini*, quaſi dicas, locutus eſt Moſes qui fuit Synedrii præſes ſtatuta Domini, ſimiliter ex eodem loco Auctores probare hariolantur, neceſſe eſſe ut populus reſpondeat *ſanctificatum eſt, ſanctificatum eſt*, audiamus Gemaricos ראש בית דין מנהני מילי אמר רבי חייא בר גמדא אמר רבי יוסי בן שאול אמר רבי אמר קרא וידבר משה את מועדי ה' מכאן שראש בית דין אומר מקודש וכל העם עונין אחריו מקודש מקודש מנלן אמר רב פפא אמר קרא אשר תקראו אותם קרי ביה אתם אמר רב נחמן בר יצחק אמר קרא אלה הם מועדי הם יאמרו מועדי מקודש מקודש תרי זמני למה לי דכתיב מקראי קודש. Id eſt, *Unde probatur, quod Synedrii Præſes debeat* מקודש *ſanctificatum eſt, pronunciare. Reſpondet Rab Chia filius Gaudæ, dixit Rab Joſe filius Saulis, dixit Rabbi; Ex Scriptura enim probatur*, Levit. 23. 44. *Et locutus eſt Moſes ſtatuta Domini, hinc concluditur Præſidi eam curam fuiſſe demandatam, ut* מקודש *ſanctificatum eſt, pronunciet.* וכל העם עונין אחריו מקודש מקודש *& totus populus reſpondebit conſecratum eſt, conſecratum eſt, unde hoc probatur? Dixit Rab Papa, ex Scriptura, ubi dicitur quæ convocabitis ea* אותם, *ubi pro* אותם *legendum ſtatuunt* אתם *vos, populi convocabitis. Rab Nachman filius Iſaaci hoc alio probat modo ex Scripturæ loco* Levit. 23. 2. *Hæc ſunt ſtatuta mea, ubi* הם *explicant illos, q. d. illi dicant (cætus ſc.) ſtatuta mea. Et quod bis debeant pronunciare* מקודש מקודש, *probat ex* Levit. loco 23. 4. *ubi dicitur* מקראי קודש *convocationes ſanctæ.*

(2) אם לא נראה *Si non appareat in tempore ſuo non ſanctificabant.*] Figebant enim tunc novilunium nocte 31.

(3) אין מקדשין *Non conſecrabant eam.*] Quia calendarum conſecratio, non eſt חובה *debitum*, ſicuti ſanctificatio anni Jubilæi, de quo pronunciat Scriptura, Levit. 25. 10. וקדשתם את שנת החמשים שנה *Et ſanctificabitis annum quinquageſimum annum, annos vero ſanctificabis* שנים אתה מקדש שחובה על בית דין לומר מקודשת שנה בשנת היובל, *illudque proprium eſt* חובה *debitum, ut annum ſanctificet Synedrium in anno Jubilæo, verum menſes non conſecrabis* ואין אתה מקדש חדשים שאין חובה על בית דין *quia in eo nullo modo poſitum eſt* חובה *ut Conſilium dicat ſanctificatum eſt; Si vero jam appareat in tempore ſuo, eam quidem ſanctificabant, non ex debito, ſed ad pleniorem rei confirmationem*; וכשנראה בזמנו מקדשין אותו מפני שצריך חזוק.

ח (1) דמות צורות לבנות היו לו לרבן גמליאל בטבלא ובכותל בעלייתו שבהן מראה את ההדיוטות ואומר הכזה ראית או כזה מעשה שבאו שנים ואמרו ראינוהו שחרית במזרח וערבית במערב (2) אמר רבי יוחנן בן נורי עדי שקר הם כשבאו ליבנה (3) קיבלן רבן גמליאל ועוד באו שנים ואמרו (4) ראינוהו בזמנו ובליל עיבורו לא נראה וקבלן רבן גמליאל אמר רבי דוסא בן הרכינס עדי שקר הן היאך מעידים על האשה שילדה ולמחר כריסה בין שיניה אמר לו רבי יהושע (5) רואה אני את דבריך :

8. Phaſes lunæ habuit R. Gamaliel in tabula conclavis ſui, quas Idiotis oſtendebat, deinde interrogabat, an lunam ita vel ita vidiſti. Contigit aliquando quod duo veniebant teſtes ac dicebant, vidimus eam tempore matutino in oriente, tempore vero veſpertino in occidente; dixit R. Jochanan filius Nuri, falſi teſtes illi ſunt, cum vero venirent in Jabne, eos accepit R. Gamaliel: Adhuc veniebant duo alii ac dicebant, vidimus eam in tempore ſuo & nocte intercalationis non apparuit, eoſque accepit R. Gamaliel; dixit R. Doſe filius Hircani, falſi teſtes illi ſunt, quomodo autem poſſunt teſtari de muliere quæ peperit & cras venter adhuc tumet, reſpondit ipſi R. Joſua, vidi ego verba tua, ac comprobavi.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

צורות לבנות *Phaſes lunæ*, menſuram lunæ, & ad quodnam latus ſe inclinabant cornua ejus. קיבלן רבן גמליאל *accepit eos Rabban Gamaliel*, non quod putabat fieri poſſe ut luna appareat tempore matutino in oriente, emicante ſole, & quod eodem die appareat in occidente poſt ſolis occaſum; ſed accepit teſtimonium eorum ideo quod dixerant ſe vidiſſe lunam nocte in occidente, quia juxta calculum ſciebat fieri poſſe ut illa nocte apparuerit. Cæterum ad id quod dixerant ſe eam vidiſſe matutino tempore in occidente, reſpondit Gamaliel quod errabant, & quod in cœlo apparebant nubes inſtar figuræ lunæ, quemadmodum dicitur in Baraita, *aliquando cœli contrahuntur nubibus, & figura lunæ apparet vigeſimo ſeptimo menſis &c.* Sed R. Jochanan filius Nuri, qui dixit eos eſſe teſtes falſos, hoc putabat quia juxta calculum ei videbatur non potuiſſe fieri ut luna illa nocte apparuerit, qua teſtes dixerant eam vidiſſe; dixit autem eos falſos eſſe teſtes, quia inter apparitionem & conjunctionem (juxta viſum oculi) non erat tantum temporis ſpatium, ut luna ea nocte poſſet apparere. Et ad hoc reſpondet Rabban Gamaliel in Baraita, ſic accepi à domo patris mei quod luna aliquando venit oblongior, aliquando vero brevior; ſenſus eſt, quod tempus illud quod eſt ante conjunctionem donec apparuerit luna, non ſemper æquale eſt, ſed quod aliquando motus lunæ accelerat, aliquando autem moratur; ac ſecundum accelerationem motus lunæ in iſto tempore judicavit Rabban Gamaliel, quod luna ea nocte apparere potuit, & propterea teſtimonium illorum accepit.

ראינוהו בזמנו. *Vidimus eam in tempore ſuo*, nocte trigeſima. ובליל עבורו לא נראה *& in nocte intercalationis non apparuit*, in nocte trigeſima prima. וקבלן רבן גמליאל *& accepit eos Rabban Gamaliel*, non ideo quod dicimus quod luna à ſole recedit in nocte trigeſima uſque dum apparuerit, & quod in nocte trigeſima prima regreditur, ſed quod circularem ſuum tenet curſum intra ſphæram. Verum quia initium anni ſciebat Rabban Gamaliel juxta calculum ſuum, quod ea nocte qua teſtes dixerant ſe lunam vidiſſe, jam receſſerat luna tantum à ſole ut fieri potuiſſet eam apparuiſſe, propterea recepit teſtimonium eorum. Et quantum attinet ad id quod dixerunt, lunam non apparuiſſe trigeſima prima nocte, fieri potuerat quia eam nubes contexerat, vel alia res quæ in cauſa fuerat quod eam non viderant. רואה אני את דבריך *comprobavi tua verba*, ad complendum menſem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabban Gamaliel in tabula quadam depinxerat lunæ menſuram, in qua inclinatio cornuum ejus erat à parte horizontis; ſed aſtrologi hujuſmodi multas ſolent pingere figuras. Et forſan intelliges id quod dixerunt, ראינוהו שחרית במזרח וערבית במערב *vidimus eam mane in oriente, & veſperi in occidente*, quod idiotæ norunt; nam in duabus rebus illis fidem habuit, quia Rabban Gamaliel putabat fieri poſſe ut luna apparuerit in oriente ante ſolem emicantem, & eodem die apparuerit in oriente poſt ſolis occaſum, quod omnino fieri nequit, neque credi niſi ab eo qui omnium hominum ignariſſimus eſt, qui ex aſtronomia nihilo plus intelliget quam bos vel aſinus; quicquid autem ejus excidit menti, illud eſt quod in Gemara dicunt, dixit Rabban Gamaliel Sapientibus, ita ego accepi à majoribus meis, quod aliquando luna in longitudine prodit, aliquando autem in brevitate ſua. Et hæc ſententia vult, quod tempus illud quod eſt inter conjunctionem ſolis & lunæ atque apparitionem maxime variat, prout luna cito vel tarde venit, & juxta latitudinem ejus in ſeptentrione & in occidente, nec non juxta proportionem ſphæræ, & varium ſolis motum. Propter omnes ejuſmodi mutationes quæ conſequuntur è brevi temporis ſpatio, quod eſt inter conjunctionem & apparitionem ejus, dicit, quod aliquando luna venit oblonga, aliquando vero breviuſcula; qui aſtronomiam noverit, is intelliget ea omnia quæ dixi. Cæterum Rabban Gamaliel, quia caſum hunc accurate examinaverat, ſciebat fieri potuiſſe ut luna ea nocte apparuerit, & propterea verba eorum acceperat, qui dixerant, vidimus eam in occidente; at non iniverat rationem illius quod dixerant, ſe eam vidiſſe tempore matutino in oriente, nam Lex nobis non impoſuit hanc provinciam ut teſtes de apparitione lunæ interrogaremus tempore matutino. Neque animadverterat Gamaliel quod mentiti erant, ſed putaverat quod aliquid viderant in modum lunæ, quod ita non erat; quia fieri non poterat ut apparuerit mane illius diei, aliquando enim lunæ figura conſpicitur in aëre, uti diximus. Sapientes vero dixerunt in Gemara, quod cœli aliquando contrahuntur nubibus ut luna videatur vigeſimo ſeptimo menſis. Quando autem Rabban Gamaliel recepit teſtimonium eorum, quod nocte apparuerat, Sapientes hanc rem rejecerunt, quia tempus quod eſt inter conjunctionem & apparitionem non tantum eſt ut apparere poſſit juxta magnum illius computum. Docuit autem illos fundamentum, dixitque, aliquando oblonga, aliquando vero brevis prodit luna; & hoc ſenſu exponere debet quicunque humana ratione præditus ſit.

ראינוהו בזמנו ובליל עבורו לא נראה *Vidimus eam in tempore ſuo, at in nocte intercalationis non apparuit*, viderant eam nocte trigeſima, at nocte trigeſima prima non viderant eam; nam requirebatur ut apparuiſſet nocte trigeſima juxta calculum, & fundamentum quod tenemus; itaque fas erat ut Gamaliel ipſis teſtibus fidem haberet, quia teſtati erant de apparitione lunæ in tempore apparitionis ſuæ. Si vero non vidiſſent eam in nocte ſecunda, non illius calculum iniremus, neque ullo modo nos obligaret, quia teſtes eam forſan debilem, vel tenebris opertam videre potuiſſent. Atque hinc confirmabitur is qui putat explicationem Rabban Gamalielis, captu difficillimam eſſe, quia credebat lunam nocte trigeſima apparuiſſe, & retroceſſiſſe, atque ad ſolem rediiſſe, & occultaſſe ſe trigeſima prima nocte. Sed credidit illis Gamaliel quantum ad teſtimonium quo eam tempore apparitionis vidiſſe teſtati fuerant, & putaverant rem ita ſe habere ſecundum oculi viſum, quemadmodum in primo dixerant caſu, ſe illam vidiſſe antea matutino tempore, nec non in ſecundo caſu, quo dixerant ſe illam vidiſſe, quod poſtea non viderant eam ſecunda menſis nocte.

HOUTINGIUS. (1) דמות צורות *Phaſes lunæ.*] שיעור הירח ולאיזה צד קרניה נוטות ut explicat R. Obadias Bartenora. Quæritur inter Gemariſtas, quomodo hoc de Gamaliele ſit intelligendum, quando Miſna dicit ipſum lunæ phaſes habuiſſe, ſic in Gemara ומי שרי והכתיב לא תעשון אתי לא תעשון בדמות שמשי אמר אביי לא אסרה תורה אלא שמשין שאפשר לעשותן כמותן. *Et quid an hoc conceſſum eſt*, (ſc. phaſes lunæ habere) *nam ſcribitur* Exod. 20. 23. *Non facietis mecum* (id eſt ut Gloſſator explicat צורות שמשי שמשיני שמשי עמדות אתי) *non habebis ullam Dei ſimilitudinem, neque ſtellæ aut ſolis, vel lunæ*; Finita Gemariſtarum diſputatione, diverſæ oriuntur ad ſolvendum opiniones.

1. Probant, licitum fuiſſe ipſi דאחרים עשו לו *quia alieni eas fecerant*, ſed frivola hæc eſt ac nullius momenti ſolutio.

2. Alii vero dicunt, quod fuerint פרקים fragmenta, quæ ſimul compoſita integram efficiebant lunam.

3. Aliam adhuc Rabbini, & quidem uti mihi videtur cæteris præferendam, huic rei reddunt explicationem, quod tales formas & figuras tantum ad docendum habuit, ſcribitur enim לא תלמד לעשות אבל אתה למד להבין ולהורות *Non ad faciendum diſces, ad intelligendum & alios docendum licitum eſt.*

(2) אמר ר' יוחנן בן נורי *Dixit R. Jochanan F. Nuri falſi teſtes illi ſunt.*] Opinatur iſte ſecundum ſupputationem, impoſſibile eſſe, ut appareat luna ea nocte, in qua teſtes ſeſe vidiſſe pronuncient, (quia tunc tantum erat מולד *luna naſcens* vel paullo ante) idcirco iſtos falſos teſtes judicavit, quia inter phaſin & lunam creſcentem non erat tantum temporis, ut oculis incurreret, ideo reſpondebat R. Gamaliel ſe per oralem tarditionem accepiſſe, quod ſæpe venit celerius, ſæpe vero tardius, id eſt, tempus inter lunam creſcentem & phaſin nunquam eſſe æquale, ſed aliquando lunæ motionem eſſe celeriorem, aliquando tardiorem ועל זה השיב ר"ג בברייתא כך מקובלני מבית אבי אבא פעמים בא בארוכה

בארוכה ופעמים באה בקצרה כלומר שהזמן שיש בין המולד עד שתראה הירח אינו שוה לעולם אלא פעמים תהיה תנועת הירח מהרת ופעמים מאוחרת.

Et ſecundum motus lunæ celeritatem tunc temporis judicavit R. Gamaliel, poſſibile eſſe, ut luna appareat eadem nocte, idcirco, tali nixus fundamento, eos ut veros accepit teſtes וכפי מהירות תנועת הירח באותו הזמן דן ר"ג שהירח ראוי שתראה הלבנה באותה הלילה לפיכך קבל עדותן.

(3) קיבלן רבן גמליאל *Accepit eos R. Gamaliel.*] Non, quod putavit poſſibile eſſe, ut luna tempore matutino in oriente appareat, & eodem die in occidente cum ſol occidit; Hoc enim impoſſibile eſt, verum idcirco eorum teſtimonium accepit (cum dicerent ſe vidiſſe tempore veſpertino lunam in occidente) quia בדרכי חשבון *per Aſtronomiam* colligebat, poſſibile eſſe, ut appareat eadem nocte, verum, id quod dicunt, ſe illam mane in oriente vidiſſe, ſic accepit, illos fuiſſe deceptos & nubes ſicut lunæ phaſes ipſis in expanſo apparuiſſe, ſicuti in Gemara ad hunc Miſnæ locum. ת"ר פעם אחת נתקשרו השמים בעבים ונראתה דמות לבנה בעשרים ותשעה לחדש כסבורים העם לומר ראש חדש ובקשו בית דין לקדשו אמר להם רבן גמליאל כך מקובלני מבית אבי אבא אין חדושה של לבנה פחותה מעשרים ותשעה יום ומחצה ושני שלישי שעה ועגי חלקים ואותו היום מתה אמו של בן זזא והספידה ר"ג הספד גדול לא מפני שראויה לכך אלא כדי שידעו העם שלא קידשו בית דין את החדש. *Tradunt Rabbini quod aliquando contingit; ut cæli eſſent quaſi nubibus obſeſſi, & apparuerit phaſis lunæ die 29 menſis, putabant omnes eſſe novilunium, & Synedrium volebat eam conſecrare, tunc dixit R. Gamaliel, accepi ego à parentibus meis, lunæ innovationem non eſſe minorem quam 29 & dimidium diei & 2 trientes horæ & 73 minuta. Eodem die mortua eſt mater Ben Saſa & plangebat planctu magno, non quod illa digna erat* (tali honore,) *ſed ut totus cœtus cognoſceret, Synedrium lunam non ſanctificaſſe.*

(4) ראינוהו בזמנו ובליל עיבורו לא נראה. *Vidimus eam in tempore ſuo nocte ſc. 30, & nocte intercalationis nocte 31 non apparuit & eos pro veris teſtibus accepit R. Gamaliel.*] Non quod luna fuerit à ſole elongata nocte 30 donec appareat, nocte vero 31 ipſam acceſſiſſe ſolem donec tegeretur, luna vero non retroit, ſed continue facit motum circa ſphæram, verum ſcivit R. Gamaliel aſtronomiæ peritus, eadem nocte, in qua ſe eam vidiſſe teſtes dicebant, jam lunam à ſole fuiſſe elongatam, ita ut commode potuerit videri, idcirco eos accepit, & hoc quod dicunt ſe nocte intercalationis non vidiſſe, ſtatuit, hoc fieri potuiſſe, vel quod nubes eam tetigiſſent, vel alia res in cauſſa fuiſſet, ut minime eam videre potuiſſent. לא מפני שנאמר שנתרחקה הירח מן השמש בליליל עד שתראה ובליל שלושים ואחד חזרה לאחוריה ונתקרבה אצל השמש עד שנתכסית שאין הירח חוזרת לאחוריה אלא עושה מהלכה בסבוב בגלגלה אלא שידע ר"ג בחשבונו שבאותה לילה שאמרו העדים שראוה כבר נתרחקה הירח מן השמש עד שהיה אפשר שתראה לפיכך קבל עדותן, וכמה שאמרו בליל עיבורו לא נראה אפשר שהיה מפני שכסה אותה הענן או סבה אחרת גרמה שהם לא ראו אותה. Ut obſervat R. Obadias Bartenora.

(5) רואה אני את דבריך *Vidi ego verba tua.*] Comprobo ego tecum & falſos teſtes eſſe judico, idcirco eadem ratione menſem intercalo.

ט (1) שלח לו רבן גמליאל גוזרני עליך שתבא אצלי במקלך ובמעותיך ביום הכיפורים שחל להיות בחשבונך (2) הלך ומצאו רבי עקיבא מיצר אמר לו יש לי ללמוד שכל מה שעשה רבן גמליאל עשוי: שנאמר אלה מועדי ה' מקראי קודש אשר תקראו אתם בין בזמנן בין שלא בזמנן אין לי מועדות אלא אלו (3) בא לו אצל רבי דוסי בן חרכינס אמר לו אם באין אנו לדון אחר בית דינו של רבן גמליאל צריכין אנו לדון אחר כל בית דין ובית דין שעמד מימות משה ועד עכשיו שנאמר ויעל משה ואהרן נדב ואביהוא ושבעים מזקני ישראל ולמה לא נתפרשו שמותן של זקנים אלא ללמד שכל שלשה ושלשה שעמדו בית דין על ישראל הרי הוא כבית דינו של משה (4) נטל מקלו ומעותיו בידו והלך ליבנה אצל רבן גמליאל ביום שחל יום הכיפורים להיות בחשבונו עמד רבן גמליאל ונשקו על ראשו אמר לו בא בשלום רבי ותלמידי רבי בחכמה תלמידי שקבלת דברי:

9. *Mittebat vero ad R. Joſuam* Rabban Gamaliel *dicendo, decrevi ego ſuper te ut venias ad* me cum baculo & nummis tuis in die expiationis qui incidit ſecundum veſtram ſupputationem, abivit R. Akiba & invenit eum anxium ac triſtem, dicebat ipſi, eſt mihi quid ad docendum, quod omne id, quod fecit R. Gamaliel, factum eſt, ſecundum illud Levit. 23. 4. *Hæc ſunt ſtatuta Dei convocationes ſancta quæ convocabitis*, ſive in tempore ſuo, ſive non, tamen non ſunt mihi alia ſtatuta niſi illa; veniebat poſtea ad R. Doſe filium Hircani, dicebat ipſi, ſi nos volumus judicare de Synedrio R. Gamalielis, opus eſſet judicare, de Synedriis quæ ſteterunt à diebus Moſis & Aäron Nadab & Abihu, & 70 Seniorum Iſraëlitarum: quare vero nomina iſtorum 70 non exprimuntur? ideo nempe ad docendum, quod tres & tres qui conſtituunt Synedrium ſuper Iſraël, reputantur inſtar Synedrii Moſaïci; tunc accipiebat baculum ſuum & nummos in manu, & profectus eſt ad R. Gamaliel in Jabne eo die, in quem ſecundum ſuam ſupputationem incidere debebat expiationis dies, ſtabat R. Gamaliel, ac caput ipſius oſculabatur, ipſique dicebat, veni in pace mi magiſter & diſcipule, magiſtrum te voco quoad ſapientiam, diſcipulum, quoniam mandatis meis obtemperaſti.

R. OB. DE BARTENORA.

ומצאו רבי עקיבא *Et invenit eum R. Akiba*, nimirum R. Jehoſuam. מיצר *afflictum*, quia Synedrii præſes de ipſo decreverat quod dies expiationis ab ipſo profanatus erat. אשר תקראו *quæ convocabitis*, hæc convocatio dependet à convocatione Synedrii. *Veniebat ad R. Doſam*, R. Jehoſua ſcil. veniebat ad R. Doſam. ולמה לא נתפרשו שמותן של זקנים *& quare non expreſſa ſunt nomina Seniorum*, nam ſi quis Synedrii ſui temporis auctoritatem ſibi arrogare vellet, dicendo, forſan hoc Synedrium pollet ea auctoritate qua Moſes & Aharon; vel Eldad aut Medad? dicant ei, forſan illud ejuſdem excellentiæ eſt cujus alia fuerunt Synedria, quorum ſenatorum nomina non expreſſa ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc omnino clara ac vera eſt.

HOUTINGIUS. (1) שלח לו ר' גמליאל *Miſit ad ipſum R. Gamaliel.*] Ad R. Joſuam, decreto anathematis, ut eodem die, quo ipſe putat eſſe יום הכיפורים iter faciat, ac eundem diem, quem Gamaliel ſtatuet, celebret; Contigit autem hæc hiſtoria circa calendas Tiſrinas; Occurrit adhuc non inelegans, uti mihi videtur, ac de Gamaliele & R. Joſua memorabilis hiſtoria, in Gemara tractatus Berachot pag. 27. 2. editione Amſtelodamenſi, in qua Senatores R. Gamalielem de principatus ſolio dejeciſſe traditur ob contumeliam, qua continue R. Joſuam affecit, poſtea vero interveniente ipſo R. Joſua in eandem dignitatem evectum fuiſſe R. Gamalielem, ea autem conditione ut Gamaliel tribus, alter vero ſcil. Eleaſar F. Aſariæ una fungeretur principatu Hebdomade. תנו רבנן מעשה בתלמיד אחד שבא לפני רבי יהושע אמר ליה תפלת ערבית רשות או חובה אמר ליה רשות בא לפני רבן גמליאל אמר ליה תפלת ערבית רשות או חובה אמר ליה חובה והלא רבי יהושע אמר לי רשות אמר ליה המתן עד שיכנסו בעלי תריסין לבית המדרש וכשנכנסו בעלי תריסין עמד השואל ושאל תפלת ערבית רשות או חובה אמר לו רבן גמליאל חובה אמר להם רבן גמליאל לחכמים כלום יש אדם שחולק בדבר זה אמר לו רבי יהושע לאו אמר ליה והלא משמך אמרו לי רשות אמר ליה ר' יהושע עמוד על רגליך ויעידו בך עמד ר' יהושע על רגליו ואמר אלמלא אני חי והוא מת יכול החי להכחיש את המת ועכשיו שאני חי והוא חי היאך יכול החי להכחיש את החי היה רבן גמליאל יושב ודורש ורבי יהושע עומד על רגליו עד שרננו כל העם ואמרו לחוצפית התורגמן עמוד ועמד אמרי עד כמה נצעריה וניזיל בראש השנה אשתקד צעריה בבכורות במעשה דרבי צדוק צעריה הכא נמי צעריה תא נעבריה מאן נוקים ליה נוקמיה לרבי יהושע בעל מעשה הוא נוקמיה לרבי עקיבא דילמא עניש ליה דלית ליה זכות אבות אלא נוקמיה לרבי אלעזר בן עזריה דהוא חכם והוא עשיר והוא עשירי לעזרא הוא חכם דאי מקשי ליה מפרק ליה והוא עשיר דאי אית ליה לפלוחי לבי קיסר אף הוא אזיל ופלח והוא עשירי לעזרא דאית ליה זכות אבות ולית מצי עניש ליה אתו אמרו ליה ניחא ליה למר דליהוי ריש מתיבתא אמר להו איזיל ואימליך באינשי ביתי אזל ואמלך בביתהו אמרה ליה דילמא מעבירין לך אמר לה יומא חדא בכסא דמוקרא ולמחר ליתבר. א"ל ליה לית לך חוורתא ההוא יומא בר תמני סרי שני הוה אתרחיש ליה ניסא ואהדרו ליה תמני סרי דרי חוורתא היינו דקאמ' ראב"ע הרי אני כבן ע' שנה ולא בן שבעים שנה תנא אותו היום סלקוהו לשומר הפתח וניתנה להם רשות לתלמידים ליכנס שהיה ר"ג מכריז ואומר כל תלמיד שאין תוכו כברו לא יכנס לבית המדרש ההוא יומא אתוספו כמה ספסלי א"ר יוחנן פליגי בה אבא יוסף בן דוסתאי ורבנן חד אמר אתוספו ד' מאה ספסלי וחד אמר ז' מאה ספסלי הוה קא חלשה דעתיה דר"ג אמר דילמא חס ושלום מנעתי תורה מישראל אחזו ליה בחלמיה חצבי חיורי דמליין קטמא ולא היא ההיא ליתובי דעתיה הוא דאחזו ליה תנא עדיות בו ביום נשנית וכל היכא דאמרין בו ביום ההוא יומא הוה ולא היתה הלכה שהיתה תלויה בבית המדרש שלא פירשוה ואף ר"ג לא מנע עצמו מבית המדרש אפי' שעה אחת דתנן בו ביום בא יהודה גר העמוני לפניהם בבית המדרש אמר להם מה אני לבא בקהל א"ל ר"ג אסור אתה לבא בקהל אמר ליה ר' יהושע מותר אתה לבא בקהל א"ר ליה ר"ג והלא כבר נאמר לא יבא עמוני בקהל ייי אמר לו רבי יהושע וכי עמון ומואב במקומן הן יושבין כבר עלה סנחריב מלך אשור ובלבל את כל האומות שנאמר ואסיר גבולות עמים ועתידותיהם שושתי ואוריד כאביר יושבים וכל דפריש מרובה פריש אמר לו רבן גמליאל והלא כבר נאמר ואחרי כן אשיב את שבות בני עמון נאם ייי וכבר שבו. אמר לו רבן יהושע והלא כבר נאמר ושבתי את שבות עמי ישראל ועדיין לא שבו מיד התירוהו לבא בקהל א"ר"ג הואיל והכי הוה איזיל ואפייסי לרבי יהושע כי מטא לביתיה חזנהו לאשיתא דביתיה דמשחרן א"ל מכותלי ביתך אתה ניכר שפחמי אתה אמר לו אוי לו לדור שאתה פרנסו שאי אתה יודע בצערן של תלמידי חכמים במה הם מתפרנסים ובמה הם נזונים אמר לו נעניתי לך מחול לי לא אשגח ביה עשה בשביל כבוד אבא פייס אמרו מאן ניזיל לימא להו לרבנן אמר להו ההוא כובס אנא אזילנא שלח להו ר' יהושע לבי מדרשא מאן דלביש מדא ילבש מדא ומאן דלא לביש מדא יימר ליה למאן דלביש מדא שלח מדך ואנא אלבשיה אמר להו ר' עקיבא לרבנן טרוקו גלי דלא ליתו עבדי דרבן גמליאל ולצערו לרבנן אמר רבי יהושע מוטב דאקום ואיזיל אנא לגבייהו אתא טרף אבבא אמר ליה מזה בן מזה יזה ושאינו לא מזה ולא בן מזה יאמר למזה בן מזה מימיך מי מערה ואפרך אפר מקלה א"ל ר' עקיבא רבי יהושע נתפייסת כלום עשינו אלא בשביל כבודך למחר אני ואתה נשכים לפתחו אמרי היכי נעביד נטבריה גמירי מעלין בקודש ואין מורידין נדרוש מר חדא שבתא ומר חדא שבתא אתי לקנאויי אלא לדרוש ר"ג תלתא שבתי וראב"ע חדא שבתא והיינו דאמר מר שבת של מי היתה של רבי אלעזר בן עזריה היתה ואותו תלמיד ר"ש בן יוחאי היה.

Tradunt Rabbini, hiſtoriam alicujus diſcipuli, qui obviam veniebat R. Joſuæ, ac ipſum interrogabat, an precatio veſpertina ſit ex debito vel ex propria voluntate, reſpondebat R. Joſua, eſſe in arbitrio; veniebat iſte diſcipulus ad R. Gamalielem, ac eandem proponebat quæſtionem, cum contrarium ſtatueret R. G. ſc. eſſe חובה *debitum, Quomodo?* (dixit diſcipulus) *nam R. Joſua ſtatuit eſſe* רשות. *Exſpecta pauliſper, reſpondit ei Gamaliel, donec veniant in Scholam collegæ diſputatores; omnibus autem in Auditorio congregatis, de novo objiciebat hanc quæſtionem de precatione veſpertina. Reſpondebat Gamaliel eſſe* חובה *debitum; ſimul etiam ſapientes rogabat; num aliquis eorum diſſentiret à ſua ſententia; primus inter omnes, neminem eſſe, qui huic ſententiæ contrariatur, aſſerit R. Joſua, reſpondit Gamaliel R. Joſuæ, an non audivi ex nomine tuo te contrarium ſtatuentem, nempe quod ſit* רשות. *Dicebat Jehoſua ſta & contra te teſtabuntur, ſtabat & dicebat, ſi ego tantum vivus eſſem, ipſe* (teſtis) *mortuus eſſet, poterat quidem vivus negare verba mortui, nunc autem quod ille & ego vivi ſumus, quomodo vivus poſſet verba vivi negare. Interim tamen lectionem ſuam inſtituebat ac pergebat, & R. Joſua in contemtu ſtabat, donec jam auditores murmurare incipiebant, & Choſpiti interpreti dicebant; ſurge & deſine. Proponebant jam inter ſe, quouſque affligetur R. Joſua injuria; anno præterito in quæſtione de principio anni* ראש השנה *quam maxime ipſum vexavit, & in quæſtione de primogenitis à R. Sadok propoſita, jam vero hic iterum vexabit ipſum? veniamus, ac ipſum R. G. de principatu deponamus; Præteritis quibuſdam diebus re bene perpenſa, proponebant, quem ſtatuemus, an ſtatuemus R. Joſuam in principatu? non, nam auctor & antagoniſta iſtius permutationis. Conſtituamus R. Akibam, non, nam verendum eſt* (cum ſit proſelyta) *ipſi inſidias fieri, cum non habeat merita patrum. Ergo conſtituamus R. Elnaſarem F. Aſariæ, nam ille eſt ſapiens atque dives, ac decimus ab Eſra, quod ſit ſapiens, ſi difficiles proponat R. G. quæſtiones, ut facile diſſolvat, quod ſit dives, ſi abeat ad Cæſarem, ipſe etiam abibit, quod ſit decimus ab Ezra, quoad merita patrum, ita ut ipſum lædere nullo modo poſſit; Simul omnes conſentiebant, ac adibant R. Elnazarem: an placet* Domino *principatum Academiæ gerere? reſpondit illis, conſilium capiam à domeſticis meis, abibat & conſilium capiebat ab uxore ſua, reſpondebat ipſi mulier: fortaſſe ceſſante quæſtione iterum deponent te, ipſe reſpondit ei quid damni patiamur inde? nam ſicuti exſtat in proverbio bibere ex poculo criſtallino licet in craſtinum frangatur; reſpondebat mulier non habes capillos albos,* (ſignum ſenectutis) *nam eodem die annum agebat* 18 *& factum eſt ei miraculum, ut tot haberet lineas albas,* (*hoc eſt quod R. E. filius A. in alio loco dixit ecce ego ſum inſtar nati* 70 *annorum & tamen non natus* 70 *annorum*) *Legitur, hoc die ipſo amoverunt janitorem, ut omnes diſcipuli veniam intrandi haberent, nam nuper R. G. promulgaverat, quod omnis diſcipulus cujus interna non erant ut externa, non intraret in Academiam. Illo die addiderunt tot Scabella,* (in quibus diſcipuli ſedebant, nam tanta copia veniebant, ut vix ſedendi locus ſupereſſet) *& ipſe R. Gamaliel non deſiit venire,* (ut auditor qui antea princeps fuerat.) *Dicebat R. Gamaliel injuria affeci R. Joſuam, placabo ipſum, cum vero veniebat ad domum ipſius, videbatque parietes nigros, dicebat ipſi: ex parietibus domus tuæ, facile cognoſcitur, te eſſe carbonarium, reſpondebat R. J. væ generationi, cui tu dominaris, neſcis enim anguſtiam & Rabbinorum paupertatem, dicebat G. Ignoſcas mihi, quod laceſſerim te verbis meis, cum vero R. J. nondum placatus erat, fac* (dicebat) *propter honorem patris mei, & tunc placatus eſt. Proponebant Rabbini, quem conſtituamus, ut collegis noſtris de hac re indicemus; Miſerat interim R. J. ad collegas ſuos dicendo, qui indutus eſt pallio* (ſc. Gamaliel) *induat pallium, qui vero non indutus eſt* (Elnazar F. A.) *ne induat pallium, dicebat R. Akiba vereor ego, ne veniant Gamalielis ſervi, ac Rabbinis moleſtiam faciant, reſpondebat R. J. melius erit ut ſur-*

ſurgam ego, & abeam, abibat ac pulſabat Gamalielis januam, cui dicebat ſpargens filius ſpargentis (eſt ſacerdos filius Sacerdotis ut R. J.) *ſparget* (officio ſacerdotali fungetur) *& qui non eſt ſpargens, neque ſpargentis filius, non ſparget; R. Joſuæ vero reſpondebat Akiba, placatus eſt; an fecimus quicquam niſi propter honorem tuum? in craſtinum ego & tu mature ſurgemus, dicebant Rabbini* (poſtquam jam propoſitum ac confirmatum erat Gamalieli priſtinam ſuam dignitatem reddere) *quomodo faciemus? Deponere Elnaſarem, illicitum eſt, quia in ſanctis aſcendimus, non vero deſcendimus, ut unus per totam ſeptimanam fungatur officio, alterque alteram, magna eſſet invidia; Sed fungatur tres ſeptimanas officio ſuo Gamaliel, unaque* R. Elnazar. (*hoc eſt quod ſæpius legitur in Talmude cujus ſeptimana eſt; eſt Elnaſaris.*) *Diſcipulus autem, qui hanc quæſtionem propoſuerat, R. S. F. Jochai erat.*

Omiſſa quædam à nobis ſunt in Latinis, quæ in Hebræo textu extant, quoniam ad rem quam minime faciunt.

Fuit autem hic noſter Gamaliel Jabnenſis, qui principatum eo in loco tenuit, nepos R. Gamalielis cognominatus *ſenex* זקן, de quo ſuperiori Miſ. 5. Ortum genus illud hominum ab Hillele deducit, de quo hic paucula in tranſcurſu differendum eſt. Itaque ſub ſæculo, uti dividunt, octavo, ſtante templo ſecundo, ante Chriſtum natum annos circiter 40 Hillelem vixiſſe ponunt, attigit autem ætatem 110 annorum, unde הלל הזקן *Hillel ſenex* appellatus. Fuit enim princeps, ac principatus in ejus familia manſit per 10 generationes id eſt fere 400 annos, uſque ad alium Hillelem, qui vocatus fuit הלל הנשיא.

Sub ſæculo nono vixit ac floruit רבן שמעון בן הלל *Rabban Simeon filius Hillelis.*

Eodem ſub ſæculo floruit רבן גמליאל בן שמעון *Rabban Gamaliel filius Simeonis*, cognominatus גמליאל הזקן *ſenex*, is enim ſecundum communem ſententiam divi Pauli præceptor creditur, quo tempore Synedrium in Jabne migraſſe traditur.

Eodem ſub ſæculo floruit רבן שמעון שני בן רבן גמליאל הזקן R. *Simeon ſecundus filius R. Gamalielis ſenis.*

Prima autem generatione, uti tradunt Magiſtri, poſt templum devaſtatum, floruit רבן גמליאל שני בן רבי שמעון *Rabban Gamaliel ſecundus F. R. Simeonis.*

Sub ſæculo tertio vixiſſe traditur רבן שמעון שלישי בן רי גמליאל בנו שמעון בן ר׳ *Rabban Simeon tertius F. Rabbi Gamalielis ſecundi.*

Sub ſæculo quarto floruit *R. Jehuda* רבי יהודה הנשיא בן רבי שמעון בן ר׳ גמליאל *Princeps, filius Simeonis, F. R. Gamalielis.* Is enim corporis Miſnici compilator creditur. Eodemque ſub ſæculo floruere duo ejus filii ר גמליאל ורבי שמעון שני בניו *R. Gamaliel & R. Simeon.*

Sequuntur adhuc duo poſtremi רבי יהודה הנשיא *R. Juda princeps & Hillel princeps filius ejus* הלל הנשיא בנו.

(2) הלך ומצאו *Ivit & invenit eum.*] R. Akiba ſc. R. Joſuam anxium ac ſollicitum, propterea quod, ſuper eum expiationis diem, qui incidebat ſecundum Joſuæ ſupputationem, decreverat profanare princeps Gamaliel; על שהנשיא גזר עליו לחלל את יוה׳; Quæritur in Gemara *quisnam fuit ille* מיצר *num R. Akiba, num R. Joſua fuerit.* איבעיא להו מי מיצר ר׳ עקיבא מיצר או ר׳ יהושע מיצר תא שמע דתניא הלך ר׳ עקיבא ומצאו לרי יהושע כשהוא מיצר אמר לו מפני מה אתה מיצר אמר לו רבי עקיבא ראוי לו שיפול למטה שנים עשר חדש ואל יגזור עליו גזרה זו. אמר לו רבי תרשיני לומר לפניך דבר אחד שלמדתני אמר לו אמור אמר לו הרי הוא אומר אתם אתם אתם שלושה פעמים אתם אפילו שוגגין אתם אפילו מזידין אתם אפילו מוטעין בלשון הזה אמר לו עקיבא נחמתני נחמתני. *Veni & audi; traditur quod profectus fuerit R. Akiba & invenerit R. Joſuam anxium ac triſtem, dicebat R. Joſuæ Akiba; quare es ita anxius ac ſollicitus, reſpondebat Akibæ R. Joſua; melius eſſet mihi ut per duodecim menſes ægrotus jacerem, quam ut veniat ſuper me hoc* (Gamalielis) *decretum. Dicebat R. Akiba, an concedis mihi, ut tibi præſenti loquar unum verbum, quod à te didici? dixit R. Joſua, loquere, reſpondebat ipſi Akiba; clare ſcriptura* Levit. 23. 7. *ter repetit vos vos vos. Vos etiamſi erratis, vos* (Synedrium) *etiamſi ſuperbe agitis; vos etiamſi decepti; Reſpondit R. Joſua O Akiba, conſolatus ſum, conſolatus ſum.*

Quantum vero R. Joſuæ auctoritas ac dignitas valerent, non tantum ex hac noſtra Miſna patet, ubi Gamaliel ipſum רבי *Magiſtrum* vocat, ſed etiam ex tractatu Baba Meſia cap. 4. ex quæſtione quam habuit cum R. Elieſer, quæ eouſque perveniebat, ut, licet ex cœlis egrediebatur בת קול *filia vocis*, quæ iis deciſionem ſecundum R. Elieſer eſſe dicebat, tamen tanta auctoritate ſuam defenderet ſententiam, ac aperte ei obtemperare negaret, dicendo, לא בשמים היא (quæ verba extant Deut. 30.) *Non in cœlis eſt*, ac ſi vellet dicere, lex jam non eſt in cœlis, ut inde petamus deciſionem, verum nobis hanc rem decidendi data poteſtas eſt ac auctoritas.

(3) בא לו אצל ר׳ דוסי *Veniebat Joſua ad R. Doſe.*] Qui antea cum ipſo illos etiam falſos teſtes declaravit, reſpondebat R. Doſe Joſuæ licet ego tecum falſos teſtes judicavi, tamen nullo modo nobis licentia Synedrio opponendi data eſt, ſi enim opponimus Gamalielis Synedrio, opponendum eſſet præteritis iſtis, quæ ſteterunt à diebus Moſis.

(4) נטל מקלו ומעותיו *Accipiebat baculum ſuum cum nummis*] Videamus quid ad hanc Miſnam habeat Gemara ת״ר כיון שראה אותו עמד מכסאו ונשקו על ראשו אמר לו שלום עליך רבי ותלמידי רבי שלמדתני תורה ברבים ותלמידי. שאני גוזר עליך גזרה ואתה מקיימה כתלמיד אשרי הדור שהגדולין נשמעים לקטנים קו׳ קטנים לגדולים קל וחומר חיובא הוא אלא מתוך שהגדולים נשמעין לקטנין נושאין קטנין קל וחומר בעצמן. Id eſt, *Tradunt Rabbini, cum vidiſſet eum R. Gamaliel, ſtetit è ſolio & oſculatus eſt ipſum, dicebat ipſi, pax ſit ſuper te Magiſter ac diſcipule; Magiſter quia à te publice legem didici, diſcipulus meus es, quia ego ſuper te decrevi hoc decretum, & obtemperaſti tanquam diſcipulus. O beata gens, ubi minoribus obtemperant majores, quanto magis majoribus minores, an hoc eſt* קל וחומר *argumentum? debitum hoc eſt, ſic enim propono, quando majores obtemperant minoribus, tunc minores formant argumentum, quanto magis & nos majoribus.*

פרק ג (1) ראוהו בית דין וכל ישראל נחקרו העדים ולא הספיקו לומר מקודש עד שחשיכה הרי זה מעובר (2) ראוהו בית דין בלבד יעמדו שנים ויעידו בפניהם ויאמרו מקודש מקודש ראוהו שלשה והן ביד יעמדו שנים ויושיבו מחבריהם אצל היחיד ויעידו בפניהם ויאמרו מקודש מקודש שאין יחיד נאמן על ידי עצמו :

Caput 3. Si lunam ipſam vidiſſet Synedrium, aut totus Iſraël, vel teſtes etiam inveſtigati, & non reſtaret ſatis temporis ad ſanctum pronunciandum, quoniam inſtabant tenebræ, menſem faciebant intercalatem. Si vidiſſet eam Synedrium totum, conſtituunt duos, ut coram ipſis teſtarentur, & conſecratum eſt, dicerent. Si vidiſſent tres, illique Synedrium, dimittunt duos, ac ex aliis Judicibus tertio duos adjungunt, ut coram ipſis teſtarentur, & ſanctum eſt, ſanctum eſt, dicerent, quoniam homo ſolus non eſt per ſe fide dignus.

R. OB. DE BARTENORA.

ראוהו בית דין וכל ישראל *Si lunam ipſam viderit Synedrium*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ expoſitio ſe habet hoc ſenſu, ſi lunam viderit

drium aut totus Iſraëlis populus, nocte trigeſima, nam cogitare potuiſſemus, quoniam Synedrium viderat lunam & tota Iſraëlitica gens, rem publicatam eſſe, die trigeſimo apparuiſſe eam ut conſecretur; ideo nos docet Miſna, quod, ſi advenerit veſpera & nox trigeſima prima, atque Synedrium non dixerit, *conſecratus eſt*, complent menſem, & novilunium conſtituunt die trigeſimo primo.

נחקרו העדים *Examinati ſunt teſtes*, hoc ſenſu, vel ſi teſtes examinati fuerint tantum, & non fuerit dicendi tempus, *conſecratus eſt*, uſque dum advenerit nox trigeſima prima, complent menſem præteritum. Et quia intelligere poſſemus quaſi examinatio teſtium fuiſſet inſtar principii judicii, & quod dictum illud, *conſecratus eſt*, *conſecratus eſt*, fuiſſet inſtar judicii concluſionis, & concluſio judicii ſive ſententia pronunciari poſſet nocte, & eodem modo menſis conſecrari poſſet nocte; ideo nos docet Miſnæ auctor, quod nocte non conſecrant menſem. Verum, ſi nocte trigeſima vidiſſent novilunium vergente ſole, & de die ſat temporis fuerit dicendi, *conſecratum eſt*, *conſecratum eſt*, ante ſolis occaſum, conſecrabant illud; quia *nox* non dicitur, niſi dum exoriantur ſtellæ.

יעמדו שנים ויעידו בפניהם *Conſtituunt duos, ut coram ipſis teſtarentur*; tractat hæc Miſna de caſu, quo lunam viderat Synedrium nocte trigeſima, at non poteſt ſanctificare nocte, idcirco nocte conſtituunt duos qui teſtantur; nam ſi res non ſtet à teſtimonio horum, cujus teſtimonio ergo conſecrabunt? verum ſi eam viderit Synedrium occidente ſole, eo tempore quo dici poteſt, *conſecratus eſt*, *conſecratus eſt*, tum ex viſu ſuo conſecrent novilunium; ne teſtimonium quod ex ore teſtium audiverant, teſtimonio Synedrii majus eſſet; quandoquidem in ſanctificatione menſis non memorat Lex vocem עדות *teſtimonium*; ſed, ראה וקדש *vide & conſecra*.

שנים יעמדו *Duos conſtituunt*, die altero, quo dicere poterant, *conſecratus eſt*. ויושיבו מחבריהן אצל היחיד *& conſtituunt ex ſociis eorum juxta unum*, & quamvis quilibet מומחה *expertus* ſolus judicare poſſit, menſis tamen conſecratio peragi nequit à quoquam ſolum; nam nullus unquam hujuſce rei magis peritus fuit quam Moſes magiſter noſter, attamen ei dixit Deus neceſſum eſſe ut cum eo una ſit Aharon, quemadmodum liquet ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 12. 1. ויאמר יהוה אל משה ואל אהרן וגו׳ החדש הזה לכם tibi, ne cogitares fieri non poſſe menſis conſecrationem, niſi

derit Synedrium totuſque populus Iſraëliticus, aut ſi teſtes examinati fuerint, & non fuerit ſat temporis ut dici poſſit, *ſanctificatus eſt*, *ſanctificatus eſt* ſcil. menſis, & tum dies ille habeatur *initium menſis*. Et ne quis ſibi in animum inducat, quod, quemadmodum is qui eſt מומחה *vir probatus & expertus*, ſufficiens habeatur ad judicandum, etſi fundamentum judicandi in tribus conſiſtat perſonis, uti ſuo loco exponetur, ſic etiam ejuſmodi vir מומחה ſufficiens eſſet ad conſecrationem menſis; ideo Miſnæ auctor docet quod ad minimum tres in hoc caſu requiruntur perſonæ, eo quod ſcriptum eſt Exod. 12. 1. *Et locutus eſt Dominus ad Moſen & Aharonem in terra Ægypti, hic menſis erit vobis &c.* quemadmodum expoſuimus. Sic etiam, quia intelligere potuiſſemus, quod, ſicuti teſtes examinati ſunt die trigeſimo, atque teſtimonium eorum confirmatum fuerit die trigeſimo, nam novilunium viderant nocte præcedenti, ideo Miſnæ auctor exponit eum diem fuiſſe initium menſis: Et quamvis Synedrium non habuerit tempus dicendi, *conſecratus eſt*, *conſecratus eſt*, niſi in nocte trigeſima prima, & dictum illud, *conſecratus eſt*, *conſecratus eſt*, fuiſſet inſtar concluſionis juris; nam fundamentum nobis eſt quod concluſio juris rite peragatur nocte; idcirco nos docet idem auctor, quod menſis nocte conſecrari nequit, eo quod Lex hoc vocat משפט *judicium*, uti ſcriptum Pſalmo 81. 5. כי חק לישראל הוא משפט וגו׳ at משפט *judicium* non peragi poteſt niſi de die; eo quod ſcriptum eſt Deut. 21. 1. ועל פיהם יהיה כל ריב וכל נגע ubi judicium æquiparat נגע *plagæ*; nimirum, ſicuti inquiſitio plagæ neceſſario de die fieri debet, non nocte, ſic etiam judicia neceſſario de die exercenda ſunt, non nocte. Quod autem inquiſitio plagæ fieri debeat die, & non nocte, eſt id quod probatur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 13. 14. וביום הראות בו בשר חי יטמא dicitur ביום *die*, non בלילה *nocte*; propterea initium menſis ſtatuatur die trigeſimo primo, & menſis præteritus ſit triginta dierum mediante intercalatione, etſi luna apparuerit nocte trigeſima, quandoquidem dies trigeſimus non conſecratus eſt. Porro ſciendum eſt quod luna quum in tempore ſuo apparuerit, quod eſt die vigeſimo nono ingrediente veſpera; ſupereſt autem aliquid temporis de die quo dici poterat, *conſecratus eſt*, *conſecratus eſt*, antequam apparuerint ſtellæ; nam hoc licitum eſt, etſi occiderit ſol, quia nobis fundamentum eſt quod non proprie dicatur *nox*, niſi uſque dum exoriantur ſtellæ, uti expoſuimus capite ſecundo tractatus de Sabbato. Quæ dixi die trigeſimo, quia fieri poteſt ut ſit ante noctem trigeſimam, quemadmodum expoſuimus.

HOUTINGIUS. (1) ראוהו בית דין *Si vidiſſent eam Synedrium aut totus Iſraël.*] Locus iſte obſcure ab Ottone explicatur, cum dicit, *Si lunam ipſam Synedrium & totus Iſraël viderit, examinantur quidem teſtes, ſed tamen non poſſunt dicere menſem ſanctificatum eſſe donec noteſcat, deinde vero initiatus eſt.*

Miſnam hanc aliter explicandam eſſe, docent Rabbinorum ſcripta; nempe ſi vidiſſet eam Synedrium, aut totus Iſraël, (nocte trigeſima בליל שלשים) vel teſtes etiam inveſtigati eſſent, אי נמי העדים uti Gemara, tamen ſatis temporis non ſupereſſet ad conſecrandum, menſem faciebant intercalarem, patet hoc clare ex Bartenora אפרסמא לירח מילתא דביום שלשים נראה לקדשו קימ״ל דאם חשיכה והגיע ליל אחד ושלשים ולא אמרו בית דין מקודש מעברים אותו וקובעים ר״ח יום ל״א.

Clarius adhuc patet hoc ex Gemara: Quæritur enim inter Gemariſtas, quomodo fiat, ut luna nocte ſanctificari nullo modo poſſit, cum חקירת העדים *teſtium inveſtigatio*, poſſit conſiderari, ut *juris principium* כתחילת הדין, & lunam conſecrare & מקודש pronunciare, ut *juris abſolutio* כגמר דין, ſicuti fit in pœnis pecuniariis, de quibus certo conſtat, quod incipiuntur die, noctu vero abſolvuntur, דתנן דיני ממונות דנין ביום וגומרין בלילה *Legimus* (in tractatu Sanhedrin,) *quod judicia pecuniaria judicantur interdiu, noctu autem terminantur*; Reſpondetur, hanc Miſnam ſatis hoc nos docere, quod, licet Synedrium, aut Iſraëlitæ vidiſſent; vel etiam teſtes inveſtigati eſſent; tempuſque nullum ſupereſſet, nullo modo Synedrio noctu conſecrandi poteſtas ſit conceſſa.

De quo etiam Maimonides in tractatu ſuo de novilunii ſanctificatione cap. 2. §. 7. ואין מקדשין אלא החדש שנראה בזמנו ואין מקדשין אלא ביום ואם קדשוהו בלילה אינו מקודש ואפילו ראוהו בית דין וכל ישראל ולא אמרו בית דין מקודש עד שחשכה ליל אחד ושלשים או שנחקרו העדים ולא הספיקו ב״ד לומר מקודש עד שחשכה ליל אחד ושלשים אין מקדשין אותו ויהיה החדש מעובר ולא יהיה ראש חדש אלא יום אחד ושלשי׳. Id eſt, *Calendæ vero non conſecrabantur, niſi cum luna nova tempore ſuo viſa fuit, nec eas niſi interdiu conſecrabant. Quæ ſi noctu ſanctificatæ fuiſſent, hæc ſanctificatio nulla foret, licet Synedrium ipſam una cum omnibus Iſraëliticis* (naſcentem lunam) *conſpexiſſet, tamen non pronunciabat conſilium conſecratas eſſe calendas, quin oppreſſiſſet nox una & trigeſima menſis, vel ſi teſtes eſſent examinati neque reſtabat ſatis temporis ad conſecrandum, non conſecrabant eam, ſed menſis erat plenus, & principium anni rejiciebatur in diem 31.*

Probant præterea calendas noctu nullo modo conſecrari poſſe ex Pſ. 81. 5. ubi dicitur כי חוק לישראל הוא ומשפט לאלוהי יעקב *Quia eſt ſtatutum Iſraëli & judicium pro Deo Jacobi*, qui verſus, ut Magiſtri tradunt, de anni principio intelligitur, cum ſit novilunium, quod משפט *judicium* vocant, & quemadmodum Dei judicium fit interdiu, ſic & calendarum conſecratio.

Verum enim vero ſi nocte 30 vergente ſole lunam naſcentem vidiſſent, ſatiſque temporis ad calendas ſanctificandas ſupereſſet ante ſtellarum ortum, calendarum conſecratio in ſequentem diem non rejiciebatur, ומיהו אם ליל שלשים ראו הירח עם שקיעת החמה ויש שהות ביום לומר מקודש קודם צאת הכוכבים

ut הכוכבים מקדשין אותו דלא חשיב לילה עד צאת הכוכבים annotat R. O. Bartenora.

(2) ראוהו בית דין בלבד *Si Synedrium eam ſolum vidiſſet.*] Synedrium viginti trium viralium, conſtituunt duos ut coram ipſis teſtentur, Miſna noſtra hic agit, ſi Synedrium noʒ ᵹte 30 vidiſſet, (impoſſibile enim eſt eam nocte conſecrare uti diximus.) Verum Rabbi Salomon Jarchi commentatur, hic agi de Synedrio, quod naſcentem lunam nullo alio præſente viderat, ſatiſque temporis ad calendas conſecrandas reſtare, nititur ille priori Gemariſtarum hypotheſi, quæ ſic ſonat (ſed fallitur uti ſtatim videbitur) ואמאי לא תהא שמיעה גדולה מראיה *&* *quare* (ſiſtunt duos) *an auditus teſtium viſione valentior erit*, (hæc eſt prior Gemariſtarum hypotheſis) quaſi dicas ואמאי יעמדו שנים ויעידו הלא ראוהו כולן יקדשוהו בבראייתם *Et quare opus eſt, ut conſtituant duos ad teſtandum, an non viderint omnes? ſanctificent ad phaſin.*

Nam auditus quem à teſtibus audient non erit majoris auctoritatis viſione. Cum vero ſcriptura agit de novilunio non dicit עדות *teſtimonium, verum ſimpliciter dicit ſicut iſtam vide & ſanctifica* ſic Gloſſator דלא תהא שמיעה ששומעים מפי עדים גדולה מראיה דהא גבי עדות החדש לא כתיב עדות אלא כזה ראה וקדש. Hæc ſupra ſunt tranſlata.

Concludit tandem Rabbi Sira כגון שראוהו בלילה hic agi de Synedrio, quod naſcentem lunam noctu viderat, cum impoſſibile ſit, calendas conſecrari, tunc craſtino die duos conſtituebant, ut teſtentur ipſi, quique erant è Synedrio viginti trium viralium דאם לא על ערותן של אלו על מה יקדישוה *nam ſi propter illorum teſtimonium non ſanctificent, propter quem ergo ſanctificabunt.*

Verum ſi Synedrium naſcentem lunam vidiſſet vergente ſole, ſatiſque temporis ſupereſſet ad ſanctificandas calendas, ad phaſin eas Synedrio conſecrare conceſſum fuit דלא תהא שמיעה ששומעים מפי העדים גדולה מראיה דהא גבי קידוש החודש לא כתיב עדות אלא כזה ראה וקדש *Quia teſtium auditus non erit valentior illorum viſione, Scriptura enim cum agit de novilunii conſecratione, teſtium nulla ſit mentio, ſed tantum, ſicut iſtam vide & ſanctifica.* Ergo cum naſcentem lunam totam vidiſſet Synedrium, teſtium nulla requirebatur auditio.

(3) ראוהו שלשה והן ב״ד *Si tres vidiſſent, illique Synedrium.*] Diſcedebant ſtatim duo judices αὐτόπται poſt viſam lunam novam, tertioque אצל היחיד ex judicibus, duo alii adjungebantur, coram quibus poſtridie, judices qui egreſſi fuerant, teſtimonium de novilunio pronunciabant, poſtea vero calendarum conſecratio per tres iſtos fiebat, quoniam novilunii ſanctificatio non fit niſi per tres pluresve, ut Maimonides in tractatu ſuo de novilunii ſanctificatione cap. 2. §. 8. ואין מקדשין את החדש אלא בשלשה. *Nec calendas conſecrabant pauciores, quam homines tres*, ad quem ſic Gloſſator ואין מקדשין החדש אלא בשלשה שהרי קידוש החדש אינו מסור לכל אדם אלא לבית דין ואין בית דין פחות משלשה *Quoniam lunæ conſecratio nemini alii, quam Synedrio, tradita eſt, nullumque Synedrium minus eſt tribus hominibus.*

Idcirco יחיד ſolus ille ſuperſtes, licet ſit expertus, calendas conſecrare nullo modo poteſt שאין יחיד נאמן לומר מקודש בפני עצמו לכך צריך להושיב מחביריהן אצלו.

Hæc Miſna iterum Gemariſtis diſputandi anſam præbuit, qui fit, ut יחיד *ſolus homo expertus* מומחה non ſit capax ad calendas conſecrandas, ſicut fit in pœnis pecuniariis, ubi, ſi expertus ſit judex, ſolus ille judicat; Similiter ſolus expertus ſanctificet הכא נמי ניקדושי ביחיד reſpondent Rabbini, Miſnam noſtram hoc nos docere, nullo modo id fieri poſſe, confirmant hoc præterea exemplo & dicunt nullum fuiſſe inter populum majorem, ac Moſe peritiorem, & tamen Deum voluiſſe, ut calendarum conſecratio Aärone præſente fieret, ſicuti dicitur Exod. 12. 1. *Et dixit Deus Moſi & Aäroni, menſis iſte erit vobis caput menſium* שאין לך מומחה לרבים יותר ממשה רבינו ע״ה וקאל׳ רחמנא עד דאיכא אהרן בהדן דכתיב ויאמר יי׳ אל משה ואהרן וגו׳ החדש הזה לכם.

ב כל השופרות כשרין חוץ משל פרה מפני שהוא קרן (1) אמר רבי יוסי והלא כל השופרות נקראו קרן שנאמר במשוך בקרן היובל:

2. Omnes buccinæ ſunt legitimæ præter cornu vaccinum, quia illud vocatur קרן *cornu*; Dixit R. Joſe, an non omnes שופרות *buccinæ* vocantur קרן *cornu*, ſecundum illud Joſuæ 6. 5. *In trahendo cornu arietino.*

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שהוא קרן *Quia illud vocatur cornu*, at non vocatur שופר, uti ſcriptum eſt Deut. 33. 17. בכור שורו הדר לו וקרני ראם קרניו Cæterum de ritu novi anni Lex utitur voce שופר, nec non de ritu Jubilæi; at nos ex Jubilæo concludimus ad initium anni eodem inſtrumento rite celebrandum. בקרן היובל *cum cornu Jubilæi*, יובל vero idem eſt quod דכרא *aries*, quemadmodum dixit R. Akiba, quando in Gallia peregrinabar דכרא vocabant יובלא; ſic etiam שופר arietis vocatur קרן *cornu*. Sapientes autem dicunt, omnes buccinæ vocantur קרן *cornu*, & שופר *buccina*, ſed vaccæ cornu nunquam vocatur שופר; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod cornu vaccinum vocetur cornu, hoc probatur ex Deut. 33. 17. בכור שורו הדר לו וקרני ראם קרניו Argumentantur autem Sapientes contra R. Joſe, dicentes, omnia cornua vocantur קרן *cornu* & שופר *buccina*. Et cornu vaccinum vocatur cornu, at nunquam שופר *buccina*; deciſio non eſt juxta R. Joſen.

HOUTINGIUS. (1) *Dixit Rabbi Joſe an non omnes buccinæ vocantur* קרן *cornu.*] Probat hoc R. Joſe ex illo Joſuæ loco *in trahendo cornu* היובל *arietino* ubi per יובל *arietem* intelligunt, ſic R. O. Bartenora ויובל דכרא הוא. Id דאמר רבי עקיבה כשהלכתי לגליא היו קורין לדכרא יובלא. eſt, *Et per* יובל *arietem intelligunt, nam dixit R. Akiba, quando in Galliam peregrinabar, in uſu fuiſſe, ut arietem vocarent* יובלא: Pulchre quidem animadvertiſſe ajunt Rabbini R. Joſe, verum ad ſolvendum ipſius argumentum proferunt Magiſtri, *omnes buccinas vocari* קרן *&* שופר, *ſed cornu vaccinum ſemper gerere nomen* קרן, *nunquam vero* שופר, ſic in Gemara ורבנן כל שופרות אקרו שופר ואקרו קרן דפרה קרן אקרי שופר לא אקרי דכתיב בכור שורו הדר לו וקרני ראם קרניו. *Secundum illud* Deut. 33. 17. *Primogeniti bovis illius decor eſt ei & velut cornua monocerotis duo cornua ejus.*

Probant Rabbini præterea pro feſto tubarum tale requiri cornu, quod *buccinæ* שופר nomen gerit, licet clare in ſcriptura id non ſit expreſſum, tamen conſueto more, ut Magiſtri loquuntur, per regulam æqualem id deducunt, ſic Gemara hujus tractatus pag. 33. 2. ת״ר מניין שבשופר ת״ל והעברת תרועה אין לי אלא ביובל בר״ה מניין ת״ל בחדש השביעי שאין תלמוד לומר בחדש השביעי ומה ת״ל בחדש השביעי שיהו כל שופרות של חדש השביעי זה כזה.

Sic etiam Maimonides in tractatu ſuo שופר de tuba cap. 1. 1. ואף על פי שלא נתפרש בתורה תרועה בשופר בראש השנה הרי הוא אומר ביובל והעברת שופר תרועה תעבירו שופר מפי שמועה למדו מה תרועה יובל בשופר אף תרועה ראש השנה בשופר. *Etiamſi non exprimitur in lege clangor per* שופר *in principio anni*, loquitur *quidem de Jubilæo* Levit. 25. 9. *Et tranſire facies buccinam clangoris*, &, in alio loco, *& tranſire facietis buccinam, tamen per oralem traditionem accepimus, quod, ſicuti clangor Jubilæi fit per* שופר *ſic etiam in principio anni per* שופר *fieri debet.* Tali enim modo apud Rabbinos inſtituitur comparatio, quando Scriptura loquitur de initio anni, quod feſti tubarum nomen gerit, vocat illud יום תרועה *diem clangoris*, & זכרון תרועה *memoriale clangoris*;

goris; cum vero de Jubilæo agit, dicit *tranſire facies* תרועה *clangorem* שופר *buccinæ*, ergo quemadmodum *clangor* תרועה Jubilæi fit tali cornu quod buccinæ nomen gerit, ſic etiam in initio anni תרועה *clangor* fieri debet per שופר. Sufficit hæc ſcripſiſſe, ad propoſitum redeamus, & rationem, quam Rabbini afferunt, quare ex cornu taurino non fiat, inſpiciamus, hæc apud Gemaricos in promptu eſt, ſcilicet propter vitulum aureum, propter quem graviter puniti fuerunt, univerſalis enim Magiſtrorum regula eſt, *quod accuſator non poteſt fieri procurator* דאין קטיגור נעשה סניגור, nam accuſator erat שופר של פרה buccina taurina: Sic parilis de ſummo Sacerdote in die expiationis eorum obſervatio eſt, ipſi prohibitum fuiſſe in ſanctum ſanctorum, eo die veſtibus deauratis intrare, nam accuſator erat העגל זהב.

ג (1) שופר של ראש השנה של יעל פשוט (2) ופיו מצופה זהב ושתי חצוצרות מן הצדדין שופר מאריך והחצוצרות מקצרות שמצות היום בשופר:

3. Buccina feſti novi anni fuit de rupicapra recta & orificio auro obducto, & duæ tubæ ab utroque latere, buccina ſonitum edebat diuturniorem, tubæ minus diuturniorem, quia præceptum iſtius diei eſt, ut clangatur buccina.

R. OB. DE BARTENORA.

של יעל פשוט *Rupicapræ rectæ*; quia propter orationem neceſſaria eſt extenſio. ופיו מצופה זהב *& orificio ejus auro obducto*, tractat de buccina qua in Sanctuario clangebant. שופר מאריך *buccina ſonitum edebat diuturniorem*, poſtquam tubarum ſonus abſolutus eſſet, audiebatur ſonus buccinæ, uti ſcriptum eſt Num. 10. 9. על הצר הצורר אתכם והריעותם בחצוצרות ונזכרתם.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ordo hic tantum obtinebat in Sanctuario, eo quod Deus dixit Pſal. 98. 6. בחצוצרות וקול שופר הריעו לפני המלך יהוה Sed extra Sanctuarium non clangebant in feſto novi anni, niſi buccina tantum; & in jejuniis tantum cum חצוצרות *tubis*; quod præceptum in ſe continebat, quia jejunia tantum propter Eccleſiæ anguſtias inſtitutæ ſunt,

HOUTINGIUS. (1) שופר של ראש השנה. *Buccina novi anni recta eſt.*] Simplex, *nam ad precandum requiritur ſimplicitas & cordis ſinceritas* דלתפילה בעינן פשיטות.

(2) ופיו מצופה זהב *Orificio auro obducto.*] Loquitur de ea quæ ſtante templo in uſu fuit.

Primo enim menſis die anni politici, apud Judæos feſtum hoc tubarum celebrabatur, quod inſtitutum legitur Levit. 23. 24. *Menſe ſeptimo, primo die menſis erit vobis Sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitis ſanctum, &c.* His additur Num. 29. 2. *Offeretiſque holocauſtum in odorem ſuaviſſimum Domino.*

Quare vero hoc tubarum feſtum inſtitutum ſit, variæ ſunt opiniones; Rabbini Judæorum putant inſtitutum eſſe in memoriam liberationis Iſaaci ab immolatione, & propterea à Deo mandatum fuiſſe, ut in eo clangatur tuba, ſeu cornu arietino, quod aries inter fruteta pro Iſaaco demonſtratus & immolatus eſt Geneſ. 22.

Nonnulli volunt inſtitutam eſſe hanc ſolennitatem, ut in memoriam revocarent gravia illa bella, quæ populus Iſraëliticus, auſpice & duce Deo geſſerat, primo contra Amelechitas, deinde vero contra Ethnicos, atque admonerentur ſimul vitam humanam, nil niſi militiam perpetuam in terris eſſe.

Quia vero plurimum in hujus menſis obſervatione ſitum eſt, tum quod plures in eo ſunt feſti dies, quam in aliis vero menſibus omnibus, tum vero quod ab hoc menſe inchoatur numeratio anni Semita, ideo aliis probabilius videtur, voluiſſe Deum primum ejus diem feſto, otio, clangore & ſacrificiis, ſolennem reddere, ut ex initio notabilior fieret, & populus ad obſervationem ſequentium feſtorum hoc pacto excitaretur, atque clangore & ſonitu iſto tubarum admoneretur, ut gratum ſe Deo præſtaret pro beneficiis omnibus, quæ anno præcedente in eum abunde contuliſſet.

ד (1) בתעניות בשל זכרים כפופין (2) ופיהן מצופה כסף (3) ושתי חצוצרות באמצע שופר מקצר והחצוצרות מאריכות שמצות היום בחצוצרות:

4. In jejuniis de arietibus incurvatis, & orificiis argento obductis, ac duæ tubæ in medio, buccina ſonitum edebat minus diuturniorem, tubæ vero diuturniorem, quoniam iſtius diei præceptum eſt, ut clangatur tubis.

R. OB. DE BARTENORA. בשל זכרים *Maſculorum*, ſcil. arietum. ושתי חצוצרות באמצע *ac duæ in medio*, duæ illis erant buccinæ, una ad hoc latus, altera ad illud, atque in medio tubæ. שמצות היום בחצוצרות *quoniam præceptum diei eſt, ut clangatur tubis*, nam jejunia plerumque propter Eccleſiæ anguſtias inſtituta ſunt, vide Num. 10. 6. Cæterum in Sanctuario hoc tantum fiebat; ſed in terminis, quando buccina requiritur, non requiruntur tubæ, & vice verſa, uti ſcriptum eſt Pſal. 98 6. על הצר הצורר אתכם והריעותם בחצוצרות ונזכרתם ubi dicitur *coram rege Domino*, ſi vero hoc non fiat coram rege Domino, non requiritur is ritus.

HOUTINGIUS. (1) בתעניות *In jejuniis.*] Intelligit hic, ac loquitur Miſnicus auctor de jejunio publico ab Eccleſia indicto, quando anguſtiâ affligebatur; Multa enim à Prophetis, & ſanctis viris, (licet unicus in Lege Moſis dies jejunio dictus & injunctus eſt, decimus nempe Septembris, quo annuatim feſtum expiationum celebrabatur) pro temporis & neceſſitatis ratione inſtituta fuere jejunia, ut ex Prophetarum ſcriptis apparet; Hinc legimus de quatuor jejuniis publicis tempore Zachariæ; *Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi menſis, erit domui Judæ in gaudium, & lætitiam, & in ſolennitates præclaras, veritatem tamen, & pacem diligite.* Zach. 8. 19.

Probant vero Rabbini in jejunio publico clangendum eſſe ex illo Num. loco cap. 10. 9. *Contra oppugnatorem oppugnantem vos clangetis tubis.*

Præceptum vero tum חצוצרות *tubas*, tum *buccinas* שופר ſimul inflandi, obſervabatur duntaxat ſtante templo, verum *in provinciis* ביגולין ſimul non utebantur, ſed ſi tempus erat inflandi buccinam e. g. in ראש השנה *initio anni*, non adhibebantur חצוצרות *buccinæ*; vel è contra, ſi tempus erat inflandi tubas, ut in jejuniis שופר nullo modo adhibebatur, ſecundum illud Pſ. 98. 7. *Tubas & clangorem buccinæ, inflate coram Rege domino*;

שלא לפני מלך ה' In templo præſentibus Sacerdotibus, לפני מלך ה' extra templum, prohibitum habetur, de quo inſpiciatur Gemara.

(2) ופיהן מצופה כסף *Et orificiis argento obductis.*] Quæritur inter Rabbinos, quomodo fiat; quod in ראש השנה *initio anni* utuntur tubâ, cujus orificium auro ſit obductum, in jejuniis argento, facilis eſt apud Magiſtros reſponſio, quia ad congregandum populum, utuntur tubâ, cujus orificium argento obductum eſt, ſecundum illud Num. cap. 10. 2. *Fac tibi duas tubas argenteas; opere*

continente facito illas, ut ſint tibi ad convocandum cœtum.

Hinc in jejunio, quo populus congregatur, tubis utuntur, quorum orificia argento ſunt obducta.

De *initio anni* ראש השנה, cum utantur buccina, cujus orificium auro ſit obductum, hæc Rabbinorum ratio eſt, quia illud feſtum eſt præſtantius, כבוד יום טוב עדיף ut in Gemara.

(3) ושתי חצוצרות באמצע *Et duæ tubæ in medio.*] *Ab utroque vero latere buccina erat*, שני שופרות היו להם אחד מכאן ואחד מכאן וחצוצרות באמצע.

ה שוה יובל לראש השנה (1) לתקיעה ולברכות רבי יהודה אומר בראש השנה תוקעין בשל זכרים וביובלות בשל יעלים :

5. Parilis tum Jubilæi, tum novi anni obſervatio eſt quoad clangorem & benedictionem, R. Jehuda vero dicit, quod in initio anni clangebant de arietibus, & de rupicapris in Jubilæo.

R. OB. DE BARTENORA.

שוה יובל לראש השנה לתקיעה. *Comparat Jubilæum cum novo anno quod ad clangorem*, cum cornibus extenſis, etſi autem clangor Jubilæi non fiat pro oratione, neque in memoriam, ſed in ſignum ſervorum manumiſſorum, & agrorum ad poſſeſſores redeuntium; nihilominus tamen neceſſarium eſt, ut ſit inſtar clangoris novi anni, quia unus modus ab altero diſcitur per argumentum à ſimilitudine vocis שביעי, quæ in Lege dicitur de Jubilæo & de novo anno, nimirum, ut omnes clangores neceſſario fiant buccina, extenſa in utroque שביעית *ſeptimo.* Aliter, *quod ad clangorem*, id eſt, quod ad numerum clangorum. ולברכות *& quod ad benedictiones*, nam neceſſe eſt ut recitentur loca Legis de regno Dei tractantia, & in memoriam (vide librum precum in Muſaph Roſch Haſſchana) nec non ea, quæ tractant de buccina in die expiationis anni Jubilæi, uti in feſto novi anni. R. *Jehuda dicit, in initio anni clangebant de arietibus, & de rupicapris in Jubilæo*, ſed deciſio non eſt juxta R. Jehudam, neque juxta doctorem primum; ſed deciſio eſt, quod tam in novo anno quam in die expiationis anni Jubilæi clangebant buccina de ariete maſculo incurvato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לתקיעה *Quod ad clangorem*, vult dicere, quod ad numerum clangorum buccinæ. ולברכות *& benedictiones*, quod ad numerum benedictionum quæ occurrunt in oratione, ſed hic caſus quoque alio in loco exponetur. Supra vero expoſitum eſt, quod novi anni buccina neceſſario debeat eſſe de rupicapra recta; ſed ita non eſt deciſio, neque juxta R. Jehudam. Verum deciſio talis eſt, ut buccina Jubilæi & novi anni debeat conſtare è cornu arietis maſculi incurvati.

HOUTINGIUS. (1) לתקיעה *Quoad clangorem.*] בפשוטה quoad ſonum ſimplicem, ut nonnulli Rabbinorum explicant, licet Jubilæi clangor non ſit ad precandum, verum in liberationis ſignum, & agrorum ad dominos reſtitutionis, tamen Jubilæi clangor ſimilis eſt clangori initii anni, probavimus enim hoc, ajunt Magiſtri, ac deduximus per regulas æquales à vocibus שביעי שביעי; quod tali modo explicant שיהיו כל תקיעות שבחדש השביעי שוות זו כזו Id eſt, *Ut omnes clangores, qui menſe ſeptimo fierent, eſſent æquales.* Alii vero לתקיעה aliter explicant, nempe quoad numerum clangorum, ſic etiam ולברכות quoad numerum *benedictionis, ut æque neceſſe ſit pronunciare in Jubilæo* מלכיות זכרונות שופרות *ac in initio anni. Videamus enim, quid de hâc re habeat Maimonides,* שופר של יובל ושל ראש השנה אחד הוא לכל דבר ואחד ראש השנה ואחד היובל לתקיעה in Hilcot. Semita vejobel cap. 10. §. 11.

(2) אמר רבי יהודה *Dixit R. Jehuda in initio anni clangebant de arietibus, in Jubilæo de rupicapris.*] Deciſio enim vera eſt: quod buccina tum Jubilæi, tum novi anni, fuerit de arietibus incurvatis אלא הלכה בין ר"ה בין של יובל שניהם בשל זכרים כפופים ut Bartenora.

ו שופר שנסדק ודבקו (1) פסול דבק שברי שופרות פסול (2) נקב וסתמו אם מעכב את התקיעה פסול ואם לאו כשר :

6. Buccina quæ ſciſſa eſt, & glutine conjuncta, illegitima eſt. Si conjunxerit buccinarum fracturas illegitima habetur. Si vero foramen habeat & illud occultat, cum clangorem impediat, illegitima eſt, ſi non, legitima eſt buccina.

R. OB. DE BARTENORA.

שופר שנסדק ודבקו *Buccina quæ ſciſſa eſt, & conjuncta*, glutine conjuncta, כשר *legitima eſt*, quia ſe habet inſtar duarum buccinarum; at hoc intelligendum eſt ſi in latitudine ſua perforata fuerit, & poſt locum cui os imponit uſque ad locum ſciſſionis reliqua fuerit quantitas clangoris, legitima eſt; ſin minus, illegitima eſt: at quanta eſt menſura clangoris? tanta, ut ei manum imponere poſſit, & ab utraque parte eam videre poſſit.

נקב וסתמו *Si foramen habeat & id occultet*, hoc intelligendum eſt quando foramen occluſerit re quæ ejuſdem eſt ſpeciei, & maxima buccinæ pars manſerit integra, & foramina non impediverint ut obſtruatur clangor, tum legitima eſt buccina; ſi vero una ex his circumſtantiis defuerit, illegitima eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שופר שנסדק *Buccina quæ ſciſſa eſt*, hoc intelligas quando in longitudine ſua ſciſſa eſt; at ſi in latitudine ſua ſciſſa eſt, & poſt locum ſciſſionis de longitudine ſua reliqua fuerit quantitas buccinæ, quæ eſt, ut eam manu quis prehendere poſſit & videre ab utraque parte, tum legitima eſt. נקב *ſi perforata fuerit*, hoc illas habet rituum conditiones, nimirum, quod foramina impleri & obſtrui debeant, ſi obſtruxerit ea ejuſmodi re quæ eſt illius ſpeciei: ut maxima pars integra maneat ſine foramine, & foramina non impediant clangorem, quemadmodum Miſna dicit, כשר *legitima eſt*; ſi vero foramen obſtruxerit re quæ alius eſt ſpeciei, illegitima eſt.

HOUTINGIUS. (1) שופר שנסדק *Buccina quæ ſciſſa eſt.*] In longitudinem, illegitima eſt; Si vero fracta ſit in latitudinem, ita tamen ut ſuperſit à loco ubi ponitur os הנחת פה uſque ad locum fiſſuræ כדי שיעור תקיעה juſtum inflandi ſpatium, legitima eſt, ſi vero non, illegitima eſt.

Sic R. O. Bartenora נסדק לארכו אבל נסדק לרחבו אם נשתייר ממקום הנחת פה עד מקום הסדק כדי שיעור תקיעה כשר ואם לאו פסול. Sic etiam Joſeph Caro in Orach Chaim de Initio anni אלא אם כן נשאר מהסדק לצד פיו שיעור תקיעה דהיינו ארבע גודלים וכשנשתייר בו כך כשר. Sic etiam Maimonides in tractatu ſuo שופר cap. 1. §. 5.

(2) נקב וסתמו *Si foramen habeat & illuc occultat.*] *Hoc præciſe fieri debet eadem de ſpecie*, דוקא שסתמו במינו, ea tamen conditione, ut buccinæ pars maxima ſit perfecta, & foramina clangorem non impediant, legitima eſt, ſi vero una ex conditionibus ſupra dictis deficiat, illegitima eſt, de quo & Maimonides loco citato ניקב אם סתמו שלא במינו פסול סתמו במינו אם נשתייר רובו שלם ולא עכבו הנקבים שנסתמו את התקיעה הרי זה כשר.

ז התוקע 7. Si

ז התוקע (1) לתוך הבור (2) או לתוך הדות (3) או לתוך הפיטם (4) אם קול שופר שמע יצא ואם קול הברה שמע לא יצא וכן מי שהיה עובר אחורי בית הכנסת או שהיה ביתו סמוך לבית הכנסת ושמע קול שופר או קול המגילה (5) אם כיון לבו יצא אם לאו לא יצא (6) אף על פי שזה שמע וזה שמע זה כיון לבו וזה לא כיון לבו :

7. Si clangat quis in foveam, vel in ciſternam, vel intra dolium, ſi clangorem buccinæ audiverit, ſatisfecit officio ſuo, ſi vero ſonitum ſonorum audiat, non ſatisfecit officio ſuo; Parili modo ſi tranſeat aliquis poſt Synagogam, vel quod domus ejus ſit propinqua Synagogæ, & audiat ſonitum buccinæ; vel ſonitum legentis volumen Eſter, & corde ſuo intenderit, ſatisfecit officio ſuo, ſi vero non intenderit, non ſatisfecit, licet ille audiverit, & ille audiverit, & ille intenderit, & ille non intenderit, (non ſatisfecit officio ſuo)

R. OB. DE BARTENORA.

בור Notat excavationem ſoli; דות notat locum parietibus inſtructum. פיטם eſt vas teſtaceum. אם קול שופר *ſi vox buccinæ*, ſi quis extra foveam fuerit, & audiverit ſonum clangoris illius qui in fovea clangit; nam iis qui ſunt in fovea ſemper ſatisfaciunt debito ſuo, quia ſemper buccinæ ſonum audiunt.

אם כיון לבו *Si corde intenderit*, ut debito ſuo ſatisfaciat etſi is qui clanxit non intenderit ut ſe à debito liberaſſet; nam hic ſermo eſt de miniſtro eccleſiæ qui clanxit, & ea quidem intentione ut omnes auditores liberaret à debito clangoris buccinæ; propterea, etſi non intenderit ad liberandum à debito eum qui extra Synagogam incedit, eumque non cognoverit, ſatisfecit tamen debito ſuo. Sed ſi quis privatum hominem clangore velit liberare à debito ſuo, tum debet intendere is qui excitat clangorem, & qui audit clangorem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בור Eſt fovea in corpore ſoli. דות eſt locus ſupra terram extenſus & parietibus circumdatus, פיטם eſt magnum vas teſtaceum; & propter eos qui extra foveam ſunt dicitur אם קול הברה שמע לא יצא *ſi ſonum ſonorum audiverit, non ſatisfecit*; qui vero in fovea erant, ſatisfaciebant. Cæterum neceſſe eſt ut is qui buccina clangat, ea id faciat intentione ut ſatisfaciat illa actione auditoribus, & tum auditor intendet quoque, & ſatisfaciet debito ſuo. Ratio autem, quare hic non ponit conditionem de intentione illius qui clangit, eſt, quod eccleſiæ miniſter, ſive legatus cœtus ſit, cujus principalis eſt intentio clangoris ut hoc modo populum liberet à debito; ideo, quando clangit, id eo facit ſcopo ut omnes auditores liberentur ab obligatione ſua; hac de cauſa non requirebatur ut doctor Miſnicus hæc diceret, præterquam ad ſcopum illius qui audiverat.

HOUTINGIUS. (1) לתוך הבור *In puteum.*] Eſt חפירה בקרקע ut Gloſſator.

(2) או לתוך הדות *Vel in ciſternam.*] *Eſt locus cinctus muro ſuper terram.* מקום מקוף מחיצות על הארץ, ſcribit vero Buxtorfius, quod בור & דות idem ſunt, בור conſtat foſſâ, דות ædificio ſuper terram מקום גבוה על הארץ מוקף כתלים:

(3) או לתוך הפיטם *Vel in dolium.*] *Eſt vas magnum teſtaceum.* כלי גדול של חרס

(4) אם קול שופר שמע *Si clangorem buccinæ audiat.*] Intelligunt hoc Rabbini, de eo qui extra foveam ſtat, ſi vero buccinæ ſonitum clarè & articulatè audiat, ſatisfecit officio ſuo.

De iis vero, qui intra puteum vel foveam ſtant, præſupponunt, illos continuè buccinæ ſonitum audire, ac conſequenter officio ſatisfacere, ſic Maimonides in tractatu de Buccina cap. 1. §. 8. התוקע בתוך הבור או בתוך המערה אותן העומדין בתוך הבור והמערה יצאו והעומדין בחוץ אם קול שופר שמעו יצאו ואם קול הברה שמעו לא יצאו וכן התוקע לתוך חבית גדולה וכיוצא בה אם קול שופר שמע יצא ואם קול הברה שמע לא יצא. Id eſt, *Quicunque intra foveam vel ſpeluncam clangit, cum ipſo & ſtantes in eadem fovea ſatisfaciunt officio; Illi vero qui extra foveam ſtant, ſi buccinæ ſonitum audierint, officio ſatisfaciunt, ſi autem ſonitum audierint ſonorum, non ſatisfaciunt officio; Similiter ſi clanxerit quis intra vas magnum aliquod & ſimilia, ſi buccinæ ſonitum clare, ſatisfecit officio; ſi ſonitum ſonorum audierit, minime officio ſatisfecit.*

(5) אם כיון לבו *Si corde intenderit, ſatisfecit.*] Etiamſi clangens non intenderit, ad ipſum ab officio liberandum, exemplo hoc illuſtrant Magiſtri de Miniſtro Synagogæ, qui clangit, ac intendit ad liberandos omnes, qui buccinæ clangorem clarè audiunt, licet ille non intenderit liberare eum, qui poſt Synagogam tranſit, neque noverit, tamen ſi buccinæ ſonitum tranſiens ille, vel alius quis audierit, officio ſuo ſatisfeciſſe omnes conſentiunt; Verum enimvero, ſi clangit ad liberandum *privatum* יחיד, requiritur tunc, ut & auditor & qui audire facit, intendant, de quo Maimonides loco citato cap. 2. §. 5. מי שתקע ונתכוון להוציא כל השומע תקיעתו ושמע השומע ונתכוון לצאת ידי חובתו אף על פי שאין התוקע מתכוון לזה פלוני ששמע תקיעתו ואינו יודעו יצא שהרי נתכוון לכל מי שישמענו לפיכך מי שהיה מהלך בדרך או יושב בתוך ביתו ושמע התקיעות משליח ציבור יצא אם נתכוון לצאת שהרי שליח צבור מתכוון להוציא את הרבים ידי חובתן. Id eſt, Si clanxerit quis, & intenderit liberare omnes audientes buccinæ ſonitum, ſi audierit audiens ea intentione, ut officio ſuo ſatisfaceret, licet clangens non intenderit ad talem hominem N audientem ſonitum buccinæ ſuæ, neque norit, tamen ſatisfecit officio ſuo; quia clangens intendit ad omnes audientes clangorem: ideo ſi quis ambulans vel in domo ſedens audierit Synagogæ Miniſtrum clangentem, ſatisfecit officio, (ea conditione ſi ſatisfacere auditor intenderit,) quia Synagogæ miniſtri intentio erat multos ab officio liberare.

(6) אף על פי שזה שמע *Licet ille audiverit.*] Quid Rabbini per hoc intelligunt, fideliter nos docet Maimonides loco citato cap. 2. §. 4 *Si intenderit audiens ea intentione, ut officio ſuo ſatisfaciat, & non intenderit clangens ipſum liberare, (agitur hic de privato aliquo qui clangit.) vel ſi ipſum liberare clangens intenderit, & non intenderit audiens officio ſuo ſatisfacere, minime ſatisfecerunt officio ſuo, quin audiens, & audire faciens debeant intendere.* נתכוון שומע לצאת ידי חובתו ולא נתכוון התוקע להוציאו או שנתכוון התוקע להוציאו ולא נתכוון השומע לצאת לא יצא ידי חובתו עד שיתכוון שומע ומשמיע. Tradunt Rabbini in Gemara, & Maimonides loco citato, *Omnes ſive Iſraëlitas, ſive Sacerdotes, Levitas, vel peregrinos, ſervoſque manumiſſos teneri, buccinæ ſonitum audire; Excipiuntur tamen fœminæ, ſervi, & minorennes, verum is qui dimidius eſt ſervus & dimidius eſt liber, vel obturatus in genitalibus, vel androgynus æque tenentur ac ſupra nominati*, הכל חייבין לשמוע קול שופר כהנים לוים וישראלים וגרים ועבדים משוחררים אבל נשים ועבדים וקטנים פטורין מי שחציו עבד וחציו בן חורין וטומטום ואנדרוגינוס חייבין, Pergit idem ac addit nobis laudatus auctor, *fœminas neque ſervos neque minorennes capaces eſſe aliquem liberare* (de quo etiam Miſna noſtra חרש שוטה וקטן אין מוציאין את הרבים ידי חובתן) Idque hanc ob rationem, *quod quicunque non tenetur obſervare præceptum, non poteſt liberare eum, qui tenetur; exempli gratia, ſi fœminæ vel minorennis clanxerint buccinâ, qui eorum clangorem clare audit, non ſatisfecit officio ſuo*, verum ab eo audire tenetur, cui buccinam inflandi præceptum incumbit כל מי שאינו חייב בדבר אינו מוציא את החייב ידי חובתו לפיכך אשה או קטן שתקעו בשופר השומע מהן לא יצא.

ח והיה

8. Erat-

ח (1) והיה כאשר ירים משה ידו וגבר ישראל וגומר וכי ידיו של משה עושות מלחמה או שוברות מלחמה אלא לומר לך כל זמן שהיו ישראל מסתכלים כלפי מעלה ומשעבדין את לבם לאביהם שבשמים היו מתגברים ואם לאו היו נופלין כיוצא בדבר אתה אומר עשה לך שרף ושים אותו על נס והיה כל הנשוך וראה אותו וחי וכי הנחש ממית או מחיה אלא בזמן שישראל מסתכלין כלפי מעלה ומשעבדין את לבם לאביהן שבשמים היו מתרפאים ואם לאו היו נימוקים חרש שוטה וקטן אין מוציאין את הרבים ידי חובתן זה הכלל כל שאינו מחויב בדבר אינו מוציא את הרבים ידי חובתן:

8. *Eratque quum attollebat Moſes manum ſuam ut Iſraëlitæ prævalerent, &c.* Exod. 17. 11. & quid an manus Moſis erant cauſa victoriæ nec ne? Verum Scriptura docet, quod toto tempore, quo Iſraëlitæ reſpiciebant cælum ac ſerviebant ſincero corde Patri cœleſti, prævalebant, ſi vero non, cadebant, illuſtrabo exemplo, *Fac tibi ſerpentem & impone eum perticæ, eritque ut quiſquis morſus fuerit, quum aſpexerit eum, ſanitatem recipiat* Num. 21. 8. Et quid an ſerpens interficiebat & in vitam reſtituebat? verum ſic intelligendum eſt, quod toto tempore, quo Iſraëlitæ reſpiciebant cœlum, ac Patri cœleſti inſerviebant, ſanabantur, ſi vero non, diſſoluti ſunt. Stultus, parvulus, minorennis non liberant multos (alios) ab officio, nam univerſalis regula eſt, omnis qui non tenetur obſervare præceptum hoc, non liberat multos ab officio.

R. OB. DE BARTENORA. והיה כאשר ירים משה ידו וגו׳ *Et erat quum attollebat Moſes manum ſuam &c.* nam ſuperiori Miſna ſermo eſt de intentione cordis, ideo in hac Miſna quoque ſermo fit de hoc caſu, nimirum de eo tempore quo Iſraël reſpiciebat patrem cœleſtem, & prævalebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Tractat doctor Miſnicus de eo quod neceſſum habemus in ſimilibus rebus, & juxta ſcopum hujus tractatus.

HOUTINGIUS. (1) והיה כאשר ירים *Eratque quum attollebat Moſes manum ſuam, ut Iſraëlitæ prævalerent.*] Hic autem eâ occaſione, quod præcedenti Miſna actum fuerit, de cordis ſincerâ intentione, confirmat auctor ac exemplo corroborat, Iſraëlitas, cum piè ac ſincerè Deum precabantur, & intendebant, prævaluiſſe ac hoſtibus devictis dominatos fuiſſe. Sic R. O. Bartenora משום דאיירי לעיל בכונת הלב תנא נמי להך דאית בה בשעה שמכוונים לבם לאביהם שבשמים היו מתגברים.

פרק ד (1) יום טוב של ראש השנה שחל להיות בשבת במקדש היו תוקעין אבל לא במדינה משחרב בית המקדש התקין רבן יוחנן בן זכאי שיהו תוקעין (2) בכל מקום שיש בו בית דין אמר ר׳ אלעזר לא התקין רבן יוחנן בן זכאי אלא (3) ביבנה בלבד אמרו לו אחד יבנה ואחד כל מקום שיש בו בית דין:

Caput 4. Si dies feſtus initii anni incidat in Sabbatum, in templo clangebant, verum in provinciis non, poſt vero templum devaſtatum ſtatuit Rabban Jochanan Filius Sacai, ut omni in loco, in quo erat Synedrium, clangerent; Dixit R. Eleaſar à Rabban Jochanan Filio Sacai ſtatutum tantum fuiſſe, ut in Jabne clangerent. Reſpondebant ipſi, ſive ſit Jabne, ſive alius locus, in quo eſt Synedrium, tamen clangebant.

R. OB. DE BARTENORA.

היו תוקעין במקדש *Clangebant in templo*, nam clangere buccina non eſt opus; prohibuerunt autem hoc Sapientes, ne quis buccinam manu apprehenderet, & tranſeat quatuor paſſus in loco communi; at in templo hoc non decreverunt, quia in templo non datur prohibitio Sapientum Sabbatica. אבל לא במדינה *ſed non in provincia*, neque Jeruſolymæ, neque in terminis; ſed Rabbenu Moſe declarat, quod tota urbs Jeruſolyma vocatur מקדש *ſanctuarium*, & cætera terræ Iſraëlis loca vocantur מדינה *provincia.*

בכל מקום שיש בו בית דין *In omni loco in quo erat domus judicii*, etiam eo in loco in quo eſſet fixum Synedrium, ſed pro re nata illuc veniſſet, nihilominus tamen clangebant illo in loco. אלא ביבנה בלבד *niſi in Jabne tantum*, ubi tempore Eleaſaris erat Synedrium magnum; ſic etiam quocunque in loco quo tranſmigraverat magnum Synedrium. Sed non ubi Senatus viginti erat trium viralis. Differentia vero, quæ inter id quod dicit doctor primus & id quod reſponſum eſt R. Eleaſari, hæc eſt; primus doctor putat quod omni in loco clangunt ubi Synedrium fuerit, etiam ſi pro re nata. Verum ſenſus illius quod R. Eleaſari reſponſum eſt, hujuſmodi eſt, quod tam in Jabne quam in quocunque loco ubi fuerit ſenatus fixus, uti erat in Jabne, clangendum ſit; ſed non eo in loco ubi ſenatus erat pro re nata; deciſio eſt uti R. Eleaſari reſponſum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties declaravimus quod מקדש vocatur tota civitas Jeruſolymæ, & מדינה cæteræ omnes terræ Iſraëlis civitates. Ratio autem ob quam buccinæ clangor prohibitus eſt die Sabbati, eſt, ne miniſter eam manu arripiat, & quatuor paſſus ferat in loco publico, quemadmodum de ramo Lulab diximus: Nam clangor buccinæ non eſt opus. אחד יבנה ואחד כל מקם שיש בו בית דין *Sive ſit Jabne, ſive alius locus, in quo Synedrium erat*, (tamen clangebant) vult dicere, quod, etſi Synedrium ab uno loco ad alium tranſiret, & in loco quodam commoraretur ſine intentione illic manendi, tamen ibi buccina clangebat; deciſio non eſt juxta id quod in principio Miſnæ dictum eſt, quod non clangebant niſi in loco ubi Synedrium erat conſtitutum; neque juxta R. Eleaſarem deciſio eſt.

HOUTINGIUS. (1) יום טוב של ראש השנה שחל להיות בשבת *Si dies feſtus novi anni incidat in Sabbatum, in templo clangebant, verum in provinciis non.*] Diſputatur inter Gemaricos, quo ex loco poſſit probari, ſi dies feſtus novi anni incidat in Sabbatum, buccinæ inflatum in provinciis fuiſſe prohibitum? probat hoc R. Levi R. Chama F. Chanina ex illo Levit. loco cap. 23. 24. ubi legitur *Sabbatum memoriale clangoris.* & ex illo Num. loco 29. 1.

Dies

Dies clangoris erit vobis. q. d. In provinciis, tantum erit iſtius diei memoratio & memoriale clangoris, verum in templo erit dies clangoris & revera tubâ clangetur.

Objiciunt vero auctores, iſtam probationem ex illis ſcripturæ locis eſſe invalidam ac nullius momenti, quia primo in loco tantum agitur de die feſto, qui incidit in Sabbatum, ſecundo vero agitur de die feſto, qui in prophanum incidit: Inſtat adhuc Rabba, ac objicit, ſi ſit ex lege ut in Sabbato clangere quis non poſſit, quare in templo clangebant? ac ſi vellet dicere, quid eſt quod R. Levi inſtat hoc ex Scriptura probare, ſecundum quam, tam extra, quàm intra provinciam licitum eſt inflare buccinam, verum Rabbinorum decretis hoc cautum fuit, ut intra provinciam nullo modo buccina clangerent, quæ Rabbinorum decreta non tenent locum in templo, in quo nec datur גזרה decretum; nec Magiſtrorum שבות, ſecundum illud Gloſſatoris ובמקדש לא גזור דאין איסור שבות דרבנן במקדש. Hujus vero decreti ratio apud eundem in promptu eſt; Quia omnes tenentur inflare buccinam, ſub quibus & artis inflandi imperiti comprehenduntur, ideo decreverunt ac inflatum Buccinæ extra Hieroſolymam prohibuerunt, ne forſitan imperitus quis in Sabbato buccinam accipiat, & expertum de iſta arte interroget, ita ut periculum ſit, ne quatuor cubitos ברשות הרבים *in via publica* tranſgrediatur. הכל חייבין בתקיעת שופר ואין הכל בקיאין בתקיעת שופר גזירה שמא יטלנו בידו וילך אצל הבקי ללמוד ויעבירנו ארבע אמות ברשות הרבים. ut in Gemara eſt videre. De quo etiam inſpiciatur Maimonides in Hilcot de Buccina cap. 2. §. 6. *Si novi anni dies feſtus incidat in Sabbatum, ſingulis in locis non clangebant buccina, licet clangor ſit propter ſtatutum, & ex jure eſt ut omnes clangerent, nam ratio dictat, ut præceptum legis pellat Rabbinorum ſtatuta. Et quare non clangebant? quia decretum eſt, ne accipiat forſitan buccinam, & adducat eam perito artis clangendi & tranſgrediatur 4 cubitos in viâ publica.* יום טוב של ראש השנה שחל להיות בשבת אין תוקעין בשופר בכל מקום אף על פי שהתקיעה משום שבות ומן הדין היה שתוקעין יבא עשה של תורה וידחה שבות דבריהם ולמה אין תוקעין גזירה שמא יטלנו בידו ויוליכנו לפי שיתקע לו ויעבירנו ארבע אמות ברשות הרבים.

(2) בכל מקום שיש בו ביד *Clangebant in omni loco in quo erat Synedrium.*] *Quia Synedrium cautum, ac artis inflandi peritum eſt, nec verendum eſt, illos facile tranſgredi 4 cubitos in via publica, ut peritum hac de re interrogent, quoniam Synedrium populum Sabbati ritualia docere poterat.* מפני שבית דין זריזין הן ולא יבואו התוקעין להעביר השופר בפניהם בראש השנה שבית דין מזהירין את העם ומודיעין אותן.

(3) ביבנה בלבד *In Jabne tantum.*] Clarius hoc à Gloſſatore explicatur, nempe *clanxiſſe non tantum in Jabne, quo tempore Synedrium ibi morabatur, verum omni in loco, in quo Synedrium ſeptuagintavirale aderat, non autem eo in loco, in quo erat Synedrium* 23. שהיתה שם סנהדרי גדולה בימיו וכן בכל מקום שגלתה שם סנהדרי גדולה אבל לא בבית דין של כ״ג.

ב (1) ועוד זאת היתה ירושלים יתירה על יבנה (2) שכל עיר שהיא רואה (3) ושומעת (4) וקרובה (5) ויכולה לבא תוקעין וביבנה לא היו תוקעין אלא בבית דין בלבד :

2. Et hoc habet Hieroſolyma præ Jabne, quod omnis civitas, quæ illam videt, & audit, & quæ propinqua eſt, ut commodè poſſit venire, clangebant, verum in Jabne non clangebant niſi duntaxat in Synedrio.

R. OB. DE BARTENORA.

ועוד זאת היתה ירושלים יתירה על יבנה *Et hoc habet Jeruſolyma præ Jabne*, huic Miſnæ addenda ſunt quædam verba, hoc ſenſu; Jeruſolymæ clangebant per totam urbem, quamdiu Synedrium erat in Sanctuario, nam ſex horas illic ſedebat; at in Jabne non clangebant in tota urbe, ſed coram Synedrio tantum, (& tum ſequitur illud) ועוד זאת היתה &c.

שכל עיר שהיא רואה *Quia omnis civitas quæ eam videt*, ſcil. Jeruſolyma, excipe ejuſmodi quæ erat in valle, in qua non clangebant, etſi propè Jeruſolymis eſſet. ושומעת *& audit*, excepta ea quæ erat in ſummittate montis. וקרובה *& prope*, excipe eam quæ erat extra terminum Sabbathicum. ויכולה לבא *& venire poteſt*, excipe eam quam ſeparat fluvius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando Miſnicus doctor dicit ועוד *& præterea*, vult, quod ipſi alia dicenda erant præter ea quæ jam dixerat; nimirum, quod totus populus Jeruſolymitanus clangebat quamdiu Synedrium erat in Sanctuario. Sed in Jabne non clangebant niſi in Synedrio tantum, quemadmodum dicitur in Miſna. Ratio autem quare non prohibemus clangorem buccinæ in Synedrio, die Sabbati, eſt quia Synedrium cautum eſſe ſolet ne in hac re quicquam accidat peccaminoſum.

HOUTINGIUS. (1) ועוד זאת היתה *Hoc enim habuit præ Jabne Hieroſolyma.*] Deeſſe in hâc noſtrâ Miſnâ aliquid ſcribit commentator, ac ſic legendum ſtatuit בירושלים היו תוקעין בכל העיר כל זמן שבית דין יושבין במקדש. Id eſt, *In Hieroſolyma* (ſtante templo) *clangebant per totam urbem, eo tempore, quo Synedrium ſedebat (quod durabat uſque ad horam ſextam nempe noſtram* 12 עד שבדי יושבין (ששה שעות ביום) *Verum in Jabne* (templo jam deſtructo) *non inflabant buccinam per totam urbem, ſed coram Synedrio duntaxat* וביבנה לא היו תוקעין בכל העיר אלא בפני בידי; Tunc vero incipit hæc noſtra Miſna ועוד זאת היתה.

(2) שכל עיר שהיא *Omnis civitas qua commode videre poterat.*] *Excludit incolas, qui trans fluvium habitant* פרט ליושבת בנחל. *Licet illi ſint propinqui, interdictum eſt, ne clangant buccina* שאף על פי שהיתה קרובה לא היו תוקעין בידה.

(3) ושומעת *Et quæ audire poteſt*] *Excludit tales, qui in vertice montium degunt* פרט ליושבת בראש ההר.

(4) וקרובה *Et quæ propinqua eſt*] *Excluduntur, qui degunt extra terminum Sabbaticum.*

(5) ויכולה לבא *Et quæ commode poteſt pervenire.*] *Excludit eos, qui fluvio aliquo ſeparantur* פרט למפסיק לה נהר.

De quo etiam Maimonides l. c. cap. 2. §. 8. בשנזרו שלא לתקוע בשבת לא גזרו אלא במקום שאין בו בית דין אבל בזמן שהיה בית המקדש קיים והיה בית דין הגדול בירושלים היו הכל תוקעין בירושלים כשבת כל זמן שבדי יושבין ולא אנשי ירושלים בלבד אלא כל העיר שהיתה בתוך תחום ירושלים והיתה רואה ירושלים לא שתהיה בתוך הנחל והיתה שומעת קול תקיעת ירושלים לא שתהיה בראש ההר והיא יכולה לבוא בירושלים לא שיהיה נהר מפסיק ביניהם אנשי אותה העיר היו תוקעין בשבת בירושלים אבל בשאר ערי ישראל לא היו תוקעין Hæc ſupra à nobis ſunt tranſlata.

ג (1) בראשונה היה הלולב ניטל במקדש שבעה ובמדינה יום אחד משחרב בית המקדש התקין רבן יוחנן בן זכאי שיהא לולב ניטל במדינה שבעה זכר למקדש ושיהא יום הנף כולו אסור :

3. Olim geſtabat quis לולב in templo ſeptem dies, & in provinciis uno die; Deſtructo vero templo ſtatuit Rabban Jochanan F. Sacai, ut לולב in provinciis geſtarent ſeptem dies in memoriam templi, & ut dies agitationis eſſet prohibitus.

R. OB. DE BARTENORA. בראשונה היה הלולב ניטל במקדש שבעה *Olim geſtabat quis Lulabh in templo ſeptem dies*, uti ſcriptum eſt Levit. 23. 40. ושמחתם לפני יהוה אלהיכם שבעת ימים Cæterum *in provinciis una die*, quemadmodum ſcriptum eſt, ולקחתם לכם ביום הראשון *& accipietis die primo.* יום הנף *dies agitationis*, agitationis manipuli hordeacei. אסור *prohibitus*, ad comedendum frumentum novum; ratio autem jam expoſita eſt capite tertio tractatus Succa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Hanc Miſnam jam expoſuimus capite tertio tractatus Succa.

HOUTINGIUS. (1) בראשונה היה הלולב ניטל *Olim geſtabat quis* לולב *ſeptem dies in templo.*] Quod vero Rabbini intelligunt per לולב docet nos Maimonides in Hilcot לולב cap. 7. 1. כפות תמרים האמורות בתורה הן חריות של דקל כשיצמחו קודם שיתפרדו העלין שלהן לכאן ולכאן אלא כשיהיה כמו שרביט והוא הנקרא לולב Id eſt, כפות תמרים *de quibus in lege fit mentio, ſunt rami palmæ quando germinant, antequam à ſe invicem folia hinc inde ſeparentur, ſed dum adhuc ſunt inſtar ſceptri, & hoc eſt quod* לולב *vocamus.*

Verum hæc vox latius adhuc apud Magiſtros ſumitur, uti videbimus. Præceptum divinum erat, ut, cum celebrarent feſtum Scænopagiæ, acciperent *Fructum arboris pulchræ, frondes palmarum, & ramum arboris denſæ, & ſalices torrentis.* Levit. 23. 40. Magiſtri quatuor has ſpecies in verſu commemoratas volunt eſſe ſequentes.

1 Per פרי עץ הדר *Fructum arboris pulchræ*, intelligunt אתרוג *Malum citreum.* 2. Per כפות תמרים, uti diximus לולב intelligunt, (patebit & ſtatim ſignificatio latior.) 3. Per ענף עץ עבות *Ramum arboris denſæ*, intelligunt *Myrtum.* 4. Vero per ערבי נחל *Salices* intelligunt.

Has igitur ſpecies ſingulas accipiunt, ſpatulam palmæ unam, citreum unum, tres ramos myrti & ſalices; Malum citreum ſeparatum relinquunt, cæterarum trium ſpecierum virgas vel ramos ſolide compingunt & conſtringunt viminibus ſalicum in אגודה *faſciculum* unum, quem communiter vocant לולב à primaria ſpecie, quia palma reliquas magnitudine & altitudine ſuperat in faſciculo. Super לולב etiam eandem ob cauſſam benedictionem recitant וכשהוא ניטלה לצארה בהן מברך תחלה. על נטילת לולב הואיל וכולן טפלין לו. Quando iis utuntur, dextra manu tenent לולב, ſiniſtra vero malum citreum. ואחר כך נוטל אגודה הזאת בימינו ואתרוג בשמאלו. Quem (uti Miſna docet) olim 7 dies in templo faſciculum cum citreo geſtabant, in provinciis uno tantum die, quod probant ex illo Levit. loco 23. 40. *Et lætabimini coram Jehova Deo veſtro ſeptem dies*, hoc intelligunt de templo.

De provinciis probant hoc ex eodem verſu, ut geſtent faſciculum ſolummodo uno die, *Et ſumetis pro vobis die primo.*

(2) ושיהיה יום הנף כולו אסור *Et ut dies agitationis eſſet prohibitus.*] Non inobſcurè nobis ex Sacra Scriptura עומר *menſuram* hordei ſecundo die Paſchatis oblatam fuiſſe conſtat, ſic Levit. 23. 10. *Et adducetis Homer initii meſſis veſtræ & agitabit Homer coram Domino.* Quo die poſt oblationem recentium fructuum Judæis eſum fuiſſe conceſſum; non tantum ſtante Hebræorum Republica, ac templo, verum poſt deſtructionem ſtatim ab ortu ſolis eſus concedebatur, ut R. S. Jarchi ad tractatum Succa cap. 3. ושיהא יום הנף של עומר דהיינו י״ו בניסן כולו אסור בחדש ובעוד המקדש קיים משקרב העומר היו אוכלין חדש בו ביום כדכתיב עד הביאכם וכשחרב הבית מותר מן התורה משהאיר המזרח כדאמר במנחות.

Uſque ad R. Sacai tempora, quem novorum fructuum eſum illis interdixiſſe, hæc noſtra Miſna docet, cujus rei ratio apud Gemaricos loco citato in promptu eſt. ושיהא יום הנף אסור מאי טעמא מהרה יבנה בית המקדש ויאמרו אשתקד מי לא אכלנו בהאיר מזרח השתא נמי ניכול ואינהו לא ידעי דאשתקד דלא הוא בית המקדש האיר מזרח התיר השתא דאיכא בית המקדש עומר מתיר. *Quænam eſt ratio iſtius prohibitionis? R. ſi ſubitò templum reædificetur, dicerent, anno præterito comedimus recentes fructus lucente aurora, & jam ita faciemus, errarent quidem, quia anno præterito deſtructo templo eſus fructuum novorum ſtatim licitus erat lucente aurora, jam exſtructo prohibitus eſt uſque ad oblationem Homer.*

Unde Rabbini hoc habeant, (ſcilicet templo deſtructo, licitum fuiſſe edere recentes fructus lucente aurora, ſtante templo conceſſum tantum fuiſſe poſt oblationem Homer,) extat clare in tractatu Menachot, כתוב אחר אומר עד עצם היום הזה דהיינו האיר מזרח וכתוב א׳ אומר עד הביאכם הא כיצד בזמן דאיכא עומר עד הביאכם בזמן דליכא עומר עד עצם.

ד בראשונה היו מקבלין עדות החדש כל היום פעם אחת נשתהו העדים מלבוא (1) ונתקלקלו הלוים בשיר התקינו שלא יהו מקבלין אלא עד המנחה ואם באו עדים מן המנחה ולמעלה (2) נוהגין אותו היום קדש ולמחר קדש משחרב בית המקדש התקין רבן יוחנן בן זכאי שיהו מקבלין עדות החדש כל היום. אמר רבי יהושע בן קרחה ועוד זאת התקין רבן יוחנן בן זכאי שאפילו ראש בית דין בכל מקום שלא יהו הולכין אלא למקום הועד:

4. Olim lunæ novæ teſtimonium tota die accipiebatur, contigit aliquando, ut lunæ novæ nuncii morarentur ad veſperam, & Levitæ errarent in cantico; Sancitum tunc poſtea eſt, ne acciperent nuncios niſi ad Mincha, ſi vero poſt Mincha venirent, totus iſte dies, ut & poſterus inſtituebatur ſanctus. Verum poſt templi deſtructionem conſtituit R. Johannes Zacai filius, ut tota die nuncios lunæ novæ acciperent. Dixit R. Joſua filius Corchæ & adhuc hoc ſtatutum fuit à R. Johannes fil. Sacai, quod licet Synedrium omni in loco ſederet, tamen novæ lunæ nuncii ad locum conſtitutum ire debebant.

R. OB. DE BARTENORA.

ונתקלקלו הלויים בשיר *Et Levitæ errarent in cantico*, in cantico ſacrificii veſpertini jugiter offerendi, quod non cecinerant, quia plerumque ante Mincham veniebant teſtes, idcirco canticum inſtituerunt die feſto dicendum ad ſacrificium juge veſpertinum, & ad ſacrificium juge matutinum, quia teſtes ut plurimum nondum venerant ad id temporis, ut neſcirent an dies ille ſanctificandus eſſet; idcirco non ordinarunt ut canticum diceretur die feſto, ſed diei profani canticum tantummodo dicebatur; cæterum illa vice quando tempus ſacrificii veſpertini jugiter offerendi advenerat, teſteſque

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ונתקלקלו הלויים בשיר *Et Levitæ errarent in cantico*, vult dicere, quod Levitæ non dixerint canticum, quia neſciebant an dies eſſet profanus, quia non habebant teſtes qui de apparitione lunæ teſtarentur, an vero dies ſanctus eſſet, & teſtes accedere poſſent ſub finem diei; cùm id omninò neceſſarium ſit ad quodcunque ſacrificium, quemadmodum exponetur in aliquibus locis. Tempus *Minchæ* eſt tempus illud quo ſacrificium juge offerebatur inter duas veſperas; quo oblato deinceps non offerebatur aliud, uti capite quinto tractatus Peſachim expoſitum eſt.

ſteſque nondum acceſſerant, Levitæ neſciebant an canticum diei feſti dicendum eſſet, an vero canticum diei profani, ideo nullo modo canticum dixerunt.

נוהגין אותו היום קדש *Totus iſte dies inſtituebatur ſanctus*, nam poſtquam poſt diem vigeſimum nonum menſis Elul veſper adveniſſet, obtinebat in eo ſanctitas, nam forſan teſtes venirent die ſequenti, & Synedrium illum ſanctificaret, contingeretque ut illa nox eſſet nox diei feſti, & ita quoque totus ſequens dies ſanctus habitus eſt uſque ad tempus ſacrificii veſpertini jugiter offerendi. Cum autem teſtes veniſſent ante ſacrificium juge veſpertinum, Synedrium conſecrabat menſem, & ſciebat quod ſanctitatem bene in eo inſtituerant; ſi vero ingrediente ſacrificii veſpertini tempore & deinceps adveniſſent teſtes, etſi Synedrium non conſecraſſet menſem eo die, atque menſem Elul compleviſſet, aliumque diem conſecraviſſet, nihilominus tamen obtinebat in eo ſanctitas, & prohibitum erat in eo opus facere, ne anni futuri exigua ratio haberetur, & in eo facile totum diem peragerent opera, dicendo, anno præterito fruſtra in eo obtinebat ſanctitas & poſt tempus ſacrificii veſpertini & deinceps denuo habebatur dies profanus, ideo totus dies ſanctus habendus eſt. *Dixit R. Jehoſua filius Corchæ, & huc uſque nondum ſtatutum fuit hoc à R. Sachai, quod, etſi Synedrii caput in omni eſſet loco &c.* vult dicere, quod neceſſe erat ſeparare ſe à loco condicto, & ad alium ſe conferre locum, quandoquidem fundamentum præcepti de ſanctificando menſe in eo conſiſtit, ut Miſna ſuperius dixit, *caput Synedrii dicebat, conſecratus eſt, conſecratus eſt*; nihilominus tamen teſtes non ſequebantur ipſum, ſed locum condictum ubi Synedrium erat, at Synedrium non conſecrabat ſine capite ſive præſide ſuo.

מקום הוועד Eſt locus ſatis notus Synedrio conjunctus, ut locus aliquis determinatus ubi teſtes comparere poſſent, ne ad diverſa loca incerta ſe conferre cogerentur. Notum eſt quod quotieſcunque dicatur בירת דין *domus judicii* in hoc caſu, intelligendum ſit ejuſmodi Synedrium quod in terra Iſraëlis rite conſtitutum eſt, quemadmodum expoſuimus in tractatu Sanhedrin.

HOUTINGIUS. (1) נתקלקלו הלוים בשיר. *Errarunt Levitæ circa canticum.*] Canticum ſcilicet veſpertinum, moris enim erat apud Judæos, ut quotidie, cum offerrent ſacrificium tum matutinum, tum juge veſpertinum, aliquod canticum Levitæ cantarent, quod של חול quaſi canticum *pro die profeſto* dicas, vocabatur; Exceptis calendis Tiſrinis, quibus aliud quoddam canticum, quod שיר של יום טוב *canticum pro die feſto* vocabatur, altaris miniſtros cantaſſe, conſtat. Levitarum vero dubium inde oriebatur, quod, ut Miſna dicit, lunæ novæ nuncii plus ſolitò remorarentur, nec ante tempus juge ſacrificium mactandi advenirent, itaque altaris miniſtri erant valde dubii ac ſolliciti, canerentne canticum של חול *diei profeſti*, an vero canticum של יום טוב *diei feſti*, hinc in ambiguo hæſiſſe Levitas, quod novilunii legati ante מנחה nondum advenerant, nec ullum canticum ceciniſſe conſtat. Quare vero ſtatutum fuerit, ut שיר diceretur, inter offerendum juge ſacrificium veſpertinum, hæc apud Talmudicos ratio eſt. לפי שרוב פעמים היו העדים באים קודם המנחה לפיכך תקנו שיר של יום בתמיד של בין הערבים. *Quia lunæ novæ teſtes, plurimum ante* מנחה *veniebant, idcirco ſtatutum eſt, ut* שיר *pro die feſto diceretur inter offerendum ſacrificium juge veſpertinum.*

Verum inter offerendum juge ſacrificium matutinum ſemper canticum pro die profeſto cantabant, quia teſtes raro tam mature veniebant, ac ignorabant, num dies conſecraretur nec ne ובתמיד של שחר שרוב פעמים עדין לא באו עדים ולא ידעו אם יתקדש היום אם לאו לא תקנו לו שיר של יום טוב אלא שיר של חול היו אומרים.

Parilis hujus Miſnæ ex Maimonide locus non prætermittendus eſt, in quo, Levitas dubios quam maxime, ac ſollicitos fuiſſe, ob lunæ novæ nunciorum moram, offerrentne tempore ſuo ſacrificium veſpertinum nec ne, tradit: בראשונה היו מקבלין עדות החדש בכל יום שלשים פעם אחת נשתהו העדים מלבוא עד בין הערבים ונתקלקלו במקדש ולא ידעו מה יעשו אם יעשו עולה של בין הערבים שמא יבואו העדים ואי אפשר שיקריבו מוסף היום אחר התמיד של בין הערבים עמדו בית דין והתקינו שלא יהיו מקבלי עדות החדש אלא עד המנחה כדי שיהא שהות ביום להקריב מוספין ותמיד של בין הערבין ונסכיהם. Id eſt, *Olim trigeſimo die menſis toto accipiebant teſtimonium de novilunio: Sed evenit aliquando, ut lunæ novæ nuncii ad Mincha necdum acceſſiſſent. Itaque valde dubii ac ſolliciti erant Levitæ, facerentne juge ſacrificium, an differrent etiam, ſi qui porro venirent lunæ novæ nuncii; nam facto ſacrificio jugi veſpertino, ſacrificium nomine Calendarum additum, porro immolari non poterat. Tum verò à Synedrio conſtitutum eſt, ne de novilunio teſtimonium ultra Mincha acciperent, ut videlicet ſatis temporis reſtaret, ad offerrenda ea, quæ calendarum nomine addebantur, ſacra addita, & ſacrificium juge veſpertinum cum eorum libationibus.* Hæc Maimonides in tractatu ſuo de novilunii ſanctificatione cap. 3. §. 5.

Objiciunt vero nobis Toſaphot, qui fiat, ut in cantico Levitæ potuerint errare, cum, altaris miniſtros ceciniſſe hoc canticum veſpertinum inter offerendum libamen, conſtat נתקלקלו בשיר והלא בשעת נסכים היה השיר כדאמרינן בכל דוכתא אין אומר שירה אלא על היין. *Errarunt in cantico, an non canticum dicebatur tempore libaminis? Sicuti dicitur, omni in loco non dicit quis canticum, niſi ſuper vinum* libaminis ſcilicet.

Qui libaminis vini ritus differri in noctem aut craſtinum poterat, ut ex locis Talmudicis clarè patet, ſic cap. 2. tractatus Tal. Erachin. יכול להמתין מלהביא נסכים עד לילה או עד למחר Similiter cap. 1. tractatus Teruma מנחתם ונסכיהם אפילו בלילה מנחתם ונסכיהם אפילו למחר. *Munera ac illorum libamina noctu quidem, (offeruntur) munera illorumque libamina & quidem die craſtino*; Ex quibus libationem ultra horam ſolitam, ac conſequenter canticum, differri poſſe, patet, qui ergo Levitæ in cantico errare potuerint? Reſpondent vero Toſaphot, *quod à priori homo debeat ſuum cum ſacrificio offerre libamen* דלכתחילה יש להביא נסכים עם הזבח. *Nam ſi noctu adduceret libamen, nullo modo poterat dicere canticum* דאי מביא בלילה אין יכול לומר שירה secundum illud Rabbinorum מה כפרה ביום אף שירה ביום. *Quemadmodum expiatio fit interdiu, ſic & canticum interdiu fieri debet.*

Locum vero iſtum paulo [illegible]ra in Toſaphot. דמביא אדם זבחו היום ונסכו מכאן עד עשרה ימים *Quod quis ſacrificium ſuum offerre poſſit hodie, & libamen differre abhinc uſque ad* 10 *dies*, explicant magiſtri à *priori fieri poſſe, ut quis ſuum differat libamen, videlicet ſi ſit ſacrificium alicujus privati, in quo nullus dicitur canticus, verum in ſacrificio publico, quod ſtatuto ſuo offertur tempore, dicitur canticus inter offerrendum cum ſacrificio libamen*, משמע דלכתחילה יכול לעשות כן ה״מ׳ בקרבן יחיד דאין טעון שירה דאין אומרין שירה אלא על קרבן צבור הקבוע להם זמן.

Ultimum vero mihi operæ pretium, ſingulorum dierum Pſalmos addere viſum fuit; Itaque primo poſt Sabbatum die Levitæ cantabant Pſ. 24 ליהוה הארץ ומלואה *Jehovæ eſt terra & quod implet eam.*

Secundo die Pſ. 48. גדול יהוה ומהולל מאד *Magnus eſt Jehova & Laudatus valde.*

Tertio die Pſ. 82. אלהים נצב בעדת אל *Deus aſtat in cætu Dei.*

Quarto die Pſ. 94. אל נקמות ה׳ *O fortis Deus ultionum.*

Quinto die Pſ. 81. הרנינו לאלהים עוזנו *Cantate Deo robori noſtro.*

Sexto die Pſ. 93. ה׳ מלך גאות לבש *Jehova regnat, celſitate indutus.*

Die vero Sabbati cantabant Pſ. 92. מזמור שיר ליום השבת *Pſalmus & canticum, in diem Sabbati.*

Sic in Sacrificio ſacro addito Pſalmum 81. Levitæ cantabant.

(2) נוהגין אותו היום קודש *Totus tunc dies inſtituebatur ſanctus.*] Diem menſis Auguſti trigeſimum intelligit Miſnicus auctor, *qui, ſi ante Mincah lunæ novæ nuncii adveniſſent, à Synedrio conſecrabatur*, ואם באו עדים קודם המנחה בית דין מקדשין את החדש. *Et certò notum erat, eos non immerito eam diei partem in ſanctitate tranſegiſſe* ונודע שיפה נהגו בו קדש. *Si vero teſtimonium de luna nova poſt Mincha*

cha daretur (licet eum diem non conſecrabat Synedrium, verum Auguſtum intercalabat,) tamen reliquum dici ſpatium exigebatur ſanctè, ac operari interdictum erat ואם מן המנחה ולמעלה באו עדים אף על פי שאין בית דין מקדשין אותו היום ויעברו את אלול ויקדשוהו למחר אף על פי כן נוהגין אותו בקדושה ואסור במלאכה. Quare vero iſta poſt Mincha diei pars, licet à Synedrio dies non ſanctificabatur, exigebatur ſancta, hæc apud Rabbinicos ratio eſt דלמא אתי לזולי בי״ד לשנה הבאה ויעשו בו מלאכה כל היום ואמרי אשתקד נהגנו בו קדש הנכם ומן המנחה ולמעלה חזרנו ונהגנו בו חול. *Ne ſcilicet anno ſequenti totum illum vilipenderent diem, ac facerent opus, dicendo (fruſtra à nobis anno præterito dies iſte uſque ad Mincha celebratus ac ſancte obſervatus fuit,) nam poſt Mincha iterum profeſtus inſtitutus fuit dies.* Idcirco ſtatutum fuit, ut totus dies inſtitueretur ſanctus.

ה סדר ברכות אומר (1) אבות (2) וגבורות (3) וקדושת השם וכולל (4) מלכיות עמהן ואינו תוקע (5) קדושת היום ותוקע (5) זכרונות ותוקע (6) שופרות ותוקע ואומר (7) עבודה (8) והודאה (9) וברכת כהנים דברי רבי יוחנן בן נורי אמר ליה רבי עקיבא אם אינו תוקע למלכיות למה הוא מזכיר אלא אומר אבות וגבורות וקדושת השם וכולל מלכיות עם קדושת היום ותוקע זכרונות ותוקע שופרות ותוקע ואומר עבודה והודאה וברכת כהנים :

5. Ordo benedictionum (talis eſt.) Dicat (ſectionem) patrum, fortitudinum, & ſanctificationis Dei, ſub quibus comprehendere debet (ſectionem) de regno Dei, & non clanget, poſt (ſectionem) diei ſanctificationis clangit. Poſt (ſectionem) de Dei memoratione clangit, ſimiliter poſt ſectionem Sopharot clangit, pergit tunc recitare ſectionem de cultu, de confeſſione, & benedictionum Sacerdotum; Verba hæc ſunt R. Jochanan F. Nuri; Dicebat vero ipſi R. Akiba, ſi non clangit cum legit ſectionem de regno, quare memorat? ſed dicat ſectionem patrum, fortitudinum, ſanctificationis Dei, & comprehendat cum ſectione ſanctitatis diei Regna, & clangat: (ſectionem), de memoratione & clangat, de Copharot & clangat, & recitet ſectionem de cultu, de confeſſione, de Sacerdotum benedictione.

R. OB. DE BARTENORA.

אבות *Patrum*, eſt prima benedictio orationis, quæ finit in מגן אברהם *clypeus Abrahami.* וגבורות *& fortitudinum*, eſt ſecunda benedictio, quæ incipit אתה גבור לעולם *tu fortis es in æternum &c.* קרושת השם *ſanctificatio Dei*, ut, קדוש קדוש קדוש *ſanctus, ſanctus, ſanctus.* קרושת היום *ſanctificatio diei*, eſt benedictio illa, אתה בחרתנו מכל העמים *tu nos elegiſti ex omnibus gentibus &c.*

זכרונות ותוקע שופרות ותוקע *ſectionem de memoria, & clangit, ſectionem de buccina, & clangit*, hoc colligitur ex eo quod extat Levit. 23. 24. זכרון תרועה *memoria jubilationis*, dixerunt Sapientes, זכרון *memoria* id eſt memorationis ſive recordationis textus; תרועה *jubilatio* eſt textus de buccinis. Præterea ſcriptum eſt Num. 10. 10. והיו לכם לזכרון לפני יהוה אלהיכם אני יהוה אלהיכם ubi illa verba יהוה אלהיכם repetuntur, ad docendum quod quocunque in loco fuerint textus de *memoria & buccina*, in iis quoque ſunt textus de *regno Dei*; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Deus de novo anno Levit. 23. 24. זכרון תרועה exponit traditio, זכרון *memoria* notat memorationes de hac materia tractantes; תרועה *jubilatio* innuit ſectiones Legis de clangore tubæ loquentes, quæ dicuntur שופרות. Præterea ſcriptum eſt Num. 10. 10. והיו לכם לזכרון לפני אלהיכם אני יהוה אלהיכם Exponit traditio repetitionem vocum יהוה אלהיכם *Dominus Deus veſter* docere regulam illam generalem, quod ubicunque dicatur זכרונות ושופרות *memorationes & buccinationes*, etiam dicantur מלכיות *ſectiones de regno Dei*; oportet autem ut præcedant ſectiones de regno Dei, & poſtea ſectiones de memoria, & tandem ſectiones de buccina; ut dicitur, dicite coram me ſectiones de regno, ut me regnare faciatis in vos; ſectiones de memoria, ut memoria veſtra coram me veniat in bonum; at quo modo? ope buccinæ; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

HOUTINGIUS. (1) אומר אבות *Dicat ſectionem patrum.*] Hæc quotidiana eſt Judæorum benedictio, quæ ſic incipit אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב *Deus Abrahami, Deus Iſaaci, Deus Jacobi*, cujus finis eſt ברוך אתה יי׳ מגן אברהם *Benedictus tu Dominus clypeus Abrahami.*

(2) וגבורות *Fortitudinum.*] Hæc ſic in precibus ſonat &c. אתה גבור לעולם יי׳ מחיה מתים. *Tu fortis in æternum, Deus, qui reſtituit in vivum mortuos &c.*

(3) וקדושת השם *Et ſanctificationis Dei.*] Hiſce nempe verbis &c. כתר יתנו לך *Coronam dabunt tibi* vel נקדישך.

(4) וכולל מלכיות עמהן *Sub quibus comprehendere debet ſectionem de Regno Dei.*] Non eſt hæc quotidiana Judæorum benedictio, verum eſt hæc principii anni benedictio quædam addita, quæ ſic incipit על כן נקוה לך יי׳ אלהינו לראות מהרה בתפארת עזך להעביר גלולים מן הארץ והאלילים כרות יכרתון לתקן עולם במלכות שדי וכל בני בשר יקראו בשמך להפנות אליך כל רשעי ארץ יכירו וידעו כל יושבי תבל כי לך תכרע כל ברך תשבע כל לשון לפניך יי׳ אלהינו יכרעו ויפלו ולכבוד שמך יקר יתנו ויקבלו כלם עול מלכותך ותמלוך עליהם מהרה לעולם ועד כי המלכות שלך היא ולעולמי עד תמלוך בכבוד ככתוב בתורה יי׳ ימלוך לעולם ועד. *Idcirco expectamus te, ô Domine Deus noſter, ut cito fortitudinis tuæ gloriam videamus, ut terræ conſpurcationes tranſire facias, & ut idola exſcindantur, ad mundum diſponendum in regno omnipotentis, ita ut omnes filii carnis invocent nomen tuum, ut intueantur in te omnes impii terræ, ut cognoſcant & ſciant omnes mundi habitatores, quod tibi debeat flecti omne genu. Tandem jurabit omnis lingua coram te, incurvabunt ac proſternent ſe, & gloriæ nominis tui honorem præbebunt, accipientque omnes regni tui jugum, & tu regnabis ſuper ipſos cito in æternum, quia regnum tuum eſt & in ſæcula ſæculorum regnaturus es cum honore, ſecundum id, quod ſcribitur in lege* Deut. 7. 12. *Jehova regnabit in ſæcula ſæculorum.*

(4) קדושת היום *Sectionem diei ſanctificationis.*] Hæc iterum alia eſt benedictio ſic ſonans אתה בחרתנו מכל העמים אהבת אותנו *Tu elegiſti nos ex omnibus populis, & dilexiſti nos &c.*

(5) וזכרונות *De memoratione.*] Hæc ſecunda eſt addita diei novi anni benedictio quæ ſic ſonat. אתה זוכר מעשה עולם ופוקד כל יצורי קדם לפניך נגלו כל תעלומות והמון נסתרות שמבראשית כי אין שכחה לפני כסא כבודך ואין נסתר מנגד עיניך אתה זוכר את כל המפעל וגם כל יצור לא נכחד ממך הכל גלוי וצפוי לפניך יי׳ אלהינו צופה ומביט עד סוף כל הדורות & paulo infra, ועל המדינות בו יאמר איזו לחרב איזו לשלום איזו לרעב איזו לשובע ובריות בו יפקדו להזכירם לחיים ולמות. *Tu recordaris operum ſæculi, & viſitas omnes mundi creaturas, coram te revelantur omnia abſcondita, & turba à mundi principio rerum abſconditarum: quia nulla eſt oblivio ante thronum gloriæ tuæ & nihil eſt abſconditum*

ab

ab oculis tuis; Tu recordaris omnis facti, etiamque omne quod formatum eſt, non celatur à te, omnia ſunt aperta ac coram te revelata Domine Deus noſter, intuens ac cernens uſque ad finem omnium generationum.

Et de provinciis iſto die decernitur, quænam ſcilicet futura ſit ad pacem, quænam ad gladium, quænam ad famem, & ſaturitatem, & creaturæ etiam eo die à Deo viſitabuntur, ad recordandos eos vel ad vitam aut mortem &c.

(7) שופרות *Poſt Sopharot.*] Eſt hæc tertia novi anni benedictio addita, ſcilicet אתה נגלית בענן כבודך על עם קדשך לדבר עמהם מן השמים השמעתם קולך ונגלית עליהם בערפלי טוהר וגם כל העולם כלו חל מלפניך ובריות בראשית חרדו ממך בהגלותך מלכנו על הר סיני ללמד לעמך תורה ומצות ותשמיעם את הוד קולך ודברות קדשך מלהבות אש בקולות וברקים עליהם נגלית ובקול שופר עליהם הופעת ככתוב בתורתך ויהי ביום השלישי בהיות הבקר ויהי קולות וברקים וענן כבד על ההר וקול שופר חזק מאד ויחרד כל העם אשר במחנה ונאמר ויהי קול השופר הולך וחזק מאד משה ידבר והאלהים יעננו בקול ונאמר וכל העם רואים את הקולות ואת הלפידים ואת קול השופר ואת ההר עשן וירא העם וינועו ויעמדו מרחוק. *Tu revelatus es in nube gloriæ tuæ populo ſanctitatis tuæ ad loquendum cum ipſis, ex cœlis audire feciſti eos vocem tuam, & revelatus es iis in caligine nitoris, totuſque mundus etiam coram te trepidavit, & creaturæ Bereſcit ab initio tremuerunt à te, dum revelatus es, ô Rex noſter, ſuper montem Sinai, ad docendum populum tuum legem & præcepta, & audire feciſti eos gloriam vocis tuæ & mandata ſanctitatis tuæ ex flammis ignis, tonitruis & fulguribus & voce tubæ illuxiſti ſuper eos ſicuti ſcribitur, in lege* Exod. 19. *Fuit vero die illo tertio adhuc mane, ut eſſent ſoni & fulgura & nubes denſæ ſuper illum montem, ſonituſque tubæ vehemens valde, adeo ut trepidaret totus ipſe populus, qui erat in caſtris.* Et verſu 19. *dicitur. Quumque ſonus ille tubæ pergeret & invaleſceret valde, Moſes loquebatur, Deus vero ipſi reſpondebat voce*, ſic cap. 20. verſ. 18. *dicitur. Ipſe autem populus totus percipiebant illos ſonos & fulgetra & ſonum tubæ, montemque ipſum fumantem, percipienſque populus, commoti ſunt, & ſteterunt procul.*

(8) עבודה *Pergit tunc recitare ſectionem de cultu.*] Eſt etiam hæc illa benedictio, qua quotidie utuntur Judæi, atque ſic incipit רצה יי אלהינו בעמך ישראל. *Benevolus eſto, ô Domine, erga populum tuum Iſraël.*

(9) והודאה *Et de confeſſione.*] Eſt hæc cum ſequenti, benedictio quotidiana; מודים אנחנו לך שאתה הוא יי אלהינו ואלהי אבותינו לעולם ועד *Confitemur nos tibi, quod tu ſis Jehova Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum in æternum.*

(10) וברכת כהנים *Et benedictionum ſacerdotum.*] Quæ talis eſt אלהינו ואלהי אבותינו ברכנו בברכה *Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum benedic nobis &c.*

Annotatum ſupra à nobis eſt, Judæos in precatione quotidiana, quam עמידה ſeu *ſtationem* vocant, recitare fuiſſe conſuetos benedictionem de Patribus, de potentia, & de ſanctitate divina, deque cæteris aliis in Miſna memoratis, præter ea, quæ diei novi anni addebantur.

Jam vero notandum venit, quare מוסף nempe *addita* novi anni benedictio diviſa fuerit in מלכיות זכרונות ושופרות, & quid per iſta vocabula intelligunt.

1. Per מלכיות intelligitur *regnum Dei* (ſeu exiſtentia.)

2. Per זכרונות *Dei memoria* (ſeu providentia.)

3. Per שופרות *data lex.* Hæc vero potiſſima iſtius diviſionis eſt ratio, quod iſto die Deum univerſi Regnatorem ac cœli & terræ creatorem agnoſcant, ac exiſtentiam conditoris uno ore confiteantur, fideique articulos, nempe Dei erga juſtos miſericordiam, erga injuſtos juſtitiam ſeu providentiam, ac datam legem pleniſſime affirmantes. Digna ſunt quæ leguntur apud Albo in libro ſuo Ikarim dicto 1. cap. 4. ubi fidei articulos enarrat tres eſſe tantum neceſſarios ſc. Dei exiſtentiam, providentiam, & legem ex cœlis, tunc paullo infra pergit, הוא מה שיסדו לנו אנשי כנסת הגדולה בתפלת מוסף של ראש השנה שלשה ברכות שהם מלכיות זכרונות ושופרות שהם כנגד ג׳ העקרים הללו להעיר לב האדם כי בהאמנתם העקרים הללו עם סעיפיהם ושרשיהם כפי מה שראוי יזכה האדם בדינו לפני השם כי ברכת מלכיות היא כנגד עקר מציאות השם ויורה על זה נוסח הברכה על כן נקוה לך יי אלהינו לראות מהרה בתפארת עוזך להעביר גלולים מן הארץ והאלילים כרות יכרתון לתקן עולם במלכות שדי וגו׳ יכירו וידעו כל יושבי תבל כי לך תכרע כל ברך תשבע כל לשון ויקבלו כלם עול מלכותך: וכן ברכת זכרונות תורה על ההשגחה והשכר והעונש וכן יורה נוסח הברכה אתה זוכר מעשה עולם ופוקד כל יצורי קדם לפניך נגלו כל תעלומות: וברכת שופרות הוא לרמוז על העקר השלישי שהוא תורה מן השמים ועל כן היא מתחלת אתה נגלית בענן כבודך על הר קדשך לדבר עמם מן השמים השמעתם קולך וגו׳ ולפי שמתן תורה היא באמצעות קול שופר חזה מאד כמהו לא נהיה מן העולם נקראת שופרות כי הקולות והלפידים שהיו שם כבר היו מעולם כיוצא בהם או ממינם אבל קול שופר בזולת שופר לא היה מעולם ולא יהיה כן עד זמן הגאולה שהיא שעה שתתפרסם תורת האמת בפני כל העולם ועל אותה שעה נאמר יי אלהים בשופר יתקע כפי דעת קצת החכמים Paullo infra: ולרמוז אל שלשת העקרים הללו שהם סבת ההצלחה כללם ישעיה בפסוק אחד אמר כי יי שופטנו יי מחוקקנו יי מלכנו הוא יושיענו אמר יי שופטנו לרמוז על עקר ההשגחה ועל דרך קרוב מצדיקי מי יריב אתי נעמדה יחד וגומר כלומר ומזה הצד ראוי שיזכה בדין ואמר יי מחוקקנו לרמוז על התורה מן השמים שהוא עקר השני כי מחוקק יקרא נותן התורה כמו כי שם חלקת מחוקק ספון שנאמר על משה לפי שנתנה תורה על ידו ואמר זה על דרך שמעו אלי יודעי צדק עם תורתי בלבם אל תראו חרפת אנוש וגומר כלומר אף אם לא נזכה בדין מצד שהוא שופטנו לפי שהשופט אי אפשר לו לעבור על החק המונח מאחר הנה מצד שהוא נותן התורה והוא המניח החקים ראוי שנזכה בדין ואמר יי מלכנו לרמוז אל העקר השלישי שהוא מציאות השם שהוא מלך על כל העולם ונקרא ביחוד מלך ישראל וגואלו לומר כי אף אם מצד היותו מחוקק לא ירצה להעביר על החק מכל מקום מצד היותו מלכנו ראוי שיושיענו כי המלך יש לאל ידו לעבור על החק ולעשות מה שירצה כדי להושיע את עמו ועל כן סיים הוא יושיענו כלומר כי אחר שלשת העקרים הללו שעקר הצלחת האדם תלוי בהאמנתם יש לנו בהם יתרון על כל העולם ראוי שיושיענו ביחוד על כלם Id eſt, *Hoc vero eſt illud; quod nobis viri Synagogæ magnæ tradiderunt ac fundarunt in precatione addita novi anni, tres videlicet benedictiones, Regnum nempe, & memoriam cum data lege, eſſe loco & reſpectu trium articulorum fidei fundamentalium, ut eo modo cor hominis excitetur, quod fide iſtorum articulorum cum ſuis ramis & radicibus homo quid meretur & juſtificatur in foro divino; Nam benedictio Regni Dei, indicat Dei exiſtentiam, ſicut docet benedictionis tenor; Speramus vero in te Jehova Deus noſter, ad videndam cito gloriam fortitudinis tuæ, ut removeas conſpurcationes terræ, ut idola exſcindantur, & ut diſponas mundum in regno omnipotentis, ut cognoſcant & ſciant omnes mundi habitatores, quod tibi flectat omne genu, & juret omnis lingua coram te, & accipient omnes jugum regni tui. 2. Benedictio memoriæ Dei, oſtendit ipſius providentiam, tum præmii ac pœnæ, juxta exemplar, Tu recordaris operum ſæculi, & viſitas omnes mundi creaturas, coram te revelantur omnia abſcondita &c. 3. Benedictio Sopharot, oſtendit tertium fidei articulum, nempe legem eſſe ex cœlis, idcirco illa benedictio hiſce verbis incipit, Tu revelatus es in nube gloriæ tuæ ſuper montem ſanctitatis tuæ ad loquendum cum iſtis, ex cœlis audire feciſti eos vocem tuam. Quoniam vero datio legis facta ſit mediante forti ſonitu buccinæ, quæ ante non exſtitit, ideo vocatur hac benedictio* שופרות *buccinarum ſimpliciter, cum iſtæ voces & lampades, quæ ibi fuerunt, jamdudum exſtiterint vel ſimilia, verum enim vero ſonitus buccinæ ſine buccinâ nunquam antea fuit, nec erit niſi in die redemptionis, nam tunc erit hora, qua publicabitur legis veritas coram toto mundo, & de ea dicitur* Zach. 9. 14. *ſecundum quorundam Rabbinorum interpretationem, & Jehova Deus noſter clanget buccina; Ut jam vere probetur tres iſtos articulos eſſe noſtræ ſalutis & felicitatis cauſſam, videamus id, quod comprehendit Propheta Jeſaias in uno verſu ſc. 23. cap. 33. Jehova eſt Judex noſter, Jehova eſt legiſlator noſter, Jehova eſt Rex noſter, ille eſt qui ſalvabit nos, dixit ſcriptura, 1 Jehova eſt Judex noſter, hoc intelligitur de Dei providentiâ, hinc dicit propinquus eſt qui juſtificat me quis contendit mecum, conſiſtemus ſimul* Jeſ. 50. *& ex hac parte dignum eſt ut in judicio juſtificetur, 2 dixit, Jehova eſt legiſlator noſter, indicat hoc articulum ſecundum nempe legem eſſe ex cœlis, nam Legiſlator*

מחוקק *vocatur legis dator ſecundum id quod dicitur* Deut. 33. 21. *Quia ibi in portione legiſlatoris protectus eſt, uti dicitur de Moſe, quia lex manu ſua data eſt, hinc dixit* Jeſ. 51. 7. *Auſcultate mihi qui agnoſcitis juſtitiam, populi in quorum animo doctrina mea eſt; ne timetote probrum mortalis &c. ac ſi vellet dicere, licet nos non mereamur quid in judicio & juſtificemur, cum ille ſit judex noſter (quoniam judex non poteſt transgredi præcepta & ſtatuta ipſi ab alio impoſita) tamen dignum eſt ut mereamur nos quid inde quoniam ſit & Judex & is qui præcepta ſtatuat. 3 dixit, Jehova eſt Rex noſter, indicat hoc tertium fidei articulum ſcilicet Dei exiſtentiam, quod ſit nempe Rex ſuper totum mundum, & proprie vocatur Rex Iſraëlis & iſtius redemptor, ac ſi diceret, quod licet ſit Legiſlator, tamen non vult ſtatutum transgredi, nihilominus tamen cum ſit Rex noſter vult ut ſalvemur, nam in poteſtate regia poſita eſt poteſtas abrogandi ſtatuta & præcepta, faciendique quicquid placuerit, ut ſuum populum ſalvum reddat, idcirco Propheta finit, ille ſalvabit nos, ac ſi vellet dicere. Quod licet in tribus iſtis fidei articulis poſita ſit hominum felicitas, tamen præſtantius nos quid habemus præ reliquo mundo, videlicet quod Deus nos propria voluntate velit ſalvare.*

ו (1) אין פוחתין מעשרה מלכיות מעשרה זכרונות מעשרה שופרות רבי יוחנן בן נורי אומר אם אמר (2) שלש שלש מכולן יצא (3) אין מזכירין זכרון מלכות ושופר של פורענות (4) מתחיל בתורה ומשלים בנביא רבי יוסי אומר אם השלים בתורה יצא:

6. Non minuet à decem, hoc eſt non minus leget quam decem benedictiones Regni Dei, & decem benedictiones memorationis, & decem Sopharot (buccinarum,) Dixit R. Jochanan, ſi tantum ex ſingulis legat tres, ſatisfecit officio ſuo, non recordantur memoriæ, Regni & buccinæ ultionis; Incipit à lege & finit cum Prophetis, R. Joſe vero dicit ſi perfecerit cum lege, ſatisfecit officio ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פוחתין מעשרה מלכיות *Non diminuet à decem benedictionibus de Regno Dei*, nimirum à tribus verſibus Legis, & tribus ex Hagiographis, & à tribus è prophetis, & ab uno è Lege quo abſolvit. שלש שלש מכולן *tres ex omnibus*, unum verſum è Lege, unum ex Hagiographis, atque unum ex prophetis; deciſio eſt ſecundum R. Jochanan filium Nury.

מלכיות זכרון ושופר של פורענות *Regni, memoriæ, & buccinæ ultionis*, hæc extant Jecheſ. 20. 33. Pſal. 78. 39. Oſeæ 5. 8. Et ſimilibus in locis. Cæterum verſum hominis privati memoriam continentem non dicunt, ut Nehem. 5. 19. Et ſic deciditur. *R. Joſe dixit, ſi perfecerit cum Lege, ſatisfecit officio ſuo*, in Gemara exponuntur verba R. Joſis hoc ſenſu; finiet cum Lege, ſi vero cum propheta finiverit, ſatisfecit tamen; deciſio eſt ſecundum mentem R. Joſis.

HOUTINGIUS, (1) אין פוחתין *Non recitant minus quam decem de Regno.*] Scilicet tres ex Lege (ubi agitur de Regno Dei) ut, *Deus regnabit in æternum* Exod. 15. 18. &c. tres citat ex Prophetis, ut *& erit Deus Rex ſuper terram* Sac. 14. 9. &c. tres ex Hagiographis ut, *quiſnam eſt Rex gloriæ* Pſ. 24. &c.

Decimum autem verſum ex Lege recitat, nempe *Audi Iſraël &c.* Deut. 4. Quæ omnia videri poſſunt in precatione addita Novi anni. Eodem modo res ſe habet cum שופרות & זכרונות.

(2) שלש שלש מכולן *Si recitant tres tantum.*] Nempe ſi recitet unum ex Lege & unum ex Prophetis & Hagiographis יצא ידי חובתו *Satisfecit officio ſuo* ſecundum ſententiam R. J. F. Nuri, ſecundum quem eſt הלכה *deciſio.* מוסף *Precatio* autem *addita*, quæ hodie apud Judæos extat, compoſita eſt juxta primi autoris ſententiam.

In Gemara quæritur, quare ſtatuerint decem verſus pro Regno, reſpondent vero hoc factum fuiſſe, *reſpectu decem laudationum, quas ſcripſit David in ultimo Pſalmo*, R. Joſef dixit hoc factum fuiſſe *reſpectu decalogi*, R. Jochanan dixit reſpectu *decem illorum verborum* ויאמר *& dixit*, quæ in creationis deſcriptione extant. הני עשרה מלכיות כנגד מי אמר ר' כנגד עשרה הילולים שאמר דוד בספר תילים רב יוסף אמר כנגד עשרת הדברות ר' יוחנן אמר כנגד עשרה מאמרות שבהן נברא העולם.

(3) אין מזכירין *Non debent recitare &c.*] Id eſt cum recitent verſum de Regno Dei, aut de memoria &c., non debent tales pronunciare verſus, qui, de caſtigatione, ſc. de ira, de indignatione Dei contra populum agunt E. G. illud Eze. 20 33. *Vivus ego dixit Dominus ſi non cum manu forti & brachio extenſo, & ira effuſa regnaturus ſum ſuper vos*, quem, & ſimiles, licet de Regno Dei agant, recitare interdictum eſt, ſic de memoria unum addam exemplum.

Nempe illud Pſ. 78. *Et recordatus eſt quod caro illi.* Cum illorum malefacta viderit Deus, ac recordatus fuerit, illos eſſe peccatores & carnales, decrevit eos diſpergere; Sic de Sopharot non dicendum eſt illud Hoſ. 5. 8. *Clangite Buccina* שופר *in Gibea*, quoniam immediate ſequitur, *Ephraim in vaſtatione erit*; Quæ omnia clare extant in Gemara מלכיות כגון חי אני נאם ה' אם לא ביד חזקה ובזרוע נטויה ובחמה שפוכה אמלוך עליכם ſic paulo infra, זכרון כגון ויזכור כי בשר המה וגומר שופר כגון תקעו שופר בגבעה.

Si vero quis velit recitare verſus de Regno & de Dei memoria &c. reſpectu cæterarum mundi gentium, utitur talibus, in quibus ſit mentio de Dei vindicta, ira, & indignatione. Exempli gratia recitat Pſal. 99. 1. *Jehova regnat, commoveantur populi*, ſimiliter Pſ. 100. *Jehova eſt Rex in æternum & gentes de terra perdentur*; ſic de Dei memoria ſeu providentia recitat verſum 7. Pſ. 137. *Recordare, Jehova, contra Edomæos*; ſimiliter de Sopharot recitat verſ. 14. cap. 9. Zach. *Dominus Jehova clanget buccina, & progredietur procellis meridianis, Jehova exercituum proteget illos, &c.*

De quo inſpiciatur Gemara אבל אם בא לומר מלכות זכרון ושופר של פורענות של אומות העולם אומר מלכות כגון ה' מלך ירגזו עמים וכגון ה' מלך עולם ועד אבדו גוים מארצו: זכרון כגון זכור ה' לבני אדום וגומר: שופר כגון וה' אלהים בשופר יתקע והלך בסערות תימן וכתיב ה' צבאות יגן עליהם.
Quæ omnia ſupra ſunt tranſlata.

Addunt Talmudici etiam interdictum eſſe, in recitandis benedictionibus uti verſibus alicujus hominis privati (in quo ſcilicet agitur de Regno & memoria) licet ſit in bonum, ſic illud Neh. 5. 19. recitare nequeunt, *Recordare mei,*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעשרה *A decem*, intelligas tres verſus è Lege, tres ex Hagiographis, tres è prophetis, & unum è Lege quo finit. R. Jochanan filius Nuri dicit, quod, ſi unum è Lege dixerit verſum, & unum ex Hagiographis, & unum è prophetis, ſatisfecit. Cæterum R. Joſis verba volunt, quod, ſicuti ſatisfecit quando finivit Legis verſu, ſic etiam ſatisfecit, quando finivit verſu è prophetis petito.

זכרון מלכות ושופר של פורענות *Memoriæ, Regni, & buccinæ ultionis*, perinde ac ſi dixiſſet verſus ex Pſalmo 78. 39. ויזכור כי בשר המה וגו' Oſeæ 5. 8. תקעו בשופר בגבעה וגו' Jecheſ. 20. 33. אם לא ביד חזקה ובזרוע נטויה וגו' ſic etiam Nehem. 5. 19. זכרה לי יהוה לטובה quæ continent memoriam ab uno homine dicendam, quibus non ſatisfecit officio ſuo; deciſio eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri, & ſecundum R. Joſen.

mei, *Deus mi*, *in bonum quicquid fecerim erga populum iſtum.* אין מזכירין זכרון של יחיד אפילו לטובה.

(4) מתחיל בתורה *Incipit à Lege*, *finitque cum Prophetis.*] R. Joſe ſtatuit finiendum eſſe cum lege, ſi tamen eveniat, ut finiat cum Prophetis, nihilominus ſatisfecit officio ſuo, de quo Gemara מתחיל בתורה ומשלים בנביא רבי יוסי אומר אם השלים בתורה יצא אם השלים דיעבד אין לכתחילה לא והתניא רבי יוסי אומר המשלים בתורה הרי זה משובח אימא משלים והא אם השלים קתני דיעבד אין לכתחילה לא הכי קאמר מתחיל בתורה ומשלים בנביא רבי יוסי אומר משלים בתורה ואם השלים בנביא יצא.

ז (1) העובר לפני התיבה ביום טוב של ראש השנה (2) השני מתקיע ובשעת החלל ראשון מקרא את ההלל:

7. Qui ambulat ante arcam in die feſto novi anni, ſecundus clanget, in tempore vero hymni, primus leget hymnum.

R. OB. DE BARTENORA.

השני מתקיע *Secundus clanget*, ſi quis dixerit orationem addititiam, clangat; at non is qui dixerit orationem matutinam. Verum in tempore perſecutionis hoc ordinarunt; nam decreverant hoſtes ne quis buccina clangeret, & per integras ſex horas Judæis inſidiati ſunt, quo tempore oratio matutina peragebatur; idcirco ſuſtulerunt præceptum de clangore buccinæ ab oratione matutina uſque ad orationem addititiam.

ובשעת ההלל *Et in tempore hymni*, quoniam in initio novi anni non dicitur hymnus, neque die Expiationis; & quomodo dicit, *in tempore hymni*, vult dicere, in reliquis feſtis diebus, quibus dicitur הלל *hymnus.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ordinarunt tantum tempore perſecutionis, quia obſervabant eum qui orationem dicebat matutinam, ut non ſonaret buccina; quando autem orationi finis imponebatur, cuſtodes circuibant, idcirco is qui arcam aſcendebat ut orationem addititiam diceret, clangebat buccina.

ובשעת ההלל *Et in tempore hymni*, nam hymnus non legitur in initio novi anni, neque die expiationis, quia ſunt dies cultus, humiliationis, timoris ac tremoris coram Deo, cum contritione cordis, & ſupplicationibus, ad remiſſionem peccatorum acquirendam; at in omnibus hiſce rebus nec riſus nec gaudium habet locum.

HOUTINGIUS. (1) העובר לפני התיבה *Qui tranſit ante ſuggeſtum.*] Intelligunt per hoc שליח ציבור *Synagogæ Miniſtrum.* Sic extat Megillæ locus capit. 3. §. 3. ואין עוברין לפני התיבה ad quem locum commentator ſcribit שליח ציבור Vocatur & יורד לפני התיבה ſic Maimonides in tractatu ſuo de precatione סדר תפלות הציבור כך הוא בשחר כל העם יושבים ושליח ציבור יורד לפני התיבה ועומד באמצע. Id eſt, *Ordo precum eccleſiæ matutinarum talis erat, totus populus ſedebat, & Miniſter Synagogæ aſcendebat ſuggeſtum, ſtabatque in medio &c.*

Eſt vero עובר vel יורד is qui publice precatur, quique cæteros ab officio liberat, ומתחיל ואומר קדיש וכל העם עונין אמן Maim. l. c. ſic idem iſte auctor paulo infra eundem יורד vocat שליח ציבור nempe ומי שאינו יודע להתפלל עומד ושותק עד שיתפלל שליח ציבור, ſi aliquis ſit, qui neſcit precari, ſtabit & ſilebit donec precatur Miniſter Synagogæ. Nuper cum non haberent שליח ציבור fixum, ראש הכנסת *Præſidi Synagogæ* ea poteſtas erat conceſſa, ut unum ex cæteris vocaret ad legendum, ſic eſt Jomæ locus cap. 7. §. 1. חזן הכנסת נוטל ספר תורה ונותנו לראש הכנסת *Miniſter Synagogæ accipiebat librum legis, dabatque eum Præſidi Synagogæ,* ad quem locum omnes auctores explicant officium iſtius Præſidis tali modo ראש הכנסת על פיו נחתכין כל צורכי הכנסת מי מפטיר מי פורס על שמע מי עובר לפני התיבה. Id eſt, *Præſes Synagogæ eſt is, per quem omnes eccleſiæ neceſſitates deciduntur & ordinantur, veluti ſtatuit, ille dicet* הפטרה *ſectionem Propheticam, ille dividet lectionem audi, ille publice fundet preces.* שליח ציבור non poſſe (nempe ſi non ſit fixus) ſine præſidis Synagogæ conceſſu munus aliquod obire, patet ex illo loco Sul. Aruch. cap. 53. §. 15. שליח צבור קבוע יורד לפני התיבה מעצמו ולא ימתין שיאמרו לו *Miniſter Synagogæ fixus aſcendit nullo alio adhortante ſuggeſtum, nec præſtolabitur donec ipſi dicant.* מי שאינו שליח ציבור קבוע צריך לסרב מעט קודם שירד לפני התיבה ולא יותר מדאי אלא פעם ראשונה מסרב וכשיאמרו לו פעם שנית מכין עצמו כמי שרוצה לעמוד ובפעם שלישי יעמוד ואם האומר לו שירד הוא אדם גדול אינו מסרב לו כלל ac ſi diceret. Si Miniſter Synagogæ non ſit fixus, prima vice (cum videlicet à Synagogæ Præſide ad munus hoc obeundum adhortetur) antequam aſcendit, ſe excuſabit, ſi vero ab homine quodam illuſtri & magno (abſente præſide) invitetur, minime prima vice abnuere debet; Qui ritus etiamnum hodie Amſtelodami apud Judæos viget, ita tamen (quod licet שליח ציבור Miniſter Synagogæ ſit fixus) ut nullo modo abſque conſenſu Synagogæ præſidis publicas poſſit fundere preces.

Si vero abſens fuerit Synagogæ Præſes, alius inter populum præſtantior & ſenior שליח ציבור *Synagogæ Miniſtrum*, vel alium quendam ad dicendas preces & hortatur, & invitat; Iſte, ſive שליח ציבור קבוע *Miniſter Synagogæ fixus*, ſive aliquis alius conſtitutus in locum abſentis Miniſtri fixi, vocatur יורד לפני התיבה vel עובר de quo videre eſt in Sulchan Aruch. ut ſupra §. 6.

(2) השני מתקיע *Secundus clanget.*] Is, qui precationem ſacram additam recitat, intelligitur המתפלל תפילת המוספין מתקיע. Non vero is, qui orationem matutinam recitabat ולא המתפלל תפילה של שחרית, addit & hoc Toſaphot מתקיע מדלא תנן תוקע דקדק רבינו האי שאין שליח ציבור תוקע אלא אחר מתקיע & מקרא probatque pariter legendum eſſe non מתקיע & מקרא vero תוקע & קורא *cum, is qui legat, hoc faciat nomine eccleſiæ, & iſta provincia ipſi ſit à cœtu demandata* מקרא ולא קתני קורא היינו טעמא לפי שהוא מקרא לציבור וכדאמרינן הוא אומר הללויה והן אומרים הללויה.

ח שופר של ראש השנה (1) אין מעבירין עליו את התחום (2) ואין מפקחין עליו את הגל (3) לא עולין באילן ולא רוכבין על גבי בהמה (4) ולא שטין על פני המים (5) ואין חותכין אותו בין בדבר שהוא משום שבות בין בדבר שהוא משום לא תעשה אבל אם רצה ליתן לתוכו מים או יין יתן (6) אין מעכבין את התנוקות מלתקוע (7) אבל מתעסקין עמהן עד שילמדו והמתעסק לא יצא (8) והשומע מן המתעסק לא יצא:

8. Buccinam novi anni non deducunt extra terminum Sabbaticum, nec pro eo aperiunt cumulum, non aſcendunt pro eo arborem, nec equitant, nec natant aquas, neque eam ſcindunt, ſive pro re quæ prohibita eſt decreto Rabbinorum vel pro re, quæ plane ex lege eſt prohibita, ſed ſi vult quis eam implere aqua aut vino, impleat: non prohibent pueros minorennes à clangendo, ſed etiam operam dant donec bene diſcant, & qui ſe exercet non ſatisfecit officio ſuo, ſimiliter quicunque audit (ſonitum buccinæ) ab aliquo operam dante non ſatisfecit officio ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מעבירין עליו את התחום *Non deducunt extra terminum Sabbaticum*, ad egrediendum extra terminum Sabbaticum, & inde adferendum buccinam; aut ad audiendum illius clangorem. בין בדבר שהוא משום שבות *ſive pro re quæ eſt ex conſtitutione Sapientum*, ut, ſi quis cultro buccinam ſuccidat. בין בדבר משום לא תעשה *ſive pro re quæ eſt probibita ex præcepto negativo*, ut, diſſecare eam ſerra, quod omnino fabri lignarii opus eſt; ſed non nemo contrarium ſtatuit, quod nimirum id quod vetitum eſt ex conſtitutione Sapientum Sabbatica, ſit actio quæ fit ope falcis; qua non eſt moris ſcindere: & quod prohibitum eſt ex præcepto negativo, ſit actio quæ fit ope cultri, quod moris eſt.

אם רצה ליתן לתוכו מים או יין *Si quis eam aquis aut vino implere velit*, nam non dicimus quod hoc ſit adaptare vas. אין מעכבין את התנוקות מלתקוע *non prohibent minorennes à clangendo*, cujuſmodi venerunt ad annos initiationis, etiamſi res fiat in Sabbato, ut hoc modo initientur præceptis, & edocti ſint in clangore buccinæ ciendo in initio novi anni. אבל מתעסקין עמהן *ſed illis operam dant*, nam hic non timendum eſt ne quatuor paſſus eam deferat in locum communem, quoniam non occupatur præcepto, ſed ſe examinando tantum; neque decreverunt Sapientes, ne eam deducat quatuor paſſus in loco communi; niſi eo tempore quo tenetur ad clangorem buccinæ ciendum; nam, quoniam occupatur præcepto ut ſatisfaciat officio ſuo, Sabbati oblivisci poteſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus tibi quod dies feſtus in ſe continet præceptum affirmativum & negativum, nam id quod ſcriptum eſt Levit. 23. 24. שבתון continet præceptum affirmativum, nam verſu ſequenti ſcriptum eſt כל מלאכה לא תעשו Cæterum buccinæ clangor comprehendit tantum præceptum affirmativum; at nobis fundamentum eſt, quod affirmativum non deſtruit negativum atque affirmativum. Id autem quod prohibitum eſt propter שבות *conſtitutionem Sabbaticam*, ſive prohibitionem Sapientum, ejuſmodi eſt, ſi quis eam diſciderit cultro; at ex præcepto negativo eſt, perinde ac ſi quis eam diſſecuerit ſerra, quod omnino opus fabri lignarii eſt.

אין מעכבין את התינוקות מלתקוע *Non prohibent minorennes à clangendo*, etiam die Sabbati; ea tamen conditione ut minorennes iſti proxime adoleſcentiam attingant, ut buccina clangere ſciant, ut officio ſuo ſatisfacere poſſint cum advenerit novi anni initium.

HOUTINGIUS. (1) אין מעבירין *Non poſſunt tranſire terminum Sabbaticum.*] Id eſt non poſſunt egredi extra terminum iſtum, vel ad audiendam buccinam, vel ad adducendam ex tali loco buccinam extra Sabbaticum terminum, quæritur in Gemara, quænam ſit ratio iſtius prohibitionis, reſpondent, quod audire buccinæ ſonitum ſit duntaxat præceptum affirmativum ſcilicet יום תרועה יהיה לכם *Dies clangoris erit vobis*, celebratio feſti vero eſt affirmativum ſc. תשבתון *ceſſabitis ab opere*, & negativum ſimul nempe לא תעשה כל מלאכה *nec facies ullum opus*, atque præceptum affirmativum unum non poteſt duo & negativum & affirmativum pellere, מאי טעמא שופר עשה הוא ויום טוב עשה ולא תעשה ואין עשה דוחה את לא תעשה ועשה.

(2) ואין מפקחין את הגל *Nec aperiunt acervum.*] Hoc eſt, ſi ſub aliqua ruina alicujus domus occulta ſit buccina, acervum iſtum ad buccinam accipiendam pro officio diei feſti aperire interdictum eſt: Qui loquendi modus, licet hic ab auctoribus nec à Gemara explicetur, tamen aliis in locis clariſſimè iſtius phraſis explicatio occurrit, ſic extat locus in tractatu Talmudico Peſachin. cap. 8. §. 9. האונן והמפקח את הגל *Lugens & qui aperit acervum*, ad quem locum Gloſſator explicat, מפקח הגל שנפל על אדם ואין ידוע אם ימצאנו חי או מת. *Qui aperit acervum, ſcilicet acervum qui cecidit in hominem &c.* quæ phraſis in tractatu noſtro explicatur etiam cap. 2. §. 5. *per liberare à ruina* להציל מן המפולת.

(3) לא עולין באילן ולא רוכבין על גבי בהמה. *Non poſſunt aſcendere propter buccinam arborem.*] Intelligitur hoc, ne, ſimul cum velit accipere buccinam, evellat ramum ex arbore, גזירה שמא יתלוש דהוה איסורא דאורייתא, parili modo ad buccinam accipiendam ex aliquo loco in die feſto, inſidere equo interdictum eſt גזירה שמא יחתוך זמורה להנהיגה ne forſitan ſcindat ramum pro flagello דהוה איסורא דאורייתא quæ ex lege ambo ſunt prohibita. Quæ omnia in tractatu Betza dilucide explicantur כל שחייבין עליו משום שבות משום רשות משום מצוה בשבת חייבין עליו ביום טוב ואלו הן משום שבות לא עולין באילן ולא רוכבין על גבי בהמה ולא שטין על פני המים וגו'

(4) ולא שטין על פני המים *Non poſſunt natare.*] Scilicet ad accipiendam buccinam, ſic Joſeph Caro in Hilchot de novo anno cap. 586. §. 21. שופר של ראש השנה אין מחללין עליו י"ט אפילו בדבר שיש בו משום שבות כיצד היה השופר בראש האילן או מעבר הנהר ואין לו שופר אלא הוא אינו עולה באילן ואינו שט על פני המים כדי להביאו.

Concluſio autem eſt, quod gentilis hoc poſſit facere pro Judæo ועל ידי גוי מותר דהוי שבות דשבות ובמקום מצוה לא גזרו.

(5) ואין חותכין *Non poſſunt ſcindere.*] Hoc eſt לא חותכין אותו לתקנו אפילו בדבר שאין בו אלא איסור דרבנן.

(6) רצה ליתן לתוכו מים *Si velit ponere (expolire) aqua, aut vino licet.*] Buccinam aquâ ad ſplendidiorem reddendam conceſſum eſt, expolire urina propter honorem interdictum eſt מים או יין אין מי רגלים לא מתני' מני' אבא שאול היא דתניא אבא שאול אומר מים או יין מותר כדי לצחצחו מי רגלים איסור מפני הכבוד ut adhunc locum Gemara.

(7) אין מעכבין את התנוקות *Non impediunt pueros à clangendo.*] Scilicet in Sabbato, intelligit Miſnicus auctor tales, qui pervenerunt ad ætatem provectiorem, ita ut capaces, ac periti ſint ſatisfacere officio ſuo in initio anni, ואפילו בשבת ובתנאי שיהיו קרובים להיות גדולים כדי שיהו יודעין לצאת ידי חובתן כשיבא ראש השנה tales pueros vocat Bartenora שהגיעו לחנוך *Qui pervenerunt ad initationem, ii non impediuntur in Sabbato, ut videlicet initientur præceptis & edocti evadant buccinam inflare in die feſto novi anni*, כדי לחנכן במצות שיהיו מלומדין לתקוע ביום טוב של ראש השנה.

(7) אבל מתעסקין *Sed operam dant.*] Hoc eſt, ſunt qui operam dant ad docendos pueros etiam in Sabbato, *quique illos* (licet prohibitum ſit in Sabbato inflare Buccinam) *ad clangendum admonent* שאומרין להם תקעו ומשתדלין עמהם ut Jom Tob.

Argumentantur Gemarici, qui fieri poſſit, ut loca iſta in Miſna concilientur, cum contrariari videntur, nam dicit.

1. Miſnicus auctor, *pueros artem inflandi in Sabbato docere permiſſum fuiſſe, ex quo à priori conſequitur, tales magiſtros ea poteſtate potitos fuiſſe, ut pueris dicant clangite.*

2. Dicit, *Non prohibent pueros à clangendo* hoc eſt, quod (licet prohibitum ſit clangere in Sabbato) *tamen non impedimus pueros, ex quo à priori conſequitur, quod, etſi non prohibeantur, nulla tamen admonendi ipſos ad clangendum ſit licentia*; א"ר אלעזר אפילו בשבת תניא נמי מתעסקין בהן עד שילמדו אפילו בשבת ואין מעכבין התינוקות מלתקוע בשבת וא"צ לומר ביום טוב הא גופא קשיא אמרת מתעסקין בהן עד שילמדו ואפילו בשבת אלמא לכתחילה אמרינן תקעו והדר תנא אין מעכבין עכובא הוא דלא מעכבין הא לכתחילה אמרינן תקעו.

Solvunt Gemarici facillimo negotio hoc argumentum, in quo poſita eſſe videbatur contradictio, לא קשיא כאן בקטן שהגיע לחינוך כאן בקטן שלא הגיע לחינוך. hoc eſt, *Hoc non eſt argumentum* (contradictio) nam ibi (ſcilicet quando operam dant ad docendos pueros) *agitur de puero, qui pervenit ad initiationem, illic* (nempe cum non impediunt pueros à clangendo) *agitur de puero, qui nondum ad initiationem pervenit.*

(8) והשומע מן המתעסק לא יצא *Et qui audivit ab eo qui ſe exercet non ſatisfecit officio ſuo.*] De quo ſupra cap. 3. Miſ. 7. *Vocatur autem* מתעסק *is qui non intendit clangere, ut præcepto ſatisfaciat* de quo Sulchan Aruch cap. 598. §. 8. המתעסק בתקיעת שופר להתלמד לא יצא ידי חובתו וכן השומע מן המתעסק לא יצא וכן התוקע לשורר ולא נתכוון לתקיעת מצוה לא יצא.

9. Ordo

ט (1) סדר תקיעות שלש של שלש שלש שעור תקיעה כג׳ תרועות שעור תרועה כשלש יבבות (2) תקע בראשונה ומשך בשניה כשתים אין בידו אלא אחת מי שברך ואחר כך נתמנה לו שופר תוקע ומריע ותוקע שלש פעמים (3) כשם ששליח צבור כך כל יחיד ויחיד חייב ר״ג אומר שליח צבור מוציא את הרבים ידי חובתן :

9. Ordo clangorum ter repetitur, & ſingulus ordo ex tribus componitur. Quantitas תקיעה *clangoris* inſtar trium תרועות *clangorum*, quantitas *clangoris* תרועה eſt inſtar trium יבבות *vociferationum*, ſi clanxerit primam תקיעה & protraxerit ultimam pro duabus, non eſt in manu niſi una: Is qui benedicit, & poſtea ipſi datur buccina, *clangit* תוקע, & edit ſonum tremulum ומריע, iterumque תוקע clangit tribus vicibus; Quemadmodum Miniſter Synagogæ, ſic quiſque privatus tenetur, R. Gamaliel dicit quod Synagogæ Miniſter alios poteſt liberare ab officio.

R. OB. DE BARTENORA.

סדר תקיעות שלש *Ordo clangorum ter repetitur*, ſemel in ſectione de Regno Dei, ſemel in ſectione de Memoria, & ſemel in ſectione de buccina. של שלש שלש *ter repetitus*, Tekia Terua & Tekia ſingulis vicibus; nam duplex Terua dicitur in Lege de novo anno, & una Terua die Expiationis anni Jubilæi, quod per argumentum à pari conſequitur è voce שביעית *ſeptimus*, ita ut id quod dicitur de uno, etiam intelligendum ſit de altero; תרועה vero quæ dicitur de die Expiationis anni Jubilæi, quoque referenda eſt ad initium novi anni, quomodo fit ut in initio novi anni fiant tres Teruot. Sed duas Teruot quæ dicuntur in initio novi anni, referamus ad diem Expiationis anni Jubilæi; quomodo fit ut dies Expiationis tres habeat Teruot; at requiritur ut ſingula Terua ante & *poſt* ſe habeat Tekiam, quemadmodum dicitur *in Beraita*; unde probatur quod requiratur ut Tekia *præcedat*? ex eo quod ſcriptum eſt, והעברת שופר תרועה. Unde probatur quod Tekia ſequi debeat? ex eo quod ſcriptum eſt והעברת שופר dicit itaque Deus voce העברת ante & poſt, atque Terua in medio; & verbum העברת intelligendum eſt de clangore æqualiter ſonante, quo modo fit ut tres Teruot in feſto novi anni habeant ſex Tekiot; hoc ſenſu ergo expoſuimus quo modo Miſna dicere poſſit, שלש של שלש שלש.

שיעור תקיעה כג׳ תרועות *Menſura Tekiot eſt inſtar trium Teruot*, menſura omnium Tekiot, quæ ſunt ſex Tekiot, & hæ inſtar trium Teruot, hinc fiet ut unius Tekiæ menſura ſit ut dimidium menſuræ unius Teruæ. שיעור תרועה כשלש יבבות *menſura Teruæ eſt inſtar trium vociferationum*, puta tres voces ſive ſonos tantum cujuſcunque quantitatis. Eſt non nemo qui dicit quod quælibet יבבה *vociferatio* ſit inſtar trium reſpirationum cujuſcunque quantitatis, & hoc rationi proximum eſt.

תקע בראשונה *Si primo fecerit Tekiam*, ſi ante Teruam fecerit Tekiam, ut fieri ſolet. ומשך בשניה *& protraxerit ſecundam*, nimirum Tekiam poſt Teruam, quaſi duas protraxit, ad ſatisfaciendum officio quod ad duas Tekiot, quæ neceſſario una poſt alteram fieri debebant; una Tekia poſt textum de Regno Dei, & altera ante textum de Memoria beneficiorum. אין בידו אלא אחת *non eſt in manu ejus niſi una*, quia unam Tekiam non dividunt in duas. מי שברך *is qui benedixit*, qui dixit orationem addititiam & novem benedictiones.

כשם ששליח צבור כך כל יחיד ויחיד חייב *Sicut miniſter Synagogæ, ſic etiam quilibet privatus tenetur*, ad orationes novi anni dicendas; quemadmodum ad orationes totius anni, & non ſatisfacit debito ſuo niſi oratione quam ipſe dixit, ſic quoque quilibet privatus qui orationem dicere novit, non ſatisfacit debito ſuo, niſi ſua oratione propria, tam in feſto novi anni, quam in omnibus totius anni diebus. Cæterum Synagogæ miniſter eum in finem tantum orationem dicit, ut pro iis qui orare neſciunt etiam precetur.

שליח צבור מוציא את הרבים ידי חובתן *Miniſter Synagogæ multos liberare poteſt ab officio eorum*, tam eum qui orationem dicere novit quam eum qui neſcit, tam in orationibus initii novi anni quam in omnibus totius anni orationibus; congregatio autem orationem ſubmiſſe dicit, ut Synagogæ miniſter ordinet orationem ſuam; deciſio eſt juxta Sapientes

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt quod clangores novi anni, & clangores Jubilæi æquales ſunt, & quicquid ſcriptum eſt de clangore novi anni neceſſario quoque fieri debet in Jubilæo, & vice verſa, perinde ac ſi omnes textus ſcripti eſſent de ſingulis iſtis duobus temporibus; & hoc ita eſt, quia Levit. 25. 9. dicitur והעברת שופר תרועה בחדש השביעי Quæ verba exponit Traditio, hinc intelligi omnes clangores menſis ſeptimi fieri debere in hac forma. Et fundamentum nobis eſt ut quilibet *clangor* ſive *ſonus fractus* תרועה ante & poſt ſe admittat תקיעה *ſonum fixum*; & ſic itidem traditione accepimus, unde eſt quod una תקיעה præcedere debet? ex eo quod ſcriptum eſt והעברת שופר. Sed unde probatur quod תקיעה ſequi debeat? ex eo quod ſcriptum eſt והעברת שופר. Cæterum vox תרועה ter dicitur in novo anno & die Expiationis anni Jubilæi, ut, Levit. 25. 9 והעברת שופר תרועה Levit. 23. 24. זכרון תרועה & Num. 29. 1. יום תרועה יהיה לכם Propterea ter cient תרועה & bis תקיעה ad quamlibet תרועה, quemadmodum pro fundamento poſuimus; atque hæ ſunt novem תקיעות ad quas tenemur in novo anno & die Expiationis anni Jubilæi.

שיעור תקיעה כשלש תרועות *Menſura Tekia eſt inſtar trium Teruoth*, vult dicere, quod menſura omnium Tekiot ſit inſtar menſuræ omnium Teruoth, quæ ſunt tres. Ratio autem quare hodie faciamus multas Tekioth, eſt, quia nobis hoc modo dubium aliquod renovatur de Terua; nimirum, an Terua de qua Lex loquitur, ſit ea quam nos hodie vocamus Terua, quæ eſt vox ejulans, ſive ſonus tremulus; an vero Terua ſit tres שברים *fracturæ*; vel an Terua intelligenda ſit de duobus modis ſimul, idcirco nos ter clangimus, hoc modo; Tekia, Schebarim, Terua, Tekia; Tekia, Schebarim, Tekia; Tekia, Terua, Tekia; ratio autem, quare non clangimus Tekia, Terua, Schebarim, Tekia, eſt, quia apud interpretem Chaldæum invenimus vocem תרועה expoſitam per יבבא *jubilatio*, & Jud. 5. 28. בעד החלון נשקפה ותיבב Et notum eſt quod ſi homini contingat labor ac moleſtia, ut primo ter ſuſpirare ſoleat inſtar trium שברים & poſtea extollere vocem inſtar תרועה.

תקע בראשונה *Si primo fecerit Tekiam*, vult dicere, quod, ſi primo fecerit תקיעה ante תרועה, tempus aliquod dilabitur, & deinceps facit תרועה, deinde תרועה ſecundam, hinc tantum temporis inter illas dilabitur, quantum dilabitur in actione prima, ut illa תקיעה inſerviat pro duabus תקיעות, una in complementum primæ actionis, & altera in complementum ſecundæ actionis: Dicit autem Miſnicus doctor quod ea tantum pro una inſervit תקיעה. Et quod dicit מי שברך *is qui benedicit*, vult dicere, qui orationem dixerit, quia oratio novem continet benedictiones ſuperius dictas; & illæ ſunt tres priores, benedictio de Regno Dei, de Memoria beneficiorum in populum ſuum, de buccina, & tandem tres ultimæ.

כשם ששליח צבור כך כל יחיד ויחיד חייב *Quemadmodum miniſter Synagogæ, ſic etiam quilibet privatus tenetur*, vult dicere, tenetur recitare benedictiones. Cæterum controverſia Rabban Gamalielis atque Sapientum non tantum eſt de orationibus in feſto novi anni, ſed de omnibus orationibus; nam Sapientes dicunt, quod, ſicuti miniſter Synagogæ non ſatisfacit debito ſuo, niſi oratione propria, ſic etiam

tes in orationibus totius anni. Nam Synagogæ miniſter non ſatisfacit debito ſuo niſi pro iis qui orationem dicere neſciunt; ſed in orationibus initii novi anni, & die Expiationis in anno Jubilæo, quæ novem ſunt benedictiones prolixæ, in quibus ſinguli non ſunt expediti, deciſio eſt juxta Rabban Gamaliel, nimirum, quod, ſicuti ſatisfacit Synagogæ miniſter pro eo qui legere novit, ſic etiam ſatisfacit pro eo qui neſcit.

HOUTINGIUS. (1) סדר תקיעות שלש *Ordo clangorum ter repetitur.*] Nempe prima vice clangebant pro מלכיות *Regno Dei*, ſecunda *pro Dei providentia*, tertia pro שופרות, qui clangorum ordo של תקיעה ותרועה ותקיעה iterum ter pro ſingulis repetitur, hoc eſt novem vicibus pro Dei Regno inflant buccinam, ſex videlicet *ſonos continuos* תקיעות, & tres *fractos* תרועות hoc modo, prima תקיעה תרועה תקיעה deinde תקיעה תרועה תקיעה, tertia vice תקיעה תרועה תקיעה, ſimiliter obſervant circa שופרות & זכרונות, ex quo apparet uni תרועה *ſono fracto aut tremulo* addendos eſſe binos תקיעות ſeu *ſonos continuos & ſimplices.*

Dubitatur vero inter Rabbinos, quid ſit תרועה, de quo mentio ſit in lege, an ſonus *fractus* אנאחה, aut *tremulus* יללה, an duo ſimul, & ad removendum dubium utuntur prima vice ſigno תשרת, ſecunda תשת, tertia תרת hoc eſt prima vice edunt תקיעה שברים תרועה תקיעה *ſonitum continuum, fractum cum tremulo, & continuum*; Secunda vice (ſi per תרועה *fractus* intelligi deberet) *edunt ſonitum ſimplicem aut continuum, & fractum, & continuum*, תקיעה שברים תקיעה, tertia denique vice (ſi tremulus) utuntur ſigno תרת eduntque *ſonitum ſimplicem, tremulum & ſimplicem* תקיעה תרועה תקיעה de quo Maimonides in notis ad Miſnam לפי שנתחדש לנו ספק אם תרועה הנזכרת בתורה היא אותה שאנו קורין היום תרועה והיא כמו יללה או אם גי שברים היא התרועה או אם שם תרועה נופל על שני מינים ולפיכך אנו תוקעין תשרית תש'ת' תר'ת' שלשה פעמים. De quo etiam laudatus noſter in tractatu ſuo de Buccina cap. 3. §. 2.

Jam vero breviter videndum reſtat, unde hauriant Rabbini quod ſonum fractum aut tremulum, præcedere aut ſequi debeat ſonus ſimplex & continuus, probant hoc Magiſtri ex illo Lev. loco cap. 25. 9. והעברת שופר תרועה *Et tranſire facies buccinam clangoris*, ex quo concludunt, ſimplicem & continuum antecedere, ſecundo probant hoc ex Levit. cap. 9. 12. והעבירו שופר *& tranſire facietis buccinam*, ex quo & ſonum continuum etiam ſequi debere, hariolantur.

Clarius adhuc hoc probatur ex Gemara ſcilicet מניין שפשוטה לפניה תיל' ותקעתם תרועה ומניין שפשוטה לאחריה תיל' תרועה יתקעו.

(2) תקע בראשונה ומשך בשניה *Et protraxerit ultimum.*] Hoc eſt, ſi ultimum ſonitum (תקיעה continuum) prioris ſigni תשרת ea intentione diuturniorem inſtituat, ut priori ſonitui (תקיעה continuo) ſecundi ſigni תשרת inſervire potuerit, & eo modo ab officio ſequenti prioris ſonitus (תקיעה *continui*) ſigni תשרת liberaretur, minime ſatisfecit officio, cum ſonitus iſte diuturnus inſtar unius reputetur. De quo hæc in ſuis commentariis R. O. Bartenora: תקע בראשונה פשוטה שלפני התרועה תקע כדרכה: ומשך בשניה תקיעה של אחר התרועה משך כשתים לצאת בה ידי שתים שהיה צריך לעשות זו אחר זו פשוטה של אחריה דמלכיות ופשוטה שלפניה דזכרונות אין בידו אלא אחת דאפסוקי תקיעה אחת לשתים לא מפסקינן.

(3) כשם ששליח צבור חייב כך כל יחיד ויחיד חייב *Et quemadmodum Synagogæ Miniſter tenetur ſic & quiſque privatus &c.*] Quæ omnia dilucide à Gloſſatore explicantur, כשם ששליח צבור חייב בין בברכות של ראש השנה בין בתפלות של כל שנה ואין יוצא ידי חובתו אלא בתפלה שמתפלל הוא בעצמו כך כל יחיד ויחיד הבקי ויודע להתפלל אינו יוצא ידי חובתו אלא בתפילת עצמו בין בראש השנה בין בשאר ימות השנה: ואין שליח צבור יורד לפני התיבה אלא להוציא את שאינו בקי: שליח צבור מוציא את הרבים ידי חובתם בין בקי בין שאינו בקי בין בברכות של ראש השנה בין בתפילות של כל שנה ולמה צבור מתפללין בלחש כדי להסדיר שליח צבור את תפלתו: והלכה כחכמים בברכות של כל שנה שאין שליח צבור מוציא אלא את שאינו בקי: אבל בברכות של ראש השנה ושל יום הכיפורים ושל יובל שהן ט׳ ברכות ארוכות ואין הכל בקיאין בהן הלכה כרבן גמליאל כשם שמוציא את שאינו בקי כך מוציא את הבקי. Hoc eſt: *Et quemadmodum Synagogæ Miniſter tenetur, ſive in benedictionibus novi anni, ſive in precibus totius anni, neque ſatisfacit officio ſuo, niſi propria ſua precatione, ſic quiſque privatus expertus, & precandi capax non ſatisfecit officio, niſi propriis precibus; ſive in initio anni, ſive reliquis diebus anni, nam Synagogæ Miniſter non aſcendit ſuggeſtum, niſi ut inexpertum liberet. Synagogæ Miniſter liberat multos ab officio, tum expertos, tum minime peritos, ſive in benedictionibus novi anni, ſive in precibus totius anni: Et quare ergo eccleſia tacite precatur, videlicet, ut Synagogæ Miniſter interim ſuam diſponeret orationem: Et concluſio eſt ſecundum Rabbinos, Synagogæ Miniſtrum in benedictionibus totius anni neminem alium ab officio liberare, niſi inexpertum. Sed in benedictionibus novi anni, dieique expiationum, & Jubilæi (quæ novem ſunt benedictiones admodum prolixæ) quarum omnes non ſunt periti, deciſio eſt ſecundum R. Gamaliel, quod æque expertum ac minime peritum liberet.*

Finis tractatus de Principio Anni.

מסכת

מסכת תענית

Tractatus de Jejuniis.

פרק א מאימתי מזכירין גבורות גשמים רבי אליעזר אומר מיום טוב הראשון של חג רבי יהושע אומר מיום טוב האחרון של חג אמר לו רבי יהושע הואיל ואין הגשמים אלא סימן קללה בחג למה מזכיר אמר לו רבי אליעזר אף אני לא אמרתי לשאול אלא להזכיר משיב הרוח ומוריד הגשם בעונתו אמר לו אם כן לעולם יהא מזכיר ׃

Caput 1. A quonam tempore recitare incipiunt laudationis formulam, quâ memoratur potentia *Dei in danda* pluvia? R. Elieſer dicit: A die primo feſti tabernaculorum. R. Jehoſchua vero ait, à die ultimo feſti ejuſdem *initium hujus memorationis fieri.* Pergitque R. Jehoſchua dicere: Siquidem pluvia decidens in feſto tabernaculorum nil aliud quam maledictionem notat, ecquid recordatio ejus inſtituitur? Reſpondit ei R. Elieſer: Atqui ego non dixi preces pro pluvia impetranda faciendas, ſed commemorationis hanc formulam recitandam eſſe: Inducit *Deus* ventum demittitque pluviam tempore opportuno. Ad hæc R. Jehoſchua ita: Si res ita comparata eſt, perpetuo dicta commemorationis formula recitanda eſſet.

R. OB. DE BARTENORA.

מאימתי מזכירין גבורות גשמים *A quo tempore potentiæ pluviarum mentionem faciunt?* quia in tractatu Roſch Haſſchana dixit auctor Miſnicus, *in feſto tabernaculorum judicantur quantum ad aquas*, ideo hic pergit dicere, *quando pluviarum potentiæ mentionem faciunt?* quia pluvia una eſt è maximis Dei benedicti potentiis, uti dixit Eliphas Job. 5. 9. עושה גדולות ואין חקר הנותן מטר על פני ארץ idcirco dixit auctor גבורות גשמים Porro dicit מיום טוב האחרון של חג *à die ultimo feſti tabernaculorum*, ſed non integros ſeptem dies feſti tabernaculorum, quia pluvia in feſto tabernaculorum eſt maledictionis ſignum, quemadmodum dicitur *in tractatu Succa; eſt etiam comparatio de ſervo quodam* qui volebat domino ſuo infundere vinum, at dominus effundebat ei vinum in faciem, dicendo, *non deſidero miniſterium tuum.* אם כן לעולם יהא מזכיר *ſi res ita comparata eſt, perpetuo commemorationis formula recitanda eſſet*, nam tu dicis quod commemoratio fiat, etſi pluviam non petant, quandoquidem intelligenda eſt recordatio in tempore ſuo, etiam in vere commemorent, quomodo ergo tu conſtituis tempus à primo die feſti tabernaculorum? deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dictum eſt in fine capitis ſecundi tractatus Succa, quod pluvia in feſto tabernaculorum non ſit benedictionis ſignum; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſchuam.

LUNDIUS. Vocabulum תענית, quod propriè vi denominationis adflictionem notat, deſumtum eſt ex locis Levit. c. XVI. 29. 31. c. XXIII. 27. 32. Num. XXIX. 7. ubi jejunium magnum Diei Expiationis deſcribitur, quinquies repetitis vocibus his: ועניתם את נפשותיכם *Et adfligetis animas veſtras.* Jam quoniam in his quinque locis jejunium per adflictionem deſcribitur, hinc factum eſt, ut vox תענית jugiter de jejunio uſurparetur ſignificando.

מאימתי] Quo minus vocem hanc, quæ huic pariter ac primo Talmudis tractatui, de benedictionibus inſcripto, initialis eſt, intactam relinquam, facit ſollicita Gemariſtarum in ſingulas voces ac particulas inquirendi ratio, quam indicare placet, ſiquidem ejus luculentum heic proſtet exemplum. Adcurate namque quæritur, quo modo & qua ratione adhibuerit Doctor Miſchnicus vocabulum מאימתי jungendo illud voci מזכירין, cum prius omnino fas eſſet, indicare rem aliquam recte fieri debere, quam monere quo tempore fieri potiſſimum conveniat, v. g. in facienda memoria potentiæ Divinæ in pluvia danda, prius præcipere omnino, faciendam eſſe hanc memoriam, quam docere, à quo tempore hujus memorationis initium rite fiat, uti hoc ex textu patebit: תנא היכא קאי דקתני מאימתי תנא התם קאי דקתני מזכירין גבורות גשמים בתחיית המתים ושואלין בברכת השנים והבדלה בחונן הדעת וקתני מאימתי מזכירין גבורות גשמים וליתני התם מאי שנא דשבקיה עד הכא אלא תנא מראש השנה סליק דתנן ובחג נידונין על המים ואיידי דתנן ובחג נידונין על המים תנא מאימתי מזכירין גבורות גשמים וכו *h. e. Ubinam Autor Miſchnæ* antea docuit, faciendam eſſe recordationem pluviarum, *quod heic interroget, ex quonam tempore* inſtituenda ſit? *Reſp. Auctor Miſchnæ* reſpicit ad locum in tractatu de Benedictionibus *ubi docetur, formulam de potentiâ* Dei *in pluvia* danda recitandam eſſe in benedictione, ubi dicitur *de reſurrectione mortuorum.* Inque eodem tractatu docetur formula pluviam *petendi in benedictione annorum*, quæ incipit: ברך עלינו השנה Benedic nobis annum, vel in alia quæ incipit: ברכנו ubi de rore agitur. *Et de ſeparatione* in benedictione חונן הדעת, in qua habetur ſectio quædam, ubi dicitur quo modo Deus ſancta ſeparaverit ſuumque Iſraëlem à gentilibus. Siquidem itaque jam antea monitum eſt, recitandam eſſe hanc de pluviis formulam, *ideo heic recte docet à quonam tempore recordationis potentiæ* Dei in dandis *pluviis, faciendum ſit initium. Sed cur ibidem*, nempe in tract. de bened. temporis hujus recitationis initium non eſt definitum? *cur potiſſimum ad hunc res illa eſt derivata locum?* Reſp. *Verum* quoniam *Auctor Miſchnæ* tractatum *de principio novi anni abſolvit, ibique ita docetur:* puta cap. 1. m. 2. *Et in feſto tabernaculorum judicium de aquis inſtituitur*, ſive illæ ad benedictionem ſive ad maledictionem cadant. *quandoquidem itaque docuit Auctor Miſchnæ* in c. I. *judicium de aquis fieri in feſto tabernaculorum, ideo heic inculcat: à quonam tempore recitare incipiant formulam de potentia* Dei in danda *pluvia*, &c.

מזכירין] Ad exprimendam benedictionis hujus indolem ſatis adpoſite hoc verbum adhibetur, ſiquidem ברכה hâc, ſive potius, ut Bartenorienſis eam dicit in Comm. ad Berach. c. 5. m. 2. הזכרה ושבח *recordationis aut laudationis formula*, memoriâ præcipuâ celebrant Judæi potentiam Dei in pluvia danda. Formula autem iſta talis eſt: אתה גבור לעולם יהוה מחיה מתים אתה רב להושיע מוריד הטל משיב הרוח ומוריד הגשם: *h. e. Tu potens in æternum Domine, vivificans mortuos: Tu magnus ad ſalvandum: Deſcendere faciens rorem: Inducens ventum & demittens pluviam.* Eſt hæc ברכה ordine ſecunda inter 18. illas benedictiones, quas Judæi עמידה *ſtationem* vocant, cum ſtantes eas recitent. Quod porro ad formulam dictam attinet, non indiſcriminatim, uti illam expreſſi, recitant, verum cum diſtinctione temporum, ita ut æſtivo tempore dicatur: *Deſcendere faciens rorem*; hyberno autem: *Inducens ventum & demittens pluviam*, ubi hoc Maim. explicat in Opere Jad Chaſaka, hilchoth tephillah cap. II. §. 15. בכל ימות הגשמים אומר בברכה שנייה מוריד הגשם ובימות החמה מוריד הטל: *h. e. Per totam hyemem dicitur in benedictione ſecunda: Demittens pluviam; æſtivo autem tempore: Demittens rorem.* Quando a. incipiant hæc tempora hyberna & æſtiva, in ſequentibus definiturus ſum. Cæterum quare מזכירין dicatur non

non זוכרין hanc Magiſtri Criticam adferunt rationem, quod præco prius præcineret dictum משיב, quam totus cœtus id ipſum recitaret, ut diſtincte atque ordine omnia peragerentur, confuſioque precum vitaretur. vid. Arba Turim. part. 1. Orach Chajim dicta סימן קיד ſ. ſectione 114. ubi adcurate, licet *συντόμως* ac conciſe ex Talmude (ſicuti liber hic compendium totius Talmudis merito ſalutatur) diſquiritur, de legitima hujus laudandi formulæ inchoatione, ordineque inter reliquas preces, ac de præcentoris emendatione, ſi in eâ recitandâ errorem commiſerit.

גבורות] Quid ſub hoc vocabulo ſubintellectum velint clare explicant Doctores Gemarici his verbis: מאי גבורת גשמים אמר רבי יוחנן מפני שיורדין בגבורה שנאמר עושה גדולות עד אין חקר ונפלאות עד אין מספר וכתיב הנותן מטר על פני הארץ ושולח מים על פני חוצות: *h. e. Quare* dicitur in Miſchna *potentia pluviarum? Reſpondet R. Jochanan, quandoquidem deſcendunt per potentiam* Dei, *dicitur enim* (Jobi IX. 10.) *Qui facit majora quam quæ inveſtigari poſſint, & miracula abſque numero? Rurſumque* (Jobi v. 10.) *Scriptum eſt: Qui dat pluvias ſuper terram, & mittit aquas ſuper campos.*

R. Elieſer] In diſputatione hac inter R. Elieſerem & R. Jehoſchuam de ordinaria hujus laudationis formulæ inchoatione, deciſiva ſententia à partibus R. Jehoſchuæ eſt, quod præter alios commentatores etiam Maimonides in ſua, ſuper hac Miſchna, explicatione inculcat, ac in Opere ſuo Hilch. Tephillah c. 11. §. 15. clare definit his verbis: מאימתי אומר מוריד הגשם מתפילת המוספין של יום טוב האחרון של חג עד תפילה שחרית של יום טוב הראשון של פסח וגו׳ *h. e. à quonam tempore dici* incipit formula: *Deſcendere faciens pluviam? Ex precatione, ſuperaddita diei ultimi feſti tabernaculorum, uſque ad orationem matutinam diei primi feſti Paſchatos, &c.*

לא אמרתי *non dixi.*] Ordinaria pluviarum petitio in nonâ continetur benedictione quæ incipit: ברך עלינו in ſecunda vero recordatio tantum fit potentiæ Dei in pluvia danda; unde R. Elieſer tali ſe modo explicat: Non ut illam, quæ petionem pluviarum continet, benedictionem recitarent volui, verum illam, quæ de commemoratione agit. Atque hæc ſecundum mentem R. Sal. Jarchii dicta ſunt.

לעולם *perpetuo*] h. e. toto anno, confirmat hanc expoſitionem Commentarius Raſchianus ad verba Miſchnæ אם כן, ubi hæc adferuntur verba: ואמאי פסק בפסח מלהזכיר *h. e. Et ſi ita eſt, cur in Paſchate ceſſatur à formula iſthac recitanda?* Quin & in Toſephot Rabbenu eadem ſtatuminatur ſententia, dum ita dicitur: כל הקיץ אם בא להזכיר מזכיר דלעולם בעונתו משמע מיהו עד השתא לא רמי עליה חובה אבל ב״ט ראשון חובה לרצות לפני שאלה שכל הבא לבקש מקדים ומרצה. *h. e. Si per totam æſtatem hæc formula recitatur,* recte recitatur, *nam τὸ* לעולם *totum annum notat;* ſemper n. eſt tempus memorandi potentiam Dei. *Verum hactenus quaſi debito quodam non obſtringitur* eccleſia ad hoc præſtandum; *Aſt in die feſti Paſchatos primo, neceſſe eſt præmitti* hanc formulam *orationi ad placandum Deum; quandoquidem omnis qui aliquid rogaturus eſt, recte omnino facit, dum placatoria quædam verba precibus ſuis anteponit.*

ב אין שואלין את הגשמים אלא סמוך לגשמים רבי יהודה אומר העובר לפני התיבה ביום טוב האחרון של חג האחרון מזכיר הראשון אינו מזכיר ביום טוב הראשון של פסח הראשון מזכיר האחרון אינו מזכיר עד אימתי שואלין את הגשמים רבי יהודה אומר עד שיעבור הפסח רבי מאיר אומר עד שיצא ניסן שנאמר ויורד לכם גשם מורה ומלקוש בראשון:

2. *Pluviæ in precibus non fit mentio niſi prope tempus pluviarum. R. Jehuda ait: In die ultimo* feſti tabernaculorum, *qui inter præcentores poſtremus* eſt recitat formulam de pluvia, primus a. ſecus. In die primo feſti Paſchatos primus præcentor recitat ſententiam de pluvia, ultimus v. non item. Uſquequo a. pluviam petunt? R. Jehuda dicit: Donec Paſcha præterierit; R. Meir v. exitum Niſan ſ. Martii pro termino ponit; quoniam dicitur: (*Joëlis* 11. 23.) Et decidet vobis pluvia tempeſtiva & ſerotina in primo menſe *h. e. Martio.*

R. OB. DE BARTENORA.

אין שואלין את הגשמים *Non petunt pluvias*, vult dicere, non faciunt mentionem pluviarum. אלא סמוך לגשמים *ſed prope pluvias*, nempe die octavo feſti tabernaculorum, nam à feſto tabernaculorum & deinceps tempus pluviarum eſt; & hæc Miſna ſimplex eſt R. Jehoſuæ. Alia expoſitio, R. Elieſer & R. Jehoſua, qui ſupra diſſentiunt de commemoratione pluviarum, conveniunt in caſu petendarum pluviarum, nempe, in formula ותן טל *& da rorem &c.* nam non petunt pluviam & rorem, niſi circa tempus pluviarum, quod eſt tertio aut ſeptimo die menſis Marcheſvan, quemadmodum inferius in Miſna exponunt doctores Talmudici.

אחרון *Ultimus*, eſt is qui orationem addititiam dicit. מזכיר *commemorat*, dicit, מוריד הגשם *qui pluviam deſcendere facit.* והראשון *& primus*, qui orationem dicit matutinam, is non faciet mentionem pluviarum, ſed roris tantum; deciſio eſt juxta R. Jehudam. Cæterum id quod Miſna deinceps dicit, *R. Jehuda dicit, donec tranſierit Paſcha*, non eſt idem qui ſuperius dixit in nomine ejus, diei primo feſti Paſchatis, *ultimus non faciet mentionem*, ſed duo ſunt differentes doctores de opinione R. Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סמוך לגשמים *Prope tempus pluviarum*, in oratione addititia ultimi diei feſti tabernaculorum, quemadmodum exponit R. Jehuda. ביום טוב הראשון של פסח הראשון מזכיר הראשון *in die feſto primo Paſchatis, primus commemorat*, primus ille, qui orationem matutinam dixit, dicet מוריד הגשם *qui deſcendere facit pluviam &c.* האחרון *ultimus vero* eſt is qui dicit orationem addititiam, & non commemorat pluviam; ſed qui dicit מוריד הטל *qui deſcendere facit rorem &c.* Hodierno vero tempore quo ex conſuetudine duos facimus dies feſtos, ideoque dicit מוריד הגשם *qui deſcendere facit pluviam.* Et in oratione diei primi duorum ultimorum dierum feſti tabernaculorum, qui eſt octavus feriarum, hoc continuatur in ſecundo die, & ſequentibus; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

LUNDIUS. סמוך לגשמים *prope tempus pluviarum*] incipit hoc pluviarum tempus à die 3. Marcheſvan ſ. Octobris & ſic porro ſe extendit; atque in eo quidem, quod poſt Feſtum Tabernaculorum initium ſuum capiat, omnes conveniunt, quoniam pluvia in ipſo feſto nil aliud quam maledictionem portendat, tantum abeſt ut precibus expeti debeat; verum, circa exactum precationis hujus initium, certo diei adſignandum, non ita inter omnes convenit, quod patebit ex Miſchna III. cap. hujus.

האחרון *poſtremus*] Eſt in diebus feſtivis peculiaris quædam oratio, quam vocant מוסף, eo quod ordinariis precibus ſuperaddatur, in memoriam ſacrificii iſtius diei facti recitanda. Is autem qui prælegit in Synagoga hanc ſuperadditam benedictionem, dicitur in Miſchna hac ultimus, in oppoſitione ad eum, qui preces recitaverat matutinas, diciturque in Miſchna primus ut Bartenora hæc interpretatur in gloſſa ſua.

הראשון אינו *primus a. ſecus*] h. e. primus præcentor, qui oratio-

orationem dixit matutinam, non fecit mentionem pluviæ, ſed roris tantum, retinens formulam per totam æſtatem uſitatam: ומוריד הטל *i. e. Deſcendere faciens rorem.*

Inter præcentores] In textu eſt העובר לפני התיבה ad verbum: *Incedens ante arcam.* Hujus officii munerisque diverſa in Talmude occurrunt nomina, ſuntque hæc quatuor maxime frequentia: שליח צבור חזן הכנסת פורס על שמע עובר לפני התיבה Quæ à ſe invicem re non adeo differunt, ut ſæpius unum pro altero uſurpetur quod ex dicendis patebit. ש"צ Legatus Synagogæ, qui totum negotium religioſum in Synagoga peragit. Amplus ſanè honoris titulus hic eſt, adeo ut de pontifice ſummo uſurpetur, quod eſſet inſtar Legati inter Deum populumque, unde nomine Synedrii ipſum ita alloqui potuerunt viri ſui in tract. Jom. c. I. m. 5. אנו שלוחי בית דין ואתה שלוחינו *h. e. Nos legati ſumus Synedrii; Tu vero noſter Legatus es.* Vocatur præterea miſſus hic præcentor; quia nunquam antea poterat preces inchoare, quam à ראש הכנסת *ſ. præſide Synagogæ* mandatum de eo accepiſſet peculiare. De hujus ש"צ ulteriore cognitione videri poteſt שולחן ערוך parte I. c. 53.

חזן הכנסת Eſt miniſter Synagogæ, qui curam gerit ornamentorum arcæ & totius היכל. Uti n. nomen ejus à חזה *vidit*, derivatum eſt, ita res Synagogæ probe inſpicere debet, ne detrimenti quid capiant. Sic quomodo pretioſiſſimum Synagogæ theſaurum Thora ſ. legem manu tenuerit, dederitque præſidi Synagogæ, hic vicario, vicarius a. ſacerdoti ſummo, legitur in Joma cap. VII. m. I. Cæterum tam late patebat hoc nomen חזן ut etiam uſurparetur de eo, qui in judicium vocandos citabat, imo, etiam de eo, qui plagas infligebat reo à Synedrio damnato ut patet ex Maj. Hilc. Sanhedrin c. XVI. §. 8. כיצד מלקין אותו כופתו שתי ידיו על העמוד אילך ואילך וחזן הכנסת אוחז בבגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו וגו׳ *h. e. Quomodo flagellabant illum* reum? *ligabantur manus ejus ad utrumque latus columnæ. Et miniſter Synagogæ adprehendit veſtes ejus, ſi lacerentur, lacerantur, ſin v. diſſuantur, diſſuuntur, &c.* Quod a. olim aliqua differentia fuerit inter חזן הכנסת & ש"צ clarum mihi eſſe videtur ex loco Raſchiano, qui in ſuo commentario ad Miſchnam 5. cap. 2. hujus tractatus fol. 15. verſo ita infit: תקעו חזן הכנסת אומר להן על כל ברכה וברכה והוא השמש ולא שליח צבור *h. e. Clangite buccinis, dicebat Miniſter Synagogæ iis, ad cujuſvis benedictionis recitationem; Et hic erat miniſter, non Legatus ſynagogæ.*

פורס על שמע Nominis hujus ratio ex officio deſumta, quod ita deſcribi poterit: Si quando evenerit, ut poſt benedictiones dictas ſive officium religioſum per actum aliqui ſero veniant, tum ex cœtu, qui non minor decem perſonis eſſe debet, is qui recitandi munus in ſe ſuſceperit, ac recitatis קדיש & ברכו in ſynagoga (quandoquidem nemo intra privatos lares eas dicere preces rite poteſt) ulterius perrexerit ad conſuetum יוצר אור וכו׳, vocatur פורס על שמע; ita dictus, eo quod ſeparet quaſi ſectionem שמע à reliquis benedictionibus. Atque hæc quidem ad ductum libri שולחן ערוך dicti prolata ſunt, ubi hæc in c. 69. part. I. leguntur: אם יש בני אדם שהתפללו כל אחד בפני עצמו ביחיד ולא שמעו לא קדיש ולא קדושה עומד אחד מהם ואומר קדיש וברכה ראשונה יוצר אור ולא יותר וזה נקרא פורס על שמע לשון חתיכה פרושה וגו׳ *h. e. Si ſunt aliquot qui privatim preces fecerunt, nec audierunt recitari vel* benedictionem קדיש *vel* precationem קדושה, *& unus ex iis conſurgit dicitque* קדיש *&* ברכו *atque benedictionem primam* יוצר אור, *nec amplius* quid ex benedictionibus recitat, *hic ipſe vocatur* פורס על שמע. vocabulum autem פורס *eſt ex ſignificatione diſruptionis & ſeparationis, &c.* Itaque nominis munerisque hujus rationem non ſatis adſecutus videtur Dn. Robertus Sheringhamius, adcuratus alioquin rigiduſque nævorum alienorum animadverſor notatorque, dum ita interpretatur: *qui exponeret ſuper lectionem Schemah.* in notis ad Cod. Joma pag. 158.

עובר לפני התיבה Aliquando etiam vocatur יורד לפני התיבה, fortean quod fuerit locus depreſſus in quem oraturus deſcendebat. Hic eſt qui recitat 18. illas benedictiones עמידה dictas una cum קדושה, ubi habetur Jeſ. v. 3. cap. 6. Sanctus, ſanctus, ſanctus, &c. Hoc nomen R. Sal. Jarchio idem eſt cum שליח צבור, quæ appellatio uti notior eſt, ita eam explanationis gratia adhibet dictus Jarchius in Comm. ad verba hæc Miſchnica tract. Megillah c. 3. fol. 23. אין פורסין על שמע ואין עוברין על התיבה וגו׳ Heic verbis: עוברין על התיבה Raſchi adponit ש"צ *h. e. legatus Synagogæ.* Si de his nominibus Judæos hodiernos conſulueris, illi quidem mox reſponſuri ſunt, ſe nullum inter ea agnoſcere diſcrimen, ſeque vocare officium illud quatuor his diſtinctis nominibus notatum generaliter חזן הכנסת, olim uſitatiſſimum, jam vero hodie ut plurimum per שמש id exprimunt.

שיעבור הפסח *Paſcha præterierit*] Diſputatur heic inter R. Jehudam & R. Meir de termino precibus pro pluviis impetrandis conſtituendo, in quo ſententiam divortio R. Jehudæ adſertio à Magiſtris אליבא adpellatur, h. e. ſententia ſingularis nondum à ſynagoga adprobata.

מורה *tempeſtiva*] Quid Propheta per מורה ומלקוש intellectum velit, breviter & luculente ex mente Judæorum communi exponit R. Sal. Ben Melech in Michlal Jophi hunc in modum: המורה ענינו מטר וכן מורה ומלקוש וזכר המורה תחלה שהוא במרחשון ואחר כך פירש עוד ואמר ויורד לכם גשם מורה ומלקוש בראשון ופירושו הגשם הנקרא מורה הוריד לכם בעתו שהוא במרחשון והוריד לכם גם כן מלקוש בעתו בחדש הראשון שהוא ניסן ושניהם מורה במם כמו יורה ביוד: *h. e. Vocabulum* מורה *notat pluviam v. g.* dum dicitur in ſcriptura: מורה ומלקוש. Pluvia vero quæ à Propheta מורה *dicta præmiſſaque* in textu *eſt, cadit in Marcheſvan* h. e. Octobri. *Ulterius pergit* Propheta *ſeſeque explicat dicens: Et decidet vobis pluvia tempeſtiva & ſerotina in primo* menſe h. e. Niſan ſ. Martio. *Quæ ſic interpretor: Pluviam* מורה *dictam demittit vobis* Deus *in tempore ſuo, quod eſt, in Marcheſvan* ſ. Octobri *pariter etiam demittet vobis pluviam* מלקוש dictam *tempore opportuno, h. e. menſe primo qui eſt Niſan.* Vox a. מורה *cum mem ſcripta eadem eſt quæ* יורה *cum jod notata.*

ג בשלשה במרחשון שואלין את הגשמים רבן גמליאל אומר בשבעה בו חמשה עשר יום אחר החג כדי שיגיע אחרון שבישראל לנהר פרת:

3. Tertio die menſis Marcheſvan (ſ. Octobris) pluvias precibus flagitare incipiunt. Rabban Gamaliel ſeptimum ejuſdem menſis diem *pro initio conſtituit*, quindecim omnino dies poſt feſtum tabernaculorum: ita ut extremus incola ex gente Iſraëlitica, qui ad Euphratem habitat, domum prius veniat, *quam pluvia decidat.*

R. OB. DE BARTENORA.

בשלשה במרחשון שואלין את הגשמים *Tertio die menſis Marcheſvan pluvias petunt*, dicendo, ותן טל ומטר *& da rorem, & pluviam*, in benedictione annorum; ſed hoc in terra Iſraëlis intelligendum eſt, nam in captivitate non ita petunt pluviam, niſi ad ſexageſimum diem poſt æquinoctium menſis Tiſri, & eodem die ſexageſimo incipiunt petere pluvias.

כדי

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta Rabban Gamalielem; omnia vero hæc intelligenda ſunt in terra Iſraëlis; & ejuſdem conditionis terris; ſic etiam, quando incideris in caſum aliquem de temporibus jejunii tractantem, propter pluvias, res intelligenda eſt de terra Iſraëlis, & locis illi proximis. Sed in cæteris terris pluviam petunt quando illa conducit tali loco, & conſtituimus tempus illud perinde ac ſi eſſet decimus ſextus dies

menſis

כדי שיגיע אחרון שבישראל לנהר פרת *Donec extremus incola Iſraëlis pervenerit ad fluvium Euphratem*, qui ad feſtum ſolenne adſcenderant, ii poſtea domum redibant, ne pluviæ ipſis reditum impedirent.

menſis Marcheſvan; & cum pluviæ differebantur poſt illud tempus, eo quo diximus modo, jejunia inſtituebant, quemadmodum in hac Miſna dicitur. Dantur enim terræ in quibus non cadit pluvia, niſi in menſe Niſan, & dantur etiam terræ in quibus ver incidit in Marcheſvan, ſed illis non conducunt pluviæ, ſed corrumpunt; quomodo igitur iſtiuſmodi loci incolæ petebant pluvias in Marcheſvan? nonne hoc falſum eſt? atque hoc veriſſimum eſt.

LUNDIUS. בשלשה *tertio die*] Erat his dies, primum temporis pluviæ opportunæ intervallum; (erant namque tria omnino ejuſmodi intervalla, quod ex ſequentibus patebit) unde & fas erat tum recitando inchoari formulam illam, quâ in nona benedictione dicitur: ותן טל ומטר *h. e. Da rorem pluviamque.* Atque hoc quidem tempus pluviarum terræ Iſraëliticæ tantum commodum volunt Magiſtri, verum in ארץ הגולה non precantur Judæi pro pluviarum impetratione niſi poſt ſexageſimum diem æquinoctii Tiſri (Septembris) ſiquidem hæc terra ſit humilis ac depreſſa, priuſque pluvia non egeat, ut Raſchius ad h. l. commentatur fol. 10.

חמשה עשר *quindecim dies*] Laxius hoc intervallum ponere placuit eum in finem, ne in itinere præ pluviarum impedimento detinerentur ultimi terræ Iſraëlitæ incolæ, quandoquidem & plurimi Hieroſolymis tam diu permanere adſueti erant, quoad Feſti Tabernaculorum ſollemnitates ad finem perductæ eſſent.

ד הגיע שבעה עשר במרחשון ולא ירדו גשמים התחילו היחידים מתענין שלשה תעניות אוכלין ושותין משחשיכה ומותרין במלאכה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה:

4. Si jam aderat ſeptimus decimus dies Marcheſvan, neque tamen ulla deſcenderat pluvia, tum tres jejuniorum dies celebrare inchoarunt ſapientes, *ita ut* ederent & biberent *tantum* noctu, tumque ipſis licitum eſſet opus quoddam facere, ſeſe lavare, inungere, calceamenta induere, cumque uxore concumbere.

R. OB. DE BARTENORA.

הגיע שבעה עשר במרחשון *Si advenerat ſeptimus decimus dies Marcheſvan*, cum jam tranſierant tria tempora, quæ ſunt, tertius dies menſis Marcheſvan, ſeptimus, & decimus ſeptimus. התחילו היחידים *incipiunt ſingulares*, ſcilicet Sapientes. אוכלין ושותין משחשיכה *edunt, & bibunt nocte*, licet ipſis edere & bibere nocte jejunii uſque ad auroræ columnam, quandiu homines nondum dormiverint, at quando dormiverint ſomnum ordinarium, prohibitum eſt comedere & bibere, niſi quis conditionem inierit ab initio antequam dormiverit; ſed poſtquam ſomno ordinario potitus fuerit, comedere & bibere vetitum eſt, niſi ab initio ante ſomnum conditionem inierit. Eſt autem non nemo qui dicit, quod comeſtio requirat conditionem, ſed bibitio non requirat conditionem, quia bibitio non habet tempus fixum; & ſic ipſa docet ratio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היחידים *Singulares*, ſcilicet Sapientes; hæc autem jejunia fiebant die ſecundo, quinto, & ſecundo rurſus.

LUNDIUS. הגיע *ſi jam aderat*] Ut bene hæc intelligantur, obſervanda ſunt tria illa temporum intervalla, quibus pluvia ordinarie terram Iſraëliticam fecundare ſolebat. Horum primum ponunt Talmudiſtæ ad diem tertium Marcheſvan (Octobris) ſecundum ad diem ſeptimum, ultimum ad d. 17. dicti menſis, ultra quod tempus ſi pluvia detenta fuiſſet, æſtimabatur hoc tanquam evidens pœnæ Divinæ ſignum, ob quam ſapientum filii jejunio ſeſe adfligere neceſſum habebant; ut Maimonides etiam concludit in Hilc. Taanioth. c. III. §. I. הרי שלא ירדו להם גשמים כל עיקר מתחלת ימות הגשמים אם הגיע שבעה עשר במרחשון ולא ירדו גשמים מתחילין תלמידי חכמים בלבד להתענות שני וחמישי ושני וכל התלמידים ראוין לכך: *h. e. Quod ſi ab initio Dierum pluviis opportunorum pluvia prorſus nulla deſcenderit, ſique ſeptimus decimus menſis Marcheſvan aderit, & neque tum deſcenderit, incipiunt ſapientes ſingillatim jejunare*, in diebus hebdomadis, *ſecundo, quinto, rurſumque ſecundo* ſequentis hebdomadis, *ſunt autem omnes ſapientes ad hoc ipſum negotium apti.* Porro quod יחידים iſti in Miſchna nominati ſint ſapientes Magiſtrive Hebræorum, non modo ex hoc Maimonidis loco patet, ſed & in Gemara fol. 10. idem firmatur, ubi ita breviter rogatur ac reſpondetur: מאן יחידים אמר רב הונא רבנן *h. e. Quinam ſunt illi ſingulares? Reſp. Rabh Huna: Sapientes ſ. Magiſtri.* Ulterius in Gemara fol. cit. diſquiritur de qualitate perſonæ יחיד & תלמיד hoc modo: איזהו יחיד ואיזהו תלמיד יחיד כל שראוי למנותו פרנס על הציבור תלמיד כל ששואלים אותו דבר הלכה בלמודו ואומר ואפילו במסכתא דכלה *h. e. Quiſnam eſt hic ſingularis? Et quiſnam hic Diſcipulus? R. Singularis iſte recte dicitur, qui aptus eſt præfici toti cœtui*, ſ. eccleſiæ gubernator conſtitui; *diſcipulus vero, qui rogantibus ipſum rem dubiam deciſam in doctrina ejus*, ſ. Talmude, *reſpondere par eſt, etiamſi* quæſtio ſumeretur *de tractatu de ſponſalibus*, qui quam rariſſime prælegitur, ut pene inuſitatus ſit. Alii ultima hæc verba contrario modo intelligunt, ut dici velint heic: non neceſſum eſſe ut תלמיד poſſit ad difficillima in Talmude reſpondere, ſed ſufficere ſi vel ex tract. de ſponſalibus, ubi facillima deciſa continentur, quædam differere noverit. De his ipſis ſapientibus adſerit Miſchna, illos leviora hæc jejunia in ſe recepiſſe, ne tota eccleſia iis gravaretur. Inchoabantur etiam hæc jejunia ut reliqua, nonniſi ſecundo hebdomadis die, continuabanturque diebus tribus, puta ſecundo quintoque hebdomadis diebus, rurſumque ſecundo ſequentis hebdomadis die finiebantur. Ratio, cur quinto die non inciperent jejunare, proſtat in tract. hujus cap. 2. m. 9. nimirum ne cariori pretio venderentur res eſui neceſſariæ, nam cum viderent mercatores, cives duas emere portiones, unam pro nocte jejunii, alteram pro Sabbato, facile ipſis in mentem venire poterat, penuriam rerum victualium augeri, unde pretia rerum majora ponere neceſſum foret, ſed de his plura cit. loco dicturi ſumus. Verum utut hæc ratio non ſit pro privato jejunio, cum cibalia in tanta copia non emerentur atque in publico, nihilo tamen ſecius idem heic ordo ſervari fas erat, qui in jejuniis eccleſiæ magnis. Et hoc ipſum eſt quod Gemara his verbis inculcat fol. 10. ואמר רב הונא יחידים מתענין שלש תעניות שני חמישי ושני מאי קמ"ל תנינא אין גוזרין תענית על הציבור בתחילה בחמישי שלא להפקיע את השערים אלא שלש תעניות הראשונות שני וחמישי ושני מהו דתימא הני מילי ציבור אבל יחיד לא קמ"ל תני נמי הכי כשהתחילו היחידים להתענות מתענין שני וחמישי ושני וגו׳ *h. e. Dixit Rabh Huna: Sapientes jejunant tria jejunia*, puta, diebus hebdomadum *ſecundo, quinto & ſecundo. Quid novi nos docet hic autor?* Jam enim hoc in Miſchna inculcatum eſt, ubi dicitur: *Non conſtituunt jejunium eccleſiæ inchoandum in quinto hebdomadis die, ne pretia rerum augeantur? Verum tria jejunia prima celebrantur* 2. 5. & 2. hebdomadum diebus. *Quia enim dicere poſſes: Hoc intelligitur tantum de jejunio eccleſiæ, non vero de privato; ergo hoc eſt quod de novo addidit* Rabh Huna. *Et jam alio in loco ita legitur: Cum inceperint ſingulares*

res jejunare, jejunant ſecundo, quinto ac ſecundo rurſus hebdomadum diebus, &c.

אוכלין ושותין *ederent & biberent*] Per integras noctes jejuniorum dies præcedentes fas erat edere, bibere, &c. quod ipſum heic inculcatur inque ſequentibus repetitur, ad differentiam hujus jejunii à jejunio magno, quod unum tantum eſt ex lege, de quo obſervandum, ſumere illud jejunium initium ſuum ab occaſu ſolis, durareque uſque ad adparentiam ſtellarum ſequentis diei, ita ut quinque hæ actiones in Miſchna recenſitæ prorſus vetitæ ſint, ſicut clare dicitur in tract. Joma c. VIII. m. I. יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה וגו׳ *h. e. Die Expiationum vetitum eſt edere, bibere, ſe lavare, inungere, calceamenta induere, remque cum uxore habere, &c.* Ad quæ Bartenorienſis è communi Magiſtrorum ſententia dicit, abſtinentiam à quinque dictis actibus, (nam edere & bibere pro uno numerabatur) æſtimari inſtar quinque adflictionum, quas inſinuari notarique volunt in Lege per quinam vocum harum repetitionem: *Et adfligetis animas veſtras.*

ה הגיע ראש חדש כסליו ולא ירדו גשמים בית דין גוזרין שלש תעניות על הציבור אוכלין ושותין משחשיכה ומותרין במלאכה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה :

5. Si factum eſt initium menſis Ciſleu, *ſ. Novembris*, neque tamen ulla pluviæ copia adhuc contigerat, tum ſynedrii adſeſſores tria jejunia eccleſiæ ſervanda conſtituunt, *ita ut tantum* noctu cibum potumque capere liceat, operari, ſe lavare, inungere, ſandalia induere, concubituque lecti defungi.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש תעניות *Tria jejunia*, die ſecundo, quinto, & denuo die ſecundo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quocunque in loco dicatur אוכלין משחשיכה *comedant nocte*, illic licitum eſt comedere donec aſcendat auroræ columna, niſi quis dormiverit; quia poſt ſomni uſum non licet edere, neque bibere, quocunque modo ſe habuerit jejunium.

LUNDIUS. חדש כסליו *menſis Ciſleu*] Præterierunt namque jam tria illa intervalla, quibus pluvia quam maxime opportuna cadebat, nimirum dies 3. 7. & 17. Marcheſvan, (ſ. Octobris) nec tamen ulla facta eſt pluviæ copia, ideo jejunium indixit ſynedrium *toti eccleſiæ ſervandum*, quandoquidem malum imminens univerſale erat, videbatur conveniens, junctis precibus in jejunio faciendis, avertendum eſſe.

משחשיכה *noctu*] Ad hanc vocem ita commentatur Maimonides in ſua explanatione Miſchnica: בכל מקום שאומר לך אוכלין משחשיכה מותר לאכול עד שיעלה עמוד השחר אלא אם ישן לפי שאין מותר לאכול ולשתות אחר שישן בשום פנים באי זה תענית שיהיה : *In omni loco, quo dicitur: Comedunt ex quo tenebræ oboriuntur*, cenſetur *fas eſſe, edere uſque ad ortum auroræ, niſi ſopor gravis hominem invaſerit; neque enim licitum eſt, edere & bibere poſt ſoporem gravem ullo modo, in quocunque id fuerit jejunio*, ſive publico ſive privato.

ו עברו אלו ולא נענו בית דין גוזרין שלש תעניות אחרות על הצבור אוכלין ושותין מבעוד יום ואסורין במלאכה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה ונועלין את המרחצאות עברו אלו ולא נענו בית דין גוזרין עליהן עוד שבע שהן שלשה עשרה תעניות על הצבור הרי אלו יתרות על הראשונות שבאלו מתריעין ונועלין את החנויות בשני מטין עם חשיכה ובחמשי מותרין מפני כבוד השבת :

6. Quod ſi & his tranſactis preces non exauditæ fuerint, tum ſynedrium tria alia eccleſiæ præcipit celebranda jejunia, ita ut edere & bibere tum tantum fas ſit, cum adhuc dies eſt; vetitum vero ſit quidquam operari, balnea adire, unguentis ſe oblinere, pedibus calceamenta aptare torique gaudia ſectari. Jamque & balnea clauduntur. His finitis, niſi precibus apud Deum locus detur, domus ſynedrii inſuper alia ſeptem jejunia indicit, ita ut ſint eccleſiæ tredecim omnino jejunandi dies. Et hi quidem *ſeptem ultimi* primis multo graviores ſunt; quippe in quibus & cornua inflantur, tabernæque obſerantur. In *jejunio celebrato hebdomadis* die ſecundo, ſimul ac nox eſt, fores tabernarum dimidiam ſui partem aperiuntur, in quinto a. die licitum eſt *plane patentes habere*, idque ob honorem Sabbati.

R. OB. DE BARTENORA.

שהן שלשה עשרה תעניות על הצבור *Quæ ſunt tredecim jejunia pro eccleſia*, nam ſexies jejunarunt; & jejunia ſingularium hominum non intrant numerum. מתריעין *clangunt*, buccinis. בשני מטין *ſecundo die inclinant*, die jejunii ſecundo aperiunt quodammodo januas tabernarum circa tempus veſpertinum, at merces non educunt. ובחמישי מותרין *& quinto die licitum eſt*, toto illo die licitum eſt aperire januas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ſeptem jejunia implent tredecim jejunia quæ decreverunt pro eccleſia, quia jam ſex jejunia jejunarunt. מטין עם חשיכה *inclinant nocte*, id eſt, paullum januas tabernarum aperiunt nocte, ſed non plane educunt merces è taberna, neque ordine eas viſui exponunt.

LUNDIUS. מבעוד יום *cum adhuc dies eſt*] puta, dies proximus ante jejunium. Atque hoc gravius priori jejunium conveniebat cum eo, quod celebrari conſuetum eſt Die Expiationum, unicum illud in lege præceptum, quanquam ex conſtitutione Rabbinorum paria etiam ſerventur in jejunio diei IX. menſis Abh, (ſ. Julii) de quo in cap. 4. m. 7. hujus tract. plura dicentur. Auſteritas hujus jejunii, major præ reliquis ſupra recenſitis hinc patet, quod in hoc totus cœtus totam noctem totumque diem ab iis ſe abſtinere cogeretur, quæ ad curandum corpus pertinere poterant. Jam enim & balnea claudebantur, reliquaque, quæ ad jucunditatem ſpectabant, interdicebantur, *ſicuti* & hoc in Gemara inculcatur, fol. 12. בשלמא כולהו אית בהו תענוג רחיצה וסיכה ותשמיש המטה אבל מלאכה צער הוא אמר רב חסדא אמר רב ירמיה בר אבא אמר קרא קדשו צום קראו עצרה אספו זקנים כעצרה מה עצרת אסור בעשיית מלאכה אף תענית אסור

אסור בעשיית מלאכה וגו׳ *Concedatur, omnia, quibus aliquid deliciarum ineſt*, prohibita eſſe, veluti: *Lotionem, unctionem & cohabitationem maritalem; verum quod ad opus attinet, moleſtum illud eſt*, tantum abeſt ut inter jucunda referatur; unde itaque conſtat, id quoque heic interdictum eſſe? *Reſpondit Rabb Chaſda auctoritate Rabb Jeremiæ filii Abæ: Dicitur in ſcriptura:* Joëlis I. 14. *Sanctificate jejunium, indicite feriatum diem, congregate ſenes.* Concludere hinc licet *ex ſimilitudine feſti & jejunii; ſicut enim in die feriato vetitum eſt quidquam operari, ita etiam in jejunio operari prohibitam eſt, &c.* Antequam hinc diſcedam, aliqua addere placet de quinâ illâ adfliction, Judæis æſtimatâ in abſtinentia à cibo potuque, lotione, unctione, inductione calcei, concubituque cum uxore. Quantum ad primam attinet, certum eſt, illam fuiſſe Judæis ſevere mandatam, ut conſtat ex quinque locis mihi adductis in initio notarum ad cap. I. m. I. hujus tract. Ad lotionem vero & unctionem quod ſpectat, abſtinentia ab illis ex præceptis Magiſtrorum, externam magis (adparentemque) triſtitiam, quam internum animi mœrorem reſpicientium, introducta eſt. Unde Chriſtus Matth. VI. 17. Phariſæos ob hypocriſin hanc graviter increpat, mandat vero Diſcipulis, dum jejunarent, caput inungere faciemque lavare. Proſtant quidem in ſacris exempla virorum illuſtrium, qui in jejuniis ab ejuſmodi abſtinuerunt, uti Davidis notiſſimum eſt. II Sam. XII. 20. Verum ut externa illa Deo grata eſſent, requiſita inprimis fuit interna animi adflictio, aque peccatis abſtinentia. Diſcalceationis præceptum ſicut traditionibus etiam ortum ſuum debet, ita limitationem quoque admittit v. g. Etſi calceos ex corio induere nefas ſit, licitum tamen eſt, ſoccos ex panno confectos uſurpare. Denique interdictio cohabitationis mariti cum uxore ex eodem traditionum fonte dimanavit, adeo ut eodem cum uxore lecto uti marito etiam prohibitum fuerit. Fatendum ſane eſt, abſtinentiam à voluptatibus omnigenis ad piam puramque Deo ſiſtendam mentem haud parum conferre; unde & ejuſmodi *ἀποςέρησιν* ſ. *defraudationem* tori connubialis, ad tempus, ex conſenſu utriuſque factam nec reprehendit Apoſtolus I Cor. VII. 5. dummodo in hunc fiat finem, *ut jejunio ac orationi vacetur.*

מתריעין *inflantur*] Supplet ex Gemara fol. 14. Bartenorienſis בשפרות, quæ per cornua explicantur. Quod quidem cum hac limitatione capiendum eſt, ut de iis, qui in urbe eſſent, intelligatur; qui vero extra urbem jejunia celebrabant, בחצוצרות *tubis* tantum clangebant, ut Maimonides expreſſe ponit Hil. Taan. cap. I. §. 4. ובימי התעניות האלו זועקין בתפילות ומתחננים ומריעין בחצוצרות בלבד ואם היו במקדש מריעין בחצוצרות ובשופר *In diebus jejuniorum horum clamant per preces, orant & clangunt tubis tantum. Quod ſi vero fuerint in ſanctuario, clangunt tubis & cornu.* Pro meliori horum intellectu dando, verba Miſchnica tract. de Novo Anno c. III. m. 4. in medium adferam: בתעניות בשל זכרים כפופין ופיהן מצופה כסף ושתי חצוצרות באמצע שופר מקצר וחצוצרות מאריכות שמצות היום בחצוצרות *In jejuniis cornua adhibentur arietina, incurva; quorum orificia argento obducta ſunt. In medio* duorum horum cornuum locantur *duæ tubæ.* Inflantur autem hæc inſtrumenta, ita ut *cornu brevis ducatur ſonus, tubis vero longus; quandoquidem præceptum ſit, ejuſmodi die tubas inflare.* Citatur præceptum hoc ex Num. X. 9. ubi de tubis inflandis mandatur in die anguſtiæ. Atque hæc Miſchnæ verba etiam de urbe intelligenda ſunt; nam extra illam, tempore quo tubæ inflabantur, cornua non adhibebantur, & vice verſa, ubi cornua inflabantur, tubæ non adhibebantur. Non heic multis agere neceſſum duco, de differentia inter תקיעה שברים תרועה, quorum תקיעה ſonum fixum inque longum protenſum notabat, שברים conciſum fractumque. תרועה vero ex utroque mixtum; hæc namque ubivis obvia ſunt. Id autem pulcrum obſervatu eſt, ſonum hunc excitationem hominum à peccatis deſignaſſe, ſiquidem & Judæis, ab initio novi anni, cum inflabantur cornua, uſque ad Feſtum Expiationis mos erat ſe ad pœnitentiam accingere, ut Maim. dicit in de tract. pœnit. cap. 3. §. 4. אף על פי שתקיעת שופר בראש השנה גזירת הכתוב רמז יש בו כלומר עורו ישינים משנתכם ונרדמים הקיצו מתרדמתכם וחפשו במעשיכם וחזרו בתשובה וזכרו בוראכם אילו השוכחים את האמת בהבלי הזמן ושוגים כל שנתכם בהבל וריק אשר לא יועיל ולא יציל הביטו לנפשותיכם והטיבו דרכיכם ומעלליכם ויעזוב כל אחד מכם דרכו הרעה ומחשבתו אשר לא טוב : *Quandoquidem clangor cornu in novo anno ſit in ſcriptura præceptus, eo ipſo adhortatio fit, q. d. Excitamini dormientes ex ſomno veſtro, voſque qui alto ſopore oppreſſi eſtis, evigilate ex veterno iſto, perſcrutamini opera veſtra, convertimini & recordamini creatoris veſtri, quique veritatem oblivioni tradidiſtis per vanitates mundanas, erranter totam ætatem veſtram in ejuſmodi rebus occupati, quæ nihili ſunt, nihilque proſunt juvantve, advertite animas veſtras, & vias veſtras operaque veſtra, derelinquat autem unuſquiſque veſtrum viam ſuam malam & cogitationem ſuam pravam.*

מטין *dimidiam ſui partem aperiuntur*] ita ut licitum eſſet egenis, quod ad vitam tolerandam neceſſarium eſſet, emere; ſed in quinto die prorſus patentes habebant fores, ut quæ ad lætam Sabbati celebrationem conducere viderentur, emi poſſent. De tabernis autem hæc intelligenda ſunt illis ipſis, quæ victualia venum exponunt, non vero quæ alias res; illæ namque prorſus clauſæ manebant, ut Raſchius ad h. l. dicit.

ז עברו אלו ולא נענו ממעטין במשא ומתן בבנין ובנטיעה באירוסין ובנשואין ובשאילת שלום בין אדם לחבירו כבני אדם הנזופין למקום היחידים חוזרים ומתענים עד שיצא ניסן יצא ניסן ולא ירדו גשמים סימן קללה שנאמר הלא קציר חטים היום וגומר :

7. Sin vero & hi jejuniorum dies ſine exauditionis fructu præterierant, tum imminuebantur actus vendendi emendique, ædes ſtruendi, plantandi arbores, ſponſalia nuptiaſque celebrandi, intermittebatur quoque officium ſalutandi mutuum. Incedebant inſtar hominum à Deo graviter caſtigatorum. Atque ſic rurſum ſapientes jejunare incipiebant uſque ad exitum menſis Niſan. Quod ſi nec tum pluvia impetrabatur, ſignum maledictionis manifeſtum erat; ſiquidem dictum eſt: I *Sam.* XII. 17. Annon hodie eſt meſſis triticea? &c.

R. OB. DE BARTENORA.

בנין *Ædificatio*, puta ædificationem lætitiam ſpectantem, quemadmodum eſt ædificatio domus nuptialis, & illius thalami confectio. נטיעה *plantatio*, quæ etiam ad lætitiam ſpectat, ut ſi quis magnam plantet arborem ſub cujus umbra ſe rex recreare poſſit. Sed ædificium in habitationem extructum, & arbor ad fructus percipiendos plantata, licita ſunt.

Si menſis Niſan exierit, & non ceciderit pluvia, eſt ſignum male-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הנזופין Eſt idem ac נעורין *caſtigati*, nam Geneſ. 37. 10. ויגער בו Targum interpretatur ונזף ביה. Et ædificatio illa & plantatio quæ prohibitæ ſunt in his jejuniis, eſt ædificatio & plantatio gaudii & deliciarum gratia facta, quales ſunt ſculpturæ & picturæ quibus divites ædificia ſua illuſtriora reddere ſolent; & plantatio quæ fit in aromatum & grati odoris floribus in hortis colendis, quemadmodum magnates ſolent agere. Sed ædificatio in uſum habitationis, & plantatio

maledictionis, ſi nullo modo ceciderit ante Niſan. Sed hæc omnia intelligenda ſunt in terra Iſraëlis, eique ſimilibus locis; ſed in remotis locis, in quibus pluvia non cadit eo tempore quo cadit in terra Iſraëlis, petunt alio tempore pluviam; ſi vero ordinarium tempus tranſierit ſine pluvia, iſtius loci ſenatus decreverunt jejunia pro eccleſia, poſt ſingularia jejunia, eo quo Miſna dixit ordine.

tio in uſum fructuum colendorum, & edendorum, non vetita eſt, ut unquam intermittatur. Quando vero poſt Niſan cadit pluvia, id ſignum maledictionis habendum eſt, ac caſtigationis, ſi nondum ceciderit à principio anni ad menſem Niſan; ſed hoc intelligendum eſt in terra Iſraëlis, aut in locis affinibus, quemadmodum expoſuimus ſuperius.

LUNDIUS. בנין *ædes ſtruendi*] puta, quæ ad lætitiam ſpectabant, v. g. domos nuptiales ſponſi ſponſæque, inque iis Thalamum nuptialem erigere, pariter & res ſe habebat cum plantationibus arborum ad recreationem delectationemque comparatarum, v. g. arborem plantare, ſub quâ temporis ſucceſſu lætâ ac amœnâ umbrâ frui quis poſſet, hoc ſevere prohibitum cenſebatur. Verum ædes ſtruere aut reparare ad injurias aëris cœlique defendendas, ſicuti & arbores plantare ad fructus hominibus neceſſarios inde percipiendos, licitum erat. atque hæc ad mentem Bartenor. & Maimon. dicta ſunt.

באירוסין *ſponſalia, &c.*] cum ſponſus dat annulum, ac hujuſmodi profert verba: הרי את מקודשת לי בטבעת זו כדת משה וישראל *Ecce tu annulo hoc mihi deſponſata es, ſecundum conſtitutionem Moſis & Iſraëlis.* Tum quidem recte ארוסה dicitur futura ſponſa, ſed cum tori ſocietate & literis dotalibus aucta fuerit, tum נשואה vocatur, qui actus uti cum lætitia conjuncti eſſe ſolent, ita heic interdicti putantur.

ולא ירדו גשמים *quod ſi nec tum pluvia impetrabatur*] Occurrunt heic diverſæ lectiones; negativa namque לא quæ legitur in Edit. Miſchn. Amſtelod. in IVto. non habetur in Gemara, neque in Talm. Hieroſol. adeo ut ſecundum illam lectionem ſenſus ſit: Egreſſus eſt menſis Niſan, & deſcendunt pluviæ, ſignum hoc maledictionis, &c. quam lectionem & Maim. in ſuo פרוש adhibet dum dicit: Deſcenſus pluviarum poſt menſem Niſan ſignum maledictionis eſt, ſiquidem non deſcenderunt à principio anni ad Niſan, &c. Verum utramcunque lectionem retineas, non magni intererit, ſenſus tamen commodus erit, ſi namque negative legeris, hæc eſt ſententia: Si ad exitum uſque Martii pluvia nulla ceciderit, ſignum hoc eſt caritatis annonæ & maledictionis Divinæ. Sin vero adfirmative, itidem ſententiæ commodo nihil decedet, ſiquidem talis evadet: Finitus eſt Martius, & jam demum non antea, ubi opus maxime pluviis erat, terra irrigatur, ſignum hoc maledictionis Divinæ eſt. Quod vero ad terminum pluviarum heic definitum attinet, cenſetur is accommodatus ad terram Iſraëliticam ejuſque incolas, verum qui remoti ab hac terra degunt, prout opportunitatem pluviarum pro terrâ ſuâ optime norunt, ita temporum intervalla, quod ad jejuniorum rationes attinet, pro diverſo terrarum ſitu, diverſa conſtituere recte poſſunt.

פרק ב סדר תעניות כיצד מוציאין התיבה לרחובה של עיר ונותנין אפר מקלה על גבי התיבה ובראש הנשיא ובראש אב בית דין וכל אחד ואחד נותן בראשו הזקן שבהן אומר לפניהן דברי כבושין אחינו לא נאמר באנשי נינוה וירא אלוהים את שקם ואת תעניתם אלא וירא אלהים את מעשיהם כי שבו מדרכם הרעה ובקבלה הוא אומר וקרעו לבבכם ואל בגדיכם :

Caput 2. Quænam eſt ratio cærimoniarum in jejuniis *gravioribus obſervandarum*? Profertur arca in plateam urbis, eique cinis combuſtionis imponitur. Simulque capita, principis, præſidis Synedrii ac ſingulorum cinere conſperguntur. Tum qui inter eos ætate & ſapientia præſtat, ipſis verba pœnitentiæ recitat, dicens: Fratres noſtri, de Ninevitis prorſus dictum non eſt: Et reſpexit Deus ſaccum eorum & jejunium eorum, verum *quod Jonæ* III. 10. *habetur*: Et vidit Deus opera ipſorum, quod à pravitate actionum ſuarum deſtiterunt. Et in Kabbala, *h. e. verbis Joëlis* II. 13. præceptum legitur: Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.

R. OB. DE BARTENORA.

סדר תעניות כיצד *Ordo jejuniorum qualis eſt?* in ſeptem jejuniis ultimis. התיבה eſt arca in quo liber Legis depoſitus eſt, dicebant autem, inſtrumentum occultum & venerabile habebamus, & contemptum eſt propter peccata noſtra. Ratio autem quare per plateam incedebant, eſt, quia dicebant, exclamavimus in Synagoga, utpote loco ſecreto, & non exauditi ſumus; jam vero nos humiliabimus in loco publico, ſive in plateis civitatis. אפר מקלה eſt *cinis combuſtionis*, & quia עפר quoque dicitur אפר, ideo auctor tradit אפר; cæterum neceſſe eſt ut hic adhibeatur proprie אפר, ut Deus benedictus recordetur ligaturæ Iſaci, & miſereatur noſtrum. על גבי התיבה *ſuper arcam* quia ſcriptum eſt Jeſ. 63. 10. בכל צרתם לו צר Conſpergebantur etiam principis, & Synedrii præſidis capita cinere, ſed illi ipſi non conſpergebant ſe cinere, ut eo verecundiores eſſent, quia pudor quo homo ab aliis afficitur longe differt ab eo quo is ſeipſum afficit. דברי כבושין *verba ſubactionis*, quibus cor hominis ſubigitur ut redeat in viam rectam. ובקבלה *& Cabbala*, in verbis prophetarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ordo hic tantummodo obtinet in ſeptem jejuniis ultimis.

LUNDIUS. התיבה *Arca*] in quâ volumen legis reconditum ſervabatur, illud ſimul cum arca in plateam proferebatur, ut quod alioqui maxima cum veneratione colebant, ipſis, jam in ſummo angore conſtitutis, pro humiliationis inſtrumento inſerviret, ſi forſan Dominus ejus gratia ad miſericordiam commoveretur, ut idem illud, ob cujus exhibitionem, facultatemque legendi datam ſummopere alioquin lætabantur, jam una cum ipſis triſtem quaſi ſumeret vultum, cinere ſibi impoſito. Unde non poterat non major excitari luctus in animis ſpectantium arcam cordiumque humiliatio, ut Maimonides hanc productæ arcæ rationem adfert, in hil. Taan. c. 4. §. 1. כדי להגדיל את הבכיה ולהכניע לבבם *Quo fletus exſurgeret major, cordiumque humiliatio.* Atque cinerem quidem volumini legis impoſitum fuiſſe, clare docet Maimonides loco proxime citato: ונותנין אפר מקלה על גבי התיבה ועל גבי ספר תורה *Et ponunt cinerem combuſtionis ſuper arcam, & ſuper librum legis.* Quanquam R. Joſeph Karo in Comm. ſuo ad Maim. Ceſeph Miſchne dicto fateatur, ſe neſcire, unde hoc Maimon. habeat, quod cinis libro legis impoſitus fuerit. In Gemara namque rogatur tantum: Quare cinis imponatur arcæ? De legis vero volumine prorſus nihil habetur. Sed cum penitius in hanc ſententiarum diverſitatem inquirerem, commodum occurrit mihi R. Aſcher, qui in ἀνακεφαλαιώσ(ει)

ſuâ Talmudicâ textum Gemaricum ita legit fol. 34. col. 1. למה נותנין אפר מקלה על כפר תורה Pro eo quod in noſtro textu eſt: על גבי התיבה Unde facile adparet, Maimonidem & R. Aſcher aliam à noſtra habuiſſe Gemaræ lectionem, quod cum dicti Commentarii Autor non animadverterit, mirum hoc ei viſum eſt, non ſine prægnanti ratione. In plateam vero progreſſi ſunt in graviſſimorum horum jejuniorum celebratione; nam quemadmodum, priora intra parietes Synagogæ peregerant jejunia, ſine exauditionis fructu, ita jam in publicum quaſi procedentes, in totius mundi theatro coram Divina Majeſtate ſeſe humiliabant, ſpem impetrandæ miſericordiæ foventes, uti hujus quoque mentio in Gemara fol. 16. fit.

אפר מקלה *cinis combuſtionis*] verbum verbo reddidi, idque ad ductum Gloſſatoris Bartenorienſis, qui vocem מקלה interpretatur per שרפה; additur nempe vox מקלה diſtinctionis cauſſâ, quandoquidem vocabulum אפר *cinis* interdictum etiam occurrit, pro עפר *terra* uſurpatum. Debuit namque cinis verus eſſe, ſive qui ex ligno in cinerem jam redacto conſtaret, qui arcæ capitibuſque imponeretur. Cauſſam ex Gemara fol. 16. deſumtam hanc Gloſſa ſubminiſtrat: Ut recordaretur Deus ligationis Iſaaci, ejuſque cauſſâ miſericordiâ adficeretur. Porro de loco cineris in capite locandi hæc habet Gemara fol. 16. והיכא מנח להו אמר רבי יצחק במקום תפילין שנאמר לשום לאבילי ציון לתת להם פאר תחת אפר *Ubinam ponebatur ipſis* cinis? *Reſp. R. Jitſchak: In loco phylacteriorum; quandoquidem dictum eſt:* (Eſ. 61. 3.) *Ad adhibendum* conſolationem *lugentibus Tſionis, ad dandum ipſis ornatum pro cinere.* Ubi Raſchi ornatum interpretatur, per תפילין & טוטפות, locumque Tephillin his indicat verbis: והיכא מניחין תפילין במקום שמוחו תינוק רופף *Ubi vero Tephillin*, ſ. phylacteria, *ponunt? In loco, ubi cerebrum tenelli infantis palpitatur.* Locum notari puto, Medicis ſciſſura cranii dictum. Quod vero ad ſaccos, quos in jejuniis induiſſe Judæos conſtat, attinet, de illis quidem eorumque ſuperinductione tacendum mihi potius duco, quam ex conjecturâ incertâ multa adferendo, ut nonnulli fecere, orbi erudito riſus debere feſtivos; quandoquidem nihil ex Gemarâ, quæ in minima quæque alioquin inquirere ſollicita eſt, nihil ex commentatoribus in hunc locum, nihil denique certi ex Judæis, quos hoc ſuper negotio ſciſcitatus fui, cognoſcere licuit. Illud forſan abſque metu erroris dixerim, contextos ut plurimum fuiſſe hos ſaccos ex pilis, adſerente ita Maim. ad tract. de præputio cap. III. m. 3.

הנשיא *principis*] à majoris ad minoris conditionis homines ordo tendebat, ita ut primum capiti principis imponerentur cineres, deinde capiti præſidis Synedrii & ſic porro. Circa quod notandum eſt, quod ipſemet ſibi princeps cinerem non impoſuit, verum ab aliis hoc fiebat, quo major humiliationis ac pudoris ob peccata peracta inde exſurgeret nota, veluti hoc in Gemara exponitur fol. 15. אמר רב אדא וכל אחד ואחד נוטל ונותן בראשו נשיא ואב בית דין נמי נשקלו אינהו ונינחו בראשיהו מאי שנא דשקיל איניש אחרינא ומנח להו ומ"ש כל א' וא' נוטל ונותן בראשו אמר רב אבא דמן קסרי אינו דומה מתבייש מעצמו למתבייש מאחרים וגו' *Dixit Rabb Ada: Unuſquiſque* cinerem *accepit, impoſuitque capiti ſuo.* Unde æquum ne erat ut *Princeps præſeſque Synedrii etiam cinerem ſumerent, capitibuſque ſuis imponerent, cur omnino alius eſſet qui iis imponeret? Et eccur differentia dabatur in privatis, ut unuſquiſque cinerem ſumeret capitique ſuo imponeret? Reſp. R. Aba Cæſarienſis: Non paria reputantur à ſe ipſo, & ab alio pudore adfici.* Porro & de alio ritu in jejuniis his graviſſimis uſitato, nempe quod dormitoria ſuorum adierint Judæi, in Gemarâ hoc modo diſputatur fol. 16. למה יוצאין לבית הקברות פליגי בה רבי לוי בר חמא ור' חנינא חד אמר הרי אנו חשובין לפניך כמתים וחד אמר כדי שיבקשו עלינו מתים רחמים מאי בינייהו איכא בינייהו קברי נכרים וגו' *Quare egrediuntur ad monumenta ſepulcralia? De eo diſputant inter ſe R. Levi filius Chama & R. Chanina. Alter horum hanc adfert rationem, quod nos reputemur coram te,* Domine, *inſtar mortuorum, alter vero ait: Ut precentur nobis miſericordiam mortui. Quis ergo eſt inter eos diſſenſus? Eſt diſſenſus quod ad ſepulcra gentilium* attinet, &c. h. e. ad primi autoris ſententiam perinde eſt, ſive ſint ſepulcra gentilium ſive Iſraëlitarum, æque enim mortalitatis memoriam recolere apud utraque fas eſſe, ad ſecundi vero ſententiam, tantum Iſraëlitarum ſepulcra ad hoc apta; cum gentiles ipſimet gratiâ Divinâ deſtituantur, aliis eandem nequaquam impetrare poſſe, adſerit Raſchi. In Toſephoth Rabbenu memoratur, conſuetudinem hanc obſervare Judæos hodiernos ubivis locorum in jejunio Abh, qui, poſt exitum è Synagogâ, omnes ſimul eunt ad dormitoria ſuorum, ſicuti & hunc morem Amſtelodamenſibus Judæis hodie ſervari, mihi à quibuſdam ejus gentis relatum eſt. De quo ritu etiam Maimonides non ſiluit dum ita dixit: hil. Taan. cap. IV. §. 8. שבע תעניות האלו כל מקום שגוזרין אותם שם אחר שמתפללין יוצאין כל העם לבית הקברות ובוכין ומתחננין שם כלומר הרי אתם מתים כאלו אם לא תשובו מדרכיכם *In omnibus locis, ubi ſeptem hæc jejunia indicuntur celebranda, precibus peractis, cœtus univerſus ad cœmiteria pergit, lacrymis & precibus ibidem vacantes. q. d. Ecce vos morituri eſtis ſicut illi, niſi convertamini ex viis veſtris.*

Ætate & ſapientia præſtat] ita vocem זקן interpretatus ſum, non tam ea propter, quod ſenes ut plurimum ſapientes ſint, & uſus ſeries veniat ab annis, ſiquidem hoc non perpetuum eſt, ſed vel maxime quod in Gemarâ ita ſtatuatur, dum ita diſſeritur fol: 16. תנו רבנן אם יש זקן אומר זקן אם לאו אומר חכם ואם לאו אומר אדם של צורה אטו זקן דקאמרי אע"ג דלאו חכם הוא אמר אביי הכי קאמר אם יש זקן והוא חכם אומר זקן והוא חכם ואם לאו אומר חכם ואם לאו אומר אדם של צורה וגו' *Tradiderunt Magiſtri: Si ſenex quiſpiam præſens eſt, is recitat, ſin vero ſecus, recitat ſapiens aliquis, ſin vero nec ejuſmodi quidam adeſt, recitat homo quidam proceræ ſtaturæ*, quo verba ejus bene percipiantur ab omnibus. *An ſenem* putas, *de quo heic agitur, licet non ſit ſapiens? Reſp. Abaje: Sic quidem dicit Barajeta: Si eſt ſenex quidam idemque ſapiens, is quidem legit* verba pœnitentiæ, *ſin a. hic non reperitur, recitat ſapiens quiſpiam, ſi ne hic quidem datur, tum recitat homo quidam procerus, &c.* Quod vero ſapiens ſeni non ſapienti præferri debeat, id ex Maimonidæ verbis Hil. Taan. cap. 4. §. 4. colligo: ואי זה הוא הראוי בתעניות אילו איש שהוא רגיל בתפלה וגו' *Quiſnam eſt hic aptus* ad recitandum *in jejuniis hiſce? Vir qui bene exercitatus* eſt in recitandis *precibus, &c.*

Verba pœnitentiæ] in textu eſt: דברי כבושין. *Verba prementia ſ. ſubigentia*; ita namque debent eſſe comparata verba ad pœnitentiam excitantia, ut animum, qui per tempus aliquod malis cogitationibus actionibuſque vacavit, ac iis quaſi callo obductus eſt, ſubigant ac premant, quo pravis extortis, ſenſim ad bonas actiones aptus ac idoneus evadat; quam vim vocabulo כבש ineſſe aperte oſtendit Gloſſa hæc Raſchiana: דברי כבושין לשון עצור מכבש בלעז פרישא *Verba pœnitentiæ*: Verbum כבש *eſt ex notatione preſſionis*, ſicuti מכבש dicitur *Gallicè preſſe.* quod eſt inſtrumentum ſubactorium, quo ea, quæ vel incurva vel rugoſa ſunt, in rectum & planum ducuntur. Verba a. Miſchnica, quæ recitata ſunt in conventu toto, prolixius ac paraphraſtice in Gemara recenſentur, fol. 16. quæ heic brevitatis cauſſâ intermittere cogor.

בקבלה] Hinc vel luculentiſſime patet, Kabbalam Judæis dici, non modo Doctrinam illam Myſticam & Ænigmaticam, quâ res Theologicæ non minus quam Philoſophicæ arcanis quibuſdam docendi modis traduntur, verum & ipſa Divina Oracula, quibus præceptum aliquod ſummi Numinis hominibus adnunciandum continetur, prout heic loci Prophetæ à Deo mandatum legitur, ut ſcinderent corda, non autem veſtimenta ſua homines. Quod clarum evadet ex comm. Raſchii in h. l. fol. 15. והקשה תוספות מאן דהו מאי שנא בהאי קרא דכתיב ביונה וירא האלקים את מעשיהם וגומר ולא קרי ליה דברי קבלה ובהאי קרא דוקרעו לבבכם קרי ליה קבלה ופריק איהו כל מקום שהנביא מצוה ומודיע ומזהיר את ישראל קרי ליה קבלה ובכל דוכתא דלא איתפקד נביא כי האי וירא האלקים שהוא במספר והולך דיליף מיניה אנב אורחיה מילתא לא קרינן ליה קבלה. *Argumentantur quidam, qui additiones fecerunt: Quare, dum Prophetæ Jonæ verba: Et vidit Deus opera ipſorum &c. recenſuit Miſchna, non vocarit ea nomine Kabbala, heic vero, dum*

recitat

recitat quæ Propheta Joël habet: Scindite corda veſtra, titulo Kabbalæ inſigniverit. Sed ad hæc ita reſpondetur: Omnis locus, quo Propheta quid præcipit, adnunciat, aut hortatur Iſraëlitas, vocatur Kabbala, aſt omnis locus, in quo Propheta præceptum aliquod hominibus adnunciandum à Deo *non accepit, veluti cum dicitur:* Jonæ 3. 10. *Et vidit Deus, &c. Sed tantum ſimpliciter recenſet, ut exinde modus facti reique conſtet, non vocatur nobis Kabbala.*

ב עמדו בתפלה מורידין לפני התיבה זקן ורגיל ויש לו בנים וביתו ריקם כדי שיהא לבו שלם בתפלה ואומר לפניהם עשרים וארבעה ברכות שמונה עשרה שבכל יום ומוסיף עליהן עוד שש :

2. In actu precandi conſtituti deſcendere faciunt ante arcam virum ſenem, & *in precum recitatione* probe exercitatum, cui liberi ſunt domuſque inculpata, ut animus ejus integer precibus vacet. Hic ipſe coram cœtu univerſo viginti quatuor benedictiones legit, quarum octodecim inter quotidianas habentur, ſex vero reliquæ ſuperadditæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ורגיל *Et exercitatus*, in ordine orationis aſſequendo. ויש לו בנים וביתו ריקם *& ei fuerint filii & domus inculpata*, cui non eſt domi quo alat liberos ſuos, & qui attento animo orationem dicit, quia anima illius affligitur; aliter, ביתו ריקם *domus vacua*, ſupple à peccato vacua, ut inde ab adoleſcentia de ipſo non audita ſit mala fama. ומוסיף עליהן עוד שש *& addit illis ſex*, inter benedictionem גואל ישראל *redimens Iſraëlem*, & benedictionem רופא חולים *ſanans ægrotos*, dicit has ſex memoratas in Miſna ſubſequenti benedictiones.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וביתו ריקם *Et domus ejus inculpata*, domus re familiari vacua, & à peccatis libera, & vir qui dignus eſt ut ad hoc negotium eligatur, & aliis hominibus præferatur, qui in oratione dicenda expeditus eſt, & loqui poteſt ut congregationis præſidem decet. Deinde neceſſum eſt ut ſit ſenex & amœna voce præditus, id ipſum obſervandum eſt in eo qui eccleſiæ miniſter eſt in oratione dicenda; huic addendum eſt id quod hoc loco dicitur, nempe, quod paterfamilias eſſe debet, qui aliis victum ſuppeditat, & de quo in adoleſcentia ejus non ſparſi ſunt mali rumores, ut hominum corda in ipſo acquieſcere poſſint, & omnia illius verba grato animo accipere poſſint. Et hæ ſex benedictiones dicuntur poſt benedictionem גואל ישראל *redimens Iſraëlem*, ante benedictionem רופא חולים *ſanans ægrotos.*

LUNDIUS. עמדו בתפלה *In actu precandi conſtituti*] ad verbum eſt: *Stant in precatione.* Quo ipſo mos Judæis uſitatus inſinuatur, utpote qui ſtantes preces peragunt. Immerito itaque à nonnullis in eo reprehenditur Phariſæus, de quo in Euangelio agitur, quod ſtans preces ad Deum fundebat; quippe qui in eo ritum moremque gentis ſuæ recte ſervavit.

מורידין *deſcendere faciunt*] Quod in loco depreſſiori hunc ſtare conveniat, qui preces fundendo reliquis præeat, probare volunt ex Pſalmo 130. 1. ubi dicitur: *Ex profunditatibus invoco te Domine.* Sicuti locus quoque illuſtris de eo proſtat in Gemara tract. Berac. fol. 10. fac. 2. ואמר רבי יוסי בר חנינא משום ראב"י אל יעמוד אדם במקום גבוה ויתפלל אלא במקום נמוך ויתפלל לפי שאין גבהות לפני המקום שנאמר ממעמקים קראתיך ה' ת"נה לא יעמוד אדם לא על גבי כסא ולא על גבי שרפרף ולא במקום גבוה ויתפלל אלא במקום נמוך ויתפלל לפי שאין גבהות לפני המקום שנאמר ממעמקים קראתיך יהוה *Dixit R. Joſe filius R. Chaninæ autoritate R. Elieſeris filii Joſe: Non ſtabit homo oraturus in loco ſublimi, verum in humili; quoniam non eſt ſublimitas ulla coram Deo, diciturque:* Pſal. 130. *Ex profunditatibus te invoco Domine. Habetur etiam hujuſmodi de hac re traditio: Non conſiſtet homo precaturus in Throno, neque in ſcabello pedum, neque in loco alto, ſed in loco depreſſo ibique orabit; ſiquidem nulla celſitudo eſt in oculis Dei, dicitur enim: Ex profunditatibus invoco te, Domine.*

רגיל *exercitatum*] adeo ut hujus officii partes ſine hæſitatione, ſine metu timoreque erroris rite abſolvere poſſet; ratio redditur in cod. Berac. c. 5. m. ult. המתפלל וטעה סימן רע לו ואם שלית צבור הוא סימן רע לשולחיו מפני ששלוחו של אדם כמותו אמרו עליו על רבי חנינא בן דוסא כשהיה מתפלל על החולים ואומר זה חי וזה מת אמרו לו מנין אתה יודע אמר להם אם שגורה תפילתי בפי יודע אני שהוא מקובל ואם לאו יודע אני שהוא מטורף *Si precaturus errorem commiſerit, omen hoc eſt malum ei. Et ſi legatus eccleſiæ eſt*, qui errat in oratione, *ſignum eſt malum mittentibus eum; Quia miſſus eſt inſtar mittentis. De R. Chanina filio Duſæ fertur: eum, cum oraſſet pro ægrotis, dixiſſe: Hic vivet, hic morietur. Cumque quidam eum rogarent, unde illud ſciret? eis reſpondiſſe: Si oratio mea ordine ſuaviter ex ore meo fluxerit, novi ego illum*, pro quo preces fundo, *acceptum eſſe*, h. e. in vita conſervatum iri; *ſin vero ſecus, diſcerptum*, h. e. è vivis ſublatum iri.

וביתו ריקם *domuſque inculpata*] vel etiam: *domus ejus vacua.* Gemina namque hic occurrit Gloſſatorum interpretatio, ita ut per vocabulum ריקם innui velint, vel domum vacuam re familiari, adeo ut huic ſeni non ſit unde ſuos alat, quo eo intentius ardentiuſque precetur de pluviarum impetratione, caritateque annonæ avertenda; nam & bonæ mentis foror paupertas ut plurimum eſſe ſolet, cujus ratio in tract. Peſach. fol. 10. redditur; vel etiam intellectam velint domum familiamque à violentia, iniquitateque liberam, adeo ut famâ integrâ ipſe ſuique filii cognatique gaudeant. Requiritur porro in hoc ſene Anagnoſtave jucunda quædam pronunciationis harmonia, ita ut, quæ proferat, exacte audiri poſſint. prout hæc in Gemara diſtincte adnotantur fol. 16. איזהו רגיל רבי יהודה אומר מיטפל ואין לו ויש לו יגיעה בשדה וביתו ריקם ופירקו נאה ושפל ברך ומרוצה לעם ויש לו נעימה וקולו ערב ובקי לקרות בתורה בנביאים ובכתובים ולשנות במדרש בהלכות ובאגדות ובקי בכל הברכות כולן : *Quiſnam eſt exercitatus hic? R. Jehuda dixit: extreme indigus, qui nihil habet, cui moleſtus labor in agro, cui domus vacua, cui juventus cum famâ integrâ tranſacta, humilis ac gratus populo, cui eſt ſuavitas ac dulcedo egregia oris ac vocis, qui probe peritus eſt legendi legem, Prophetas & Hagiographa, bene verſatus in explicationibus textuum, Deciſionibus Talmudicis*, *jucundiſque hiſtoriis* referendis, & quod caput rei eſt, *optime exercitatus in omnibus benedictionibus*, ſ. precibus dicendis.

ג ואלו הן זכרונות ושופרות אל ה' בצרתה לי קראתי ויענני אשא עיני אל ההרים וגומר ממעמקים קראתיך ה' תפלה לעני כי יעטף רבי יהודה אומר לא היה צריך לומר זכרונות

3. Sunt vero hæ *ſex ſuperaddita: quarum prima nomen ex* memoriis *habet, ſecunda ex* cornibus, *tertia eſt Pſ.* 120. Dominum in anguſtia meâ invoco & exaudit me. *quarta, Pſ.* 121. Attollam oculos ad montes, &c. *quinta, Pſ.* 130. Ex profunditatibus te invoco, Domine; *ſexta, Pſ.* 102. Oratio adflicti cum obruitur. R. Jehuda dicit, non opus eſſe reci-

זכרונות ושופרות אלא אומר תחתיהן רעב כי יהיה בארץ דבר כי יהיה בארץ אשר היה דבר ה׳ אל ירמיהו על דברי הבצרות ואומר חותמיהן :

recitare *duas illas benedictiones dictas* זכרונות & שופרות; ſed illarum loco has adhiberi poſſe *ſectiones*: 2 *Chron.* VI. 28. Fames erit in terra, peſtis erit in terra; *&* *Jer.* 14. 1. Hæc verba Dominus Jeremiæ dixit de cohibitionibus *pluviarum*; adnexis benedictionum clauſulis.

R. OB. DE BARTENORA.

זכרונות ושופרות *De memoria & de buccina*, ſunt omnes Scripturæ verſus qui leguntur in feſto novi anni. ואומר חותמיהן *& dicit benedictionum clauſulas*, poſt verſus de memoria dicet benedictionis clauſulam de memoria, & poſt verſum de buccina dicet clauſulam de buccinæ benedictione; eodemque modo faciet poſt omnes benedictiones.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זכרונות ושופרות *De memoria & de buccina*, quæ leguntur in feſto novi anni; nempe, non licet dicere verſum de memoria, hominis privati, neque verſum de memoria caſtigationis; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

LUNDIUS. זכרונות *memoriis*] Eſt oratio, quæ dicitur מוסף *ſ. ſuperaddita*, in principio novi anni recitanda, tribus conſtans partibus; quarum primam vocant מלכיות, ſecundam זכרונות, tertiam שופרות, ut videre eſt in codic. Roſch haſchana c. 4. m. 5. Hanc Judæi orationem magna cum ſollemnitate recitant in feſto dicto, celebrantque in prima hujus benedictionis ſectione, מלכיות dicta, regnum Dei æternum, precanturque de abolitione Idololatriæ, & de vocatione gentium. Ornatur benedictio hæc textibus variis, ex lege, Prophetis & Hagiographis deſumtis, incipitque hoc modo: על כן נקוה לך ה׳ אלוהינו וגו׳ *Ideo in te ſperamus Domine Deus noſter*, &c. In ſecunda ſectione זכרונות dicta, agitur de memoria Dei adverſum homines, quâ impios punit, pios vero remuneratur, tum etiam removetur à Deo oblivio, adſcribitur vero cura & providentia rerum mundanarum, contra gentiles eandem negantes. Initiales a. ejus hæ ſunt voces: ועל המדינות וגו׳ *Et ſuper provincias*, &c. Denique ſectio tertia, שופרות nominata, recenſet modum quo lex à Deo in Sinai monte data fuit; & quoniam hoc tubis factum eſt, ideo nomen ſuum ex tubarum clangore hæc traxit ſectio; in tium ejus hiſce conſtat verbis: אתה נגליתה בענן בכודך וגו׳ *Tu adparuiſti in nube gloriæ tuæ, &c.* Ut ſeriem atque ordinem in his cerimoniis obſervatum clarius exponam, notandum eſt, quod, poſtquam arca in plateam prolata erat, capita cineribus una cum arca adſperſa, dictioque ad pœnitentiam excitans à ſeniorum quodam declamata, precationes recitatæ fuerint; in quarum primâ Deus laudabatur, quod eſſet Deus Patriarcharum, in alterâ quod excitaret mortuos, in tertiâ quod eſſet ſanctus, in quartâ quod daret hominibus ſapientiam, in quintâ orabatur, vellet pœnitentiam dare, in ſextâ vellet peccata remittere, in ſeptimâ ut redimeret. Hiſce adnectebantur ſex benedictiones ſuperadditæ, quarum prima זכרונות dicta, ſecunda שופרות, tertia erat Pſalmus 120. quarta Pſalmus 121. quinta Pſalmus 130. ſexta Pſalmus 102. Singulis autem hiſce benedictionibus ſuæ adjiciebantur à miniſtro Synagogæ concluſiones, recenſitæ in Miſchna 4. hujus cap. quas ibi vide, tum ſingulis repetitionibus verborum horum: *Benedictus ſis tu Domine Deus, &c.* Populus hæc adclamavit: *Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus, in ſeculum & æternitatem.* Poſthæc inflabantur tubæ, ac denique voces ſingulis ſectionibus Biblicis adjunctæ viciſſim repetebantur, tubæque tandem inflabantur, atque hic mos in templo ſervabatur ut Maimonides notat, Hil. Taan. c. 4. §. 15. *Extra templum vero loco Adclamationis iſtius*: *Benedictum ſit nomen glorioſum, &c. populus* ad ſingulas benedictiones *Amen* dixit. Maim. cit. cap. §. 13.

רבי יהודה אומר R. *Jehuda dicit*] Digreditur heic R. Jehuda à vulgari Talmudiſtarum ſententia, quod ad recitationem benedictionum, זכרונות & שופרות, dictarum ſpectat, ratione hac nixus; quoniam benedictiones hæ antea ad novi anni celebritatem & belli tempora deſtinatæ fuerunt, videri itaque quaſi penuria quædam precum eſſet jejuniis convenientium, ſi & heic recitarentur eædem. Verum Concluſio Rabbinorum huic ſententiæ prorſus contraria eſt. Neque obſtat Maimonidæ Gloſſa ad Miſchnam, quâ adſeritur: והלכה כרבי יהודה, *ſententia Deciſiva à partibus R. Jehudæ eſt*; hæc namque videntur irrepſiſſe מטעות הסופר *ex errore cujuſdam ſcribæ*, ut pleriſque placet, & probatur ex ipſius Maim. Concluſionibus in Taan. c. 4. §. 5.

ד על הראשונה הוא אומר מי שענה את אברהם בהר המוריה הוא יענה אתכם וישמע בקול צעקתכם היום הזה ברוך אתה ה׳ גואל ישראל על השניה הוא אומר מי שענה את אבותינו על ים סוף הוא יענה אתכם וישמע קול צעקתכם היום הזה ברוך אתה ה׳ זוכר הנשכחות : על השלישית הוא אומר מי שענה את יהושע בגלגל הוא יענה אתכם וישמע קול צעקתכם היום הזה ברוך אתה ה׳ שומע תרועה על הרביעית הוא אומר מי שענה את שמואל במצפה הוא יענה אתכם וישמע בקול צעקתכם היום הזה ברוך אתה ה׳ שומע צעקה על החמשית הוא אומר מי שענה את אליהו בהר הכרמל הוא יענה אתכם וישמע בקול צעקתכם היום הזה ברוך אתה ה׳ שומע תפלה על הששית הוא אומר מי שענה את יונה ממעי הדגה הוא .

4. Primæ benedictioni hæc verba ſubjungebantur: Qui exaudivit Abrahamum in monte Moriah, is exaudiat vos vocique clamoris veſtri attendat hodie. Benedictus ſis tu, Domine, Redemtor Iſraëlis. Ad ſecundam hæc addebantur: Qui exaudivit patres noſtros ad mare rubrum, ille exaudiat vos & audiat vocem clamoris veſtri hodie. Benedictus ſis tu, Domine, memoria tenens res oblivioni traditas. Tertiæ hæc ſubnectebantur: Qui Jehoſchuam in Gilgal exaudivit, is audiat vos & vocem clamoris veſtri die hoc. Benedictus ſis tu, Domine, audiens clangorem buccinarum. Quartæ hæc adnectebantur: Qui exaudivit Samuelem in Mitſpa, is audiat vos & vocem clamoris veſtri die hoc. Benedictus ſis tu, Domine, audiens clamorem. Quintam hæc finiebant verba: Qui exaudivit Eliam in monte Carmel, *is* exaudiat vos, & audiat vocem clamoris *veſtri* die hoc. Benedictus ſis tu, Domine, audiens precationem. Sextam hæc ſequebantur: Qui exaudivit Jonam in viſceribus piſcis, ille exaudiat vos & audiat vocem clamoris veſtri die hoc.

Bene-

הוא יענה אתכם וישמע בקול צעקתכם היום הזה ברוך אתה ה׳ העונה בעת צרה על השביעית הוא אומר מי שענה את דוד ואת שלמה בנו בירושלם הוא יענה אתכם וישמע בקול צעקתכם היום הזה ברוך אתה ה׳ המרחם על הארץ :

Benedictus ſis tu, Domine, exaudiens tempore anguſtiæ. Septimæ hæc adjungebantur: Qui exaudivit Davidem & Salomonem filium ejus Hieroſolymis, ille exaudiat vos, & audiat vocem clamoris veſtri hodie. Benedictus ſis tu, Domine, qui misereris terræ.

R. OB. DE BARTENORA.

על הראשונה *Primæ*, in benedictione גואל ישראל *vendicans Iſraëlem*, incipiet prolongare, etſi ea non ſit è numero ſex, vocatur tamen *prima*, quia in illa incipiunt additamenta apponere. ועל השביעית *& ſeptimæ*, ſeptimæ nempe earum benedictionum quas prolongare ſolent; ſed benedictiones quas prolongare ſolent propter jejunium, tantum ſex ſunt; nam benedictio גואל ישראל eſt una ex octodecim, addit ei lector מי שענה את אברהם בהר המוריה וכו׳ & deinde מי שענה את דוד ואת שלמה בנו Et quamvis Jona vixit poſt Davidem & Salomonem, nihilominus præmittitur, eo quod in fine benedictionum claudendum eſt his verbis ברוך המרחם על הארץ *benedictus qui miſericordia afficitur erga terram*, nam David & Salomo filius ſunt ii qui orarunt pro terra Iſraëlis. Vide 2 Sam. 21. 1. & 1 Reg. 8: 37.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על השביעית *Septimæ*, vult dicere, ſeptimæ benedictioni cui aliquid addunt; nam quia jam dixit auctor quod ſex tantum benedictionibus addendum ſit, & cum benedictioni גואל ישראל addatur, & claudat verbis מי שענה את אברהם בהר המוריה וכו׳ uſque ad גואל ישראל. & quia גואל ישראל pro una benedictione numeravit propter additamentum illius, & eam vocavit *primam*, evenit, ut ſeptem ſint benedictiones; nimirum, benedictio גואל ישראל quæ comprehenditur in octodecim, & ſex quæ adduntur.

LUNDIUS. על הראשונה *primæ benedictioni*] Recenſentur heic ſeptem benedictionum clauſulæ, quarum benedictionum prima eſt: גואל ישראל, pariter prima ex octodecim quotidianis precibus, in quâ Deus laudabatur, quod Iſraëlis redemtor eſſet. Reliquæ ſex ſequentes ſuperadditæ dicebantur, eo quod ordinariis benedictionibus adderentur; enumeratæ vero ſunt in Miſchna *tertia capitis hujus*.

אברהם *Abrahamum*] Talmud Hieroſolymitanum, R. Jitſchak Alphes & R. Niſſim addunt vocem אבינו, *patrem noſtrum*; quod ſtellulâ indicandum erat.

על ים סוף *ad mare rubrum*] Quare hæc clauſula primæ ex ſuperadditis benedictioni, זכרונות, dictæ addatur, hanc reddit rationem R. Sal. Jarchius: לפי שהיו ישראל נשכחים במצרים כמה שנים ונתייאשו מן הגאולה וזכרם המקום וגאלם דכתיב ואזכור את בריתי : *Siquidem Iſraëlitæ in Ægypto annis aliquam multis oblivioni apud Deum traditi ſunt, & cum jam deſtituti eſſent ſpe redemtionis, recordatus eſt illorum Deus, redemitque eos, ſecundum id quod ſcriptum eſt:* Exod. 6. 5. *Et recordabor fœderis mei.*

יהושע בגלגל *Jehoſchuam in Gilgal*] Ratio hujus additionis finitivæ ad benedictionem, שופרות, dictam à citato R. S. Jarchio talis adducitur; ſiquidem Jehoſchua exauditus eſt ope tubarum ad Hierichuntinam obſidionem & expugnationem, cum Iſraëlitæ adhuc in Gilgal morarentur.

שומע צעקה *audiens clamorem*] Cur in fine hujus clauſulæ ponantur hæc verba, dicit cit. autor: Siquidem ſcriptum eſt: 1 Sam. VII. 9. *Et clamavit Samuel ad Dominum.*

שומע תפלה *audiens precationem*]. Uſurpantur hæ voces in quintæ benedictionis clauſula; quia de Elia dicitur, eum hæc ingeminaſſe verba: 1 Reg. XVIII. 37. ענני ענני *audi me, audi me.* Ubi vocabulum ענני, non in notatione clamoris, ſed precationis adhibitum eſſe monet cit. aut.

העונה בעת צרה *exaudiens tempore anguſtiæ*, Sextæ hæc adnectuntur, quippe Jonas in viſceribus piſcis concluſus dixit: Jon. 2. 2. *Ex anguſtia mea clamo ad te Domine.*

דוד *Davidem*] Finit preces ſuperadditas clauſula, in quâ memorantur David & Salomo, Lumina illa Regum populi Dei. Quod quidem quâ de cauſsâ factum fuerit, & quare Jonas regibus iſtis antepoſitus fuerit, ætate etſi poſterior, Gemara ita definit: fol. 16. fac. 1. מכדי יונה בתר דוד ושלמה הוה מ״ט מקדים ליה ברישא משום דבעי למיחתם מרחם על הארץ וגו׳ *Quandoquidem Jonas Davide & Salomone ætate poſterior fuit, ecquid* in benedictionibus *præponitur? Siquidem placuit* precationis *finiri verbis: qui misereris terræ*, &c. Jam quia David & Salomo peculiariter pro terrâ Iſraëliticâ, in anguſtiâ famis conſtitutâ, orarunt, ideo illi ultimo ponuntur loco.

ה מעשה בימי רבי חלפתא ורבי חנינה בן תרדיון שעבר אחד לפני התיבה וגמר את הברכה כולה ולא ענו אחריו אמן תקעו הכהנים תקעו מי שענה את אברהם אבינו בהר המוריה הוא יענה אתכם וישמע בקול צעקתכם היום הזה הריעו בני אהרן הריעו מי שענה את אבותינו על ים סוף הוא יענה אתכם וישמע בקול צעקתכם היום הזה וכשבא דבר אצל חכמים אמרו לא היינו נוהגין כן אלא בשער המזרח ובהר הבית :

5. Accidit tempore R. Chelpethæ & R. Chaniniæ Teradjonidæ, ut quidam præcentor benedictionem integram recitando abſolverit, nec tamen reliquus cœtus Amen dixerit. *Tum v. Miniſter Synagogæ hæc ingeminavit verba*: Clangite buccinis, ſacerdotes, clangite. Qui exaudivit Abrahamum Patrem noſtrum in monte Moriah, is exaudiat vos, & audiat vocem clamoris veſtri die hoc. Clangite, filii Aharonis, clangite. Quæ exaudivit patres noſtros ad mare rubrum, is exaudiat vos, & audiat vocem clamoris veſtri die hoc. Cum a. factum hoc, *de vocis Amen intermiſſione*, ad aures ſapientum perveniret, illi quidem continuo dixerunt: Nos ita facere, *nimirum vocis Amen pronunciationem omittere*, adſueti non ſumus; niſi in porta Orientali, quæ eſt in ipſo monte templi.

R. OB. DE BARTENORA.

בימי רבי חלפתא *Tempore R. Chelphatæ*, in urbe Zippori. ולא ענו אחריו אמן *& non responderunt poſt eum Amen*, nam in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אלא בשער המזרח ובהר הבית *Niſi in porta orientali, & in monte templi*, vult dicere, in porta orientali quæ eſt in

in templo poſt quamlibet benedictionem non reſpondebant Amen; ſed dicebant, ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד *benedictum ſit nomen honoris regni illius in ſecula ſeculorum*, quemadmodum dicit Gemara ad Berachot capite nono. Hi vero non erant in templo, & faciebant tamen ſicuti faciebant in templo, תקעו הכהנים תקעו *clangite ſacerdotes, clangite*, miniſter Synagogæ ſic dicebat ad quamlibet benedictionem. לא היינו נוהגין כן *nos ita aſſueti non ſumus*, ad reſpondendum Amen, ſed dicere ſolemus, *benedictum ſit nomen honoris regni ejus in æternum.* אלא בשער המזרח בהר הבית *ſed in porta orientali, & in ipſo monte templi*, in porta orientali quæ eſt in monte templi, & in porta orientali quæ eſt in atrio, nam illic commemorabant nomen ineffabile, in benedictionis clauſula, & non ſufficiebat reſponſio Amen. Nam non dicendum eſt quod non ſolebant niſi in templo buccinare, quia certum eſt quod in omnibus civitatibus buccinabant, quemadmodum ex hoc ipſo conſtat tractatu, & ex tractatu Roſch Haſchana; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

in monte templi, & in porta orientali atrii; deciſio eſt juxta Sapientes.

LUNDIUS. מעשה *Accidit*] Narratur heic factum quoddam, circa quod notandum eſt, cum Hiſtoria in Miſchna habeatur expoſita, non id ſine certâ ratione fieri; nam æſtimatur illa ipſa, præſertim ſi judicium de ea feratur, uti heic loci fit, inſtar concluſionis ſententiæque definitivæ.

אמן *Amen*] Moris erat in templo, ut vocem, *Amen*, ad benedictiones non adclamaret populus, verum ejus loco hanc claudendi formulam recitaret: *Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus in ſeculum & æternitatem.* Hi autem, de quibus Miſchna agit, in ſanctuario non fuerunt, conſuetudinem tamen in eo tantum uſitatam ſecuti ſunt, quod facere, nefas putarunt ſapientes. Videatur amplius de his Maim. Hilc. Taan. cap. IV. §. 15.

תקעו הכהנים *clangite ſacerdotes*] Has ingeminabat voces Miniſter Synagogæ poſt abſolutas ſingulas benedictiones, quibus cantores ad clangendum buccinis vel tubis incitaret. Cæterum ſicut inter תקיעה & תרועה, quâ ſonum diſcrimen magnum erat; ita obſervandum eſt, ad ſingulas preces alternatim hos ſonos fuiſſe adhibitos, uti Magiſtri unanimem hanc habent ſententiam, quos citatos vide apud R. Jom. Tobh ad h. l. vid. etiam Maim. hilch. Taan. cap. IV. §. 17.

בשער המזרח *in porta Orientali*] Locus heic eſſet de forma ſtructuraque templi aliqua diſſerere, ſed quoniam res illa prolixam poſcit operam, mihique animo ſedet quam breviſſimis me expedire, itaque notabo tantum, quod ad elucidationem hujus loci attinet; montem templi Hieroſolymitani (erat namque templum in monte Moriah poſitum) quinque omnino habuiſſe portas, unam verſus orientem, unam verſus occidentem, unam verſus ſeptentrionem duaſque verſus auſtrum ſitas, ut Maim. de domo Electâ c. V. §. 2. adſerit. Videtur porro Textus hic duas portas orientales ſtatuere, alteram, puta, atrii, alteram montis templi, uti Barteniorienſis exponit in ſuo commentario, & Maimonides eandem fovet ſententiam in ſua ad Miſchnam expoſitione; verum poſterior hic aliter ſuam mentem exponit in deciſionibus ad Taan. c. IV. §. 15. dum ità dicit: היו מתכנסין להר הבית כנגד שער המזרח *Seſe congregabant in monte templi, verſus portam orientalem.* Cum quâ explicatione convenit gloſſa Raſchiana fol. 15. fac. 2. בזמן שבית המקדש קיים כשמתפללין בהר הבית נכנסין בדרך שער המזרח *Tempore templi ſancti, quum oraturi eſſent in monte templi, congregabantur in via portæ orientalis.* Et in Roſch Haſchana c. 3. fol. 27. fac. 1. ubi in Gemara adducitur textus hic noſter: בשער המזרח ובהר הבית Raſchius hanc expoſitionem addit: חדא מלתא היא בשער המזרח בהר הבית *Una eademque res eſt: In porta orientali, in monte templi.* Hinc textum Miſchnicum ita reddidi: *In porta orientali, quæ eſt in monte templi.* Antequam ab hujus Miſchnæ Expoſitione digrediar, notare convenit verba hæc: *Nos ſic facere adſueti non ſumus, &c.* prorſus non extendenda eſſe ad vocem: *clangite*, quaſi clangor buccinarum non fuiſſet adhibitus extra templum in Iſraëlitarum urbibus; hæc namque ſententia Miſchnæ non eſt, cum conſtet ex pluribus hujus tractatus locis, buccinas inflare in jejunio, etiam extra templum, ubivis locorum in terra Iſraëliticâ in more fuiſſe poſitum.

ו שלש תעניות הראשונות אנשי משמר מתענין ולא משלימין ואנשי בית אב לא היו מתענין כלל שלש שניות אנשי משמר מתענין ומשלימין ואנשי בית אב מתענין ולא משלימין שבע אחרונות אלו ואלו מתענין ומשלימין דברי רבי יהושע וחכמים אומרים שלש תעניות הראשונות אלו ואלו לא היו מתענין כלל שלש שניות אנשי משמר מתענין ולא משלימין ואנשי בית אב לא היו מתענין כלל שבע אחרונות אנשי משמר מתענין ומשלימין ואנשי בית אב מתענין ולא משלימין :

6. Durantibus tribus jejuniis primis, viri cuſtodiæ hebdomadalis, jejunant quidem, ſed non *penitus diem totum in jejunio* abſolvunt. Viri a. domus paternæ, hoc jejunio prorſus non adſtringuntur. Spatio jejunii trium dierum ſecundi, viri cuſtodiæ hebdomadalis jejunandi intervallum penitus abſolvunt. Sacerdotes a. domus patris jejunant quidem, ſed integros dies in jejunio non conſummant. Septem poſtremis jejuniis durantibus, & hi & illi jejunant, dieſque integros jejunii perſeverant. Hactenus R. Jehoſchua; ſapientes a. dicunt: Tribus jejuniis primis & hi & illi prorſus non jejunant. In ſecundis v. jejuniis Claſſis ſacerdotum hebdomadalis jejunat, ſed tantum per aliquas diei horas. Tum a. ſacerdotes domus paternæ prorſus non jejunant. Septem jejuniis ultimis Claſſis hebdomadalis in jejunio totos vivit dies, ſed viri domus paternæ aliquas tantum diei horas.

R. OB. DE BARTENORA.

אנשי משמר *Viri cuſtodiæ*, ſacerdotes diviſi erant in viginti quatuor cuſtodias, quæ vocabantur משמרות; & quævis cuſtodia ſerviebat unam ſeptimanam. אנשי בית אב *viri domus patris*, quævis cuſtodia dividebatur in ſeptem partes juxta hebdomadis dies, & vocabatur בית אב *domus patris*; & quælibet domus patris ſerviebat ſuo die in ſeptimana. מתענין ולא משלימין *jejunabant, at non perficiebant*, quia jejunia primæ non tanti ſunt ponderis, idcirco non abſolvebant ea; nam,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in fine tractatus Succa, quod viginti quatuor cuſtodiæ ſacerdotales erant, quarum una cuſtodia ſingulis ſerviebat hebdomadibus; quælibet autem cuſtodia dividebatur in ſeptem partes, quæ vocabantur בתי אבות *domus patrum*, & quælibet domus patrum illius cuſtodiæ ſuo die ſerviebat in ſeptimana. Quando Miſna dicit, אנשי בית אב *viri domus patris*, intelligit totam domum patris quæ illo ſerviebat die; excuſabant autem illam cuſtodiam à jejunio

nam, ſi miniſterium nimis grave fuiſſet pro viris domus patris, qui eo die miniſtrabant, hi venirent opitulatum, & in iis coactio eſſet ut vi cogerentur ad miniſtrandum.

LUNDIUS. אנשי משמר *viri cuſtodiæ*] Erant diverſi ſacerdotum ordines, ut conſtat ex Maim. de vaſis ſanct. c. 4. Hic autem ordo diviſus fuit à Prophetis prioribus, puta, Samuele & Davide (ut dicitur in cap. IV. m. 2. hujus tract.) in XXIV. Claſſes, cum antea tantum octo fuerint à Moſe conſtitutæ, quæ cuſtodiæ adpellabantur, quod ſacerdotes hi inſtar cuſtodum & vigilum attentam muneris ſui curam haberent. Miniſtrabat vero quæque claſſis per integram hebdomada, ita ut ſingulis Sabbatis claſſis recederet, novaque alia ſuccederet. Harum unaquæque claſſium, rurſum in alias cuſtodias minores, Domus patrum, dictas, diſtinguebatur, ex quibus ſingulæ ſuos miniſtrandi dies habuerunt, deſignatos pro numero ſacerdotum, ex quibus domus Paterna quælibet conſtabat, v. g. Si cuſtodia ſacerdotum hebdomadalis ex ſeptem domibus patrum conſtaret, tum ſingulæ domus patrum ſingulis hebdomadis diebus miniſtrabant, ſin vero ex quinque tantum domibus patrum conſtaret, tum tres quidem tribus hebdomadis diebus ſerviebant, reliquæ vero duæ, quatuor diebus. Sicut de poſteriore hac diſtributione diſtincte ſatis agitur in Talmude Hieroſolymitano cap. 4. Cod. Taanith, parte ſecundâ Seder Moed dictâ fol. 68. col. 1. Edit. Ven. Bombergianæ.

junio miniſterii gratia, ne corpora debilitarentur; deciſio eſt juxta Sapientes.

לא משלימין *non abſolvunt*] Ratio à Gloſſatoribus gemina adducitur; cum quod jejunia hæc prima tam gravia non eſſent, quin exceptioni locus dari poſſet: tum quoniam fieri potuit, ut labor domus patris, ſive claſſis ſacerdotum diurnæ, ita augeretur, ut huic ferundo impar eſſet, adeoque ad partem laboris in ſe ſuſcipiendam vocanda eſſet, Cuſtodia hebdomadalis, eapropter ipſi indultum fuiſſe hoc privilegium, quo vires ſemper haberet integras ad operam in templo præſtandam, ſi neceſſitas eam efflagitaret, hinc etiam hoc jejunio utpote leviori, Domus patris ſ. claſſis diurna prorſus non tenebatur, ut Maim. ad h. l. commentatur: כן הבית אב שהיתה עובדת אותו היום והיו מקילין עליהם בתענית מפני העבודה כדי שלא יחלשו גופם והלכה כחכמים *Ita etiam ſe res habebat cum Domo paternâ, quæ illâ ipsâ die miniſtrabat, nimirum levabant illos hoc jejunio*, ut onere aliquo, *ob laborem* in templo peragendum, *ne fatigarentur nimium corpora ipſorum. Sententia a. deciſiva eſt ſecundum ſapientes.* Hanc vide in fine Miſchnæ hujus.

ז אנשי משמר כותרים לשתות יין בלילות אבל לא בימים ואנשי בית אב לא ביום ולא בלילה אנשי משמר ואנשי מעמד אסורין מלספר ומלכבס ובחמישי מותרין מפני כבוד השבת:

7. Sacerdotibus cuſtodiæ hebdomadalis licitum eſt, vinum bibere nocturno tempore, diurno non item. Viris a. domus paternæ idem interdictum eſt & nocte & die. Viris miniſterii hebdomadalis & viris ſtationis vetitum eſt ſe radere ac lavare, *ex quo tempore ad muneris ſui partes peragendas ingrediuntur ut idipſum ante faciant, quam officium ſuum auſpicentur, ut fœdi ad munus ſuum accedant*, ſed in quinto die *miniſtrationis ipſorum hebdomadalis*, licitum eſt *hoc ipſum* in honorem Sabbati.

R. OB. DE BARTENORA.

אנשי משמר מותרים לשתות יין בלילות *Viris cuſtodiæ licitum erat bibere vinum nocte*, hoc non tantum intelligendum eſt de die jejunii, ſed quia auctor tractavit de viris cuſtodiæ, ideo hæc eum in finem adfert, quæ ſemper modo ordinario intelligenda ſunt? dicit autem nobis quod nocte licet bibere vinum, nam non cogitandum eſt miniſterium virorum domus patris nocturnum nimis aggravatum eſſe, ut hi cogantur illos adjuvare.

לא ביום ולא בלילה *Neque die, neque nocte*, quia totam noctem membra & renes offerre debebant, quæ de altari proſiliebant. אנשי מעמד *viri ſtationis*, ſunt Iſraëlitæ qui ad hoc munus Jeruſolymæ conſtituti erant, ut fratrum ſuorum ſacrificiis adſiſterent, & orarent ut ſacrificia accepta eſſent Deo; adſiſtebant autem illic in tempore cultus ab omnibus Iſraëlitis conſtituti, nam quomodo ſacrificium hominis alicujus offerri potuiſſet, niſi adſiſteret ipſe? quandoquidem Lex dicit Num. 28. 2. תשמרו להקריב לי במועדו ubi Iſraëlitis Deus commendat ut adſiſtant una cum Sacerdotibus inter ſacrificandum. אסורין מלספר ומלכבס *vetitum] eſt illis ſe radere & lavare*, quando ingreſſi ſunt cuſtodias ſuas per totam hebdomadam, ut antea ſe tondeant, & non incompoſiti intrent cuſtodiam. ובחמישי *& die quinto*, qui eſt medius in cuſtodia, מותרין *licet illis*, quia Iſraelitæ die quinto ſe tondere ſolent, & non expectare ad veſperam Sabbati, operis gratia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod viris cuſtodiæ prohibuerunt vinum die, id ordinarium eſt; ſed ratio eſt, quia fieri poterat ut miniſterium nimis grave eſſet pro viris domus patris eo die miniſtrantibus, & viri cuſtodiæ venirent opitulatum illis. Sed viris domus patris vetitum eſt per totum miniſterii tempus jejunare, quia miniſterio dediti ſunt. Cæterum tibi jam conſtat, quomodo Lex vetuit quicquam facere in ebrietate, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Levit. 10. 9. *Vinum & merum non bibes.* אנשי מעמד *Viri ſtationis*, ſunt Iſraëlitæ, ſed hæc prolixius exponentur in fine hujus tractatus. Verum prohibitio tonſionis in viris cuſtodiæ & viris ſtationis, per omne tempus miniſterii eorum, eam ob cauſam inſtituta eſt, ne incompoſiti intrent, quod vetitum eſt diebus feſti intermediis.

LUNDIUS. Quandoquidem mentio in prioribus injecta eſt de ſacerdotibus, occaſionem heic arripit Autor Miſchnæ paululum excurrendi, eaque etiam diſſerendi de ſacerdotibus, quæ non tantum in jejunio, ſed etiam aliis miniſterii diebus obſervare tenebantur ſacerdotes, nimirum vinum non bibere, ingreſſuri ad munus ſuum faciendum, ſecundum Levit. x. 9. *Vinum & potum inebriantem non bibes*, &c. Quodque non de jejunio tantum hæc dicantur, ſed & diebus aliis, clare docet Raſchius fol. 15. fac. 2. לאו גבי תענית איתמר אלא אגב דמיירי בבני משמר מייתי לה: *Non propter jejunium hic dictum* cenſetur, *ſed quoniam de cuſtodiis ſacerdotum heic agit*, eadem itaque occaſione *illud adducit*.

אבל לא בימים *diurno non item*] Super hac re in Gemarâ ita quæritur & reſpondetur fol. 17. fac. 1. ת"ר מפני מה אמרו אנשי משמר מותרין לשתות יין בלילות אבל לא בימים שמא תכבד העבודה על אנשי בית אב ויבואו ויסייעו להם ומפני מה אנשי בית אב לא ביום ולא בלילה מפני שהן עסוקים תמיד בעבודה: *Docuerunt Rabbini: Quare dicitur: Viris cuſtodiæ fas eſt, vinum bibere noctibus, verum non diebus?* Reſp. *Ne forte adgravaretur labor Domus paternæ, & ingrederentur hi ipſis auxiliaturi. Et quare Claſſi diurnæ vetitum eſt* bibere vinum *& nocte & die?* Reſp. *Quoniam hi jugiter in miniſterio ſuo occupati erant.* Jam vero notiſſimum eſt, ſeveriſſime interdictum eſſe, ne ſacerdos ebrius in templum intret, quod ſi fecerit non modo miniſterium ejus illegitimum eſſe, ſed & ipſum reum mortis conſtitui, ut Maim. concludit in De ingreſſu in ſanct. cap. 1. §. 1.

כל

כל כהן הכשר לעבודה אם שתה יין אסור לו להכנס מן המזבח ולפנים ואם נכנס ועבד עבודתו פסולה וחייב מיתה בידי שמים וגו׳ *Omnis ſacerdos, qui aptus eſt ad miniſterium; ſi vinum biberit, vetitum ei eſt intrare templum, ibique ab altari ulterius pergere. Sin vero intraverit miniſteriumque ſuum fecerit, hoc quidem profanum eſt, ipſeque reus mortis eſt ex judicio Divino, &c.* Pergunt Talmudici fol. cit. dicere: Si quis ſacerdos noviſſet, ex qua cuſtodia vel domo patrum is eſſet, vetitum ei vinum bibere, ne, ſi forſan hoc tempore Deus templum vellet exſtruere, ipſe non paratus & ineptus inveniretur. De quibus Maimonides has format concluſiones in de ingreſſu in ſanct. c. I. §. 7. כל כהן שיודע מאי זה משמר הוא ומאי זה בית אב הוא ויודע שבתי אבותיו קבועים בעבודה היום אסור לו לשתות יין כל אותו היום היה יודע מאי זה משמר הוא ואינו מכיר בית אב שלו אסור לו לשתות כל אותה שבת שמשמרתו עובדין בה לא היה מכיר משמרתו ולא בית אבותיו הרין נותן שאסור לשתות יין לעולם אבל תקנתו קלקלתו והרי הוא מותר לשתות תמיד שאינו יכול לעבוד עד שיקבע בבית אב שלו ובמשמרתו׃ *Omnis ſacerdos, qui novit ex quâ is ſit cuſtodia, & ex quâ domo patris, ſciens etiam hebdomadas patrum ſuorum miniſterio conſtitutas, ipſi interdictum eſt vinum bibere integro illo die: ſi vero novit ex qua cuſtodia, non autem ex qua domo paterna, ei interdictum eſt vinum bibere per totam hebdomada, quâ cuſtodia ejus miniſterio vacat. Sin vero nec cuſtodiam nec domum patris ſuam novit, ratio dictitat, eum nunquam vinum bibere potuiſſe. Sed perditio ejus eſt reparatio ejus* h. e. quoniam ex quâ cuſtodiâ aut domo paterna is ſit prorſus ignorat, ac eapropter miniſterio fungi nequit, ideo ejus miſerti ſunt Magiſtri, certæque eum cuſtodiæ domuique adſcripſerunt: *Unde licitum ipſi eſt vinum jugiter bibere, quandoquidem non poſſit miniſterium peragere, uſque quo illum ſuæ adſignarint domui paternæ cuſtodiæque.*

אנשי מעמד *viris ſtationis*] Ita dicti, quod ſacris publicis oblationum & precum, nomine totius populi adſtarent atque vacarent. Erant ejuſmodi ſtationes XXIV, pro numero Claſſium ſacerdotalium. Singulæ ſuum habebant antiſtitem, qui vocabatur ראש המעמד *ſ. præſes ſtationis.* De his amplius Maim. de vaſis ſanct. cap. VI. §. I. & plura adducentur in cap. 4. hujus tractatus. His ipſis juxta cum viris Cuſtodiæ hebdomadalis heic interdicitur, ne ſe radant laventque, durante miniſtrationis eorum hebdomade, ut antequam munus ſuum adgrediantur, id faciant, ne partes officii prolixâ barbâ ſordidi auſpicentur. Poterant autem hoc facere quinto die ob honorem Sabbati, ut mos fert plerorumque Judæorum illo ipſo die id agere, ac Maim. hoc commemorat in de vaſis ſanct. cap. 6. §. ultimo.

ח כל הכתוב במגילת תענית דלא למספד לפניו אסור לאחריו מותר רבי יוסי אומר לפניו ולאחריו אסור דלא להתענאה לפניו ולאחריו מותר רבי יוסי אומר לפניו אסור ולאחריו מותר׃

8. Omnes in Volumine jejunii notati *dies, ita ſunt comparati, ut diem proxime* ſibi præcedentem à luctu immunem vindicent, ſequentem vero non item. R. Joſe & antecedentem & ſequentem à mœſtitia remotos eſſe debere adfirmat. *A præcepto*: ne quis, *in diebus notatis*, jejunio & ſequens exemti ſunt. R. Joſe ait, *præcedentem à jejunio interdictum*, ſequentem vero ſecus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הכתוב במגילת תענית *Omnes in volumine jejunii notati*, dies illi quibus ſtante templo ſecundo Iſraëlitis facta ſunt miracula, quos inſtituerant in dies feſtos; horum autem dies ſunt in quibus non licet jejunare, alii vero graviores in quibus non licet lugere; & quibus non licet lugere, eorum quoque die antecedenti non licet lugere, ne idem faciant ipſo die feſto. Cæterum ſequenti die licet, quia nihil timendum eſt, cum dies feſtus jam præteriit. Et in Gemara confirmatum eſt, quod abolitum eſt hoc feſtum voluminis jejunii, omnibuſque diebus illis quibus jejunare prohibitum eſt, & lugere; tamen licitum eſt jejunare & lugere ſimul, exceptis feſtis Purim & Chanuca, quibus, jejunare & lugere prohibitum eſt, ſed antecedentibus & ſequentibus licitum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Habebant volumen aliquod quod ab illis vocabatur מגילת תענית *volumen jejunii*, & in hoc certi dies quorundam menſium, in quibus Deus miracula fecerat, & extincta erant decreta & perſecutiones, inſcripti erant, quos dies in primis venerabantur; in quibus vetitum erat lugere, in aliquibus vero prohibitum erat jejunare. Sed jam abolita eſt hujus voluminis obſervantia, & dies illi jam non prohibiti ſunt de luctu & jejunio, & multo minus dies antecedentes vel hoſce ſubſequentes. Et hoc eſt quod in Gemara dicunt, *abolitum eſt volumen jejunii, Purim & Chanuca exceptis*; nam illis diebus lugere & jejunare prohibitum erat, ſed antecedentibus & ſubſequentibus licet.

LUNDIUS. במגילת תענית *in volumine jejunii*] Ex traditionibus perantiquis hoc volumen conſtitiſſe, argumentum ejus non obſcure oſtendit, quo adnotantur dies, ceu in annalibus fieri ſolet, quibus Deus peculiaria quædam miracula in populo ſuo fecerat, vel avertendo ab eo grandia damna & pericula, vel conferendo eidem inſignia quædam beneficia, unde dies hoſce magna cum feſtivitate celebrari conveniens fuit, prout Maim. ad h. l. commentatur: היתה אצלם מגילה והיו קורים אותה מגילת תענית והיה כתוב בה ימים ידועים מחדשים ידועים שעשה עמהם השם ניסים ונתבטלו מהם שמדות והיו משבחין אותן הימים מהן ימים כמו שזכר באותה מגילה שהיו אסורין בהספד ומהן ימים שהם אסורים בתענית וכבר בטלה אותה מגילה ואינן אסורין בהספד ובתענית אותן הימים עצמן כל שכן לפניהם ולאחריהם והוא אמרם בטלה מגילת תענית מלבד פורים וחנוכה שהם אסורים בהפסדן ובתענית ולפניהם ולאחריהם מותר *Fuit apud ipſos*, majores noſtros, *volumen, quod vocarunt à jejunio, erantque in hoc deſcripti dies celebres, in certis menſibus, eapropter inſignes, quod in iis ipſis Deus peculiaria in populo ſuo miracula fecerat, avertendo ab eo grandia mala, quos dies præ reliquis in celebritate peregerant, ſicuti cum dicitur in eodem libro, quod fuerint* patres noſtri *prohibiti iis ipſis diebus lugere jejunioque ſe adfligere; ſed jam in uſu amplius non eſt volumen illud, nec dies* inibi notati *prohibiti cenſentur à luctu & jejunio, nedum qui vel præcedunt vel ſequuntur, & hoc eſt quod frequenter in Talmude à Magiſtris dicitur: Abolitum eſt volumen Taanith, præter feſta, Purim & Chanuca, quæ etiamnum à luctu & jejunio remota eſſe debent; ſed qui præcedunt & ſequuntur* hæc feſta dies, *non item.* Porro linguâ Aramæâ conſcriptum fuiſſe hoc volumen, fragmenta ex eo deſumta atque paſſim in Talmude adducta ſatis oſtendunt. Autores ejus nomine חכמים *ſapientum* ſalutantur, unde colligo, ortum hujus libri non antecedere templum ſecundum, quandoquidem qui hæc ætate ſuperarunt tempora, אנשי כנסת הגדולה *viri Synagogæ magnæ* dici conſueverunt. De abolitione hujus voluminis, quantum ad obſervationem dierum in eo ſignatorum pertinet, diſputatur in Gemara Roſch Haſch. fol. 18. Ratioque communis abolitionis iſtius hæc eſt, quod tempore templi ſtantis dies illi, in volumine dicto citati, cum lætitia feſtivitateque celebrari poſſent; ob gaudium, quod Judæis ejus temporis ſuppetebat abunde, jam vero deſtructo templo, ob luctum Judæis communem iſti dies ne quidem à luctu interdicti putantur, exceptis Feſtis Purim & Chanuca dictis, quæ hodiernum

num etiam à luctu remotiſſima eſſe ſolent; hoc quidem ea propter, quod miraculum in eo factum ad totum attinebat Iſraëlem, illud vero, quoniam in ſe receperunt Judæi in univerſum omnes ſe celebrare velle hoc Feſtum ſumma cum lætitia ut habetur in Eſth. cap. IX. 23. vid. Toſ. Jom Tobh ad h. l.

ט אין גוזרין תענית על הצבור בתחלה בחמישי שלא להפקיע השערים אלא שלש תעניות הראשונות שני וחמישי ושני ושלש שניות חמישי שני וחמישי רבי יוסי אומר כשם שאין הראשונות בחמישי כך לא שניות ולא אחרונות:

9. Cum jejunia primum indicunt *Seniores*, *initium eorum ad hebdomadis* diem quintum non ponunt, ne pretia *rerum ad victum neceſſariarum* augeantur: ſed tria jejunia prima *ita celebrari jubent*, *ut initium capiant* ſecundo die *hebdomadis*, *continuentur* die quinto *ejuſdem hebdomadis*, *finianturque* ſecundo *ſequentis hebdomadis die*, jejunia ſecunda, quinto, ſecundo, & quinto *hebdomadum diebus*, *ſervanda mandantur*. R. Joſe vero ait: Sicuti jejunia prima die quinto non *indicebantur celebranda*, ita nec ſecunda & ultima *quinto die celebrari cœpta ſunt*.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא להפקיע השערים *Ne pretia augeantur*, quando viderint caupones quod homines exeunte die quinto emunt cibos in duas menſas magnas, unam pro nocte jejunii, & alteram pro nocte Sabbati, appareret inde ac ſi fames eſſet in mundo, cum annonæ pretia ita augerentur. Sed poſtquam die ſecunda incepiſſent jejunare, ſciebant hoc tantum fieri propter jejunium. Aliter, ne dicerent homines, ſi ſenatus non vidiſſet famen fore, non decreviſſet jam jejunium circa Sabbatum, idcirco edulium pretia aucta ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא להפקיע השערים *Ne pretia augeantur*, pretia alimoniæ, quia pauperes dicunt, niſi magna eſſet pluviæ indigentia, non jejunaſſent ante Sabbatum; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

LUNDIUS. שלא להפקיע השערים *ne pretia rerum augeantur*] ad verbum eſt: *ne rumpant pretia*, quod R. Sal. Jarchius ita interpretatur: בטל שעור מדה הראשונה וממעטה *Deſtruit quantitatem menſuræ primam, & minuit eam.* Unde autem pretia rerum augeantur, quod jejunium in quinto die inchoëtur, hæc adfertur ratio; quia dum tabernarii vident homines geminas portiones emere, alteram quidem pro nocte jejunii, pro Sabbato alteram, facile conjiciant famem futuram, unde tanto carius vendere res ſuas neceſſum habent; ſed expoſitio hæc non valet niſi de Judæis inter gentiles viventibus. Alia inſuper à Bartenorienſi hujus conjecturæ ratio ſubjungitur, nimirum potuiſſe tabernarios hanc fovere opinionem: Niſi Domus Synedrii famem inſtare prævidiſſet, non neceſſum habuiſſet jejunium inchoare quinto hebdomadis die, tam propinquo ad Sabbatum die, ſiquidem hoc inſuetum, atque hæc ratio de Judæis mercatoribus explicari poteſt, quam quoque ſententiam Maimonides adprobat, adjiciens ſententiam R. Joſe heic ſingularem eſſe, nec quicquam ponderis in decidendo habere.

י אין גוזרין תענית על הצבור בראשי חדשים בחנוכה ובפורים ואם התחילו אין מפסיקין דברי רבן גמליאל אמר רבי מאיר אף על פי שאמר רבן גמליאל אין מפסיקין מודה היה שאין משלימין וכן תשעה באב שחל להיות בערב שבת:

10. Non conſtituuntur jejunia eccleſiæ celebranda in noviluniis, nec in feſto initiationis, nec in feſto ſortium. Et ſi cœpta eſſent *celebrari jejunia*, *ob calamitatem quandam publicam*, *dieſque ex notatis occurreret*, *eapropter* non ceſſabant; quod eſt ad mentem R. Gamalielis. Verum R. Meir ita contendit: Quanquam dixerit R. Gamaliel, non interruptum fuiſſe *jejunium*, *ſi qua ex dictis ſolemnitatibus adeſſet*, confeſſus tamen eſt, eos integrum non ſervaſſe. Et ita *ſe res habet cum jejunio* noni diei menſis Abh, *ſ. Julii*, *ſi nimirum dictus dies* inciderit in veſperam Sabbati, *in jejunio utpote inchoatur dies*, *verum in eodem non finitur*.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם התחילו *Et ſi incepiſſent*, quum antea decreverant jejunium, & propter anguſtias jejunare inceperant, etiam per unum diem, & unus ex illis diebus interim erat, tum non abrumpebant. מודה היה שאין משלימין *confeſſus eſt tamen quod non abſolvebant*, quod non abſolvebant jejunium totum diem, ſed quod veſperi circa ſolis occaſum edere incipiebant.

וכן תשעה באב שחל להיות בערב שבת *Sic etiam die nono menſis Ab qui inciderit in Sabbati veſperam*, hoc eſt tempus quo Synedrium inſtituerat feſta propter viſionem; & tum comedebant veſperi circa ſolis occaſum, propter honorem Sabbati, ne Sabbatum quis ingrederetur quando eſuriebat & fame affligebatur; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Nam ſi incepiſſent, non abrumpebant, ſed jejunium abſolvebant; & ſic quoque nono die menſis Ab, qui inciderat in veſperam Sabbati, jejunium perficiebant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואם התחילו אין מפסיקין *Et ſi cœpta eſſent*, *non ceſſabant*, vult ſi unam horam jejunare incepiſſent, non abrumpebant jejunium, ſed diem totum abſolvebant. Et quod R. Meyr dixit, *confeſſus tamen eſt quod non abſolvebant*, vult, quod per partem diei jejunabant, & per partem illius comedebant; ſic etiam die nono menſis Ab, qui incidebat in veſperam Sabbati, partem jejunabant, & in fine illius diei comedebant, propter honorem Sabbati; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Nam ſi inceperant, tum jejunabant & abſolvebant jejunium. Sed nono die menſis Ab qui incidebat in Sabbatum, jejunabant ab initio & abſolvebant. Sed nonus dies menſis Ab non poterat incidere in veſperam Sabbati, niſi dum menſem conſtituebant dicto teſtium quorundam de apparitione novilunii teſtantium; at non juxta computum intercalationis quem nos hodie tenemus.

LUNDIUS. בראשי חדשים *in noviluniis*] Siquidem feſta hæc in gaudio lætitiaque tranſigenda erant, non convenie-

veniebat in iis jejunium indicere, quod adflictionem triſtitiamque ſecum adfert; ſed ſi ita contigiſſet, ut jejunium, ſonticas ob cauſſas indictum, quà unum diem jam celebratum eſſet, v. g. dies ſecundus hebdomadis in jejunio tranſactus, & vero in diem quintum ejuſdem hebdomadis, qui itidem jejunii dies eſt, (ſunt enim tres omnino integri jejunii dies, ut in Miſchnâ præcedente dictum eſt) novilunium incideret, quæritur quid faciendum, continuandumne jejunium ſit, an interrumpendum? Reſp. Ex verbis Gamalielis, à cujus partibus, ſecundum Maimonidem, eſt ſententia Deciſiva: Non ceſſabat jejunium, ſed continuabatur; nam ut ut novilunium inter מועדים (*ſ. feſta ſolemnia*) referatur, ſecundum Num. x. 10. non tamen de eo habetur, quod dicatur יום משתה ושמחה *dies convivii & lætitiæ*, ut dicit Raſchius. Quâ ratione novilunia obſervata, indicta ac celebrata olim fuerint; atque hodiernum celebrentur, heic non memoro, cum res ſit nota, & ubique proſtent libri מנהגים ſive *rituum Judaicorum*, qui de his prolixe agunt.

בחנוכה *in feſto initiationis*] Feſti hujus nomen originem ſuam verbo חנך debet, quod eſt *initiavit*, ut ſit hoc feſtum quaſi inſtaurationis exercitii ſacrorum, per tempus aliquod intermiſſorum, templo per gentiles polluto, memoria. Additur & hæc à Magiſtris ratio, ut recens ſemper memoria exſtet victoriæ, quam à Græcis reportarunt Macchabæi fratres. Præcipua cura eſt in lampadibus rite accendendis, pro ſolemnitate feſti peragendâ. Nam veſperâ præcedente diem xxv. Ciſleu, (qui reſpondet Novembri,) unde initium capit hoc feſtum, unam accendunt lampada, ſecundo die geminas, addentes ita porro unam lampada pro ſingulis diebus, uſque ad octavum, quo octo omnino lampades accenduntur. Idque in memoriam miraculi circa oleum facti. Nam cum hoſte pulſo reverſi eſſent, nihilque olei ſacri pro accendendis candelabris inveniſſent, accidit ut citra omnium opinionem lenticula olei reperiretur, quæ tantum ſuffectura videbatur uni nocti. Sed miraculosâ Numinis benedictione factum eſt, ut octo integros duraret dies, uſque quo oleum ex Tekoa, inde enim oleum pro ſanctuario advehebatur, adferretur. Multa in ritualibus libris traduntur obſervanda in juſta lampadum accenſione, ac collocatione, quæ narrare ſupervacuum foret, vid. Maim. in Hilc. Megillah & Chanucah cap. 3. & 4. qui de his prolixe ſatis egit.

ובפורים *in ſortium Feſto*] Eapropter ita dicta eſt hæc ſolemnitas, quod Haman ſortes jecerit perdendi omnes Judæos, ut Eſtheræ cap. IX. 24. legitur. Itaque in memoriam declinatæ, per Reginam Eſtheram, hujus internecionis celebratur feſtum hoc d. 14. Adar (ſ. Februarii.) Cumque duo ad feſtivitatem rite celebrandam conſtituti ſint dies, tamen priori ſolo præcipua feſti ſolemnia peraguntur, tum namque מגילת אסתר *ſ. volumen Eſtheræ* prælegitur, à laboribus profanis ceſſatur. In ipſa etiam feriarum vigilia nihil potus cibique ſumunt; ſequenti vero die largius genio indulgent, quam alioquin ſolent. Munera quoque inter ſe mutuo mittunt, pauperibuſque eleemoſynâ liberaliori ſuccurrunt, prorſus ut *E*ſth. cap. IX. de hâc feſtivitate perſcriptum habetur. vid. Maim. in Hilchoth Megillah & Chanucah cap. 2.

תשעה באב *noni diei menſis Abb*] Notabilis eſt hic dies ob plures calamitates, quæ populo Judaico in ipſo contigere, ac recenſentur in cap. 4. m. 6. hujus tract., ubi de hujus jejunii celebratione aliqua dicturus ſum; Heic vero notare licet, præterquam quod concluſio Rabbinorum non ſit ſecundum R. Meir, etiam dictum diem, puta, nonum menſis Abh, nunquam cadere in veſperam Sabbati, ſecundum ſupputationem Judæis hodie uſitatam, ut Maim. *ad h. l.* diſſerit. Nam datâ operâ hoc ne fiat, per peculiarem faſtorum ſuorum ordinationem, curant, eo quod jejunium celebrare veſperâ Sabbati nimis moleſtum eis ſit. Præterea ne dies Expiationum aut in diem Veneris, aut in diem Dominicam incidat, eodem computandi modo prævertere noverunt, ne duo Sabbata conjunctim celebrare neceſſum ſit. Quæ ſupputandi ratio ipſis adeo in oculis fertur, ut eam, סוד העבור *ſecretum intercalationis*, dicant. Alia vero ratio erat illius computationis, quæ inſtituebatur ad adparentiam lunæ, & fide teſtium, qui lunam inſpexerant, fundabatur; nam ſecundum illam, Feſta magis præciſe ſuis quæque diebus celebrabantur, quo modo fieri poterat, ut nonus dies menſis Abh in veſperam Sabbati incideret.

פרק ג סדר תעניות אלו האמור ברביעה ראשונה אבל צמחים ששנו מתריעין עליהם מיד וכן שפסקו גשמים בין גשם לגשם ארבעים יום מתריעין עליהן * מיד מפני שהיא מכת בצורת :

Caput 3. Ordo cærimoniarum in jejuniis *obſervandarum* dictus, *intelligendus eſt de jejunio* ob pluviam primam *conſtituto*. Sed *ſi jam pluvia deciderit*, ſataque in aliam degenerarint ſpeciem, *v. g. ſi pro tritico hordeove, lolium ſpinave pullularint*, confeſtim, *ordine illo prolixiori neglecto*, buccinis clangunt. Pari modo ſe res habet, ſi inter tempus unum & alterum pluviis opportunum ceſſarit per XL dies pluvia, ſtatim buccinis eâ de cauſâ clangunt, quoniam adeſt plaga ſterilitatis.

R. OB. DE BARTENORA. *Ordo*, de quo dictum eſt capite antecedenti, tantum dictus eſt de pluvia prima, ſi tria tempora pluviæ tempeſtivæ tranſiiſſent, quæ ſunt tertius dies Marcheſvan, ſeptimus, & decimus ſeptimus, & non cecidiſſet pluvia, tum privati jejunabant; & deinceps totus cœtus tredecim jejunia juxta ordinem dictum. Verum ſi deſcenderint pluviæ tempore ſuo & ſemina accreverint, ac mutata fuerint, ut, ſi pro tritico creverint ſpinæ, & pro hordeo lolium, aut ſimilia heterogenea. מתריעין עליהן מיד *buccinant ſtatim propter illa*, in primis jejuniis, nam quicquid majoris momenti inſtitutum erat in ultimis jejuniis, id ſtatim in primis jejuniis adhibebant. בין גשם לגשם *inter pluviam & pluviam*, inter primum tempus pluviæ & ſecundum. מכת בצורת *plaga ſterilitatis*, ſignum ſterilitatis.

LUNDIUS. ברביעה ראשונה *ob pluviam primam*] In capite præcedente actum eſt de cærimoniis jejuniorum, ob impetrationem pluviæ primæ, יורה dictæ, inſtitutorum. Verum ſi quid de iis quæ in hac Miſchna continentur malis acciderit, illum cærimoniarum ordinem (nempe, ut Magiſtri ſingillatim jejunent, ac deinceps eccleſia jejunia celebret leviora demumque graviora,) non obſervant, ſed ſtatim buccinis inflant, quoniam res urgens eſt, impatienſque moræ, unde & in hoc caſu omnes ritus, qui in ſeptem gravioribus jejuniis obſervabantur, recte adhiberi ac uſurpari tradunt Magiſtri.

בין גשם לגשם *inter tempus unum & alterum pluviis opportunum*] Raſchius hæc ita exponit: בין רביעה ראשונה לשנייה *inter pluviam primam & ſecundam.* Iterum intellige de יורה, quæ cadit in Octobri, dum ſegetes adhuc teneræ ſunt, nuper utpote è terra natæ; tum namque facillime ita exareſcere poſſunt, ut nulla ope humana poſtmodum juvari poſſint, unde in hoc caſu ſtatim buccinis clangunt. Et quanquam Gemara & Talmud Hieroſolymitanum heic vocabulum מיד *confeſtim*, quod ſtellulâ notatum, non legant, facile tamen colligi poteſt ſubaudiendum id eſſe, cum vocabulum וכן in principio hujus periodi poſitum, inſinuet ſimilitudinem ſententiæ præcedentis & ſequentis, quod ad clangorem buccinarum attinet. Servant a. vocem מיד Editiones τῶν Miſchnaiot Venetæ & Amſtelodamenſes, quarum aliquot videndi copia mihi facta eſt.

ב ירדו לצמחין אבל לא ירדו לאילן לאילן ולא לצמחים לזה ולזה אבל לא לבורות לשיחין ולמערות מתריעין עליהן מיד :

2. Quod ſi ad ſementis herbarumque progerminationem ſatis humoris terra nacta fuerit, non vero ad arborum exigentiam, ſin autem arboribus commoda ceciderit pluvia, non vero herbis, & ſi utriſque his ſatisfactum fuerit, non a. puteis, ciſternis & cavernis, ſtatim quoque buccinas inflant.

R. OB. DE BARTENORA. ירדו לצמחים אבל לא לאילן *Si pro germinibus & non pro arboribus deſcenderint pluviæ*, ut, ſi deſcenderint lente, quod germinibus prodeſt & herbis, at non arboribus. לאילן ולא לצמחים *pro arboribus & non pro germinibus*, cujuſmodi pluviæ deſcendunt cum impetu. לא לבורות לשיחין ולמערות *non pro puteis, ciſternis, & cavernis*, in quibus aquam colligunt ad bibendum.

LUNDIUS. לאילן *ad arborem &c.*] Nam ſi lenta ac quieta deciderit pluvia, commoda quidem eſt germinationi ſatorum herbarumque; at arboribus non item, iis enim convenientior putatur imber ſ. pluvia cum impetu ubertim cadens, quod eſt ad mentem Gemaræ dictum, quæ ita hæc exponit: fol. 19. fac. 2. בשלמא לצמחים ולא לאילן משכחת לה דאתא ניחא ולא אתא רזיא לאילן ולא לצמחין דאתיא רזיא ולא אתיא ניחא וגו׳ *Concedatur* recte dici, pluviam decidiſſe commodam *progerminationi ſementis, non vero arboribus; ſiquidem eſt, ubi pluvia cadat placida, non autem impetuoſa*, concedaturque recte dici, pluviam opportunam cecidiſſe *arboribus, non autem reliquis herbis, cum pluvia impetuoſe, non lente cadat, &c.*

לבורות *puteis*] nempe, ſi in tanta ubertate non cecidiſſent pluviæ, ut implendis ciſternis, unde homines beſtias potarent, ſufficerent, tum etiam buccinis ſtatim clangebant in ſecundi, quinti, & ſecundi viciſſim dierum jejuniis, quilibet in provincia ſua, uti de hoc in Gemara loc. cit. diſſeritur, & à Maim. Hilc. Taan. cap. 2. §. 17. concluditur ac deciditur. Hac occaſione mihi dicendum eſt de differentia, quam conſtituunt Rabbini inter voces בור שיח ומערה quamque adnotavit Bartenorienſis in tract. Babha Kama ad c. 5. m. 5. בור הוא עשוי עגול *puteus, eſt rotundus confectus.* שיח ארוך וקצר *ciſterna, eſt longa & anguſta.* מערה מרובעת ומכוסה בקרוי אלא שיש לה פה *ſpelunca, quadrata, tabulatoque operta, habens tamen orificium.* Cæterum in Gemara prolixe diſputatur, quo tempore maxime conveniat ob אילנות *arbores* diſtincte cornua inflare, quoque rurſus ob מערות *foſſas* exſiccatas, fol. 19. fac. 2. quem locum brevitatis cauſſa prætermittere cogor.

ג וכן עיר שלא ירדו עליה גשמים דכתיב והמטרתי על עיר אחת ועל עיר אחת לא אמטיר חלקה אחת תמטר וגומר אותה העיר מתענה ומתרעת וכל סביבותיה מתענות ולא מתריעות רבי עקיבא אומר מתריעות ולא מתענות :

3. Si urbs eſt, quæ pluviam non indepta eſt, prout dicitur: *Amoſi* IV. 7. Et demiſi pluviam ſuper unam urbem, ſuper alteram v. non: Ager unus pluviâ fœcundatur, &c. hæc ipſa urbs jejunat, buccinaſque inflat. Quæ a. circumjacent *urbes*, jejunant quidem, ſed buccinis non clangunt. R. vero Akibha ait, buccinas inflant, ſed non jejunant.

R. OB. DE BARTENORA. וכל סביבותיה מתענות *Et omnes circumjacentes urbes jejunant*, nam civitas illa in qua non deſcenderat pluvia, emebat proventum in civitate in qua deſcenderat, quando fames regnabat in ea.

LUNDIUS. סביבותיה *circumjacent*] Quam longe ſe extendat hic terrarum tractus, non definitur. Commentarius in Maim. dictus Maggid Miſchne, vocabulum סביבות per הפרכיא ſ. ὑπαρχίαν *præfecturam* interpretatur, Raſchius vero per מלכות *regnum*, ſubjungens etiam rationem, cur vicina civitas buccinis clangat, ſi proxima urbs pluvia non fuerit irrigata: ולפיכך מתענות שאותה העיר שלא ירדו עליה גשמים תלך לקנות התבואה באותה ויהיה בה רעב *Eapropter* circumjacentes urbes *jejunant, quod hæc ipſa urbs, pluvia deſtituta, ad unam ex circumcirca ſitis pergat, frumentum emtura, oriaturque inde in illa urbe fames*, unde frumentum advehitur. Et æquum juſtumque ſane erat, ut ſociorum vicinorumque calamitati, quo poſſent modo, opitularentur, hoc ipſo teſtaturi, ſibi eorum miſeriam etiam adflictioni eſſe, ſicuti & communem calamitatem communibus precibus ac jejuniis avertere conveniens prorſus.

ד וכן עיר שיש בה דבר או מפולת אותה העיר מתענה ומתרעת וכל סביבותיה מתענות ולא מתריעות רבי עקיבא אומר מתריעות ולא מתענות איזהו דבר עיר המוציאה חמש מאות רגלי ויצאו ממנה שלשה מתים בשלשה ימים זה אחר זה * הרי * זה דבר * פחות * מכאן * * אין * זה * דבר :

4. Pariter ſe res habet cum urbe, quam peſtis infeſtat, aut cujus muri, *alioquin integri*, ruinam patiuntur, illa ipſa urbs etiam jejunat, buccinaſque inflat. Quæ vero circumcirca ſitæ ſunt urbes, jejunant quidem, ſed buccinis non clangunt. R. Akibha ait: buccinas inflant ſed non jejunant. Quænam *ac quanta eſt* peſtis hæc? Si ſit urbs quingentorum civium, ex quâ tres defuncti tribus continuâ ſerie diebus efferuntur, en! hæc eſt peſtis, *modo dicta*. Sin a. minor ſit numerus *mortuorum*, pro peſte non habetur.

R. OB. DE BARTENORA. מפולת Vocatur quando parietes fortes decidunt, at cum contriti decidunt, non vocatur nomine מפולת.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. מפולת *ruina*, quando parietes fortes ſine cauſa aliqua manifeſta decidunt; deciſio non eſt juxta R. Akibam in his omnibus.

LUNDIUS. דבר *peſtis*] Quanti fecerint Judæi hunc caſum, ſi peſtis terram Iſraëliticam infeſtarit, vel ex his brevibus, ſed ponderoſis, Gemaræ verbis clarum eſt fol. 21. fac. 2. אמרו ליה לרב נחמן איכא מותנא בארעא דישראל גזר תעניתא אמר אם גבירה לוקה שפחה לא כל שכן : *Relatum eſt R. Nachmani, peſtem infeſtare terram Iſraëliticam, hinc is mox jejunium conſtituit, dicens: Si flagellatur Domina, ancillam quanto magis* caſtigari conveniens eſt? Ad hoc factum, pronunciatumque animum advertens Maimonides, hanc ponit concluſionem Hilc. Taan. cap. 2. §. 6. היה דבר בארץ

: בארץ ישראל מתענין שאר גליות ישראל עליהם *Si peſtis in terra Iſraëlitica graſſetur, jejunare debent pro eis reliqui captivi Iſraëlis* per mundum diſperſi.

Cives] In Hebræo eſt רגלי, quod proprie pedites notat. Maimonides talem heic adhibet criſin, ut ex hoc numero excluſos velit, omnes minorennes, ſenes & fœminas laboribus non vacantes. Hilcot. Taan. cap. 2. §. 5. ואין הנשים וקטנים והזקנים ששבתו ממלאכה בכלל מנין אנשי המדינה לענין זה *Mulieres, minorennes ſeneſque, ab operibus ceſſantes, prorſus non veniunt in numerum virorum provinciæ, hac ratione.* Addit ad hæc verba Comm. Maggid Miſchne: ודבר ברור הוא שכוונה רגלי הגברים לבר מטף *Et res clara eſt, vocem* רגלי *viros tantum complecti, excluſâ familiâ reliquâ.*

שלשה מתים *tres defuncti*] Illuſtrationis cauſſa adducitur in Gemara exemplum hujuſmodi, fol. 21. ת"ר עיר המוציאה חמש מאות ואלף רגלי כגון כפר עכו ויצאו הימנה תשעה מתים בשלשה ימים זה אחר זה הרי זה דבר ביום אחד או בארבעה ימים אין זה דבר : *Docuerunt Magiſtri: Eſt oppidum habens mille & quingentos cives, ut pagus Acho, ex quo elati ſunt novem mortui, tribus continuis diebus; ecce hæc eſt peſtis,* in Miſchna intellecta; *ſin vero, vel uno die, vel quatuor diebus* totidem defuncti efferantur, *non* cenſetur eſſe *peſtis,* de qua Miſchna loquitur.

הרי *en*] Quæ ſequuntur in textu ſtellulis ſignata verba, non leguntur in Talmude Hieroſolymitano. Sed quoniam illa ipſa ad clariorem textus explicationem omnino faciunt, ita rationem, quominus tanquam genuina retineantur, non video.

ה על אלו מתריעין בכל מקום על השדפון ועל הירקון על הארבה ועל החסיל ועל החיה רעה ועל החרב מתריעין עליהן מפני שהיא מכה מהלכת :

5. Ob has *plagas* in omni loco buccinis clangitur: utpote, ſi uredo, rubigo, locuſta, bruchus, immanes feræ beſtiæ & hoſtiles exercitus terram quandam vexarint, tum eorum cauſſa buccinæ inflantur, ſiquidem eſt plaga late ſe diffundens.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל מקום *In omni loco*, etiam in locis remotiſſimis, quemadmodum in fine exponit ipſa ratio, quare ſit plaga quæ ſe extendit. שדפון *uredo*, eſt ventus qui deſtruit proventum, & ſemina corrumpit. ירקון *rubigo*, unde proventus induit colorem flavum; alii exponunt, quod ſit morbi ſpecies qui faciem hominis afficit colore herbarum & graminis agri. ועל חיה רעה *& propter feras immanes*, quales die inveniuntur in loco habitabili. ועל החרב *& propter gladium*, propter milites qui de uno loco ad alium tranſeunt, etiamſi civitati bellum non inferant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ועל החיה רעה *Et propter immanes feras*, nam in deſerto conſpiciuntur feræ hujuſmodi; & propter eas clangunt, dummodo conſpiciantur die. Sic etiam, ſi feræ immanes perſequantur duos homines, id habetur caſtigatio per feras, propterea clangunt. על החרב *propter gladium*, hoc intelligendum eſt non tantum de militibus qui venerunt occiſum Iſraëlitas, ſed etiam quando alias nationes occiſum advenerint, & intentio eorum tantum fuerit Iſraëlitas tranſire, & quod tum ſit anguſtia propter quam clangendum. Cæterum unum eſt è promiſſis Dei benedicti, quod *Iſraelitis promittit Levit.* 26. 6. והשבתי חיה רעת והרעב, לא תעבר בארצכם

LUNDIUS. מתריעין *clangitur*] Bene ad h. l. monet Jom Tobh, non tantum ob hæc mala buccinis clangorem fuiſſe editum, ſed etiam, quod de omnibus gravioribus calamitatibus intelligendum eſt, jejunium eapropter fuiſſe celebratum.

בכל מקום *in omni loco*] Quam late hæc patebit phraſis, non convenit inter gloſſatores. R. Sal. Jarchi ita ad h. l. commentatur: אם יראו באיספמיא מתריעים בבבל בבבל מתריעין באיספמיא כדקתני טעמא בסיפא מפני שהיא מכה מהלכת אם במקום אחר היא מתריעין עליה כל השומעים כדי שלא תבא עליהן : *Si viderint* aliquod horum malorum *in Hiſpania, clangunt buccinis in Babel, ſin in Babel, rurſum clangunt in Hiſpania, ſecundum id quod docetur in fine Miſchnæ: quoniam hæc eſt plaga late ſe extendens;* ſi ex dictis itaque plaga *locum infeſtarit, protinus qui de ea quid audiverunt buccinis clangunt, ne ad ſe quoque prorepat.* Atque ita ad mentem Raſchii ſatis late patebunt hæ voces: *In omni loco*; verum Maimonides reſtringit ad circumjacentes urbes, dicens, mirum ſibi videri, ſimplicem verborum ſenſum ſectari, ex quo concludatur, in toto terrarum orbe ob bellum jugiter jejunandum eſſe, ſiquidem nullum ſit tempus, quo non locum quempiam in mundo bellum exercituſque hoſtiles vexent. prout hanc Maimonidæ ſententiam ex Commentario R. Joſephi Karonis in Arba Turim, Beth Joſeph dicto adfert Jom Tobh ad h. l.

השדפון *uredo*] Hanc ſegetibus inferri plagam, hoc modo dicit Commentarius Bartenorienſis: רוח שמפסיד ארת התבואה ומתרוקנת מן הזרע *Datur ventus, qui ſegetes ita corrumpit, ut ſemine,* ſive granis, *ſpolientur.*

הירקון *rubigo*] Gemina circa hanc vocem occurrit interpretum gloſſa. Raſchius quidem per morbi ſpeciem explicat, qui facies hominum in colorem tranſmutet flavum; innuens ſine dubio morbum regium ſ. icterum. Bartenorienſis & alteram adfert gloſſam, qua rubigo, ſegetes flaveſcentes reddens, inſinuatur. Harum poſterior textui magis conveniens videtur, ſiquidem & hæc plaga inter eas, quæ agros corrumpunt, ponatur, & Maimonides eandem Hilc. Taan. cap. 11. §. 11.

הארבה החסיל *locuſta, bruchus*] Tam deteſtanda hæc volatilia Judæis habita ſunt, ut in Gemara dicatur, ſi vel in perexigua quantitate ſeſe conſpicienda dediſſent, ſtatim ejus cauſſa tubis clangorem editum fuiſſe. fol. 22. 1. אפילו לא נראה בארץ ישראל אלא כנף אחד מתריעין עליהן *Quamvis non videatur in terra Iſraël niſi una ala, tubis tamen clangunt eapropter.* h. e. Si conjungantur in aëre tot locuſtæ, ut repleant tantum ſpatii, quantum avis aliqua occupare poterit, vel ſi in ea copia in aëre condenſentur, ut avis cujuſdam ſpeciem repræſentent, ſufficit hoc, ut ejus cauſſa jejunium indicatur, tubæque inflentur. Firmatur hæc ſententia ex Maimonide, qui de Arbe, ſ. locuſtâ, verba Gemaræ adducit, de Goba vero, quæ alia eſt ſpecies locuſtarum, addit, ſi illa vel in minima quantitate adparuerit, ſufficere id ad jejunium indicendum. vid. Maim. Hilc. Taan. cap. 2. §. 10. Et ſane non multum mirabitur Judæorum hac in parte mentem, qui conſideraverit animalium horum ingluviem & voracitatem, quâ maximam terræ fructibus perniciem clademque inferunt, præcipue ubi inſtar copiarum hoſtilium regionem quandam ingenti multitudine invaſerint. Sicuti factum eſt in quâdam ſuperioris Saxoniæ regione, Turingiâ dictâ, ubi ad urbem Jenenſem, Univerſitate ſua ſatis inclutam, proxime præterito anno, die 18. Auguſti, poſt vehementem præcedentis diei procellam, tantum locuſtarum agmen convenit, agroſque urbi vicinos occupavit, ut ſubſidentes quidem, naſcentia terræ olera, quibus inhiabant, in altum vero ſublatæ, cœlum nubis inſtar oculis ſpectantium interciperent ac ſubducerent; quod & ego tum temporis in modo laudatâ Univerſitate degens oculis non ſine horrore animi luſtravi & perſpexi. Sed mihi de his plura addituro læta cum ſui recordatione occurrit Nobiliſſimus Dominus JOBUS LUDOLFUS, primus in Europa Linguæ Æthiopicæ Stator feliciſſimus, qui de locuſtis his Diſſertationem integram, appendice ſecundâ ad Hiſtoriam Æthiopicam comprehenſam, eruditiſſime conſcripſit: cujus exemplar quidem manuſcriptum (imprimi namque tum cœpta erat dicta diſſertatio) mihi apud ſe Francofurti ad Mœnum commoranti, pro eâ, quâ eſt in literarum cultores benivolentiâ eximiâ, oſtendit, quem hoc de negotio omnino conſulas velim.

החיה רעה *feræ beſtiæ*] v. g. Urſi & lupi, ſi, claro die, oculis hominum in locis cultis, puta, urbibus & pagis, ſine terrore ſe ſtiterint. De quibus ulterius in Gemara ita traditur fol. 22. 1. תנו רבנן חיה רעה שאמרו בזמן שהיא משולחת מתריעין עליה אינה משולחת אין מתריעין עליה אי זו היא משולחת ואי זו היא שאינה משולחת נראה בעיר משולחת בשדה אינה משולחת ביום משולחת בלילה אינה משולחת ראתה שני בני אדם ורצתה אחריהן משולחת נחבאת מפניהן אינה משולחת טרפה שני בני אדם ואכלה אחד מהן משולחת אכלה שניהן אינה משולחת עלתה לגג ונטלה תינוק מעריסה משולחת וגו׳ *Docuerunt Magiſtri de fera beſtia, quo tempore illa* à Deo inſtar plagæ hominibus *emiſſa eſt, ejus cauſſâ quidem, buccinis clangi*, in terra Iſraël; *ſin vero emiſſa non eſt, non clangi. Quænam illa eſt*, de quâ recte dicatur, *quæ emiſſa ſit? quænam vero ea, quæ non emiſſa? Si adparuerit in urbe, emiſſa* recte dicitur; *ſin vero in agro, ſecus. Si interdiu viſa fuerit, emiſſa eſt, ſin noctu, non item. Si viderit duos homines, ipſoſque curſu inſecuta fuerit, emiſſa eſt, ſin vero ſe oculis ipſorum ſubduxerit, non emiſſa. Si diſcerpſerit duos homines, alterumque ex his devorârit, emiſſa eſt, ſin utroſque conſumſerit*, hoc enim famis cauſſa feciſſe cenſetur, *non emiſſa; ſi tectum conſcenderit fera, infantemque è cunis rapuerit, emiſſa cenſetur, &c.*

החרב *hoſtiles exercitus*] Ad mentem Raſchii interpretatus ſum, qui inimica heic arma notari vult, quæ de loco in locum urendo & vaſtando graſſantur. Bartenorienſis vero & talia heic arma intelligi poſſe exiſtimat, quæ terræ, in quâ viſuntur, minime infeſta ſunt, quorum tamen cauſſa buccinis clangere fas ſit. Utramque opinionem, quanquam priorem præferre videatur, Gemara his comprehendit verbis fol. 22. 1. תנן רבנן חרב שאמרו אינו צריך לומר חרב שאינו של שלום אלא אפילו חרב של שלום שאין לך חרב של שלום יותר מפרעה נכה ואף על פי כן נכשל בה המלך יאשיהו שנאמר וישלח אליו מלאכים לאמר מה לי ולך וגומר *Docuerunt Magiſtri de armis, dicentes: Non neceſſum erat dicere: exercitus hoſtiles; ſed vero, etiamſi ſit heic exercitus amicus intelligendus, non tamen talis præſtantius datur exemplum, quam Pharaonis Necho; nihilominus & ex eo*, ejuſque adventu in terram ſuam, *offenſus erat Rex Joſias, uti dicitur:* II. Chronicor. 35. 21. *Et miſit* Pharao Necho *ad eum*, Joſiam, *Legatos, qui dicerent: Quid mihi tecum? &c.* Maimonides etiam utriuſque generis exercitus notari exiſtimat. Hilc. Taan. c. 2. §. 3. & 4.

ו מעשה שירדו זקנים מירושלים לעריהם וגזרו תענית על שנראה כמלא פי תנור שדפון באשקלון ועוד גזרו תענית על שאכלו זאבים שני תינוקות בעבר הירדן רבי יוסי אומר לא על שאכלו אלא על שנראו׃

6. Factum eſt, cum ſeniores ex Hieroſolymis in urbes ſuas deſcenderent, ut viderent in Aſchalon, *in terra, puta, Philiſtæorum, tantum ſegetis in uno loco conſumtum* uredine, *quantum ad farinam redactum aquaque ſubactum ſufficeret ad pinſendum panem* pro unius fornacis coctione, unde *hujus cauſſa mali* jejunium indixerunt. Rurſus & aliud conſtituerunt jejunium, eo quod trans Jordanem geminos infantes devorarant lupi. R. Joſe dicit, non eapropter *conſtitutum fuiſſe jejunium*, quod *lupi infantes* devorarant, verum quod viſi fuerant, *urbem intraturi*.

R. OB. DE BARTENORA.

כמלא פי תנור *Inſtar quantitatis oris fornacis*, ſenſus eſt, quod per uredinem tanta proventus quantitas corrupta erat, ut de illa confici poſſet panis ad implendum os fornacis. לעריהם *in urbes ſuas*, in terra Iſraëlis. *Askelon* eſt in terra Philiſtæorum. על שאכלו זאבים *quia lupi devorarant*, hæc eſt, plaga quæ late admodum ſe diffundit. על שנראו *quia viſi erant*, & civitatem intraverant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כמלא פי תנור *Inſtar quantitatis oris fornacis*, id eſt, locus in terra cujus menſura erat inſtar oris fornacis; & hoc ſenſu dixerunt כמלא תנור *ut plenitudo fornacis*. Cæterum jam dictum eſt Miſchna antecedenti, quod clangunt propter feras immanes, cujuſmodi degunt in deſertis locis.

LUNDIUS. *Unius fornacis*]. Variæ proſtant Rabbinorum opiniones circa expoſitionem vocum כמלא פי תנור hoc eſt, ad verbum ſi vertam: *quaſi implens os fornacis*. Quas cum viderem, ego quidem communiſſimam interpretandi rationem, nimirum, Gloſſatoris Bartenorienſis, ſequi tutiſſimum judicavi, ſic tamen ut illa opinionum diverſitas, quæ in Gemarico comprehenditur textu, mihi intacta non relinqueretur; unde textum fol. 22. 2. exſtantem adduxiſſe & explicuiſſe ſuffecerit: איבעיא להו כמלא תנור תבואה או דילמא כמלא תנור פת תא שמע כמלא פי תנור ועדיין תיבעי להו בכיסוירת דתנורא או דילמא כי דרא דריפתא דהדר ליה לפומא דתנורא תיקו׃ *Quærebatur inter eos*, Magiſtros, *acciperetur ne impletio fornacis illa de frumento, an de pane? Accipe reſponſionem* ex verbis Miſchnicis: *velut implens os fornacis*, intelligi nimirum panem ad os furni implendum ſufficientem; cum frumentum non poſſit ita locari in ore furni, ut id exacte impleat. *Ulterius quærebatur inter eos*: ſiquidem de pane capienda ſint verba, quomodo ponendus eſſet? *an ſecundum opertionem furni*, ut totum furnum tegeret; *an vero dicendum, quod ſecundum lineas ſuas poneretur ut os furni impleret?* Ad hoc ſapientes *ſiluerunt*, hoc eſt, non deciderunt quæſtionem: panisne ſupra panem, an juxta ſe poneretur, ita ut os furni repleret?

ז על אלו מתריעין בשבת על עיר שהקיפוה נכרים או נהר ועל הספינה המטרפת בים רבי יוסי אומר לעזרה ולא לצעקה שמעון התימני אומר אף על הדבר ולא הודו לו חכמים׃

7. Buccinis clangunt in Sabbato horum *malorum* cauſſa: Si urbem *Iſraëliticam* obſidione cinxerint gentiles, ſi fluvius *ultra alveum conſuetum progreſſus, terram inundarit*, ſique navis in mari ad ſcopulos adliſa fuerit. R. Joſe ait, *ſi hæc contigerint mala*, potius præſenti auxilio, quam clamore *ad Deum directo* ſubveniendum eſſe. Simeon Timnita cenſet, etiam peſtis cauſſa *in Sabbato buccinis clangendum eſſe*, verum Magiſtri ei non adſtipulantur.

R. OB. DE BARTENORA.

המטרפת Notat id quod percutiendum & frangendum eſt, ut ovum quod frangitur in olla. *In auxilium*, ad populum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe dicit, quod in Sabbato non clangunt buccina, niſi populus congregari debeat ad ſervandam civitatem; ſed non ad

pulum convocandum, ut auxilio veniant; deciſio eſt, quod non clangunt buccina neque cornu in Sabbato; niſi requiratur buccinarum clangor ad congregandum populum; ſed jejunare, & ad Deum exclamare licet die Sabbati. Simeon vocabatur *Temanites* eo quod erat è Timna. אף על הדבר *etiam pro peſte*, clangunt in Sabbato buccinis. ולא הודו לו חכמים *at non adſtipulati ſunt ei Sapientes*, nimirum, quod buccinis clangi poterat die Sabbati pro peſte; ſed diebus profeſtis poterant clangere.

LUNDIUS. מתריעין *Buccinis clangunt*] Quemadmodum ad Miſchnam quintam capitis hujus monitum eſt, ſub indicto buccinarum clangore comprehendi omnino jejunium, ita heic rurſum eadem prorſus ſeparanda eſſe, inde patet, cum Sabbatum, de quo heic ſermo eſt, jejunium non admittat, prout ex R. Niſſim hanc ſententiam Jom Tobh in additionibus ſuis adfert. Quod autem Comm. Bartenorienſis Maimonidem ſecutus, hæc ipſa conjunctim licita ſtatuerit, id eſt, quod reliqui admirantur Commentatores Talmudici, ſicuti & Commentarius in Maim. Maggid Miſchne ſententiam Maimonidæ heic loci ſibi miram videri adſerit ad Taan. cap. 1. §. 6. Alter vero Commentarius in

ח על כל צרה שלא תבא על הצבור מתריעין עליהן חוץ מרוב גשמים מעשה שאמרו לו לחוני המעגל התפלל שירדו גשמים אמר להם צאו והכניסו תנורי פסחים בשביל שלא ימוקו התפלל ולא ירדו גשמים מה עשה עג עוגה ועמד בתוכה ואמר לפניו רבונו של עולם בניך שמו פניהם עלי שאני כבן בית לפניך נשבע אני בשמך הגדול על בניך התחילו גשמים מנטפין אמר לא כך שאלתי אלא גשמי בורות שיחין ומערות התחילו לירד בזעף אמר לא כך שאלתי אלא גשמי רצון ברכה ונדבה ירדו כתיקנן עד שיצאו ישראל מירושלים להר הבית מפני הגשמים באו ואמרו לו כשם שהתפללת עליהם שירדו כך התפלל שילכו להן אמר להם צאו וראו אם נמחית אבן הטועים שלח לו שמעון בן שטח אלמלא חוני אתה גוזרני עליך נידוי אבל מה אעשה לך שאתה מתחטא לפני המקום ועושה לך רצונך כבן שהוא מתחטא על אביו ועושה לו רצונו ועליך הכתוב אומר ישמח אביך ואמך ותגל יולדתך:

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ מרוב הגשמים *Excepta nimia pluviarum copia*, hoc non ita intelligendum eſt quaſi tanta pluviarum copia deſcendiſſet quæ proventum corrupiſſent, ſed quod jam tanta copia deſcendiſſet, ut non plus pluviarum requireretur, quia hominibus nocent ac moleſtiam creant. תנורי פסחים *fornaces Paſchatum*, teſtaceæ erant, atque ex uno loco movebantur in alium. שלא ימוקו *ne liqueſcant*, ſcil. pluviâ. עג עוגה *fecit*

ad invocandum Dominum, neque ad jejunandum; deciſio non eſt juxta R. Joſen, quod invocatio & ad Dominum exclamatio eos in Sabbato impedit; ſed quod ad Deum exclamare & jejunare licet pro illis in Sabbato ſine buccinarum clangore. Neque juxta R. Simeonem Temanitem deciſio eſt, qui dicit, quod pro peſte buccina clangunt. Sed deciſio eſt, quod non clangunt omnino pro peſte, ſed quod tantum jejunant pro ea; verum pro illa civitate, in quam peſtis cecidit, tantum jejunant & clangunt, quemadmodum ſuperius dictum eſt.

Maim. Cheſeph Miſchne dictus, adſtruit, autorem τῶν Turim, repetentem verba hæc Maimonidæ, vocabulum מתענין prorſus omittere, confirmans inſuper probam eſſe vocis iſtius omiſſionem; quandoquidem ipſemet Maimon. in de Sabbato cap. 2. §. 23. dum hæc mala enarrat, dicat: *clamant, preces fundunt, & buccinas inflant ob hæc mala in Sabbato.* Ubi altum de jejunio ſilentium. Sic etiam cap. 30. §. 12. ejuſd. tract. ubi de iis malis, quorum cauſſâ in Sabbato recte preces fundantur & tubis clangatur, agit, hæc tantum adfert, quæ cum Miſchna hac conveniunt, jejunii autem nullam plane mentionem facit.

8. Ob quamcunque plagam *preces funduntur*, ne cœtum univerſum adfligat, buccinis clangitur, exceptâ nimiâ pluviarum copiâ. Accidit, cum quidam à Choni Maaglenſi efflagitarent, precaretur Deum pro pluviarum impetratione, reſponderetque: Egredimini & colligite fornaces, *quibus aſſantur* Sacrificia Paſchalia, ne *præ humore* liqueſcant, ut oraret, nec tamen plueret. Tum v. quid fecit? Circulum duxit, conſtititque in eo, dicens confidenter: Rex mundi, filii tui oculos in me converterunt, quod ego quaſi domeſticus tuus ſim; Ego ſancte juro in nomine tuo magno, me hinc prius non diſceſſurum, quàm miſericordiam filiis tuis præſtiteris. Et tum pluviæ deſtillare incipiebant. *Hinc rurſum Choni* ait: Non ejuſcemodi pluviam flagitavi, ſed pro replendis puteis, ciſternis & ſpeluncis. Tum imber vehemens terram obruebat. Unde inſtitit *Choni*: Atqui ego non niſi pluviam placidam cum benedictione & beneplacito conjunctam à te, *Domine*, precatus ſum, tum commode & abundanter pluebat, adeo ut populus ex Hieroſolymis ad montem templi præ pluvia confugeret. *Dehinc ad Choni* pergunt, dicentes: Quemadmodum precatus es, ut deciderent *pluviæ*, ita jam rurſus ora, ut ceſſent. Quibus *Choni ſtatim* reſpondit: Exite & videte, ſi lapis errantium *totus aquis* tectus ſit. Hinc Simeon filius Schatach miſit ad eum, *qui hæc dicerent*: Niſi tu Choni eſſes, excommunicandum te decernerem. Verum quid tibi faciam, qui oblectamentis te recreas ante faciem Dei, qui facit quod tibi placet, inſtar filii tu es, qui deliciis fruitur coram patre ſuo, facitque ipſi voluntatis ſuæ deſideria. Inque te, quod ſcriptum eſt, *Prov.* XXIII. 25. quadrat: Lætabitur pater tuus & mater tua, exultabitque genitrix tua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אבן הטועים *Lapis Toym*, erat magnus lapis Jeruſolymis, quicunque autem aliquid invenerat, is in eum aſcendebat & proclamabat, ut hoc reſciſceret rei amiſſæ poſſeſſor, & huc ſe conferret res ſuas repetitum; idcircò vocabatur אבן הטועים *lapis errantium*. נמחית ſenſus eſt, quod lapis errantium totus contectus erat aquis; cæterum ſumma hiſtoriæ eſt, quod orationem habebat & peccata ſua confitebatur,

fecit circulum, ſolo impreſſit ſignum rotundum, inſtar circuli. גשמי בורות *pluviæ puteorum*, pluviæ abundantes, ita ut putei illis impleantur. אם נמחה *ſi tectus fuerit*, ſi lapis totus contectus fuerit aquis. אבן הטועים *lapis errantium*, Jeruſolymis erat lapis cui imponebatur id quod quis invenerat, & proclamabat hoc ſenſu inventor מציאה מצאתי *inventum aliquod inveni*, deinde veniebat poſſeſſor & rei ſuæ perditæ ſignum dabat, eamque recuperabat; & hic lapis vocabatur אבן הטועים. Ego vero inveni ſcriptum quod admodum altus erat, ut vix pluvia contegi poſſet, niſi diluvium aliquod introduceretur in mundum. גוזרני עליך נדוי *te excommunicandum decernerem*, quia propter honorem magiſtri ſolent excommunicare. מתחטא idem eſt quod מתענג *oblectamentis recreari*.

tur, quo facto pluvia ceſſabat. Erat autem hæc res difficilis Simeoni filio Satæh, ut videbis, & hic eſt ſenſus demonſtrationis illius quam attulit in hac hiſtoria.

LUNDIUS. חוץ מרוב גשמים *excepta nimiâ pluviarum copiâ*] Exceptionis hujus ratio in Gemara talis adducitur fol. 22. 2. מ"ט אמר ר' יוחנן לפי שאין מתפללין על רוב הטובה ואמר רבי יוחנן מנין שאין מתפללין על רוב הטובה שנאמר הביאו את כל המעשר אל בית האוצר וגו' מאי עד בלי די אמר רמי בר רב יוד עד שיבלו שפתותיכם מלומר די *Quæ eſt ratio* verborum in Miſchna comparentium? *Reſpondit R. Jochanan: Quoniam nunquam oratur de nimio bonorum adfluxu* avertendo. *Pergitque R. Jochanan dicere: Unde, quæſo, conſtat, quod non oretur de nimia bonorum copia? Quoniam dictum eſt* Mal. 3. 10. *Inferte omnes decimas in domum Theſauri &c. Quiſnam porro eſt ſenſus* verborum paulo infra in textu citato occurrentium: *uſque ad non ſatis? Reſpondit Rame filius Rabh Jod: uſque quo confundantur labia veſtra à dicendo* vocem *ſatis*. Maimonides ex conditione terræ Iſraëliticæ petitam dictæ exceptionis rationem talem adfert, Hilc. Taan. cap. 11. §. 15. ובארץ ישראל אין מתפללין על רוב הגשמים מפני שהיא ארץ הרים ובתיהם בנויים באבנים ורוב הגשמים טובה להן ואין מתענין להעביר הטובה : *In terra Iſraëlitica nunquam deprecantur nimiam pluviam, quia illa terra eſt montoſa, ædeſque incolarum ſaxis exſtructæ, unde abundantia pluviarum ipſis commoda, neque jejunant unquam avertendi boni gratiâ.*

מעשה *Accidit*] Etſi narratio hæc pluribus circumſtantiis veſtita in Gemara, adeoque prolixius, referatur, quam ut brevibus meis notis interſeri deberet, interim tamen ut modum, quo narratiunculæ in Miſchna breviter recenſitæ, in Gemara amplificentur, oſtendam, hanc velut exempli loco adducere placet. habetur autem fol. 23. fac. 1. תנו רבנן פעם אחת יצא רוב אדר ולא ירדו גשמים שלחו לחוני המעגל התפלל וירדו גשמים התפלל ולא ירדו גשמים עג עוגה ועמד בתוכה כדרך שעשה חבקוק הנביא שנאמר על משמרתי אעמדה ואתיצבה על מצור וגומר אמר לפניו רבונו של עולם בניך שמו פניהם עלי שאני כבן בית לפניך נשבע אני בשמך הגדול שאיני זז מכאן עד שתרחם על בניך התחילו גשמים מנטפין אמרו לו תלמידיו רבי ראינוך ולא נמות כמדומין אנו שאין גשמים יורדין אלא להתיר שבועתך אמר לא כך שאלתי אלא גשמי בורות שיחין ומערות ירדו בזעף עד שכל טיפה וטיפה כמלא פי חבית ושיערו חכמים שאין טיפה פחותה מלוג אמרו לו תלמידיו רבי ראינוך ולא נמות כמדומין אנו שאין גשמים יורדין אלא לאבד העולם אמר לפניו לא כך שאלתי אלא גשמי רצון ברכה ונדבה ירדו כתיקנן עד שעלו כל העם להר הבית מפני הגשמים אמר לו רבי כשם שהתפללת שירדו כך התפלל וילכו להם אמר להם כך מקובלני שאין מתפללין על רוב הטובה אף על פי כן הביאו לי פר הודאה הביאו לו פר הודאה סמך שתי ידיו עליו ואמר לפניו דבונו של עולם עמך ישראל שהוצאת ממצרים אינן יכולין לא ברוב טובה ולא ברוב פורענות כעסת עליהם אינן יכולין לעמוד השפעת עליהם טובה אינן יכולין לעמוד יהי רצון מלפניך שיפסקו הגשמים ויהא ריוח בעולם מיד נשבה הרוח ונתפזרו העבים וזרחה החמה ויצאו העם לשדה והביאו להם כמהין ופטריות שלח לו שמעון בן שטח אלמלא חוני אתה גוזרני עליך נידוי שאילו שנים כשני אליהו שמפתחות גשמים בידו של אליהו לא נמצא שם שמים מתחלל על ידך אבל מה אעשה שאתה מתחטא לפני המקום ועושה לך רצונך כבן שמתחטא על אביו ועושה לו רצונו ואמר לו אבא הוליכני לרחצני בחמין שטפני בצונן תן לי אגוזים שקדים אפרסקים ורמונים ונותן לו ועליך הכתוב אומר ישמח אביך ואמך ותגל יולדתך *Tradiderunt Magiſtri, accidiſſe aliquando, ut maximam ſui partem menſis Adar*, ſive Februarius, *præterfluxerit, nec tamen pluvia deſcenderit, unde ad Choni Maaglenſem miſerunt*, qui dicerent: *Ora ut decidat nobis pluvia. Tum ille quidem oravit, ſed nullæ cecidere pluviæ: Hinc circulum duxit, in cujus medio conſiſtens, (quemadmodum Propheta Chabakkuk fecit, ſicut dicitur* Chab. 2. 1. *Super cuſtodia mea ſtabo, & conſiſtam in loco munito, &c.) dixit* Choni: *Rex Mundi, Filii tui vultus in me converterunt, quod ego quaſi familiaris tuus ſim; ſancte adſeveravi in nomine tuo magno, me hinc non abiturum, priuſquam miſericordia adficiaris filiorum tuorum, tum vero pluviæ ſenſim cadere cœpere. Hinc Diſcipuli ejus ipſum hoc modo adfati ſunt: Magiſter ſummo ſtudio intende orationem*, quo pluviam impetremus, *ne præ* ſiti *moriamur; ſiquidem nobis videtur, quod non pluat, niſi ad complendum jusjurandum tuum.* Unde ſic *Choni: Non talem petit pluviam, verum pro replendis puteis, ciſternis & cavernis. Tum vero cum impetu pluebat, ut quævis guttâ impleret foramen dolii, & ex æſtimatione Magiſtrorum non eſſet minor menſurâ Logi. Rurſum* ad Choni *dixerunt diſcipuli ſui: Magiſter ne ceſſes orare, jam jam morituri alioquin ſumus* præ nimiâ aquarum copiâ; *nobis enim videtur, has pluvias non cadere niſi ad deſtruendum mundum. Unde Choni ita dixit: Non ejuſmodi pluviam petii, ſed quæ cum beneplacito, benedictione & bonâ voluntate conjuncta eſſet, & tum commoda dabatur pluvia*, etſi in copia tanta, *ut omnes ejus cauſsâ in montem templi adſcenderent. Poſthæc ad Choni populus hæc dixit: Magiſter ſicuti rogaſti ut caderent pluviæ, ita jam rurſus ora ut recedant. Quibus Choni ita reſpondit: Hac ego traditionis doctrina imbutus ſum, non fas eſſe precari de nimio bono avertendo; nihilominus tamen, adducite mihi juvencum in laudem ac gratiarum actionem offerendum. Et adduxerunt ipſi talem; cui manus imponebat Choni, dicens. Rex Mundi, Nos, populus tuus Iſraël, quem ex Ægypto eduxiſti, non poſſumus ſubſiſtere, neque præ ubertate bonitatis tuæ, neque præ nimia vindicta tuâ; ſi iratus populo tuo es, non poteſt ſubſiſtere; ſi nimiam bonorum abundantiam illi largiaris, nec tum ſubſiſtere poterit. Sit voluntas tua, quæſo, ut ceſſent pluviæ. Et facta eſt ſerenitas ſubita in orbe, orta procella, diſperſæ nubes, ſol eluxit, & egreſſi ſunt homines in agros, ipſiſque fungi boletique adlati ſunt. Porro Simeon filius Schatach miſit ad Choni*, qui hæc ipſi dicerent: *Niſi tu Choni eſſes, excommunicationis fulmine te percutiendum decernerem, quia ſi hi anni eſſent inſtar annorum Eliæ Prophetæ, in cujus poteſtate erant claves pluviarum, nonne jam nomen Dei*, ſiquidem contrarium Eliæ juraſti, *per te profanatum eſſet? Sed quid tibi faciam, qui ludis quaſi ante faciem Dei, concedentis tibi omnia ad beneplacitum tuum, inſtar filii tu es, qui delectatur ludis coram patre ſuo, qui ei, quæ placent, cuncta largitur. Denique Abba ad Choni ita:* Tu ſimilis filio iſti es, qui dixit patri ſuo: *Duc me in lavacrum aquis calidis paratum, & munda me frigida. Da mihi nuces, amygdalas, perſica & mala punica; quæ omnia etiam dedit ei pater ſuus. De te ſcriptura ait, dum dicit:* Prov. 23. 25. *Gaudebit pater tuus & mater tua, & exultabit genitrix tua.* Hactenus Gemara; in qua de hoc Choni plurima paſſim narrantur lepida ac ridicula. Cognomen, quod ipſi eſt המעגל, ſine dubio exinde habet, quod in circulo, ut in præcedentibus dictum, circumcirca ſe ducto, oraturus ut plurimum conſtiterit.

שלא ימוקו *ne liqueſcant*] Erant namque hi fornaces, teſtacei, qui nimio humore facile corrumpi deſtruique poterant, & tales, qui de loco in locum levi negotio transferebantur, unde ex atriis, ubi locati erant, intra domos recipiendos monuit Choni, ſatis arroganti nixus fiducia, vim & efficaciam precibus ſuis non defuturam.

להר הבית *ad montem templi*] Forte non omnibus ſatis obvia eſt ratio, cur præcipue ad montem templi greſſus tulerint homines, licet etiam in Miſchna indicetur id ob pluvias accidiſſe; unde notandum eſt, montem hunc templi ſuos habuiſſe porticus, tecto ſcamniſque adornatos, ſed quibus homines à pluvia immunes commorari poterant, quod conſtat ex Codice סוכה cap. IV. Miſchna. 4.

אבן

אבן הטועים *lapis errantium*] De hoc in Lexico Aruch ita traditur : אבן הטוען היתה בירושלם כל מי שאבדה לו אבידה נפנה לשם וכל מי שמוצא אבידה נפנה לשם זה עומד ומכריז וזה נותן סימניה ונוטלה : *Lapis errantium erat Hieroſolymis ; qui aliquid admiſerat, ad eum properavit, & qui amiſſam rem invenerat, eodem convenit : hic quidem* ſuper lapidem *conſiſtens*, proclamavit, ſe rem quandam reperiſſe ; *ille vero rei ſuæ amiſſæ ſigna ac indicia expreſſit, eandemque ſic recepit.* De magnitudine hujus lapidis talia adfert Bartenorienſis : ומצאתי כתוב שהיתה גבוה מאוד ולא היה אפשר שתתכסה בגשמים אלה אם כן בא מבול לעולם : *Inveni ſcriptum, quod ingenti altitudine fuerit hic lapis, ut aquis tegi non poſſet, niſi diluvio quodam mundum inundante.*

גוזרני עליך נידוי *excommunicandum te decernerem*] Tres omnino excommunicationis gradus apud Judæos in uſu fuiſſe vulgo dicitur, quorum *primus* & leviſſimus erat נידוי *ſeparatio* dictus, quod per eum homini devoto interdiceretur converſatio hominum ad certum tempus. *Secundus*, dicebatur חרם diſtinctus à primo gravitate ſuâ, quod & hic maledictionibus diriſque imprecationibus additis fieret, adeo ut dicerent de Excommunicato hujus gradus : *N. N. Devotus ac maledictus habeatur, in eo ſit execratio, in eo ſit anathema.* Tertius dictus שמתא, graviſſima erat pœna, qua homo, tentatis cum eo fruſtra omnibus convertendi modis, Divino judicio quaſi perditus relinquebatur. de quibus excommunicandi modis, eorumque cauſſis ac rationibus fuſe ſatis Maim. egit in de Doctrina Legis cap. 6. & 7.

Oblectamentis te recreas] In textu eſt : מתחטא Baal Aruch ejus æquipollens ponit מתענג *deliciis fruens*, cum Chaldaicum ſit prius illud. nam ubi Deut. XXVIII. 53. in Hebræo legitur האיש רך *vir delicatus*, Chaldæus interpres reddit גברא דמחטא

ט היו מתענין וירדו להם גשמים קודם הנץ החמה לא ישלימו לאחר הנץ החמה ישלימו רבי אליעזר אומר קודם חצות לא ישלימו לאחר חצות ישלימו מעשה שגזרו תענית בלוד וירדו להם גשמים קודם חצות אמר להם רבי טרפון צאו ואכלו ושתו ועשו יום טוב ויצאו ואכלו ושתו ועשו יום טוב ובאו בין הערבים וקראו הלל הגדול :

9. Si jejunârint, pluviaſque ante ſolis ortum impetrarint, *jejunium* non abſolvunt. Sed ſi poſt ortum ſolis pluviæ ceciderint, *jejunium* abſolvunt. R. Elieſer ita infit : Si ante meridiem *pluviæ cadant*, *jejunium* non abſolvunt, ſin vero poſt meridiem, tum abſolvunt. Factum eſt aliquando, ut, cum jejunium in Lydda indiceretur, pluvia decideret ante meridiem. Unde R. Tarpon ipſos ita adlocutus eſt *incolas* : Exite, edite, bibite, feſtivumque diem agite ; Et egreſſi ſunt, ederunt, biberunt, feſtivumque diem celebrarunt, reverſi autem inter duas veſperas, hymnum magnum dixerunt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר קודם חצות לא ישלימו *R. Elieſer dicit, ante meridiem non abſolvunt*, deciſio eſt juxta R. Elieſer. צאו ואכלו ושתו *exite, edite, bibite*, nam non dixerat illis, legite hymnum magnum prius, quia hymnum magnum non legebant niſi cum pleno ventre & anima ſatiata.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הלל הגדול *Hymnus magnus*, eſt Pſalmus centeſimus trigeſimus tertius. Ratio autem quare non legerunt hymnum magnum, niſi donec comediſſent & bibiſſent, eſt, quia nobis fundamentum eſt, quod non dicebant magnum hymnum niſi cum anima ſatiata & ventre pleno ; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

LUNDIUS. קודם הנץ החמה *ante ſolis ortum*] Hanc Phraſin, in Talmude ſatis frequentem, R. Sal. Jarchius ad Cod. Berach. c. I. m. II. ita interpretatur. הוא מלשון הנצו הרמונים כלומר עד שעה החמה מתחלת לזרוח בראשי ההרים : Vocabulum הנץ *eſt ſignificationis ejuſdem, quâ habetur* Cant. 6. 10. *An germinarent malogranati. q. d. Uſque ad horam, quâ ſol ſupra montium vertices ſe tollere incipit.*

לא ישלימו *non abſolvunt*] Recenſetur in hac Miſchna, à quo tempore ceſſarint à jejunio, ſi pluvia eo ipſo die ceciderit, quod ejus cauſſa jejunium inſtitutum. Et ſicut adcurate magis ; quantum ad tempus ipſum definiendum attinet, in Gemara hoc perſcribitur, ita verba ipſa adducere non pigebit. fol. 25. fac. 2. תנו רבנן היו מתענין וירדו להם גשמים קודם הנץ החמה לא ישלימו לאחר הנץ החמה ישלימו דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר קודם חצות לא ישלימו לאחר חצות ישלימו רבי יוסי אומר קודם תשע שעות לא ישלימו לאחר תשע שעות ישלימו שכן מצינו באחאב מלך ישראל שהתענה מתשע שעות ולמעלה שנאמר הראית כי נכנע אחאב וגומר רבי יהודה נשיאה גזר תעניתא וירדו להם גשמים לאחר הנץ החמה סבר לאשלומינהו אמר ליה רבי אמי קודם חצות ואחר חצות שנינו שמואל הקטן גזר תעניתא וירדו להם גשמים קודם הנץ החמה כסבורין העם לומר שבח של צבור הוא אמר להם אמשול לכם למה הדבר דומה לעבד שמבקש פרס מרבו אמר להם תנו לו ואל אשמע קולו שוב שמואל הקטן גזר תעניתא וירדו להם גשמים לאחר שקיעת החמה כסבורים העם לומר שבחו של צבור הוא אמר להם שמואל לא שבח של צבור הוא אלא אמשול לכם משל למה הדבר דומה לעבד שבקש פרס מרבו ואמר להם המתינו לו עד שיתמקמק ויצטער ואחר כך תנו לו ושמואל הקטן שבחו של צבור היכי דמי אמר משיב הרוח ונשב. זיקא אמר מוריד הגשם ואתא מטרא : *Docuerunt Rabbini : Si jejunabant pluviaſque ante ipſum ſolis ortum impetrabant, tum jejunium non abſolvebant, ſed ſi poſt ſolis ortum pluviæ decidebant, tum abſolvebant, quæ quidem ſunt verba R. Meir. R. Jehuda vero dicit : Si ante meridiem pluebat, non abſolvebant, ſin poſt meridiem abſolvebant. R. Joſe dicit : Si ante novem horas* diei finitas pluit, jejunium uſque ad veſperam *non continuatur. Sin vero poſt novem horas* diei exactas pluviam impetrarint, in jejunio *totus peragitur dies. Sic namque de Achabo, Iſraëlitarum Rege, invenimus traditum, quod jejunarit ultra novem horas, ubi de eo dicitur :* 1 Reg. XXI. 29. *Videſne quomodo Achab ſe incurvet? &c. R. Jehuda Neſchia jejunium indixit, cumque,* ipſo jejunii die, *poſt ortum ſolis plueret, exiſtimavit jejunium continuandum eſſe ; Unde ei verba Miſchnica in mentem revocavit R. Ame*, quibus adſeritur, *ante meridiem* ſi pluerit, non continuandum eſſe jejunium, *ſin vero poſt meridiem*, continuandum. *Jejunium itidem decrevit Samuel* quidam cognomento *parvus, cumque pluviæ caderent ante ſolis ortum, ac dicere ſuſtinerent homines, id in honorem eccleſiæ factum fuiſſe, ipſe quidem eis ita reſpondit : Dicam vobis, cuinam rei hoc ſimile ſit ; nimirum ſervo, qui præmium pro labore à Domino ſuo flagitavit, Dominus autem eis,* adſtantibus, *dixit : Date ipſi quod petit, ne vocem ejus amplius audiam. Rurſum Samuel hic parvus aliud decrevit jejunium, decideruntque pluviæ poſt ſolis occaſum. Hinc cum populus viciſſim diceret, idipſum pariter in honorem eccleſiæ accidiſſe, Samuel quidem confeſtim dixit : non hoc in gratiam eccleſiæ factum, ſed ſimilitudinem rurſum dicam, cui hæc res comparari poſſit ; nimirum famulo, qui rogavit Dominum ſuum, mercedem laboris exantlati perſolveret ; Dominus vero dixit : Detinete eum uſque quo inſigniter infirmetur ac adfligatur, ac poſtmodum ei date,* quod ſuum eſt. *Continuavitque ſermonem Samuel hic parvus, dicens : Quomodo res comparata erit, ſi in honorem eccleſiæ decidet pluvia?* Reſp. Si nimirum ſimul ac *recitantur verba : inducens ventum, tempeſtas oriatur*, & ſimul ac

dicun-

dicuntur verba: demittens pluviam, ſtatim pluat. Hactenus Gemara, unde non minus, quam ex facto mandatoque Tarponis in Miſchna adlato, quod heic concluſionis vicem obit, clarum eſt, ſententiam deciſivam à R. Elieſere dictam eſſe, quam videas in Miſchnâ hâc expreſſam.

הלל הגדול *hymnum magnum*] Generaliter ſic vocatur hymnus Judæis recitatu per quam familiaris, quique varios comprehendit Pſalmos Davidicos, puta, 113. 114. 115. 116. 117. & 118. Recitatur autem in principio Menſis, Feſto Dedicationis, & tribus majoribus Feſtis, Paſchatis nimirum, Hebdomadum & Tabernaculorum. Variat vero hymnus iſte quà initia & fines ſuos; pro varietate Feſtorum, ac beneficiorum Dei decantandorum, prout adcurate oſtendit Cl. Buxtorfius in Lex. Talmud. ad vocem הלל. Verum, quod ad Hymnum in Miſchnâ hâc memoratum ſpectat, dicitur is quidem ſpecialiter hymnus magnus, nec continetur Pſalmis modo citatis, ſed Pſalmo 136. integro, quod, præter commentatores in hunc locum, aperte indicat Talmud Hieroſolymitanum, dum ad finem hujus capitis Miſchnæque talia addit: איזהו הלל הגדול הודו לאלהי האלהים כי לעולם חסדו הודו לאדוני האדונים וגומר: *Quiſnam eſt hic hymnus magnus?* Reſp. Eſt Pſalmus CXXXVI. *Celebrate Deum Deorum, quia in ſeculum eſt benignitas ejus. Celebrate Dominum Dominorum, &c.* Quare vero hunc hymnum nonniſi poſt factam cibo potuque ſaturitatem dicere conveniat, hanc adfert rationem R. Sal. Jarchius; quod in citato hymno, verſuque ejus penultimo, hæc contineantur verba: *Dans panem omni carni.* De tempore hunc hymnum canendi etiam in Gemara hoc modo diſquiritur fol. 25. fac. 2. ונימא הלל מעיקרא אביי ורבא דאמרו תרוייהו לפי שאין אומרים הלל אלא על נפש שבעה וכרס מלאה איני והא רב פפא איקלע לבית כנישתא דאבי גובר וגזר תענית וירדו להם גשמים עד חצות ואמר הלל ואחר כן אכלו ושתו שאני בני מחוזא דשכיחה בהו שכרות: *Dicendum Hallel ab initio*, h. e. ante cibum ſumtum, putarem. *Abaje & Rabba ſunt, qui ambo ſtatuunt, non conſuetum eſſe Hallel dicere, niſi animâ ſaturâ & ventre pleno. Ain tu? Atqui Rabb Papa recepit ſe ad domum conventus Abæi in Gober, indixitque jejunium; hinc ubi pluviæ ipſis ad meridiem datæ fuerant, Hallel dixit, & ſic demum ederunt, biberuntque. Diverſa hæc ſunt, quod ad incolas pagi, Mechuſa dicti, attinet, cum apud illos ebrietas vigeat.* q. d. Quandoquidem ebrietatis vitio laborabant iſti Mechuſitæ, ſi prius ediſſent & bibiſſent, non potuiſſent Hallel dicere; manet itaque ſecundum Miſchnam firma concluſio, prius genium curandum, deinde Hallel canendum eſſe; fruſtra enim ex vitioſis hominibus argumentum petitur.

פרק ד בשלשה פרקים בשנה כהנים נושאין את כפיהן ארבע פעמים ביום בשחרית במוסף במנחה ובנעילת שערים בתעניות ובמעמדות וביום הכפורים:

Caput 4. Tribus diſtinctis anni temporibus, *puta*, in jejuniis, ſtationibus, & in die Expiationum, quater in die manus tollunt ſacerdotes, nempe in precatione matutinâ, ſuperadditâ, pomeridianâ, & *ea, quæ fit tempore* obſerationis portarum.

R. OB. DE BARTENORA.

בשלשה פרקים בשנה וכו׳ *Tribus anni temporibus &c.* hoc ſenſu dicere vult auctor, tribus temporibus, quæ ſunt jejunia, & ſtationes, & dies Expiationis, uti in fine dicitur, elevabant ſacerdotes manus ſuas in omnibus orationibus, quæ ſunt, oratio matutina, pomeridiana, & tempore obſerationis portarum. Præterea unus ex illis erat diebus quo quater manus elevabant; eſt autem dies Expiationis qui oratione gaudet addititia. Miſna vero hæc eſt juxta ſententiam R. Meyri, dicentis, quod circa orationem pomeridianam, in jejuniorum diebus, & in ſtationariis diebus obtinet elevatio manuum. Nam ratio, quare in omnibus diebus non obtinet elevatio manuum circa orationem pomeridianam, eſt, propter ebrioſitatem; at his temporibus nihil timendum erat de ebrioſitate ſacerdotum. Cæterum R. Joſe illi contrarius eſt, dicens, quod timendum ſit de oratione pomeridiana, propter orationem omnium dierum; deciſio eſt juxta R. Joſen, in eo quod in jejuniis, diebus ſtationariis, & die Expiationis, datur oratio נעילה *obſerationis portarum.* Sed in jejuniis quibus non eſt oratio נעילה, ſacerdotes elevant manus in oratione pomeridiana die jejunii; nam cum orationem pomeridianam habent circa ſolis occaſum, eſt inſtar orationis נעילה; at ſimilis oratio pomeridiana non habetur ſingulis diebus; idcirco non decreverunt quicquam de illa. בתעניות ובמעמדות *in jejuniis, & diebus ſtationum*, vult dicere, tribus temporibus, nempe, jejuniis, diebus ſtationariis, & die Expiationis; & diebus ſtationariis quoque jejunabant viri ſtationarii quatuor diebus in ſeptimana.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicatio hujus Miſnæ ſe habet hoc ſenſu, tribus anni temporibus ſacerdotes manus ſuas elevant in omnibus orationibus, & in aliquibus quater de die, nempe, die Expiationis, & nonnullis diebus ſtationis, ſicuti exponetur; quia in diebus jejunii non habet locum oratio addititia; ſed diebus ſtationariis faciebant orationem prolixam, & vocabatur מוסף *addititia.* Et hujus fundamenti ſemper recordandum eſt, atque totum hoc eſt juxta opinionem R. Meyri. Sed R. Joſe dicit, quod manus elevabant in oratione matutina, in oratione addititia, & in oratione נעילה, ſed quod in oratione pomeridiana non elevabant manus. Ratio autem controverſiæ hujus eſt, quod pro fundamento tenemus, quod ſacerdos ebrius non debet elevare manus, ad benedicendum populo, quemadmodum dicitur Deut. 10. 8. לעמוד לפני יהוה לשרתו ולברך בשמו Et quemadmodum prohibitum eſt ſacerdoti ebrio ſervire, ſic etiam ei prohibitum eſt benedicere ebrio. Cæterum omnes conveniunt quod omnibus diebus, hiſce tribus temporibus exceptis, non habet locum elevatio manuum in oratione pomeridiana, quia tempus eſt ordinarium quo jam bibiſſe homines cenſentur, ideo timendum eſt ne ebrius manus elevet. Exponetur quoque quod viris ſtationariis vetitum eſt die comedere per quatuor hebdomadis dies. R. Meyr dicit, quod tribus illis temporibus, de quibus ſuſpicio non eſt ſacerdotes bibiſſe, manus ſuas elevare poſſunt ſacerdotes in omnibus orationibus. R. Joſe dicit, quod de oratione pomeridiana, eo quod illa ſingulis diebus legitur, timendum ſit, ne cæteris diebus omnibus quoque elevent palmas quibus inebriari poſſunt, ſi illis tribus temporibus permiſſum ſit elevare manus. Sed in oratione נעילה, quæ die tantum peragitur, quo tempore bibere prohibitum eſt, manus elevare licet, & nihil mali timendum eſt inde; deciſio eſt juxta R. Joſen. Verum hodie permittimus ſacerdotibus manus ſuas elevare in oratione pomeridiana diei jejunii, eo quod oratio pomeridiana multo ſerius dicitur die jejunii, perinde ac ſi eſſet oratio נעילה quæ dicitur cum portæ urbis clauduntur.

LUNDIUS. נושאין את כפיהן *manus tollunt*] Fiebat hæc manuum elevatio in benedictione, quæ Num. VI. habetur, diciturque vulgo ברכת כהנים *benedictio ſacerdotalis.* Peragebatur autem cum hâc differentiâ, ita ut extra ſanctuarium & urbem tribus quaſi abſolveretur benedictionibus; nam ad ſingulos verſus populus *Amen* adclamabat, intra urbem vero & in ſanctuario unâ tantum. In ſanctuario nomen יהוה, ut ſcriptum extat, pronunciabatur, in urbibus vero Iſraëlitarum cognomina ejus, h. e. אדוני & אלהים, voce efferebantur. Extra urbem non tollebant ſacerdotes manus ſupra altitudinem humerorum, in urbe vero etiam ſupra capita, excepto ſacerdote ſummo, qui non ſupra frontale, vid. Codex Sota cap. VII. m. 6. Prolixius vero de his differentem videſis Maim. in Hilc. Tephillah c. XIV.

toto. ubi ex verbis פושטין אצבעותיהן *extendentes digitos ſuos*, nonnulli conjicere volunt, ſacerdotes obvertentes populo interiores manuum partes, ita digitos ab invicem divaricaſſe, ut nomen, יהוה, eo commode repræſentaretur.

ארבע פעמים *quater*] Certum eſt, ex dictis in Miſchnâ diebus unum fuiſſe, nimirum Diem Expiationum, quo quater cum elevatione manuum recitaretur benedictio ſacerdotalis; Quod vero ad jejuniorum & ſtationum dies attinet, diſtincte de his pronunciandum videtur; ſiquidem ſecundum Maimonidem Hilc. Tephillah c. XIV. §. 2. Dantur jejunia, in quibus eſt Neila, v. g. jejunium Diei Expiationum, & jejunium totius eccleſiæ: Dantur etiam, in quibus non eſt Neila, v. g. jejunium noni diei menſis Abh, & jejunium diei 17. Tammus. In quibus eſt Neila, in illa quidem fit hæc manuum elevatio, verum ſi Neila non ſit, ejus vicem ſupplebit facta in mincha elevatio; nam ſicuti hæc prope ad occaſum ſolis peragitur, ita erit inſtar elevationis in Neila alias fieri ſolitæ. Ratio autem cur in mincha præcipue, elevatio illa manuum, niſi in dictis diebus, non adhiberetur, talis à Maim. cit. cap. §. 1. adducitur: Quoniam eo tempore convivia ac compotationes inſtituebantur, metuſque erat, ne ſacerdos ebrius ad negotium hoc accederet, quod ſeveriſſimè interdictum erat.

במנחה *pomeridianâ*] Per vocabulum Minchæ, tempus ab hora 3. pomeridianâ incipiens, porroque ſe extendens notatur, quod ſacrificiis precibuſque faciendis dicatum erat.

נעילת שערים *obſerationis portarum*] Quæ portæ heic intelligantur, dubium eſt; Raſchius namque obſerationem hanc explicaturus, locum ex Talmude Hieroſolymitano Cod. Berach. adducit, ubi portæ hæc vel cœlorum cenſentur, vel portæ ſanctuarii. Hoc tamen manifeſtum certumque eſt, ſerum orandi tempus hâc notari phraſi, alioquin in Talmude perquam frequenti.

במעמדות *ſtationibus*] Intellige quatuor diſtinctos dies, quibus viri ſtationis hebdomadalis, ſingulis hebdomadibus jejunarunt, ut dicitur in m. 3. hujus capitis

ב אלו הן מעמדות לפי שנאמר צו את בני ישראל ואמרת אליהם את קרבני לחמי וכי היאך קרבנו של אדם קרב והוא אינו עומד על גביו התקינו נביאים הראשונים עשרים וארבע משמרות על כל משמר ומשמר היה מעמד בירושלים של כהנים של לוים ושל ישראלים הגיע זמן המשמר לעלות כהנים ולוים עולים לירושלים וישראל שבאותו משמר מתכנסין לעריהן וקוראין במעשה בראשית :

2. Atque hæ ſunt ſtationes; quippe cum dicatur *Num.* XXVII. 2. Præcipe filiis Iſraëlis dicens: Oblationem meam cibi mei *obſervabitis.* Jam vero quomodo fieri poterat oblatio cujuſdam viri, ipſo non præſente? Hâc de cauſſa conſtituerunt Prophetæ priores, *Samuel & David*, XXIV. cuſtodias. Unicuique autem cuſtodiæ adjuncta erat Hieroſolymis ſtatio, conſtans ex ſacerdotibus Levitis & Iſraëlitis. Cum tempus aderat, *cuilibet ſocietati deſtinatum* adſcendendi Hieroſolymas, illuc conceſſerunt Sacerdotes ac Levitæ. *Iſraëlitæ* vero, qui ejuſdem cuſtodiæ ſocii erant, in urbes ſuas conveniebant, recitabantque creationis hiſtoriam.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו הן מעמדות *Hæ ſunt ſtationes*, perinde ac ſi dixiſſet, quare inſtituerunt ſtationes? eo quod ſcriptum eſt Num. 28. 2. צו את בני ישראל וגו׳. Dicit porro Miſna על כל משמר ומשמר היה מעמד *cuilibet cuſtodiæ erat ſtatio*, tribus Iſraëlis diviſæ erant in viginti quatuor partes, quæ à toto Iſraële conſtitutæ erant ut una cum ſacerdotibus & Levitis adſiſterent ſacrificiis illius cuſtodiæ.

וישראל שבאותו משמר מתכנסים לעריהם *Et Iſraëlitæ illius cuſtodiæ congregabantur ad urbes ſuas*, ii qui procul diſſiti erant à Jeruſolyma, & in cuſtodia ſua non poterant adſiſtere ſacrificiis, congregabantur in Synagogis civitatum ſuarum, & jejunabant, orabant, & in Lege legebant quotidie de opere creationis, ad denotandum quod mundus ſubſiſtere non poterat ſine ſacrificiis in Templo offerendis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod vox מעמד comprehendit cuſtodiam ſacerdotum, Levitarum, & viros ſtationis iſtius; illi autem viri erant ſubſtituti pro toto Iſraële, eorumque officium & ſcopus tantum erat ut cultui divino & orationi operam darent, non autem in ſuis negotiis occuparentur; eorum quoque animus totus erat in ſacrificiis. Quando autem appropinquabat cuſtodiæ tempus, tum unuſquiſque illius cuſtodiæ, quæ circa Jeruſolymam erat, ſe ſiſtebat ſacrificiis in templo, una cum ſacerdotibus & Levitis iſtius cuſtodiæ. Qui vero diſſiti erant à Jeruſolyma, in Synagogis ſuis congregabantur, & legebant orationes ſuas, & Legem, quemadmodum Miſna dicit; & occupabantur in cultu Dei per totam illam hebdomadam illi quos tetigerat ordo cuſtodiæ, in oratione, in lectione Legis, & in jejunio, ſicuti exponetur. Legebant autem in opera creationis, quia perfectio & conſervatio mundi conſiſtit in Dei cultu, ſed cultus Dei in ſacrificiis conſiſtit. Dixerunt Sapientes noſtri, ſi non fuiſſent cuſtodiæ, non conſiſterent cœli, neque terra.

LUNDIUS. אלו הן מעמדות *Atque hæ ſunt ſtationes.*] Erant tribus Iſraëliticæ in 24. partes diviſæ, pro numero claſſium ſacerdotalium hebdomadalium. Cum jam tempus certæ cuidam ſtationi ordinatum adeſſet, tum, qui ejuſdem ſtationis erant Iſraëlitæ, prope Hieroſolymas habitantes, in ſanctuario una cum Sacerdotibus & Levitis ſuæ ſtationis ſociis comparebant, ut, quemadmodum Legati erant totius Iſraëlis, ita animus ipſorum integer, intentioque tota occuparetur circa oblationem jugis ſacrificii, preceſque fundendas. Reliqui procul Hieroſolymis incolentes, conveniebant in Synagogis ſuis, orantes ut ſacrificium fratrum ſuorum gratum Deo acceptumque foret. Occupabantur namque illi etiam in cultu Divino, precibus, jejunio & lectione ſcripturæ, per totam hebdomada, prout fratres illorum Hieroſolymis viventes fecerunt. Sed cum de ſtationibus his, utpote ingenti earundem apud Judæos pretio, tum etiam quo nitantur fundamento, precibuſque in iis peractis, in Gemara diſtincte agatur, rem forſan non ingratam facturus ſum, ſi textum ipſum adduxero, habetur autem is fol. 27. fac. 2. מנהני מילי אמר רבי יעקב בר אחא אמר רב אסי אלמלי מעמדות לא נתקיימו שמים וארץ שנאמר ויאמר הי אלקים במה ארע כי אירשנה אמר אברהם רבונו של עולם שמא ישראל חוטאין לפניך אתה עושה להם כדור המבול וכדור הפלגה אמר לאו אמר לפניו רבונו של עולם הודיעני במה אירשנה אמר לו קחה לי עגלה משולשת ועז משולשת וגומר אמר לפניו רבונו של עולם תינח בזמן שבית המקדש קיים בזמן שאין בית המקדש קיים מה תהא עליהם אמר לו כבר תקנתי להם סדר קרבנות בזמן שקוראים בהן לפני מעלה אני עליהם כאילו הקריבום לפני ואני מותל להם על כל עונותיהם תנו רבנן אנשי משמר היו מתפללין על קרבן אחיהם שיתקבל ברצון ואנשי מעמד מתכנסין לבית הכנסת ויושבין ארבע תעניות בשני בשבת בשלישי וברביעי ובחמשי בשני על יורדי הים בשלישי על הולכי מדברות ברביעי על אסכרא שלא תיפול על התינוקות בחמשי על עוברות ומיניקות עוברות שלא יפול מיניקות שיניקו את בניהם ובערב שבת לא היו מתענין מפני כבוד שבת ק״ו בשבת עצמה באי בשבת מ״ט לא א״ר יוחנן

יוחנן מפני הנוצרים שמואל בר נחמני אמר מפני שהוא שלישי ליצירה ריש לקיש אמר מפני נשמה יתירה דאמר ריש לקיש נשמה יתירה ניתנה בו באדם בערב שבת במוצאי שבת נוטלין אותה ממנו שנאמר שבת וינפש כיון ששבת וי אבדה. נפש : *Unde hæc verba* Miſchnica adlata probantur? *Nomine Rabh Aſe dixit* R. *Jacob filius Achæ: Niſi ſtationes peragerentur, non ſubſiſterent cælum & terra, eo enim ſpectat quod dicitur:* Gen. xv. 8. *Et dixit* Abraham: *Domine Deus, unde cognoſcam hereditario jure me poſſeſſurum illam,* terram? *Porro dixit Abraham: Rex Mundi, forſan Iſraëlitæ adverſum te peccaturi ſunt, & tu facis eos ſimiles generationi Diluvii & generationi diſperſæ; Reſpondit* Dominus: *Minime. Inſtitit* hinc Abraham, *dicens: Summe Arbiter mundi, da mihi notam, unde ſciam me poſſeſſurum illam: Reſpondit ei* Dominus: *Accipe vitulam triennem & capram triennem, &c. Porro Abraham ſic infit: Rex mundi, maneat hoc*, quod mihi dediſti præceptum, de offerendo ſacrificio, *omni tempore, quo domus ſancta durat, verum cum illa non amplius ſit, quid de iis futurum eſt? Cui* Dominus *reſpondit: Jam dudum deſcripſi illis ordinem oblationum. Itaque tempore, quo illi* ſtatuta hæc mea de oblationibus *recitant coram me, celebror ego ab iis quaſi offerrent mihi eaſdem, & condono eis omnes iniquitates eorum. Tradiderunt porro Rabbini: Viri Cuſtodiæ orabant pro oblatione fratrum ſuorum, ut accepta grataque* Deo foret, *virique ſtationis in Synagoga congregabantur, manenteſque ibi, quatuor jejuniorum dies celebrabant, nimirum, ſecundum, tertium, quartum & quintum hebdomadis dies. In ſecundo quidem,* orabant *pro in mari navigantibus, in tertio, pro iter facientibus per loca deſerta, in quarto, ne angina tenellos adfligeret, in quinto, pro gravidis & lactantibus fœminis, pro gravidis, ne abortum facerent, pro lactantibus, ut ſufficerent lactandis infantibus ſuis. Verum in veſpera Sabbati non jejunabant, idque ob honorem Sabbati, nedum in ipſo Sabbato. At in primo hebdomadis die eccur non* jejunabant? *Reſp. R. Jochanan*, id factum fuiſſe *ob Chriſtianos*, qui feſtivum hunc habent diem. *Samuel vero Nachmanides dixit: quoniam hic dies, tertius eſt poſt creationem* Adami. (Raſchius hoc ita exponit: *Adam namque ſexto hebdomadis die creatus fuit, & in unoquoque die tertio infirmus fuit, ſecundum id, quod dicitur* Gen. 34. 25. *Et factum eſt die tertio, dum illi dolore adfligerentur, &c,*) Tandem *Reſch Lakeſch dixit*, hoc factum *ob animam excellentiorem* Adami. *Quod dixit Reſch Lakeſch de excellentiori animâ*, id ita intelligendum eſt, ut putetur, hanc animam *Adamo datam in veſpera Sabbati fuiſſe; ſed & eidem ſublatam ac ademtam ſub exitum Sabbati, quoniam dictum eſt*: Exod. 31. 17. *quievit & reſpiravit.* q. d. *Simul ac quieverat*, h. e. Sabbatum celebratum erat, וי, intellige per literas וי notativum earum vocabulum אבדה *periit* נפש *anima.* h. e. Si ſententiam integram efferam: Simul ac Sabbatum celebraverat Adamus, die tertio perdidit præſtantiorem ſuam animam. Stolidam an impiam magis quis dixerit Rabbinicam hanc, in die lapſus Adamitici notando, conjectandi rationem, quâ id, quod de Deo pronunciatum eſt, ad Adamum perverſo modo adplicatur ac refertur?

ג (ואנשי המעמד היו מתענין ארבע ימים בשבוע מיום שני ועד יום חמישי ולא היו מתענין ערב שבת מפני כבוד השבת ולא באחד בשבת כדי שלא יצאו ממנוחה ועונג ליגיעה ותענית וימותו :) ביום הראשון בראשית ויהי רקיע בשני יהי רקיע ויקוו המים בשלישי יקוו המים ויהי מאורות ברביעי יהי מאורות וישרצו המים בחמשי ישרצו המים ותוצא הארץ בששי תוצא הארץ ויכלו השמים פרשה גדולה קורין אותה בשנים והקטנה ביחיד בשחרית במוסף ובמנחה נכנסין וקורין על פיהן כקורין את שמע ערב שבת במנחה לא היו נכנסין מפני כבוד השבת :

3. (Viri ſtationis quatuor dies in hebdomade jejunabant, à die ſcilicet ſecundo uſque ad quintum, *incluſive*, ſed veſperam Sabbati in jejunio non agebant ob honorem Sabbati, neque primum hebdomadis diem, ne poſt requiem deliciaſque confeſtim moleſto labore jejunioque ſe fatigarent, inque iis mortem obirent.) *Legebant itaque*, die primo, *ſectionem Gen.* 1. 1. in principio, *cum ſectione ſequente, quæ incipit*: Sit expanſum. In die ſecundo, *repetebant ſectionem*: Sit Expanſum, *Addebantque proximam*: Congregentur aquæ. In die tertio *iterabant ſectionem*: Congregentur aquæ, *adjuncta ſequente*: Sint luminaria. In quarto, *iterum recitabant hanc*: Sint luminaria, *addentes proximam*: Abunde producant aquæ. Quinto, *denuo legebant*: abunde producant aquæ, *cum proxima ſectione*: proferat terra. In ſexto *iterarunt*: proferat terra, *adnexa hac*: Et conſummati erant cœli. Si ſectio prolixa eſſet, duo illam recitabant, ſin vero brevis, unus. *Atque talis quidem ordo ſervabatur* in matutinâ oratione, & in ſuperadditâ; verum ſub pomeridianum orandi tempus, Synagogam intrabant memoriterque recitabant, prout legunt *Sectionem Deut.* vi. Audi. Pridie Sabbati in mincha, non conveniebant in Synagoga, idque propter reverentiam Sabbati.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא היו מתענין ערב שבת,מפני כבוד השבת *Et non jejunabant in veſpera Sabbati propter honorem Sabbati*, nam non eſt neceſſe ut dicatur in ipſo Sabbato. ולא באחד בשבת *neque primo die ſeptimanæ*, quia dies tertius eſt creationis hominis, nam in veſpera Paſchatis homo creatus eſt; & dies creationis illius tertius eſt debilior, ſicuti ſcriptum eſt Gen. 24. 25. ויהי ביום השלישי בהיותם כואבים Vel etiam, quia homo in Sabbato fruitur ſpiritu excellentiori, qui exeunte Sabbato eum deſerit; ſi ergo jejunaſſent die primo ſeptimanæ, ſe periculo expoſuiſſent; cæterum quotidie viri ſtationarii dicebant orationem נעילה dictam. *Sectionem magnam legebant duo*, eſt ſectio quæ incipit, *in principio creavit Deus cœlum* &c. Poſtquam lecti erant tres primi verſus, incipiebat ſecundus & legebat tertium verſum quem legerat primus, & abſolvebat ſectionem *in principio creavit &c.* tertius legebat *ſit expanſum* &c. die ſecundo, legebat primus *ſit expanſum* &c. & duo legebant *congregentur aquæ* &c. & hoc modo omnes. בשחרית ובמוסף *in oratione matutina & addititia*, hic ſermo eſt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Legebant in libro Legis mane, & in oratione addititia, ſed orationem pomeridianam memoriter recitabant, non è libro Legis. Et quod Miſna dicit, נכנסים *congregabantur*, vult, quod in Synagoga congregabantur. Quænam vero ſit illa ſectio quam legebat unus, quænam illa quam legebant duo, & quinam eſſet lectionis ordo, id exponetur in tractatu Megilla.

eſt de omnibus reliquis ſtationibus quæ extra Jeruſolymam erant, qui ordine legebant in opere creationis, etiam die illo quo fiebat ſacrificium additiтium; quia aliis rebus non erant intenti. Sed ſtationes quæ Jeruſolymæ erant, non legebant eo die quo ſacrificium additiтium fiebat, preces additiтias in ope creationis, quemadmodum Miſna dixit inferius קרבן מוסף אין בו במנחה *ſacrificium additiтium non obtinet in oratione pomeridiana.* Si vero ſacrificium additiтium propellat ſtationem ab oratione pomeridiana, quæ ad eam non pertinet, quanto magis propria ſua ſtatio propellet.

בשחרית במוסף ובמנחה *In oratione matutina, additiтia, & pomeridiana*, id eſt, tum adducebatur liber Legis, & legebatur ſectio magna per duos homines, & una parva per unum; ſed in oratione pomeridiana non adducebatur liber Legis propter jejunii moleſtiam, ſed memoriter legebant; ſed veſperâ Sabbati in oratione pomeridiana non congregabantur in Synagoga, & nihil legebant, eo quod occupati erant in neceſſariis ad Sabbatum parandis.

LUNDIUS. Quæ ſemicircellis in ipſo textu heic incluſa vides verba, in Talmude Hieroſolymitano non comparent. Itaque vel ex hoc loco manifeſtum eſt, quam decurtatus ſit pluribus in locis Textus Miſchnicus in Talmude Hieroſolymitano recenſitus; quæ etiam cauſſa eſt, cur Judæi hodierni ejus tantam non habeant rationem, ac Babylonici, ubi diverſitas aliqua lectionum occurrit. Cæterum tota hæc periodus, ſimicircellis incluſa, lucem conciliat voci מעמדות, mihi, ad Miſchnam primam capitis hujus, ex hoc loco expoſitæ.

ביום הראשון *die primo*] Quare conjunctim geminas Paraſchas ſingulis diebus recitaverint, ratio hæc eſt; quoniam nulla harum Paraſcharum verſus novem continet, qui omnino requiruntur ad integram recitationem complendam, quæ ſit formata ad modum lectionis Sacerdotis, Levitæ ac Iſraëlitæ. Quod colligitur ex verbis cap. IV. m. 4. Codic. Megillah: הקורא בתורה לא יפחות משלשה פסוקים וגו' *Recitaturus aliquid ex Lege, non leget minus tribus verſibus, &c.* Sed quandoquidem duæ primæ paraſchæ nonniſi octo verſus contineant, quomodo itaque hi inter tres anagnoſtas diſtribuendi erant, ut quilibet tres minimum verſiculos recitaret? Reſp. Lectio ita inſtituebatur, ut primus anagnoſta tres primos recitaret verſus, ſecundus autem lectione repeteret tertium verſiculum, ac ſic paraſcham primam abſolveret, tertius tandem ſecundam paraſcham integram pronunciaret. Pari modo paraſcham tertiam recitabant, nimirum quia paulo longior erat, duo illam inter ſe partiebantur, ita ut poſtremus anagnoſta iteraret verſum tertium à ſecundo jam ante lectum.

בשחרית *in matutina oratione*] Atque hæc quidem dicta cenſentur de ſtationibus extra Hieroſolymas peractis, quod nimirum creationis Hiſtoriam, certo modo certiſque temporibus recitaverint, etiam eo ipſo die, quo ſacrificium dabatur ſuperadditum. Aſt quæ Hieroſolymis conſtitere ſtationes non item; nam ſacrificium ſuperadditum removebat lectionem Legis dictam, orationis ſuperadditæ tempore. Ita etiam ſub mincha non proferebatur Lex ad recitationem inſtituendam; ſed ob jejunii moleſtiam hoc levabantur onere, adeo ut cuilibet tum fas eſſet memoriter recitare. De quo in Gemara ita concluditur fol. 28. fac. 1. איבעיא להו היכי קאמר בשחרית ובמוסף קורין אותה בספר ובמנחה קורין אותה על פה כקורין את שמע א"ד הכי קתני בשחרית קורין אותה בספר במוסף ובמנחה קורין אותה על פה כקורין את שמע תא שמע דתניא בשחרית ובמוסף נכנסין לבית הכנסת וקורין כדרך שקורין כל השנה ובמנחה יחיד קורא אותה על פה אמר רבי יוסי וכי יחיד יכול לקרות דברי תורה על פה בצבור אלא כולן נכנסין וקורין אותה על פה כקורין את שמע: *Quæſitum fuit inter Magiſtros, quomodo* intelligendum ſit, *quod dicitur: in matutinâ oratione & in ſuperadditâ legunt Hiſtoriam Creationis ex libro, ſed in Mincha recitant eam memoriter adinſtar* ſectiunculæ Deut. VI. *Audi?* Reſp. *Sunt qui dicant, ita intelligendum eſſe textum hunc Miſchnicum, quod in matutinâ oratione legant hiſtoriam creationis ex libro Legis, in ſuperadditâ vero & Mincha eam memoriter recitent, ut Audi. Veni & adverte quod clare legitur in Barajeta: Sub matutinâ oratione & ſuperadditâ ingrediuntur Synagogam, recitantque ad modum toto anno uſitatum ſed in Mincha unus eam memoriter recitat. R. Joſe ait: Quomodo*, quæſo, *potuit unus legere verba Legis ex memoriâ, idque in totius cœtus præſentia? Verum* hæc eſt Miſchnæ ſententia, *omnes Synagogam intraſſe, & recitaſſe hiſtoriam dictam memoriter, prout ſectionem Audi.*

ד כל יום שיש בו הלל אין בו מעמד בשחרית קרבן מוסף אין בו בנעילה קרבן עצים אין בו במנחה דברי רבי עקיבא אמר לו בן עזאי כך היה רבי יהושע שונה קרבן מוסף אין בו במנחה קרבן עצים אין בו בנעילה חזר רבי עקיבא להיות שונה כבן עזאי:

4. In quocunque die Hallel dicitur, ſtationis vices non obeunt ſub matutinum tempus, nec in die, quo oblatio ſuperaddita fit, *eadem ſtationis vices peraguntur* ſub obſerationis valvarum tempus, nec denique ubi oblatio lignorum datur, *ſtationis partes peraguntur* ſub pomeridianum orandi tempus. Quæ quidem verba fuere R. Akibhæ. Cui ſe oppoſuit filius Aſai dicens: Ita quidem R. Jehoſchua docuit, nimirum, in quo die oblatio ſuperaddita fieret, non *peragi ſtationum vices* ſub pomeridianum tempus, nec ubi oblatio lignorum daretur, *fieri ſtationes* ſub occluſionis valvarum horam. Mutavit itaque R. Akibha ſententiam ſuam, ſubſcribens filio Aſai.

R. OB. DE BARTENORA.

כל יום שיש בו הלל *In quocunque die hymnus dicitur*, quemadmodum ſunt dies initiationis Templi, in quibus obtinet hymnus, at non obtinet in illis oratio additiтia. Qui è ſtationibus erant Jeruſolymæ, non legebant aliquam ſectionem in oratione matutina, quia illis non erat tempus quo ſtationem conficere poſſent, quia hymnus illam propellebat. קרבן מוסף *oblatio additiтia*, in novilunio, quo offertur oblatio additiтia, non legebant ullam ſectionem Legis circa orationem נעילה, & quanto magis non legebant ſectionem in ipſa oratione additiтia, neque in oratione pomeridiana, quæ præcedebat orationem נעילה, quæ dicebatur cum portæ claudebantur, quia oblatio additiтia eam propellebat. קרבן עצים אין בו במנחה *oblatio lignorum non obtinet in Mincha*, id eſt, dies ille in quo fiebat oblatio lignorum, & non ſacrificium

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dies in quibus dicitur hymnus ſine precibus additiтiis, ſunt dies initiationis templi, & quia ex conſtitutione Sapientum inſtituti ſunt, uſque adeo invaluit ut ſtatio depelleretur à principio diei; dies autem quo fiebat ſacrificium additiтium, propellebat ſtationem à precibus additiтiis, nimirum, à principio precum ſuarum additiтiarum, & ab oratione ſecunda præter orationem additiтiam. Superius dictum eſt quod viri ſtationis in Lege ſive additiтiis precibus legebant, quod indicio eſt, in precibus additiтiis adhiberi ſtationem. Expoſuimus etiam quod hujus orationis ſenſus ſit additio ſingularis pro ſtationis viris, & quod ſtationis viri dicebant quotidie unam rationem additiтiam; & illa vocabatur מוסף. Cæterum eo die quo habebatur oratio additiтia in genere pro toto populo, propellebatur lectio Legis in illa oratione addi-

crificium addititium, propellebat ſtationem orationis pomeridianæ, ſed non ſtationem נעילה *obſervationis portarum.* כך רבי יהושע היה שונה *ſi R. Jehoſua docuit &c.* oblatio lignorum propellit ſtationem orationis נעילה, quanto magis ſtatio orationis pomeridianæ propellit, quia oblatio lignorum fiebat ante ſacrificium juge pomeridianum; & ſi propellebat ſtationem orationis נעילה, quanto magis propellat ſtationem orationis pomeridianæ ei conjunctæ. *Mutavit R. Akiba ſententiam ſuam, & docuit ut R. Aſai*, nam putat, quod, cum ſacrificium addititium ſit ex Lege, fas eſt, ut non propellat niſi ſtationem orationis pomeridianæ tantum; nam non ſuſpicamur quod propellet ſacrificium, quia id quod ex Lege eſt, non indiget majori confirmatione. Cæterum oblatio lignorum eſt inſtar conſtitutionis Sapientum, & fas eſt ut propellat ſtationem ab oratione pomeridiana, & ſtationem orationis quæ dicitur נעילה, quia conſtitutiones Sapientum majori indigent corroboratione, ne propellant oblationem lignorum. Sed Maimonidis expoſitionem in hanc Miſnam non aſſecutus ſum; nam ex illa liquet quod viri ſtationarii orationem quandam addititiam dicebant quotidie, inter orationem matutinam & veſpertinam, quæ *oratio addititia* vocabatur; nam hæc non reperiuntur in Talmude Babylonico, neque in Jeruſolymitano, addititia, & in oratione pomeridiana; & in Lege non legebant præterquam mane, & in נעילה. Hinc tibi conſtat quod viri ſtationis orationem נעילה dicebant quotidie; deciſio eſt juxta Ben Azai.

LUNDIUS. כל יום *in quocunque die*] v. g. Feſti Dedicationis diebus, in quibus Hallel canebatur, (de quo jam dictum ad finem cap. tertii) ſtationis vices non obibant, ſub matutinum orandi tempus, h. e. non recitabant hiſtoriam creationis, non dicebant preces alioquin iſto tempore fundi ſolitas; occupati utpote in canendo Hallel, cui potiores deberi partes, ex inſtitutis majorum noverunt, ut hoc Maim. & Bartenor. explicant.

קרבן מוסף *oblatio ſuperaddita*] v. g. In Feſto Novilunii, ubi ſacrificium ſuperadditum offerebatur, non obibant ſtationis vices Hieroſolymis ſub Mincha; ratio à Gloſſatoribus hujuſmodi redditur: quandoquidem ſacerdotes occupati erant in mactandis animalibus ſacrificii ſuperadditi (conſtabat namque hoc ex duobus animalibus) iſto die, præter juge ſacrificium, offerendis, Iſraëlitæ vero ejuſdem ſtationis ſocii in findendis lignis & hauriendâ aquâ, non poterant precandi recitandique vices peragere dicto tempore.

קרבן עצים *oblatio lignorum*] Ratio hujus à Talmudiſtis in Gemara talis redditur. fol. 23. fac. 1. מה הפרש בין זה לזה הללו דברי תורה והללו דברי סופרים : *Quænam eſt differentia inter hoc & illud?* (id eſt ad mentem Raſchii: quare præcipue oblatio lignorum impedit ſtationem ordinariam ſub obſerationis valvarum tempus, non autem ſub Mincha?) Reſp. *Hæc* conſtitutio, puta, de ſtationis vicibus in Mincha peragendis; *eſt in Lege ſancita*, (nam de Iſaaco, ut ait dictus Raſchius, hujus orationis, ſub Mincha, autore, Gen. 24. 63. ſcriptum habetur, quod egreſſus fuerit ad meditandum in agro, appetente veſperâ) *illa vero*, de ſtatione ſub occluſionis valvarum tempus obeundâ, *eſt ex ordinatione ſcribarum.* Sententiam autem deciſivam ab Aſaita in Miſchnâ hac prolatam eſſe, adfirmatur in Toſephoth Rabbenu ad h. l.

ה זמן עצי כהנים והעם תשעה באחד בניסן בני ארח בן יהודה בעשרים בתמוז בני דוד בן יהודה בחמשה באב בני פרעוש בן יהודה בשבעה בו בני יונדב בן רכב בעשרה בו בני סנאה בן בנימין בחמשה עשר בו בני זתוא בן יהודה ועמהם כהנים ולוים וכל מי שטעה בשבטו ובני גונבי עלי ובני קוצעי קציעות בעשרים בו בני פחת מואב בן יהודה בעשרים באלול בני עדין בן יהודה באחד בטבת שבו בני פרעוש שניה באחד בטבת לא היה בו מעמד שהיה בו הלל וקרבן מוסף וקרבן עצים :

5. Tempus ligna *offerendi*, ſacerdotibus populoque *obſervandum*, novem *omnino erat intervallorum.* Primo namque die Niſan *ſ. Martii*, poſteri Arach, qui ex tribu Jehuda, *ſua offerebant ligna.* Vigeſimo die Tammus, *ſ. Junii*, poſteri Davidis qui ex tribu Jehuda. Quinto Abh, *ſ. Julii*, poſteri Paroſch, qui itidem ex Jehuda. Septimo ejuſdem, poſteri Jonadab, qui ex Rechab. Decimo ejuſdem, poſteri Senaa, qui ex tribu Benjamin. Quinto decimo ejuſdem, poſteri Satthu, qui ex tribu Jehuda, cumque iis ſacerdotes & Levitæ, ac omnes, qui de tribu ſua incerti erant, cumque his poſteri Gonbe, *qui cognominati ſunt ex piſtillo*, poſterique *familiæ, quæ cognomen traxit ex* contuſione ficorum abſciſſorum, *ligna ſua offerebant.* Vigeſimo ejuſdem menſis, poſteri Pachat-Moab, qui ex tribu Jehuda. Vigeſimo Elul, *ſ. Auguſti*, poſteri Adin, qui ex tribu Jehuda. Primo Tebeth, *ſ. Decembris*, poſteri Paroſch iterum ſuam lignorum oblationem peregerunt. Primus dies menſis Tebeth ſtationis vices non recipiebat, eo quod Hallel in ipſo caneretur, oblatioque ſuperaddita ac lignorum peragerettur.

R. OB. DE BARTENORA.

זמן עצי כהנים *Tempus ligna offerendi*, quando Iſraëlitæ aſcendebant è captivitate Babylonica, non invenerunt ligna in conclavi; obtulit igitur quiſque de ſuo, & prophetæ contraxerunt inter ſe, ut ligna hæc ſponte offerentur de ſuis etſi conclave illis plenum eſſet; eo autem die quo hæc ligna adducebant, ſimul ſacrificia ſpontanea adducebant, & illum diem faciebant feſtivum, uti ſcriptum eſt Neh. 10. 35. Quicunque vero erraverat in tribu ſua, & neſciverat quocum illi eundum erat, is ibat cum filiis Zatu. *Filii Gumbay Heli*, exponit Gemara, quod inimici aliquando decretum aliquod in Iſraëlem ſtatuerant, ne primitiva adducerentur ad templum Jeruſolymitanum, & cuſtodes in iis conſtituerunt; ſurrexerunt autem viri pii iſtius temporis, qui adduxerunt cani-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias volo quod primus dies menſis Theveth ingreditur dies initiationis templi, & propterea eſt dies hymni; non quia eſt principium menſis, quia hymni recitatio non eſt obligatio in principio menſis pro homine uno, neque pro toto cœtu, quia tantummodo conſuetudo eſt; & cœtus eum obiter tantum legebat, ſed homo unus non incipiebat eum, & ſi incepiſſet eum, perficiebat. Si vero initium menſis fuiſſet dies hymni, ſtatio non fuiſſet primo die menſis Niſan. Cæterum fundamentum hujus oblationis lignorum hoc eſt, quod nimirum his familiis, quarum hic mentio facta, inſtitutus erat certus dies quo ligna ad ſacrificia in altare offerebant. עצי המערכה *ligna ordinationis*; & illo die quoque ſacrificia ſpontanea offerebant; eſtque hoc ſacri-

caniſtra primitivorum fructuum, eaque contegerunt ficibus ſiccis, & apportarunt ea cum עלי *Eli*, quod erat lignum magnum factum in formam piſtilli, quo contundebant frumentum, ad conficiendum inde palathas. Quando autem occurrebant cuſtodibus gentilium, dicebant illis, nos imus confectum palathas in mortario quod nobis eſt, ope piſtilli illius quod humeris portamus; & hoc modo primitivos fructus adferebant Jeruſolymam; & hac de cauſa vocantur ficus Gumbay Heli: & גונבי dicebatur hæc familia quæ primitivos fructus tali modo adducebat, לפי שגונבין לב השומרים *eo quod furabantur cor cuſtodientium vias*; & עלי *Heli* quoque vocabatur, eo quod ope עלי *piſtilli* humeris impoſitis eludebant cuſtodes; nec non filii קוצעי קציעות, eo quod palathas diſcindebant. Hi vero pii viri quoque alio tempore, quo decreverant gentiles Judæis prohibere adductionem lignorum in altare conſumendorum, adaptarunt ſcalas, & cuſtodibus dixerunt, nos imus captum duas columbas ex hoc columbario proximo, ope ſcalæ quam humeris ferimus; & hac de cauſa vocabantur בני סלמאים הנתוצתים eo quod ſcalas deſtruebant poſtquam tranſiiſſent cuſtodes, & ligna adducebant pro altari; & hi omnes ligna adducebant cum filiis Zatu. בני פרעוש שניה *filii Paroſch iterum &c.* nam poſtquam adduxerant ligna, ſortitio facta eſt, quinam eſſet ultimus, quemadmodum ſcriptum eſt Neh. 10. 35. Porro Miſna dicit quod primus dies menſis Tebeth non recipiebat ſtationis vices, eo quod ipſo caneretur Hymnus, nam primus dies menſis Tebeth incidit in feſtum initiationis templi, & in hoc feſto totus legitur Hymnus. Sed Hymnus qui legitur in initio menſis, quo in tempore Hymnus tantum ex conſuetudine legitur, non propellit ſtationem, propterea initium menſis Niſan, in quo & dicitur Hymnus, & ſacrificium addititium, nec non ſacrificium lignorum, non enumeravit.

LUNDIUS. זמן עצי *tempus ligna offerendi*] Origo harum oblationum tali modo in Gemara exponitur. fol. 28. fac. 1. תנו רבנן למה הוצרכו לומר זמן עצי כהנים והעם אמרו כשעלו בני הגולה לא מצאו עצים בלשכה ועמדו אלו והתנדבו משלהם וכך התנו נביאים שביניהן שאפילו לשכה מלאה עצים יהיו אלו מתנדבין משלהן ש"נ והגורלות הפלנו על קרבן העצים הכהנים הלוים והעם להביא לבית אלהינו לבית אבותינו לעתים מזומנים שנה בשנה לבער על מזבח ה' אלהינו ככתוב בתורה: *Docuerunt Magiſtri, quare neceſſario dicatur in Miſchna: tempus lignorum* offerendorum *ſacerdotibus & populo* obſervandum; *nimirum, quandoquidem ex captivitate adſcendentes Iſraëlitæ non invenerunt ligna in conclavi* lignorum, *itaque cœperunt iidem voluntarie offerre* ligna *ex propriis facultatibus. Atque ita docuere Prophetæ ejus ætatis, etiamſi conclave lignis repletum eſſet, obtuliſſe tamen illos voluntarie ex iis quæ haberent, ſicuti ſcriptum eſt:* Neh. x. 35. *Et ſortes conjecimus ſacerdotum, Levitarum, & populi pro lignis oblationum; ut adferrent in domum Dei, pro familiis paternis noſtris, temporibus ſtatutis, de anno in annum: ad accendendum ſuper altare Jehovæ Dei noſtri, ſicut ſcriptum eſt in Lege.*

בני גונבי *poſteri Gonbe*] Rationem cognominum familiis hiſce attributorum talem adfert Gemara fol. 28. 1. תנו רבנן מה היו בני גונבי עלי ובני קוצעי קציעות אמרו פעם אחד גזרה המלכות גזירה על ישראל שלא יביאו עצים למערכה ושלא יביאו בכורים לירושלם והושיבו פרהראות על הדרכים כדרך שהושיב ירבעם בן נבט שלא יעלו ישראל לרגל מה עשו כשרין שבאותו הדור ויראי חטא הביאו סלי *בכורים וחיפום בקציעות ונטלום ועלי על כתפיהן וכיון שהגיעו אצל פרהראות אמרו להם להיכן אתם הולכין אומרין להם לעשות שני עיגולי דבילה במכתשת שלפנינו ובעלי שעל כתפינו כיון שעברו מהן עיטרום בסלים והביאום לירושלם *Traditum à ſapientibus eſt, cur adpellati fuerint poſteri Gonbe ex piſtillo, & cur poſteri familiæ ex contuſione ficorum abſciſſorum nomen trahentis ita dicti fuerint? Dixerunt namque, aliquando decreviſſe Regem quendam Gentilem adverſus Iſraëlitas ſtatutum, ne adferrent ligna ad ſtruem altaris, neve primitias Hieroſolymas adferrent:* hujus rei cauſſa *& vias cuſtodibus obſepſerunt, pariter ac Hieroboam filius Nebat fecit, ne Iſraëlitæ ad feſtum celebrandum adſcenderent. Verum quid fecerunt pii homines iſtius generationis, ac peccatum deteſtantes? Sumſerunt, nempe, caniſtra primitiis frugum referta, quæ, abſciſſis ficis,* ne adparerent primitiæ, *obvelarunt, eaque una cum piſtillo humeris geſtarunt. Cumque ad cuſtodes perventum eſſet, illi quidem, quorſum tenderent, hos interrogarunt; quibus ita reſpondebant:* Nos Hieroſolymas tendimus, *maſſas ficorum orbiculatas confecturi piſtillo; quod humeris geſtamus, in mortario, quod eodem jam præmiſſum eſt. Hinc cuſtodes prætergreſſi, corbes ſuos coronarunt Hieroſolymaſque attulerunt.*

לא היה בו מעמד *ſtationis vices non recipiebat.*] Nam Feſtum Chanuca *ſ. dedicationis*, in quo totum Hallel canendo abſolvitur, in primum Tebeth, (qui Decembri reſpondet) jugiter ac perpetuo incidit. Verum alia erat ratio Hymni magni in noviluniis abſolute cani ſoliti, nam ſicut non niſi ex conſuetudine quadam ejus recitatio introducta erat, ita quo minus ſtationes obſervarentur nihil obfuit. vid. Barten. in h. l.

ז חמשה דברים אירעו את אבותינו בשבעה עשר בתמוז וחמשה בתשעה באב בשבעה עשר בתמוז נשתברו הלוחות ובטל התמיד והובקעה העיר ושרף אפוסטמוס את התורה והעמיד צלם בהיכל בתשעה באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשניה ונלכדה ביתר ונחרשה העיר משנכנס אב ממעטין בשמחה:

7. Quinque res *luctuoſæ* patribus noſtris acciderunt die ſeptimo decimo menſis Tammus, *ſ. Junii*, totidemque die nono menſis Abh, *ſ. Julii*. Nam XVII. Tammus fractæ ſunt tabulæ Legis: ceſſavit juge ſacrificium: Urbis mœnia perrupta: Lex ab Appoſtemo combuſta, idolumque in templo ſtatutum. Nono a. die menſis Abh, decrevit *Deus* de patribus noſtris, non ingreſſuros eos in terram promiſſam: Deſolatum eſt templum & primum & ſecundum: capta eſt urbs Bither: Diruta urbs ſancta. Unde ex quo menſis Abh incipit, lætitiam imminunut.

R. OB. DE BARTENORA. בשבעה עשר בתמוז נשתברו הלוחות *Decimo ſeptimo die menſis Tammus fractæ ſunt tabulæ Legis*, nam ſexto die Sivan data ſunt decem præcepta; & ſeptimo die mane aſcendit Moſes ad recipiendum id quod de Lege reſtabat, eratque in monte quadraginta dies, qui impleti ſunt decimo ſeptimo die Tammus, & in deſcenſu fregit tabulas Legis. ובטל התמיד *& ceſſavit ſacrificium juge*, quia non habebant agnos ad ſacrificium, cum Jeruſolyma obſeſſa erat. והעמיד צלם בהיכל *& conſtituit imaginem in templo*, de hoc in Talmude Jeruſolymitano diſputant doctores Emoraim, unus dicit, quod hæc erat imago quam illic poſuerat Menaſſe, & ſermonem eſſe de templo primo; alter dicit, fuiſſe imaginem quam illic poſueret Apoſtomus, qui unus fuit è principibus Græcis, & hoc factum eſt ſtante ſecundo templo.

LUNDIUS. נשתברו הלוחות *fractæ ſunt tabulæ*] Hoc ipſo die præciſe id factum fuiſſe, probare nituntur Talmudiſtæ hâc computandi ratione. fol. 28. fac. 2. מנלן דתניא בששה לחדש נתנו עשרת הדברות לישראל רבי יוסי אומר בשבעה

בשבעה בו מאן דאמר בששה נתנו בששה נתנו ובשבעה עלה משה מאן דאמר בשבעה בשבעה נתנו ובשבעה עלה משה דכתיב ויקרא אל משה ביום השביעי וכתיב ויבא משה בתוך הענן ויעל אל ההר ויהי משה בהר ארבעים יום וארבעים לילה עשרים וארבע דסיון ושיתסר דתמוז מלו להו ארבעין בשביסר בתמוז נחית אתא ותברינהו ללוחות וכתיב ויהי כאשר קרב אל המחנה וירא את העגל וישלך מידיו את הלוחות וישבר אותם תחת ההר : *Unde conſtat*, hoc ipſum tum accidiſſe? Reſp. *Ex traditione hac: In ſexto menſis* Niſan, ſ. Martii, *data ſunt decem præcepta Iſraëlitis. R. Joſe autem dicit, in ſeptimo ejuſdem menſis* data fuiſſe. Itaque ſecundum *illum, qui dixit, in ſexto data eſſe*, concedamus, ponamuſque *eo die data eſſe, ita ut ſeptimo die Moſes montem adſcenderit. Rurſus ſecundum ejus ſententiam, qui ſtatuit ſeptimo data eſſe, faciamus ita accidiſſe, ita tamen ut Moſes ſeptimo etiam die montem adſcenderit. Scriptum namque eſt:* Exod. 24. 16. *Et vocavit Moſem in die ſeptimo. Et mox ſubjungitur: Et venit Moſes in medium nubis, adſcenditque montem, fuitque Moſes in monte 40. dies & 40. noctes, nimirum 24. dies Sivan,* ſ. Maji, *& 16. dies Tammus,* ſ. Junii, *unde 40. dies exſurgunt. In ſeptimo decimo Tammus deſcendit, fregitque tabulas, ut ſcribitur:* Exodi 32. 19. *Et factum eſt, ſimulac adpropinquaret caſtris, videretque vitulum, ut conjiceret tabulas è manibus, frangeretque eaſdem ſub ipſo monte.*

בטל התמיד *ceſſavit juge ſacrificium*] Siquidem non eſſet amplius copia agnorum jugi ſacrificio convenientium, urbe armis hoſtilibus circumſeptâ & obſeſsâ.

הובקעה העיר *urbis mœnia perrupta*] Ἐναντιοφάνειαν quandam Miſchnæ cum ſcriptura conciliat Gemara hoc pacto. fol. 28. 2. הובקעה העיר בשבעה עשר הוה והכתיב בחדש הרביעי בתשעה לחדש ויחזק הרעב בעיר וכתיב בתריה ותבקע העיר וגומר אמר רבא לא קשיא כאן בראשונה כאן בשניה דתניא בראשונה הובקעה העיר בתשעה בתמוז בניידה בשבעה עשר בו *Urbis muri perfracti ſunt*, 17. Tammus, ſ. Junii. *Et quomodo* hoc poſſit verum eſſe, *cum ſcriptum ſit:* Hier. 52. 6. *Menſis quarti die nono, ingraveſcebat fames in urbe; & verſu ſequenti dicatur: Et perrupta eſt urbs, &c.?* Reſp. *Rabba: Hæc ſibi invicem contraria non ſunt: Heic enim*, in Hieremia, *de templo primo, illic*, in Miſchna nempe, ſermo eſt *de ſecundo. Nam in Miſchna etiam traditur; tempore templi primi urbem perruptam fuiſſe nono Tammus, ſub ſecundo vero templo, die ſeptimo decimo ejuſdem menſis.*

ושרף אפוסטמוס את התורה *Lex ab Appoſtemo combuſta*] Si, hæc unde habeantur, rogaveris, mox reſpondebitur à gloſſatoribus כך קבלנו מאבותינו *ſic à majoribus noſtris traditum accepimus.* Sin vero, quis fuerit hic Appoſtemus, ſcire deſideraveris, breviter ex Talmude Hieroſolymitano Bartenorienſis exponet: Fuiſſe illum ex numero Ducum Græcorum, vixiſſeque tempore templi ſecundi.

והעמיד צלם בהיכל *idolumque in templo ſtatutum*] Hujus probatio expoſitioque facti talis in Gemara habetur fol. 28. מנלן דכתיב ומעת הוסר התמיד ולתת שקוץ שומם וחד הוה והכתיב ועל כנף שקוצים משומם אמר רבא תרי הוו ונפל חד על חבריה ותבריה ליה לידיה ואשתכח דהוה כתיב אנת צבית לחרובי ביתא ידך אשלימת ליה Erectio hujus Idoli *unde probatur? Quia ſcriptum eſt:* Dan. XII. 11. *Ex quo tempore juge ſacrificium remotum erit, & erecta abominatio deſolans. Sed hoc unum duntaxat erat. Et annon ſcriptum habetur:* Dan. IX. ult. verſu. *Et ſuper alam abominationem deſolabit? Hinc Rabba dixit: Gemina ergo fuerunt* abominationum ſimulacra, *ceciditque unum ſuper alterum, manumque alterius contrivit. Inveniebatur vero* in manu integri ſimulacri *ſcriptura*, quâ id adloqueretur contritum hoc modo: *Tune vir domum Dei deſtruere*, ut Iſraëlitæ te in errore ſectentur? *an manus tua id perficiet?*

גזר על אבותינו *decrevit Deus de patribus noſtris*] Concludunt hoc Talmudiſtæ ex dicto Num. XIV. 1. ubi dicitur: *Et ſuſtulit totus cœtus vocem, clamavitque, ac noctem illam inter fletum conſumſit.* Ad quæ verba addunt Magiſtri fol. 29. 1. hanc ſententiam: *Et hic dies, quo populus uſque adeo flevit, erat veſpera noni diei menſis Abh*, ſ. Julii. Traduntque inſuper, Deum ipſis hæc dixiſſe: *Vos quidem haudquidquam nunc fletis, ego autem vobis fletum, in generationes multas duraturum, decernam.*

חרב הבית *deſolatum eſt templum*] Conciliantur in Gemara ad h. l. dicta ſcripturæ, II Reg. 25. 8. & Hierem. 52. 12. ἐναντιοφανῆ, hoc modo: fol. 29. 1. דכתיב בחדש החמישי בשבעה לחדש היא שנת תשע עשרה שנה למלך נבוכד נצר מלך בבל בא נבוזר אדן רב טבחים עבד מלך בבל ירושלם וישרף את בית יהוה וגומר וכתיב בחדש החמישי בעשור לחדש היא שנת תשע עשרה שנה למלך נבוכד נצר מלך בבל בא נבוזר אדן רב טבחים עמד לפני מלך בבל בירושלם וגומר ותניא אי אפשר לומר בשבעה שהרי כבר נאמר בעשור ואי אפשר לומר בעשור שהרי כבר נאמר בשבעה הא כיצד בשבעה נכנסו נכרים להיכל ואכלו וקלקלו בו שביעי שמיני ותשיעי וסמוך להשכם חציתו בו את האור והיה דולק והולך כל היום כולו שנאמר אוי לנו כי פנה היום כי ינטו צללי ערב והיינו דאמר רבי יוחנן אלמלי הייתי באותו הדור לא קבעתיו אלא בעשירי מפני שרובו של היכל בו נשרף ורבנן אתחלתא דפורענותי עדיפ׳ : *Scriptum eſt:* II Reg. 25. 11. *Septimo die menſis quinti, (qui eſt annus decimus nonus Regis Nebuchad-netſaris, Regis Babyloniæ,) venit Nebuſar-adan, præfectus ſatellitum, ſervus Regis Babyloniæ, Hieroſolymas, & combuſſit templum Domini, &c. Rurſus* Hier. 52. 12. *ſcribitur: Decimo die quinti menſis (qui erat annus decimus nonus Nebuchad-netſaris, Regis Babyloniæ,) venit Nebuſar-adan, præfectus ſatellitum ſervuſque Regis Babyloniæ, Hieroſolymas, &c.* De hoc *traditio exotica* ita: *Non dici poteſt, in ſeptimo* hoc factum fuiſſe die; *jam enim dictum eſt* in altero loco, id factum fuiſſe *in decimo die. Neque dicere convenit in decimo, cum in altero dicatur: in ſeptimo. Ergo quomodo* hæc inter ſe conſpirabunt? Reſp. *Septimo die templum ingreſſi ſunt gentiles, ederuntque ibidem profanantes illud per ſeptimum, octavum & nonum dies, tum in diluculo ignem eidem injecere, arſitque templum per totum illum diem, ſecundum id quod dicitur:* Hier. 6. 4. *Væ nobis, nam dies receſſit & umbræ veſperi ſeri ſe extenderunt. Hinc eſt quod R. Jochanan dixerit: Si vixiſſem iſta ætate*, quâ conſtitutum eſt jejunium hujus diei: *non decreviſſem illud* celebrari, *niſi decimo die* menſis Abh; *quia maxima templi pars eo die conſumta incendio erat. Sed Rabbini*, qui jejunium nono die celebrari voluerunt, ac conſtituerunt, *principium punitionis hujus magis reſpexere*, quam ejuſdem conſummationem.

ביתר *Bither*] Hujus magnitudinem urbis, in tribu Benjamin non procul ab Hieroſolymis, poſitæ, ita deſcribunt Hebræi, ut fidem prorſus excedant, quæ de collegiorum frequentia, de magnitudine cladis internecioniſque Judæorum ſub auſpiciis Adriani Imperatoris factæ, adferuntur. De quibus Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. ad hanc vocem fuſe ſatis egit, remque exemplis Talmudicis illuſtravit. Heic unicum Maimonidæ locum adduxiſſe ſuffecerit ex Hilcot. Taan. cap. 5. §. 2. qui ita habet: ביתר עיר גדולה והיו בה אלפים ורבבות מישראל והיה להם מלך גדול ודמו כל ישראל וגדולי החכמים שהוא מלך המשיח ונפל ביד עכ״ום ונהרגו כולם והיתה צרה גדולה כמו חורבן המקדש : *Bither urbs ingens erat, in qua fuerunt multa millia myriadum Iſraëlitarum, eratque ipſis Rex magnus, quem putarunt omnes Iſraëlitæ & ſapientum ſummi Regem Meſſiam; ſed incidit in manus Idololatrarum, interfectique ſunt omnes* ejus urbis incolæ, *unde tanta exſtitit anguſtia, quanta fuit in deſolatione ſanctuarii.*

נחרשה העיר *diruta urbs*] Significanter hoc exprimit R. Sal. Jarchius ex ſcriptura hunc in modum: Deſolata urbs eſt, ſecundum id quod habetur Hier. 26. 18. & Mich. 3. 12. *Tſion ut ager arabitur*; quandoquidem urbs ſolo æquata, redditaque fuerit ad inſtar agri arati.

ממעטין בשמחה *lætitiam imminuunt*] Ob multas nimirum calamitates hoc menſe inflictas, contra, in Adar, ſ. Februario, gaudia augent ob miracula hoc menſe in favorem Iſraëlitarum à Deo edita, quæ lætâ cum memoriâ celebrant in feſtis Purim & Paſchatos. Additur in Gemara menſem Abh Iſraëlitis ſemper male ominoſum notari; unde ſi Judæus cum gentili in jus ire conſtituerit, ſuadetur hoc ipſo abſtinendum eſſe, menſe Abh durante, rurſum idem ſuſcipiendum menſe Adar, cum is ſemper fauſtus felixque obſervatus fuerit.

ז שבת שחל תשעה באב לחיות בתוכה אסור מלספר ומלכבס ובחמישי מותרין מפני כבוד השבת ערב תשעה באב לא יאכל אדם שני תבשילין לא יאכל בשר ולא ישתה יין רבן שמעון בן גמליאל אומר ישנה רבי יהודה מחייב בכפיית המטה ולא הודו לו חכמים :

7. Hebdomade, in quam inciderit nonus dies menſis Abh, prohibitum eſt ſe tondere & lavare. Quinto autem *hebdomadis* die hæc licita ſunt, propter reverentiam Sabbati. Veſperâ noni diei menſis Abh vetitum eſt, geminis diverſi generis coctis frui, carne veſci vinumque bibere. R. Simeon filius Gamalielis dixit, *licitum eſſe*, *ex adſuetis cibis*, facere aliquam mutationem. R. Jehuda ait, præceptum etiam extare de lecto invertendo, *ne quis in eo dormiat*; ſed hoc invitis ſapientibus adſeruit.

R. OB. DE BARTENORA.

אסור מלספר ומלכבס *Vetitum eſt ſe tondere & lavare*, totam illam ſeptimanam vetitum eſt, donec tranſierit jejunium. ובחמישי מותרין *& quinto die licita ſunt*, quando conſecrabant menſem dicto quorundam teſtium qui viderant novilunium, & dies nonus menſis Ab inciderat in veſperam Sabbati, tum licita erat lotio die quinto antecedente jejunium, honoris Sabbatici ergo. שני תבשילין *duæ coctura*, non propterea quod non licet duabus cocturis frui, ſed iis rebus quæ crudæ comedi non ſolent; ſed ſi fit, id quod comeditur crudum, uti eſt lac & caſeus, & legumina recentia, quæ ſi quis coxerit, tamen in illis non continetur interdictum decoctorum.

לא יאכל בשר ולא ישתה יין *Non comedet carnem, neque bibet vinum*, hoc intelligendum de tempore pomeridiano, & de ultima menſa poſt quam nihil comedere intendit de induſtria; ſed ante meridiem, etiam in ultima menſa vel etiam poſt meridiem, & non in ultima menſa, licet ei duas cocturas edere, carnem & vinum. *Rabban Schimeon fil. Gamalielis dicit, mutabit aliquantulum*, ſi ſolebat duobus frui decoctis, fruetur uno, ſi duo vini pocula ſolebat ebibere, ebibet unum; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis. מחייב בכפיית המטה *obligat lectum invertere*, lectum penitus invertet, & non dormiet in eo, ſed in ſolo; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ערב תשעה באב *Veſpera noni diei menſis Ab &c.* hic caſus ſub duabus intelligendus eſt conditionibus, quarum una eſt, ut hæc menſa ſit ultima; altera, ut menſa illa inſtructa ſit poſt meridiem; at ſi menſam ultimam inſtruxerit quacum jejunium ſumere poteſt ante meridiem; aut ſi poſt meridiem comederit, & iterum comedere intenderit, tum licet ei carnem edere ac vinum bibere. Id autem quod Rabban Simeon fil. Gamalielis dicit ישנה *mutabit*, vult, quod aliquantulum de uſu ſuo ordinario mutabit, nimirum de multiplici eſu ac potu; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ובחמישי מותרין *Et quinto die licita*, hæc ſunt verba Rabban Simeonis filii Gamalielis, dicentis, quod totam ſeptimanam prohibitum ſit, etiam poſt tranſactum jejunium; ſed ita non eſt deciſio. Cæterum ſcias volo, quod omnia præcepta quæ in luctu obtinent, etiam obtineant nono die menſis Ab; ritus de luctu exponentur quoque ſuo loco; & ritus jejunii illius ſe habet ut ritus jejunii diei Expiationis; nimirum, quod non licet ſe lavare, ungere, & calceos induere, vel lectum ſternere, propterea de die profano aliquid dederunt diei ſancto; ſed opus peragere eſt actio multo ignominioſior.

LUNDIUS. ומלכבס *lavare*] Subtilius aliquanto hoc in Gemara fol. 29. 2. excutitur: אמר רב נחמן לא שנו אלא לכבס וללבוש אבל לכבס ולהניח מותר ורב ששת אמר אפילו לכבס ולהניח אסור וגו' *Dixit R. Nachman: Non habetur in Miſchna prohibitum niſi lavare* veſtes, eaſque poſtea *induere; verum lavare veſtes & reponere licitum utique erit? Reſp. Rabh Scheſchet: Etiam lavare ac reponere ſimul prohibitum cenſetur, &c.* Porro de hoc prolixè admodum in Gemara diſputatur; verum ſatis mihi erit impræſentiarum dixiſſe, poſteriorem hanc τȣ̃ Rabh Scheſchet ſententiam pro concluſione poni à Maim. Hil. Taan. cap. v. §. 6

ובחמישי *quinto*] Hoc eſt, ſi jejunium noni diei menſis Abh, ſ. Julii, incidiſſet in diem Veneris, tum die Jovis licitum erat ſe tondere & lavare in honorem Sabbati; ſed notandum, heic intelligi vel potius præſupponi tempus, quo per viſionem obſervationemque lunæ conſecrabantur Novilunia, ubi facile fieri poterat, ut nonus dies menſis Abh in diem Veneris, ſive veſperam Sabbati, incideret. Jam vero ſecundum morem Judæis hodiernis uſitatum, Novilunia ſua per faſtos, ſive peculiares computandi rationes, figentibus, hoc nunquam uſu venit.

ערב תשעה באב *veſperâ noni diei menſis Abh*] Intelligitur heic dies præcedens proxime diem nonum Abh, in quo poſt meridiem, & cibum ultimum, ſive ultra quem cibum amplius quid edere eo ipſo die non deſtinavit homo, prohibitum eſt diverſi generis eſculenta adhibere, ſicut hoc in Gemara notatur fol. 30. 1. אמר רב יהודה לא שנו אלא משש שעות ולמעלה אבל משש שעות ולמטה מותר ואמר רב יהודה לא שנו אלא בסעודה המפסיק בה אבל בסעודה שאינו מפסיק בה מותר ותרוייהו לקולא וגו' *Dixit R. Jehuda: Non venit intelligendus textus Miſchnicus niſi* de tempore, *à meridie & porro; ſed ante meridiem licitum cenſetur* diverſi generis cocta edere. *Dixit Rabh Jehuda: Non putarunt in Miſchna* prohiberi diverſa eſculenta *niſi in prandio, quod quis ſumit proxime ante jejunium; verum in cibatu, ultra quem & alium ante jejunium quis inſtituit, licitum habetur. Et hi duo* autores ſenſum Miſchnæ, quantum potuerunt, *ampliarunt, &c.* Quod ad diverſa attinet cocta, ita mentem ſuam exponit Raſchius: בשר ודגים או בשר וביצים שעליו או דגים וביצה שעליו Non edes *carnem & piſces, nec carnem ovis ſuperfuſam, nec piſces ovis opertos.* Addit Bartenorienſis, per diverſa cocta res intelligi, quæ crudæ non comedantur; unde excipi putat, lac, caſeum & legumina vireſcentia, quæ etſi coquantur, non tamen pro diverſis coctis in Miſchna notatis haberi.

בשר *carne*] De carne vinoque, quæ heic licita cenſentur, ita in Gemara dicitur: fol. 30. 1. אבל אוכל הוא בשר מליח ושותה יין מגיתו בשר מליח עד כמה אמר רב חנינא בר כהנא משום דשמואל כל זמן שאינו כשלמים ויין מגיתו עד כמה כל זמן שהוא תוסס תנא יין תוסס אין בו משום גילוי וכמה תסיסתו שלש ימים : *Sed*, ſi quis velit, *edat carnem ſalſam bibatque vinum ex torculari ſuo. Quamdiu vero ſale conſperſa manebit caro*, ut pro tali habeatur? *Reſp. Rabh Chanina filius Cahanæ autoritate Samuelis* cujuſdam: *Omni tempore, quo non eſt ut ſacrificia ſalutaria.* h. e. Si per duos dies & unam noctem in ſale relinquatur, poſtmodum pro ſalſa habetur; tamdiu enim ſacrificia ſalutaria recte ad eſum conſervabantur. *Aſt vinum ex torculari* bibere, *quamdiu* licitum erit? *Per omne tempus quo fermentatur. Docetur etiam de vino fermenteſcente, id non tegendum eſſe*, metu invaſionis ſerpentum, quoad uſque tale eſt; quia ſerpentes ab ebullientibus rebus abſtinent. *Verum quam diu durat ejus fermentatio? Tres dies.*

ישנה *facere aliquam mutationem*] Nimirum, ſi quis aliis diebus duo juſcula edere conſueviſſet, fas erat unum duntaxat apponere. Vel ſi duo vini pocula quis bibere alias adſuetus eſſet, jam uno ſe contentum redderet. Verum hæc ſententia concluſionibus Rabbinorum adverſa eſt. Ex dictis itaque conſtat, jejunium hoc noni diei menſis Abh reliquis jejuniis multo ſtrictius ſeveriuſque Judæis ſervari.

Jam

Jam enim & humi ſedere ſolent, legentes ex Bibliis, non quidem Legem, cum illa, ad mentem illorum, lætitiam cordibus ingeneret, ſed, qui luctum mœroremque repræſentant, textus, v. g. Lamentationes Hieremiæ, Jobum, & qui ſimilis argumenti ſunt. Jam pedibus incedunt nudis, vel ſaltem diſcalceatis, manus illotas vultuſque triſtitiâ ſqualidos habentes.

ח אמר רבן שמעון בן גמליאל לא היו ימים טובים לישראל כחמשה עשר באב וכיום הכיפורים שבהן בנות ירושלם יוצאות בכלי לבן שאולין שלא לבייש את מי שאין לו כל הכלים טעונין טבילה ובנות ירושלם יוצאות וחולות בכרמים ומה היו אומרות בחור שא נא עיניך וראה מה אתה בורר לך אל תתן עיניך בנוי תן עיניך במשפחה שקר החן והבל היופי אשה יראת ה׳ היא תתהלל ואומר תנו לה מפרי ידיה ויהללוה בשערים מעשיה וכן הוא אומר צאינה וראינה בנות ציון במלך שלמה בעטרה שעטרה לו אמו ביום חתונתו וביום שמחת לבו ביום חתונתו זו מתן תורה וביום שמחת לבו זה בנין בית המקדש שיבנה במהרה בימינו אמן :

8. Dixit Rabban Simeon filius Gamalielis: Non fuere Iſraëlitis tam feſtivi dies, quam quintus decimus menſis Abh & dies Expiationum: quia illis ipſis diebus virgines Hieroſolymitanæ egrediebantur, indutæ veſtibus candidis, licet commodatis, ne pudore adficerentur illæ, quæ ipſæmet tales non haberent. Omnes a. veſtes lotionem requirebant, *priuſquam induerentur.* Virgines, *inquam*, Hieroſolymitanæ exibant, inque vineis ſaltabant. Quidnam vero dixerunt? Intende oculos quæſo, juvenis, ac probe adſpice, quam tibi eligas *uxorem.* Ne intuearis formam, quin potius familiam. Fallax namque eſt, *ut dicitur Prov.* XXXI. 31. vultus gratia, inanis quoque res eſt formæ elegantia; verum mulier, cui timor Domini cordi eſt, illa laudabitur. *Deque eadem porro* memoratur: Date ipſi de fructu manuum ſuarum, factaque ejus in portis deprædicabuntur. Rurſum & ita dicitur *Cantic.* III. 11. Exite & videte, filiæ Tſionis, Salomonem regem coronâ ornatum, quam paravit ei mater ſua die ſponſaliorum ejus, & die lætitiæ cordis ejus, *intellige*, per diem ſponſaliorum ejus, *diem*, quo lex dabatur, & per diem gaudii cordis ejus, ædificationem domus ſanctæ, quæ exſtruatur cito in diebus noſtris Amen!

R. OB. DE BARTENORA.

כחמשה עשר באב *Ut quintus decimus dies menſis Ab*, quo conſumti ſunt ii qui mortui ſunt in deſerto, anno quadrageſimo; & eo die quoque conſumptæ ſunt cuſtodiæ quas poſuit Jeroboam filius Nebat, quæ Iſraëlitas impedirent ne ad feſta ſolennia aſcenderent Jeruſolymæ; eo die etiam ſepulti ſunt ii qui in urbe Bitter occiſi ſunt; & eo die ceſſaverunt ligna in uſum altaris, & ab eo tempore defecit vis ſolis, ut non poſſet exſiccare ligna humida.

כיום הכפורים *Sicut dies expiationis*, quo ultimæ Legis tabulæ datæ ſunt, eſtque dies remiſſionis peccatorum. שאולים *commodatis*, nam omnes commodabant, etiam divites, ne is cui non erant ejuſmodi veſtes, pudore afficeretur. טעונין טבילה *requirebant lotionem*, antequam induiſſent eas, quia una non cognoſcebat alteram, ut fieri poſſet unam fuiſſe immundam.

יוצאות וחולות *exibant & ſaltabant*, quemadmodum dicitur Jerm. 31. 13. אז תשמח בתולה במחול Per *Regem Salomonem* Cantic. 3. 11. intelligas Deum benedictum, cui proprie competit pax: per *matrem ejus* intelligas congregationem Iſraëlis. מתן תורה *datio Legis*, die Expiationis, quo datæ ſunt ultimæ Legis tabulæ. בנין בית המקדש *ædificatio domus ſanctuarii*, quod initiatum eſt die Expiationis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare neceſſarium erat ut omnia veſtimenta immergerentur, eſt, quia inter ſe commixta erant, & non dubium erat quin in tota multitudine eſſent mulieres quæ non erant puræ, & ſic etiam inter viros; quæ vero inter mulieres formoſæ erant, dicebant, *juvenis attolle oculos tuos & vide quam tibi eligas, nam mulier non eſt creata niſi ob formoſitatem.* Quæ erant è nobili genere natæ, quando non inveniebant gratiam in oculis ſpectatorum, dicebant, *ne conjicias oculos tuos in formoſitatem, ſed intuere genus*, quia mulier tantum creata eſt ad procreandum liberos. Cæterum, elegerunt ſibi mulieres decimo quinto die menſis Ab, quia eo die ablata plaga à mortuis in deſerto anno quadrageſimo, nam quolibet nono die menſis Ab multi mortui erant; & in anno ultimo extincta eſt plaga, & exſpectarunt uſque ad dimidium menſis, & tum confirmati ſunt & crediderunt ſibi ipſis, & animadverterunt quod in gratia creatoris erant, ejuſque iram jam ceſſaſſe & receſſiſſe ab illis, idcirco eo die habuerunt convivium.

LUNDIUS. כחמשה עשר באב וכיום הכיפורים *quam dies quintus decimus menſis Abh & dies Expiationum*] Ad oſtendendam æqualitatem dictorum, quod ad lætitiam ſpectat, dierum, varia de die xv. Abh prædicantur facta in Gemara, quæ, utut prolixa ſint, attamen, cum ad explanationem hujus loci faciant, & lectori non prorſus ingrata fore ſperem, adducere non pigebit, habentur vero fol. 30. 2. בשלמא יום הכיפורים משום דאית ביה סליחה ומחילה יום שניתנו בו לוחות האחרונות אלא חמשה עשר באב מאי היא אמר רב יהודה אמר שמואל יום שהותרו שבטים לבא זה בזה מאי דרוש זה הדבר אשר צוה יהוה לבנות צלפחד וגומר דבר זה לא יהא נוהג אלא בדור זה אמר רב יוסף אמר רב נחמן יום שהיתה שבט בנימין לבא בקהל שנאמר ואיש ישראל נשבע במצפה לאמור איש ממנו לא יתן בתו לבנימין לאשת מאי דרוש אמר רב ממנו ולא מבנינו אמר רבה בר רב חנה אמר רבי יוחנן יום שכלו בו מתי מדבר דאמר מר עד שלא כלו מתי מדבר לא היה דבור עם משה שנאמר ויהי כאשר תמו כל אנשי המלחמה למות וידבר יהוה אלי אלי היה הדבור עולא אמר יום שביטל הושע בן אלה פרוסדיות שהושיב ירבעם בן נבט על הדרכים שלא יעלו ישראל לרגל ואמר לאיזה שירצו יעלו רב מתנה אמר יום שנתנו הרוגי ביתר לקבורה ואמר רב מתנה אותו יום שנתנו הרוגי ביתר לקבורה תקנו ביבנה הטוב והמטיב הטוב שלא הסריחו והמטיב שניתנו לקבורה רבה ורב יוסף דאמרי תרווייהו יום שפסקו מלכרות עצים למערכה תניא רבי אליעזר הגדול אומר מחמשה עשר באב ואילך תשש כחה של חמה ולא היו כורתין עצים למערכה לפי שאינן יבשין אמר רב מנשיא וקרו ליה יום תבר מגל מכאן ואילך דמוסיף יוסיף ודלא מוסיף יאסף תני רב יוסף מאי יאסף אמר רב יוסף תיקבריה אימיה : *Concedatur, Diem Expiationum* recte dici admodum hilarem, *quippe quo datur condonatio ac remiſſio*

miſſio peccatorum, *quo etiam exhibitæ ſunt tabulæ Legis poſteriores; verum quâ ratione idem de XV. Abh dicitur? Reſp. R. Jehuda autoritate Samuelis* cujuſdam: *Dies hic eſt, quo licitum eſt pronunciatum tribubus*, *ne una ad alteram accederet*, fœderis faciendi conjugalis cauſſa. *Sed unde hoc probatur?* Reſp. Id patet ex Num. 36. 6. *Hoc eſt verbum, quod præcepit Dominus de filiabus Tſelaphechad*, *&c.* i. e. *res hæc non erit uſitata*, *niſi in hâc generatione. Dixit R. Joſeph nomine R. Nachmanis*, *hic ipſe dies*, xv. Abh, *eſt*, *quo tribui Benjamin permiſſum fuit cum cœtu reliquo Iſraëlitarum matrimonio jungi*, *quandoquidem* Jud. 21. 1. *dicatur: Iſraëlitæ jurarunt in Mitſpa*, *dicentes: Nemo noſtrum locabit filiam ſuam Benjaminitæ uxorem*; *ſed quomodo hoc intelligendum eſt*, nam ſi juraverant, quâ ratione poterant nubere, nuptuive dare? *Reſpondit Rabb*: In textu quidem habetur: *ex nobis*, *verum*, *ex filiis noſtris*, *non proſtat. Dixit Rabba filius Rabb Chanæ nomine R. Jochananis: Eſt dies*, i. e. xv. Abh, *quo conſumti ſunt homines*, *qui in deſerto vixerant*, *ſicut dixit Mar: Uſque quo homines in deſerto viventes non conſumti eſſent*, *Dominus ad Moſem non locutus eſt; Dicitur n.* Deut. 2. 16. *Et factum eſt*, *cum omnes viri bellicoſi mortui eſſent*, *ut loqueretur ad me Dominus.* q. d. *ad me factum eſt oraculum Divinum. Ula dixit:* Quintus decimus Abh *eſt ille ipſe dies*, *quo Hoſea filius Ellæ interemit cuſtodes*, *quos viis impoſuerat Hieroboam filius Nebat*, *ne adſcenderent Iſraëlitæ ad feſtum*, *& dixit iis*, nempe Iſraëlitis, *ut adſcenderent*, *quando vellent. Rabb Matna de hoc ipſo die dixit*, *eo traditos fuiſſe ad ſepulturam occiſos urbis Bither. Perrexitque dicere Rabb Matna: Eo ipſo die*, *quo redditi ad ſepulturam fuere occiſi urbis Bither*, *confecta eſt in Jabne* benedictio illa, quæ dicitur: *qui bonus eſt*, *& bene facit. Bonus* Deus; *quia* cadavera illa *non facta fuere fœtida: qui bene facit*; *quia ad ſepulturam data. Rabba & Rabb Joſeph conjunctim dixere: Eſt dies hic*, *quo ceſſabatur à lignis cædendis in uſum ſtruis altaris. Proſtat & talis exotica traditio:* R. *Elieſer magnus dixit: Ex quinto decimo Abh & porro ſolis exſiccandi vires debilitantur*, *unde* poſt eum diem *nec ligna cædebantur pro ſtrue altaris*, *ſiquidem arefieri non poterant*, metuſque erat vermium in iiſdem naſcendorum, ob quos illegitima reddebantur ligna. *Dixit Rabb Menaſchia: Vocarunt hunc diem*, *ſecuris fractorem*; cum ab eo ceſſarit ſectio lignorum. *Ab hoc die & porro*, *qui addit* noctes diei, in ſtudium Legis impendendas, *addet* vitam vitæ ſuæ, ſive, prorogabit vitam ſuam; *qui vero non addit*, *conſumetur. Docet Rabb Joſeph*, *quid ſibi velit vox illa: conſumetur*, *nimirum*, *ſepeliet illum mater ſua*, h. e. morte præmaturâ decedet.

שאולין *licet commodatis.*] Veſtes commodatas, ad mentem Talmudiſtarum, à ſe invicem ſumebant; v. g. filia Regis à filia ſacerdotis ſummi, hæc vero à filia ſacerdotis ſecundi ordinis, Sagan dicti, hæc denique à filia ſacerdotis ad bellum uncti, & ſic porro, quæ majoris dignationis erant ab iis, quæ inferioris conditionis, mutuabantur veſtes; non quod ipſæmet tales non haberent, ſed ne pudore ſuffunderentur illæ, quibus neceſſe erat uti commodatis.

טעונין טבילה *lotionem requirebant.*] Incertum namque erat, annon ipſa, quæ utendas conceſſerat veſtes, immunda eſſet. Additur in Gemara tam ſtricte hoc obſervatum fuiſſe, ut, etiam lintea in ſcriniis adcuratiſſime ſervata, prius lota quam corpori adplicata fuerint.

ומה היו אומרות *Quidnam v. dixerunt?*] Ultima textus Gemarici verba finem quoque imponent meis adnotationibus, quibus, triſtis hic argumenti Codex, peculiari quâdam cum amœnitate, clauditur ac finitur: תנו רבנן יפפיות שבהן מה היו אומרות תנו עיניכם ליופי שאין האשה אלא ליופי מיוחסות שבהן מה היו אומרות תנו עיניכם למשפחה לפי שאין האשה אלא לבנים מכוערות שבהן מה היו אומרות קחו מקחכם לשום שמים ובלבד שתעטרונו בזהובים אמר עולא ביראה אמר רבי אליעזר עתיד הקדוש ברוך הוא לעשות מחול לצדיקים והוא יושב ביניהם בגן עדן וכל אחד ואחד מראה באצבעו שנאמר ואמר ביום ההוא הנה אלהינו זה קוינו לו ויושיענו זה יהוה קוינו לו נגילה ונשמחה בישועתו *Tradiderunt Magiſtri: Quæ inter eas pulcræ erant*, *quid dixerunt? Adſpicite*, Juvenes, *formam ac decus*, *cum uxor non ducatur niſi ob pulcritudinem. Quæ nobili aut antiquâ familiâ natæ erant*, *quid clamabant? Advertite gentem familiamque*, *quoniam matrimonium non initur niſi liberorum procreandorum cauſſâ. Quæ denique deformes erant*, *qualia protulere verba? Accipite merces veſtras in nomine Domini*, *tantum ut coronetis nos ornamentis aureis. Sed Ula addidit:* Etiam *timore* Domini. R. *Elieſer hæc dixit: Paraturus eſt Deus ſanctus & benedictus ſaltationem juſtis*, *ipſemet vero in medio eorum ſedebit*, *in horto Eden. Tum ſinguli* Deum *digito oſtendent dicentque*, *prout habetur:* Eſ. 25. 9. *Et dicetur die illo*, *En! hic eſt Deus noſter*, *quem exſpectavimus*, *is nos ſalvaturus eſt: hic eſt Dominus*, *quem deſideravimus; exultabimus & lætabimur de ſalute ejus.*

Finis tractatus de Jejuniis.

מסכת מגילה

Tractatus de Volumine Eſteris.

פרק א מגילה נקראת באחד עשר בשנים עשר בשלשה עשר בארבעה עשר בחמשה עשר לא פחות ולא יותר כרכין המוקפין חומה מימות יהושע בן נון קורין בחמשה עשר כפרים ועיירות גדולות קורין בארבעה עשר אלא שהכפרים מקדימין ליום הכניסה :

CAput 1. Megilla legitur undecimo (menſis Adar,) duodecimo, & decimo tertio, ac decimo quarto, ut & decimo quinto, non infra nec ultra. Oppida muro circumdata inde à tempore Jehoſchuæ filii Nun, legunt decimo quinto. Pagi & urbes magnæ legunt decimo quarto ; niſi quod pagi anticipant diem congregationis.

R. OB. DE BARTENORA.

מגילה נקראת באחד עשר וגו׳ *Megilla legitur undecimo &c.* interdum hoc die, interdum illo die, uti inpoſterum. כרכין המוקפין חומה מימות יהושע בן נון קורין בט״ו *oppida muro circumdata à diebus Jehoſchuæ filii* Nun *legunt decimo quinto,* eo quod ſcriptum eſt Eſter. 9. 19. על כן היהודים הפרזים היושבים בערי הפרזות עושים את יום ארבעה עשר indè infertur quod, ſi oppida muro non cincta, legant decimo quarto die, ea quæ muro cincta ſunt, legant decimo quinto ; at quod indè à tempore Jehoſchuæ filii Nun muro cincta fuerint, concluditur æquali ſententia è voce פרזים, quando hic dicit היהודים הפרזים Et Deut. 3. 6. dicitur, לבד מערי הפרזים Quomodo igitur ſe habebant indè à tempore Jehoſchuæ filii Nun, eodem modo hic intelligendum eſt de Megilla. Ordinarunt autem, ut civitates muro circumdatæ indè à tempore Jehoſchuæ filii Nun, etſi jam non circumdatæ ſint muro, legant decimo quinto, quemadmodum oppidum Suſan, ut hic honor concederetur terræ *Iſraëlis quæ tempore* Mordechæi devaſtata erat, *ut legerent* ut incolæ oppidi Suſan, & *haberentur ac ſi muro* eſſent circumdatæ, etſi jam deſtructæ eſſent, ut hoc modo terræ Iſraëlis memoria haberetur in hoc miraculo. Et quia Jehoſchua incepit bellum contra Amalek, dicitur Exod. 17. 14. כתוב זאת זכרון בספר ושום באזני יהושע ideo dicitur, *indè à tempore Jehoſchuæ.*

אלא שהכפרים מקדימין ליום הכניסה *Niſi quod pagi anticipent diem congregationis*, diem ſeptimanæ ſecundum, aut diem quintum qui veniunt ante diem decimum quartum, qui ſunt dies congregationis, quibus villici congregantur in civitatibus, & judicant, nam Senatus ſedet ad judicandum die ſecundo, & quinto, ex conſtitutione Eſræ. Congregantur etiam villici, & in civitates veniunt die ſecundo, & die quinto ad audiendum lectionem Legis, quia villici nequeunt accuratè legere, ideoque neceſſe eſt unus ex incolis civitatis legat. Et Sapientes non impoſuerunt illis ut iterum in civitatem venirent decimo quarto die, ut die Purym vacarent, ad ſuppeditandum ea quæ ad convivium erant neceſſaria pro civibus ; & propterea hanc ſignificationem invenerunt, quæ dicit Eſter. 9, 31. לקיים את ימי הפורים האלה בזמניהם Sin autem Eſter & Mordechæus ordinaſſent tantum diem decimum quartum & tantum decimum quintum, de quibus Scriptura dixit; dixiſſet בזמנים, & non בזמניהם, ad denotandum, quod etiam duo alia tempora ſunt exceptis illis de quibus in Megilla. Cæterum non eſt neceſſe ut Scriptura decimum tertium diem notet ad includendum illum, ut conſtat quod idoneus eſt ut legatur in eo Megilla, quia eo die præcipuum miraculum factum eſt, quia in eo congregati ſunt ad vindictam ſumendam ab hoſtibus, tam Suſane, quam in reliquis provinciis; neceſſario igitur dicendum, quod Scriptura non multiplicat, niſi diem undecimum aut duodecimum. Neque dicendum eſt, quod dies decimus ſextus & decimus ſeptimus, poſt decimum quartum & decimum quintum diem, qui in Megilla ſcripti ſunt, includantur, quia ſcriptum eſt Eſter. 9. 27. ולא יעבור.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicunt Sapientes noſtri piæ memoriæ, id quod dictum eſt Eſter. 9. 31. לקיים את ימי הפורים האלה בזמניהם innuit Sapientes multa tempora inſtituiſſe. Et ibidem 9. 19. dicitur על כן היהודים הפרזים היושבים בערי הפרזות עושים את יום ארבעה עשר Quando autem pagani celebrabant diem decimum quartum, illi qui in oppidis munitis habitabant, decimum quintum celebrabant. Cæterum ſi oppidum muro circumdatum erat indè à temporibus Jehoſuæ filii Nun, etſi murus dirutus eſſet, nihil referebat.

Ratio autem quare hoc inſtituerunt in oppidis muro cinctis indè à temporibus Jehoſchuæ filii Nun, ea eſt, quæ dicitur in Talmude Jeruſolymitano, in quo dicunt, honorem contulerunt in terram Iſraëlis, quæ eo tempore vaſtata erat, & hunc honorem illi attribuerunt tempore Jehoſchuæ filii Nun. Qui vero habitabant in Suſan legebant decimo quinto die, etſi eſſet oppidum novo muro cinctum, quia illic erat præcipua miraculi ſedes, & fundamentum Megillæ compoſitæ, ideo ſcriptum eſt. Eſter 9. 18. ונוח בחמשה עשר

ליום הכניסה *Diem congregationis*, eſt dies ſecundus, & dies quintus, quibus diebus pagani & villici congregantur ad audiendum lectionem libri Legis. Cæterum in Sabbatho legere Megillam vetitum eſt, ratio vero eadem eſt quam dedimus ad voces Schophar, & Lulab in tractatu Succa. Lectio vero ea quæ fiebat diverſis temporibus, obtinebat tantum eo tempore quando penes nos erat imperium, & poteſtas ad præcepta perfectè obſervanda. Verum hoc tempore, nempe, ab eo tempore quo compoſita eſt Gemara uſque ad Meſſiæ adventum, legitur tantum tempore ſuo ordinario, quod eſt die decimo quarto, & decimo quinto, uti expoſuimus. Et tenetur homo legere Megillam nocte, & denuo etiam die.

SURENHUSIUS. Hic tractatus inſcribitur nomine מגילה *Megilla* à גלל *convolvere* quaſi *volumen* dixeris, ſolent enim Hebræi libros ſacros in membranis longis conſcribere, quas lectione finita convolvunt, ideo Jerem. 36. 6. וקרא במגלה *& leges in libro.* Pari modo liber Eſteris vocatur מגילה eo quod inter legendum ſæpe convolvitur; ſolent enim Judæi membranam prius convolvere & ſingulis vicibus aliquantulum extendere donec finiatur. Hujus porro libri lectio inſtituta eſt à ſcribis, & res nota eſt quod ſit etiam conſtitutio prophetarum; & ad hujus lectionem tenentur omnis generis ac conditionis homines, ut, maſculi, fœminæ, proſelyti, ſervi manumiſſi, & ipſos minorennes quoque aſſuefaciunt ad lectionem illius ; imo ne quidem ipſi ſacerdotes & Sapientes munere ſuo (quantumvis Legi ſtudentes) defungentes ab illius lectione liberi erant, ſed opera & ſtudia ejuſmodi, atque id genus alia omnia propellebantur à lectione Megillæ; neque ulla eſt res quæ lectionem Megillæ propellere vel differre poteſt, præterquam præceptum de mortuis ſepeliendis. Sive autem quis ipſe legerit ſive alium legentem audiverit, perinde eſt, & ſatisfecit, dummodo audiverit ex ore illius qui ad lectionem tenetur: idcirco, ſi audiviſſet ex ore minorennis, aut ſtulti, non ſatisfecit, quia illi non tenentur. Tempus legendi ſtatuitur die nocteque totis, & tres benedictiones ante ejus lectionem noctu recitandæ ſunt, hujus argumenti, ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצוינו על מקרא מגלה : ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם שעשה נסים לאבותינו בימים ההם בזמן הזה : ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם שהחיינו וקימנו והגיענו בזמן הזה : id eſt, *benedictus ſis tu domine Deus noſter Rex mundi qui nos ſanctificaſti præceptis tuis, & nobis præcepiſti lectionem Megillæ, benedictus tu domine Deus noſter Rex mundi qui feciſti mira-*

cula patribus noſtris in illis diebus, hoc tempore; benedictus ſis tu domine Deus noſter qui nos vivificaſti, confirmaſti, & ad hoc uſque tempus perduxiſti. Cæterum poſt lectionem illius benedicit hoc ſenſu ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם האל הרב את ריבנו והדן את דינינו והנוקם את נקמתינו והנפרע לנו מצרינו והמשלם גמול לכל אויבי נפשנו ברוך אתה יהוה הנפרע לישראל מכל צריהם האל המושיע *benedictus ſis domine Deus noſter Rex mundi, Deus fortis qui egiſti, cauſam noſtram, & judicaſti judicium noſtrum, & ultus es vindictam noſtram, & liberaſti ab hoſtibus noſtris, & perfecte retribuens omnibus animabus noſtris inſidiantibus, benedictus ſis domine Deus noſter liberans Iſraëlem ab omnibus hoſtibus ipſius, ô Deus ſervator.* Hæc ita præmiſimus maxima ex parte ex Maimonide Hilchot Megilla & Chanucca.

ב כיצד חל להיות יום ארבעה עשר בשני כפרים ועיירות גדולות קורין בו ביום ומוקפות חומה למחר חל להיות בשלישי או ברביעי כפרים מקדימין ליום הכניסה ועיירות גדולות קורין בו ביום ומוקפות חומה למחר חל להיות בחמישי כפרים ועיירות גדולות קורין בו ביום ומוקפות חומה למחר חל להיות ערב שבת כפרים מקדימין ליום הכניסה ועיירות גדולות ומוקפות חומה קורין בו ביום חל להיות בשבת כפרים ועיירות גדולות מקדימין וקורין ליום הכניסה ומוקפות חומה למחר חל להיות אחר השבת כפרים מקדימין ליום הכניסה ועיירות גדולות קורין בו ביום ומוקפות חומה למחר :

2. Quomodo? ſi dies quartus incidiſſet in ſecundum, pagi & urbes magnæ legebant eodem die; at muro circumdatæ (urbes) legebant die ſequenti. Si incidiſſet in tertium aut quartum, pagi anticipabant diem quo legebant ſectionem *Congrega* &c.; & urbes magnæ legebant eodem die & muro cinctæ die ſequenti. Si incidiſſet in veſperam Sabbathi, pagi anticipabant diem congregationis, & urbes magnæ legebant eodem die, ſed muro cinctæ die ſequenti. Si incidiſſet in Sabbatum, pagi & urbes magnæ anticipabant diem ſectionis *Congrega* &c. legendæ; quæ vero muro erant cinctæ, legebant die ſequenti. Si incidiſſet poſt Sabbatum, pagi anticipabant diem ſectionis *Congrega* &c. & magnæ urbes legebant eodem die, & muro cinctæ die ſequenti.

R. OB. DE BARTENORA.

חל להיות בערב שבת וגו׳ ועיירות ומוקפות בו ביום *Si incidiſſet in veſperam Sabbathi &c. urbes, & eæ quæ muro cinctæ ſunt legunt eodem die*, quia Megilla legi non poteſt die Sabbathi, ne eam in manum ſumat, & deferat eam quatuor paſſus, in locum publicum. Cæterum ſi lectionem diſtuliſſent ad primum ſeptimanæ diem, fiet decimo ſexto die; at Scriptura dicit Eſter. 9. 19. ולא יעבור Quamvis etiam incolæ civitatum muro cinctarum legant Megillam decimo quarto die, quando decimus quintus dies inciderit in Sabbathum, nihilominus non legunt Paraſcham, quæ occurrit Exod. 17. 8. ויבא עמלק וגו׳ Sed die Sabbathi, qui eſt dies decimus quintus, & legunt Haftaram 1 Sam. 15. 1. Et exponunt jura feſti Purym per totum illud Sabbathum. Convivium vero Purym, dicente quodam, faciunt decimo quarto die, quia eo die Megillam legunt. Et non nemo dicit, quod ejus lectionem differunt uſque poſt Sabbathum; & ita in Talmude Jeruſolymitano monſtratur, quod convivium Purym quod incidit in Sabbathum, differunt, & non anticipant, & juxta omnium ſententiam non faciunt illud die Sabbathi. Cæterum ſi dies decimus quartus incidiſſet in diem ſeptimanæ primum, pagi anticipabant diem congregationis, qui veniebat undecimo die. Quod autem Sapientes indulſerunt paganis anticipare diem congregationis, factum eſt eo tempore quo Iſraël in terra ſua, & legati Synedrii exibant ad notum faciendum quando Synedrium ſanctificaverat menſem, & quando feſtum Paſchatis determinaverat. Sed hoc tempore quando populus intentus eſt lectioni Megillæ, & deinceps numerant triginta dies ad faciendum Paſcha, ſi pagani anticipaſſent lectionem, facient Paſcha triginta dies poſt lectionem Megillæ, & fermentatum comedent ultimis Paſchatis diebus, propterea non legimus niſi tempore ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod dies congregationis eſt dies ſecundus & quintus, & quod Megilla non legitur die Sabbathi, propterea, ſi dies decimus quartus inciderit in Sabbathum, quo legi nequit, urbes magnæ anticipabant diem congregationis, qui eſt dies quintus. Sed non legebant Megillam in veſpera Sabbathi, quia dicimus, quoniam propelluntur de tempore ſuo, propellantur etiam ad diem congregationis.

ג איזו היא עיר גדולה כל שיש בה עשרה בטלנין פחות מכאן הרי זה כפר באלו אמרו מקדימין ולא מאחרין אבל זמן עצי כהנים ותשעה באב חגיגה והקהל מאחרין ולא מקדימין אף על פי שאמרו מקדימין ולא מאחרין מותרין בהספד ובתענית ומתנות לאביונים אמר רבי יהודה אימתי מקום שנכנסים בשני ובחמישי אבל מקום שאין (ס"א) נכנסין לא בשני ולא בחמישי אין קורין אותה אלא בזמנה :

3. Quænam eſt urbs magna? in qua fuerint decem homines otioſi, ſi minores, pagus eſt. De his dixerunt, quod anticipant, & non differunt. Cæterum tempus lignorum ſacerdotum, & nonum diem menſis Ab, Sacrificium Chagigæ, & congregationem differunt, & non anticipant. Quamvis dixerint, anticipant & non differunt, licita ſunt tamen in luctu, & jejunio; & dona pro inopibus. Dixit R. Jehuda, quando? in loco quo congregantur die ſecundo, & quinto, non legunt niſi tempore ſuo. Sed in loco quo non congregantur, neque die ſecundo, neque quinto, non legunt eam niſi tempore ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

עשרה בטלנים *Decem otioſi*, Synagogæ, vacantes ab omni opere, qui aluntur impenſis cœtus, ut tempore orandi ſemper

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עשרה בטלנים *Decem otioſi*, id eſt, ſemper in Synagoga decem otioſi ſint oportet, qui nihil aliud agunt præterquam nego-

per ſint in Synagoga. באלו אמרו *de his dixerunt*, de temporibus legendi Megillam dixerunt quod anticipant, ſi tempus lectionis in Sabbathum incidiſſet.

אבל זמן עצי כהנים *Sed tempus lignorum ſacerdotum*, nam familiæ quædam ex Iſraële deſtinatæ erant quolibet anno ad adducendum ligna ad templum in neceſſitatem ſtruis lignorum ſuper focum altaris, & ſi iſtud tempus incidiſſet in Sabbathum, differebant in diem ſequentem. ותשעה באב *& nonum diem menſis Ab*, idem judicandum eſt de reliquis jejuniis, ſi aliquod eorum inciderit in Sabbathum.

וחגיגה *Et ſacrificium Chagigæ*, ſi dies feſtus inciderit in Sabbathum, ſacrificia pacifica Chagigæ propellebant in diem ſequentem, nam integros ſeptem dies ſolvendi tempus eſt. Sic etiam eo tempore quo legebatur ſectio *congrega populum*, quam Rex legebat in libro Legis, totus populus tenebatur venire, & adducere familias ſuas, quemadmodum dicitur Deut. 31. 12. הקהל את העם האנשים והנשים והטף Sed die Sabbathi hoc fieri non poterat, nam tum propellebant lectionem ſectionis iſtius in diem ſequentem. ולא מקדימין *& non anticipant*, quia tempus debiti illius nondum advenit; neque nonum diem menſis Ab anticipant, quia malum anticipare non debemus.

negotia cœtus, & doctrinam Legis. Quando autem nonus dies menſis Ab inciderit in Sabbathum, jejunant primo die hebdomadis, eo quod id quod malum eſt anticipari non debeat. Ita etiam, ſi dies ſacrificii Chagigæ inciderit in Sabbathum, ſacrificium fit die primo ſeptimanæ, uti exponetur in tractatu Chagiga. Et quando dies congregationis, quo populus audiebat lectionem Legis ex ore Regis, incidiſſet in Sabbathum, Lex legebatur die octavo. Tempus vero lignorum ſacerdotum jam expoſuimus, in tractatu Taanit ſub finem. Quando autem aliquod horum temporum incidiſſet in Sabbatum, ſacrificium fiebat primo die ſeptimanæ; & omnia hæc differebantur, quoniam tempus eorum obligatorium nondum advenerat.

מתנות לאביונים *Dona pro inopibus*, id eſt, qui dederit illis diebus, nimirum, undecimo, duodecimo, & decimo tertio, dona inopibus, ſatisfecit debito ſuo. R. Jehuda vero exponit verba Sapientum antecedentia.

ד קראו את המגילה באדר הראשון ונתעברה השנה קורין אותה באדר שני אין בין אדר הראשון לאדר השני אלא קריאת המגילה ומתנות לאביונים:

4. Si legiſſent Megillam in Adar primo, & annus intercalatus fuiſſet, legebant eam in Adar ſecundo. Non eſt differentia inter Adar primum & Adar ſecundum, niſi quod ad lectionem Megillæ, & dona inopum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בין אדר ראשון לאדר שני וגו׳ *Non eſt differentia inter Adar primum & Adar ſecundum &c.* id eſt, non eſt differentia inter diem decimum quartum & decimum quintum Adaris primi, & diem decimum quartum & decimum quintum Adaris ſecundi, niſi quod ad lectionem Megillæ, & dona inopum; ſed in negotio lugendi & jejunandi, uterque dies æqualis eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicatio hujus Miſnæ ita ſe habet, non eſt differentia inter diem decimum quartum & decimum quintum Adaris primi, & inter diem decimum quartum, & decimum quintum Adaris ſecundi, niſi quod ad lectionem Megillæ, & dona inopum, ſed uterque vetitus eſt propter jejunium & luctum.

ה אין בין יום טוב לשבת אלא אוכל נפש בלבד אין בין שבת ליום הכפורים אלא שזה זדונו בידי אדם וזה זדונו בכרת:

5. Non eſt differentia inter diem feſtum & Sabbathum, niſi quod ad cibum animarum (edulia) tantum. Non eſt differentia inter Sabbathum & diem expiationis, niſi quod illius peccatum de induſtria commiſſum punitur per hominum manus; hujus vero peccatum de induſtria commiſſum punitur excisione.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בין יום טוב לשבת אלא אוכל נפש בלבד *Non eſt differentia inter diem feſtum & Sabbathum, niſi quod ad cibum animarum tantum*, Miſna hæc eſt juxta ſententiam Scholæ Schamai, quæ dixit, non educunt parvulum, neque Lulab, neque librum Legis in locum publicum, quia in iſtis rebus non eſt neceſſitas cibi animarum; & deciſio non eſt ita; ſed juxta Scholam Hillelis, quæ dicit, quemadmodum licet educere in neceſſitatem cibi, ſic etiam educere licet ſine neceſſitate cibi. Præterea etiam ſunt aliæ res quæ vetitæ ſunt die Sabbathi, & licitæ die feſto, etſi non ſint in neceſſitatem animarum, ut demittere fructus per feneſtras, quod licet die feſto, non vero Sabbatho. אלא שזה זדונו בידי אדם *niſi quod illius* (Sabbathi) *peccatum de induſtria commiſſum punitur per manus hominum*, nam die Sabbathi peccatum de induſtria commiſſum punitur morte per manus Synedrii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in tractatu Beza, quod hæc eſt ſententia Scholæ Schamai. Cæterum Schola Hillelis alias etiam res habet, quæ differentiam ponunt, præterquam cibum animarum, quas facere licet die feſto, ſed non die Sabbathi, uti illic expoſuimus.

ו אין בין המודר הנאה מחבירו למודר ממנו מאכל אלא דריסת הרגל וכלים שאין עושין בהן אוכל נפש אין בין נדרים לנדבות אלא שהנדרים חייב באחריותן ונדבות אינו חייב באחריותן:

6. Non eſt differentia inter eum qui votum fecerit ſe non capturum utilitatem à ſocio ſuo, & inter eum qui votum fecerit ſe non capturum cibum, niſi quod ad calcationem pedis, & vaſa in quibus non parant cibum animarum. Non eſt differentia inter נדרים & נדבות; niſi quod נדרים obligant ad cautionem de futuro damno, נדבות non obligant ad cautionem de futuro damno.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בין המודר הנאה לחבירו למודר ממנו מאכל *Non eſt differentia inter eum qui votum fecerit ſe non capturum utilitatem*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נדר Votum eſt quando quis dixerit, promitto ſacrificium holocauſticum, aut pacificum: נדבה vero eſt quando quis dixe-

tem à ſocio ſuo, & inter eum qui votum fecerit ſe non captururum cibum, votum de non capienda utilitate à ſocio non eſt gravius voto de non capiendo cibo apud illum, ſed eſt calcatio pedis, nam is qui fecerit votum ſe non capturum aliquam utilitatem à ſocio ſuo, ei vetitum eſt intrare ſocii locum qui eſt in poteſtate illius; ſed ei qui fecerit votum ſe non eſurum, licitum eſt. Sic etiam licet mutuo dare vaſa, in quibus non parantur cibi pro hominibus, ei qui votum fecerit ſe non eſurum cibum. Hoc autem intelligendum eſt in locis ubi non ſolent elocare ejuſmodi vaſa; ſed in locis ubi ſolent ejuſmodi vaſa elocare, vetitum eſt, nam quæcunque utilitas quæ cadit in uſum cibi, (nempe ſi conductione vaſis hanc utilitatem ei non præſtitiſſet, ipſi deſuiſſet pretium denarii,) eſt habenda utilitas cibi, quia denarius ille inſervire poterat ad emendum eo cibum. נדר eſt, ſi quis dixerit, promitto ſacrificium holocauſticum, & ſi deinde ſurreptum fuerit poſtquam illud ſeparaverit, tenetur ad cautionem damni. נדבה eſt, ſi quis dixerit, promitto hoc animal in holocauſtum, quod ſi perditum fuerit, non tenetur ad cautionem damni, quia illud in ſe non recepit; *hoc* autem animal tantum ſacrificio deſtinatum eſt & non aliud; ſed in cauſa præcepti utrumque æquale eſt, לא תאחר *non differes*. Nam quando Scriptura dicit, כאשר נדרת ליהוה אלהיך נדבה אשר דברת בפיך indè ſatis clarè innuitur נדר & נדבה æqualia eſſe hoc caſu, *non differes*.

dixerit, promitto hoc animal in holocauſtum, aut ſacrificium pacificum; ſin autem mortuum fuerit aut ſurreptum illud ſacrificium נדבה, non tenetur de cautione damni, nam dedicavit illud & ſeparavit ſigillatim, & tranſgreſſus eſt præceptum Deut. 23. 22. כי תדר נדר ליהוה אלהיך לא תאחר quemadmodum Deus benedictus dixit verſu 29. מוצא שפתיך תשמור וגו׳ quæ verba exponuntur hoc ſenſu; כאשר נדרת *uti promiſiſti*, ſupple נדר; & ליהוה אלהיך ſupple ſacrificium pro peccato, & ſacrificium pro reatu, holocauſticum, & pacificum: נדבה vero ſimpliciter; אשר נדרת *quod promiſiſti*, ſupple ſanctitates in reſtaurationem templi: בפיך *ore tuo*, ſupple eleemoſynam.

ז אין בין זב הרואה שתי ראיות לרואה שלש אלא קרבן אין בין מצורע מוסגר למצורע מוחלט אלא פריעה ופרימה אין בין טהור מתוך הסגר לטהור מתוך החלט אלא תגלחת וצפורים :

7. Non eſt differentia inter ſeminifluum qui duas viſiones viderit, & inter eum qui tres viderit, niſi quod ad ſacrificium. Non eſt differentia inter leproſum incluſum & leproſum abſolutum, niſi quod ad retectionem capitis, & lacerationem veſtis. Non eſt differentia inter purum de incluſione, & inter purum de abſolutione, niſi quod ad calvitium, & aves.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי ראיות *Duas viſiones*, tam uno die quam duobus ſequentibus; ſic etiam ſi tres viſiones viderit, tam uno, quam tribus diebus ſubſequentibus, aut duas uno die, & unam alio die. אלא קרבן *niſi ſacrificium*, nam ſeminifluus qui duas viſiones viderit, non tenetur adducere ſacrificium, ſed in cauſa ſtrati & ſedis fit pater immunditiei conficiendæ, etſi non attigerit ea, & computaverit ſeptem dies poſt ceſſationem fluxus, neceſſe eſt ut computet ſeptem dies purificationis ante immerſionem, tum ambo ſunt æquales.

אין בין מצורע מוסגר *Non eſt differentia inter leproſum incluſum*, nam de leproſo qui includendus eſt, dicitur Levit. 13. 21. והסגירו הכהן שבעת ימים Cæterum מצורע מוחלט *leproſus abſolutus*, eſt is quem Sacerdos abſolutè immundum dixerit.

אלא פריעה ופרימה *Niſi retectio capitis, & laceratio veſtis*, ſed quod ad miſſionem extra caſtra, & immunditiem, ambo æquales ſunt. אלא תגלחת וצפורים *niſi quod ad calvitium & aves*, nam de calvitio & avibus dicitur Levit. 14. 13. וראה הכהן והנה נרפא נגע הצרעת מן הצרוע excipitur is immundus qui incluſus eſt, cujus lepra dependet à diebus, utpote qui includendus eſt ſeptem dies, etſi lepra ſanata fuerit; ſed in cauſa purificationis per immerſionem ſunt æquales, nam de eo qui purificatus eſt poſt incluſionem, etiam ſcriptum eſt, Levit. 13. 34. וכבס בגדיו וטהר Et quamvis etiam differentia ſit inter ſacrificia reatus & Logum olei; hic tamen tractat de die purificationis & ſanationis; ſed non tractat de ſacrificiis, quæ veniunt die octavo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite octavo *tractatus Peſachim* caſum ſeminiflui qui viderit duas viſiones, aut tres, id quod ad intelligentiam hujus loci valdè neceſſarium; ſed exponentur etiam omnia jura ſeminiflui ſuo loco. Cauſa vero illa in qua conveniunt, eſt immunditiès, & computatio ſeptem dierum.

מצורע מוסגר *Leproſus incluſus*, eſt is de quo Deus dixit Levit. 13. 21. והסגירו הכהן Cæterum מצורע מוחלט *leproſus abſolutus*, eſt is de quo Deus dixit וטמאו הכהן Cæterum ſenſus vocis מוחלט *abſoluti* eſt, quod ſententia pronunciata eſt eum eſſe immundum, ſic Targum vocem מוחלט interpretatur per לצומתות utraque vero vox æqualis eſt quod ad immunditiem & miſſionem extra caſtra; ſed leproſus qui mundus erat, poſtquam incluſus eſſet, non tenebatur calvitium facere, neque aves adducere in ſacrificium, eo quod Deus dixit Levit. 14. 3. ויצא הכהן אל מחוץ למחנה וראה הכהן והנה נרפא נגע הצרעת מן הצרוע quod traditio exponit, etſi lepra illius dependeat à ſanatione illius, tenetur tamen calvitium facere, & adducere aves, excepto leproſo incluſo, cujus lepra dependet à diebus, hoc enim eſt quod dicit Scriptura Levit. 13. 21. והסגירו שבעת ימים ואחר יטהר Etiamſi ſignum illud relinquatur, quemadmodum clarè conſtat ex tractatu Negaym. Cæterum ambo leproſi in eo conveniunt, quod neceſſario abluendi ſunt aqua, nam de eo qui jam purificatus eſt dicitur Levit. 13. 34. וכבס בגדיו וטהר.

ח אין בין ספרים לתפילין ומזוזות אלא שהספרים נכתבין בכל לשון ותפילין ומזוזות אינן נכתבות אלא אשורית רבן שמעון בן גמליאל אומר אף בספרים לא התירו שיכתבו אלא יונית :

8. Non eſt differentia inter libros, Tphillin, ac Meſuſam, niſi quod libri ſcribi poſſunt in omni lingua, ſed Tphillin & Meſuſa non poſſunt ſcribi niſi Hebraice. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, etiam de libris non permiſerunt ut ſcriberentur niſi Græce.

R. OB. DE BARTENORA.

נכתבין בכל לשון *Scribuntur in omni lingua*, in ſcriptura omnium nationum, & in lingua omnium nationum. אין נכתבין אלא יונית *non ſcribuntur niſi Græce*, ratio autem, quare

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בכל לשון *In omni lingua*, id eſt, in ſcriptura omnium nationum, & in lingua omnium nationum; conditio autem librorum Tphillin & Meſuſæ eſt æqualis, quemadmodum expo-

quare permiſerunt magis libros ſcribi in lingua Græca, quam in aliis, hæc eſt, quia Scriptum eſt Gen. 9. 28. יפת אלהים ליפת וישכן באהלי שם ubi vox יפת etiam dici poteſt de לשון היפה *lingua pulchra*, hoc ſenſu, quod pulcherrima lingua filiorum Japheti habitabit in tentoriis Schemi. Nam non datur lingua pulchrior inter omnes filios Japheti quam lingua Græca; deciſio eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis. Verum hoc tempore periit illa lingua Græca, propterea non ſcribuntur libri hoc tempore niſi in ſcriptura ſancta, & in lingua ſancta.

exponetur in tractatu Menachot; deciſio eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

SURENHUSIUS. תפילין ומזוזות אינן נכתבות אלא אשורית *Phylacteria & Mezuza tantum Ebraice ſcribi poſſunt*, reddimus vocem אשורית per עברית *Ebraice*, lingua enim Ebraica dicitur hyperbolice לשון אשורית *lingua beata*, quia in vita beata peccatori primum manifeſtata eſt. Hujus vero rei ratio eſt, quod Deus de Meſuſa & phylacteriis præcipit dicendo, והיו הדברים האלה וגו' *& erunt illa verba* &c. At ſi Aſſyriace ſcriberentur hæ membranæ, dici non poſſet דברים האלה Præterea ipſe Miſnæ ſcopus ſatis docet quod per אשורית intelligatur ſcriptura Ebraica, ex eo quod de hagiographis dicitur quod Græce poſſunt ſcribi; ſi quis de hac materia plura deſideret, adeat notas Jomtobi ad Miſnam ſecundam capitis ſequentis.

ט אין בין כהן משוח בשמן המשחה למרובה בגדים אלא פר הבא על כל המצות אין בין כהן משמש לכהן שעבר אלא פר יום הכפורים ועשירית האיפה:

9. Non eſt differentia inter ſacerdotem unctum oleo unctionis, & multiplicatum veſtibus, niſi quod ad juvencum qui offerebatur pro omnibus præceptis. Non eſt differentia inter ſacerdotem qui miniſtrat, & inter eum qui remotus eſt, niſi quod ad juvencum diei expiationis, & decimam Ephæ partem.

R. OB. DE BARTENORA.

מרובה בגדים *Multiplicatus veſtibus*, pontifex maximus qui miniſtrabat in templo ſecundo, & in primo etiam indè à Rege Joſua & ulterius, quando abſconſum eſt vas olei, & ſummi pontifices tantum veſtimentis pontificalibus induebantur.

אלא פר הבא על כל המצות *Niſi quod ad juvencum qui offerebatur pro omnibus præceptis*, ſacerdos unctus ſi rem aliquam licitam pronunciabat, cujus tranſgreſſio de induſtria commiſſa merebatur excidium, etſi feciſſet quis juxta id quod dixerat, tenebatur adducere juvencum, uti dictum eſt Levit. 4. 3.

כהן המשמש *Sacerdos qui miniſtrabat*, eſt ſummus pontifex cui defectus aliquis acciderat die Expiationis, ut alius loco illius eligeretur; ſed ceſſante defectu redibat ad miniſterium, & removebatur is qui loco illius electus erat; primus vocabatur כהן המשמש; *ſecundus vero כהן שעבר: אלא פר יום הכפורים *niſi quod ad juvencum diei expiationis*, nam duo adducere non poterant. Sic etiam עשירית האפה *decima pars Ephæ*, nempe collyria quæ pontifex maximus offerebat quotidiè, nam duo offerre non poterant. Sed quod ad reliqua omnia erant æquales, nam ſi pontifex qui remotus erat, vellet miniſterium aliquod peragere, miniſtrabat in octo veſtimentis; ambo etiam tenebantur ad præceptum de ducenda puella in uxorem, & ſacrificabant in luctu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרובה בגדים *Multiplicatum veſtibus*, is erat ſacerdos templi ſecundi, quando non habebant oleum unctionis, ſed pontifex maximus indutus erat veſtimentis pontificatus. Juvencus vero qui adducebatur pro præceptis omnibus, eſt is de quo dicitur Levit. 4. 3. אם הכהן המשיח יחטא לאשמת העם וגו' Sed ambo æquales ſunt quod ad juvencum diei expiationis, & decimam Ephæ partem.

כהן שעבר *Sacerdos qui tranſibat*, is eſt cui quid vitii acciderat die expiationis, ita ut alium in locum illius eligerent, uti expoſitum eſt in tractatu Joma, ſed poſt diem Expiationis primus Pontifex redibat ad ſanctitatem ſuam, & ſecundus pro illo die ipſi ſuffectus tranſibat. Cæterum ambo æquales erant quod ad obligationem præcepti de ducenda virgine; & præter ea quæ diximus, etiam ambo obligati ſunt ad præcepta ſummi pontificis.

י אין בין במה גדולה לבמה קטנה אלא פסחים וזה הכלל כל שהוא נידר ונידב קרב בבמה וכל שאינו לא נידר ולא נידב אינו קרב בבמה:

10. Non eſt differentia inter altare magnum, & altare parvum, niſi quod ad ſacrificia Paſchalia. Hæc regula generalis eſt, quicquid quis voverit, aut ſpontè promiſerit, offertur in altare. Quicquid autem quis non voverit, nec ſpontè promiſerit, non offertur in altare.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בין במה גדולה וגו' *Non eſt differentia inter altare magnum &c.* ſermo eſt de eo tempore quo permiſſa erant excelſa; *altare magnum* eſt altare cœtus, quod erat in Nob & Gibeon. במה קטנה *altare parvum*, particularis cujuſlibet hominis, nam quilibet pro ſeipſo faciebat altare.

אלא פסחים *Niſi quod ad ſacrificia Paſchalia*, & quicquid eſt inſtar ſacrificiorum Paſchalium, quod debitum eſt cui tempus fixum eſt, quemadmodum ſacrificiis Paſchalibus, qualia ſunt ſacrificium juge, & ſacrificia addititia. Sed debita ſacrificia, quibus non eſt tempus fixum, quemadmodum eſt juvencus qui adducebatur propter ignorantiam alicujus rei in cœtu, & hirci qui adducebantur propter idololatriam, non offerebantur in altari magno.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

במה גדולה *Altare magnum*, eſt altare cœtus, quemadmodum dicitur 1 Reg. 3. 4. Cæterum dicit אינו קרב בבמה *non offertur in altare*, id eſt, in altare parvum, quod eſt altare hominum particularium; ſed hæc omnia fiebant eo tempore quando excelſa erant licita, quemadmodum exponitur capite ultimo tractatus Zebachim.

יא אין בין שילה לירושלם אלא שבשילה אוכלים קדשים קלין ומעשר שני בכל הרואה ובירושלם לפנים מן החומה וכאן וכאן קדשי קדשים

11. Non eſt differentia inter Schilo & Jeruſolymam, niſi quod Schilonte comedebant ſanctitates leves, & decimas ſecundas in omni (loco) quo Schilo videbatur. Sed Jeruſolymæ inter murum.

Verum

קדשים נאכלים לפנים מן הקלעים קדושת שילה יש אחריה היתר וקדושת ירושלם אין אחריה היתר :

Verum in uno & altero loco comedebant ſanctitates ſanctitatum intra vela. Sanctitatem Schilontis (ſequitur) permiſſio, ſed ſanctitatem Jeruſolymæ, non ſequitur permiſſio.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל הרואה *In omni loco quo videbatur*, in quocunque loco unde Schilo conſpici poterat. יש אחריה היתר *erat poſt eam permiſſio*, id eſt, quando deſtructum fuit tabernaculum Schilonte, excelſa licita fuerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בכל הרואה *In omni loco quo videbatur*, id eſt, in quocunque loco videre poterant Schilontem, comedebant. יש אחריה היתר *erat poſt eam permiſſio*, id eſt, poſtquam Deus ſanctificavit Schilontem, poſt deſtructionem illius permiſit nobis ſacrificare in excelſis. Poſteaquam vero Jeruſolymam elegit, in nullo alio loco ſacrificari poterat, etſi deſtructa eſſent, & vetitum erat ſacrificare in excelſis. Fundamenta vero omnium horum caſuum etiam exponentur in fine tractatus Zebachim.

פרק ב הקורא את המגילה למפרע לא יצא קראה על פה קראה תרגום בכל לשון לא יצא אבל קורין אותה ללעוזות בלעז והלועז ששמע אשורית יצא :

Caput 2. Qui legerit Megillam ordine inverſo, non ſatisfecit debito ſuo, ſi eam legerit oraliter, ſi eam legerit Chaldaicè, & in quacunque lingua, non ſatisfecit debito ſuo. Verum ſi eam legerit barbarus barbarè, & barbarus eam Hebraicè audiverit, ſatisfecit.

R. OB. DE BARTENORA.

הקורא את המגלה למפרע לא יצא *Qui legerit Megillam inverſo ordine, non ſatisfecit*, eo quod ſcriptum eſt Eſter. 9.28. והימים האלה נזכרים ונעשים quemadmodum obſervatio dierum inverſo ordine non poteſt fieri, quia dies decimus quintus non poteſt antecedere decimum quartum, ſic etiam lectio Megillæ fieri non poteſt inverſo ordine.

קראה על פה לא יצא *ſi legerit eam oraliter, non ſatisfecit*, quia uno loco dicitur נזכרים, & in altero loco כתוב זאת זכרון בספר porro dicit auctor קראה תרגום וגו׳ *ſi legerit eam Chaldaicè &c.* id eſt, ſi Ebræus legerit Chaldaicè, & non intellexerit linguam Chaldaicam, aut in alia quacunque quam non callet, non ſatisfecit.

אבל קורין אותה ללעוזות בלעז *Sed legunt eam barbaris barbare*, in lingua quam callent, dummodo fuerit ſcripta in ea lingua, ne legat oraliter. והלועז ששמע אשורית יצא *& barbarus eam ſi audivit Ebraice, ſatisfecit*, lingua Græca in hoc caſu eodem ſtat loco quo Ebræa, niſi quod ea lingua Græca jam periit, uti ſupra diximus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt in Megilla cap. 9, 28. והימים האלה נזכרים ונעשים Quemadmodum igitur homo non poteſt opera facere tempore præterito, ita etiam Megillam legere nequit tempore lectionis præterito. Et vetitum eſt legere oraliter, eo quod dicitur ibidem נזכרים. Exod. 17. 14. כתוב זאת זכרון בספר Senſus ergo Miſnæ hujus ita ſe habet, Ebræus qui legit Chaldaicè, aut in alia quacunque lingua, non ſatisfecit debito, præterquam in lingua Græca.

אבל קורין אותה ללעוזות בלעז *Sed legunt eam barbaris barbarè*, quod accipiendum eſt quando in ea lingua ſcripta fuerit, ne oraliter legat. Ratio autem, quare lingua Græca reliquis linguis præfertur, eſt, quia eam callebant Ebræi. Diximus etiam capite præcedenti, *libros etiam in lingua Græca ſcribere permiſſum eſſe*, quia Regi Ptolmæo Legem in lingua Græca interpretati ſunt, quæ interpretatio in publico exſtabat, eo modo quo erat Aſſyriacè conſignata; ideoque dictum eſt, *lingua Græca legitima eſt ad omnia*; præterea hanc linguam omnium excellentiſſimam habebant. Rabbenu Sanctus dicit, mihi perinde eſt ſive ſit lingua Tarſica, lingua Ebræa, ſive lingua Græca. והלועז ששמע אשורית יצא *& barbarus qui audivit Aſſyriacè, ſatisfecit*, nam etſi cujuſlibet vocis ſenſum non intelligat, intelligit tamen totam hiſtoriam.

ב קראה סירוגין ומתנמנם יצא היה כותבה דורשה ומגיהה אם כיון לבו יצא ואם לאו לא יצא היתה כתובה בסם ובסיקרא ובקומוס ובקנקנתום על הנייר ועל הדפתרא לא יצא עד שתהא כתובה אשורית על הספר ובדיו :

2 Si quis legerit eam per pauſas, & dormiverit, ſatisfecit. Si inter ſcribendum, exponendum, aut corrigendum intentionem habuerit in corde ſuo, ſatisfecit; ſin minus, non ſatisfecit. Si ſcripſerit auripigmento, & minio, aut gummi, & chalcantho, ſuper papyro, aut ſuper pergameno, non ſatisfecit, niſi ſcripſerit Ebraice ſuper libro, & cum atramento.

R. OB. DE BARTENORA.

סירוגין *Pauſæ*, ſi quis paululum legit & deinde abſtinuit, ſed deinde iterum legit paululum & abſtinuit, etſi diutius abſtinuerit quam ut totam lectionem abſolvere poſſit, tamen ſatisfecit. היה כותבה *ſi inter ſcribendum*, quando tota deſcripta eſt, & ante ipſum poſita, legens in Megilla de verſu ad verſum quæ erat ante ipſum, & quando eam deſcribebat, nam nemo ſatisfacit debito ſuo niſi legat in Megilla quæ tota deſcripta eſt.

אם כוין לבו *ſi intenderit cor illius*, hac lectione ſatisfacere: סם eſt radix quædam ita dicta: סיקרא eſt lapis quo tingunt rubra; קומוס eſt ſpecies liquoris qui ex arboribus profluit, & *gummi* vocatur barbarè. קנקנתום *chalcanthum*, Arabicè אלזאג dicitur: נייר *atramentum*, fit ex herbis per adhæſionem,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סירוגין Sunt pauſæ & intervalla, & ab una lectione ad aliam tantum temporis commoretur quo totam Megillam abſolvere poteſt: ומתנמנם *& obdormiverit*, id eſt, inceperit dormire, ſed quando nondum ſomno ſopitus eſt, uti expoſuimus in fine tractatus Peſachim.

היה כותבה *Si inter ſcribendum*, hac conditione ut lectionis intentionem habeat quam legit in Megilla, è qua ſcribit quæ integra eſt; non quod intentio ejus eſt in lectione quam legit pro alia Megilla quam ſcribit; quia non ſatisfacit, niſi legat in Megilla integra.

סם Eſt nomen radicis: סיקרא eſt inſtar lapidis quo pingunt colorem rubrum: קומוס eſt ſpecies pulveris viridis, eſtque una ex radicibus quibus faciunt tincturas, quæ vocantur

nêm, quo ſcribunt: דיפתרא eſt corium nondum perfeӕtè præparatum, quod ſale & farina conditum eſt, ſed non maceratum galla.

tur ואג אל Arabicè; קנקנתום eſt ſpecies gummi: נייר eſt id quod vocamus נאגר Arabicè; דיפתרא eſt corium quod nondum paratum eſt quantum neceſſe eſt.

ג בן עיר שהלך לכרך ובן כרך שהלך לעיר אם עתיד לחזור למקומו קורא כמקומו ואם לאו קורא עמהן ומהיכן קורא אדם את המגילה ויוצא בה ידי חובתו רבי מאיר אומר כולה רבי יהודה אומר מאיש יהודי רבי יוסי אומר מאחר הדברים האלה:

3. Civis urbis non munitæ ſi iverit ad munitam, aut ex urbe munita ad urbem non munitam, ſi rediturus eſt ad locum ſuum, legat ut in loco ſuo; ſin minus, legat cum illis. Sed undè leget homo Megillam, ut ſatisfaciat debitò ſuo? R. Meyr dicit, totam; R. Jehuda dicit, à (cap. 2. 5.) *vir Judæus* &c. R. Joſe dicit, à (cap. 3. 1.) *poſt has res* &c.

R. OB. DE BARTENORA.

בן עיר *Civis*, cujus tempus eſt decimo quarto die: שהלך לכרך *qui iverit in oppidum*, cujus tempus legendi eſt decimo quinto die.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si intenderit redire ad locum ſuum nocte decima quarta, ſed non redit, legat ut in loco ſuo; ſin minus, legat cum illis; deciſio eſt juxta R. Meyr.

אם עתיד לחזור למקומו *Si rediturus eſt ad locum ſuum*, ſi incola civitatis muro munitæ fuerit in urbe, atque exiturus eſt urbe decima quarta nocte ante columnam auroræ, etſi nocte ſit in urbe, quia tamen die non erit amplius in urbe, non vocatur incola urbis muro non cinctæ iſtius diei, ideoque leget ac ſi ibi eſſet, ſcil. in loco ſuo decimo quinto die. Cæterum ſi indè non abiturus eſt decima quarta nocte, jam eſt incola urbis muro non cinctæ iſtius diei, & ſi rediturus ſit ſequenti die, aut alio, vocatur incola urbis non cinctæ muro, & legere cum illis civibus oportet. Idem dicendum eſt de cive in oppido non munito commorante & eunte ad oppidum munitum, ſi rediturus nocte decima quinta, non eſt incola oppidi illius diei, & legere oportet ipſum decimo quarto die, etſi in oppido munito ſit; at ſi decima quinta nocte non rediturus eſt, non legat decimo quinto die, ſed expectabit & leget cum ipſis, ita exponitur Miſna hæc in Gemara; deciſio eſt juxta R. Meyr.

ד הכל כשרין לקרות המגילה חוץ מחרש שוטה וקטן רבי יהודה מכשיר בקטן אין קורין את המגילה ולא מלין ולא טובלין ולא מזין וכן שומרת יום כנגד יום לא תטבול עד שתנץ החמה וכולן שעשו משעלה עמוד השחר כשר:

4. Omnes legitimi ſunt ad legendum Megillam, excepto ſurdo, & ſtulto, ac minorenne. R. Jehuda minorennem dicit legitimum. Non legunt Megillam, neque circumcidunt, neque ſe immergunt, neque ſpargunt; ſic etiam ea quæ obſervat de die in diem, non immerget ſe niſi donec ſcintillaverit ſol; omnes autem hæ res, ſi peractæ fuerint à tempore quo exorta eſt columna auroræ, legitimè factæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל כשרין *Omnes legitimi ſunt*, etiam mulieres; חוץ מחרש *excepto ſurdo*; Miſna hæc ſe habet juxta R. Joſe, qui dicit, eum qui legerit ut non audiant aures, non ſatisfeciſſe.

רבי יהודה מכשיר בקטן R. *Jehuda legitimum dicit minorennem*, ſed deciſio non eſt juxta R. Jehuda. אין קורין את המגלה *non legunt Megillam*, homo tenetur legere Megillam nocte, & iterum die, & lectio die fieri debet tantum poſt ſcintillationem ſolis, uti dicitur Eſter. 9. 28. Quia dictum eſt Levit. 12. 3. וביום השמיני וגו׳

ולא טובלין ולא מזין *Neque immergunt, neque ſpargunt*, quia de ſparſione dictum eſt Num. 19. 19. והזה הטהור על הטמא ביום השלישי ideoque immerſio comparatur cum ſparſione; quando ſe immergunt die ſeptimo, dicimus quod die tantum ſe immergunt; & non dicimus, quod ſimulac tenebræ obortæ fuerint, in principio ſeptimi, legitima ſit immerſio, etſi nox ſit principium diei; ſed poſt die ſeptimo præterito licet immergere ſe nocte.

שומרת יום כנגד יום *Obſervans de die in diem*, per undecim dies inter quodlibet menſtruum mulieris, ſi viderit menſtruum uno die, obſervabit diem ſequentem, & eo ipſo die ſe immerget poſt ſcintillationem ſolis. וכולן שעשו משעלה עמוד השחר כשר *& omnes res ſi peractæ fuerint ab ortu columnæ auroræ, legitimæ ſunt*, nam ab ortu columnæ auroræ dicitur dies, uti dicitur Nehemiæ 4. 15. מעמוד השחר עד צאת הכוכבים & deindè והיה לנו הלילה למשמר והיום למלאכה Cæterum quod dixerunt neceſſariam eſſe ſcintillationem ſolis, factum tantum ut certi eſſent de dubio noctis, nam quilibet non ita peritus eſt ad accuratè dignoſcendum de columna auroræ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכל *Omnes*, etiam mulier; jam expoſuimus quod Megilla legitur nocte Purim, & die Purim, & de lectione illius diei dixerunt, quod non legunt donec ſcintillaverit ſol, eo quod dictum eſt Eſter. 9. 28. והימים האלה נזכרים ונעשים Et de circumciſione dicitur Levit. 12. 3. וביום השמיני וגו׳ Et de ſparſione dicitur Num. 19. 19. והזה על הטמא ביום השלישי וגו׳ Comparet ergo immerſionem cum ſparſione, quia ſeptimo die ſe immergebant, dicente Scriptura.

שומרת יום כנגד יום *Quæ obſervat de die in diem*, hunc caſum jam explicuimus in tractatu Peſachim, & ulterius eum explicabimus in tractatu Nidda. Dicimus autem quod pro die reputatur à tempore quo orta fuerit columna auroræ, eo quod dictum eſt Nehemiæ 4. 15. מעלות השחר עד צאת הכוכבים & hoc tempus vocatur dies, quemadmodum dicitur verſu. 16. והיה לנו הלילה למשמר והיום למלאכה Cæterum quod Miſna dicit, וכולן שעשו משעלה עמוד השחר כשר *& omnes hæ res ſi peractæ fuerint à tempore quo orta eſt columna auroræ, legitimum eſt* negotium, intelligendum hoc eſt de eo qui tranſgreſſus eſt, & illud fecit in magna neceſſitate; ſed opera perfecta fiunt poſt ſolis ſcintillationem; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ה כל היום כשר לקריאת המגילה ולקריאת ההלל ולתקיעת שופר ולנטילת לולב ולתפלת המוספין

5. Totus dies legitimus eſt ad legendum Megillam, & ad legendum hymnum, & ad buccinandum buccina, & ad ſumendum ramum Lulab, & ad

המוספין ולמוספין ולוידוי הפרים ולוידוי המעשר ולוידוי יום הכפורים לסמיכה לשחיטה לתנופה להגשה לקמיצה ולהקטרה למליקה ולקבלה ולהזיה ולהשקיית סוטה ולעריפת העגלה ולטהרת המצורע:

ad orationes additītias, & ſacrificia addititia, & ad confeſſionem juvencorum, & ad confeſſionem decimarum, & ad confeſſionem diei expiationis; ad impoſitionem manuum, ad mactandum, ad agitandum, ad adducendum, ad pugillo capiendum, ad incendendum, ad ungue ſecandum, ad excipiendum ſanguinem, & ad ſpargendum, & ad aquas declinantis ad adulterium mulieris bibendas, & ad decollandum vitulum, & ad purificationem leproſi.

R. OB. DE BARTENORA.

לוידוי הפרים *Ad confeſſionem juvencorum*, juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus pro caſu congregationi occulto, ſuper quibus confitebantur peccatum propter quod eum adducebant.

ולוידוי המעשר *Et ad confeſſionem decimarum*, eſt confeſſio quæ extat Deut. 26. 13. בערתי הקדש מן הבית וגו׳. לסמיכה *ad impoſitionem manus*, quod dicitur Levit. 1. 4. וסמך את ידו על ראש העולה.

להגשה *Ad adducendum*, primo adducebatur donum in cornu occidentale meridionale altaris, & deindè pugillo capiebat ſacerdos. לקמיצה ולהקטרה *& ad pugillo capiendum, & ad incendendum*, ſermo eſt de incenſione pugilli qui in Mincha erat, vice ſparſionis ſanguinis ſacrificiorum quæ mactabantur, id quod die tantum legitimè fiebat; ſed incenſio adipum & membrorum legitimè fiebat totam noctem.

לקבלה *Ad excipiendum*, ad excipiendum ſanguinem in cratera: ולהזיה *ad ſpargendum*, ad ſpargendum ſanguinem juvencorum combuſtorum exterius, & ſacrificiorum pro peccato quorum ſanguis ſpargebatur interius, & ſparſio ſanguinis in altari etiam vocatur הזיה.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Confeſſio decimarum expoſita eſt in tractatu Maaſer Sceni, & venit poſt hanc ſectionem, quæ extat Deut. 26. 16. היום הזה יהוה אלהיך וגו׳ & exponimus è connexione verſuum quod ea de die fiet; nam de hymno dicitur Pſal. 118. 24. זה היום עשה יהוה & de buccina dicitur Num. 21. 1. יום תרועה יהיה לכם & de ſacrificiis addititiis dicitur Levit. 23. 37. דבר יום ביומו & oratio ſacrificiorum addititiorum ſe habet ut ipſa ſacrificia addititia.

וידוי הפרים *Confeſſio juvencorum*, quæ dicebatur ſuper juvenco ſacerdotis uncti, & ſuper juvenco qui offerebatur pro re aliqua cœtui occulta, qui caſus etiam exponetur in tractatu Horayot. Omnia vero miniſteria quæ Miſna refert, die tantum peragenda ſunt, eo quod ſcriptum eſt Levit. 7. 38. ביום צותו את בני ישראל להקריב את קרבניהם Expoſuimus etiam capite tertio tractatus Roſch Haſſchana, quod *die tantum judicant*; & de muliere ad adulterium declinante dicitur Num. 5. 30. ועשה לה הכהן את כל התורה הזאת & Deut. 17. 11. על פי התורה אשר יורוך ועל המשפט quemadmodum ergo judicium fit die, ſic etiam *die mulieri* ad adulterium declinanti dabatur aqua amara bibenda. De vitula quæ decollabatur dicitur Deut. 21. 8. ונכפר להם הדם quoniam igitur de ea dicitur vox כפרה quemadmodum de ſanctitatibus, de die tantum decollanda erat, ut ſanctitates quæ die tantum offerebantur, uti dictum. De purificatione leproſi dicitur clarè Levit. 14. 2. ביום טהרתו

ו כל הלילה כשר לקצירת העומר ולהקטר חלבים ואיברים זה הכלל דבר שמצותו ביום כל היום דבר שמצותו בלילה כשר כל הלילה:

6. Tota nox legitima eſt ad meſſem Omer, & ad adolendum adipes & membra. Hæc regula generalis eſt, res, cujus præceptum eſt de die, legitima eſt totum diem; res, cujus præceptum eſt de nocte, legitima eſt totam noctem.

R. OB. DE BARTENORA.

להקטר חלבים *Ad incendendum adipes*, reſidua ſacrificii jugis inter duas veſperas, uti dictum eſt Levit. 6. 2. היא העולה על מוקדה על המזבח כל הלילה Cæterum quod Miſna dicit, *hæc regula generalis eſt, res, cujus præceptum eſt de die, legitima eſt totum diem*, id dicit, ad confirmandum ordinem duarum ſcutellarum ſuffitus quem imponebant panibus facierum.

ודבר שמצותו בלילה כשר כל הלילה *Et res, cujus præceptum eſt de nocte, legitima eſt totam noctem*, ad denotandum comeſtionem agni Paſchalis, quæ licita eſt totam noctem; nam non dixerunt Sapientes ad mediam noctem, niſi ad arcendum homines à peccato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Meſſis Omer eſt præceptum quod nocte tantum obtinet & traditione receptum; exponetur etiam caſus de meſſe Omer capite decimo tractatus Menachot. Et *Incenſio adipum ac membrorum* dicitur reſiduum illud ſacrificii jugis inter duas veſperas, uti dictum Levit. 6. 2. היא העולה על מוקדה על המזבח כל הלילה

דבר שמצותו ביום כשר כל היום *Res, cujus præceptum eſt de die, legitima eſt totum diem*, ad denotandum ordinem ſcutellarum, quæ ſunt duæ ſcutellæ thuris quod imponebant panibus facierum, quemadmodum exponetur in tractatu Menachot.

ודבר שמצותו בלילה כשר כל הלילה *& res, cujus præceptum eſt de nocte, legitima eſt totam noctem*, ad denotandum comeſtionem agni Paſchalis; ſed non licet agnum Paſchalem comedere niſi ad mediam uſque noctem; ſed hoc ex conſtitutione Sapientum eſt, ad arcendum homines à tranſgreſſione.

פרק ג בני העיר שמכרו רחובה של עיר לוקחין בדמיו בית הכנסת בית הכנסת לוקחין תיבה תיבה לוקחין מטפחת מטפחת לוקחין ספרים ספרים לוקחין תורה אבל אם מכרו תורה לא יקחו ספרים ספרים לא יקחו מטפחת מטפחת לא יקחו תיבה תיבה לא יקחו בית הכנסת בית הכנסת

Caput 3. Incolæ civitatis ſi vendiderunt plateam civitatis, emunt pretio illius Synagogam; ſi Synagogam, emunt arcam; ſi arcam, emunt linteum libri Legis; ſi linteum, emunt libros; ſi libros, emunt Legem; at ſi Legem vendiderint, non emunt libros; ſi libros, non emunt linteum; ſi linteum, non emunt arcam; ſi arcam, non emunt Synagogam; ſi Synagogam, non emunt plateam; ſic

הכנסת לא יקחו את הרחוב וכן במותריהן אין מוכרין את של רבים ליחיד מפני שמורידין אותו מקדושתו דברי רבי יהודה (ס"א רבי מאיר) אמרו לו אם כן אף לא מעיר גדולה לעיר קטנה :

ſic etiam quod ad reſidua. Non vendunt uni id quod multorum eſt, eo quod illud deſcendere faciunt è ſanctitate ſua, ſunt verba R. Jehudæ. Dixerunt ipſi, ſi ita res eſt, neque è civitate magna ad civitatem parvam.

R. OB. DE BARTENORA.

רחובה של עיר *Platea civitatis*, ſancta eſt, eo quod tempore jejunii in ea orant; ſed Sapientes diſſentiunt à ſimplici Miſnæ ſenſu, & dicunt, quod platea urbis nullatenùs ſancta eſt, quia pro re nata tantum orant in ea; deciſio eſt juxta Sapientes.

בית הכנסת לוקחין תיבה *Si Synagogam, emunt arcam*, Synagoga pagi tantum vendi poteſt, ſed Synagoga oppidi, quia ad eam veniunt ex aliis locis, de communi eſt, ideoque vendi non poteſt.

ספרים *Libri*, ſunt libri prophetarum, & hagiographa; אבל אם מכרו תורה לא יקחו ספרים *ſed ſi vendiderint Legem, non emunt libros*, nam ſanctitatem aſcendere faciunt, non deſcendere. וכן במותריהן *& ſic reſidua eorum*, ſi vendiderunt libros, & parte pretii emerunt Legem, eo quod reſtat non emunt ſanctitatem minorem. Sed omnia hæc dicta ſunt quando non vendiderunt ſeptem principales civitatis in præſentia civium; nam ſi ſeptem viri principales civitatis vendiderunt in præſentia civium, etſi id factum ſit ad emendum potum, licet; hoc autem tantummodo intelligendum eſt de pagis, uti diximus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eſt hæc Miſna juxta ſententiam R. Menachem filii Joſe, qui ſanctitatem dat plateæ civitatis, quia in ea orant tempore jejunii, & ſtationum; deciſio non eſt ita, quia in ſpecie non deſtinata eſt orationi, & oratio quæ in ea fiebat, accidentalis erat. Totius vero rei fundamentum eſt, quod ſanctitatem aſcendere facit, & non deſcendere; vetitum autem eſt vendere Synagogam, niſi in pagis tantum, ſed Synagoga in oppido vendi non poteſt, nam id quod multorum eſt, participat de ea; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ב אין מוכרין בית הכנסת אלא על תנאי שאם ירצו יחזירוהו דברי רבי מאיר וחכמים אומרים מוכרים אותו ממכר עולם חוץ מארבעה דברים למרחץ ולבורסקי ולטבילה ולבית המים רבי יהודה אומר מוכרין אותו לשם חצר והלוקח מה שירצה יעשה :

2. Non vendunt Synagogam niſi ſub conditione, ut redeat ſi velint, ſunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt, vendunt eam in perpetuum, quatuor rebus exceptis, nimirum balneo, officina coriaria, lavacro, & domo aquæ. R. Jehuda dicit, vendunt eam in nomine atrii, & emptor faciet cum ea id quod lubitum fuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא על תנאי *Niſi ſub conditione*, etſi id quod multorum eſt vendatur multis, prohibitum tamen eſt vendere abſolute, quia modus contemptionis eſt; deciſio non eſt juxta R. Meyr. ממכר עולם *venditione perpetua*, etſi uni vendatur, & pro quocunque ſit ſervitio, his quatuor exceptis, quibus nequit vendi. ולבית המים *& domo aquæ*, ad lavandum in ea veſtimenta, aut ad urinam reddendam. *R. Jehuda dicit, vendunt eam in nomine atrii*, ſed deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Venditio hæc intelligenda eſt quando non vendiderunt Synagogam omnes pagi incolæ unanimiter, ſed quando eam ſeniores vendiderunt omnes in præſentia omnium paganorum, poſſunt eam vendere, etiam ad conficiendum indè domum in qua bibitur vinum; deciſio non eſt juxta R. Meyr, nec juxta R. Jehuda.

ג ועוד אמר רבי יהודה בית הכנסת שחרב אין מספידין בתוכו ואין מפשילין בתוכו חבלים ואין פורשין לתוכו מצודות ואין שוטחין על גגו פירות ואין עושין אותו קפנדריא שנאמר והשימותי את מקדשיכם קדושתן אף כשהן שוממין עלו בו עשבים לא יתלוש מפני עגמת נפש :

3. Amplius dixit R. Jehuda, in Synagoga deſtructa non lugent, neque ſuſpendunt in ea funiculos, neque retia in ea extendunt, neque in tecto ejus fructus expandunt, neque compendium viæ ad eam faciunt, quemadmodum dictum eſt Levit. 26, 31. *Et vaſtavi ſanctuaria veſtra*, ſanctitas eorum ergo manet etiam quando vaſtata ſunt. Si creverit in ea herba, non evellet eam propter anxietatem animi.

R. OB. DE BARTENORA.

ואין מפשילין *Neque ſuſpendunt*, non contorquent funiculos in Synagoga deſtructa, & ſic quod ad cætera opera; nam is qui contorquet fila, indiget loco ſpatioſo & amplo, ad quod Synagoga conducere poteſt, eſt enim magna & ſpatioſa. קפנדריא *compendium*, quando via per aliam viam intercipitur, eſt vox compoſita è duabus, ac ſi dixiſſet, neceſſe eſt ut locum meum è domo mea circumeam, ideoque abbreviabo viam, & huc inflectam.

מפני עגמת נפש *Propter anxietatem animi*, ut recordentur temporis quo Synagoga ædificata erat, & animum inducant ad reædificandum eam, ſi poſſint, aut miſericordiam Dei implorent ut ipſis reædificandi facultatem det; propterea non eſt vetita evulſio niſi ad colligendum herbas, & beſtiis dandum comedendas, aut deſtruendas illas; ſed licitum eſt eas relinquere in loco ſuo, quia anxietas animi datur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפני עגמת נפש *Propter anxietatem animi*, id eſt, ita ut cor doleat quando in ea conſpiciuntur herbæ, quo alliciantur ad ædificandum eam ſi poſſint, aut deprimatur anima, & convertantur ad Deum cum pœnitentia peccati, ſi non fieri poſſit ut ædificetur; propterea non licet evellere eas herbas, ſed relinquendæ ſunt in loco ſuo. Sed non licet evellere eas & beſtiis dare comedendas, vel deſtruere penitus; omnia hæc verba R. Jehudæ veriſſima ſunt.

ד ראש חדש אדר שחל להיות בשבת קורין בפרשת

4. Novilunium menſis Adar ſi inciderit in Sabbathum,

בפרשת שקלים חל להיות בתוך השבת מקדימין לשעבר ומפסיקין לשבת אחרת בשניה זכור בשלישית פרה אדומה ברביעית החדש הזה לכם בחמישית חוזרין לכסדרן לכל מפסיקין בראשי חדשים בחנוכה ובפורים בתעניות ובמעמדות וביום הכיפורים :

bathum, legunt in ſectione de Siclis. Si inciderit in mediam ſeptimanam, anticipant Sabbatho antecedenti, & interrumpunt pro Sabbatho ſequenti; in ſecundo legunt Deut. 25. 17. *Recordare id quod vobis fecit Amalek* &c. In tertio legunt Num. 19. 1. juvencus rufus. In quarto legunt Exod. 12. 1. *Hic menſis vobis* &c. In quinto Sabbatho redibant in ordinem. Pro omnibus interrumpebant, in noviluniis, & in dedicatione templi, & Purym, & in jejuniis, & in ſtationibus, & die expiationis.

R. OB. DE BARTENORA.

קורין פרשת שקלים *Legunt ſectionem de Siclis*, Exod. 30. 11. כי תשא וגו׳ ad ſignificandum quod adducebant Siclos in menſe Adar, ut offerrent primo die Niſan novam oblationem primam.

מקדימין לשעבר *Anticipant pro Sabbatho antecedenti*, legunt ſectionem de ſiclis Sabbatho novilunium antecedente, etſi novilunium Adar inciderit in veſperam Sabbathi, anticipant pro Sabbatho antecedenti.

ומפסיקין בשבת הבאה *Et interrumpunt pro Sabbatho ſequenti*, relinquunt lectionem ſectionis ſecundæ, ut legatur ſectio *Recordare id quod tibi fecit Amalek* &c. in Sabbatho Purym proximo, ad vim Amalek conjungendam cum vi Haman.

בשלישית פרה אדומה *In tertio juvencus rufus*, ad commonendum Iſraël ut ſe purificent, ut ſuos agnos Paſchales faciant in puritate; *Sabbathum* vero *tertium* eſt id quod venit ſtatim poſt Purym. Cæterum ſi novilunium Niſan inciderit in Sabbathum, eſt tertium Sabbathum, id quod venit proximè novilunio Niſan, ad conjungendum admonitionem de puritate immundorum ex mortuo cum agnis Paſchalibus.

ברביעית החדש הזה וגו׳ *In quarto, hic menſis &c.* unde ſumitur ſacrificium Paſchale. חוזרין לכסדרן *redeunt in ordinem*, in ordinem ſectionum propheticarum è ſenſu quatuor ſectionum Legalium; ad ſectionem de ſiclis legunt 2 Reg. 12. 1. בן שבע שנים וגו׳ Ad ſectionem Deut. 25. 17. *Recordare id quod fecit Amalek* &c. legunt 1 Sam. 15. 1. ויאמר שמואל וגו׳ Ad vaccam rufam legunt id quod extat Ezech. 36. 16. וזרקתי עליכם מים טהורים Ad ſectionem החדש הזה לכם וגו׳ quæ extat Exod. 12. 1. iterum dicunt ſectionem propheticam iſtius Sabbathi. לכל מפסיקין *pro omnibus interrumpunt*, non dicentes ſectionem propheticam è ſenſu ſectionis Legalis iſtius Sabbathi, ſed è ſenſu & ſcopo temporis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sabbathum primum eſt ſeptimana in cujus aliquem diem inciderit novilunium Adar, & hoc, quando inciderit in diem primum ſeptimanæ, aut in ſecundum, tertium, aut quartum, quintum, ſextum, tum legunt primam ſectionem, quæ eſt ſectio de ſiclis, die Sabbathi, quod ultimum fuerit Sabbathum menſis Schevat. Quando autem intellexeris Sabbathum primum, ſecundum, tertium, & quartum, exponentur tibi Sabbatha interruptionis. *Sabbathum ſecundum* ergo eſt ſeptimana feſti Purym in ejus diebus aliquibus, uti expoſuimus de primo Sabbatho. *Sabbathum tertium* eſt id quod venit poſt feſtum Purym, aut ante novilunium menſis Niſan, ſi illud inciderit in Sabbathum. *Sabbathum quartum* eſt illud in quod incidit novilunium Niſan, eo modo quo diximus. Cæterum quod dixi novilunium Adar incidere poſſe in quemcunque ſeptimanæ diem, nititur fundamento præcepti, nimirum, apparitione ſolis. *Sectio de Siclis* eſt ea quæ extat Exod. 30. 11. כי תשא *uſque ad finem ſectionis*.

חוזרין לכסדרן *Redeunt in ordinem earum*, id eſt, ordinem ſectionum propheticarum, ut quolibet Sabbatho legatur ſectio prophetica juxta ſenſum illius ſectionis Legalis in illo Sabbatho; ſed tempore ſectionum illarum Legalium & feſtorum, ſectiones propheticæ veniunt juxta ſenſum ſectionis illius Legalis, non vero juxta ordinem ſectionis Legalis quæ illam ſeptimanam tangit; nam in Sabbatho primo legitur ſectio quæ occurrit 2 Reg. 11. 17. de Jojada ſacerdote. In ſecundo legunt 1 Sam. 15. 1. *Et dixit Samuel ad Saul* &c. In tertio legunt Jezech. 36. 16. *Et ſpargam ſuper vos* &c. In quarto legunt Jezech. 45. 18. כה אמר יהוה וגו׳ Sic etiam tempore novilunii & dedicationis templi leguntur lectiones propheticæ ex conditione temporis, & ordo ſectionis Legalis interrumpitur in illa ſeptimana; & hic ſenſus eſt illius quod dicitur לכל מפסיקין *pro omnibus interrumpunt*.

ה בפסח קורין בפרשת מועדות של תורת כהנים בעצרת שבעה שבועות בראש השנה בחדש השביעי באחד לחודש ביום הכיפורים אחרי מות ביום טוב הראשון של חג קורין בפרשת מועדות שבתורת כהנים ובשאר כל ימות החג בקרבנות החג :

5. Tempore Paſchatis legunt ſectionem feſtorum in Levitico venientium; in feſto ſeptimanarum legunt Deut. 16. 9. *Septem ſeptimanæ* &c. In initio anni legunt Levit. 23. 24. *In menſe ſeptimo* &c. Die expiationis legunt Levit. 16. 1. *Poſt mortem* &c. Die primo feſti tabernaculorum legunt in ſectione feſtorum in Levitico venientium; & reliquis diebus feſti tabernaculorum de ſacrificiis feſti tabernaculorum.

R. OB. DE BARTENORA.

בפרשת מועדות שבתורת כהנים *In Paraſcha quæ venit in Lege ſacerdotum*, (Levitico) cap. 22. 26. *Bos, agnus, aut caper*. Et tractat de die primo; hoc vero tempore conſuetudo ubique generalis eſt, die primo legere Paraſcham ex Exod. 12. 21. & Haftaram de Paſchate Gilgalis. Secundo die legunt Paraſcham ex Levit. 22. 26. & Haftaram de Paſchate Joſiæ. Tertio die legunt Paraſcham ex Exod. 13. 1. Quarto die legunt Paraſcham ex Exod. 22. 24. Quinto die legunt Paraſcham ex Exod. 34. 1. Sexto die legunt Paraſcham Num. 9. 1. Septimo die legunt Paraſcham Exod. 13. 17.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic ſenſus clarus eſt, ordo autem lectionis hoc tempore ſecundum conſuetudinem in Iſraële talis eſt, quemadmodum tibi dicam. Die primo Paſchatis legunt Exod. 12. 21. *Et vocavit Moſes ad omnes* &c. & additur lectio prophetica Joſ. 5. 2. tempore Paſchatis Gilgalis. Die ſecundo legebant Levit. 22. 26. *Bos aut agnus* &c. Et tempore Paſchatis Joſiæ legebant ſectionem ex 2 Reg. 23. 1. Die tertio legebant Exod. 13. 1. *Sanctifica mihi omne primogenitum* &c. Die quarto legunt Exod. 22. 4. *Si argentum commodaveris populo meo* &c. Die quinto legunt Exod. 34. 1. *Et*

locu-

13. 17. & Haftaram ex 2 Sam. 22. 1. Octavo die, qui eſt ultimus feſti dies & celebrabatur extra terram ſanctam, legebant Paraſcham è Deut. 15. 19. & Haftaram ex Jeſ. 10. 32. In feſto hebdomadarum, die primo legunt Paraſcham ex Exod. 19. 1. & Haftaram de curru Jecheskielis; die ſecundo, qui obſervatur extra terram Iſraëlis, legunt Paraſcham Deut. 15. 19. & Haftaram Chabakuk 3. 1. Die primo initii novi anni Gen. 21. 1. legitur, & Haphtara eſt hiſtoria Hannæ, quæ etiam tempore novi anni viſitata fuit, uti Sara viſitata fuit tempore novi anni. Secundo die legunt Paraſcham Gen. 22. 1. & Haftaram Jerem. 31. 2. Die expiationis manè legunt Paraſcham Levit. 16. 1. & Haftaram Jeſ. 57. 14. veſperi vero Paraſcham Levit. 16. 1. & Haftara eſt Prophetia de Jona. Primis feſti tabernaculorum diebus legunt Paraſcham Levit. 22. 26. & Haftaram Sach. 14. 1. Die ſecundo, 1 Reg. 8. 2. Reliquis autem feſti tabernaculorum diebus legunt de ſacrificiis feſti tabernaculorum, hoc ordine; die tertio, qui eſt primus intermediorum feſti dierum, legit ſacerdos de ſacrificiis diei ſecundi, Levita de ſacrificiis diei tertii, Iſraëlita de ſacrificiis diei quarti, & quartus qui aſcendit ad legendum, iterum legit de ſacrificiis diei ſecundi & tertii. Die quarto ſacerdos legebat de ſacrificiis diei tertii, Levita de ſacrificiis diei quarti, Iſraëlita de ſacrificiis diei quinti, & quartus ad legendum aſcendebat, & iterum legebat de ſacrificiis diei tertii, & diei quarti, & hoc ordine omnibus diebus. Die octavo legunt Paraſcham Deut. 15. 19. *Omne primogenitum* &c. & Haftaram, 1 Reg. 8. 54. Sequenti die legunt Paraſcham Deut. 33. 1. & Haftaram Joſ. 1. 1. Sabbathum vero illud quod veniebat in diebus feſti intermediis, tam in Paſchate quam tabernaculorum feſto, legunt Paraſcham Exod. 33. 12. & in feſto Paſchatis legunt Haftaram de oſſibus ſiccis *Jecheskielis*; & in feſto tabernaculorum *Jecheſ. 38. 18.* Nam *traditione tenemus quod reſurrectio mortuorum fiet in* feſto Paſchatis, & bellum Gog & Magog, in feſto tabernaculorum.

locutus eſt Dominus ad Moſen &c. Die ſexto legunt Num. 9. 1. *Et locutus eſt Dominus ad Moſen in Sinai.* Die ſeptimo legunt Exod. 13. 17. *Et factum eſt cum dimitteret Pharäo* &c. Et additur ſectio prophetica ex 2 Sam. 22. 1. *Et locutus eſt David* &c. Die octavo Deut. 15. 19. *Omne primogenitum* &c Et ſectio prophetica ex Jeſ. 10. 32. *Adhuc dies eſt* &c. Die vero Sabbathi in medio feſti legunt Exod. 33. 12. *Et dixit Dominus ad Moſen* &c. & ſectio prophetica ex Jecheskiel 37. 1. de oſſibus aridis Jecheskielis. Die primo feſti ſeptimanarum legunt Exod. 19. 1. *Menſe tertio* &c. & ſectio prophetica Jecheſ. 1. 1. Die ſecundo Deut. 15. 19. *Omne primogenitum* &c. & ſectio prophetica ex Chabakuk 3. 1. *Oratio Chabakuk*. Die primo initii novi anni legebant jam Gen. 21. 1. *Et Dominus viſitavit Saram* &c. & ſectio prophetica ex 1 Sam. 1. 1. *Et erat vir* &c. Die ſecundo legebant Gen. 22. 1. *Et factum eſt poſt has res* &c. & ſectio prophetica ex Jerem. 31. 2. *Sic dixit Dominus* &c. Die expiationis manè legitur Levit. 16. 1. *Et locutus eſt Dominus ad Moſen* &c. & ſectio prophetica ex Jeſ. 57. 14. Veſperi vero Levit. 18. 1. & prophetia Jonæ in ſectionem propheticam. Sic primo & ſecundo feſti tabernaculorum Levit. 22. 26. *Bos aut agnus* &c. & ſectio prophetica die primo ex Zach. 14. 1. *Ecce dies venit* &c. die vero ſecundo, 1 Reg. 8. 2. Et congregati ſunt ad Regem Salomo &c. Reliquis vero feſti tabernaculorum diebus legunt de ſacrificiis feſti tabernaculorum. Die octavo legunt Sectionem Legis Deut. 15. 19. *Omne primogenitum* &c. & legunt ſectionem propheticam ex 1 Reg. 8. 54. *Et factum eſt cum abſolviſſet Selomo &c.* Nono die legunt ex Lege Deut. 33. 1. *Et hæc eſt benedictio* &c. & ex prophetis Joſ. 1. 1. *Et factum eſt poſt mortem* &c. In Sabbatho medii Paſchatis Exod. 33. 12. *Et dixit Moſes* &c. & è prophetis Jecheſ. 38. 18. *In die quo veniet Gog* &c.

ו בחנוכה בנשיאים בפורים ויבא עמלק בראשי חדשים ובראשי חדשיכם במעמדות במעשה בראשית בתעניות ברכות וקללות אין מפסיקין בקללות אלא אחד קורא את כלן בשני ובחמישי ובשבת במנחה קורין כסדרן ואין עולין להם מן החשבון · שנאמר וידבר משה את מועדי ה׳ אל בני ישראל מצותן שיהיו קורין כל אחד ואחד בזמנו :

6. In initiatione templi legunt Num. 6. 22. ad verſ. 18. cap. 7. & feſto Purym Exod. 17. 8. *Et venit Amalek* &c. In novilunio Num. 28. 11. In principio menſium &c. In ſtationibus, de operibus creationis mundi. In Jejuniis benedictiones & maledictiones; non interrumpunt ad maledictiones, ſed unus eas legit omnes; die ſecundo, & quinto, & veſpera Sabbathi legunt juxta ordinem, & non intrant computum, uti ſcriptum eſt Levit. 23. 44. *Et elocutus eſt Moſes feſta Domini* &c. quorum præceptum eſt ut quodlibet legant tempore ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

במעמדות במעשה בראשית *In ſtationibus* (legunt) *de operibus creationis*, nam medio ſacrificiorum cœlum & terra conſervantur; ordo lectionis earum expoſitus eſt in tractatu Taanit capite ultimo. ברכות וקללות *benedictiones & maledictiones*., quæ veniunt Levit. 26. ad demonſtrandum quod per peccata in mundum venit pœna, ut pœnitentiam agant, & eo modo liberentur ex anguſtiis ſuis. כסדרן *juxta ordinem earum*, juxta ordinem Paraſchæ illius diei.

אין עולין להם מן החשבון *Et non intrant computum*, quando Sabbathum appropinquaverit, iterum legunt id quod legerunt die ſecundo & quinto, & circa veſperam Sabbathi; quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 23. 44. *Et elocutus eſt Moſes* &c. quod referendum eſt ad omnia quæ dicta ſunt in Miſna, ad docendum ex hoc textu, quolibet die feſto legendam eſſe Paraſcham illius feſti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Die Sabbathi quod venit in medio dierum initiationis templi legunt Haftaram de lucernis prophetæ Sachariæ; & ſi dies primus initiationis templi inciderit in Sabbathum, fit ut in feſto initiationis templi duo veniant Sabbatha, primo Sabbatho legunt Haftaram de lucernis prophetæ Sachariæ, ſecundo legunt de lucernis Selomonis. Si feſtum Purym inciderit in Sabbathum, legunt Haftaram, 1 Sam. 15. 1. Sic etiam ſi novilunium inciderit in Sabbathum, legunt Haftaram Jeſ. 66. 1. Et ſi in primum diem ſeptimanæ inciderit, legunt in Sabbatho Haftaram, 1 Sam. 20. 18. Et hoc eſt quod Miſna ſuperius dicere voluit, *In novilunio, in feſto initiationis templi, & in feſto Purym*; ſic etiam in jejuniis, & ſtationibus dicunt Haftaram ex ſcopo jejunii & ſtationum, non autem ex ſcopo Paraſchæ illius ſeptimanæ. Et nono die menſis Ab legunt Deut. 4. 24. & Haftaram Jerem. 8. 13. In hac vero captivitate legere ſolemus Haftaras ante nonum diem menſis Ab, propter caſum reprehenſionis, & pœnæ, non ex ſcopo Paraſcharum quæ illa Sabbatha tangunt; & poſt nonum diem menſis Ab, legimus Haftaras quæ tractant de conſolationibus, uſque ad Sabbathum, quod venit ante initium novi anni, quo legitur Haftara de reſipiſcentia. Haftaræ vero ante nonum diem Ab tres ſunt, primo Sabbatho legunt Haftaram primi capitis prophetæ Jeremiæ; ſecundo die legunt ſecundum caput ejuſdem prophetæ; tertio die legunt caput primum Jeſaiæ; & poſt nonum diem menſis Ab legunt ſeptem Haftaras de conſolatione, quarum prima eſt Jeſ. 40. 1.

Secunda Jeſ. 49. 14. Tertia Jeſ. 54. 11. Quarta Jeſ. 51. 12. Quinta Jeſ. 54. 1. Sexta Jeſ. 60. 1. Septima Jeſ. 61. 10. Et poſt Haftaram de reſipiſcentia Hoſeæ 14. 2. In jejuniis leguntur benedictiones & maledictiones, ad monſtrandum quod caſtigationes ad nos veniunt à manu Dei. Et quod dicit אין עולין להם מן החשבון *non intrant computum*, id eſt, lectio illa quæ legitur die ſecundo & quinto, non intrat computum lectionis diei Sabbathi; neque dicimus, quod tres illi, qui legunt illis diebus, computantur, & quatuor legunt die Sabbathi ab eo loco quo abſolverunt legere tres lectiones, & implent numerum ſeptem lectionum; ſed quod neceſſe eſt iterum legere à principio Paraſchæ, uti notum eſt.

פרק ד הקורא את המגילה עומד ויושב קראה אחד קראוה שנים יצאו מקום שנהגו לברך יברך ושלא לברך לא יברך בשני ובחמישי ובשבת במנחה קורין שלשה אין פוחתין ואין מוסיפין עליהן ואין מפטירין בנביא הפותח והחותם בתורה מברך לפניה ולאחריה :

Caput 4. Qui legit in Megilla, ſtat aut ſedet; ſi unus eam legat, aut ſi eam legant duo, ſatisfecerunt. In loco quo ſolent benedicere, benedicant; & quo non ſolent benedicere, etiam non benedicant. Die ſecundo, & quinto, & veſperi Sabbathi, legunt tres, non diminuunt, neque addunt illis, neque Haftaram dicunt in Propheta. Qui incipit & qui claudit in Lege, benedicit ante eam, & poſt eam.

R. OB. DE BARTENORA.

עומד ויושב *Stat aut ſedet*, quemadmodum ipſi lubitum fuerit. קראוה שנים *ſi duo eam legerint*, ſimul: יצאו *ſatisfecerunt* neque dicimus, quod duæ voces ſe non intelligant, quoniam enim eò delectantur, ideo benè applicant ſenſum.

מקום שנהגו לברך *In loco quo ſolent benedicere*, poſt eam; ſed ante eam homo ubicunque locorum tenetur tres dicere benedictiones, *ſuper lectione Megillæ*; *qui fecit miracula patribus noſtris &c. & qui vivificavit nos* &c. tam nocte quam die; quia fundamentum lectionis eſt de die, quemadmodum Eſter. 9. והימים האלה נזכרים ונעשים Nonnulli dicunt, quia nocte benedixit, *qui vivificaſti nos &c.* non dicet eam die, & ſic ratio oſtendit.

אין מוסיפין עליהן *Et non addunt illis*, ne cœtui moleſtiam creent, quia ſunt dies operis, etiam veſpera Sabbathi, quando in Lege legitur, propè noctem eſt, nam totum diem concionari ſolent, ideoque nec è Haftara legitur in veſpera Sabbathi.

הפותח והחותם בתורה וגו׳ *Qui incipit & claudit Legem*, &c. qui primus inceperit legere, benedicet ante eam, & ultimus qui Legis lectionem abſolvit, benedicet poſt eam. Reliqui vero omnes qui legunt in Lege, neque ante eam neque poſt eam, hoc autem tempore conſuetudo eſt, ut omnes illi qui ante eam & poſt eam benedicant, propter eos qui Synagogam intrant, ne illi, non audientes primum qui dixit benedictionem ante eam & poſt eam, dicant quod ante lectionem Legis non benedixit; tum etiam propter eos qui è Synagoga exeunt, ne illi, non audientes eum qui abſolvit lectionem, & poſt eam benedixit, imaginentur ſibi quod finita lectione Legis non benedicit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקום שנהגו לברך יברך *In loco quo ſolent benedicere, benedicant*, id eſt, poſt lectionem Megillæ, ſed ante eam neceſſe eſt omnino benedicere, quia præceptum eſt; & hypotheſis nobis eſt, quod ſuper omnibus præceptis debet benedicere, antequam ea agat, & ante eam tres benedictiones dicere, ut, *ſuper lectione Megillæ*; *qui fecit miracula patribus &c. qui vivificavit nos* &c. Cæterum poſt eam benedicere ſolent, *Litiga litem noſtram* &c. & hæc in memoria habeas velim, nimirum, quod non legunt in Lege in congregatione minores quam tres homines, & quod quilibet homo non minores quam tres legit verſus, ideoque, ſi tres legerint decem verſus, unus eorum leget quatuor verſus, & non minores quam tres *verſus Paraſchæ incipiet* legere, tum enim lectionem interrumpere poteſt & abire, & non remanent de Paraſcha minores quam tres verſus, & tum licitum eſt interrumpere. Hæ omnes ſunt regulæ quæ in lectione obſervantur, qui lectionem legis incipit, tenetur benedicere, hoc ſenſu, *qui nos elegit ex omnibus populis, & nobis dedit Legem ſuam, benedictus tu Domine qui dediſti nobis Legem* &c. Cæterum ſi quis ultimus legit, & lectionem abſolvit, dicet benedictionem poſt eam, hoc ſenſu, *qui dedit nobis Legem veritatis, & vitam æternam plantavit inter nos, benedictus tu Domine qui dediſti Legem.* Verum quod hodiè ſolemus legere eo modo ut quiſque dicat benedictionem tam poſt eam quam ante eam, ideo fit, ne illi qui Synagogam intrant, non videntes eum qui primus benedictionem dixit, ſed alium hominem, qui ad lectionem aſcendit, non dicentem benedictionem, imaginentur ſibi, eum qui legit in Lege, non teneri benedicere ante eam. Ita etiam, ne illi qui jam in Synagoga ſunt, videntes quod primus non benedicit, poſt eam, & deindè expreſſè non videntes quod ultimus benedicit poſt eam, imaginentur ſibi, quod non ſit neceſſarium benedicere poſt lectionem Legis.

ב בראשי החדשים ובחולו (ס"א) של מועד קורין ארבע אין פוחתין מהן ואין מוסיפין עליהן ואין מפטירין בנביא הפותח והחותם בתורה מברך לפניה ולאחריה זה הכלל כל שיש בו מוסף ואינו יום טוב קורין ארבעה ביום טוב חמשה ביום הכפורים ששה בשבת שבעה אין פוחתין מהן אבל מוסיפין עליהן ומפטירין בנביא הפותח והחותם בתורה מברך לפניה ולאחריה :

2. In novilunio & diebus feſti intermediis legunt quatuor, non detrahunt de illis neque addunt illis; neque Haftaram è propheta legunt. Qui incipit & qui finit in Lege, benedicit ante eam & poſt eam. Hæc regula generalis eſt, quocunque die detur additamentum, & non ſit dies feſtus, eo legunt quatuor; die feſto quinque; die expiationis ſex, die Sabbathi ſeptem; non detrahunt de illis, ſed addunt illis, & Haftaram dicunt è propheta. Qui incipit, & qui finit Legem, benedicit ante & poſt eam.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מוסיפין עליהן *Non addunt illis*, nam in noviluniis & in diebus feſti intermediis etiam eſt vacatio ab opere, quia licet operari in re perdita. ביום טוב חמשה *die feſto quinque*. quia dies ille, qui aliquid magis quam alii dies in ſe continet,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זה הכלל *Hæc generalis regula eſt*, ſimpliciſſimum hoc memoriæ ſignum eſt, nam non habemus diem quo venit additamentum, & qui non eſt dies feſtus; verum ea quorum mentionem fecit, omnia clara ſunt & vera. Quocunque

net poſtulat etiam majorem numerum, propterea in novi-luniis & diebus feſti intermediis, quibus venit additititum ſacrificium, legunt quatuor; die feſto, quo vetitum eſt facere opera, legunt quinque; & die expiationis, qui exigit pœnam excidii, legunt ſex; die Sabbathi, qui continet pœnam lapidationis, legunt ſeptem.

que autem loco dicatur, *benedicit ante eam & poſt eam*; ſupple, ex debito, uti expoſuimus.

ג אין פורסין את שמע ואין עוברין לפני התיבה ואין נושאין את כפיהם ואין קורין בתורה ואין מפטירין בנביא ואין עושין מעמד ומושב ואין אומרים ברכת אבלים ותנחומי אבלים וברכת חתנים ואין מזמנין בשם פחות מעשרה ובקרקעות תשעה וכהן ואדם כיוצא בהן :

3. Non dividunt orationem *Audi*, neque incedunt ante arcam, neque attollunt palmas, neque legunt in Lege, neque dicunt Haſtaram è propheta, neque faciunt ſtationem, neque conſeſſum, neque benedictionem lugentium dicunt, neque conſolationes lugentium, neque benedictionem ſponſorum, neque conveniunt ad benedicendum in nomine Dei, minores quam decem; & quod ad bona fundi, ſint novem, & ſacerdos; & homo illis ſimilis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פורסין את שמע *Non dividunt Audi*, decem homines ſi in Synagogam venerint & poſt congregationem legerint *Audi Iſraël* &c. unus eorum ſe eriget & dicet benedictionem *ſanctifica*, & *Benedicite*; & primam benedictionem ante lectionem Audi; פרוסה eſt dimidium aut pars rei, & *dividere Audi*, eſt dicere unam ex benedictionibus quæ antecedunt Audi.

אין עוברין לפני התיבה *Non incedunt ante arcam*, miniſter eccleſiæ non legit orationem in congregatione: ואין נושאין כפיהם *neque attollunt palmas ſuas*, ad pronunciandum benedictionem ſacerdotalem. ואין קורין בתורה *neque legunt in Lege*, in eccleſia; omnia vero hæc de quibus hic ſermo eſt, non fiunt ſi adfuerint infra decem, nam ſcriptum eſt Levit. 22. 32. ונקדשתי בתוך בני ישראל nihil ergo ſanctificatur niſi decem præſentibus; dicit autem בין בני ישראל *inter filios Iſraëlis*, & Num. 16. 21. dicit, הבדלו מתוך העדה הזאת quemadmodum in uno loco intelliguntur decem, ſic etiam in altero, quia cœtus conſtat decem, non minus.

ואין עושין מעמד ומושב *Neque faciunt ſtationem*, *neque conſeſſum*, propter mortuum, quando eum ad ſepulchrum ferunt, ſepties conſidebant propter honorem ejus, ſingulis autem vicibus lamentator dicebat, *erigite vos honorati, erigite vos*, *ſedete honorati*, *ſedete*; at ſi decem non adſint, ineptum eſt.

ברכת אבלים *Benedictionem lugentium*, eſt longa benedictio, nam benedictiones dicebant coram lugentibus, & ſuper conſolationibus &c. uti expoſitum eſt capite primo tractatus Ketubot.

ותנחומי אבלים *Et conſolationes lugentium*, quando redeunt à ſepulchro, ſe in ordinem jungunt, & lugentes conſolantur, ſed ejuſmodi ordo ſive circulus non fit ſi non adſint decem.

וברכת חותנים *Et benedictionem ſponſorum*, ſeptem benedictiones quas dicunt ſponſo. ואין מזמנין *neque conveniunt ad benedicendum in numero plurali*, nam id quod dici ſolet, *benedicamus Deo noſtro*, legitimè dici nequit ſi minores quam decem adſint. ובקרקעות *& quod ad bona fundi*, quæ ſanctificata ſunt, quando redimere ejuſmodi bona volunt, neceſſe eſt ut decem adſint homines, & unus eorum ſit ſacerdos, nam Paraſcha illa quæ tractat de rebus conſecratis, dicit decies כהן *ſacerdos*, ter de æſtimationibus, ter de beſtiis, & quater de bonis fundi. ואדם כיוצא בהן *& homo ſimilis illis*, ſi dixerit, promitto pretium mei, æſtimant eum ut ſervum venditum; & ſervus ſimilis eſt fundi bonis, uti ſcriptum eſt Levit. 25. 46. והתנחלתם אותם לבניכם וגו׳ quemadmodum quod ad bona fundi neceſſe eſt ut decem adſint homines, & unus eorum ſit ſacerdos, ſic etiam ſe res habet quod ad hominem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Levit. 22. 32. ונקדשתי בתוך בני ישראל quæ traditio exponit, nullam rem ſanctam infra decem perſonas peragi. אין פורסין את שמע *non dividunt Audi*, eſt dividere partem illam quæ præcedit lectionem Audi, nimirum, ſi quis conſtituatur ad benedicendum ante Audi.

ואין עוברין לפני התיבה *Neque incedunt ante arcam*, ſenſus eſt, unum hominem deſignari qui ante arcam orationem fundat in eccleſia. אין עושין מעמד ומושב *neque ſtationem faciunt*, *neque conſeſſum*, quando homines congregati fuerint ad ſequendum funus, & venerint ad plangendum mortuum, ut lamentator illis dixerit ad quamlibet ſectionem orationis funebris, *erigite vos honorati*, *erigite vos*, *ſedete honorati*, *ſedete*; ſed non ſumunt hanc operam, niſi decem aut plures adfuerint. Cæterum ſi quis dixerit, promitto pretium meum, & pretia in Lege taxata fuerint juxta ætatem, & illi qui hoc promiſerit, non fuerit alia res quam dare poterat præter poſſeſſionem ſuam, ſacerdos deputatus ſuper rebus ſanctificatis ſumebat de illa poſſeſſione pretium quod debebat, decem viris Iſraëlitis præſentibus, qui omnes conveniebant illud eſſe pretium quod promiſerat, & tum recipiebat poſſeſſionem illam. Sic etiam, ſi dixerit, promitto pretium perſonæ meæ, debet id quod ipſi impoſuerint, ac ſi eſſet ſervus publicè venditus, & ſolvet pretium ſui, uti exponitur in tractatu Arachin. Neceſſe eſt etiam, ut decem homines eum æſtiment, & eorum unus ſit ſacerdos, & ſolvat juxta pretium ſecundum quod eum æſtimarunt; & hic eſt ſenſus illius quod dicit, ואדם כיוצא בהן *& homo ſimilis illis*, nimirum, ſimilis bonis fundi. Cæterum quod dicitur תשעה וכהן *novem & ſacerdos*, non eſt conditio neceſſaria, nam ſi novem ſint Iſraëlitæ, ſufficit, quia in Paraſcha de æſtimationibus repetitur decies vox *ſacerdos*. Traditio vero exponit quod unus ſacerdos ſufficit, & quod toties repetitur vox *ſacerdos*, toties multiplicationem fit poſt multiplicationem, ad diminuendum, etſi fuerit Iſraëlita.

SURENHUSIUS. אין פורסין על שמע *Non dividunt ſuper Audi*, ad verbum, ſenſus eſt, ſi nonnulli privatim oraverint, & non benedictionem קדיש nec קדושה audiverint, & unus eorum ſurrexerit, & dixerit קדיש & ברכו, nec non יוצר אור, neque amplius quid recitet, is vocatur פורס על שמע videſis notas Lundii ad Taanith. 1. 2.

ד הקורא בתורה לא יפחות משלשה פסוקים לא יקרא למתורגמן יותר מפסוק אחד ובנביא שלשה היו שלשתן שלש פרשיות קורין אחד אחד מדלגין בנביא ואין מדלגין בתורה ועד כמה הוא מדלג עד כדי שלא יפסוק המתורגמן :

4. Si quis legit in Lege, non diminuet à tribus verſibus, neque coram interprete plus quam unum verſum, & in propheta tres; ſi tres illi fuerint tres Paraſchæ, legunt quamlibet ſigillatim. Tranſiliunt in propheta, & non tranſiliunt in Lege; ſed quouſque tranſiliet? eo uſque donec nondum abſolverit interpres.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא יקרא למתורגמן יותר מפסוק אחד *Neque leget coram interprete plures quam unum verſum*, ne interpres erret qui textum oraliter reddit Chaldaicè. ובנביא שלשה *& in propheta tres*, ſi voluerit, neque refert an erret, quia è prophetis non docemus præceptum.

ואם שלשתן שלש פרשיות *Et ſi tres illi* (verſus) *fuerint tres Paraſchæ*, uti ſunt tres verſus Jeſ. 52. 3. 4. 5. qui ſunt tres Paraſchæ tribus verſibus ſequentibus. מדלגין בנביא *tranſiliunt in propheta*, ab una Paraſcha in aliam, etiam ex uno ſenſu in alium.

ואין מדלגין בתורה *Et non tranſiliunt in Lege*, in duobus caſibus differentibus, ſed in uno eodemque caſu tranſiliunt, uti faciebat pontifex maximus die expiationis, qui legebat Paraſcham Levit. 16. 1. אחרי מות à qua tranſiliebat ad Levit. 23. 27. Dicit porro Miſna, כדי שלא יפסוק המתורגמן *donec nondum abſolverit interpres*, tam ſi tranſilierit in Lege in uno eodemque ſenſu, quam in propheta in diverſis ſenſibus, non diutius prælector morabitur quam ut interpres textum Chaldaice reddere poſſit, quia non convenit cum honore congregationis, ut in ea ſit ſilentium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם היו שלשתן שלש פרשיות *Si tres illi fuerint tres Paraſchæ*, quemadmodum verſus Jeſ. 52. 3. 4. 5. כה אמר יהוה & deinde כה אמר יהוה אלהי מצרים וגו׳ & poſtea ועתה מה לי פה ejuſmodi tres verſus non leget integros coram interprete, ut eos deinde Chaldaicè reddat, ſed leget eos ſigillatim.

ואין מדלגין בתורה *Neque tranſiliunt in Lege*, in duobus ſenſibus diverſis, ſed in uno eodemque ſenſu non tranſiliunt, ut à Levit. 16. 1. אחרי מות וגו׳ ad Levit. 23. 27. ואך בעשרה לחדש Cæterum in prophetis tranſiliunt etiam ex uno ſenſu in alium; ſed utrumque ſub hac conditione, ne diutius detineat ſe, quam ut interpres Legis abſolvat interpretationem Chaldaicam verſus Legis, aut verſuum prophetarum.

ה המפטיר בנביא הוא פורס על שמע והוא עובר לפני התיבה והוא נושא את כפיו ואם היה קטן אביו או רבו עוברין על ידו׃

5. Qui Haftaram dixerit è propheta, dividit Audi, & incedit ante arcam, & attollit palmas ſuas; ſin autem minorennis fuerit, pater, aut magiſter illius id munus obeunt vice ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

המפטיר בנביא *Qui Haftaram dixerit è propheta*, ordinarunt Sapientes ut is qui Haftaram dicere ſolebat, etiam partem lectionis Audi diceret, & ante arcam oraret, ad educendum debitum generale in ſanctificatione *nominis Dei*, & in oratione, quandoquidem ſe compoſuit ad dicendum Haftaram, quod non eſt honoris, hoc ipſi conceſſerunt honoris ergo. ואם היה קטן *& ſi minorennis fuerit*, qui non poteſt incedere ſive orare ante arcam, neque dicere partem Audi, pater aut magiſter illius orant ante arcam pro illo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Honoris ergo Sapientes hoc conceſſerunt, ut, quia ſe componit lector ad dicendum Haftaram, dignus habeatur *hæc opera* honorifica peragere. Cæterum ſi ille qui Hafta*ram dicet*, *minorennis* fuerit, qui orationem dicere nequit ante arcam *niſi donec habuerit barbam*; *pater* aut magiſter illius munus obit pro illo, & cenſetur *ac ſi is ipſe perrexiſſet*, etſi etiam is qui dixerit Haftaram ſit diſcipulus, aut magiſter illius, res tamen eadem eſt.

ו קטן קורא בתורה ומתרגם אבל אינו פורס על שמע ואינו עובר לפני התיבה ואינו נושא את כפיו פוחח פורס את שמע ומתרגם אבל אינו קורא בתורה ואינו עובר לפני התיבה ואינו נושא את כפיו סומא פורס את שמע ומתרגם רבי יהודה אומר כל שלא ראה מאורות מימיו אינו פורס על שמע׃

6. Minorennis legit in Lege, & dicit Chaldaicè, ſed non dividit Audi, neque incedit ante arcam, neque attollit palmas ſuas, denudatus dicere poteſt partem Audi, & dicit Chaldaicè; ſed non legit in Lege, neque incedere ante arcam, neque attollere palmas ſuas. Cœcus dividit Audi, & dicit Chaldaicè. R. Jehuda dicit, quicunque nunquam vidit luminaria, non dividet Audi.

R. OB. DE BARTENORA.

קטן קורא בתורה *Minorennis qui legit in Lege*, ſunt nonnulli è doctoribus excellentibus hodiernis qui dicunt, hoc intelligendum eſſe tantum poſt tertium lectorem, & deinceps. אבל אינו פורס על שמע *ſed non dividit Audi*, quia intentio ejus eſt educere debitum generale, & quicunque non tenetur ad rem aliquam; non educit debitum generale, ſive non liberat omnes.

ואינו נושא את כפיו *Neque attollit palmas ſuas*, ſi ſacerdos fuerit, nam non eſt honor eccleſiæ ut ſe ſubjiciant ad benedictionem illius. פוחח *nudatus*, eſt is cui ſunt veſtimenta lacera, ita ut brachia conſpiciantur exterius, id enim vox Chaldaicè notat. פורס את שמע *legit partem Audi*, quia ad eam legendam tenetur. אינו קורא בתורה *non legit in Lege*, propter honorem Legis. Sic etiam non dicet orationem ante arcam, neque palmas attollet ſuas, quia non eſt eccleſiæ honos. סומא פורס את שמע *cæcus dividit Audi*, nam etſi non viderit luminaria, utilitatem tamen è luminaribus cepit, nam homines ea videntes liberant ipſum ab offendiculis. *R. Jehuda dicit*, *quicunque nunquam viderit luminaria*, *non dividit Audi*, quia nunquam utilitatem cepit ex illis; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קטן קורא בתורה *Minorennis legit in Lege*, dixit unus ex doctoribus noſtris hodiernis, hanc minorennis lectionem intelligi poſt lectionem tertii lectoris. פוחח *nudus*, eſt is qui laceris veſtibus indutus eſt ſuperius uſque ad humeros, ut pectus conſpiciatur nudum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda in eo quod dicit, *quicunque nunquam vidit luminaria*, *non dividet Audi*; etſi enim nullam è luce eorum ceperit utilitatem per viſum, nihilominus ex operationibus eorum utilitatem cepit.

ז כהן שיש בידיו מומין לא ישא את כפיו רבי יהודה אומר אף מי שהיו ידיו צבועות אסטים ופואה לא ישא את כפיו מפני שהעם מסתכלין בו׃

7. Sacerdos in cujus manibus fuerint maculæ, non attollet palmas ſuas. R. Jehuda dicit, etiam ille, cujus manus tinctæ fuerint croco, & rubia, non attollet palmas ſuas; quia populus ad ejuſmodi attendit.

R. OB. DE BARTENORA.

כהן שיש בידיו מומין *Sacerdos in cujus manibus fuerint maculæ*, ſic etiam in facie & in pedibus illius: לא ישא ארת כפיו *non attollet palmas ſuas*, quia ſacerdotes cum ſuis ſandaliis ſuggeſtum aſcendere nequeunt; & ſi in pedibus illius maculæ fuerint, attendunt eas, ſic etiam manus illius attendent, qui vero ad ſacerdotem palmas attollentem attenderit, oculi illius caligabunt, quia Divinitas adeſt manibus ſacerdotis. אסטים *crocus*, adinſtar coloris hyacinthini: פואה notat radices quaſdam quibus rubra tingunt. Gemara autem dicit, ſi in urbe quadam fuerit ſacerdos qui triturat, ita ut omnibus notum ſit eum habere maculam in manibus, aut tincturam, aut hoc eſſe opus quod plurimi cives facere ſolent, licitum eſt; & eo modo non attendunt ea in ſacerdote.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אסטים *Crocus*, eſt tinctura adinſtar hyacinthini, & Arabicè vocatur פלג; cæterum פואה notat radices tenues & rubras, & Arabicè פוה dicitur. Sic etiam quæcunque res quæ tingit manus. Sed ſi maxima pars civium tinctores fuerint, licet ipſi palmas ſuas attollere, nam tum nihil refert ſi populus eas reſpiciat.

ח האומר איני עובר לפני התיבה בצבועין אף בלבנים לא יעבור בסנדל איני עובר אף יחף לא יעבור העושה תפלתו עגולה סכנה ואין בה מצוה נתנה על מצחו או על פס ידו הרי זו דרך המינות ציפן זהב ונתנה על בית אונקלי שלו הרי זו דרך החיצונים:

8. Si quis dixerit, non incedam ante arcam cum veſtimentis coloratis, etiam cum albis non incedet; cum ſandalio non incedam, etiam diſcalceatus non incedet. Si quis phylacteria ſua fecerit rotunda, periculum eſt, & in ipſo non obſervatur præceptum. Si impoſuerit ea fronti aut parti manus, eſt modus hæreticus; ſi auro texerit ea, & domui uncorum impoſuerit, eſt modus profanus.

R. OB. DE BARTENORA.

אף בלבנים לא יעבור *Etiam cum albis non incedet*, quia ſuſpicamur id ad hæreſin vergere, eo quod idololatræ ad ejuſmodi attendunt. העושה תפלתו עגולה *qui phylacteria ſua fecerit rotunda*, phylacteria capitis ſcilicet, inſtar nucis aut ovi: סכנה *periculum eſt*, ne intret caput illius. ואין בה מצוה *neque in eo præceptum obſervatur*, eſt enim traditio Moſis è Sinai, ut phylacteria ſint neceſſario quadrata.

דרך המינות *Modus hæreticus*, quo contemnitur traditio Sapientum, & quo ſenſu literali dicunt, id quod ſcriptum eſt Deut. 6. 8. בין עיניך ועל ידך ſimpliciter de oculis manibuſque intelligendum eſſe. Cæterum Sapientes ſecundum veram traditionem exponunt בין עיניך notare locum capillitii, quemadmodum conſtat ex alio loco Deut. 14. 1. ולא תשימו קרחה בין עיניכם quod intelligendum eſt de loco capitis ubi ſunt capilli qui evelli poſſunt, ut calvitium fiat, & propriè non intret oculos, quia non eſt locus capillorum. Eſt autem verus phylacteriorum locus in ea parte capitis ubi cerebrum infantis adhuc molle eſt. Quod dicit על ידך *ſuper manum tuam*, intelligendum eſt de ſuperiori manus parte in ſummitate brachii conglomerata è regione cordis. צפן זהב *ſi texerit ea auro*, ſcriptum eſt Exod. 13. 9. למען תהיה תורת יהוה בפיך exponit traditio, neceſſe eſt ut omnia faciat de eo quod ori conceſſum eſt, nimirum, de corio beſtiæ mundæ, non de auro. ונתנה על בית אונקלי *& impoſuerit ea domui uncorum*, ſuper veſtimentis exterius. Scriptura dicit ibidem לך לאות *tibi in ſignum*, non aliis in ſignum. החיצונים ſunt homines qui opinione ſua ducuntur, ſententiam Sapientum reſpuentes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על מצחו או על פס ידו *Fronti ſuæ, aut parti manus*, id eſt, ſi phylacteria capitis impoſuerit fronti, & phylacteria brachii impoſuerit particulæ manus ſuæ: הרי זה דרך מינות *ecce hic modus hæreticus eſt*, quia ſequitur verba Legis juxta literam, & opinionem ſuam.

על בית אונקלי *Domus uncorum*, id eſt, brachio, aut humero, aut etiam pectori; החיצונים ſunt *profani*, & hæretici qui & Legem abnegant, neque Legem ſcriptam, neque oralem credentes.

ט האומר יברכוך טובים הרי זו דרך המינות על קן צפור יגיעו רחמיך ועל טוב יזכר שמך מודים מודים משתקין אותו המכנה בעריות משתקין אותו האומר מזרעך לא תתן להעביר למולך ומזרעך לא תתן לאעברה בארמיותא משתקין אותו בנזיפה:

9. Si quis dixerit, *benedicant tibi boni*, eſt modus hæreticus; (ſi dixerit) *ſuper nidum avis veniant miſericordiæ tuæ*, aut, *ſuper bono memoretur nomen tuum*; aut, *confitentes*, *confitentes*, ei ſilentium imperant. Si quis inceſtum periphraſtice exponit, ei ſilentium imperant. Si quis dixerit Levit. 16. 21. *è ſemine tuo non dabis ad faciendum tranſire ante Molech*, id eſt, è ſemine tuo non dabis ad tranſire faciendum ad gentiliſmum, ei ſilentium imperant cum reprehenſione.

R. OB. DE BARTENORA.

יברכוך טובים וגו׳ *Benedicant tibi boni*, &c. nam neceſſe eſt ut Iſraël ſe conjungat cum peccatoribus etiam in Iſraële, quod ad vinculum jejuniorum & orationum ſuarum, quemadmodum (Scriptura dicente Exod. 30.) galbanum malè olens intrat aromata ſuffitus.

על קן צפור יגיעו רחמיך *Super nido avis perveniant miſericordiæ tuæ*, quemadmodum miſericordiæ tuæ veniunt ſuper nidum avis, & nobis præcepiſti, *non capies matrem ſuper filios*, ſic miſerere noſtrum. משתקין אותו *ſilentium imponunt illi*, quia præcepta Dei facit in miſericordias, cum non ſunt niſi decreta.

ועל טוב יזכר שמך *& ſuper bono memoretur nomen tuum*, ſuper bono tuo te laudabimus, & gratias agimus; *ei ſilentium imperant*, quia tenemur, Deo benedicere tam ſuper malo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non dicendum eſt יברכוך טובים *Benedicant tibi boni*, quia tam mali quam boni Deo benedicto benedicunt, uti ſcriptum eſt Jerem. 10. 7. מי לא יראך מלך הגוים

ועל קן צפור יגיעו רחמיך *& ſuper nidum avis veniant miſericordiæ tuæ*, quia hæc non eſt ratio præcepti Deut. 22. 6. לא תקח האם על הבנים *Non capies matrem ſuper filios*, propter miſericordiam Dei benedicti; ſed Legis decretum eſt.

ועל טוב יזכר שמך *& ſuper bono memoretur nomen tuum*, eo quod nomen ejus memorandum ſuper bono, & ſuper malo, uti dicit Miſna Berachot cap. 9. *Tenetur benedicere tam ſuper malo, quam ſuper bono.* מודים מודים *confitentes, confitentes*, ſi hoc bis dixerit, imponunt illi ſilentium, quia videtur duobus Dominis confiteri, at confeſſio Deo unico tantum fieri debet.

malo quam ſuper bono. מודים מודים *confitentes, confitentes*, ſi hoc bis dixerit, videtur duabus deitatibus confiteri.

המכנה בעריות *Qui periphraſticè exponit inceſtum*, ita ut caput de inceſtu exponat per antiphraſin, dicendo, quod textus de inceſtu proprie intelligi non debet, ſed eo ſenſu, quod vetitum eſt detegere ignominiam matris & patris, eam publicè ignominia afficiendo. ומזרעך לא תתן למולך *& de ſemine tuo non dabis Molecho*, id eſt, ne quis matrimonium ineat cum gentili idololatra, & eveniat indè ut filium idololatriæ progignat. משתקין אותו בנזיפה *ſilentium illi imperant cum reprehenſione*, quia à vero ſenſu abducit, & pœnam exciſionis imponit ei qui matrimonium contraxerit cum muliere idololatra, & condemnatur ſacrificii pro peccato, ſi id ex errore fecerit.

המכנה בעריות *Qui inceſtum periphraſticè exponit*, hoc ſenſu, ut cognomen ponat in tertia perſona loco ſecundæ perſonæ, dicendo אביו ואמו ואחותו loco אביך ואמך ואחותך & ea verba quæ extant Levit. 18. 21. לא תתן להעביר למולך וגו׳ perversè explicaverit, & de vero ſenſu abduxerit.

י מעשה ראובן נקרא ולא מיתרגם מעשה תמר נקרא ומיתרגם מעשה עגל הראשון נקרא ומיתרגם והשני נקרא ולא מיתרגם ברכת כהנים מעשה דוד ואמנון לא נקראין ולא מיתרגמין אין מפטירין במרכבה ורבי יהודה מתיר רבי אליעזר אומר אין מפטירין בהודע את ירושלם :

10. Hiſtoria Rubenis legitur, ſed non exponitur Chaldaicè. Hiſtoria Tamaris legitur & Chaldaicè exponitur. Hiſtoria vituli prima legitur, & Chaldaicè exponitur; ſecunda vero legitur quidem, ſed non exponitur Chaldaicè. Benedictio ſacerdotalis, & hiſtoria Davidis, & Amnonis, non leguntur, neque exponuntur Chaldaicè. Non dicunt Haſtaram Jecheſ. 1. 1. de curru (Jecheskielis.) R. Jehuda permittit. R. Elieſer dicit, non dicunt Haſtaram Jecheſ. 16. *Fac notum Jeruſolymis.*

R. OB. DE BARTENORA.

מעשה אמנון ותמר נקרא ומתרגם *Hiſtoria Amnonis & Tamaris legitur & exponitur*, neque honoris Davidis rationem habemus, & hoc intelligendum illis in locis ubi non extat *Amnon filius Davidis*, uti dicemus inpoſterum.

מעשה עגל נקרא ומתרגם *Hiſtoria vituli prima legitur, & Chaldaice exponitur*, neque honoris Iſraëlis rationem habemus: והשני *& ſecunda*, ab illis verbis, *& dixit Moſes ad Aharonem* &c. quæ extant Exod. 32. 21. uſque ad verſum 25; & verſu 35. Omnes hi verſus leguntur quidem, ſed non exponuntur, propter honorem Aharonis.

ברכת כהנים *Benedictio ſacerdotalis*, quia in ea dicitur ישא יהוה פניו אליך ne dicant, Deus benedictus faciem ſuam effert, neſcientes quod Iſraël meretur ut faciem efferat ſuper eum.

מעשה דוד ואמנון לא נקראין ולא מתרגמין *Hiſtoria Davidis, & Amnonis non leguntur, neque exponuntur*, ſupple in Haſtara, non leguntur neque exponuntur Chaldaicè omnes illi verſus in quibus extat *Amnon filius Davidis*, ſed in quibus illi leguntur extat verbum *Amnon* ſimpliciter.

אין מפטירין במרכבה *Non dicunt Haſtaram de curru*, ne percunctetur & inquirat de eo; *R. Jehuda permittit*, deciſio eſt juxta R. Jehuda. *Neque Haſtaram dicunt, ad notum faciendum Jeruſolymis*, propter honorem Jeruſolymorum; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hiſtoria ſecunda de vitulo, eſt eadem hiſtoria quæ repetitur Exod. 32, à verſu 21. uſque ad 25; ſic etiam verſus 35; at hi verſus non exponuntur Chaldaicè in eccleſia propter honorem Aharonis. Neque benedictio ſacerdotalis Chaldaicè dicitur, eo quod ſcriptum eſt Num. 6. 26. ישא השם פניו אליך ne populo appareat contrarium ex eo quod dicitur Deut. 10. 17. אשר לא ישא פנים Cæterum quod dicit, מעשה דוד ואמנון לא נקראין ולא מתרגמין *hiſtoria Davidis, & Amnonis non leguntur, neque Chaldaice exponuntur*, non pugnat contra id quod dixit hiſtoriam Tamaris Legi, & Chaldaice exponi, nam quocunque in loco Amnon ſimpliciter nominatur, legitur & exponitur Chaldaice. Sed ubi dicitur אמנון בן דוד *Amnon filius Davidis*, non legitur, neque exponitur propter honorem Davidis. Ratio autem ejus, qui dicit Haſtaram non dici in curru Jecheskielis, hæc eſt, ne populus roget myſterium illius quando illud audit, ne occaſio dubitandi illis detur ulterius. Ratio ejus quod dicit R. Elieſer, eſt, propter honorem Jeruſolymorum & Iſraëlis; deciſio eſt juxta R. Jehuda; ſed non juxta R. Elieſer.

Finis tractatus de Volumine Eſteris.

מסכת מועד קטן

פרק א משקין בית השלחין במועד ובשביעית בין במעין שיצא בתחילה בין ממעין שלא יצא בתחילה אבל אין משקין לא מימי הגשמים ולא ממי הקילון ואין עושין עוגיות לגפנים :

Tractatus de Feſto Parvo.

CAput 1. Rigant campum ſiticuloſum diebus feſti intermediis, & anno ſeptimo, ſive ex fonte qui exierit ab initio, ſive è fonte qui non exierit ab initio. Cæterum non rigant, neque ex aquis pluviarum, neque ex aquis canalis, neque faciunt foſſas vitibus.

R. OB. DE BARTENORA.

בית השלחין *Eſt terra ſitiouloſa*, nam עיף ויגע Chaldaicè dicitur משלהי ולאי; rigant ergo campum ſiticuloſum diebus feſti intermediis, nam quicquid cæteroquin perderetur, licet rigare diebus feſti intermediis; campus enim ſiticuloſus, ſi non quotidie eum rigent, quando ſemel eum rigaverint, perdetur, quemadmodum Miſna dicit inferius. *Semina quia ante diem feſtum non rigata ſunt, non rigabuntur diebus feſti intermediis*, quia non perduntur. Cæterum ſi ante feſtum rigata fuerint, rigant ea diebus feſti intermediis; ſed hoc tantum intelligendum de campo proventum ferente, quem diebus feſti intermediis rigare licet. Verum campum arboribus conſitum non licet rigare diebus feſti intermediis, eo quod arbores non tam citò perduntur. Anno autem ſeptimo tam campum ſiticuloſum quam humidum licet rigare; ſed hic tantum ſermo eſt de agro ſiticuloſo quod ad rigationem ejus in diebus feſti intermediis.

שיצא בתחלה *Qui exierit ab initio*, novus qui nunc ab initio provenit vel effoſſus eſt; neque ſolliciti ſumus ne latera illius brevi decidant, & eveniat ut corrigat quis ea in diebus feſti intermediis, quod eſt operari; eſt ergo *fons qui exit ab initio*, fons novus; & *qui non exit ab initio*, fons vetus.

לא מימי הגשמים *Neque ex aquis pluviis*, ne rigent ex aquis quæ hauriuntur ex קילון ſive puteo profundo, in quo aquæ pluviæ congregatæ ſunt, in quibus hauriendis multa opera impendenda eſt, quando ope ſitulæ excipiuntur.

עוגיות Sunt exiguæ foſſæ quas circum radices vitium effodiunt, ut aqua impleantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt quod intermediis feſti diebus vetitum eſt operari, Miſna autem eos vocat חולי של מועד *profeſtos feſti*, qui ſunt medii feſti. Cæterum traditione recepimus, quod opera quædam ſunt quæ diebus feſti intermediis agere licet, ſic etiam opera quædam quæ vetitum eſt agere, de quibus hic tractatus. Ea autem opera quæ facere licet, ſunt ejuſmodi, ut, ſi relinquantur uſque ad finem feſti, rebus inde accedat magnum damnum, quemadmodum rigare terram ſiticuloſam, id quod in lingua Sapientum noſtrorum בית השלחין vocatur, nam terra ſicca & laſſa in Targum eſt משלהי; nam ſi terram admodum ſiticuloſam relinquant ſine rigatione aquarum, omnes illius arbores perdentur. Hoc autem ea conditione accipiendum, ne multa opera impendatur ad rigationem, nam ſi multa opera impendenda eſt, vetita eſt rigatio diebus feſti intermediis; propterea prohibitum eſt rigare terram diebus feſti intermediis ex aquis canalis, ſimilibuſque, quæ ſunt aquæ in loco depreſſo collectæ, quæ ope ſitulæ fundi debent, quod fieri non poteſt ſine magna opera; eſt ergo קילון *puteus profundus*. Sic etiam, ſi aquæ pluviæ ſe conjunxerint ut ex illis exigua ſtagna facta fuerint, at deindè pluvia ceſſaverit, & aqua conſumpta fuerit, ex iis ope ſitulæ rigandum eſt. עוגיות *foſſæ*, effodiunt enim undiquaque circum arborem foſſas quaſdam exiguas, ut illic congregentur aquæ; ſed hanc vocem jam explicavi in tractatu Taanit.

SURENHUSIUS. Hic tractatus appellatur מועד קטן *feſtum minus*, eo quod dierum minus feſtorum continet ritus, qui ſunt dies inter primum & ultimum intermedii in feſtis majoribus, qualia ſunt Tabernaculorum & Paſchatis feſta. Cum autem de illis in Lege dicatur vox שבתון *Sabbatiſmus*, non tanta pollent ſanctitate quanta quidem primi & ultimi pollent dies feſti; nihilominus tamen cum de illis quoque in Lege dicitur מקרא קרש *convocatio ſancta*, quo tempore olim ſtante ſanctuario offerebatur ſacrificium חגיגה *feſtivitatis*, prohibitum eſt iſtis intermediis diebus operari ſicut in aliis, ut hoc modo diſtinguantur à reliquis profeſtis diebus quibus nulla omnino debetur ſanctitas. Quiſquis igitur illis diebus opus aliquod prohibitum perfecerit, propter contumaciam ſuam flagellis cæditur, eo quod tranſgreſſus eſt conſtitutionem ſcribarum ſive Sapientum. Cæterum non quodlibet opus ſervile diebus feſti intermediis prohibitum eſt, nam prohibitionis ſcopus tantum eſt, ut hi dies diſtinguantur ab aliis diebus profeſtis, propterea in illis opera quædam licita ſunt, quædam vero non licita; quæ licita ſunt ejuſmodi eſſe debent, quorum, ſi non peraguntur, magnum adeo eſt damnum, & hac quoque conditione ut ad illa peragendas non magna requiratur opera, cæteroquin prohibita cenſentur; hoc ſenſu Maimonides in Hilchot Jom Tobh capite ſeptimo חולו של מועד אף על פי שלא נאמר בו שבתון הואיל ונקרא מקרא קרש והרי הוא זמן חגיגה במקדש אסור בעשיית מלאכה כדי שלא יהיה כשאר ימי החול שאין בהן קדושה כלל והעשה בו מלאכה האסורה מכין אותו מכת מרדות מפני שאיסורו מדברי סופרים ולא כל מלאכה עבודה אסורה ביום טוב שסוף הענין בדברים שנאסרו בו כדי שלא יהיה כיום חול לכל דבר לפיכך יש מלאכות אסורות בו ויש מלאכות מותרות בו : ואילו הן כל מלאכות שאם לא יעשה אותה במועד יהיה שם הפסד הרבה עושין אותה ובלבד שלא יהיה בה טורח הרבה Quænam vero ſint illa opera quæ intermediis feſti diebus licita vel illicita ſunt propter damnum, nobis in ipſo limine Tractatus aperiet auctor Miſnicus.

ב רבי אלעזר בן עזריה אומר אין עושין את האמה בתחילה במועד ובשביעית. וחכמים אומרים עושין את האמה בתחילה בשביעית ומתקנין את המקולקלות במועד ומתקנין את קולקולי המים שברשות הרבים וחוטטין אותן ומתקנין את הדרכים ואת הרחובות ואת מקוות המים ועושין כל צורכי הרבים ומציינין את הקברות ויוצאין אף על הכלאים :

2. R. Eleaſar filius Aſariæ dicit, non faciunt foſſas in principio dierum feſti intermediorum, neque in anno ſeptimo. Sapientes dicunt, faciunt foſſas in principio anni ſeptimi, & corrigunt depravatas in diebus feſti intermediis, & corrigunt aquæ-ductus depravatos in loco publico, & effodiunt eos. Et corrigunt vias & plateas, & receptacula aquarum, & faciunt omnes neceſſitates publicas; & ſignant ſepulchra, & exeunt quoque propter campos mixtura conſitos.

R. OB. DE BARTENORA.

אמה Notat foſſam quam in terra faciunt, per quam aquæ circumfluunt campum, & ex uno campo in alium; & vocatur אמה, eo quod in latitudine continet cubitum, & in profunditate. בתחלה *in principio*, ſi antea nunquam fecerint foſſam, non faciunt eam de novo in diebus feſti intermediis, propter magnam operam; neque in anno ſeptimo, quia apparet ac ſi foſſam effodiat in terra anno ſeptimo.

ומתקנין את המקולקלות *Et corrigunt depravatas*, foſſas, ſi arena in eas inciderit, ita ut non effundant aquas, corrigunt eas, at non faciunt eas de novo in diebus feſti intermediis; deciſio eſt juxta Sapientes.

מתקנין קלקולי המים *Corrigunt aquæ-ductus depravatos*, corrigunt aquas in foveas collectas ad bibendum eas: וחוטטין *& purificant*, educunt ex illis lapides & ſtipulas, ac pulverem qui inciderit in eos.

ומציינין את הקברות *Et ſignant ſepulchra*, ſuper ſepulchra ſignaturam faciunt quorum calcem diſrumpebant, & ſuper ſepulturam conjiciebant; quod ſignum erat peregrinantibus, ne irent per loca immunda. ויוצאין *& abeunt*, deputati à ſenatu in diebus feſti intermediis, ad inquirendum de agris mixturis conſitis, ad eas extirpandas; propterea, de oblationibus primis conclavis ſumebant pretium earum & in diebus feſti intermediis operarii exigua mercede conducebantur, eo quod otioſi erant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמה Eſt foſſa aquarum, quam effodere vetitum eſt anno ſeptimo, quia homo tum præparat pulverem lateris ad ſemen, eo quod madefactus eſt aquis, & propterea progerminat. Verum jam tibi conſtat id quod tibi expoſuimus in tractatu Schebyt, quod omnia arborum & terræ emolumenta anno ſeptimo vetita ſunt, uti ſcriptum eſt Levit. 25. 2. ושבתה הארץ Cæterum quod dicitur מתקנין את המקולקלות *corrigunt depravatas*, ſupple foſſas profundiſſimas faciunt, & correctiſſimas.

קלקולי המים *Aquæ-ductus depravatos*, id quod depravatum fuerit in piſcina, licet corrigere, & ſi totus populus ejuſmodi aquis indigeat, uti ſunt aquæ fontium quas bibit, eos fontes corrigere licet in diebus feſti intermediis.

כל צרכי העם *Omnes neceſſitates publicas*, uti, amputare ſpinas, & corrigere vias depravatas, ædificare pontes. Cæterum deputati quidam abibant extirpatum mixturas ex agris in diebus feſti intermediis, & pretium illius quod extirpaverant, ſolvebatur Senatui, qui illud ſumebat de oblationibus primis conclavis; & quia operarii otioſi erant in diebus feſti intermediis, conducebantur exigua mercede, & lucrum quod indè venit, in emolumentum oblationum primarum conclavis reponitur; deciſio eſt juxta Sapientes.

ג רבי אליעזר בן יעקב אומר מושכין את המים מאילן לאילן ובלבד שלא ישקה את כל השדה זרעים שלא שתו לפני המועד לא ישקם במועד וחכמים מתירין בזה ובזה:

3. R. Elieſer filius Jacobi dicit, deducunt aquas ex una arbore in aliam; ea conditione ne riget totum campum. Semina quæ non rigata ſunt ante feſtum, non rigabit in diebus feſti intermediis; Sapientes utrumque permittunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מושכין את המים *Deducunt aquas*, quæ ſunt ſub arbore hac ad arborem aliam, quia in eo non eſt multum operis; ſed totum campum rigare non licet; hic autem tractat de campo humido, qui non tam cito perditur, quia aqua pluvia illi ſatis eſt, niſi quod admodum humidus eſt quando eum rigant.

מתירין בזה ובזה *Permittunt utrumque*, etſi non rigata fuerint, & quamvis campus fuerit humidus; nam propter hanc abundantem humiditatem Sapientes permittunt; deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi, quia ſimiles ſunt ſeminibus rigatis ante feſtum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מושכין את המים מאילן לאילן *Deducunt aquas ex arbore ad arborem*, deducunt aquas ex radicibus arboris unius ad radices alius arboris; & ſi totus campus madidus fuerit, licet eum rigare, quia hæc rigatio non ita conſpicua eſt.

זרעים שלא שתו לפני המועד לא ישקום במועד *Semina quæ non rigata ſunt ante feſtum, non rigabit in diebus feſti intermediis*, eo quod multa aqua indigent; ſed jam diximus, quæcunque res multum operis requirit, ea vetita eſt ut perficiatur; deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi.

ד צדין את האישות ואת העכברים משדה האילן ומשדה הלבן (סא"לג) שלא כדרכו במועד ובשביעית וחכמים אומרים משדה האילן כדרכו ומשדה הלבן שלא כדרכו ומקרין את הפרצה במועד ובשביעית בונה כדרכו:

4. Venantur talpas & mures ex agro arboribus plantato, & agro ſeminibus conſito modo extraordinario, in diebus feſti intermediis, & in anno ſeptimo. Sapientes dicunt, ex agro arboribus plantato modo ordinario, & ex agro ſeminibus conſito modo extraordinario. Et corrigunt rupturam in diebus feſti intermediis, & in anno ſeptimo ædificabit ordinario modo.

R. OB. DE BARTENORA.

אישות *Talpas*, genus reptilis cui non ſunt oculi, & quod arboribus nocet, & campis. משדה הלבן *ex agro ſeminibus conſito*, quem arant & ſerunt proventu, ſi in eo non fuerint arbores.

משדה האילן כדרכו *Ex agro arboribus plantato, modo ordinario*, eo quod admodum illis nocent, ſed in damnis magnis Sapientes providerunt, ideoque foveam effodere oportet modo ordinario, & in ea ſuſpendere id quod captum eſt.

שלא כדרכו *Modo extraordinario*, paxillum in terram infiget quam fortiſſimè, eumque movebit ad hanc & illam partem, & deindè educet, quomodo fovea fiet ſua ſponte; deciſio eſt juxta Sapientes. Cæterum in campo ſeminibus con-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אישות *Talpas*, genus reptilium quibus non ſunt oculi, & arboribus nocent; campum vero ſeminibus conſitum exarant, & conſerunt, ſi in eo non ſint arbores. Prohibitum autem eſt venari eas in agro ſeminibus conſito, niſi ager ille fuerit circa agrum arboribus plantatum, ne talpæ illæ abeant ad agrum arboribus plantatum, eumque corrumpant; nam in agro ſeminibus conſito non eſt quod corrumpere poſſunt.

כדרכו *Modo ordinario*, ita ut in terra foveam effodiat, & in ea ſuſpendant id quod venati ſunt. שלא כדרכו *modo extraordinario*, ita ut foveam effodiat alio modo quam plerumque fieri ſolet, infigendo clavos in terram, & extirpando talpas eo modo, ut terra relinquatur excavata.

ומקרין

confito, qui propè campum arboribus plantatum fuerit, effodere licet ordinario modo, ne è campo ſeminibus confito exeant deſtructum arbores. ומקרין את הפרצה *& reparant rupturam*, uno lapide ſuper alio poſito inſtar ædificii, ſine luto & calce; ſed hoc tantum de ruptura horti intelligendum; at ſi paries atrii cciderit, ædificat modo ordinario propter fures.

ומקרין את הפירצה *Et reparant rupturam ſepis*, lapidibus, aut lateribus interpoſitis, non collinentes eam luto aut calce; hoc autem intelligendum eſt de pariete horti; at ſi paries ſit atrii aperti, reædificari poteſt ordinario modo; deciſio eſt juxta Sapientes.

ה רבי מאיר אומר רואין את הנגעים בתחילה להקל אבל לא להחמיר וחכמים אומרים לא להקל ולא להחמיר ועוד אמר רבי מאיר מלקט אדם עצמות אביו ואמו מפני ששמחה היא לו רבי יוסי אומר אבל הוא לו לא יעורר אדם על מתו ולא יספידנו קודם לרגל שלשים יום :

5. R. Meyr dicit, conſpiciunt plagas in principio ad indulgendum, ſed non ad aggravandum. Sapientes dicunt, neque ad indulgendum, neque ad aggravandum. Præterea dixit R. Meyr, colligit homo oſſa patris & matris, quia id ipſi gaudio eſt. R. Joſe dicit, eſt ipſi luctus; nemo excitabit ſibi triſtitiam ſuper mortuo ſuo, neque lugebit eum ante feſtum triginta dies.

R. OB. DE BARTENORA.

להקל *Ad indulgendum*, ſi purus fuerit, dicet illi ſacerdos, purus eſto, quia id ipſi gaudio eſt: אבל לא להחמיר *ſed non ad aggravandum*, ſi impurus fuerit, tacebit ſacerdos, & non pronunciabit illum impurum, ut ille cogatur extra caſtra ſe conferre.

לא להקל ולא להחמיר *Neque ad indulgendum, neque ad aggravandum*, nam quemadmodum neceſſe eſt ut videat ipſum an ſit purus ad indulgendum, ſic etiam neceſſe eſt ad aggravandum, ut ſi impurus ſit, dicat impurus eſto, eo quod ſcriptum eſt Levit. 13. 29. לטהרו או לטמאו ſacerdos ergo nequit tacere, & melius eſt quod eum non viderit ſacerdos.

מלקט אדם עצמות אביו ואמו *Colligit homo oſſa patris & matris ſuæ*, in diebus feſti intermediis, ad ſepeliendum ea in loco decoro: מפני ששמחה היא לו *eo quod illi gaudio eſt*, quando oſſa videt; deciſio non eſt juxta R. Meyr in duabus ſententiis.

לא יעורר אדם על מתו *Non excitat homo ſuper mortuo ſuo*, non adducet lamentatorem ad ipſum excitandum ſuper mortuum, qui jam aliquot dies mortuus eſt, commovendo amicorum animos; quemadmodum lamentator facere ſolebat, exclamans, *venite & flete mecum omnes amari ſpiritu*; cujus autem cor languidum erat, ibat lamentatum conſanguineum ſuum. לא יפסירנו *non lugebit eum*, non conducet lamentatorem ad lugendum mortnum, qui jam modo mortuus eſt. קרם לרגל שלשים יום *ante feſtum triginta dies*, ſemper vetitum eſt; ratio autem in Gemara exponitur, quia ſolent ſeponere nummos ad ſacrificium feſti, triginta dies ante feſtum, à quo tempore incipiunt jura feſti exponere; hinc fieri poſſet ut lamentatori daret nummos quos ſepoſuerat in neceſſitatem feſti, & omitteret gaudium feſti. Eſt autem qui dicit rationem eſſe, ne mortuus oblivioni tradatur niſi poſt triginta dies demum finito luctu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat dari plagas de quibus Deus dixit Levit. 13 4. והסגירו הכהן שבעת ימים & alias de quibus dicit, והסגירו שבעת ימים שנית Controverſia autem, quæ eſt inter R. Meyr & Sapientes, de viſione occluſionis ſecundæ eſt. R. Meyr dicit, ſi conſpexerit quod purus erat, dicet illi, purus eſto; at ſi conſpexerit quod impurus erat, tacebit; & hoc eſt quod vult quando dicit, להקל אבל לא להחמיר *ad indulgendum, ſed non ad aggravandum*. Sapientes vero ex eo quod dicitur Levit. 13. 29. לטהרו או לטמאו docent, quod, quandoquidem ſacerdos eum conſpexerit, neceſſe eſt ut omnino de illo ſententiam pronunciet, ac dicat, purus eſt aut impurus, & non taceat. Ideoque non luſtrabit eum in diebus feſti intermediis, ne polluat ſe, & ſollicitus fiat de feſto; cum Deus dixit de feſto Deut. 16. 14. ושמחת בחגך Sic etiam non lugent mortuum triginta dies ante feſtum, ne feſtum & triſtitia illa cum luctu veniat ſimul; deciſio non eſt juxta Meyr in duabus ſententiis.

ו אין חופרין כוכין וקברות במועד אבל מחנכים את הכוכין במועד ועושין נברכת במועד וארון עם המת בחצר ר׳ יהודה אוסר אלא אם כן יש עמו נסרים :

6. Non effodiunt foveas neque ſepulchra in diebus feſti intermediis; ſed corrigunt foveas in diebus feſti intermediis, & faciunt piſcinam in diebus feſti intermediis, & arcam cum mortuo in atrio. R. Jehuda prohibet, niſi illi fuerint aſſeres.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חופרין כוכין וקברות במועד *Non effodiunt foveas, neque ſepulchra in diebus feſti intermediis*, ad ſepeliendum in eis mortuum qui poſt feſtum mortuus eſt; nam כוכין ſunt foveæ quas faciunt ſub terra; קברות autem ſtructura ſuper foveam.

אבל מחנכים *Sed corrigunt*, ſi fovea fuerit longa, reddunt eam breviorem, ſin brevis, longiorem & latiorem. נברכת *piſcina*, & foſſa fullonum, ad lavandum in ea pannos, in quo non datur multum operis.

וארון עם המת בחצר *Et arcam cum mortuo in atrio*, quo mortuus eſt, licitum eſt diſſecare aſſeres, & inde conficere arcam; ſed non in alio atrio, ne homines putent eum opus facere: & hoc tantum intelligendum eſt de homine ignoto; ſed pro homine noto & publico faciunt arcam, etiam in loco publico; hoc vero tempore, quando exiguus eſt noſter numerus, quilibet homo habetur notus. *R. Jehuda vetat*, adducere ligna ad faciendum aſſeres in uſum arcæ, niſi diſſecti fuerint ante feſtum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כוכין *Foveas*, eſt fovea ſepulchri quam in terra effodiunt; קברות *ſepulchra*, eſt ædificium ſuper locum ſepulturæ; eſt autem prohibitum facere ſepulchrum ad ſepeliendum in eo mortuum, etiam poſt feſtum.

אבל מחנכין את הכוכין במועד *Sed corrigunt foveas, in diebus feſti intermediis*; id eſt, addet longitudini & latitudini ſepulturæ poſtquam effoſſa fuerit. נברכת *piſcina*, eſt foſſa adinſtar illius in qua linum macerant; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ז אין נושאין נשים במועד לא בתולות ולא אלמנות ולא מיבמין מפני ששמחה היא לו אבל מחזיר הוא את גרושתו ועושה אשה תכשיטיה במועד

7. Non ducunt uxores in diebus feſti intermediis, nec virgines, nec viduas; neque affinitatem contrahunt, quia gaudio eſt ipſi. Sed repudiatam reducit; & mulier facit ornamenta ſua in diebus feſti

במועד רבי יהודה אומר לא תסוד מפני שניוול הוא לה:

ſti intermediis. R. Jehuda dicit, non oblinunt ſe calce, quia moleſtum eſt ipſis.

R. OB. DE BARTENORA.

מפני ששמחה היא לו *Quia illud gaudio eſt ipſi*, nam non licet miſcere unum gaudium cum altero, quia ſcriptum eſt Deut. 16.14. ושמחת בחגך *lætaberis in feſto*, non in uxore. אבל מחזיר את גרושתו *ſed reducit repudiatam ſuam*, quia marito non eſt magna lætitia niſi cum uxore nova.

ועשה אשה תכשיטיה *Et facit mulier ornamenta ſua*, ut, fucando oculos, aptando capillitium diſperſum, faciei colorem rubrum dando, & pilos à corpore removendo, & ſimilia. מפני שניוול הוא לה *eo quod ipſi moleſtum eſt*, & ipſi incommodum creat; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפני ששמחה היא לו *Quia ipſi eſt gaudio*, quia vetitum eſt matrimonium inire diebus feſti intermediis, quia nobis fundamento eſt, quod unam lætitiam non licet miſcere cum alia, propterea lætitia feſti non miſcenda eſt cum alia.

תכשיטי Sunt ornamenta muliebria, ut ſtibio pingere oculos, colligere capillos diſperſos, faciem pingere coloribus, removere pilos de quibuſdam corporis partibus, etiamſi illud fiat novacula; & his ſimilia facere licet in diebus feſti intermediis. Solebant etiam minorennes, quando attigerant ætatem fœminæ adultæ, ungere carnem ſuam calce, & ſimilibus quæ carnem calefaciebant, ut illis accideret menſtruum; immittebant etiam alia aromata ad aperiendum carnis poros, quo modo capillos facilius evellere poſſent. R. Jehuda id vetat in diebus feſti intermediis, quia inquinat, & moleſtiam creat; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ח ההדיוט תופר כדרכו והאומן מכליב ומסרגין את המטות רבי יוסי אומר אף ממתחין:

8. Idiota ſuit ordinario modo, & artifex inæqualiter ſuit; & texunt ſtrata lecti. R. Joſe dicit, extendunt etiam.

R. OB. DE BARTENORA.

ההדיוט *Idiota*, qui neſcit proportionem labiorum veſtium, ſed pervertit & contorquet, faciens veſtimentum ab una parte longum, ab altera latum. מכליב *inæqualiter ſuens*, faciens extremitates ſuturæ inæquales, has inferius, & illas ſuperius.

מסרגין את המטות *Texunt lectos*, texunt eos cum funiculis, in longitudine & latitudine; ממתחין *extendunt*, ſi texti fuerint per aliquod tempus & remiſſi fuerint funiculi, extendunt eos quidem, ſed non texunt denuo; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ההדיוט *Idiota*, imperitus artis ſuendi, qui neſcit negotium ſuendi ſecando pannum. מכליב eſt qui inæquales ſuturas facit, adinſtar dentium canis: מסרגין את המטות *texunt lecti ſtrata*, extendunt funiculos in longitudine & latitudine in quatuor pedibus lecti.

רבי יוסי אומר אף ממתחין *R. Joſe dicit, etiam extendunt*, id eſt, extendunt, ſed non texunt; nam fortius funiculos extendunt quando remiſſi ſunt adinſtar nervorum extenſorum; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

ט מעמידין תנור וכירים וריחים במועד רבי יהודה אומר אין מכבשין את הריחים בתחילה:

9. Inſtruunt furnum & furnulum, & molas in diebus feſti intermediis. R. Jehuda dicit, non exacuunt molas de novo.

R. OB. DE BARTENORA.

מעמידין *Inſtruunt*, ædificant & ordinant furnum qui neceſſarius fuerit in diebus feſti intermediis, quia vero furnos, quibus tum utebantur, ex uno loco in alium movebant, ideo dicitur מעמידין *conſiſtere faciunt*. מכבשין *expurgant*, verberant malleo molas quando nimis læves ſunt, & non benè molunt; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכבשין Idem quod מנקין *purgant*; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

י עושין מעקה לגג ולכרפסת מעשה הדיוט אבל לא מעשה אומן שפין את הסדקין ומעגילין אותן במעגילה ביד וברגל אבל לא במחלצים הציר והצינור והקורה והמנעול והמפתח שנשברו מתקנן במועד ובלבד שלא יכוין מלאכתו במועד וכל כבשין שהוא יכול לאכול מהן במועד כובשן:

10. Reparant tectum & porticum ut opera Idiotæ, ſed non ut opera artificis; fiſſuras poliunt, & complanant eas cylindro, manu & pede; ſed non trullis; cardo & foramen ejus, & trabs, & ſera, & clavis, quæ fractæ fuerint, reparantur in diebus feſti intermediis. Sed ea conditione ne differat ſuum opus in dies feſti intermedios; quæcunque condimenta comedi poſſunt in feſto, condiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מרפסת *Porticus*, quæ eſt ante cœnaculum & per quam in cameram tendunt, & per ſcalam deſcendunt in atrium. שפין את הסדקין *expoliunt fiſſuras*, tecta non declivia oblinunt luto, & quando in eo quod oblinitum eſt, fiſſura fuerit, pluviæ per eas deſcendunt in domicilium, & mobilia corrumpuntur.

במעגילה *Cylindro*, eſt lignum rotundum quo tecta complanant. מחלצים notat inſtrumentum artificiale ferreum, latum, inſtar cochlearis, & ipſi anſa eſt. Cæterum ציר notat pedem ſive cardinem januæ circumeuntem foramen liminis inferioris: צינור eſt foramen liminis. הקורה propriè dici-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעשה הדיוט *Opus Idiotæ*, uti ſupra diximus, unum lapidem ponunt ſuper alium ſine luto. שפין את הסדקין *poliunt fiſſuras*, lævigant fiſſuras tecti ut aquæ effluant, ne per fiſſuras deſcendant in domicilium.

ומעגילין אותן במעגילה *Et complanant eas cylindro*, in modum ejus quod fieri ſolet ope cylindri, manu aut pede.

מחלצים Notat inſtrumentum ferreum quo cæmentarii lævigant cœmentum, & in lingua Ebræa מקצוע dicitur. Cæterum ציר notat *cardinem*, uti notum eſt, adinſtar manus mortarii ferri exigui: צינור *foramen*, notum eſt: מנעול notat ſeram qua obſerant januam.

ובלבד

dicitur de trabibus domus: שנשברו *quæ fractæ fuerint*, etiamſi ante feſtum.

בלבד שלא יכוין מלאכתו במועד *dummodo non attendat ad opus ſuum in diebus feſti intermediis*, ne dicat, ego expectabo ad dies feſti intermedios, & tum faciam hoc opus, quia aliud mihi non eſt peragendum. כבשין *condimenta*, ut piſces & olera, ſimiliaque, quæ parantur cum ſale & aceto. לאכול מהן במועד *ad edendum de illis in feſto*, ut apta ſint & ſtatim comedi queant.

ובלבד שלא יכוין מלאכתו במועד *At ea conditione ne attendat ad opus ſuum in diebus feſti intermediis*, id eſt, ne relinquat opus ſuum ante feſtum jam inceptum, ea intentione ut id perficiat in diebus feſti intermediis.

פרק ב מי שהפך את זיתיו ואירעו אבל או אונס או שהטעוהו פועלים טוען קורה ראשונה ומניחה לאחר המועד דברי רבי יהודה רבי יוסי אומר זולף וגומר וגף כדרכו :

Caput 2. Qui converterit olivas ſuas, & ipſi acciderit luctus, aut violentia, aut ſi eum ſeduxerint operarii, onerabit trabem primam, & relinquet eam poſt feſtum, ſunt verba R. Jehudæ. R. Joſe dicit, effundet, & perficiet, & occludet ordinario modo.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהפך זיתיו *Qui convertit olivas ſuas*, ſolent convertere olivas quando collectæ fuerint ut immittantur in torcular; at ſi non allatæ fuerint ad torcular ut molantur poſtquam eas converterit, corrumpuntur: ואירעו אבל *& acciderit ipſi luctus*, quo tempore ipſi vetitum eſt operari. או שהטעוהו פועלים *aut ſi eum ſeduxerint operarii*, qui non venerint ut operarentur, & interim advenerit feſtum.

טוען קורה ראשונה *Onerans primam trabem*, ſuper olivas prima vice trabem torcularis deprimet, eiſque oleum exprimet, ut non corrumpantur; at non ſecunda vice, quia jam non amplius corrumpuntur. Hinc docemus, eas res, quas vetitum eſt facere in diebus feſti intermediis, etiam vetitum eſſe manu perficere in diebus luctus. Nam tradit, quod, ſi ipſi acciderit luctus propter luctum, onerat primam trabem in diebus feſti intermediis, ſed in diebus luctus ſui ipſi prohibitum eſt onerare manu ſua primam trabem, ſed alii pro ipſo onerant. זולף *effundet*, ſupple olivas in torcular. וגומר *& perficiet*, ad exprimendum olivas in torculari. וגף *& occludet*, ora doliorum; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

או שהטעוהו פועלים *Aut ſi eum errare fecerint operarii*, id eſt, ſi operarii non ſteterint conditioni cum ipſo initæ. Dicit autem לאחר המועד *poſt feſtum*, & non dicit, poſt luctum, ad docendum nos, eas res, quas homini vetitum eſt facere ope manuum in diebus luctus ſui, ut, convertere olivas, licere facere in diebus feſti intermediis.

טוען קורה ראשונה *Onerat tignum primum*, molunt olivas ſemel tantum. זולף *effundit*, educit olivas è fovea, & effundit eas in torcular: גומר *perficit*, exprimit olivas ut oleum penitus exeat: וגף *& occludet*, occludit ora doliorum; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ב וכן מי שהיה יינו בתוך הבור ואירעו אבל או אונס או שהטעוהו (ס"א) פועלים זולף וגומר וגף כדרכו דברי רבי יוסי רבי יהודה אומר עושה לו לימודים בשביל שלא יחמיץ :

2. Sic etiam, ſi alicui fuerit vinum in puteo, & ipſi acciderit luctus, aut violentia, aut eum ſeduxerint operarii, effundit, perficit, & claudit modo ordinario, ſunt verba R. Joſe. R. Jehuda dicit, facit illi tabulas ne aceſcat.

R. OB. DE BARTENORA.

בתוך הבור *In medio putei*, eſt fovea ſub torculari calce obducta, ad recipiendum vinum; לימודים *tabulæ*, ad tegendum illis puteum, ne vinum aceſcat; deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לימודים *Tabulæ*, vult dicere, quod puteum tegunt tabulis; deciſio eſt juxta R. Joſe.

ג מכנים אדם פירותיו מפני הגנבים ושולה פשתנו מן המשרה בשביל שלא תאבד ובלבד שלא יכוין את מלאכתו במועד וכולן אם כיוונו מלאכתן במועד יאבדו :

3. Colligit homo fructus ſuos propter fures; & extrahit linum ſuum è loco macerationis; ne corrumpatur; at ea conditione ne in dies feſti intermedios differat opus ſuum, nam omnia ea quorum opus in dies feſti intermedios attente diſtulerunt, pereunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שולה *Extrahit*, dicitur de omnibus illis rebus quæ educuntur ex aquis: יאבדו *pereunt*, ſenatus efficit ut pereant ea bona, reddendo illa in communem uſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יאבדו *Pereunt*, ſenatus efficit ut omnia illa bona pereant, ea reddendo communia.

ד אין לוקחין בתים עבדים ובהמה אלא לצורך המועד או לצורך המוכר שאין לו מה יאכל אין מפנין מבית לבית אבל מפנה הוא לחצירו אין מביאין כלים מבית האומן אם חושש להם מפנין לחצר אחרת :

4. Non emunt domicilia, ſervos, nec beſtias, niſi in neceſſitatem feſti, aut in neceſſitatem venditoris qui non habet quod edat. Non deducunt ex uno domicilio in aliud, ſed deducere poſſunt in atrio ſuo. Non ferunt vaſa è domicilio artificis; ſi de illis ſollicitudo ſit, ea deferat ad atrium aliud.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא לצורך המועד *Niſi in neceſſitatem feſti*, ſi emptor illis indigeat diebus feſti, domo ad habitandum in ea, ſervis ad uten-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין מפנין מבית לבית *Non deducunt è domo in domum*, ex una domo in aliam: אבל מפנה הוא לחצרו *ſed deducit in atrium*

atrium

utendum illis, beſtiis ad mactandum eas. או לצורך המוכר *aut in neceſſitatem venditoris*, qui nummis indiget ad conſumendum eos in feſto. אין מפנין *non deducunt*, vaſa, aut proventum, ex una domo in aliam auguſtiorem, propter moleſtiam prioris.

atrium ſuum, id eſt, licet ipſi deferre eas res ex una domo in aliam ejuſdem atrii. Et ſi vaſa inſerviant neceſſitati feſti; ut, ſi fuerint pulvinaria, ſtrata, tapeta, & vaſa ad comedendum & bibendum, efferuut ea è domo artificis.

אבל מפנה הוא לחצרו *Sed deducit in atrio ſuo*, ex una domo in aliam, eo quod in ſecreto fit illa delatio; at non ex uno domicilio in aliud per viam publicam. אין מביאין כלים מבית האומן *non ferunt vaſa è domo artificis*, hoc intelligendum eſt de vaſis ad feſtum non neceſſariis, ſed ea quæ ad feſtum neceſſaria ſunt, uti ſunt pulvinaria, ſtrata, & pocula, licita ſunt. אם חושש להם *ſi ſollicitus ſit de illis*, ne fortè ſurripiantur è domo artificis, aut artifex eis indigeat in mercedem ſuam, & poſſeſſor vaſis non fidat illi, quia timet ne forte ab eo mercedem petat ſecunda vice.

ה מחפין את הקציעות בקש רבי יהודה אומר אף מעבין מוכרי פירות כסות וכלים מוכרים בצינעה לצורך המועד הצידין והדשושות והגרוסות עושין בצנעה לצורך המועד רבי יוסי אומר הם החמירו על עצמן :

5. Tegunt ficus ſtipula. R. Jehuda dicit, etiam accumulant; Qui vendunt fructus, tegumentum, & vaſa, vendunt clam in neceſſitatem feſti. Venatores, & molitores tritici, & fabæ freſſæ molitores faciunt clam in neceſſitatem feſti. R. Joſe dicit, graviorem conditionem in ſe receperunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מחפין את הקציעות *Tegunt ficus*, ficus ejuſmodi quæ expanſæ ſunt in agro ſicco, eas tegunt ſtramine propter pluviam. אף מעבים *etiam accumulant*, unam ſuper aliam ponentes, adinſtar cumuli, ut ſuperiores tegant inferiores. דשושות ſunt illi qui molunt grana tritici. גרוסות ſunt *illi qui molunt*, fabas freſſas. הם *illi*, ſcil. artifices: החמירו על עצמן *graviorem conditionem in ſe ſuſceperunt*, ut non faciant, etiam in loco ſecreto; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעבין *Accumulant*, unam ſuper aliam ponentes, quo ſenſu proximè accedit ad ſignificationem Arabicam; & ita dixerunt, quod faciet eas inſtar cumuli. הרשושות ſunt illi qui triticum molitum vendunt. גרוסות ſunt illi qui fabas molitas vendunt; & notum tibi eſt quod fabæ molitæ גרוסין vocantur. רבי יוסי אומר הם החמירו על עצמן *R. Joſe dicit, illi graviorem conditionem in ſe receperunt*, ut non vendant, ne quidem clam, neque molant; deciſio non eſt juxta R. Jehuda, neque juxta R. Joſe.

פרק ג ואלו מגלחין במועד הבא ממדינת הים ומבית השביה והיוצא מבית האסורין והמנודה שהתירו לו חכמים וכן מי שנשאל לחכם והותר והנזיר והמצורע (ס"א) העולה מטומאתו לטהרתו :

Caput 3. Et illi ſe *tondent in diebus feſti intermediis*, qui venerit è provincia maritima, & è captivitate, & qui exierit è carcere, & excommunicatus, & à Sapientibus liberatus. Sic etiam is qui conſuluerit Sapientem (ſuper voto,) qui ipſi conceſſerit; & Naſiræus, & leproſus, qui ab immunditie ſua ad munditiam ſuam venerit.

R. OB. DE BARTENORA.

הבא ממדינת הים *Qui venerit è civitate maritima*, tempore feſti, ita ut ante feſtum ipſi non fuerit tondendi tempus; hoc autem intelligendum eſt quando per mare iter ſuſceperit ad mercaturam exercendam, aut alias neceſſitates comparandas; at ſi tantum animi gratia id fecerit, vetitum eſt illi tondere ſe.

והיוצא מבית האסורין *& qui exierit è carcere*, etſi ligatus fuerit poteſtate Iſraëlitæ alicujus, qui ipſum intonſum reliquit, eo quod afflictus erat. ומנודה שהתירו לו חכמים *& excluſus cui Sapientes conceſſerint veniam*, excommunicationis illius venia contigit in feſto, qui ante feſtum ſe tondere non poterat, quia excommunicato vetitum eſt ſe tondere.

הנשאל לחכם *Qui conſuluerit Sapientem*, qui votum fecerit quod non tondebit ſe, & non invenerit Sapientem aliquem, qui ipſi votum diſſolvat ante feſtum; vel etiam ſi non invenerit medium ad pœnitentiam agendam niſi in diebus feſti intermediis. והנזיר *& Naſyræus*, qui adimpleverit tempus Naſyræatus ſui in diebus feſti intermediis.

המצורע העולה מטומאתו לטהרתו *leproſus qui aſcenderit ab immunditie ſua ad munditiem ſuam*, hoc ſenſu, ſi ſeptimus illius dies inciderit in dies feſti intermedios, licet illi tondere ſe; hoc enim eſt quod ſcriptum legimus Levit. 14. 9. ביום השביעי יגלח את כל שערו Sed non enumerat tonſionem porriginis, quia exiguum quid eſt, quod detondet circum porriginem. Ratio autem, quare omni homini vetitum eſt tondere in diebus feſti intermediis, exceptis illis qui hic in Miſna referuntur, eſt, ne expectent ad tondendum ſe in diebus feſti intermediis, & tum otioſi ſint non habentes quod agant, eoque modo primo die feſto incompoſiti ſint. Ob eandem rationem etiam vetitum eſt lavare veſtes in diebus feſti intermediis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare in genere prohibuimus tonſionem, & veſtimentorum ablutionem in diebus feſti intermediis, eſt, ne opera ejuſmodi differant de induſtria ad dies feſti intermedios, & otioſi ſint, non habentes quod faciant; & adveniente interea die feſti primo non ſint exornati in diem feſtum.

הבא ממדינת הים *Qui venerit è provincia maritima*, hac conditione ut per mare iter ſuſceperit ad mercaturam exercendam, aut alias neceſſitates comparandas; at ſi in mari aliquamdiu moratus fuerit animi tantum gratia, vetitum eſt ſe tondere.

המנודה *Excommunicatus*, ei prohibitum eſt ſe tondere in diebus excommunicationis ſuæ: והנשאל לחכם & qui conſuluerit Sapientem, qui juraverit quod non tondeat ſe per aliquod tempus, & Sapienti non viſum fuerit votum illius diſſolutum eſſe, niſi in diebus feſti intermediis. Cæterum noſti Legem de tonſione Naſyræi & leproſi, ut non ſit operæ pretium eam tibi exponere.

העולה מטומאתו לטהרתו *Qui venerit ab immunditie ſua ad munditiem ſuam*, ut ille qui immundus erat die feſto, diebus utpote ſuis nondum adimpletis, niſi in diebus feſti intermediis, ut, ſi quis mortuo pollutus fuerit, aut cum muliere menſtruoſa concubuerit.

ב ואלו מכבסין במועד הבא ממדינת הים ומבית

2. Hi lavant (veſtes) in diebus feſti intermediis;

ומבית השבירה והיוצא מבית האסורים והמנודה שהתירו לו חכמים וכן מי שנשאל לחכם והותר מטפחות הידים ומטפחות הספרים ומטפחות הספג הזבין והזבות והנדות והיולדות וכל העולין מטומאה לטהרה הרי אלו מותרין ושאר כל אדם אסורין :

diis; qui venerit ex urbe maritima, & è captivitate, & exierit è carcere, & excommunicatus quem Sapientes liberaverint; ſic etiam is qui conſuluerit Sapientem, qui eum liberaverit. Linteum manuum, & linteum tonſorum, & linteum abſterſionis, & ſeminiflui, ac ſeminifluæ, & menſtruatæ, & puerperæ, & omnibus illis qui aſcenderunt ex immunditie ad munditiem permiſſum eſt, ſed reliquis omnibus vetitum.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שנשאל לחכם *Qui conſuluerit Sapientem*, quando votum fecerit ſe non loturum veſtimenta ſua, & Sapientem conſuluerit in diebus feſti intermediis, qui ipſum à voto liberaverit.

מטפחות הידים *Lintea manuum*, quibus manus abſtergunt ante cibum: ומטפחות הספרים *& lintea tonſorum*, quæ tonſores imponunt humeris illius qui tondetur, quando autem eos qui hic in Miſna memorantur, quoſque in diebus feſti intermediis tondere licet, tondere voluerit, ſemper lavandi ſunt prius. ומטפחות הספג *& lintea abſterſionis*, ſunt lintea quibus abſtergunt eos qui è balneo exeunt. וכל העולין מטומאה לטהרה *& omnes qui aſcendunt ex immunditie ad munditiem*, in diebus feſti intermediis licet illis lavare veſtimenta ſua; ſed veſtimenta è lino confecta unicuique lavare licet in diebus feſti intermediis, quia ſemper lavanda ſunt; nam etſi lota fuerint veſperi feſti, nihilominus ſtatim commaculantur, ut lavari debeant diebus feſti intermediis, propterea de his nihil decreverunt. Cæterum cui unum tantum fuerit induſium, licet idipſum lavare in diebus feſti intermediis, etſi non è lino confectum fuerit; nimirum, ſi nudus ſit quando illud lavat una cum cingulo in lumbis ſuis ad tegendum pudenda, quod ſignum eſt eum non plura quam unum poſſidere induſium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטפחות הספג *Lintea abſterſionis*, ſunt lintea quibus abſtergunt eos qui è balneo exierunt. Hoc vero interdictum tantum obtinet in veſtimentis non confectis ex lino, ſed veſtimenta ex lino confecta lavare licet in diebus feſti intermediis, quia cito abſterguntur, etſi illi qui lavant ea ante feſtum, teneantur ſe lavare etiam in diebus feſti intermediis. Cæterum ſi cui non fuerit præter unicum tegumentum, licet illi lavare illud in diebus feſti intermediis, de quacunque materia confectum.

ג ואלו כותבין במועד קידושי נשים וגיטין ושוברין דייתיקי מתנה ופרוזבולין איגרות שום ואיגרות מזון שטרי חליצה ומיאונים ושטרי בירורין (ס״א) וגזרות בית דין ואגרות של רשות :

3. Et hæc ſcribunt in diebus feſti intermediis; ſponſalia mulierum, divortia, apocham, contractum, ſcripturam de donis, Peroſbol, literas de æſtimatione, & literas de alimento, & literas de extractione calcei, & de denegatione, & libellos declaratorios, ſententias ſenatus, & libellos de poteſtate.

R. OB. DE BARTENORA.

קדושי נשים *Sponſalia mulierum*, quæ ſcribuntur ſuper charta aut ſuper teſta, hoc ſenſu, *ecce tu mihi deſponſa es*, & hoc modo mulierem ſibi deſpondet, etſi ne obolum quidem valeat, idcirco ſponſalia ſcribere licet in diebus feſti intermediis, quia timet ne alius ipſum antevertat, & ſponſalia ſua irrita fiant. גיטין *divortia*, ſi cum præſidio militum proficiſci voluerit, & non ſcripſerit illi divortium eo tempore, detinetur. שוברין *apocham*, ſi debitor dixerit creditori, non ſolvam id quod tibi debeo, ſi non dederis mihi apocham, id facere poteſt, & abire ſine ſolutione.

דייתיקי Διαθήκη, eſt teſtamentum de donis quibuſdam quæ promiſit infirmus, eſtque compoſita vox ex דא תהא למיקם, id eſt, hoc eſto in implementum, ægrotantis enim verba tantam habent efficaciam, ac ſi deſcripta eſſent.

מתנות *Scripturam de donis*, hominis ſani; nam ſi nihil ſcriptum fuerit, ille qui donum receperit, amittet, quia fieri poteſt ut is qui donum dederit, deindè illud repetat. פרוזבול *Peroſbol* ſcribitur eum in finem ne quis differat debitum uſque in annum ſeptimum, & amittat nummos ſuos; ſenſus vero vocis eſt פרוז בוטי, id eſt, remedium pro divitibus, & remedium pro pauperibus; & quidem remedium pro divitibus, ne transgrediantur id quod ſcriptum eſt Deut. 15. 9. Et remedium pro pauperibus, ut nummos mutuo accipiant quando indigent illis. Inſtituit autem Hillel ut ſcriptura hujus ſenſus eſſet, *Trado vobis N. N. judices; quod totus libellus debiti qui mihi eſt ab N. à me exigi poterit quotieſcunque voluero*; & hoc modo illud debitum non fit irritum anno ſeptimo, nam res ſe habet ac ſi ſenatus exegerit debitum; ſed hoc dici nequit de ipſis debitis quæ ſenatui debebantur, nimirum, לא יגוש את רעהו Deut. 15. 2. אגרות שום *libellos de æſtimatione*, quibus ſenatus æſtimat bona debitoris eaque creditori reſtituit. אגרות מזון *libellos alimenti*, quando ſenatus vendit bona fundi, in alimentum uxoris & liberorum, ſcribitur de hoc ſcriptura quædam; ſic etiam, ſi in ſe receperit ſuſtentare uxorem una cum filia. שטרי מיאונים *libellos denegationum*, filia minorennis à matre ſua & cognatis deſponſata, maritum renuere poteſt, dicendo, *renuo hunc N. maritum meum*; & ſcriptura quæ tum ſcribitur in teſtimonium vocatur שטר מיאונים. Dicit porro שטרי בירורין *libellos declaratorios*, ut, ſi ab utraque parte ſibi elegerint judices, & literas declaratorias ſibi ſcripſerint, ne ſententiam deindè mutent. איגרות של רשות *libelli de poteſtate*, de regimine adminiſtrando; alii intelligunt literas quas amicus ad amicum ſcribit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שוברין Sunt literæ quas unus alii ſcribit de acceptis & expenſis, quæ in mercatura ſimilibuſque rebus locum habent. דייתיקי eſt ſpecies ſcripturæ de donis, & compoſita eſt hæc vox è tribus, דא תהא למיקם, id eſt, hoc eſto in complementum, eſtque nihil aliud quam ultima teſtatoris voluntas. Cæterum פרוזבול jam expoſuimus in tractatu Scheviit.

אגרות שום *Literæ de æſtimatione*, quibus ſenatus æſtimat bona fundi, quantum poſſeſſor dare tenetur. אגרות מזון *literæ de alimentis*, quando ſenatus bona fundi vendit in alimentum uxoris & liberorum, tum ſcribit de hoc libellum.

שטרי בירורין *Libellos declaratorios*, ut ab utraque parte eligatur judex, quemadmodum exponitur in tractatu Sanhedrin.

אגרות בית דין *Libellos ſenatus*, ſententias & judicia Senatus. אגרות של רשות *libellos de poteſtate*, ſunt literæ quas unus ad alium mittit ex uno loco in alium.

ד אין כותבין שטרי חוב במועד ואם אינו מאמינו או שאין לו מה יאכל הרי זה יכתוב אין כותבין ספרים תפילין ומזוזות במועד ואין מגיהין אות אחת אפילו בספר עזרא (ס"א העזרה) רבי יהודה אומר כותב אדם תפילין ומזוזות לעצמו וטווה על יריכו תכלת לציציתו :

4. Non ſcribunt libellos debiti in diebus feſti intermediis; & ſi non fidat illi, aut ſi illi non ſit quod comedat; ecce hic ſcribat. Non ſcribunt libros, Phylacteria, nec ſchedam poſtibus januæ infigendam in diebus feſti intermediis. Neque emendant literam unam etiam in libro Eſræ (aliud exemplar Aſara) R. Jehuda dicit, ſcribit homo Phylacteria, & ſchedam poſtibus infigendam, pro ſeipſo, & net ſuper femore ſuo hyacinthinum pro peniculamento.

R. OB. DE BARTENORA.

אין כותבין שטרי חוב במועד *Non ſcribunt libellos debiti in diebus feſti intermediis*, quia poſt feſtum ſcribi poſſunt: ואם אינו מאמינו *& ſi non fidat ipſi*, ſi nolit ipſi mutuo dare ſine chirographo, & ille qui mutuo accipit, indigeat nummis, tum ſcribunt libellum. או שאין לו מה יאכל *aut ſi illi non fuerit quod comedat*, ſi ſcribæ non fuerit quod edat, ſcribet & ſic recipiet ſalarium ſuum, quia ſalarium operis licitum eſt ut eo fruatur is qui non habet quod edat. ואפילו בספר עזרא *etiamſi in libro Eſræ*, vel Aſara, erat liber Legis in quo legebat Pontifex maximus die expiationis, etſi uſui ſit multis hominibus. לעצמו *pro ſe ipſo*, ad confirmandum præceptum, ſed non ad vendendum, aut ad elocandum. וטווה על יריכו תכלת *& net ſuper femore ſuo*, filum imponit femori, & manu fricat, atque ita ducitur filum ex ſe ipſo; ſed non manu inter digitos ſuos, neque ope coli, ut ordinario fit; & deciſio eſt quod homo hyacinthinum nere poteſt pro peniculamento ſuo, ſive illud fiat ope coli, ſive lapidis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si non habuerit quod comedat, licet illi ſcribere, & vendere quantum ipſi neceſſe eſt in alimentum; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

ה הקובר את מתו שלשה ימים קודם לרגל בטלה הימנו גזרת שבעה שמנה בטלה הימנו גזרת שלשים מפני שאמרו שבת עולה ואינה מפסקת רגלים מפסיקין ואינן עולין :

5. Si quis mortuum ſuum ſepeliverit tres dies ante feſtum, ceſſat ab ipſo decretum ſeptem dierum; ſi *octo dies* (ante feſtum,) ceſſat ab ipſo decretum *triginta dierum*; nam dixerunt, dies Sabbathi adſcendit, & non facit *ceſſare*, *feſta faciunt ceſſare*, & non aſcendunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הקובר את מתו *Qui ſepeliverit mortuum ſuum*, eum qui mortuus fuerit ante feſtum, & quem tres dies ante feſtum luxerit. בטלה ממנו גזרת שבעה *ceſſat ab ipſo decretum ſeptem dierum*. Sed non ceſſat ab ipſo decretum de triginta diebus, quibus tonſio vetita eſt; & poſt feſtum numerantur triginta dies cum tribus qui jam tranſierunt de triginta; deciſio juris eſt, eum, qui ſepeliverit mortuum ſuum, etiam unam horam ante feſtum, efficere ut ab ipſo ceſſet decretum de ſeptem diebus.

שמונה *Octo*, ſi octo dies ante feſtum ſepeliverit mortuum, quia unus dies ex diebus tonſionis ante feſtum ingreditur, feſtum ceſſare facit reliquos dies omnes. שבת עולה *Sabbathum aſcendit*, Sabbathum quod inciderit in dies luctus ſui, intrat numerum ſeptem dierum: ואינה מפסקת *& non ceſſare facit*, non facit ceſſare reliquos dies, ſed conſidens luget poſt Sabbathum.

רגלים מפסיקין ואינן עולין *Feſta ceſſare faciunt, at non aſcendunt*, ſi luctus inceperit ante feſtum, feſtum ceſſare facit decretum de triginta diebus. Sed ſi luctus non inceperit ante feſtum, at in feſto ipſo inceperit, dies feſti non intrant ſeptem dierum numerum, ſed intrant numerum triginta dierum; ratio, quia Sabbathum intrat numerum ſeptem dierum luctus, hæc eſt, quia in eo ſecreta agere ſolent, ut, non concumbere, non detegere caput, non lavare ſe aqua calida, quæ omnia vetita ſunt lugenti die Sabbathi, at in feſto ejuſmodi non obtinet, & propterea abrogatur. Cæterum ſi luctus nullatenus inceperit ante feſtum, ut, ſi numeret dies ſeptem, incipiet numerare ſeptem dies poſt feſtum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris eſt, eum, qui mortuum ſuum ſepeliverit etiam unam horam ante feſtum, in cauſa eſſe ut per ipſum ceſſet decretum de ſeptem diebus. Cæterum quod dicit עולה ואינו מפסקת *aſcendit & non ceſſat*, id eſt, numeratur in iſtis triginta diebus, & numerum intrat. Sed luctus non ceſſat, quia nobis hypotheſis eſt, quod ea quæ ſecreta ſpectant, uti ſunt concubitus, & lotio quæ fit aqua calida, ſinere ut capilli creſcant, quæ omnia lugenti vetita ſunt, etiam in Sabbatho. Sed feſta omnino ceſſant, & in illis nihil quod ad luctum ſpectat uſurpari poteſt.

ואינן עולין *& non aſcendunt*, nam ſi ſeptem dies luctus completi fuerint, & poſtea inciderit feſtum, ceſſat decretum de triginta diebus, uti dicit Miſna. Neque dicimus quod numerus dierum feſtorum tantum numeratur pro numero triginta dierum; ſic etiam, neque feſtum numeratur pro numero ſeptem dierum, ſed dicimus quod decretum de ſeptem diebus omnino ceſſat, uti exponitur. Et ſi quis ſepeliverit mortuum ſuum in medio feſti, dies feſti non numerantur de diebus luctus.

ו רבי אליעזר אומר משחרב בית המקדש עצרת כשבת רבן גמליאל אומר ראש השנה ויום הכפורים כרגלים וחכמים אומרים לא כדברי זה ולא כדברי זה אלא עצרת כרגלים ראש השנה ויום הכפורים כשבת :

6. R. Elieſer dicit, quando deſtructum eſt templum, feſtum ſeptimanarum ſe habet ut Sabbathum. Rabban Gamaliel dicit, initium anni & dies expiationis ſe habent ut feſta. Sapientes dicunt, non ſe res habet juxta verba hujus, neque juxta verba illius, ſed feſtum ſeptimanarum ſe habet ut feſta magna, & initium novi anni ac dies expiationis ut Sabbathum.

R. OB. DE BARTENORA.

משחרב בית המקדש *Quando deſtructum eſt ſanctuarium*, quia in feſto ſeptimanarum non ſunt ſeptem dies pro ſolutione ſacrificii, irritum fit jus feſti, & ſe habet ut Sabbathum, quod non facit ceſſare. Sed ſtante ſanctuario, is qui non faciebat ſacrificium pacificum Chagigæ primo die feſti ſeptimanarum, id facere poterat integros ſeptem dies, uti in feſto Paſchatis feſtum ſeptimanarum ſe habebat ut feſtum Paſchatis, etiam in cauſa luctus. Deciſio vero juris eſt, quod feſtum ſeptimanarum hoc tempore ſe habet ut feſta magna רגלים dicta; & initium anni & dies expiationis ſe habent ut feſta magna; & ſi alicujus amicus mortuus fuerit ante primum diem illorum feſtorum, etiam unicam horam, ceſſat ab eo decretum de ſeptem diebus. Verum ſi ſeptem dies ante primum diem feſtorum illorum, ceſſat ab eo decretum de triginta diebus. Sin autem amicus alicujus mortuus fuerit unicam horam ante feſtum tabernaculorum, ceſſat ab eo decretum de ſeptem diebus, uti diximus, & ſeptem dies feſti intrant numerum triginta dierum, etſi Miſna dicat, רגלים מפסיקין ואינן עולין *feſta ceſſare faciunt & non intrant numerum*, quod accipi debet de numero ſeptem dierum, ſed intrant numerum triginta dierum, quo modo fiunt dies quatuordecim, & dies octavus feſti ſeptimanarum eſt feſtum ſingulare, & computatur ac ſi ſeptem faceret dies, ſuntque unus & viginti dies; computabit præterea novem dies ad complendum triginta dies, & hoc ſufficit. Cæterum decretum de ſeptem diebus eſt, quod lugenti ſeptem dies integros vetitum eſt ſe lavare aqua calida, etiam partem corporis; & lavare veſtimenta ſua, ungere ſe oleo, induere ſandalia, concubitum inire, operari, & ſalutare, etiam illi vetitum eſt. Sed tenetur obvelare caput, & convertere lectum, ut omnia ſtrata domus in ſolum converſa ſint, & dormiat in illis, & non in ſtratis erectis in lectum. Vetitum quoque illi eſt ungues abſcindere ope inſtrumenti, & pilos barbæ ſuperioris, etſi cibo ſint impedimento; & interdictum illi eſt legere in Lege, tam in Lege ſcripta, quam ore tradita; neque craſſe conſuet veſtem ſuam. Cæterum decretum de triginta diebus eſt, quod à ſeptem diebus uſque ad complementum triginta dierum ipſi interdictum eſt induere veſtem novam, albam, & lævigatam; ac ſi tondere ſe, comedere & bibere in conſortio, & negotia peragere cum amicis, & aliam ducere uxorem, ſi ipſi ſit uxor & filii, atque reſarcire veſtem ſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt juxta Sapientes in eo quod dicunt, feſtum ſeptimanarum ſe habere ut רגלים; & juxta Rabban Gamaliel in eo quod dicit, quod initium anni & dies expiationis ſe habent ut רגלים. Verum ſi quis mortuum ſuum ſepeliverit, etiam una hora ante feſtum Paſchale, ceſſat ab ipſo decretum de ſeptem diebus, & ſeptem dies feſti numerantur, & poſt feſtum numerabit ſedecim dies ad complendum triginta dies. Sic etiam, ſi mortuum ſuum ſepeliverit etiam una hora ante feſtum ſeptimanarum, aut ante diem expiationis, aut ante initium anni, numerabit poſt ea ſedecim dies, quia ſe habent ut feſtum ſeptimanarum; propterea, ſi ſepeliverit illum ante ſeptem illos dies, ceſſat ab eo decretum de triginta diebus. Sed qui mortuum ſuum ſepeliverit, etiam una hora ante feſtum tabernaculorum, ceſſat ab eo decretum de ſeptem diebus, uti ſe habet jus omnium feſtorum. Septem vero dies feſti, & octavus feſti annumeratur illi pro aliis ſeptem diebus, nam hypotheſis nobis eſt, quod dies octavus eſt feſtum ſingulare, & poſt diem octavum non plures quam novem relinquuntur dies ad complendum omnes triginta dies. Qui vero mortuum ſuum ſepeliverit in ipſo feſto, non tenetur lugere uſque ad ultimum feſti diem, id eſt, diem feſtum ſecundum diei octavi feſti ſeptimanarum; & numerare incipiet ab eo die, & poſt ſex dies, & in illis ſex diebus tenebitur obſervare decretum de ſeptem diebus luctus. Poſtea vero numerabit triginta dies ab eo die quo mortuus eſt amicus, & tenebitur etiam plura obſervare poſt feſtum juxta decreta triginta dierum. Decretum autem de ſeptem diebus eſt id quod tibi dicam, nimirum, quod integros ſeptem dies tenetur invertere & tegere *ſtrata lecti*, & quod illi vetitum eſt concumbere, induere ſandalia, facere opus publicè, ſalutare amicos, lavare ſe aqua calida; etiam minimam corporis partem, & totum corpus lavare aqua frigida, & ungere ſe oleo, legere in Lege, in Miſna, & in Gemara. Et tenetur obvelare caput, & labia ſua; vetitum autem illi eſt craſſè conſuere id quod in veſte laceratum eſt, & abſcindere ungues inſtrumento, & corrigere pilos barbæ, etſi ſint ipſi impedimento inter edendum, atque lavare veſtimenta; hæc omnia lugens obſervare tenetur integros ſeptem dies. Scitu neceſſarium quoque eſt tibi, quod primo die ipſi vetitum eſt apponere phylacteria, & comedere ſanctitates, uti expoſuimus in tractatu Peſachim. Tenetur etiam conſidere in ſtratis in humum converſis, neque cibum ſuum comedere poteſt, & tres dies primos ipſi vetitum eſt facere opera, etiam in loco occulto, & ſi ſalutent eum, non reſpondeat, ſed dicet illis quod luget. Decretum de triginta diebus continet ſex interdicta, ut, non tondere capillos, non induere veſtimentum novum, album & lotum, non reſarcire id quod laceratum in veſte propter mortuum, non facere negotium; ſic etiam in Talmude Jeruſolymitano dicitur, propter omnes mortuos vetitum eſt facere negotium uſque ad triginta dies, propter patrem & propter matrem, donec ipſi amici perſuaſerint, dicentes *veni nobiſcum*. Vetitum quoque ipſi eſt bibere in convivio integros triginta dies; propter patrem & propter matrem ſuam duodecim menſes. Sic etiam illi vetitum eſt ducere aliam uxorem & concumbere cum illa, & hoc eſt quod dicunt in Gemara, totos triginta dies pro ſponſalibus. Cæterum decretum de ſeptem diebus continet undecim interdicta, ſed decretum de triginta diebus continet ſex.

ז אין קורעין ולא חולצין ואין מברין אלא קרוביו של מת ואין מברין אלא על מטה זקופה אין מוליכין לבית האבל לא בטבלא ולא באסקוטלא ולא בקנון אלא בסלים ואין אומרים ברכת אבלים במועד אבל עומדין בשורה ומנחמין ופוטרין את הרבים :

7. Non lacerant (veſtes,) neque detegunt (humeros) neque apponunt (cibum lugenti,) niſi proximi mortui conſanguinei; neque apponunt cibos niſi in lecto erecto. Non deferunt cibum domum luctus, neque in tabula, neque in ſcutella, neque in vaſe conflatorio, ſed in caniſtris. Non dicunt benedictionem lugentium in diebus feſti intermediis, ſed in ordine conſiſtunt, & conſolantur, & dimittunt populum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין קורעין *Non lacerant*, in diebus feſti intermediis non lacerant veſtes: אלא קרוביו של מת *niſi proximi mortui conſanguinei*, pater, mater, filius, filia, frater, ſoror, & uxor, ſunt ſeptem mortui quos lugere tenemur. Sed propter reliquos propinquos quos lugere quis non tenetur, non lacerabit veſtimenta in diebus feſti intermediis. Sed hoc intelligendum eſt ſi mortuus ille non fuerit homo Sapiens &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין קורעין אלא קרוביו של מת *Non lacerant niſi proximi conſanguinei mortui*, id eſt, in diebus feſti intermediis, nam Miſna hæc loquitur de rebus quas in diebus feſti intermediis facere licet, ut nemo impediatur qui veſtimenta ſua lacerare velit, & extrahere calceos ſuos. Sic etiam id quod dicimus, veſtes non lacerari in diebus feſti intermediis niſi propinqui hominis mortui, intelligendum eſt ſi mortuus fuerit

& pius, ſi enim homo ſapiens mortuus fuerit, homines omnes habentur propinqui ipſius, & omnes lacerant veſtes propter eum, etiam in diebus feſti intermediis. Sic etiam propter hominem pium qui inter ſanctos recenſetur, & quicunque adeſt quando anima à corpore ſeparatur, propter quemlibet Iſraëlitam tenetur lacerare veſtes, etiam in diebus feſti intermediis. Neceſſe eſt autem ut propter patrem & matrem totam veſtem laceret donec denudetur pectus, & laceret manu ſua, & ſeparet oram veſtis ſuperioris, & laceret exterius, ne immittat manum ſuam intus quando lacerat, & craſſe conſuat poſt triginta dies, ſed nunquam reſarciat. Idem faciat propter magiſtrum ſuum qui ipſum docuit Legem; ſed propter reliquos propinquos lacerabit quantitatem palmi veſtis ſuperioris tantum. At ſi ope inſtrumenti lacerare velit, non eſt neceſſe ut oram ſeparet, & manum intra veſtem immittat quando lacerat, at craſſè conſuat lacerationem poſt ſeptem dies, & reſarciat poſt triginta dies; & laceratio hæc tantum ſtando fiat.

ולא חולצין *Neque detegunt*, humeros & brachia: ולא מברין *neque apponunt cibum*, ſupple primum cibum quem comedere non licet lugenti ſpontè, qui ipſi apponebatur publicè in platea civitatis, & in diebus feſti intermediis apponebant ipſi tantum propinqui domi illius, & hoc ſuper ſtrata erecta, imo etiam domi illius non apponebant ipſi cibos ſuper ſtrata in ſolum converſa, uti omnes propinqui facere ſolent in cæteris diebus anni; & amici, qui comedere ſolent cum lugente in ſtratis humi converſis, in diebus feſti intermediis comedunt tantum ſuper ſtrata erecta.

אין מוליכין לבית האבל *Non deferunt domum luctus*, ſupple cibum: ולא בטבלא *neque in tabula*, honoris ergo: ולא באסקוטלא *neque in ſcutella*, eſt ſpecies menſæ parvæ, ex argento, aut auro, aut cryſtallo; ſed ego audivi quod ſit ſcutella argentea.

אלא בסלים *Sed in caniſtris*, è ſalice confectis, ne pudeat pauperes apponere cibos lugenti quibus non eſt tabula, neque ſcutella. ופוטרין את הרבים *& dimittunt populum*, populo conceditur venia abeundi.

fuerit ſapiens, aut ſi abfuerit quando anima ſeparatur à corpore; nam hypotheſis nobis eſt, quod omnes ſunt propinqui hominis ſapientis mortui, & omnes propter eum veſtes lacerant, ut & propter hominem pium. Præterea etiam nobis hypotheſis eſt, quemcunque, qui adeſt quando anima ſeparatur à corpore, obligatum eſſe lacerare veſtes.

חולצין *Detegunt*, id eſt, in hoc loco detegunt humeros; קרובין *propinqui*, hi ſunt illi qui lugere tenentur, & ſunt fratres omnes & ſorores, ſive à parte patris ſive à parte matris, filii & filiæ, maritus, pater, & mater, qui omnes tenentur ad luctum. Laceratio veſtium etiam intrat obligationes luctus; circumſtantiæ vero lacerationis ſunt illæ quas tibi exponam breviter, nimirum, quod laceratio fiat per ſpatium palmi veſtis ſuperioris tantum, & ope inſtrumenti, ſed non eſt neceſſe ut oram veſtis ſeparet, & manum immittat intra veſtem, & laceret, & non tenetur lacerare veſtes niſi ſeptem dies, & craſſè conſuere id quod laceratum eſt poſt ſeptem dies; & reſarcire poſt triginta dies. Omnia hæc facere tenetur propter omnes mortuos, excepto patre, matre, & magiſtro, nam propter illos laceranda ſunt veſtimenta etiam poſt ſeptem dies, & eo uſque ut pectus ſuum denudet, & laceret manu, ac oram veſtis ſeparet, & laceret exterius, & conſuat poſt triginta dies id quod laceratum eſt, at non reſarciat unquam. Scias etiam quod nemo niſi ſtando laceret, & ſi veſtem mutaverit laceratam, & induerit veſtem aliam, non tenetur lacerare, etiam in medio ſeptem dierum, niſi id fiat propter patrem aut propter matrem, quorum gratia omnes ſeptem dies veſtimenta lacerata gerere tenetur, & die Sabbathi lacerationem reſarcire poteſt.

מברין *Cibum apponunt*, eſt lugentibus parare cibum, quia illis primo die de ſuis cibis comedere vetitum eſt, uti diximus; vetitum quoque eſt lugenti conſidere in ſtratis per integros ſeptem dies, niſi die Sabbathi, eo quod tegere & convertere tenetur ſtrata, uti expoſuimus. Cæterum illi qui venerint conſolatum & paratum illi cibum, non dant illi cibum in diebus feſti intermediis, niſi ſuper ſtratis erectis, quemadmodum antea ſedebant in ſtratis erectis. טבלא אסקוטלא וקנון *tabula, ſcutella, & Canon*, ſunt vaſa pretioſa, ut argentea & ſimilia; cum autem pauperes ejuſmodi non habent, & pudore afficiuntur, propterea ordinarunt ut omnes in caniſtris adferrent è ſalice confectis, cujuſmodi habentur penes divites & pauperes.

ח אין מניחין את המטה ברחוב שלא להרגיל את ההספד ולא של נשים לעולם מפני הכבוד נשים במועד מענות אבל לא מטפחות רבי ישמעאל אומר הסמוכות למטה מטפחות :

8. Non ponunt feretrum in platea, ne occaſionem lamentandi præbeant; neque mulierum unquam, honoris ergo; mulieres in diebus feſti intermediis threnis reſpondent, ſed non feriunt palmis. R. Iſmael dicit, quæ propinquæ ſunt feretro, eæ palmis feriunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין מניחין את המטה *Non ponunt feretrum*, hominis mortui, ברחוב *in platea*, in diebus feſti intermediis. ולא של נשים לעולם *neque mulierum* (feretrum) *nuquam*, neque in diebus profeſtis, ita ſcriptum eſt Num. 20. 1. ותמת שם מרים ותקבר שם ergo ſtatim poſt mortem ſepulta eſt. מטפחות *palma ferire palmam* notat; deciſio non eſt juxta R. Iſmaël.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ולא של נשים לעולם *Neque mulierum unquam*, neque in diebus feſti intermediis, neque in diebus profeſtis; feculus vero virorum vetitus eſt ut ponatur in platea in diebus feſti intermediis tantum, ne occaſio lugendi in diebus feſti intermediis detur, uti diximus capite primo; deciſio non eſt juxta R. Iſmaël.

ט בראשי חדשים בחנוכה ובפורים מענות ומטפחות בזה ובזה אבל לא מקוננות נקבר המת לא מענות ולא מטפחות איזהו עינוי שכולן עונות כאחד קינה שאחת מדברת וכולן עונות אחריה שנאמר ולמדנה בנותיכם נהי ואשה רעותה קינה אבל לעתיד לבא הוא אומר בלע המות לנצח ומחה יי אלהים דמעה מעל כל פנים וגומר :

9. In initio anni, in initiatione templi, & in feſto Purym reſpondent & palmis feriunt, ſed non lamentantur. Quando ſepultus eſt mortuus, non reſpondent, neque palmis feriunt; quænam eſt *reſponſio?* ut omnes exclament ſimul. Quænam *lamentatio*? ut una loquatur & omnes poſt eam reſpondeant, ut ſcriptum eſt Jerem. 9. 20. *Et docete filias veſtras lamentum, & qualibet amicam ſuam threnos.* Cæterum de ſeculo futuro ſcriptum eſt Jeſ. 25. 6. *Et abſorbebit mortem in ſeculum, & abſterget Dominus Deus lachrymas à facie omnium.*

R. OB.

R. OB. DE BARTENORA. ואשה רעותה *& mulier amicam ſuam*, quandoquidem ſcriptura dicit, ולמדנה *& docete*, conſtat indè quod inter lamentandum una loquatur, & amica reſpondeat. *Cæterum de ſeculo futuro ſcriptum eſt &c.* quod Deus benedictus mortem abſorbebit, & tum omnes homines cantabunt cantica, quia nec mors nec lachrymæ obtinebunt amplius; adducit autem huc verſum illum, ne finiat re mala.

Finis tractatus de Feſto Parvo.

מסכת חגיגה

Tractatus de Sacris Solemnibus.

פרק א הכל חייבין בראיה חוץ מחרש שוטה וקטן וטומטום ואנדרוגינוס ונשים ועבדים שאינם משוחררים החיגר והסומא והחולה והזקן ומי שאינו יכול לעלות ברגליו איזהו קטן כל שאינו יכול לרכוב על כתיפיו של אביו ולעלות מירושלם להר הבית דברי בית שמאי ובית הלל אומרים כל שאינו יכול לאחוז בידו של אביו ולעלות מירושלם להר הבית שנאמר שלש רגלים :

CAput 1. Omnes tenentur comparere, excepto ſurdo, ſtulto, & minorenne, obturato, hermaphrodita, mulieribus, ſervis non libertate donatis, claudo, cœco, infirmo, ſene, & qui pedites advenire non poterant. Quinam eſt minorennis? quicunque nequit inſidere humeris patris ſui, & Jeruſolymis aſcendere montem templi, ſunt verba Scholæ Schamai. Schola Hillelis dicit, quicunque tenere nequit manum patris ſui, & Jeruſolymis aſcendere montem templi, uti ſcriptum eſt Exod. 23. 14. *Tria feſta.*

R. OB. DE BARTENORA.

הכל חייבין בראיה *Omnes tenentur ad comparitionem*, ad præceptum de comparitione, quod ſonat, *ter comparebis in anno* &c. quatenus comparere debent in atrio templi in feſtis; & dicit *omnes*, ad comprehendendum eum qui partim ſervus, partim liber fuerit; ſed ita non eſt deciſio, nam ejuſmodi homo liber eſt à præcepto comparitionis, propter partem ſervitutis.

חוץ מחרש *excepto ſurdo*, qui tamen loquitur, etſi una tantum aure ſurdus ſit, liber eſt; eo quod ſcriptum eſt Deut. 31. 11. בבוא כל ישראל לראות את פני יהוה אלהיך & ſtatim ſubſequitur למען ישמעו *ut audiant*, ad excludendum eum qui non perfectè audit, & qui audit, & non loquitur, etiam liber eſt; quemadmodum dicit ולמען ילמדו *ut addiſcant.*

שוטה וקטן *Stultus & minorennis*, non intrant obligationem, eo quod liberi ſunt ab omni præcepto; & minorennis qui manum patris ſui tenere poteſt, & Jeruſolymis aſcendere montem templi, eum pater adducere tenetur, ut inſtituatur in præceptis, ut dicit Schola Hillelis.

טומטום אנדרוגינוס נשים ועבדים *Obturatus, hermaphrodita, mulieres, & ſervi*, omnes illi excluduntur voce זכורך Exod. 23 17. ut neque hermaphrodita, neque obturatus, neque mulieres intrent præceptum quod dicit זכורך. Quodcunque vero præceptum ad quod non tenentur mulieres, idipſum obſervare non tenentur ſervi; præterea, quia ſcriptura dicit Deut. 31. 11. בבוא כל ישראל לבאות ſervi non intrant ergo jus Iſraëlis. *Claudus, infirmus, ſenex, & qui pedes aſcendere nequit, Jeruſolymis ad atrium*, ut, qui admodum languidus erat; & hæc omnia docemus ex eo quod ſcriptum eſt שלש רגלים *tres pedes*, ad excipiendum eos qui pedites accedere nequeunt. Excipitur etiam *cœcus*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 31. 11. בבוא כל ישראל לראות quemadmodum ergo veniunt viſum iri, ſic etiam venire debent viſum montem ſanctitatis & templum Divinitatis, excepto cœco, etſi quod ad unum oculum, quia non pollet viſu perfecto. Dicit autem Scriptura שלש רגלים *tres pedes*, ad denotandum eum qui pedes accedere poteſt ad feſtum, obligatum eſſe, quandoquidem autem major qui pedes accedere nequit, liber eſt juxta Legem, etiam minorennis non intrat obligationem præcepti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ראיה *Comparitio*, eſt id quod Deus benedictus dixit Exod. 23. 17. שלש פעמים בשנה יראה זכורך אל פני הארון יהוה propterea mulieres non tenentur ad hoc præceptum, neque obturatus ad genitalia, neque hermaphrodita. Dicit autem אל פני הארון יהוה ad notandum eum cui non eſt alius Dominus præter unum, qui eſt Deus benedictus, unde excluditur ſervus, & idcirco ſervi liberi ſunt ab hoc præcepto; dicit etiam שלש רגלים, quamvis ſit רגל id quod מועד *feſtum*, & dicit רגלים, & פעמים *vices*, uti aliis in locis; exponit traditio, notari quod non tenetur ad præceptum is qui pedes accedere nequit, propterea excluditur ſenex, claudus, & infirmus. Præterea quoque dicit Scriptura יראה אל פני הארון יהוה idcirco tantum qui viſu pollet, obligatur, non cœcus. De præcepto congregationis dicitur Deut. 31. 12. למען ישמעו ולמען ילמדו Docemus ex hac comparitione quod anno ſeptimo omnis comparitio non obligabat ſtultum, quia non docet quicquam de ſurdo, quia non audit; & ſi alicui doleret unus pes, aut auris, non tenebatur ad comparitionem, quia Scriptura dicit רגלים *pedes*. Et de congregatione dicit באזניהם *auribus eorum*, & לראות *ad videndum*, undè conſtat quod viſus debet eſſe perfectus.

הכל חייבין *Omnes tenentur*, ad denotandum eum qui partim ſervus partim liber fuerit; cæterum deciſio nobis eſt, quod non neminem relinquere poſſemus partim ſervum, partim liberum, ut non perfectè liberetur à ſervitute.

SURENHUSIUS. Inter hujuſce libri titulos agmen claudit ille qui inſcribitur חגיגה *de Sacris Solemnibus*, quia ad præcepta illorum non fœminæ ſicut ad cætera præcedentia feſta, ſed maſculi tantum tenentur, juxta id quod ſcriptum eſt Exod. 23. 17. כל זכורך *omnis maſculus* &c. Præterea tractatus his ſex ſubſequentibus nititur fundamentis, quorum primum eſt, ut omnis maſculus ter in anno conſpiciat faciem Domini, id eſt, ut Jeruſolymæ compareat in atrio templi, ubi Dominus ſuam conſtituerat majeſtatem Regiam, ut populum ſuum luſtraret. (2) Ut in tribus ſolemnibus ſacris dies feſtivos celebraret. (3) Ut hilaria in illis agitaret. (4) Ne vacui, id eſt ſine ſacrificiis accederent. (5) Ut ne quidem ipſe Levita ab hilaribus & donis abſtineret. (6) Ut populus exeunte remiſſionis anno congregaretur in feſto tabernaculorum. Quæ omnia nobis in tribus præceptis deſcripſit Moſes, ſicuti unum de ſolemni apparitione dicitur Exod. 23. 17. שלש פעמים בשנה יראה כל זכורך אל פני הארן יהוה *Ter in anno omnis maſculus ſe Domino dabit conſpiciendum.* Alterum ut Sacra Solemnia celebrarent, de quo Deut. 16, 15. שבעת ימים תחוג ליהוה אלהיך

אלהיך *ſeptem dies Domino Deo tuo ferias agito.* Tertium, ut hilares ſumerent dies, ita Deut. 16. 14. ושמחת בחגך *&* *lætator in feſto tuo.* Quando autem in Lege dicitur יראה *conſpicietur*, id vult, ut cujuſlibet maſculi facies conſpiciatur in atrio templi ad primum feſti diem, & ſacrificium holocauſticum ſecum adduceret, ſive ex volucribus, ſive ex quadrupedibus. Quiſquis igitur ſe primo die feſti ad atrium templi contuliſſet, at ſacrificium holocauſticum non attuliſſet, non modo præcepto jubenti non eſſet obſecutus, verum etiam contra præceptum vetans commiſiſſet, quia ſcriptum eſt Exod. 23 15. לא יראו פני ריקם *ne vacui conſpiciatis faciem meam.* Verberibus tamen non coërcebatur propter hoc præceptum vetans, quia nihil effectum dedit. Porro Lex de חגיגה *ſacrificio feſtivitatis* lata, vult, ut unuſquiſque primo feſti die faciat ſacrificium pacificum, quod, ſicuti notum eſt, è quadrupedibus conſtabat. Cæterum ad duo hæc præcepta ſcil. הראיה וחגיגה *comparitionis & feſtivæ oblationis* mulieres non tenebantur. *Lætitiæ* vero illius feſtivæ cujus meminit Lex, ſenſus eſt, ut præter illa ſacrificia ſolemnia, & alia quædam faceret ſacrificia ſolemnia, quæ vocabantur שלמי שמחת חגיגה *pacifica hilaritatis feſtivæ*, quandoquidem ſcriptum eſt Deut. 27. 7. וזבחת שלמים ואכלת שם ושמחת לפני יהוה אלהיך *Et mactabis pacifica, & comedes illic, & lætaberis coram Domino Deo tuo.* Atque hujus triplicis ſolemnis conventus præcepta Iſraëlitis data eſſe putant Hebræorum magiſtri, in memoriam exitus è ſervitute Ægyptiaca, lationis Legis, & terræ ſanctæ poſſeſſionis, ut omnis maſculus ter in anno ſe in ædem auguſtam conferret, ibique Regi ſuo ſeſe ſiſteret, & de multis maximiſque beneficiis ipſi gratias ageret, veluti, in ſolemnitate azymorum de migratione ex Ægypto; in ſolemnitate hebdomadarum de Lege ſibi lata; in ſolemnitate tabernaculorum de conceſſa ſibi terra omni frugum & fructuum genere læta. Tum etiam, ut ſuis oculis viderent ea quæ in templo exiſtebant divinæ majeſtatis monumenta, ipſiuſque populi electi inſignia, & cerimonias magnificas, ſacerdotes ſacris operantes, Levitas fidibus canentes, & ſummum pontificem magnificentiam vere Regiam repræſentantem, ut ita populus, amore ſacrarii & cultu caperetur divino; vide Abarbanelem ad Deut. cap. 16. Tandem quoque ut eo tempore quæreretur de omni eo quod in Lege intellectu difficillimum erat, & ex reliquis oppidis Jeruſolymam peterent doctores, ibique ſupremum Synedrium conſulerent quod rem dijudicaret. Nam cæterorum in terra Iſraëlitica oppidorum conſeſſibus præſcriptum erat, ut in rebus intellectu difficilioribus quæſitum irent ad locum quem elegerat Dominus, juxta id quod ſcriptum eſt in Lege Deut. 17. 8. ad verſ. 14. כי יפלא ממך דבר למשפט בין דם לדם בין דין לדין ובין נגע לנגע דברי ריבות בשעריך וקמת ועלית אל המקום אשר יבחר יהוה אלהיך בו : ובאת אל הכהנים הלוים ואל השופט אשר יהיה בימים ההם ודרשת והגידו לך את דבר המשפט : ועשית על פי הדבר אשר יגידו לך מן המקום ההוא אשר יבחר יהוה ושמרת לעשות ככל אשר יורוך : על פי התורה אשר יורוך ועל המשפט אשר יאמרו לך תעשה לא תסור מן הדבר אשר יגידו לך ימין ושמאל : והאיש אשר יעשה בזדון לבלתי שמע אל הכהן העומד לשרת שם את יהוה אלהיך או אל השפט ומת האיש ההוא ובערת הרע מישראל : וכל העם ישמעו ויראו ולא יזידון עוד : *Si res occulta erit tibi in judicio inter cædem & cædem, inter litem & litem, inter plagam & plagam, è rebus controverſis intra portas tuas, tunc ſurgens aſcendes ad locum quem elegerit Jehova Deus tuus: & conferes te ad ſacerdotes, Levitas, & judicem qui erit in diebus illis, ut conſulas eos, & ſtatum judicii tibi indicent: & facies juxta ſententiam quam tibi indicaverint è loco illo quem elegerit Jehova, & obſervabis ſecundum omnia quæ docuerint te: juxta præſtitutum Legis quam docuerint te, & ſecundum judicium illud quod dixerint tibi, facito, ne recedito ab ea ſententia quam indicaverint tibi, dextrorſum aut ſiniſtrorſum: vir autem ille qui commiſerit ſuperbe, ut non auſcultet ſacerdoti illic miniſtranti Jehovæ Deo tuo, aut judici, utique vir ille morietur, & ſic malum tolles ex Iſraële; ut omnis populus audiat, & timeat; & deinceps non ſuperbiant.* Videſis Maimonidem in Hilchot Chagiga capite primo. Et in More Nebuchim part. 3. cap. 43.

ב בית שמאי אומרים הראיה שתי כסף והחגיגה מעה כסף ובית הלל אומרים הראיה מעה כסף וחגיגה שתי כסף :

2. Schola Schamai dicit, comparitio (poſtulat) duos nummos argenteos, & Chagiga unum nummum argenteum. Schola Hillelis dicit, comparitio (poſtulat) nummum argenteum, Chagiga duos nummos argenteos.

R. OB. DE BARTENORA.

הראיה שתי כסף *Comparitio (poſtulat) duos nummos argenteos*, adultus ſi compareat in templo, neceſſe eſt ut adducat ſacrificium holocauſticum, uti ſcriptum eſt Deut. 16. 16. לא יראו פני יהוה ריקם & non minus quam duos adducat nummos argenteos neceſſe eſt, qui pendunt triginta duo argentea grana hordei.

והחגיגה *& feſtivitas*, ſacrificia pacifica feſtivitatis, de quibus Lex dicit Levit. 23 41. וחגותם אותו חג ליהוה id eſt, adducetis ſacrificium pacificum feſtivitatis, quæ non minora erunt nummo argenteo; & quamvis comparitioni & feſtivitati non ſtatuta ſit quantitas, quemadmodum ſcriptum eſt איש כמתנת ידו Sapientes tamen conſtituerunt menſuram, ne minus quam dictam adducerent quantitatem. *Comparitio nummum argenteum, & feſtivitas duos*, quia ſacrificia partim ſunt pro Deo, partim pro ſacerdotibus, & partim pro poſſeſſoribus, propterea holocauſtis plura eſſe debent, quæ tantum pro Deo ſunt. Cæterum citra holocauſtum comparitionis & ſacrificia pacifica feſtivitatis, quæ memorantur in Miſna, etiam adducenda ſunt alia genera ſacrificiorum pacificorum, quæ vocantur *Sacrificia pacifica lætitiæ*, uti ſcriptum eſt Deut. 27. 7. וזבחת שלמים ואכלת שם ושמחת לפני יהוה אלהיך & hæc ſacrificia pacifica lætitiæ non memorantur hoc loco, neque Sapientes illis fixerunt quantitatem; mulieres autem tenentur ad ea ut viri, quia mulieribus commendata eſt lætitia, uti ſcriptum eſt Deut. 14. 26. ושמחת אתה וביתך.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הראיה *Comparitio*, de qua ſcriptum eſt Deut. 16. 16. לא יראו את פני יהוה ריקם id eſt, adducet quiſque ſecum ſacrificium holocauſticum quando aſcendit ad feſtum, & hæc holocauſta vocantur *holocauſtum comparitionis*, & vocatur etiam *comparitio* ſine voce *holocauſtum*; neque ei quantitas fixa eſt, quia Deus ibidem dixit איש כמתנת ידו ſed unum holocauſtum non debet eſſe infra pretium nummi argentei, qui valet ſedecim grana hordei.

וחגיגה *& feſtivitas*, de qua dictum eſt Levit. 23. 41. וחגותם אותו חג ליהוה id eſt, adducet ſacrificia pacifica, & hæc vocantur חגיגה. Sed illis non ſtatuta eſt quantitas ulterior, neque duobus nummis argenteis minora eſſe debent, qui conficiunt triginta duo grana hordei. Schola Schamai dicit, quod holocauſtum debet eſſe majus, eo quod totum pro Domino eſt. Schola Hillelis dicit, quod ſacrificia pacifica pluris conſtare debent, quia in illis eſt pars pro Deo, pro ſacerdotibus, & pro poſſeſſoribus. Cæterum ſi omnia hoc ſenſu referentur argumenta, nimis immorandum eſſet, neque hujus loci eſſet. Scias autem quod præcepta, quibus tenetur Iſraël ad celebrandum feſta in templo, tria eſſe, nimirum, ראיה *comparitio*, quæ eſt ſacrificium holocauſticum; חגיגה *feſtivitas*, quæ eſt ſacrificium pacificum; & שמחה *lætitia*, quæ etiam eſt ſacrificium pacificum, vocanturque *ſacrificia pacifica feſtivitatis*; at ipſis non limitata eſt quantitas, ſed mulieres & mariti ea obſervare tenentur, idcirco dicitur, *mulieres tenentur ad lætitiam.* Et Deut. 27. 7. ſcriptum eſt, וזבחת שלמים ואכלת שם ושמחת לפני יהוה אלהיך quæ memoriæ mandanda ſunt.

ג עולות במועד באות מן החולין והשלמים מן המעשר יום טוב הראשון של פסח בית שמאי אומרים מן החולין ובית הלל אומרים מן המעשר :

3. Holocauſta in diebus feſti intermediis adducuntur de profanis, & ſacrificia pacifica de decimis. Die primo feſti Paſchatis, Schola Schamai dicit, de profanis; Schola Hillelis dicit, de decimis.

R. OB. DE BARTENORA.

עולות במועד באות מן החולין *Holocauſta in diebus feſti intermediis veniunt è profanis*, Miſna hæc verbis quibuſdam ſupplenda eſt, hoc ſenſu; holocauſta, promiſſa, & vota ſpontanea in diebus feſti intermediis veniunt, at non ipſo die feſto; & holocauſtum comparitionis venit etiam die feſto, quamvis habeat ſolutiones per integros ſeptem dies; ſed fundamentum præcepti eſt die primo feſti; & ſi adducat, de profano tantum adducat neceſſe eſt. Verum ſacrificia pacifica lætitiæ veniunt è decimis, ſive è pecunia decimarum ſecundarum venire poſſunt; quia ſacrificia pacifica lætitiæ non ſunt obligatio, quando alicui caro eſt, & pecunia decimarum ſecundarum ipſi eſt ad conſumendum eam Jeruſolymis, propterea emet ea ſacrificia pacifica, & comedet. Cæterum חגיגה diei primi feſti, eſt obligatio, etſi illi fuerit multum carnis; quicquid autem obligatio eſt, illud de profano tantum adduci poteſt, non de decimis.

יום טוב הראשון של פסח *Die primo feſti Paſchatis*, idem obtinet die primo reliquorum feſtorum; loquitur autem hic de Paſchate, quia veſperi Paſchatis etiam fiebat aliud ſacrificium feſtivitatis, quando magna agni Paſchalis ſocietas erat, quæ una cum agno adferebat ſacrificium feſtivitatis, ſive Chagigæ, ut agnus Paſchalis comederetur cum ſaturitate. Cæterum docet nos hæc Miſna, quod ſacrificium feſti diei primi adduci nequit niſi de profano, ſed ſacrificium diei decimi quarti in feſto adduci poterat de decimis. ובית הלל אומרים מן המעשר *at Schola Hillelis dicit, de decimis*, in Gemara rogant, quomodo adduci poteſt de decimis, quandoquidem eſt obligatio, quicquid vero debitum eſt, de profano tantum adduci poteſt? reſpondent, hoc intelligendum eſſe de conjunctione decimarum cum profano, ut, ſi multi ſint comedentes, ita ut illis non ſufficiat unum animal, adducant unum pro ſacrificio feſtivitatis de profano, & reliquum de pecunia decimarum ſecundarum. Et quamvis omnia animalia quæ adducuntur primo die feſti vocentur חגיגה, nihilominus Schola Hillelis putat, quod licet adducere decimarum ſecundarum reliquias, quia jam ſatisfecit debito ſuo, primo animali de profano deſumpto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam explicuerunt hanc Miſnam hoc ſenſu, holocauſta de promiſſis & votis in diebus feſti intermediis adducuntur, ſed die feſto non adducuntur. Cæterum holocauſta comparitionis adducuntur etiam die feſto, & ſi quis ea adducat, de profano adducat oportet; at ſacrificia pacifica lætitiæ etiam de decimis adducuntur. Hoc loco autem per *decimas* intelligit nummos decimarum ſecundarum, & jam explicuimus eſſe ſacrificia pacifica lætitiæ. Verum quod Schola Hillelis dicit, מן המעשר *de decimis*, vult, quod licet adducere ſacrificia pacifica feſtivitatis de nummis decimarum ſecundarum, dummodo primum cibum adducat de eo quod profanum eſt, nam jam explicuimus quod חגיגה ſit obligatio; at nobis hypotheſis eſt, quicquid obligatio eſt, illud adduci non poteſt de profano. Ratio autem quare in ſpecie mentionem facit primi diei feſti Paſchatis, eſt, ut nos doceat quod חגיגה diei decimi quarti non ſit obligatio, uti expoſuimus in tractatu Peſachim. Propterea tantum tractat de חגיגה diei primi feſti. Scias autem quod in reliquis feſti diebus homo ſatisfacit debito ſuo decimis quadrupedum, at non permittimus hoc die feſto, ne quis decimas ſeparet die feſto; hoc vero tantum licet quatenus decimas ſignat minio, uti expoſitum eſt in tractatu Bechorot; hoc autem facere non licet ipſo die feſto.

ד ישראל יוצאין ידי חובתן בנדרים ונדבות ובמעשר בהמה והכהנים בחטאות ובאשמות ובבכור ובחזה ושוק אבל לא בעופות ולא במנחות :

4. Iſraëlitæ ſatisfaciunt debito ſuo votis, & oblationibus ſpontaneis, & decimis quadrupedum; ſacerdotes vero ſacrificiis expiationis pro peccato, & pro reatu, & primogenito, & pectore, & armo; ſed non avibus, neque donis.

R. OB. DE BARTENORA.

יוצאין ידי חובתן *Satisfaciunt debito ſuo*, debito de ſacrificiis pacificis lætitiæ. בנדרים ובנדבות *votis, & oblationibus ſpontaneis*, quia ſcriptum eſt Deut. 16. 14. ושמחת בחגך ad denotandum omnes modos lætitiæ, nam ſcriptura non niſi lætitiam commendavit; dixit autem dominus aliquis, non eſt lætitia ſine carne, ſed hoc caro eſt. אבל לא בעופות ולא במנחות *ſed non avibus, neque donis*, quia ſcriptum eſt ושמחת בחגך dicit ergo Lex gaudendum eſſe de illis rebus e quibus venit חגיגה, exceptis avibus & donis, de quibus non venit חגיגה.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יוצאין ידי חובתן *Satisfaciunt debito ſuo*, id eſt, debito de ſacrificio pacifico lætitiæ, de quo Deus dixit Deut. 16. 14. ושמחת בחגך Hiſce ergo ſatisfaciunt debito ſuo quod ad ſacrificia pacifica lætitiæ, ſed debitum comparitionis & debitum ſacrificii feſtivitatis non poteſt adduci niſi de profano, uti explicuimus. Neque ſatisfaciunt debito ſacrificiorum pacificorum lætitiæ avibus, neque donis, quia nobis hypotheſis, quod non datur lætitia ſine carne.

ה מי שיש לו אוכלים מרובים ונכסים מועטים מביא שלמים מרובים ועולות מועטות נכסים מרובים ואוכלין מועטין מביא עולות מרובות ושלמים מועטין זה וזה מועט על זה נאמר מעה כסף ושתי כסף זה וזה מרובים על זה נאמר איש כמתנת ידו כברכת ה׳ אלהיך אשר נתן לך :

5. Cui multi ſunt convivæ & exigua bona, adducit multa ſacrificia pacifica, & pauca holocauſtica. Si cui multa bona & pauci convivæ, adducit multa holocauſtica, & pauca ſacrificia pacifica. Si cui ſunt exigua bona & convivæ, de hoc dixerunt, nummus argenteus, & duo nummi argentei. Si huic & illi multa bona & convivæ, de hoc dicitur Deut. 18. 17. *Quiſque juxta donum manus ſuæ, juxta benedictionem Domini Dei tui qui dedit tibi.*

R. OB. DE BARTENORA. אוכלין מרובין *Comedentes multi*, familia magna & multi domeſtici. מביא שלמים מרובים *adducet pacifica multa*, multa pacifica feſtivitatis, & juxta comedentes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Omnia hæc clara ſunt, eorumque fundamenta clara ſunt.

ו מי שלא חג ביום טוב הראשון של חג חוגג את כל הרגל ויום טוב האחרון של חג עבר הרגל ולא חג אינו חיב באחריותו על זה נאמר מעוות לא יוכל לתקון וחסרון לא יוכל להמנות :

6. Qui non fecerit ſacrificium feſtivum die feſti primo, faciet ſacrificium feſtivum per totum feſtum, & ultimo die feſti: Si tranſierit feſtum, & non attulerit ſacrificium feſtivum, non tenetur ad cautionem damni illius, propterea dicitur Eccl. 1. 15. *perverſum nequit corrigi, & quod deficit nequit numerari.*

R. OB. DE BARTENORA.

מי שלא חג *Qui non fecerit ſacrificium feſtivum*, qui non adduxerit ſacrificium pacificum feſtivitatis ſuæ, & holocauſtum comparitionis ſuæ. ויום טוב האחרון של חג *& die feſto ultimo*, die octavo detentionis, etſi ſit feſtum ſingulare & ſolutionis primus. Sic etiam feſtum ſeptimanarum, etſi unum contineat tantum, ſeptem habet dies pro ſolutione, quia Scriptura omnia feſta ponit æqualia, dicendo, *feſtum azymorum, feſtum ſeptimanarum, & feſtum tabernaculorum*, quemadmodum ergo feſtum azymorum ſeptem dies ſolutionum habet, ſic etiam feſtum ſeptimanarum habet ſeptem dies ſolutionum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שלא חג *Qui non fecerit ſacrificium feſtivum*, qui non fecerit ſacrificium holocauſticum nec pacificum, ad quæ tenetur, uti expoſuimus. Scias autem quod feſtum ſeptimanarum, etſi unius diei, habet ſolutiones per integros ſeptem dies, eo quod ſcriptum eſt Deut. 16. 16. בחג המצות ובחג השבועות ובחג הסוכות exponit traditio, quemadmodum feſtum azymorum habet integros ſeptem dies pro ſolutionibus, ſic etiam feſtum ſeptimanarum habet ſeptem dies ad ſolvendum.

ז רבי שמעון בן מנסיא אומר איזהו מעוות שאינו יכול לתקן זה הבא על הערוה והוליד ממנה ממזר אם תאמר בגונב וגוזל יכול הוא להחזירו ויתקן רבי שמעון בן יוחי אומר אין קורין מעוות אלא למי שהיה מתוקן בתחלה ונתעוות ואיזה זה תלמיד חכם הפורש מן התורה :

7. R. Schimeon filius Menaſiæ dicit, quidnam eſt perverſum quod corrigi nequit? Hic eſt qui congreditur cum muliere vetita, & ex ea progignit ſpurium; nam ſi dicas hoc de fure & raptore, ab eo poteſt idipſum reſtitui, & ita corrigi. R. Schimeon filius Jochai dicit, non vocatur perverſus niſi is qui in principio erat rectus & perverſus; ſed quiſnam hic eſt? hic eſt ſtudioſus ſapiens qui de Lege ſe ſeparat.

R. OB. DE BARTENORA. והוליד ממנה ממזר *& progignit ex ea ſpurium*, quia illegitimos introducit in Iſraëlem, & in memoriam illius linquuntur, propterea peccatum illius non condonabitur pœnitentia. יכול הוא להחזיר *poteſt idipſum reſtitui*, nummi furti poſſunt reſtitui poſſeſſori, quomodo correctum erit id quod raptum fuerit, & peccatum condonatum.

ח היתר נדרים פורחין באויר ואין להם על מה שיסמוכו הלכות שבת חגיגות והמעילות הרי הם כהררים התלוין בשערה שהן מקרא מועט והלכות מרובות הדינין והעבודות הטהרות והטומאות ועריות יש להן על מה שיסמוכו הן הן גופי תורה :

8. Diſſolutionem votorum diſpellunt in aërem, neque illis eſt quibus ſe ſuſtentant. Jura Sabbati, feſtivitatum, & prævaricationis, ecce illa ſunt ut montes pendentes à pilo, quibus ſunt exigua Scriptura, & multa jura. Judicia & cultus (templi) purificationes, & immundities, & inceſtus habent quibus ſe ſuſtentent; hæc & illa ſunt corpora Legis.

R. OB. DE BARTENORA.

היתר נדרים פורחין באויר *Diſſolutionem votorum diſpellunt in aërem*, id eſt, exigua in Lege demonſtratio eſt qua Sapiens diſſolvere poteſt vota, non habens quibus ſe ſuſtentet, niſi quod ita orali lege Sapientibus traditum eſt. Jura Sabbathi, & jura Chagigæ, & jura prævaricationis continent jura quæ dependent à demonſtratione Legis exigua, ut mons qui pendet à capillo. ועבודות *& cultus*, jura quod ad ſacrificia & templum. הן הן גופי תורה *hæc & illa ſunt corpora Legis*, in Gemara exponitur, id quod in hac Miſna dicitur הן והן *hæc & illa*, eſſe corpora Legis, id eſt, tam ea quibus non eſt quo ſe ſuſtentent quam ea quibus eſt quo ſe ſuſtentent, ſive etiam fuerint inſtar montium à capillo dependentium, hæc & illa ſunt Legis corpora.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit הן *illa ſunt*, non vult monere quod ea ſunt corpora Legis, ſed addenda eſt litera ו, atque ita eſt והן, hoc ſenſu, הן והן גופי תורה *hæc & illa ſunt corpora Legis*, id eſt, præcepta quæ veniunt in illis.

פרק ב אין דורשין בעריות בשלשה ולא במעשה בראשית בשנים ולא במרכבה ביחיד אלא אם כן היה חכם ומבין מדעתו כל המסתכל בארבעה דברים ראוי (נ"א רתוי) לו כאלו לא בא לעולם מה למעלה מה למטה מה לפנים ומה לאחור וכל שלא חס על כבוד קונו ראוי לו שלא בא לעולם :

Caput 2. Non exponunt cauſas inceſtus cum tribus, neque opera creationis cum duobus; neque currum cum uno, niſi fuerit Sapiens qui ſenſum intelligit. Quicunque conſiderat quatuor cauſas, ei melius fuiſſet quod nunquam intraſſet mundum, nempe id quod ſupra eſt, quod infra eſt, & quod ante eſt, & quod poſt eſt. Et quicunque non attendit ad honorem creatoris ſui, ei melius fuiſſet quod non intraſſet mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין דורשין בעריות *Non exponunt cauſas inceſtus*, tribus hominibus præſentibus ſimul non exponunt res occultas de inceſtu, quemadmodum eſt inceſtus filiæ quæ ei fuerit è muliere vi compreſſa, de qua cauſa non expreſsè dictum eſt in Lege, attamen elicitur ope regulæ cujuſdam allegoricæ juxta quam exponitur Lex: Et hoc, ne magiſtro cum uno illorum loquente, duo diſputent inter ſe, & non adjungant animum ad audiendum ſententiam magiſtri, illis exponentis prohibitiones inceſtus, & illi deveniant eo ut indulgeant cauſas inceſtus, quia natura hominis depravati laxiores in illis quam in reliquis mittit habenas.

ולא במעשה בראשית *Neque opera creationis*, opera creationis ſex dierum, etiam duobus præſentibus, quanto magis tribus & pluribus, uti ſcriptum eſt Deut. 4. 32. כי שאל נא לימים ראשונים unus ergo, non duo rogabunt.

ולא במרכבה *Neque currum*, quem vidit Jecheskiel, & Jeſaia. Sed R. Moſes exponit *currum* de eſſentia Dei ejuſque attributis, de angelis, animabus, & illis quæ erunt poſt mortem; ſed mihi non videtur veriſimile quod hæc omnia denotari poſſunt hoc dicto, quia tum dicendum fuiſſet חכמת המרכבה *Sapientia currus*; ſed מעשה המרכבה *opus currus* eſt id cujus ope homines ſancti fruuntur corona, & vigilant inſtar angelorum in ſtationibus ſuis, ut unum templum in alio templo, ut illi qui ſpiritum ſanctum vident.

אלא אם כן היה חכם ומבין מדעתו *Niſi fuerit diſcipulus. Sapiens qui ſenſum intelligit*, etiam uni homini non exponunt currum, niſi eum intelligat magiſter qui Sapiens eſt, qui ſi illi tradiderit principia materiæ, attendet reliquam illius conſiderationem.

כל המסתכל בארבעה דברים *Quicunque quatuor cauſas conſiderat*, ſunt illæ res quas ſtatim commemorat, quod illi melius fuiſſet quod nunquam intraſſet mundum: מה למעלה *quod ſupra eſt*, ſupra capita animalium (currus quem Jecheskiel vidit.) מה למטה *id quod infra eſt*, infra terram: מה לפנים *id quod ante*, extra locum expanſi in oriente: מה לאחר *id quod poſt*, in occidente; aliter, מה למעלה id eſt, ante creationem mundi: מה למטה id eſt, ultimos dies in fine mundi. כל שלא חס על כבוד קונו *quicunque non attendit honorem creatoris*, qui clam peccavit, dicens, non eſt hic divinitas præſens; non eſt qui me videt, & novit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit quod vetitum eſt homini exponere res occultas de inceſtu, niſi auditores minores fuerint tribus, ratio eſt: ne unus incipiat diſputare cum magiſtro, & duo reliqui diſputent inter ſe, & eo modo dimoveantur à ſcopo, non attendentes ad veram ſententiam de inceſtu; homines enim magno ducuntur appetitu ad ejuſmodi res, ut eo deveniant, quando inter eos aliquod dubium de eo quod à magiſtro audiverunt, ortum fuerit, ut permittant ejuſmodi rem; amplectendo leviorem cauſam.

ולא במעשה בראשית בשנים *Neque opera creationis, cum duobus*, quanto magis ſi fuerint plures; ita dictum eſt Deut. 4. 31. כי שאל נא לימים ראשונים unus ergo rogabit, non duo; rationem hujus rei jam diximus in prologo hujus libri; nimirum, quod vulgus non poteſt intelligere eas res, neque percipi poſſunt niſi ab uno ad unum ſigillatim ex traditione, nam exiguum eſt quod exindè intelligit vulgus, & ſi Idiota ea audiat, corrumpetur fides illius, imaginando ſibi quod veritati contraria ſunt. Cæterum *opera currus* nequaquam exponet uni homini ſigillatim, *niſi homo Sapiens fuerit qui ſenſum ejus intelligit*, qui ex ſeipſo intelligit ſenſum & non indiget expoſitione, ſed de iis judicare novit & concludere ex veritate rei; & hoc eſt de quo Sapientes noſtri dixerunt מוסרין לו ראשי פרקים *tradunt illi principia materiæ*, quia multi ſunt caſus in anima hominis perfecti depicti, quas ſi homo lingua ſua exponit, & comparat cum ſimilibus, difficiliores fiunt, & à vero ſenſu abeunt. Audias autem à me id quod mihi expoſitum eſt juxta mentem meam, ex eo quod eſt in verbis Sapientum, qui per מעשה בראשית intelligunt phyſicam & rerum naturalium cognitionem intimam; & per מעשה מרכבה ſcientiam divinam; ſive theologicam, de omnibus eſſentiis, & Dei ipſius eſſentia ac attributis, nec non quomodo omnes eſſentiæ Angelorum, & animarum, ac intellectus homini annexi, & quid erit poſt mortem. Quia igitur hæ duæ ſcientiæ, divina nempe & naturalis magnæ ſunt, eas tantum Sapientes intelligere oportet, ſed aliis vetitum. Notum eſt quod omnis homo inſtinctu naturali omnes ſcientias novit, tam indoctus quam doctus; qui vero in principio harum ſcientiarum ſibi imaginatur, & facit ut imaginatio in illis prædominetur ſine principiis ſcientiarum, ille prohibetur has ſcientias diſcere. Et hæc monet ad horrorem incutiendum ei qui facit ut ingenium ſuum prædominetur in ejuſmodi rebus ſine principiis cognitionis, uti expoſuimus. כל המסתכל בארבעה דברים וגו׳ *quicunque quatuor rebus intentus eſt* &c. ad abſtrahendum eum qui facit ut ingenium ſuum prædominetur in rebus divinis ſine principiis ſcientiæ, ſed meris ſuis imaginationibus. וכל שלא חס על כבוד קונו ראוי לו שלא בא לעולם *& quicunque non attendit gloriam creatoris ſui, melius illi fuiſſet quod non veniſſet in mundum*, id eſt, ut ratione non fuiſſet præditus, ſed inſtar animalium ratione carentium, quia ſcientiam quærit quæ captum hominis ſuperat, nam nemo inquirit de iis quæ ſupra vel infra ſunt niſi is qui ignorat formas rerum, & quando is qui omnium rerum ignarus eſt, conſiderare velit ea quæ ſupra cœlos & infra terram ſunt, corrumpit cogitationes ſuas, quia conſiderat ea ut domum aut cameram. Sic etiam is qui conſiderat ea quæ ante creationem cœlorum & quæ poſt corruptionem cœlorum erunt, conſideret, ejus cor ſtulteſcet. Conſiderat autem Miſna hæc excellentia verba & auxilium Dei, quando dicit, *quicunque non attendit gloriam creatoris ſui*, id eſt, qui intellectum habet in quo non eſt pietas, quia intellectus eſt gloria Dei, & quicunque non intelligit nec æſtimat excellens hoc Dei donum, eſt ſtultus & beſtiis effrenatis ſimilis factus. Dixerunt in Gemara, qui non attendit gloriam creatoris ſui, is eſt qui peccat in loco ſecreto. Et in alio loco dixerunt, adulteri non committunt peccatum fornicationis priuſquam in eos ingreſſus fuerit ſpiritus ſtultitiæ. Cæterum hoc certiſſimum eſt, quod, ſi homo ſequatur concupiſcentiam ſuam, non ſit recto ingenii uſu præditus. Ratio autem, quare hunc caſum huc adducit, eſt, quia capite præcedenti dictum eſt הן והן גופי תורה *hæc & illa ſunt corpora Legis.* Similiter in Gemara prohibuerunt has res publicè docere, & multa de illis monuerunt, & ſuaſerunt ut homo eas pro ſeipſo tantum diſcat, & non doceat alios; quod applicarunt ex dicto Salomonis in hoc caſu per comparationem, uti ſcriptum eſt Cant. 4. 21. דבש וחלב תחת לשונך.

ב יוסי בן יועזר אומר שלא לסמוך יוסי בן יוחנן אומר לסמוך יהושע בן פרחיא אומר שלא לסמוך ניתאי הארבלי אומר לסמוך יהודה בן טבאי אומר שלא לסמוך שמעון בן שטח אומר לסמוך שמעיה אומר לסמוך אבטליון אומר שלא לסמוך הלל ומנחם לא נחלקו יצא מנחם נכנס שמאי שמאי אומר שלא לסמוך הלל אומר לסמוך

2. Joſe filius Joëſeris dicit, quod non imponet manus; Joſe filius Jochananis dicit, quod imponet manus, Jehoſchua filius Perachiæ dicit, quod non imponet manus; Nitay Arbelita dicit, quod imponet manus; Jehuda filius Tabai dicit, quod non imponet manus; Schimeon filius Schatach dicit, quod imponet manus; Schemaja dicit, quod imponet manus; Abtalion dicit, quod non imponet manus; Hillel & Menachem non contradicunt, exiit Menachem, intravit Schamai, Scha-

הראשונים היו נשיאים ושניים להם אבות בית דין :

mai dicit, non imponet manus; Hillel dicit, quod imponet manus; primi erant principes, ſecundi patres domus judicii.

R. OB. DE BARTENORA.

יוסי בן יועזר אומר שלא לסמוך *Joſe filius Joeſeris dicit, quod non imponet manus*, die feſto, quia hoc eſt uti animalibus, nam omnibus viribus imponit manus ſuas capiti animalis. Et hæc controverſia fuit inter principes & eos qui erant patres domus judicii, à generatione ad generationem.

יצא מנחם *Exiit Menachem*, ad miniſterium regium, & ſe à ſocietate Hillelis ſeparavit, ideo non conſtat de eo an contradixerit Hilleli in hac cauſa. נכנס שמאי *intravit Schamai*, in locum Menachemi patris domus judicii, & contradixit Hilleli. ראשונים *primi*, qui primi nominantur in quolibet pari, erant principes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יצא מנחם *Exiit Menachem*, id eſt, exiit è Schola ad miniſterium regis, & nos non audivimus ſententiam illius ſuper impoſitione manuum die feſto; ſed deciſio juris eſt quod adducunt holocauſta comparitionis, & ſacrificia pacifica feſtivitatis in die feſto, iiſque imponunt manus.

ג בית שמאי אומרים מביאין שלמים ואין סומכין עליהם אבל לא עולות ובית הלל אומרים מביאין שלמים ועולות וסומכין עליהם :

3. Schola Schamai dicit, adducunt ſacrificia pacifica, & non imponunt illis manus; at non holocauſta. Schola Hillelis dicit, adducunt ſacrificia pacifica, & holocauſta, & manus imponunt illis.

R. OB. DE BARTENORA.

מביאין שלמים *Adducunt ſacrificia pacifica*, ſacrificia pacifica feſtivitatis, eo quod continet cibum poſſeſſorum.

ואין סומכין עליהם *Neque imponunt manus illis*, ſed die antecedenti imponunt manus, nam putat quod non ſit neceſſe mactare ſtatim poſt impoſitionem.

אבל לא עולות *Sed non holocauſta*, unius hominis, neque holocauſtum comparitionis, quia illa ſacrificari poſſunt in reliquis feſti diebus, eo quod ſcriptum eſt Num. 29. 35. עצרת תהיה לכם *vobis* ergo, non Deo. בית הלל אומרים מביאין שלמים *Schola Hillelis dicit, adducunt ſacrificia pacifica*, feſtivitatis. עולות *holocauſta*, comparitionis, quia ſcriptum eſt Deut. 16. 8. עצרת ליהוה ergo quicquid pro Domino fuerit, ſed ſacrificia votiva, & ſpontanea, tam holocauſta quam pacifica juxta omnium conſenſum offeruntur die feſto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus hanc Miſnam capite ſecundo tractatus Betza, & expoſuimus quod controverſia eſt de holocauſtis comparitionis, & ſacrificiis pacificis feſtivitatis, ſed ſacrificia votiva & ſpontanea non offeruntur die feſto. Cæterum Schola Schamai vetat, imponere manus capiti animalium, *quæ ſacrificantur*, quia eo modo quis utitur animalibus, & *ſeipſum fatigat, quia impoſitio manus fit totis viribus.*

ד עצרת שחל להיות בערב שבת בית שמאי אומרים יום טבוח אחר השבת ובית הלל אומרים אין יום טבוח אחר השבת ומודים שאם חל להיות בשבת שיום טבוח אחר השבת ואין כהן גדול מתלבש בכליו ומותרין בהספד ובתענית שלא לקיים דברי האומרין עצרת אחר השבת :

4. Feſtum ſeptimanarum ſi inciderit in veſperam Sabbathi, Schola Schamai dicit, dies mactationis erit poſt Sabbathum. Schola Hillelis dicit, non erit dies mactationis poſt Sabbathum. Et conveniunt, quod, ſi dies inciderit in Sabbathum, dies mactationis erit poſt Sabbathum, & pontifex maximus non veſtietur ornamentis ſuis. Et licitum eſt lamentari & jejunare, ne confirmentur verba eorum qui dicunt, quod feſtum ſeptimanarum venit poſt Sabbathum.

R. OB. DE BARTENORA.

יום טבוח *Dies mactationis*, dies mactationis holocauſtorum comparitionis in die feſto: לאחר השבת *poſt Sabbathum*, quia die feſto offerri nequit, neque die Sabbathi; at feſtum ſeptimanarum continet integros ſeptem dies ſolutionum, uti feſtum Paſchatis & tabernaculorum.

אין יום טבוח אחר השבת *Non erit poſt Sabbathum dies mactationis*, non continet diem mactationis; id eſt, non eſt ipſi neceſſaria dies mactationis, eo quod offerre licet die feſto; ſequitur Schola Hillelis opinionem ſuam qua dixit, *die feſto adducunt ſacrificia pacifica & holocauſta*, docet autem nos hæc Miſna, quod, etiam quando offerri nequeunt die ſequenti, ut, ſi feſtum ſeptimanarum inciderit in veſperam Sabbathi, dicit Schola Schamai quod non offeruntur holocauſta comparitionis die feſto, & dies mactationis propellitur poſt Sabbathum.

אין כהן גדול מתלבש בכליו *Non veſtietur pontifex maximus ornamentis ſuis*, die mactationis feſti ſeptimanarum quod fuerit poſt Sabbathum, ne adornatus ſit eo die, ſed omnes ſciant eum diem non eſſe feſtum.

שלא לקיים דברי האומרין עצרת אחר השבת *Ne confirmentur verba eorum qui dicunt, feſtum ſeptimanarum poſt Sabbathum,*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt tibi quod feſtum ſeptimanarum continet integros ſeptem dies ſolutionum, noſti etiam opinionem Scholæ Schamai, quod non adducant ſacrificia die feſto holocauſtica, propterea, ſi feſtum ſeptimanarum inciderit in veſperam Sabbathi, adducunt holocauſtica comparitionis poſt Sabbathum, eritque dies mactationis. Schola Hillelis dicit, quod dies mactationis erit poſt Sabbathum, niſi quod in ipſa veſpera Sabbathi adducunt holocauſta comparitionis, uti opinio ejus dicta eſt. Ratio autem quare diſputationem repetit, eſt, ne dicat Scholam Schamai concedere Scholæ Hillelis, quando feſtum ſeptimanarum inciderit in veſperam Sabbathi, adduci holocauſta die feſto, quia ea nequit ſacrificare die ſequenti, quia Sabbathum eſt. Neque Schola Hillelis concedit Scholæ Schamai in eo quod antecedit, etſi holocauſta poſſint offerri poſt diem feſtum.

שלא לקיים דברי האומרין עצרת אחר השבת *Ne confirmentur verba eorum qui dicunt, feſtum ſeptimanarum poſt Sabbathum*, qui non credunt Legem oralem, credunt etiam quod nunquam erit feſtum ſeptimanarum niſi poſt Sabbathum, eo quod ſcriptum eſt Levit. 23. 15. וספרתם לכם

ממחרת

bathum, quia Sadducæi dicebant quod feſtum ſeptimanarum ſemper poſt Sabbathum eſſe debet, eo quod ſcriptum eſt Levit. 23. 15. וספרתם לכם ממחר השבת quod illi exponunt de alio die Sabbathi propriè, quomodo ſemper feſtum ſeptimanarum incidit in primum diem ſeptimanæ. ממחר השבת Scriptura diem feſtum vocat שבת, quemadmodum omnia feſta vocantur Sabbata Dei.

ה נוטלין לידים לחולין ולמעשר ולתרומה ולקדש מטבילין ולחטאת אם נטמאו ידיו נטמא גופו:

5. Lavant manus pro profano & pro decimis, & pro oblatione prima; & pro ſancto intingunt (manus,) & pro ſacrificio pro peccato; ſi pollutæ fuerint manus, polluitur corpus.

R. OB. DE BARTENORA.

נוטלין לידים וגו' *Lavant manus &c.* ſufficit lavare manus ope vaſis quod non plus quam quartam aquæ partem continet. ולקדש מטבילין *& pro ſancto intingunt*, id eſt, ad comedendum ſacrificia pacifica, & ſacrificia pro peccato, & pro reatu requiritur gradus excellentior, nam manus debent lavari in 40 Satis aquæ; etſi ordinariæ & ſimplices tantum manus ſint quæ non tetigerunt immunditiem quâ totum corpus juxta Legem polluit.

ולחטאת *Et pro ſacrificio pro peccato*, ad tangendum aquas expiationis pro peccato, quæ ſunt aquæ cinere vaccæ rufæ ſanctificatæ, ad ſpargendum eas ſuper pollutos mortuo, ubi major eſt ſanctitatis gradus, ut, ſi manus pollutæ fuerint aliqua re quæ manus polluit, non corpus, uti eſt liber Legis, cibi immundi, potus immundi, & omnes immunditiès à Sapientibus inſtitutæ, polluitur etiam corpus, & eſt neceſſe totum lavari corpus; & quod omnes hi gradus majores ſunt aliis, eſt ex conſtitutione Sapientum. Ratio autem, quare hæc adducit in cauſa Chagigæ, eſt, quia in fine eorum eſt caſus de feſtis, nam homines plerumque in feſtis reputantur mundi, at non in reliquis anni temporibus, quemadmodum dicitur in fine capitis tertii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicimus homini vetitum eſſe comedere panem etſi profanum, donec laverit manus ſuas; ſic etiam tenetur lavare manus pro oblatione prima & pro decimis, tam pro pane, quam pro fructibus, & ſi oblationem primam attigerit illotis manibus, פסולה *profanata eſt*, etſi non certo conſtet quod pollutæ ſunt, quemadmodum exponetur in tractatu Taarot. Cæterum pro carne ſancta & pro pane ſancto primo immergendæ ſunt manus, & tum eas attingere licet. Exponetur etiam in tractatu Mikvaot quantitas aquæ ejuſque colores, quibus neceſſe eſt ut fiat immerſio manuum. חטאת *ſacrificium pro peccato* de quo hic ſermo eſt, eſt vacca rufa de qua ſcriptum eſt Num. 19. 9. חטאת היא & datur cineri major excellentiæ gradus quam ſanctitati; quod etiam exponetur in tractatu Para. Et ſi pollutæ fuerint manus, non poteſt eas purificare ad tangendum aliquid de cinere vaccæ rufæ donec ſe immerſerit in balneo; neque ſatis eſt abluiſſe manus quemadmodum propter illas res quæ purificationem poſtulant. Eæ vero res quæ tantum polluunt manus quando eas tangunt, & non totum corpus, ſunt cibi immundi, ſimileſque levis immunditiei res, uti explicatur in tractatu Taarot, Para, & Jadaym.

ו הטובל לחולין והוחזק לחולין אסור למעשר טבל למעשר והוחזק למעשר אסור לתרומה טבל לתרומה והוחזק לתרומה אסור לקדש טבל לקודש והוחזק לקודש אסור לחטאת טבל לחמור מותר לקל טבל ולא הוחזק כאלו לא טבל:

6. Si quis ſe immerſerit pro profano, & ad profana aptus habitus fuerit, attamen prohibitus eſt à decimis. Si immerſerit ſe pro decimis, & aptus fuerit ad decimas, attamen prohibitus eſt ab oblatione prima. Si ſe immerſerit pro oblatione prima, & aptus fuerit ad oblationem primam, attamen prohibitus à ſancto. Si immerſerit ſe pro ſancto, & aptus habitus fuerit ad ſanctum, prohibitus tamen eſt à ſacrificio expiationis pro peccato. Si immerſerit ſe pro graviori, licitum ipſi eſt levius; ſi immerſerit ſe & aptus non habitus fuerit, res ſe habet ac ſi non immerſiſſet ſe.

R. OB. DE BARTENORA.

הטובל לחולין *Qui immerſerit ſe pro profanis &c.* eſt hic etiam gradus alius, nempe, ſi quis immerſerit ſe ad comedendum profanum, & intenderit ſe immergere ut habeatur purus ad comedendum profanum.

אסור למעשר *Prohibitus eſt à decimis*, vetitum illi eſt comedere decimas ſecundas quæ comeduntur Jeruſolymis, donec immerſerit ſe pro decimis; eodemque modo in aliis omnibus.

אסור בחטאת *Prohibitus eſt à ſacrificio expiationis pro peccato*, ad fruendum aquis ſanctificatis cinere vaccæ rufæ: ולא הוחזק *& ſi non reputatus fuerit*, non intendens immergere ſe in nomine puritatis, ſed lavandum ſe tantum. כאלו לא טבל *perindè ac ſi non immerſiſſet ſe*, pro decimis, quanto magis pro oblatione prima & pro ſancto; ſed eſt immerſio pro profano, quia profanum non indiget intentione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis ſe immerſerit ea quidem intentione ut ea immerſio ſit ad comedendum profanum, & purificatio illa ipſi reliqua fuerit, vetitum eſt illi comedere decimas cum illa immerſione, niſi donec ſecunda vice ſe immerſerit, & ea intentione, quod ſe immergit pro decimis comedendis. Similiter neceſſe eſt ut in omnibus aliis intentio ſit illius rei pro qua ſe quis immergit; nam ſi quis ſimpliciter & ſine intentione ad aliquam rem ſe immerſerit, neque pro decimis, neque pro aliis rebus, res ſe habet ac ſi non immerſiſſet ſe; & non comedet cum ea immerſione niſi res profanas tantum.

ז בגדי עם הארץ מדרס לפרושין בגדי פרושין מדרס לאוכלי תרומה בגדי אוכלי תרומה מדרס לקודש בגדי קודש מדרס לחטאת יוסף בן יועזר היה חסיד שבכהונה והיתה מטפחתו מדרס

7. Veſtimenta ruſticorum ſunt calcatio pro religioſis; veſtimenta religioſorum ſunt conculcatio pro comedentibus oblationem primam; veſtimenta eorum qui comedunt oblationem primam, ſunt calcatio pro ſancto. Veſtimenta ſancta ſunt calcatio pro ſacrificio expiationis pro peccato. Joſe filius Joete-

מדרס לקודש יוחנן בן גודגדא היה אוכל
על טהרת הקודש כל ימיו והיתה מטפחתו
מדרס להטאת :

Joeleris erat ſacerdotum piiſſimus, & linteum ejus erat calcatio pro ſancto. Jochanan filius Gudgadæ comedebat cum purificatione de ſancto omnes dies ſuos, & linteum ejus erat calcatio pro expiatione peccati.

R. OB. DE BARTENORA.

מדרס *Calcatio*, id eſt, pater immunditiei ad polluendum hominem & vaſa calcatione ſeminiflui, quæ polluit hominem & vaſa, ut ſcriptum eſt Levit. 15. 5. וכל אשר יגע במשכבה יכבס בגדיו.

לפרושים *Religioſis*, pro illis qui comedunt cibum profanum cum purificatione : בגדי פרושים מדרס לאוכלי תרומה *veſtimenta religioſorum ſunt calcatio pro comedentibus oblationem primam*, deficit hic gradus unus, & hoc ſenſu dicendum fuiſſet, veſtimenta religioſorum ſunt calcatio pro comedentibus oblationem primam ; veſtimenta eorum qui comedunt decimas, ſunt calcatio pro illis qui comedunt oblationem primam ; qui ſunt ſacerdotes quod ad oblationem primam comedendam, & omnes hi gradus ſunt ex conſtitutione Sapientum, dicentium, cautio purificationis rerum harum ; non cenſenda eſt cuſtodia purificationis illarum ; quandoquidem vero ii ſunt quemadmodum hi, perindè eſt ac ſi non caviſſent ſibi, præceperunt de veſtimentis eorum quia in eis forſan ſedit uxor menſtruoſa, quomodo fierent veſtimenta calcatio menſtruoſæ.

היה אוכל על טהרת הקדש *Comedebat in puritate ſancti*, edebat cibum ſuum profanum cum purificatione, ac ſi eſſet ſanctus, & cavit ſibi de eo quod ad omnem immunditiem quæ polluit ſancta.

והיתה מטפחתו מדרס לחטאת *Et erat linteum ejus calcatio pro expiatione peccati*, at non pro ſancto, nam putat hic doctor, quod profanum cum purificatione ſanctitatis factum ſit ut ſanctitas ; ſed ita non eſt deciſio, nam profanum cum purificatione ſanctitatis confectum, non ſe habet ut ipſa ſanctitas vel ſanctum in omnibus cauſis, quemadmodum mentio fit in fine tractatus Nidda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרושים *Religioſi*, (Phariſæi) ſunt illi qui comedebant profanum cum purificatione, & qui ſemper ſeparati erant ab immunditie, ſic etiam curabant cibum & potum, ut mundi eſſent.

מדרס לפרושים *Conculcatio Phariſæis*, id eſt, quando Phariſæi tangebant veſtes plebejorum, polluebantur, perinde ac ſi tetigiſſent calcationem ſeminiflui, & neceſſe erat ut ſe immergerent. Jam dixerunt in Gemara, quod in hac Miſna deficit unus gradus, & quod omnium graduum hic eſt ordo ; veſtimenta plebejorum ſunt calcatio pro Phariſæis ; veſtimenta Phariſæorum ſunt calcatio pro illis qui comedunt decimas ; veſtimenta eorum qui comedunt decimas, ſunt calcatio pro illis qui edunt oblationem primam ; veſtimenta eorum qui comedunt oblationem primam, ſunt calcatio pro ſanctis ; veſtimenta ſancta ſunt calcatio pro expiatione peccati.

יוחנן בן גודגדא היה אוכל *Jochanam filius Gudgadæ comedebat* &c. comedebat reliquias profani quod paratum erat cum purificatione ſancti, nam diximus quod veſtimenta ſancta ſunt calcatio pro expiatione peccati ; ſed de hoc Jochanan teſtatur quod edebat profanum cum purificatione ſancti paratum, & quod linteum ejus erat calcatio pro expiatione. *Cæterum in fine tractatus* Nidda jam expoſitum eſt, quod hæc prima *eſt Miſna*, *& id quod dixerunt, profanum cum purificatione ſancti præparatum in omnibus, ſancto non eſt ſimile, ſed in aliquibus tantum ;* ſed hoc etiam diverſis in locis libri Taarot exponetur. Et ſequenti capite quoque exponentur quædam in quibus purificatio ſancti major eſt oblatione prima. In Gemara autem dixerunt de hiſce, undecim gradus numerat hic Miſna, ſex priores tam pro ſancto ſunt quam pro profano cum purificatione ſancti parato. Cæterum ultimi pro ſanctitate ſunt, & non pro profano quod paratum cum purificatione ſancti ; neque confundendus eſt is qui edit profanum cum purificatione cum eo qui profanum comedit cum purificatione ſancti. Nam is qui profanum comedit cum purificatione, ſibi cavebit ab omni re quæ profanum polluit, ut cibus ille profanus ſit purus. Qui vero comedit cum purificatione ſancti, is ſibi cavebit ab omni re quæ polluit ſanctum, & illum cibum profanum conſtituit, ac ſi eſſet caro ſacrificii expiationis pro peccato aut pro reatu ; quod etiam exponetur in tractatu Taarot, ut & genera impuritatum polluentium profanum, & ea quæ polluunt oblationem primam, & res ſanctas, & ſimilia.

פרק ג חומר בקודש מבתרומה שמטבילין
כלים בתוך כלים לתרומה אבל לא לקדש
אחוריים ותוך ובית הצביטה (נ"א והצביעה)
בתרומה אבל לא בקדש הנושא את המדרס נושא
את התרומה אבל לא את הקדש בגדי אוכלי
תרומה מדרס לקודש לא במדת הקדש מדת
התרומה שבקדש מתיר ומנגב ומטביל ואחר כך
קושר ובתרומה קושר ואחר כך מטביל :

Caput 3. Hæc graviora ſunt in ſanctitate quam in oblatione prima, nam immergunt vaſa in vaſis pro oblatione prima, at non pro ſanctitate. Exteriora vaſis, interiora, & anſa eſt res ſingularis in oblatione prima, at non in ſanctitate. Qui attollit calcationem, attollet oblationem primam, at non ſanctitatem. Veſtimenta eorum qui comedunt oblationem primam ſunt calcatio pro ſanctitate. Regula ſanctitatis non eſt ut regula oblationis primæ, quia in ſanctitate diſſolvit, exſiccat, & immergit, & deindè colligat ; at in oblatione prima colligat & deindè immergit.*

R. OB. DE BARTENORA.

מטבילין כלים בתוך כלים *Immergunt vaſa in vaſis*, quando ambo immunda ſunt. אבל לא לקדש *ſed non pro ſanctitate*, quia dicimus quod pondus vaſis interioris, quod grave eſt ſuper interius intra quod poſitum eſt, dividit immunditiem, ut immerſio neque huic neque illi attribuatur.

אחריים ותוך ובית הצביטה לתרומה *Exteriora, & interiora, & anſa in oblatione prima*, ſi alicujus vaſis exteriora, interiora, & anſa ſint ad miniſterium, quodlibet miniſterium reputatur vas ſingulare in cauſa oblationis primæ, ita ut, ſi pollutum fuerit unum, alterum non ſit pollutum ; ſed de immunditie ex conſtitutione Sapientum dicitur, quod, ſi exte-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטבילין כלים בתוך כלים *Immergunt vaſa in vaſis*, id eſt, exempli gratia, impleri poteſt capſa pura è vaſis, & immergi in balneo ; ſed hoc facere non poſſumus cum vaſis quibus uti volumus in rebus ſanctis, nam propter majorem ſanctitatis gradum ſtatuimus quod capſa illa dividit pro vaſis, etſi aqua contineatur in illis.

אחריים ותוך *Exteriora & interiora*, id eſt, jus partium exteriorum & interiorum, non quod ponamus exteriora vaſorum intra ea. Quando igitur vaſis exterior pars polluta fuerit potu immundo, non polluitur quod ei in eſt ſi fuerit oblatio prima, at ſi fuerit res ſancta, polluitur id quod continetur

exteriora vaſis polluta fuerint, potu immundo, non polluta ſunt interiora, nec anſa; & ſi polluta fuerit anſa, non ideo polluta ſunt exteriora, nec interiora.

בית הצביטה Id eſt: *anſa* ad prehendendum vas, & derivatur à יצבוט Rut. 2. 14. Nonnulli legunt בית ציבע ab אצבע *digitus*, eſt enim anſa quæ vaſi conficitur ad imponendum illi digitum, ne vaſi imponat manum inter bibendum.

אבל לא לקדש *Sed non pro ſanctitate*, id eſt, ſi unum ex illis pollutum fuerit impuritatibus à Sapientibus definitis, totum vas pollutum eſt pro re ſancta. הנושא את המדרס *qui attollit calcationem*, calceum ſeminiflui. נושא את התרומה *attollit oblationem primam*, ſi voluerit attollere vas teſtaceum quod non tetigit aërem ejus.

אבל לא את הקדש *Sed non ſanctitatem*, propter caſum quendam qui accidit homini cuidam qui portabat vas vini libaminum, & cujus corrigiæ ſandaliorum frangebantur quæ erant calcatio ſeminiflui, quas ille in manum accipiens incidebat in vacuum vaſis, ita ut ſanctum pollutum fuerit, tum decretum eſt ne is qui efferret calcationem, efferret ſanctum; & quia caſus ille qui accidebat, erat in re ſancta; propterea de re ſancta tantum decreverunt, non de oblatione prima. לא כמדת הקדש מדת התרומה *non ut regula ſanctitatis eſt regula oblationis primæ*, in ejuſmodi rebus quæ diſtinctionem faciunt in immerſione illius. שבקדש *quia in ſanctitate*, ſi veſtis fuerit immunda, & quis eam voluerit immergere, ſi colligata fuerit, diſſolvet nodum, quia inſtar diſtinctionis eſt. מנגב *& exſiccat*, ſi humida fuerit prius exſiccabit, quia humiditas ejus eſt ut res quæ dividit. ובתרומה *& in oblatione prima*, ſi voluerit, ligabit, & deindè immerget, nam nihil refert.

tinetur in eo. Faciebant autem in craſſitie vaſis locum in quem digitus immittebatur inter bibendum, ne neceſſe eſſet manum immittere in vas, & hic locus vocatur בית הצביטה *anſa*. Et ſi vaſis exterior pars fuiſſet polluta potu immundo, non polluebatur anſa illius pro oblatione prima, ſed polluebatur pro ſancto; ſed omnia hæc fundamenta exponentur in tractatu Kelim, & Taarot.

הנושא המדרס הוא נושא את התרומה *Qui attollit calcationem, is attollat oblationem primam*, id eſt, oblatio prima & veſtimentum ſeminifluo pollutum ſimul poſſunt efferri, & ambo poni in tabula & attolli, id quod in rebus ſanctis facere non licet.

מנגב ומטביל *Exſiccat, & immergit*, exſiccat vas ne in eo inveniatur aliquid pinguedinis ut aqua penetrare non poſſit. ובתרומה קושר ואחר כך מטביל *at in oblatione prima ligat, & deindè immergit*, eſt permiſſio quæ illi conceditur ut vaſa immergi poſſint quando inter ſe colligata ſunt, ut lecti, & ſimilia.

ב כלים הנגמרים בטהרה צריכין טבילה לקודש אבל לא לתרומה הכלי מצרף מה שבתוכו לקודש אבל לא לתרומה הרביעי בקודש פסול והשלישי בתרומה ובתרומה אם נטמאה אחת מידיו חבירתה טהורה ובקודש מטביל שתיהן שהיד מטמא את חבירתה בקודש אבל לא בתרומה :

2. Vaſa quæ perfecta ſunt cum puritate indigent immerſione pro ſancto, ſed non pro oblatione prima. Vas conjungit id quod in eo eſt pro ſancto; ſed non pro oblatione prima. Quarta pars in ſancto illegitima eſt, & tertia pars in oblatione prima; at in oblatione prima, ſi una è manibus eorum polluta fuerit, altera pura eſt; at in ſancto immerget ambas; quia in re ſancta una manus polluit alteram, ſed non in oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

כלים הנגמרים בטהרה *Vaſa quæ perfecta ſunt cum puritate*, quæ perficit homo eruditus & pius, qui admonitus eſt de illis quando propè perfecta erant, quod idonea ſunt ad contrahendum immunditiem, nihilominus immergi debent pro rebus ſanctis; nam fieri poſſet ut ſaliva ex ore plebeji efflueret in vas, quando ille homo pius illud conficiebat. Et quamvis tunc temporis vas nondum eſſet, & non reciperet immunditiem, fieri tamen poteſt, ut, poſtquam abſolutum eſſet, aptum eſſet ad recipiendum immunditiem, & ſaliva adhuc eſſet humida, & pollueret, quemadmodum Miſna dicit in tractatu Nidda; *fluxus & ſputum polluunt quando humida ſunt.*

הכלי מצרף מה שבתוכו *Vas conjungit id quod in eo eſt*, ſi multa fruſta in eo ſint ciborum, & is qui de die lotus eſt (qui oblationem primam ineptam reddit) tetigerit unum ex illis, vas ea conjungit ut omnia fruſta unum fiant, & omnia inepta ſint, dicente Scriptura Num. 7. 14. כף אחת עשרה זהב contulit ergo lex omnia ea quæ in acerra continentur in unam rem.

אבל לא לתרומה *Sed non in oblatione prima*, ſed illud fruſtum quod tetigerit, tantum eſt ineptum factum, ſed reliqua munda. הרביעי בקדש פסול *quarta pars in ſancto illegitima eſt*, ſed non reddit illegitimum.

אם נטמאה אחת מידיו *Si polluta fuerit una è manibus eorum*, per immunditiem aliquam à Sapientibus inſtitutam, ut, cibus & potus immundus, qui manus tantum polluunt, non corpus. ובקדש מטביל שתיהן *at in ſanctis immergit duas*, hoc ita accipiendum eſt ſi humor relinquatur in manu immunda, at ſi in manu immunda non relinquatur humor, non polluitur altera manus, niſi donec tetigerit immundam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כלים הנגמרים בטהרה *Vaſa quæ perfecta ſunt cum puritate*, etſi is qui ea perfecerit, ſit diſcipulus Sapiens, nihilominus requirunt immerſionem, ſed non requirunt occaſum ſolis, & hoc ita accipiendum eſt in rebus ſanctis.

הכלי מצרף מה בתוכו *Vas conjungit id quod in eo eſt*, ſenſus eſt, quando vas aliquod plenum fuerit panibus, aut ſimilibus rebus, & is qui de die lotus eſt tetigerit unum horum panum, aut is qui fuerit in eodem immunditiei gradu, panis ille quem tetigit, tantum reddidit illegitimum, in oblatione prima; ſed in rebus ſanctis omnes reddidit immundos, quod applicarunt ex eo quod dicitur Num. 7. 14. כף אחת עשרה זהב facit igitur Scriptura de omni eo quod erat in acerra unam rem. Cæterum tertiæ & quartæ partis jam fecimus mentionem capite primo tractatus Peſachim, quod valde neceſſarium eſt ad intelligentiam hujus loci. Quando autem manus polluta fuerit re aliqua quæ manus polluit, cujuſmodi jam expoſuimus capite præcedenti, & humiditas fuerit in manu illa polluta, ſtatim polluitur altera manus pro ſanctis, etſi manus pura attigerit impuram; at ſi in ea non fuerit humiditas, non polluitur altera manus, donec tetigerit impuram manum, & tum ea fit illegitima in ſanctis; ſed omnia hæc fundamenta exponentur perfectius in tractatu Taarot. Et ſi cujus mens aſſequi poſſit notitiam puri & impuri, & ſubtiliter inquirere de jure eorum, operam det verbis noſtris quæ dedimus in illo tractatu; idque magna cum attentione à principio ad finem.

ג אוכלין אוכלים נגובין בידים מסואבות בתרומה אבל לא בקודש האונן ומחוסר כיפורים צריכין טבילה לקודש אבל לא לתרומה :

3. Comedunt cibos ſiccos manibus immundis; cum oblatione prima, at non cum rebus ſanctis. Lugens, & is cui deeſt ſacrificium expiationis, opus habent immerſione pro ſanctis, ſed non pro oblatione prima.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

אוכלין אוכלים נגובין וגו׳ *Comedunt cibos ſiccos &c.* hoc modo, comedunt cibos profanos ſiccos manibus immundis una cum oblatione, ſed non cum ſancto, quod accipiendum eſt hoc ſenſu, ſi alicui à ſocio ſuo in os immiſſa ſunt edulia ſancta manibus puris, & is qui comedebat manus impuras habebat; aut ſi ipſe edulia ſancta in os immittebat medio fuſi, aut bacilli, & ille volebat comedere raphanum aut cepam profanam una cum illis, nam manus immundæ quæ ſunt ſecundæ in immunditie, non polluunt profanum; nihilominus Sapientes decreverunt ne eos fructus comederent cum re ſancta, ne manibus immundis tangat cibum ſanctum quem habet in ore ſuo. Sed in cauſa oblationis primæ, etſi manus immundæ rem polluant, tamen non fecerunt hunc gradum; ſed dicimus quod ſibi cavit ne tangeret; propterea auctor dicit *ſiccos*, nam ſi tum liquidi eſſent cibi, liquores fierent primus gradus immunditiei medio manuum, & profanum fieret ſecundus immunditiei gradus; & quando cibus profanus attigerit oblationem primam quam habet in ore, illa fit illegitima. אונן eſt *lugens*, (& quidem primo die quo amicus ejus mortuus eſt,) qui non pollutus eſt ſuo amico mortuo. מחוסר כפורים *cui deeſt ſacrificium expiationis*, qui ſe immerſerit & ſuper quem ſol occiderit, at non adduxerit ſacrificia ſua. צריכין טבילה *opus habent immerſione*, poſtquam adduxerint ſacrificia ſua ſi comedere velint ſancta, quandoquidem enim huc uſque illis vetitum erat comedere ſanctum, ideo Sapientes illis impoſuerunt neceſſitatem immergendi ſe; qui vero nondum attulit ſacrificium expiationis, is ſanctum facit illegitimum ſi tetigerit illud; ſed lugens, etſi vetitum ſit comedere illud, non tamen id illegitimum reddit tactu. אבל לא לתרומה *ſed non pro oblatione prima*, nam ei qui nondum attulit ſacrificium expiationis & lugenti permiſſa eſt oblatio prima, etſi lugenti vetitæ ſint decimæ ſecundæ, quod applicamus è loco Levit. 22. 13. וכל זר לא יאכל קדש alienigena ſive Iſraëlita qui non eſt ſacerdos ergo non comedet ſanctum, non vero ſi lugens ſacerdos ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt, quod debitum ſanctitatis cibum reddit aptum ut immunditiem contrahat; & hoc poſito fundamento, ſi qui comederit cibos ſiccos manibus pollutis, non dubium eſt quin polluantur, neque alia re indigemus præter hanc. Cæterum hic tractat de ejuſmodi caſu quo eos non tetigit manibus ſuis, ſed forcipe, aut ſimili inſtrumento; hoc autem vetitum eſt, ne quis poſtea comedat aliquam rem humidam manibus ſuis, & polluatur ſanctum illud quod in eo eſt, quemadmodum ea fundamenta exponentur ſuo loco. Hoc vero decretum non decernimus quod ad oblationem primam. Verum tibi jam dictum eſt in tractatu Peſachim, aliiſque in locis, jus lugentis, & illius cui deeſt ſacrificium expiationis, quod vetitum ſit comedere ſancta donec ſe laverit. Sed in cauſa tangendi, is cui deeſt ſacrificium expiationis, facit illegitimam rem ſanctam ſi attigerit eam, quemadmodum exponetur capite duodecimo tractatus Zebachim.

ד חומר בתרומה שביהודה נאמנין על טהרת יין ושמן כל ימות השנה ובשעת הגיתות והבדים אף על התרומה עברו הגיתות והבדים והביאו לו הבית של יין של תרומה לא יקבלנה ממנו אבל מניחה לגת הבאה ואם אמר לו הפרשתי לתוכה רביעית קדש נאמן כדי יין וכדי שמן המדומעות נאמנין עליהם בשעת הגיתות והבדים וקודם לגיתות שבעים יום:

4. Hæc graviora ſunt in oblatione prima, eo quod in *Judæa fide digni ſunt quod ad puritatem vini & olei totum anni tempus*; & in tempore torcularium vini *& torcularium olei*, etiam quod ad oblationem primam. Si tranſierint torcularia vini & torcularia olei, & adduxerint alicui dolium vini oblationis primæ, non recipiet illud ab ipſo, ſed relinquet illud pro ſequenti torculari. Et ſi dixerit illi, ſeparavi in eo quartam partem (Logi) ſancti, fide dignus eſt. De cantharis vini, & cantharis olei commixtis fide digni ſunt tempore torcularium vini, & torcularium olei, & ante torcularia, dies ſeptuaginta.

R. OB. DE BARTENORA.

שביהודה נאמנין על טהרת יין *Quia in Judæa fide digni ſunt quod ad puritatem vini &c.* dicit *Judæa*, quia ligula terræ Cuthæorum dividit inter Galilæam & Judæam, Jeruſolyma vero erat in terra Judææ, neque ſancta è terra Galilææ ad terram Judææ adferri poterant, quia Sapientes impoſuerunt immunditiem terris gentium etſi veniebant ex iis qui fide digni erant, tamen torcularibus Galilææ adduci poterat vinum pro libaminibus. Præterea dicit Miſna, *quod fide digni erant toto anni tempore*, nempe plebejus qui dixerit, hoc vinum eſt purum & pro libaminibus, hoc oleum purum eſt & pro donis eſt, fide dignus erat ſemper, nam propter gravitatem ſanctitatis non audebat mentiri. Sed ſi dixerit, hoc vinum & hoc oleum pura ſunt & pro oblatione prima ſunt, non eſt fide dignus, quia interdictum impuritatis oblationis primæ non eſt grave in oculis plebejorum, ideoque ſuſpicamur quod mentiuntur in hac cauſa.

ובשעת הגיתות. *Et in tempore torcularium*, tempore vindemiæ, & eo tempore quo molunt olivas in torculari, etiam fide digni ſunt de oblatione prima, quia omnes homines purificant vaſa in eo tempore quo vinum & oleum parant pro oblatione prima cum puritate.

עברו הגיתות וגו׳ *Si tranſierint torcularia* &c. poſt tempus vindemiæ, aut poſt tempus illud quo in torculari calcantur olivæ, ſi plebejus aliquis adduxerit vas vini aut olei oblationis primæ ad ſacerdotem; & dixerit quod pura ſunt: לא יקבלנה ממנו *non recipiet illud ab ipſo*, in reputatione puritatis, quia poſt torcularia vini & olei non eſt fide dignus.

אבל מניחה לגת הבאה *Sed relinquet illud pro torculari ſequenti*, plebejus qui novit quod poſt tempus torcularium non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio autem, quare in ſpecie potius loquitur de terra Judææ quam de reliquis terræ Iſraëlis partibus, eſt, quia reliquas præter Judææ partes inhabitabant Cuthæi, ut illi nullam rem poſſent purificare neque in puritate conſervare; & propter illos duxerunt omnes terras ut cæterarum gentium terras. Sed in terra Iſraëlis omnes erant fide digni de vino & oleo ſancto totum anni ſpatium, quod pura erant, exempli gratia, quando quis dicebat, hoc vinum purum eſt & libaminibus deſtinatum, hoc oleum eſt purum & donis deſtinatum; nam propter gravitatem ſanctitatis nemo audebat tranſgredi, neque indulgere quicquam in illa re, ſi non eſſet qui dixiſſet, hoc purum eſt; præterquam in re de cujus puritate ſatis conſtat. Neque fide digni ſunt ſi dixerint, hoc vinum oblationis primæ purum eſt, ſed in tempore torcularium tantum, quia tum omnes homines præmoniti ſunt de immunditie, & purificant vaſa & perſonas, ut is qui uvas exprimit purus ſit, & ſeparetur oblatio prima cum puritate. Cæterum ſi tempus torcularium, id eſt tempus vindemiæ tranſierit, tranſgrediuntur homines puritatem. Quandoquidem autem indulgebant in caſu oblationis primæ, non conſervabant eam in puritate neceſſaria, & idcirco non ſunt fide digni. Sed ſi tempus torcularium tranſierit, & quis unum ex illis doliis vini oblationis primæ ad ſacerdotem attulerit, ea intentione quod ſit oblatio prima munda, non accipiet eam ab illo, niſi eam acceperit putando quod erat oblatio prima illegitima, quia de hoc dubium erat.

אבל מניחה לגת הבאה. *Sed relinquet pro torculari ſequenti*, id eſt, poſſeſſor dolii relinquet illud pro torculari ſequenti, & tum dabit illud ſacerdoti, quia eo in tempore fide dignus eſt.

הפרשתי

non eſt fide dignus, relinquet hoc dolium pro torculari ſequenti, & tum dabit illud ſacerdoti, quia eo tempore fide dignus eſt de illo dolio.

רביעית קדש *Quartam partem* (Logi,) *ſancti*, vini pro libaminibus: נאמן *fide dignus eſt*, de toto dolio, nam quandoquidem fide dignus eſt de ſancto, etiam fide dignus eſt de oblatione prima.

כדי יין וכדי שמן המדומעות *De cantharis vini & cantharis olei commixtis*, ſi quis purificaverit טבלו *fructus ſuos illibatos* pro libaminibus; oblatio prima erit profana, & ſanctum cum ea commixtum. Dicit etiam de cantharis quod puri ſunt. etiamſi plebejus ſive indoctus non ſit fide dignus de cantharis, etiam in tempore torcularium; in hoc tamen caſu ei fidem habemus de cantharis etiam ſeptuaginta dies ante torcularia, quandoquidem enim fide dignus eſt de ſancto, etiam fide dignus eſt de oblatione prima & cantharis; ignominia enim eſſet pro ſanctis rebus, cantharis quos evacuavit, ut eſſent immundi, & ut offerret quis in iis. Dicit etiam Miſna *ſeptuaginta dies*, quia moris eſt ſeptuaginta dies ante torcularia purificare vas.

הפרשתי לתוכה רביעית קדש נאמן *Separavi in eo quartam partem* (Logi,) *ſancti*, *fide dignus eſt*, quia fide dignus eſt in parte, nempe, in quarta parte Logi ſancti, eo fundamento quod fide digni ſunt de puritate vini & olei ſancti per totum annum, fide dignus eſt de toto dolio quod ſit purum.

כדי יין וכדי שמן המדומעות נאמנין *De cantharis vini & cantharis olei commixtis*, *fide digni ſunt*, cujus tibi dabo expoſitionem, hoc ſenſu, regulas juris vocis מדומע jam tibi expoſuimus in tractatu Trumot, nimirum quod ſit res quæ cum oblatione prima commixta eſt, quam Scriptura vocat דמע; hic autem vult dicere, quod fide digni ſunt de cantharis, ſi dixerint quod puri ſunt, etiam ſeptuaginta dies ante torcularia. In Talmude Jeruſolymitano dicunt, immittunt in eos דמע, id eſt, in cantharos quibus colligunt מדומע; Toſaphta dicit, ante torcularia ſeptuaginta dies ſunt fide digni de rebus ſanctis, & de מדומע *commixto*, & de cantharis, at non de oblatione prima. Sed in tempore torcularium vini & olei & de oblatione prima, ſunt fide digni. Verum in Talmude Babylonico exponunt, quod non ſunt fide digni ſi dixerint, cantharus vacuus qui purus eſt, pro oblatione prima eſt, etiam non in tempore torcularium; idque quod hic dicitur quod ſunt fide digni de cantharis vini & olei commixtis, tantum intelligendum eſt de commixtis, non autem quod ſit caſus דמע, id eſt, *oblationis primæ*; hæc autem mixtura intelligenda eſt, ſi quis conſervet vinum ſuum ad ſeparandum inde libamina ſeptuaginta dies ante torcularia, & quandoquidem intentio ejus erat de illis ſeparare libamina, erat ut res commixta cum ſanctitate, & plebeji ſive indocti ſunt fide digni de puritate ſancti, eo quidem fundamento quod tenemus; & propterea de cantharis illis fide digni ſunt etiam ſeptuaginta dies ante torcularia, quod tempus eſt quo populus incipit præparare vaſa eademque purificare pro vindemia. Cæterum omnes hi caſus in quibus dicimus *quod fide digni ſunt & non fide digni*, accipiendi ſunt de plebejis; ſed diſcipuli Sapientes ſemper ſunt fide digni in omnibus puritatum generibus, & nos fidem habemus ipſis in omnibus quæ dixerint, quemadmodum de illis quædam expoſuimus in tractatu Demai, & ulterius exponetur in tractatu Taarot.

ה מן המודיעית ולפנים נאמנין על כלי חרס מן המודיעית ולחוץ אין נאמנין כיצד הקדר שהוא מוכר הקדירות נכנס לפנים מן המודיעית הוא הקדר והן הקדירות והן הלוקחים נאמן יצא אינו נאמן :

5. Indè à Modiit & interius ſunt fide digni de vaſis teſtaceis; indè à Modiit & exterius non ſunt fide digni; quomodo? figulus qui vendit ollas, ſi intraverit Modiit, quandoquidem ille ipſe eſt figulus, & illæ ollæ, & illi emtores, fide dignus eſt; ſi egreſſus fuerit, non eſt fide dignus.

R. OB. DE BARTENORA.

מן המודיעית ולפנים *Indè à Modiit & inferius*, Modiit eſt civitas quæ Jeruſolymis diſtat quindecim milliaria, ab ea & interius ad latus Jeruſolymorum ſunt fide digni figuli plebeji ad emendum ab illis vaſa teſtacea parva, uti ſunt canthari, & vaſa è quibus bibunt, quia iis carere non poſſunt. Jeruſolymis autem non faciebant furnos propter fumum, ideoque illos fecerunt fide dignos, & non decreverunt de illis, quia congregationi non licet imponere decretum, niſi id poſſit impleri ab ipſa.

הוא הקדר *Ille figulus*, illi qui adduxerit cantharos è loco extra Modiit tantum habuerunt hanc fidem; at ſi eos adduxerit ad alium figulum plebejum qui erat in urbe Modiit, aut interius, non conſtituerunt ipſum fide dignum.

והן הקדרות *Et illæ ollæ*, de illis ollis quas adduxerit, fide dignus eſt, ſed non eſt fide dignus ſi conjunxerit cum illis ollas alius figuli, qui fuerit in urbe Modiit, vel propè illam.

והן הלוקחין *Et illi ſint emtores*, ſi pii & eruditi viderint quod eas ollas adduxit, figulus eſt fide dignus apud illos, ſed non apud alios emtores. יצא *ſi egreſſus fuerit*, è Modiit, ad redeundum, non eſt fide dignus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si depoſuerit ollas extra Modiit, & deindè intraverit urbem Modiit ſine ollis, & emtor acceſſerit qui ollas illas emerit & urbem intraverit, fide dignus eſt quod puræ ſunt ollæ; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *emtor eſt fide dignus*; quia nobis fundamentum eſt quod fide digni ſunt de puritate vaſorum teſtaceorum ab urbe Modiit & interius. Sed qui Jeruſolymis exierit & comparaverit ex illis ollis, eaſque manu ſua eduxerit, non eſt fide dignus, quia eſt extra Modiit, etſi ollæ ſint eædem, & idem figulus, & in eodem loco; & hic ſenſus eſt ejus quod dicitur הוא הקדר והן הקדירות *ille figulus & illæ ollæ*, ac ſi dixiſſet, etſi ille ſit figulus ipſe, & illæ ollæ ſint eædem ollæ, is qui intraverit fide dignus eſt, & is qui exierit non eſt fide dignus, quia cauſa fidei dependet à locis; ratio eſt, quia is qui venit è loco extra Modiit ſito, & emit, & intrat, vidit poſſeſſorem ollarum, quem cognoſcit & emit ab illo id quod vult, & manu ſua attrahit, propterea fide dignus eſt. Sed is qui è civitate egreſſus eſt non vidit figulum, quia poſteriora ſunt obverſa faciei ſuæ, & fieri poteſt ut tangat figulus ille ollas iſtas quando in manibus habet liquores immundos, & polluat eas, & emtor ille hoc videre nequeat. Nos autem hanc fidem habemus figulo quod ollæ ſunt puræ, quando fuerint in Modiit & interius, quemadmodum dixit. נכנס לפנים מן המודיעית Cæterum ſi extra Modiit fuerint, non eſt fide dignus. Sic etiam, etſi non reliquerit ollas ſuas extra Modiit, ſed eas ſecum in urbem Modiit introduxerit, fide dignus erit is qui intraverit, & qui exierit, & quamvis figulus intra Modiit eas tetigerit, fide dignus eſt quod non polluit eas. Non eſt hujus Miſnæ ſcopus, niſi ut monſtret quod fides de purificatione vaſorum teſtaceorum conſiſtit in loco à Modiit & interius ſito, & quod idem ille homo non ſit fide dignus de ipſo illo vaſe indè à Modiit & exterius. Capite nono tractatus Peſachim diximus, quod Modiit eſt locus circa Jeruſalem, expoſuimus etiam quare indulſerunt in cauſa puritatis vaſorum teſtaceorum Jeruſolymis tantum; ſed hæc omnia intelliguntur de plebejis, ſed Sapientum diſcipuli ſunt fide digni in omni loco.

ו הגבאין שנכנסו לתוך הבית וכן הגנבים שהחזירו את הכלים נאמנין לומר לא נגענו ובירושלם נאמנין על הקודש ובשעת הרגל אף על התרומה :

6. Exactores qui intraverint domum, ſic etiam fures qui reſtituerint vaſa, fide digni ſunt, dicentes, non attigimus. Et Jeruſolymis fide digni ſunt de ſanctis, & tempore feſtorum etiam de oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

חגבאים *Exactores*, Iſraëlitæ qui pro rege gentium exigunt vectigalia Iſraëlis: שנכנסו לתוך הבית *qui intraverint domum* ad pignus ſumendum pro tributo. הגנבים *fures*, qui vaſa teſtacea furatus fuerit, eaque deinde reſtituerit: נאמנין לומר לא נגענו *fideles ſunt, dicendo; non attigimus*, intra domum; ſed hoc intelligendum eſt ſi ſponte pœnitentiam egerint, & deinde reſtituerint, non timore coacti.

בירושלם נאמנין על הקדש *Jeruſolymis fideles ſunt quod ad ſancta*, fide digni ſunt quod ad omnia vaſa teſtacea tam magna quam parva, dicendo quod pura ſunt pro ſanctis, quia Jeruſolymis non erant vaſorum teſtaceorum fornaces, ideo ipſis dederunt fidem, & non decreverunt quicquam. ובשעת הרגל אף על התרומה *& tempore feſtorum etiam de oblatione prima*, quia ſcriptum eſt Jeſ. 20. 11. ויאסף כל איש ישראל העירה כאיש אחד חברים vocat igitur Scriptura Iſraëlitas in tempore congregationis omnes *ſocios*, & feſta celebrantur in tempore congregationis, & propterea tam exactores quam fures fide digni ſunt in hoc caſu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שהחזירו *Qui reſtituerint*, qui pœnitentiam egerint & ſponte reſtituerint, propterea ſunt fide digni.

בירושלם נאמנים על הקדש *Jeruſolymis fide digni ſunt de ſanctis*, id eſt, de vaſis teſtaceis magnis, ut ampullæ magnæ & ollæ, de quibus plebeji fide digni ſunt, quæ pura ſunt pro ſanctis. Quia Jeruſolymis non habebantur fornaces ad coquenda vaſa teſtacea, ideo cavebant de illis, ne polluerent ea. Indulſerunt etiam in illis, quia pauca erant; nam & nobis fundamentum eſt, quod omnes Iſraëlitæ in feſtis ſocii ſunt, uti aliquoties diximus, propterea ſunt fide digni.

ז הפותח את חביתו והמתחיל בעיסתו על גב הרגל רבי יהודה אומר יגמור והכמים אומרים לא יגמור משעבר הרגל היו מעבירין על טהרת העזרה עבר הרגל ביום ששי לא היו מעבירין מפני כבוד השבת רבי יהודה אומר אף לא ביום חמישי שאין הכהנים פנויין:

7. Qui aperuerit dolium ſuum, & qui inchoaverit depſere maſſam ſuam in feſtis; R. Jehuda dicit, perficiet. Sapientes dicunt, non perficiet. Quando tranſierit feſtum, removebant ob puritatem atrii; ſi feſtum tranſierit die ſexto, non removebant, propter honorem Sabbathi. R. Jehuda dicit, neque etiam die quinto, quia ſacerdotes non erant otioſi.

R. OB. DE BARTENORA.

הפותח את חביתו *Qui aperuerit dolium ſuum*, homo pius & doctus ſi aperuerit dolium ad vendendum vinum Jeruſolymis in feſtis, & vinum iſtud tetigerit plebejus. לא יגמור *non perficiet*, poſt feſtum, nam etſi in feſtis puri ſint plebeji, tamen non eſt ut puritas ejus ſemper ſit puritas, ſed tempore feſtorum tantum omnes ſunt *ſocii*, ſed poſt feſtum tactio eorum immunda *præpoſterè*, ſive ſucceſſu temporis, quemadmodum dicit Miſna, quod poſt feſtum immergunt vaſa atrii, quia plebeji in feſtis attigerunt illa. *R. Jehuda dicit, perficiet*, nam putat, quod, ſi non permittamus illi ut perficiat, etiam non inchoabit, & non faciet multum ciborum pro iis qui ad feſtum aſcendunt; ſed deciſio eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſitum eſt quod totus Iſraël puri ſunt in feſtis, & plebejum ſive indoctum in feſtis conſtituerunt ut diſcipulum eruditum. Et ſi mixta fuerit manus plebeji cum dolio aut maſſa feſti; R. Jehuda dicit, quandoquidem *impuritas plebeji reputatur pura* in feſtis, res ſe habet ac ſi *nunquam attigiſſet eam plebejus*, ideo perficiet poſt feſtum bibitionem ejus, *& faciat inde quicquid homo facit in re pura*. Sapientes dicunt, id quod in *hoc caſu factum eſt, tantum de feſtis* intelligendum eſt.

רבי יהודה אומר אף לא ביום חמישי *R. Jehuda dicit, etiam neque die quinto*, ſi feſtum tranſierit die quarto, non faciebant tranſire die quinto, quia tum ſacerdotes erant intenti remotioni cineris ab altari; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

היו מעבירין על טהרת העזרה *Faciebant tranſire ob puritatem atrii*, removebant vaſa è loco ſuo ad immergendum ea, & purificandum atrium ab immunditia plebejorum qui attigerunt ea in feſto. מפני כבוד השבת *propter honorem Sabbathi*, quando quilibet ſacerdos debebat operam dare iis quæ ad Sabbathum erant neceſſaria. אף לא ביום חמישי *etiam neque die quinto*, etiamſi feſtum tranſierit die quinto, non immergebant dolia niſi poſt Sabbathum. שאין הכהנים פנויין *quia ſacerdotes non erant otioſi*, eo die quo exibat feſtum ad immergendum ea, quia otioſi erant in removendis cineribus à medio altaris in acervo, quem illic cumulaverant totos feſti dies de ſtrue lignorum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ח ביצד מעבירין על טהרת העזרה מטבילין את הכלים שהיו במקדש ואומרין להם הזהרו שלא תגעו בשלחן (ל"נ בשם) ובמנורה (בשם) ותטמאוהו כל הכלים שהיו במקדש יש להם שניים ושלישים שאם נטמאו הראשונים יביאו שניים תחתיהן כל הכלים שהיו במקדש טעונין טבילה חוץ ממזבח הזהב ומזבח הנחושת מפני שהן בקרקע דברי רבי אליעזר והכמים אומרים מפני שהן מצופין:

8. Quomodo removent propter puritatem atrii? immergebant vaſa quæ erant in templo, & dicebant illis, cavete ne tangatis menſam & lucernam, eaſque polluatis. Omnia vaſa quæ erant in templo, habebant ſecundaria & tertiana, ut, ſi polluta eſſent prima, adducerentur ſecunda in loco eorum. Omnia vaſa quæ erant in templo opus habebant immerſione, excepto altari aureo & altari æneo, quia ſunt inſtar ſoli, verba R. Elieſeris. Verum Sapientes dicunt, quia cooperta erant.

R. OB. DE BARTENORA.

ואומרין להם *Et dicebant illis*, plebejis & indoctis tempore feſti: הזהרו ולא תגעו בשולחן *cavete ne tangatis menſam*, quia eam poſtea immergere non poterant poſt feſtum, eo quod loco dimoveri non poterat, quia ſcriptum eſt Exod. 25. 30. לחם פנים לפני תמיד.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc fiebat quia homines erant commixti in templo tempore feſtorum, quemadmodum præceptum יראה כל זכורך Deut. 16. 16. ſed ſibi cavebant de menſa, quia dictum eſt Exod. 25. 30. לפני תמיד ſed non removeri neque aliud loco ejus ſubſtitui poterat.

טעונין טבילה *Indigent immerſione*, propter immunditiem feſti. מפני שהן בקרקע *eo quod ſunt inſtar ſoli*, ſicuti eſt altare æneum, quia Lex id appellat מזבח אדמה *altare terreſtre* Exod. 20. 24. & altare aureum etiam eſt inſtar ſoli, eo quod ſcriptum eſt Num. 3. 31. המנורה והמזבחות altare unum cum altero comparat; ſed menſam non tangebant, uti diximus. מפני שהן מצופין *quia cooperta erant*, id eſt, volunt Sapientes quod polluuntur, & dicunt quod immerſione indigent, quia cooperta erant, nam ſi non cooperta eſſent, purificari debent propter vaſa lignea facta ad ſemper in uno loco quieſcendum. Alia expoſitio, Sapientes dicunt, ratio, quod non indigent immerſione, eſt, quia auro & cupro cooperta erant, & operculum eorum de jure ceſſabat cum altaribus & ſunt inſtar vaſorum ligneorum ad quietem, quæ non polluuntur. Neque contradicunt R. Elieſeri niſi in cauſa rei tantum; hoc ſenſu exponit Rabbenu Moſes de jure eorum quæ polluunt cubando & ſedendo.

Finis tractatus de Sacris Solemnibus.

INDEX

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ,
Qui in hac parte allegantur vel illuſtrantur.

GENES.

Cap.	pag.
2, 17.	17
6, 17.	275
7, 22.	257
9, 28.	391
12, 15.	224
14, 20.	305
15, 8.	379
24, 25.	379
24, 31.	60
25, 3.	76
34, 25.	36
34, 23.	379
38, 25.	81
39, 10.	84
41, 2.	66
41, 5.	130
44, 12.	130
49, 4.	53

EXOD.

Cap.	pag.
2, 10.	71
3, 5.	286
11, 45.	64
12, 2. 4. 6. 9. 18. 27. 48.	140 & 150 & 151 & 158
12, 9.	142
12, 16.	283 & 285
12, 19.	134
13, 3.	169
13, 7.	134
13, 9.	301
13, 12.	180
16, 29.	1
16, 29.	98
17, 11.	344
17, 14.	387
18, 15.	282
19, 1.	306
19, 11.	36
20, 10.	75
21, 6.	309
22, 30.	162
23, 18.	150
23, 2.	5
23, 12.	147
23, 14. 17.	413
23, 18.	136
23, 18.	168
25, 8.	190
26, 10.	11
26, 15.	272
27, 3.	211
27, 3. 13.	133
27, 18.	86
28, 4. 36. 37. 42.	250
28, 5.	193
28, 34.	28
28, 38.	160
29, 38.	160
30, 7.	237
30, 13.	176
30, 12. 14.	177
30, 15.	181
31, 16.	29
34, 7.	227
34, 25.	150
30, 35.	229
36, 6.	2
38, 25.	178
39, 3.	20
40, 10. 17.	11 & 176

LEVIT.

Cap.	pag.
1, 5.	153
1, 6.	20
1, 7.	216
2, 6.	139
3, 3. 4.	243
4, 7. 8. 9.	237 & 243
4, 25.	153
4, 27.	1
4, 27.	40
5, 5.	257
5, 11.	184
6, 2.	394
6. 5. 13.	214 & 215
6, 8.	108
6, 15. 17.	201
6, 16.	178
6, 23.	146
7, 10.	280
7, 19.	169
8, 1 & 11. 29.	50
8, 34.	206
10, 9.	367
10, 19.	167
11, 23.	28
11, 37.	137
13, 14.	339
13, 21. 34.	390
13, 29.	405
13, 36.	7
15, 2. 25.	165
15, 8.	202
15, 24.	*ibid.*
15, 33.	35
16, 2. 13. 29. 34.	209 &219
16, 29. 31.	355
16, 34.	206
17, 5.	239
18, 3.	28
19, 6.	217
19, 21.	28
19, 23.	301 & 304
20, 23.	28
21, 10.	208
22, 10.	65
22, 18.	179
22, 18.	191
22, 18.	201
22, 22.	132
23, 4. 40.	336. 346
23, 27.	60
23, 33. & ſeq.	260
23, 40.	273
24, 7. 8.	216
25, 2. 3. 4. 7.	308
25, 9.	301
25, 9.	353
26, 6.	372
26, 39.	38
27, 19.	191
27, 32.	305
27, 33.	7
28, 23.	247

NUM.

Cap.	pag.
3, 33.	193
5, 2.	169
5, 30.	394
6, 3.	70
6, 9.	40
6, 9.	160
6, 22.	397
7, 3.	122
7, 10. 11.	317
7, 17.	245
9, 2. 6. 10.	159 & 165
9, 6.	151
9, 10. 11.	319
9, 13.	167
10, 9.	341
10, 9.	360
11, 4.	34
13, 14.	292
14, 1.	383
15, 3.	194
18, 8.	138
19, 9. 19.	201 & 203
19, 16.	81
19, 16.	137
19, 18.	11
21, 1.	394
21, 8.	341
23, 8.	122
27, 7.	174
27, 21.	349 & 252
28, 2.	367
28, 3.	205
28, 10.	155
28, 11.	11
28, 14.	176
29, 1.	302
29, 1. 7.	353 & 355
29, 11.	247
29, 39.	159
32, 17.	95
32, 22.	186
33, 38.	306
34, 11.	104
35, 5.	100
35, 31.	323

DEUT.

Cap.	pag.
2, 16.	386
6, 7.	4
7, 15.	232
7, 26.	35
10, 1.	306
10, 17.	302
12, 5. 6, 17. 18.	303
13, 17.	38
13, 20.	281
14, 24.	60
14, 25.	259
14, 26.	88
14, 28.	304
15, 2. 16, 17. &c.	309
15, 21.	292
16, 2.	184
16, 3.	140
16, 13.	259
16, 13. 16.	393
16, 14.	273
16, 14. 15.	405 & 413
17, 8. 9. 10. &c.	414
17, 11.	394
18, 4.	20
18, 17.	414
19, 3.	176
19, 3.	177
22, 6.	301
23, 22.	300
24, 19.	304
26, 5.	174
26, 13.	5
26, 13.	261
26, 12. 13.	304
26, 14.	166
27, 2.	34
28, 53.	376
31, 12.	389
32, 3.	222
32, 3.	223
32, 13. 26.	350
32, 24.	128
33, 10.	215
33, 17.	340

JOS.

Cap.	pag.
1, 1.	397
1, 8.	47
2, 6.	11

JUD.

Cap.	pag.
5, 28.	353
17, 4.	33
20, 11.	201

SAM.

Cap.	pag.
1 Sam. 2, 6.	314
1 Sam. 7, 6.	216
1 Sam. 11, 8.	213
1 Sam. 14, 11.	323
1 Sam. 15, 1.	388
1 Sam. 15, 1.	396
1 Sam. 15, 4.	213
1 Sam. 17, 5.	24
1 Sam. 17, 5.	290
1 Sam. 20, 5. 20.	327
2 Sam. 6, 13.	8
2 Sam. 7, 6.	11
2 Sam. 7, 18.	245
2 Sam. 12, 20.	253
2 Sam. 12, 20.	360
2 Sam. 15, 30.	253
2 Sam. 21, 1.	365
2 Sam. 22, 1.	397
2 Sam. 23, 16.	217

REG.

Cap.	pag.
1 Reg. 1, 1.	231
1 Reg. 3, 4.	391
1 Reg. 6, 1.	300
1 Reg. 6, 4.	302
1 Reg. 6, 1.	306
1 Reg. 6, 31.	243
1 Reg. 8, 37.	365
1 Reg. 8, 47.	222
1 Reg. 8, 54.	397
1 Reg. 8, 63.	317
1 Reg. 21. 29.	378
2 Reg. 12, 17.	108
2 Reg. 13, 10.	181
2 Reg. 17, 24.	330
2 Reg. 23, 1.	396

INDEX LOCORUM SCRIPTURÆ.

CHRON.

Cap. pag.
1 Chron. 12, 32. 327
1 Chron. 14, 12. 330
2 Chron. 3, 6. 229
2 Chron. 6, 28. 364
2 Chron. 8, 1. 306
2 Chron. 30, 2. 328
2 Chron. 35, 3. 195
2 Chron. 35, 21. 373

EZRA.

1, 10. 197
2, 69. 181
4, 3. 179
6, 16. 318

NEHEMIA.

3, 13. 220
4, 15. 393
10, 35. 382

ESTER.

3, 7. 318
9, 23. 369
9, 31. 387

JOB.

2, 8. 71
5, 9. 355
9, 10. 355
10, 8. 72
12, 23. 70

PSAL.

1, 3. 96
12, 17. 320
22, 8. 175
24, 347
33, 15. 312
42, 5. 61
47, 6. 313
48, 347
65, 14. *ibid.*
78, 39. 350
81, 347.
81, 4. 95
81, 4. 312

Cap. pag.
81, 4. 325
81, 5. 339
81, 6. 349
82. 347
89, 13. 196.
89, 16. 313
91, 15. 374
92, 347
93, 347
94. 347
99. *ibid.*
100. 350
102. 363
106, 6. 227
106, 6. 222
109, 18. 37
113. 154
114. 154
115. 154
116. 154
116, 1. 314
117. 154
118. 154
120. 363
121. 130
127, 1. 71
130. 363
136. 154
137. 350
140. 95
144, 1. 166
147, 12. 224

PROV.

3, 1. 31. 385
3, 4. 186
14, 24. 215
14, 28. 153
15, 19. 129
20, 27. 134
22, 6. 255
23, 7. 191
26, 14. 131
29, 13. 257
30, 20. 35. 155 & 229

ECCLES.

1, 3. 71

CANT.

Cap. pag.
3, 11. 385
8, 5. 173

JES.

1, 11. 76
1, 18. 36
3, 19. 26
5, 2. 332
12, 3. 276
14, 12. 72
22, 24. 257
25, 7. 29
25, 9. 387
30, 14. 22. 35
30, 14. 229
30, 29. 168
33, 17. 253
34, 4. 246
38, 15. 61
48, 1. 29
51. 350
51, 7. 350
57, 14. 397
58, 5. 270
58, 14. 73
59, 5. 22
61, 11. 35
66, 1. 397
63, 10. 361

JEREM.

6, 7. 132
8, 13 397
10, 7. 301
14, 1. 364
26, 20. 219
31, 2. 397
31, 13. 385
31, 19. 257
36, 18. 46
40, 1. 332
46, 25. 83

EZECH.

4, 15. 66
20, 33. 350
26, 5. 14. 70
36, 16. 396

Cap. pag.
37, 1. 397
38, 18. 397
39, 15. 184
40, 1. 306
44, 18. 349
44, 31. 5
45, 18. 396
47, 2. 196
49, 14. 398

DAN.

3, 2. 223
9, 5. 222
12, 2. 314

HOS.

1, 10. 213
5, 8. 350
14, 2. 398

JOEL.

1, 14. 360
11, 17. 222

AMOS.

6, 1. 75
8, 5. 325

JONA.

3, 10. 363

NAHUM.

4, 2. 26

SACH.

8, 19. 315
8, 19. 341
13, 9. 314
14, 1. 397
14, 8. 189
14, 9. 350
14, 12. 38

MALACH.

3, 10. 375
4, 3. 314

FINIS.

INDEX RERUM
ET
VERBORUM HEBRAICORUM.

א

אבוב רועה 51
אבוקות של אור 277
אבות מלאכות 29
אבות הטומאה 137
אבנט 249
אבטינס 209
אבן הטועים 374
אבן שתייה 233
אברי התמיד ניתנין מחצה כבש ולמטה במערב 205
אברי מוספין ושל ראש חדשים *ibid.*
אגרות בית דין ורשות 409
אגרות שום 409
אוכל נפש 389
אינן 165 & 167
אורים ותומים 248
אוכלין אוכלים נגובין בידים מסואבות 421
אחין שהיו אכלין על שלחן אביהם 111
איזו היא דרך רחוקה 168
אימורי הרגלים 279
איל קרב בי״א 216
אילו דברים שאדם יוצא בהן ידי חובתו בפסח 140
אילו ירקות שאדם יוצא בהן בפסח 141
אילו קשרים שחייבים עליהן 51
אילן שהוא מיסך על הארץ 129
אימתי מביאין חגיגה בפסח 156
אין אבסים את הגמל 75
אין אכלין איזוביון בשבת 50
אין בין זב הרואה שתי ראיות לראה שלש 390
אין בין ספרים לתפילין ומזוזה 390
אין בין יום טוב לשבת 389
אין בין המודר הנאה מחבירו למודר ממנו מאכל 389
אין בין שבת ליום הכפורים 389
אין בין נדרים ונדבות 389
אין בין כהן משוח בשמן המשחה למרובה בגדים 391
אין בין במה גדולה לקטנה 391
אין בין שילה לירושלים 391
אין דורשין בעריות בשלשה 416
אין מדליקין בשמן שרפה ביום טוב 10
אין מודדין אלא בחבל 103
אין מודדין אלא מן המומחה 104
אין נותנין ביצה בצד המיחם 15
אין נותנין כלי תחת התנור 17
אין צדין דגים ביום טוב 291
אין שוחטין את הפסח על היחיד 166
איסקופה 127
איצטבא 136
אירוסין 361
אישות 404
אישקופה 39
אכילת עראי 266
אכסדרה 119 & 263
אלה 25
אלונטית 71
אלו הן מעמדות 378
אלו דברים בפסח דוחין את השבת 155
אלו הן ציצין המעכבין 64
אליהו 183
אל ישנה אדם מפני המחלוקת 146
אמן 366
אמרכלין 192
אמת המים שהיא עוברת בחצר 120
אנדיפי 34
אנקטמין 27
אנשי חצר ומרפסת 118
אנשי חצר ששכח אחד מהן ולא עירב ביתו 109
אנשי מעמד 367
אנשי משמר היו מתענין ארבע ימים בשבוע 379
אנשי משמר 366 & 367
אנשי עיר גדולה מהלכין את כל עיר קטנה ובהפוך 106
אסטים 401
אסקוטלא 412
אספלנית 62
אפוד 249
אפונדרת 40
אפוסטמוס שרף את התורה 382
אפיקומן 175
אפיקטוזין 71
אפסר 20
אפר כירה·מוכן ומקלה 362 & 283
אצבע צרדה 210
אצטלית 244
אצטבא 274
ארבה וחסיל 372
ארבע כוסות בפסח 173
ארבע עשרה כעורות 266
ארבעה חותמות היו במקדש 193
ארבעה ראשי שנים 300
אריח 80
אשורית 390
אשה יוצאה בחוטי שער 25
אשם ודאי 257
אשם הוא אשם אשם ליהוה 108
אשלג 37
אתרוג הכושי 270
אתרוג הגזול 269

ב

באחד באדר משמיעין על השקלים 176
באר ובור 85
בארבעה פרקים העולם נידון 311
בבליים 240
בגדי צבועין 401
בגדי פרושין מדרס לאוכלי תרומה 419
בגדי אוכלי תרומה מדרס לקודש 419
בגדי קודש מדרס לחטאת 419
בית הצביטה 421
בגדי עם הארץ מדרס לפרושים 419
בגדי זהב 221
בולמוס 256
בור של עולי בבל 299
בור הגולה 132
בין שתי חצירות 120
בוקין 132
בוק 213
ביברין 201
ביב 122
בירה 161
ביצה שנולדה ביום טוב 282
בית אב 366
בית גרמו 225
בית בלתין 331
בית יעזק *ibid.*
בית המוקד 9
בית טביחתה 24 & 29
בית הפרס 87 & 88
בית השאבה 276
בית חדורו 244
בית נירין 30
בין השמשות 14
בית קבול כתותים 27
בית שער 119
בית ריקם 363
בית שחיטה 227
בית החרגל 28
בית אבטינס 225
בית אונקלי 401
בית השלחין 402
ביתוסין 324
ביראות 83
ביעור 308
בטל התמיד 383
בכל מערבין ומשתתפין 87
בכל עושין לחיין 81
בכל מערבין ומשתתפין 116
בכור שנפל לבור 262
במה טומנין ובמה אין טומנין 18
במה אשה יוצאה 23
במה גדולה וקטנה 391
בנין בית המקדש 385
בנים יוצאים בקשרים 28
בן קטין עשה שנים עשר דד 223
בן קמצר 225
בני העיר שמכרו רחובה של עיר 394
בצק שבסידקי עריבה 143
בקי בהלכה 100
בן עזר שהלך לכרך 393
בעל בשר 65
בעליל 302
בקיאין 255
בראשונה היה לולב נטל במקדש 271
בראשונה היו ממשכנין את מוציאה 200
בלית 130
ברקאי 217
ברכת הפסח 173
ברכת חותנים 399
ברכת השיר 175
ברכת הפסח פטר את של זבח 175
ברכת אבלים ותנחומי 399
ברכת כהנים 377 & 402
ברית 25
בשלשה במרחשון שואלין את הגשמים 357
בשלשה פרקים בשנה תורמין 184
בשלשה ובכל המשמרות שוות 279
בשלשה קופות תורמין 185
בשר שנמצא בעזרה 199
בשר שנטמא 137
בשר קדשי הקדשים שנטמא 204
בשר הפסח שנטמא 160
בת ארעא 26

ג

גבורות גשמים 356
גרודיות 102
גג גדול סמוך לקטן 124
גדי מקולס 290
גוד אוית או אסיק מחיצתה 121
גורל 213
גורלת 41
גונבי עלי 381
גורלות לעזאזל ולשם 226
גזוזטרא 114 & 121
גזוזטראות

גזוזטראות 42
גזברין שלשה 192
גזירי עצים 216
גיגיות 275
גיחון 149
גימון מחרישה 22
גימונים 270
גלוסטרא & קלוכטרא 130
גפת 18
גרר 134
גריצין 290
גרופינא 331

ד

דבר 371
דברי כבושין 361 & 362.
דוגמא 39
דיומדין 83
דיוטאה 122
דיוטא 42
דיר 84
דייתיקי 409
דיני המת 74
דלתות ניקנור 224
דמאי 44 & 60
דסוס 25
דרך המינות 401
דרכיות 244
דרכון 180
רשושות 408

ה

הבל & הבהיל 7
הגרוס בן לוי 225
הדר עם הנכרי בחצר 107
הוצאה 2
הזורק ארבע אמות בכותל 43
הזורק מרשות היחיד 41
הזורק מן הים ליבשה 44
הזורק ונזכר מאחר שיצתה 44
הזורק בים ארבע אמות 43
היכן היו משתחוים 195
היתר נדרים פורחים באויר 416
הכל חייבין בראיה 413
הכל כשרין לקרות המגלה 393
הכותב בי׳ אותיות 45
הכנסה 2
הכשר מבוי 78
הלכות שבת חגיגות והמעילות הרי הן
כהררים התלויין בשערה 416
הלל בפסח 273 & 173
הלל הפסח 376, 153 & 154
המוציא חבל כדי לעשות אזן 32
המוציא תפילין מכניסן זוג זוג 125
המוציא תבן 31
המיינא 277 & 133
המכנה בעריות 402
המקדיש נכסיו 190
המנכש 45
הנוטל צפורניו 41
העושה סכתו תחת האילן 259
העושה שתי בתי נירין 48
העובר לפני התיבה 350 & 356
הפסח שנזרק דמו ואחכי נודע שהוא
טמא 169
הצביע 212
הציץ מרצה 160
הקורא בתורה לא יפחות מג׳ פסוקים 399
הקורע בחמתו 48
הקורה שרחבה כדי לקבל אריח 79
הקובר את מתו שלשים יום קדם לרגל
וכו׳ 410
הרוחץ במי מערה ושבריא 70
הר הבית 375
השוקל על ידי עני 180
מצרפין שקלים לדרכנות 180
התרומה מה היו עושין בה 181

ו

ואלו ומן ההלכות שאמרו בעליית חנניה 5
וירוי בפר של כהן גדול 222
ולד הטומאה 137

ז

זב שראה שתי ראיות או שלשה 165
זיתום המצרי 142
זומן של צובעים 142
זמן עצי כהנים 381
זין שלפני חלון 127
זירין 75
זריקת הדם 234 & 236

ח

חבורה שאבדה פסחה 170
חבילי קש אין מסככין בהן 261
חבילי קש עיצים וצררים 60
חבית שנשברה מצילין 69
חביתין 214
חגיגה היתה באה מן הצאן 156
חגיגה מעה כסף 415
חדקין 129
חובה 238
חוורן 331
חוטין 22
חוטי שער 25
חוטם 20
חולי של מועד 403
חולטין 141
חוליית 43
חומץ ארומי 142
חוץ 2
חורי 289 & 290
חותה 229
חזן הכנסת 357
חטאת ואשם ודאי מכפרין 257
חטה הוא עץ הדעת 312
חזן הכנסת 244
חזרת 141
חייב 2
חיה רעה 373
חכמה 61
חילוק לחם הפנים 279
חיצונים 401
חלון שבין שתי חצירות 113
חלות של תודה 136
חלתית 66
חליל בסוכה 276
חלילין 74
חלץ 412
חמץ של עכום 139
חמור יוצא במרדעת 21
חמשה דברים אירעו אבותינו בשבעה עשר
בתמוז 382
חמש חצירות פתוחות זו לזו 111
חמש חבורות ששבתו בטרקלין 111
חמשה דברים באין בטומאה 159
חנוכה 315 & 117
חנוכה 369 & 370
חנונות 22
חנקת 23
חקה 239
חרב הבית 383
חרגיל 28
חרוסת 142 & 173
חרחבינה 141
חריץ שבין שתי חצירות 114
חרם 376

ט

טבל 14
טבילות וקדושין 218 & 219
טבול יום 137
טהרו של מזבח 237
טוטפות 23
טומנין בשלחין ומטלטלין 19
טומאת התהום 160
טוען קורה ראשונה 408
טלאים 213
טרף בקלפי 226

י

יבלת 132
יד הקדש על העליונה 191
יובלות 308
יום הכניסה 387 & 388
יום טוב של ראש השנה שחל להיות
בשבת 344
יום טבות 418
יום טוב הראשון של חג 272
יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה 252
יחידים 358 & 360
ינומלי 66
יעל פשוט 341
יציאות השבת 1
יציאה 2
יצתה כת ראשונה ונכנסה 153
ישראל יוצאין ידי חובתן בנדרים 415
יתד של מחרישה 58

כ

כבני מרון 312
כבש שעיר המשתלח 188
כבש לשעיר המשתלח 240
כבלים 25
כבולות 21. 23, 24
כהן שיש בידיו מומין לא ישא את כפיו 400
כופת 16
כותלת 41
כורכין את שמע 149
כוס העקרין 51
כופין קערה על גבי הנר 55
כותל שבין שתי חצירות 113
כותח הבבלי 142
כחול 33
כירה שהסיקוה בקש 14
כיצד מפרישין חלה בטומאה 143
כיצד משתתפין במבוי 115
כיצד צולין את הפסח 159
כיצד מעבירין על טהרת העזרה 424
כל גגות העיר רשות אחת 123
כל הכלים ניטלים בשבת 58
כל היום כשר לקריאת המגילה 393
כל השופרות 340
כל האוכלין אוכל אדם לרפואות 51
כל הלילה כשר לקצירת העומר 394
כל היוצא מן העץ אין מדליקין בו 11
כל היום שיש בו הלל אין בו מעמד
בשחרית 380
כל המסתכל בארבעה דברים ראוי לו כאלו
לא בא לעולם 416
כלה 252
כלאים 176
כלב שוטה 256
כלונסאות 331
כלים הנגמרים בטהרה צריכין טבילה
לקודש 421
כלכול 34
כלל גדול בשבת 28
כפיית המטה 384
כריכות 126
כר וכסת 20
כרכין המוקפין חומה 387
כרכר

INDEX RERUM

מפסיקים קריאת שמע 3
מפספסים 75
מפרישת כהן גדול 206
מצורת לולב 274
מצות ערבה 274
מצליף 234
מציינין את הקברות 176
מציינין את הקברות 404
מצילין מזון ג' סעודות 54
מצנפת 249
מקדרין 104
מקום פטור 2
מקום שנהגו למכור בהמה דקה 146
מקום שנהגו לאכול צלי בערבי פסחים 147
מקום שנהגו לעשות מלאכה בערבי פסחים 146
מקפה שתסרח 267
מקלפין את הכלים 52
מקרסם 45
מרובה בגדים 391
מרדעת 21
מרחיצין את המילה ביום ג' 36
מרחיצין את הקטן 63
מריצה 202
מרפסת 119
מרצופים 34
מרפק 40
מרור 87
מרור 141
משחשיכה 359
משיאין משואות 329
משילין פירות דרך ארובה 297
משיקין 288
משלחים כלים 287
משלשלין את הפסח 9
משמש a משה 71
משניטל הארון 233
משערין את הלשכה 190
מתחטא 376
מתבן שבין שתי חצירות 114
מתירין פקיעי עמיר 75
מתן תורה 385
מתנה אדם על הכלכלה 94
מתנה אדם על עירובו 91
מתנות כהנים 285
מתנות עניים 389

נ

נאקה 52
נגר שיש בראשו גלוסטרא 130
נגר הנגרר ומונח 131
נדה מטמאה במשא 35
נרבה ונדר 389 & 239
נדוי 376
נוטל אדם קורנס לפצע 57
נוטלין לידים לחולין 419
נוטל רשות 110
נותר 16
נחל קדרון 236
נזופין 360
נייר מחוק 33
נכרי שהדליק את הנר 56
נכרי שבא לכבות 55
נסורת 18
נסרים 262
נפשות 102
נפט ונפת 11
נעילה 380 & 377
נקליטי המטה 261
נשיא 362
נשר 260
נתנו עירובו באילן 89

ס

סדר תעניות 370 & 361
סדר תקיעות 353
סרין

מורה ומלקוש 357
מושכין את המים 404
מותר הקטורת 189
מותר שירי הלשכה 188
מותר תרומה 188
מותר נסכים 188
מותר שקלים מותר עשירית האיפה מותר קיני
זבים וזבות יולדות חטאות ואשמות :
מותר עולה ומנחה ושלמים ונזירים ועניים
והמתים 183
מזלג 57
מזחילה 128
מזורע מוסגר ומוחלט 390
מזכירין גבורת גשמים 355
מחט של יד וסקאין 57
מחלצים 406
מחצלת של קנים 284
מחתכין את הדלועים 76
מחוסר כפורים 422
מחשיא 55
מחשיכין על התחום 73
מטוטלת 21
מטלית 76
מטפחות הספק וספרים וידים 409
מטרפת 373
מיחם 16. 17. 163
מילדת 61
מיתה ויום הכפורים מכפרים 257
מי שאבד ממנו חותמיו 194
מי שהוציאוהו גוים או רוח רעה 95
מי שהחשיך בדרך 74
מי שהיה טמא או בדרך רחוקה 167
מי שהיו לו שתי תינוקות 63
מי שיש לו אכלים מרובים ונכסים מעטים או
בהפוך 415
מי שלא חג ביום טוב הראשון של חג
חוגג את כל הרגל וכו' 416
מכבש 67
מכליב 406
מכנבתא 24
מכנסים 249
מכנקא 23
מלא לוגמיו 254
מלא פי תנור 373
מלנקוניא 13
ממונה על החולין 248
ממונים שהיו במקדש 192
מנורה 408
מנחה וסמוך למנחה 3
מסרגין את המטות 406
מסרט 47
מסתת 45
מעברין 102
מעוות שאינו יכול לתקון 416
מעות שנמצאו בין השקלים 198
מעות שנמצאו לפני סוחרי בהמה 199
מעזיבה 262
מעגילה 406
מעיל 249
מעיין שיצא בתחלה 403
מעל 237
מעלין בקדש ולא מורידין 196
מעכולות & מאכלות 228
מעפורת 4
מעצד 45
מערכה 230
מערבין בדמאי ובמעשר 88
מעשה 375 & 366
מעשה בראשית אין דורשין בשנים 416
מעשה מרכבה 417
מעשה תמר מעשה ראובן מעשה עגל
מעשה דוד ואמנון 402
מפירין נדרים בשבת 76
מפנין אפילו די והי קופות 59
מכנס 264

כרכר 34
כרמלית כארמלית 2. 1
כרכר 57
כרשינין 7
כשר וראוי 31
כתית 32
כתם 37
כתונת 249
כותבת הגסה 253

ל

לא יצא החייט במחטו 4
ולא הלבלר בקולמוסו *ibid.*
לא ישב אדם לפני הספר 3
לא ישכור פועלים בשבת 72
לא יקוב אדם שפופרת של ביצה 12
לא יצא האיש בסנדל 24
לבובים 346
לובדקים 20
לוד 321
לולב וערבה בסוכה 273
לולב היה נוטל במקדש שבעה ובמדינה
יום אחד 345
ליף 60
לויים נתקלקלו בשיר 346
לוקטמין 27
לחם הפנים 192
לחיין עשרה טפחים 23 & 80
לעולם ועד 223
לעולם יעשה אדם עצמו תלמיד חכם 148
לשון של זהורית 188
לשון של זהורית 36
לשון של זהורית 226
לשכת חשאים 194
לשכת הכלים 232
לשכת הכלים 194
לשכת פלהדרין 206

ם

מגים 242
מאימתי מזכירין גבורת גשמים 355
מיאמתי ·נותנין רשות 110
מבוי שהוא גבוה למעלה מכי 78
מבטל רשות 110
מדלגין בנביא וכו' 499
מגרל 90
מגדל עדר 200
מגל 295
מברין 412
מגיפין 24
מגילה 176
מגילה נקראת באחד עשר 387
מגילת תענית 368
מדינה 272
מגירה 57
מה בין פסח הראשון לשני 168
מה בין שקלים לחטאת 182
מה בין פסח מצרים לפסח דורות 169
מה בין המשמש ועבר 391
מזבח הזהב ומזבח הנחושת שהן בקרקע 424
מוגמר 290
מוריעית 422
מומין 18
מוט ומוטה 292
מוכני 224
מועד קטן 403
מומחה 104
מומחה 292
מודיעים 168
מוצא 274
מורסנן 31
מורידין לפני התיבה 363
מוקצה 297
מוקצה 84

סדין של בוץ	67 & 219
סגן	223
סובין	31
סודרין	16 & 243
סוכה בכרעי המטה	265
סוכה המדובללת	*ibid.*
בראש העגלה או ספינה	*ibid.*
סוכה בין האילנות	265
סוכה שהיא גבוהה מי' אמה פסולה	259
סוכה גדולה	263
סולם	22
סיגר	40
סירוגין	392
סלון	16
סלע וסלעא	26
סנבוטין	23
סנדל המוסמר	24
סם	256
סמוך לגשמים	356
סעודת אריסת	145
ספר רפואות	149
ספינה טהורה	35

ע

עבורה של עיר	105 & 105
עגלה של קטן טמאה מדרס	290
עולות במועד באות מן החולין	415
עולשין	141
עוקצין ועוקרה	31 & 122
עור כדי לעשות קמיע	33
עור בית אחיזה	69
עושין כל צרכי מילה	62
עושין כל צרכי המת	74
עושין פסין לביראות	83
עטרן	11
עיר גדולה איזהו	388
עיר הנדחת	267
עיר זהב	23
עיר חרשה	105
עיר של יחיד ונעשית של רבים	105
עירובי תבשילין	287
עירוב הנתגלגל חוץ לתחום	90
עכסים	25
על ידו	220
על שלש עבירות נשים מתות	13
על שלשה דברים צריך אדם לומר בתוך ביתו בע"ש	14
על שני חדשים מחללין את השבת	319
עלי	284
עליית חנגיה	5
עלס אלמנטב	259
עמדו בתפלה	363
עניבה וענף	346 & 133
עצמות וגידין של פסח ישרפו	161
עץ הפרור	286
עצי המערכה	381
עצרת אחר השבת	418
עקור ועקרבין	21 & 87
עצרה	31
עבב	55
ערבי נחל	346
ערב יום הכפורים	209
ערבה ועורבה	255
ערבי פסחים סמוך למנחה	172
ערוגה ו' על ו' טפחים	35
עשרה בטלנים	388
ערר על המת	405

פ

פאה נכרית	26
פגול מטמא את הידים	175
פואה ואלפואה	37
פולטת שכבת זרע ביום ג'	36
פורים	270
פורס על שמע	357
פורסין את שמע	399
פטור	2
פטורין מן הסוכה	267
פטיש	30
פטמה	270
פטמין	130
פטפוט	33
פיטם	343
פילומא	71
פיסות ארבעה	213
פלוסין	221
פלייטון	24
פלפלת	38
פסכתר	133
פנים	2
פסח ראשון	163
פסח שיצא או שנטמא ישרף	161
פסח שנתערב בזבחים	170
פסח אחר חצות מטמא את הידים	175
פסח שבא בטומאה	168
פסח ששחט שלא לשמו בשבת	157
פסח ששחט שלא לאכליו	158
פסח ששחטו שלא לשמו	151
פסח ששחטו שלא למנויו	151
פסח וכל הזבחים נשחטים לשמן	152
פסח נשחט בשלש כיתות	153
פסיקיא	52
פקוק	22
פקח	256
פקחין	54
פקיע	213
פקיעי עמיר	75
פקק החלון	59
פר קרב בעשרים	216
פרה ושעיר המשתלח	188
פרוזבול	409
פרוכת שנטמאת בולד או באב הטומאה	203
פרורים	139
פרופה	231
פרופות	26
פרטרט	182
פרי עץ הדר	346
פרימה ופריעה	390
פרס	229
פקק	262
פר של כהן גדול	222
פרומביא	20
פרוס הפסח	184
פרחי כהונה	210
פריעה	62
פרק בשיר	225
פרשיות בפסח בעצרת בראש השנה ביום הכפורים ובחג	396
בחנוכה בפורים במעמדות	397
בראשי חדשים ובחולי של מועד	398
פתילת האידן והמדבר	10

צ

צבתים	126
צופים	145
צוק	240 & 241
ציני הר הברזל	268
צינית	26
ציץ	23
ציין	249
ציר	131
ציר	254
ציר	285
צלוחית של מים	216
צפיעי בקר	66
צפצפה	268
צרורות	21
צריף	264

ק

קבלה	361 & 362
קדושי נשים	402
קדש ידיו ורגליו	*ibid.*
קוביא	72
קופת הרוכלים	38
קופיץ	295
קוביא	322
קולן של סופרים	142
קורה	406
קורנס	45
קטבלאות	186
קטורת של שחר	210
קטלא	23
קטן בראייה	413
קטן נימול לשמנה לתשעה	64
קטן קורא בתורה ומתרגם	400
קטן שאינו צריך לאמו	267
קטראן	38
קיטע יוצא בקב	27
קילון	403
קילור	32
קייץ המוכח	184
קיץ המזבח	188
קירויה	58
קיתון	267
קלקולי המים	404
קלבון ושעורה	179
קלפי	223 & 226
קלע במקלעות	242
קנה של זיתים	57
קנוף	260
קנקנתום	46
קנקנתום	392
קריאת הגבר	211
קראים	329
קונדרס ורמח	90
קרבן מוסף	380
קרבן עצים	380
קריעה	62
קרני חגבים	144 & 145
קרפף	84
קרפף	294
קדש ידיו ורגליו	219
קשר מוכסין	33
קתילוקין	163

ר

ראייה שתי כסף	413 & 414
ראש בית דין אומר מקודש	334
ראש בית אב	223
ראש הכנסת	244
ראש השנה למלכים ולרגלים על מעשר ולשנים וליובלות ולנטיעה ולירקות ולאילן	300
ראש השנה מערב אדם בי' ערובין	94
ראשי כנפים	162
רביעה ראשונה יורה	370
רגול	22
רגיל	363
רגלים מפסיקין ואינן עולין	410
רובד	228
רוקין שבירושלם	202
רחיים של פלפלין טמאה	290
רטייה	131
רים	240
רעלות	26
רעפים	297
רצועה	22
רקק מים	43
רשות הרבים והיחיד	1

ש

שבעה דברים התקין בית דין 201
שבשבת 33
שבת שחל להיות תשעה באב 384
שבתון 64
שדפון 372
שואל אדם מחבירו 72
שוה יובל לראש השנה 342
שומרת יום כנגד יום 165
שופר של ראש השנה 350
שוברין 409
שומירה 85
שומר חנם 187
שופכין 32
שופר של ראש השנה 341
שופר שנשרק 342
שופרות במקדש ובמדינה 180
שופרות וקרן 340
שחוזות 21
שחוני 231
שחט ישראל וקבל הכהן 153
שטרי מיאונים 409
שטרי בירורין וחליצה 409
שיאור 144
שיירא שחנתה 81
שיעור המלבן 48
שיעור תקיעות 353
שירי הלשכה 188
שירי הדם 236
שירים 86
שיר של יום טוב 347
שכר 142
שלוחי מצוה פטורין מן הסוכה 266
שלחנות במקדש 178
שלמים במועד באים מן המעשר 415
שלש נשים לשות כאחת 144
שלש רגלים 413
שלש תעניות ראשונות 366
שלשה עשר שופרות 195
שלשה עשר שולחנים *ibid.*
שלשה עשר השתחויות *ibid.*
שלשה דברים החמיר רבן גמליאל כדברי בית הלל 289
שמיטות 308
שמן שריפה ושמן קיק וכרוע 10
שמנה עשר כלים 54
שמנה שרצים האמורים בתורה 50
שמתא 376
שן כותבת 26
שני שעירי יום הכפורים 238
שנים שנתערבו את פסחיהם 172
שער 69
שעת הגיתות והבדים 422
שקלים יש להם קצבה 182
שרץ שנמצא במקדש 133
ששה דברים עשו אנשי יריחו 149
ששה דברים עשה מלך חזקיה 149
שתי חצירות זו לפנים מזו 112
שתי חבורות שהיו אוכלים את הפסח בבית אחד 163
שתי פרוכות 231
שתיה 233

ת

תבלין שרוכין במרוך 286
תיבה 361
תיק 53
תכשיטים 25
תמחוי 17
תמיד נשחט בשמונה ומחצה 150
תמיך קרב בתשעה 215
תנור שהסיקוה בקש 15
תענית 355
תפילין 24
תפילין ומזוזות וספרים אין כותבין במועד 410
תפלה עגולה 401
תפלה pro תפלין 401
תפוח 173
תלשין 72
תכשיטי נשים 406
תקון גדול 277
תקיעות בסוכה 278
תקרה 262
תרומה 60
תרווד 34
תרומה טהורה עם הטמאה 151
תרים 25
תריסין 284
תרם ותרומת המזבח 211 & 212
תשעה באב 315
תשעה באב 382
תשעה באב 370

FINIS.

INDEX RERUM
ET
VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

A.

ABh, decimus quintus illius dies omnium maxime feſtivus. 385
Abh, nono illius die quinque res luctuoſæ acciderunt. 382
Abrahami mentio facta in jejuniis. 364 & 365
Abtines noluit docere modum conficiendi ſuffitum. 225
Accendere eſt opus principale. 29
Acerræ aureæ & argenteæ. 153
Acerræ non erant fimbriæ quibus conſiſtere poterant. 153
Acetum Edomæum. 142
Adipes & membra etiam tota nocte adoleri poſſunt. 394
Adipis eductio ex agno Paſchali. 154
Ædificationis menſura ob quam quis reus eſt die Sabbathi. 45
Ager ſiticuloſus quando rigari licet. 403
Ærarium ter in anno implebatur Siclis. 184. Et per quem 185
Æſtas altaris. 189
Agni Paſchales commixti pro duobus ſodalitiis. 171. Vel duorum hominum. 172
Agnos ſeptem perfectos & anniculos offerebat pro ſe pontifex maximus die expiationis. 247
Agnus Paſchalis duorum annorum. 170
Alienigenæ nihil vendere licet, neque in humerum elevare circa veſperam Sabbathi. 8
Altare aureum coram Domino erat. 236. cui aſpergitur ſanguis *ibid.*
Altaris expurgatio quæ quotidie ad galli cantum peragebatur à pontifice maximo. 211
Altaris magni & parvi differentia. 391
Amen in benedictione aliquando omiſſum. 365
Amilam coquorum. 142
Anni ſeptimi fructus ſi quis vendebat, ad teſtandum illegitimus erat. 324
Annorum conſtituendorum tempus deſignatur. 300
Annorum principia ſunt quatuor. 300 & 306 & 307
Annus dimiſſionis ſive Sabbathicus. 308
Antichi vas aliquod. 16
Aperire januam è loco privato in publicum non licet, imo nec vice verſa. 130
Apoſtomus combuſſit legem decimo ſeptimo Tammus. 382. Et idolum in templo ſtatuit. *ibid.*
Appetitu canino laboranti licet die expiationis edere. 255
Aquæ amaræ totum diem mulieri ad adulterium declinanti porrigi poſſunt. 394
Aquæ effuſio in feſto tabernaculorum per ſeptem dies. 273 & 275
Aquæ libaminis in feſto tabernaculorum adferebantur in aurea amphora è Siloach. 276
Aquæ Mearæ. 70
Arabum ſive Judæorum in Arabia degentium mulieres quibus ornamentis in Sabbatho exeant. 26
Arare eſt opus principale. 29
Arbor ſi terram obtexerit, & corpus ejus à terra non fuerit altius tribus palmis, licet transferre ſub ea ſine mixtura termini. 129
Arborum & herbarum annus conſtituitur. 300
Arborum plantatio prohibita in jejuniis. 360
Arca è templo abducta. 233
Arca in jejuniis producebatur. 361
Areæ quas expurgare licet in Sabbatho ob viatores &c. 59
Areola ſex palmorum. 35
Ariach. 79
Arietes copulati exeant in Sabbatho, vel non. 21 & 22
Arieti offerendo undecim deſignabantur ſacerdotes. 216
Arſela, quamvis Iſraëlita, duxit hircum emiſſarium. 240
Aſchlech. 37
Aſinus & aſinus Lybicus quibus inſtrumentis exire poſſit, vel non. 21 & 22
Aſſatio vetita circa veſperam Sabbathi. 9
Aſſeres die feſto removere non licet. 285
Aſſerum uſus juxta fontes & puteos. 83 & 84
Atramentum aut colores macerare non licet veſpera Sabbathi, etſi adhuc dies ſit. 7
Atrii & Marpeſet incolæ qui obliti ſunt mixturam facere, quo jure tenentur. 118
Atrii exterioris incola ſi oblitus ſit mixturam facere, tum interius licitum eſt, ſed exterius vetitum. 113
Atrii unius aliquot viri quorum unus oblitus eſt miſcere domum cum atrio. 109
Atriorum trium mixtura, quorum unum eſt in altero. 112
Atrium magnum & Beth Janſek dictum. 331
Atrium nemo intrare poterat niſi lavaſſet ſe. 218
Atrium quod perruptum fuerit verſus locum publicum à duabus plagis. 124
Atrium ſi minus fuerit quatuor ulnis, non effundunt in eo aquas in Sabbatho. 122
Aureæ veſtes pontificis ſummi. 219
Azazel. 226

B.

BAbylonii hirco emiſſario crines evellebant. 240
Baitoſci. 324
Balnea ingredi non licet circa veſperam Sabbathi. 3
Balteus. 248
Barbam & myſtacem radere. 41
Benedictio Paſchalis. 173 & 174
Benedictio publicá non minoribus quam decem perſonis præſentibus perficitur. 399
Benedictio requiritur in omnibus præceptis. 398
Benedictio ſacerdotalis aliquando fiebat quater in die. 377
Benedictio ſacerdotalis non legitur nec Chaldaice exponitur. 402
Benedictionum aliquot formulæ illegitimæ. 401
Benedictionum ordo. 348
Bethbaltin. 331
Beth-Janſek. 331
Bilga quare ſemper in meridie miniſtrabat, & angulus fixus atque capſa illius occluſa. 280
Bither urbs capta nono die menſis Abh. 382
Bona fundi æſtimantur à novem & ſacerdote, & homine illis ſimili. 399
Bonorum ſanctificatio. 190
Braccæ & cingula ſacerdotum detritæ incendebantur in gaudium feſti tabernaculorum. 277
Buccina feſti novi anni erat de rupicapra
Buccina legitime *clangitur per totum* diem. 393
Buccina ſciſſa & glutine juncta, illegitima eſt. 342
Buccinatio in Paſchate. 153
Buccinationes in templo enumeratæ. 278
Buccinæ aureæ à Gamla factæ. 223
Buccinæ omnes in feſto anni legitimæ ſunt. 340. Præter cornu vaccinum. *ibid.*
Buccinam novi anni non deducunt extra terminum Sabbaticum &c. 351

C.

CAlce olim ſe oblinebant mulieres ad pilos evellendos. 406
Calceorum inductio vetita in die expiationis. 252
Calefactorium. 17
Calida abſcondere non licet die feſto. 289
Cameli quibus rebus exire poſſunt die Sabbathi, vel non. 20
Campanularum uſus. 26
Canales aquarum comparabantur ex reſiduis ærarii nummis. 188
Canis furioſus. 265
Capræ ligatæ exeant in Sabbatho, & oves quoque. 21
Caput eccleſiæ. 244
Caraitæ. 328 & 329
Carbones facere non licet die feſto. 295
Caro aſſata comedi nequit in nocte Paſchatis. 147
Caro diverſis in locis reperta. 199
Carmelith. 1 & 2
Caro polluta non comburenda eſt per filium immunditiei. 136
Caro ſancti ſanctorum quæ polluta eſt per patrem vel filium immunditiei. 204
Carpheph. 102

Caſſi-

Caſſidis uſus in Sabbatho vetitus. 24
Catini filius fecit duodecim epiſtomia labro. 224
Caupo mixturam facere poteſt pro alio. 117
Cerevifia Mediæ. 142
Chagiga. 176
Chagigæ ſacrificium propter lectionem Megillæ propellebatur. 389
Chanucca. 315
Charta ad aſſandum piſces. 296
Chiskias Rex ob tria opera laudatus, ſed ob tria vituperatus. 149
Choni Maaglenſis hiſtoria. 374
Chori. 289
Cibi quantitas pro mixtura octodecim vel plurium hominum. 116
Cibi ſicci comeduntur manibus impuris, ſi ſint oblationis primæ; at non ita, ſi res ſanctæ ſint. 421
Cibum lugenti à proximis conſanguineis parandum. 412
Cibum trium menſarum ab igne eripere licet die Sabbathi. 54
Cibus die expiationis vetitus. 252
Ciſtis educendorum Siclorum ſolemnis formula. 186
Cinis combuſtionis. 362
Circumcidendi tempus determinatur. 64. Et de iis qui circumciſionem remorantur. *ibid.*
Circumciſionis opera in Sabbatho conceſſa. 62. Notantur præterea varii circumciſionis ritus. 62
Circumciſus tertio die lavari debet etiam in Sabbatho. 36
Ciſtis ſiclorum inſcriptæ erant literæ. 186
Ciſtæ erant in Sanctuario & in provincia in quas immittebant ſiclos. 180
Ciſtulæ tredecim erant in ſanctuario. 195 & 197
Civis alicujus urbis non munitæ, ſi iverit ad munitam, aut contra, legere debet eo tempore quo illi legunt quibuſcum eſt, ſi non rediturus ſit; ſin minus, leget uti in ſuo loco legunt. 393
Clangor buccinæ in fovea, vel ciſterna, vel dolio auditus. 343
Clangoris uſus ob quas res inſtitutus. 372 & 373
Clangorum ordo ter repetitur. 353
Cœnaculum ſi quis ædificaverit ſuper duabus domibus, ſub illis transferre licet in Sabbatho. 125
Collybum dare tenentur Levitæ, proſelyti, Iſraëlitæ, & ſervi manumiſſi. Sed ſacerdotes, mulieres, ſervi, & minorennes immunes ſunt. 179
Collybi menſura. 180
Columbas ſi quis volare docebat, ad teſtimonium illegitimus erat. 324
Columna aurea in ſanctuario. 234
Columna ſecunda. 235
Coma aliena mulierum. 25
Comam alere. 41
Commiſtio fieri poteſt per omnem rem præter aquam & ſal. 87
Communicatio fieri poteſt per omnem rem, præter aquam & ſal. 87
Comparitio ſolemnis, quæ ter in anno fiebat. 413. Perſonæ quæ ad illam tenebantur, vel excipiebantur. *ibid.*
Comparitio poſtulat duos nummos argenteos, ſacrificium unum. *ibid.*
Compedes immundæ. 25
Compedibus ſe ligabant virgines, ne virginitas quid detrimenti caperet. *ibid.*
Conclave Chananiæ fil. Geron. 5
Conclave vaſorum. 194
Conclave occultorum. 194
Concubitus die expiationis prohibitus. 252
Condire quibus rebus liceat. 18 & 19
Condimenta aliter die feſto quam profeſto contundenda. 286
Confeſſio decimarum, juvencorum, & diei expiationis totum diem perfici poteſt. 394
Confeſſio peccatorum ſuper juvencum. 222
Confeſſio peccatorum ſuper juvenco. 226
Conſtitutiones aliquot dictæ in conclavi Chananiæ. 5
Convivia quatuordecim quæ homo in tabernaculo celebrare tenetur. 266
Coquere eſt opus principale. 29
Corbem tortis plenam eripere licet in Sabbatho. 54
Cornu & buccinæ differentia. 340
Corona aurea in formam urbis Jeruſolymæ. 23
Corpora legis. 416
Coruſcationis formula. 277
Cribrare eſt opus principale. 29
Culia Hiſpanica. 69
Currus Jecheskielis. 402
Currus Jecheskielis non exponendus niſi per Sapientem. 416
Currus minorennis die Sabbathi deferri poteſt & polluitur calcatione. 290
Cuſtodiæ ſacerdotum tribus anni temporibus erant æquales. 279
Cutach Babylonicum. 142
Cuthæi novilunium falſo indicaverunt. 329. & 330. Unde denominati. *ibid.*
Cuthæi vel idololatræ ſiclus non recipitur. 179
Culter decimo quarto diè menſis Niſan inventus. 203
Cultrum die feſto acuere non licet. 273
Cymbalis præfectus. 192

D.

DArcanoth. 180
Davidis & Ammonis hiſtoria non exponitur Chaldaice. 402
Davidis mentio fit in jejuniis. 365
Dealbare eſt opus principale. 29
De eo qui exiverit extra terminum Sabbathicum. 97
Decem benedictiones memorationis, & decem buccinarum. 350
Decem benedictiones Regni Dei. 350
Decem perſonæ requiruntur ad omnem rem ſanctam, ad elevationem manuum, & ad lectionem legalem, & Haftaram, & benedictionem ſponſorum &c. 399
Decimæ beſtiarum ter in anno colliguntur. 184
Decimæ frumenti & pecoris, & primogenituræ ſolvuntur etiam non ſtante templo. 205
Decimæ pauperum. 304
Decimarum pecunia omnia emi poſſunt, præter aquam & ſal. 87
Decimatio prohibita eſt die feſto. 186
Decimationis anni initium. 300
Decimandi modus. 305
Decimis primis fieri poteſt mixtura Sabbathica. 89
Decoriare eſt opus principale. 29
Decreta Synedrii ſeptem. 201
Demai fieri poteſt mixtura Sabbathica. 89
Deus alienus. 25 & 26
Deus vulpis notatur. 27
Die expiationis vetitus erat cibus, potus, lotio, unctio, inductio calcei, miniſterium lecti. 252
Die feſto in Sabbathum incidente, non clangebatur in templo propter ritum novi anni. 344
Die feſto qui incidit in Sabbathum non licet coquere. 287
Diei feſti, Sabbathi, & Sabbatiſmi comparatio. 291
Dierum feſtorum, expiationis & Sabbathi differentia. 389
Dies mactationis holocauſtorum in feſtis comparitionis. 418
Dies percuſſionis ramorum. 275
Dies omnium maxime feſtivi fuerunt quintus decimus menſis Abh, & dies expiationis. 385
Digitorum movendorum ritus coram ſummo pontifice. 210
Dividere orationem Audi &c. 399 & 400
Dolium ſi in Sabbatho confractum fuerit, licet ex eo eripere cibum trium menſarum. 69 & 70
Domus Abtines. 209. In ea conficiebatur ſuffitus. *ibid.*
Domus lotionis. 217 & 218
Domus hauriendi. 276
Domus inculpata. 363
Dona pauperum in feſto Purym. 388 & 389
Dona quæ die feſto mitti poſſunt. 286
Dona ſacerdotalia quænam. 285

E.

EDere & judicare non licet circa veſperam Sabbathi. 3
Educere è poteſtate in poteſtatem eſt opus principale. 29
Eductiones Sabbaticæ è loco privato in publicum, & vice verſa. 2 & 3
Ellychnia diſcindere non licet die feſto. 296
Emplaſtrum quod excidit è vulnere, licet in ſanctuario die Sabbathi reponere. 131
Ephod. 248
Eſus accidentalis. 266
Excoriationis & membrorum ſectionis par eſt ratio. 216
Expiationis dies omnium maxime feſtivus. 385
Expurgatio altaris in principio per quemcunque fiebat, & per eum qui altare aſcendendo anteverterat. 211
Expurgatio Trumæ & decimarum die Sabbathi. 59

F.

FAſciculi qui in Sabbatho auferri poſſunt, vel non. 60

Femo-

Femoralia. 248
Feneſtra quæ aperta eſt inter duo atria quatour palmorum in quadrum. 113
Feretrum in platea non ponendum. 412
Fermenti comedendi tempus eſt uſque ad horam ſextam. 35
Fermenti & fermentati quantitas olivæ eſt in ſanctis. 282
Fermenti expurgandi tempus ac ritus ante Paſcha. 134
Fermentum Iſraëlitæ ſuper quo gentilis mutuo dedit. 134
Fermentum quamdiu comedere licet, tamdiu pecori comedendum proponi poteſt. 138
Fermentum gentilis ſuper quod tranſiit Paſcha. 129
Feſti parvi denominatio & jus. 403
Feſtorum annus. 300
Feſtorum ordinatio in Tiſri. 315
Feſtum initiationis. 370
Feſtum ſeptimanarum ſi inciderit in Sabbathum. 418 & 410
Feſtum ſortium. 370
Filii quibus rebus in Sabbatho exire poſſint. 27
Flammæ elevatæ in ſignum novilunii. 329 & 331
Fluxu laboranti viro non licet comedere cum fœmina fluxu laborante. 4
Fontes circumdantur quatuor Dijumedin. 83
Forma tranſit, id eſt perit. 161
Fornacis menſura & modus. 373 & 374
Foſſa inter duo atria, profunda decem palmos, & lata quatuor, &c. 114
Fratrum nonnullorum, qui ad menſam patris edunt, at in domibus ſuis dormiunt, mixtura conſiderata. 111
Frontalia & ſubfrontalia mulierum quibus in Sabbatho exeant. 23
Frontalia mulierum. 25 & 26
Fructus die feſto, at non die Sabbathi per feneſtram demittere licet. 297
Fructuum anni ſeptimi tranſlatio conſideratur. 147
Fucum adhibere vetitum. 41
Furnorum ac furnulorum differentiæ. 14 & 13
Fucus ad oculos fucandos. 33

G.

Galli cantus notatur. 211
Galli cantus denuo notatur. 2[illegible]7
Gamaliel tria aggravavit juxta Hillelem. 289. Et tria levavit. 290
Gonbe Eli unde cognominatus ſit. 381
Garmu ejuſque familia memoratur in pane propoſitionis conficiendo. 225
Gentilis opera in quibuſdam rebus in Sabbatho pro Iſraëlitis licita. 56
Gentilis ſi è provincia maritima miſerit holocauſtum cum libamine, offerri debet. 201
Gerophina. 331
Gichonis aquæ clauſæ Chiskia Rege. 149
Gradus altaris die expiationis alio modo aſcendebant quam diebus aliis. 230
Gradus quindecim in atrio Iſraëlis. 277
Gradus ſuper quem emittebatur hircus emiſſarius. 240
Grallæ notantur. 26
Graviora quædam in oblatione prima quam in ſanctis. 421
Graviora quædam in ſanctis quam in oblatione prima. 420
Gravitas urbis quid? 105

H.

Hagiographa ſcribi poſſunt in omni lingua. 350
Helena fecit candelabrum aureum juxta oſtium templi. 224. Et præterea etiam tabulam declinantis fœminæ. *ibid.*
Heterogenea in neceſſitatem feſti conducentia etiam die feſto mitti poſſunt. 282
Heterogeneorum proclamatio. 176
Hirci duo diei expiationis pares eſſe debebant aſpectu, ſtatura, & pretio &c. 238
Hirco emiſſario alligatur filum coccineum. 36
Hirco emiſſario manus imponit pontifex, & confitetur. 239
Hircus adducitur ad pontificem maximum, mactatur, & ſanguis illius ſpargitur. 235
Hircus emiſſarius detruditur de rupe. 241
Hircus emiſſarius emebatur ex ærario publico. *188. Sic etiam lingua coccinea, & gradus in quibus educebatur. 188*
Hircus emiſſarius per quemcunque educi poterat. 240
Hircus emiſſarius ſtat in loco unde emittendus erat. 226
Hœdus adornatus quinam. 290
Hogrus Levita cantandi peritus erat, ſed alios docere nolebat. 225
Holocauſta adducenda de rebus profanis in feſto parvo. 415
Humerorum detectio. 412
Hymnus in feſto tabernaculorum cantari ſolebat. 271 & 273 & 275
Hymnus legitime dicitur per totum diem. 393
Hymnus magnus. 376 & 377
Hymnus Paſchalis. 153
Hymnus Paſchalis. 174
Hyſſopum edere non licet die Sabbathi. 50

I.

Iactus die Sabbathi licitus vel illicitus. 44
Idolum in templo ab Apoſtomo erectum. 382
Jejunia inſtituta propter defectum lunæ. 358 & 359
Jejunia tria priora. 366. & ſeptem ultima. *ibid.*
Jejunii dies. 368
Jejunia non indicuntur die quinto nec die ſecundo. 369. Neque in feſto initiationis templi, nec in feſto purim. *ibid.*
Jejuniorum ordo. 370
Jejuniorum ordo & ratio. 361
Jejuniorum ſectio legalis. 397
Jejunium in menſe Ab indicebatur à nunciis. 315
Jerichuntinorum opera quædam notantur. 149
Jeruſolyma capta nono die menſis Abh. 382
Jeruſolymæ & Schilontis differentia. 391
Jeruſolymæ fide digni ſunt de ſanctis; & oblatione prima in feſtis ſolemnibus 423
Jeruſolyma in quibuſdam præcellentior Jabne. 3[illegible]5
Ignem educere non licet die feſto. [illegible]6
Immundities abyſſi. 160
Immundities mortui coctum pellere poteſt ad Paſcha ſecundum. 160
Inaurium uſus. 26
Incertum diſcitur à certo. 185
Inceſtuum cauſæ non exponuntur cum tribus perſonis. 416
Infantis circumcidendi lotio. 63
Infantium quod ad circumciſionis tempus mutatio. 63
Infirmi & miniſtri liberi ſunt à tabernaculis. 265
Initiatio templi. 370
Inſtrumenta muſica in feſto tabernaculorum enumerantur. 277
Inſtrumenta quæ in Sabbatho educi poſſunt. 57 & 58
Intercalatio per Chiskiam facta. 149
Joſuæ mentio facta in jejuniis. 364
Jonæ mentio facta in jejuniis. 364
Iſraëlita qui cum gentili habitat in atrio. 107
Iter longum quodnam? 168
Jubilæi conſtituendi tempus. 300
Jubilæi *& novi anni par ratio* quod ad clangorem & benedictionem. 342
Judææ incolæ fide digni ſunt de puritate vini & olei. 422
Judicium Dei. 313 & 314
Jumentorum ſanctificatio. 190
Jura Sabbathi, feſtivitatum, & prævaricationum, ſunt ut montes pendentes a pilo. 416
Juramentum à pontifice maximo exigebatur ut omnia rite peragerет. 209
Juvenci & hirci combuſtio. 242
Speculæ in via hirci emiſſarii. 243
Juvenci mactandi ritus, & locus ſacerdotis mactantis. 212
Juvenci mactatio. 228. ſanguinis exceptio, ejuſque mixtio. *ibid.*
Juvenci tredecim die primo feſti tabernaculorum erant. 279
Juvenco offerendo viginti quatuor deſignabantur ſacerdotes. 216

K.

Kabbala. 361
Kidron torrens in quem ſanguines altaris effluebant. 236
Kahatæi quomodo portabant. 39
Kamzaris filius noluit docere quædam ad artem ſcribendi pertinentia. 225
Kiræ quid indi poſſit vel non. 14

L.

Labri epiſtomia duodecim à Catino facta. 223
Laſerpitii maceratio in Sabbatho vetita. 66
Lætitia domus hauriendi. 277
Lamentator in feſti diebus intermediis non eſt adhibendus; lamentandi ritus. 412 & 405

Lami-

Lamina. 248
Lamina ſacerdotis fronti impoſita expiat agni Paſchalis ſanguinem immundum. 160
Laminæ aureæ ad ſanctum ſanctorum obducendum comparabantur ex reſiduis oblationum. 188
Lapis errantium Toym dictus. 375
Lapis fundationis. 233
Lectio legis perficitur à quatuor, quinque, ſex, vel ſeptem pro ratione temporis. 389, Et non minus legendum quam tres verſus. 399
Lectio legis periphraſtica non admittenda eſt. 401
Lectio librorum profanorum & literarum in Sabbatho vetita. 72
Lectionem *audi Iſraël* &c. abrumpere licet circa veſperam Sabbathi. 3
Lectionis Sabbathicæ peragendæ varii caſus. 126
Legati præcepti liberi ſunt à tabernalo faciendo. 265
Legis pretio non emere licet Hagiographa; ſed Hagiographis emi poteſt Lex. 394
Leguminum purificatio die feſto. 286
Leproſi incluſi & abſoluti diſcrimen. 390
Levitæ errarunt in cantico. 347
Levitarum miniſterium. 42
Libaminum præfectus. 191
Libaminum tria erant genera. 193
Libaminum acquirendorum modus. 194
Libelli de extractione calcei. 209
Libelli declaratorii. 409
Libelli denegationum. 409
Libelli poteſtatis. 409
Libri Legis traditio per manus in manum die expiationis. 244
Librum Legis die feſto educere non licet in locum publicum. 284
Librum medicum Chiskia abſcondidit. 150 & 151
Ligna diffindere non licet die feſto. 295
Ligna diſpoſitionis. 161
Lignorum offerendorum tempora novem erant. 381
Lignorum ordines in altari erant quatuor, ſed die expiationis quinque. 231
Leproſus per integrum diem purificari poteſt. 394
Lingua coccinea ad caput hirci emiſſarii. 226. & ad rupem. 241
Lingua coccinea alligata erat portis templi, quæ albeſcebat cum hircus ad deſertum acceſſerat. 244
Lintea manuum, tonſorum, & abſterſionis. 409
Linteum libri Legis non emitur pretio Hagiographorum. 394
Locorum diſcrimina reſpectu Sabbathi ſunt quatuor. 89
Locorum ſanctorum quorundam gradus. 162
Locuſtarum mentio fit. 772
Locuſtarum ova notantur. 27
Lotio prohibita. 367
Lotiones pontificis maximi & reliquorum Sacerdotum. 218
Lucernæ non licet aliud vas ſupponere ad oleum excipiendum. 17
Lucernam Sabbathicam extinguere licet ob gentilem, latronem, aut malum ſpiritum, vel ægrotum: ſed non ut oleo parcat. 13
Lucernam erigere non licet die feſto. 289
Lucernæ Sabbathicæ quibus rebus accendi poſſunt, vel non accendi. 9
Lugendi ritus. 411 & 412
Lugens & is cui deeſt ſacrificium expiationis, immergendi ſunt pro ſanctis, ſed non pro oblatione prima. 421
Lugens poſt immerſionem comedere poteſt Paſcha veſperi, ſed non ſanctitates. 167
Lugenti cibos apponere debent conſanguinei proximi. 411. Et vaſa in quibus adducendi ſunt die feſto. *ibid.*
Lugentium benedictio, & conſolatio, & ſtationis ordo. *ibid.*
Lugentium benedictio & conſolatio tantum à decem perficitur. 399
Lulab in templo ſeptem dies geſtabatur; unum vero in provinciis. 345. Materia è qua Lulab conſtat. *ibid.*
Lunâ manifeſte viſa, teſtes Sabbathum profanare poterant. 320
Lunæ phaſes à Gamaliele in tabula depictæ. 334
Lydda. 321

M.

M*Actare eſt opus principale.* 29
Mactatio & agitatio per totum diem peragi poteſt. 394
Mactatio prohibita die feſto. 283
Mactationis tempus ſacrificii jugis determinatur. 217
Malum citreum quod raptum, ſiccum, aut quod venit è luco, aut civitate idololatrica, 269. Illius quantitas determinatur. 270
Manipulare eſt opus principale. 29
Manipuli agitatio. 346
Manipuli fœni pro beſtiis ſolvi poſſunt in Sabbatho. 75
Manus lavandæ ſunt ſiquis edere velit profana, decimas, vel oblationem primam; at immergendæ, ſi quis rem ſanctam, vel ſacrificium pro peccato edere velit. 419
Manus rei ſanctæ ſuperior eſt. 191
Manuum elevatio à quibuſdam rebus impeditur. 400
Manuum elevatio fiebat in tribus anni temporibus. 377. Et quatuor in aliquibus. *ibid.*
Manuum impoſitio. 222
Manuum impoſitio totum diem fieri poteſt. 394
Manuum impoſitio in juvenco. 226
Medorum ſive Judæorum in Media degentium uxores quibus ornamentis in Sabbatho exeant. 26
Megillæ lectio. 176
Membra ſacrificii jugis, & ſacrificiorum addititiorum locus in altari. 205
Membrum agni Paſchalis, vel rerum ſanctarum, quod exivit è loco comeſtionis. 162
Menſæ in ſanctuario erant tredecim. 169. Et triplici materia. *ibid.*
Menſæ ponebantur in Sanctuario, & in provincia, ad ſiclos recipiendos. 177
Menſis intercalaris quando conſtitutus? 338
Menſtruata per onus polluit. 35
Metere eſt opus principale. 29
Mezuzâ. 33
Micare digitis. 212
Mincha. 173
Minchæ tempus. 3
Mingere è loco privato in publicum non licet. 127
Miniſter Synagogæ. 244
Miniſteria templi tredecim. 213 & 214
Minorennes non prohibentur à clangendo buccinâ. 352
Minorennis deſcriptio in comparitione ſolemni. 414
Mixtura fieri poteſt cujuſlibet rei ope, excepto ſale & aquâ. 116
Mixtura quæ in loco illegitimo poſita eſt. 119
Mixtura quæ provoluta eſt extra terminum Sabbathicum, aut combuſta eſt, aut ſuper quam ceciderit acervus, non habetur mixtura, niſi dum tenebræ obortæ ſint. *ibid.*
Mixtura conditionata. 91
Mixturæ duæ faciendæ ſi dies feſtus Sabbatho proximus ſit. 92. Item propter novi anni intercalationem. 94
Mixturæ Sabbathicæ varii modi illegitimi. 89
Mixtura termini Sabbathici pro paupere. 100
Modiit, abhinc & interius fide digni ſunt de vaſis teſtaceis. 423
Molæ piperis immundæ ſunt ob tria vaſa. 290
Molech, ante Molech tranſire facere ſemen. 401
Molere eſt opus principale. 29
Monetarum aliquot menſuræ enumerantur. 177
Monobazus Rex fecit omnium vaſorum anſas argenteas. 224
Morbus vulpis. 25
Mors & dies expiationis expiant. 257
Mortuorum oculos claudere non licet. 74
Mortuorum ritus in Sabbatho peragi poſſunt. 74
Mortuum ſi quis ſepeliverit tres dies ante feſtum, ceſſat ab ipſo decretum ſeptem dierum. 410
Moſe attollente manus, quid notabatur? 344
Moza prope Jeruſolymis. 274
Muliar vas aliquod. 16
Mulier bona deſcribitur. 385
Mulier die Sabbathi exire poteſt cum filis comæ &c. 25
Mulier, quamdiu eſt in domicilio mariti ſui, ſi pro illa mactaverit maritus ejus, & pater ejus, comedat de agno mariti. *ibid.*
Mulier quibus rebus exit in Sabbatho, & quibus non exit. 23 & 24
Mulierum varia ornamenta. *ibid.*
Mulieres ob tria peccata moriuntur inter pariendum. 13
Mulieri prægnanti licet uti cibis in die expiationis. 255
Mundus judicatur quatuor anni temporibus. 301
Muriam in Sabbatho facere non licet. 50

Murus & turres Jeruſolymæ reficiebantur ex ærario publico. 188
Muſicorum inſtrumentorum fides in ſanctuario die Sabbathi ligare licebat. 131
Mutilus quibus inſtrumentis exire poſſit in Sabbatho. 26
Mutuatio quarundam in Sabbatho rerum licita. *ibid.*
Myrtus rapta, ſicca, è loco, vel è civitate idololatrica, illegitima eſt; ſic etiam, ſi caput amputatum, vel folia fracta fuerint. 268

N.

NAvis pura eſt. 35
Nazyræo per vinum miſceri poteſt. 87
Nere eſt opus principale. 29
Nodi propter quos die Sabbathi reus fit. 51 & 52
Nonus dies menſis Abh. 370
Nonus dies menſis Abh populi fatalis & luctuoſus ob quinque res. 382 & 384
Novilunii conſecrandi ritus. 334
Novilunii ſtatuendi diverſi caſus. 338
Novilunii teſtimonium olim tota die accipiebatur. 345
Noviluniorum ſacrificiorum locus in altari. 205
Noviluniorum ſectio legalis. 397. Et perſonæ qui legunt. 398
Nummorum ſiclis vel ſacrificiis pro peccatis ſolvendis differentia eſt. 182
Nuncii Jeruſolymâ ſex menſibus miſſi. 315
Nuptiæ in jejuniis prohibitæ. 360

O.

OBlatio lignorum. 380
Oblatio prima pura comburi poteſt cum impura. 108
Oblatio ſuperaddita. 380
Oblationem primam fermenti ſi quis ex errore comederit, ſummam principalem, & quintam partem ſolvere tenetur. 140
Oblationibus primis emebantur ſacrificia jugia, addititia, libamina, & panes propoſitionis, nec non ſacrificia cœtus. 187
Obſtetrix quomodo vocetur Hebraice. 61
Odorationis loca in ſanctuario erant tredecim. 195
Offerendi regula. 391
Officinam coriariam ingredi non licet circa veſperam Sabbathi. 3
Olera quibus homo ſatisfacit in Paſchate. 142
Oleum Kik & combuſtionis, oleum ſeſamorum, nucum, raphanorum, piſcium, & colocynthidum. 10
Oleum profanatum non accendebatur per eum qui de die lotus erat. 136
Olivæ quantitas in agno Paſchali ſufficit pro annumeratis. 164
Omer etiam nocte demeti poteſt. 394
Opera creationis non exponuntur cum tribus perſonis. 416
Opera nonnulla quæ feſtum Paſchatis præcedunt, notantur. 146. 147. 148
Opera quæ à veſpera Sabbathi peragi poſſunt, non poſſunt Sabbathum. 156
Opera quædam quæ reſpectu diei feſti, Sabbathi, Sabbathiſmi, & præcepti, ejuſdem ſunt naturæ. 207
Operarios in Sabbatho conducere non licet. 73
Opus Idiotæ quodnam. 406
Opus ſi ab uno inchoatum & ab altero perfectum ſit die Sabbathi, uterque liber eſt. *ibid.*
Oratio ejus qui in initio anni ibat ante arcam fœderis. 94
Ordine omnia miniſteria templi in die expiationis fieri debebant. 237
Ordo benedictionum. 348
Ordo jejuniorum. 370
Ornamenta mulierum quibus in Sabbatho exire poſſunt. 25
Os agni Paſchalis ſi quis fregerat, quadraginta plagis vapulabat. 162
Oſſa agni Paſchalis comburuntur decimo ſexto die. 161
Ovi teſtam perforare non licet, nec eam oleo implere, & ad lucernam ſuſpendere, ut deſtillet. 12
Ovum die feſto poſitum comedi poteſt die feſto. 282

P.

P*Agorum trium in triangulo ſitorum* mixtura Sabbathica. 103
Palatium dicitur totum templum. 161
Palearium inter duo atria, decem palmos altum &c. 115
Pallium. 248
Palmæ montis ferreæ. 268
Palmas ferire in luctu, olim moris erat. 412
Panem coquere non licet die feſto. 289
Panem fornaci indere non licet circa veſperam Sabbathi. 9
Pani propoſitionis conficiendo præfecta erat familia Garmonis. 192
Parhedrorum conclave. 206
Paries inter duo atria cujus altitudo decem, & latitudo quatuor palmorum eſt, &c. 113
Pars abſciſſa reſpectu fermenti quid eſt. 144
Parvuli non tenentur ad obſervationem diei expiationis. 254
Paſcha Ægyptiacum. 169
Paſcha aliquando in immunditie confici poteſt. 160
Paſcha ante mactationem amiſſum. 169
Paſcha circa Sabbathi veſperam in fornacem immittere licet. 9
Paſcha in menſe Niſan indicebatur à nunciis. 315
Paſcha in quibuſdam rebus depellit Sabbathum. 155
Paſcha mactatur per tres catervas. 153 & 157
Paſcha non mactatur pro uno homine. 166
Paſcha non mactatur lugenti vel infirmo, vel pro eo cui eductio è carcere promiſſa eſt, ſigillatim. 165
Paſcha pollutum totum, aut maxima illius pars, comburebatur ante palatium. 461
Paſcha poſt mediam noctem polluit manus. 175
Paſcha quod mactatum eſt in nomine ſuo, at ſanguis illius aſperſus non in nomine ſuo, aut vice verſa. 151. Aut quod mactatum eſt pro non comedentibus ſuis, & pro non annumeratis, aut pro præputiatis aut vice verſa. *ibid.*
Paſcha quod exivit è loco quo ederetur, aut quod pollutum eſt. 161
Paſcha quod mactatum eſt pro perſonis quibuſdam illegitimis. 158
Paſcha quod mixtum fuerit cum ſacrificiis, vel cum primogenitis. 170
Paſcha ſeculorum. 169
Paſcha ſecundum à quibuſdam celebrandum. 167. Paſchatis ſecundi differentia à primo. 168
Paſcha ſi mactatum fuerit ab eo cui domi fermentum eſt, tranſgreſſus eſt præceptum negans. 152
Paſchalis agni ſuſpendendi & excoriandi ritus. 154
Paſchalis benedictio. 173 & 174
Paſchatis unctio. 159
Paſchalis caro ſi polluta ſit, at adeps manſerit pura, non ſpargetur ſanguis. 160
Paſchate & in feſto ſeptimanarum mundus judicatur de proventu. 311
Paſchate ſecundo nonnulli non tenentur. 156
Paſchati aliquando conjungitur ſacrificium feſti. 156
Paſchatis aſſatio, quomodo & quibus inſtrumentis peragenda. 158
Paſchatis celebrandi initium pro diverſis locis conſideratur. 146
Paſchatis miniſterium die profeſto non differebat ab eo quod die Sabbathi peragendum erat. 154
Paſchatis obſervandi fundamenta quædam. 135
Paſchatis permutatio. 169
Paſchatis ſectiones legales. 396
Paſchatis ſecundi indictio. 315
Paſchatis tranſgreſſionem efficiunt ea quæ enumerantur. 142
Paſchatis tria ſolennia verba dicenda. 174
Patres immunditiei enumerati. 137
Patres operum ſive principalia opera enumerantur. 29
Patrum præfectus ad ſiniſtram ſummi pontificis. 226
Pauperrimus Iſraëlita etiam inclinatus Paſcha comedit. 172. Et quater ad minimum. *ibid.*
Pauper termini Sabbathi mixturam facere poteſt per pedes ſuos. 100
Pecora quibus rebus exire poſſunt in Sabbatho, vel non. 20 & 21
Pecoris domeſtici à deſerti pecore differentia. 300
Pecora & aves quomodo in Sabbatho nutriri poſſunt. 75
Pectorale. 248
Pecunia quæ ob reatum aut peccatum offertur, impenditur ad holocauſta. 108
Pecunia quæ reperitur inter ſiclorum & ſpontaneæ oblationis ciſtas. 108. Item de pecunia in aliis locis reperta. *ibid.*
Pecus & vaſa ſunt ut poſſeſſorum pedes. 298
Pedes ſi quis texerat, ſive alvum ejecerat, ſe lavare debebat. 218

Pelles

Pelles coriario, vel veſtes fulloni infideli tradere non licet circa veſperam Sabbathi. 8
Pelves duæ in altari pro aqua & vino libandis. 276
Peluſiacæ veſtes ſummi pontificis. 221
Peregrinus moriens ſi reliquerit ſacrificia, offerenda ſunt, ſi habet libamina. 101
Periſchelis munda. 25
Perverſum quod corrigi nequit. 416
Peſtis tempore quid agendum? 371
Petachias 70 linguarum callens erat. 192
Petra Zuck. 241
Phaſes lunæ. 335
Phylacteria & Mezuzæ diebus feſti intermediis ſcribi nequeunt. 410
Phylacteria & Mezuza ſolum Hebraice poſſunt ſcribi. 390
Phylacteria in agrum exportata. 125
Phylacteria rotunda, & fronti aut manui impoſita, vel auro tecta. 401
Phylacteriis die Sabbathi uti non licet ad exeundum. 24
Phylacteriorum quatuor pericopæ. 33
Pignus ſumebatur ab eo qui non ſolverat ſiclum ſuum. 178
Piſcari non licet die feſto in vivariis. 291
Piſtor pro alio mixturam facere poteſt. 119
Placentæ duæ ſacrificii euchariſtici ſi profanatæ fuerint, totus populus fermentum comedat. 136
Placentæ ſeparandæ ritus cum immunditie die feſto. 143
Placentam vel reliqua dona ad ſacerdotem ferre non licet die feſto. 285
Plagæ ob quas clangendum ſit ubicunque. 372
Plantarum cuſtodibus ſolvebatur ex ærario publico. 187
Plantationis annus. 310
Platea urbis vendi poteſt pro Synagoga. 395
Pluvia prima. 370
Pluviarum potentia diverſis anni temporibus memoratur. 355
Pocula quatuor vini in Paſchate. 172 & 173
Pœnitentia expiat peccata levia, & gravia ſuſpendit ad diem expiationis. 257
Pontifex maximus ad domum lotionis adducitur, & ibi quinquies totum corpus, decies vero pedes & manus lavabat. 218
Pontifex maximus debebat omnium Sapientiſſimus, pulcherrimus, ditiſſimus, & fortiſſimus eſſe. 208
Pontifex maximus legere poterat in veſtimentis albis, vel byſſinis. 244
Pontifex maximus ſi eſſet ſenex, aut infirmus, caleſaciebant illum. 220
Pontifex maximus traditur ſenioribus Synedrii, & evehitur in domum Abtines, & ibi adjurabant eum ut omnia rite perageret. 209. Exponit legem. 201. Somnus ipſi prohibetur. 210. Expurgat altare quotidie ad galli cantum. 211
Pontifex maximus traditur ſenioribus Synedrii qui coram ipſo legunt intra ſeptem ſeparationis ſuæ dies. 298. Veſpera diei expiationis illi diminuebatur cibus. *ibid.*
Pontificis ignorantia ſub templo ſecundo. 210
Pontificis maximi incedendi modus è ſancto in ſanctum ſanctorum. 231
Pontificis maximi ſeparatio à domo ſua ad conclave Parhedrorum per ſeptem dies. 206. Opera illius per iſtos ſeptem dies. 207
Portæ aliquot templi enumerantur. 195. Porta aquæ & Jechoniæ quare ita dicta? *ibid.*
Portæ Nicanoris miracula. 224
Portæ orientalis conſideratio. 366
Portæ templi per Chiskiam effractæ, &c. 149
Portandi modus quinam in Sabbatho licitus vel illicitus. 39 & 40
Portarum obſervandarum oratio. 377 & 378
Poſtes fieri poſſunt è qualibet materia. 81
Poſtium menſura. 80
Poteſtas unius & multorum. 1
Poteſtatem reſignare. 110
Præfecti ærarii tantum tres conſtituebantur. 192
Præfecti in ſanctuario omnes recenſentur. 191
Præparatio magna in primo die feſti tabernaculorum. 277
Precatio peragitur ſtando. 363
Preces addititiæ totum diem recitari poſſunt. 394
Precum aliquot in jejuniis formulæ. 363 & 364
Pretia conclavis æſtimantur ſemel in anno. 191
Primogenitura ſi in foveam inciderit die feſto, licet eam attollere. 492
Princeps ſacerdotum ad dextram pontificis maximi. 226
Princeps ſacerdotum ſtat à dextris ſummi pontificis, & præfectus patrum à ſiniſtris. 223
Principia anni quatuor. 300. illius indictio in menſe Elul. 315
Principia ſcapularum. 162
Propinqui ad teſtimonium novilunii legitimi ſunt. 322
Proſelytus veſpera Sabbathi poſt immerſionem comedere poteſt Paſcha ſuum. 167
Pruna & flamma in die feſto ſe habent ut pedes poſſeſſorum. 299
Pſalmi quindecim juxta quindecim gradus templi. 277
Purificare eſt opus principale. 29
Putei captivitatis aquæ hauriebantur in Sabbatho. 132
Puteus hominis privati, puteus civium, & puteus eorum qui aſcenderunt è Babylonia, conſideratur reſpectu juris diei feſti. 299
Puteus ſi fuerit inter duo atria, non hauriunt ex eo in Sabbatho. 120

Q.

QUatuor res non perſcrutandæ. 416
Quinque res luctuoſæ acciderunt patribus die ſeptimo decimo menſis Tammus, & totidem nono die menſis Abh. 382

R.

RAmi Lulab motitandi ritus 270. & 271. Omnes deferebantur ad Synagogam. 272. Et templum. 274
Ramus & ſalix in uſu eſt ſex & ſeptem dies. 273 & 274
Ramus Lulab raptus, & ſiccus, vel è luco aut civitate idololatrica, illegitimus eſt; item, ſi caput illius amputatum, vel folia fracta fuerint. 267
Regnum Dei decem imploratur benedictionibus? 350
Regula generalis eorum quæ mitti poſſunt die feſto. 287
Regum annus. 300
Regum filii die Sabbathi cum tintinnabulis exibant. 27
Reliquiæ ſacrificiorum. 161
Reptile immundum è ſanctuario die Sabbathi extrahere licebat balteo. 133
Reptilia octo quorum in lege fit mentio. 50
Res cujus præceptum eſt de die, legitima eſt totum diem; cujus vero præceptum eſt de nocte, legitima eſt totam noctem. 394
Res quibus homo ſatisfacit tempore Paſchatis. 140
Res quinque quæ veniunt in immunditie, at non comeduntur in immunditie. 159
Reſidua ciſtarum. 188
Reſidua libaminum ad æſtivandum altare. 189
Reſidua omnium ſacrificiorum enumerantur, & eorum uſus oſtenditur. 183
Reſiduis ærarii nummis quid faciebant? 188
Reſiduum vel reliquiæ. 176
Retibus à die Sabbathi paratis uti non licet die feſto ad venandum. 291
Reus & liber quo ſenſu. 2
Rubenis hiſtoria legitur, at non exponitur Chaldaice. 402
Rumpere eſt opus principale. 29
Rupicapra recta, & orificia auro obducta, & duæ tubæ ab utroque latere. 341

S.

SAbbata quatuor enumerantur. 396
Sabbathi eductiones. 1
Sabbathi & feſti diei differentia tantum eſt in edulibus. 297
Sabbathi expulſio propter Paſcha. 155
Sabbathi profanatio conceſſa propter puerperam. 61
Sabbathi profanatio propter duos menſes. 319. Et propter ſacrificiorum ordinationem. 319
Sabbathi regula magna de eo qui fundamentum Sabbathi obliviſcitur, & in eo ſciens inſciens operatur. 28
Sabbathiſatio pro eo qui commoratus eſt in via. 97
Sabbathiſatio pro eo qui in via obdormivit obortis Sabbathi tenebris. 97
Sabbathiſatio pro eo qui iter ſuſcepit, at à tenebris correptus. 99
Sabbathiſmi, diei feſti, & Sabbathi comparatio. 297
Sacerdos, ſi in digito læſus eſt, circumvolvit juncum circa eum in ſanctuario. 132
Sacerdotes domus patris. 366. diviſi in 24 vigilias. 366

Sacer-

Sacerdotes juniores. 210
Sacerdotis uncti oleo unctionis veſtibus multiplicati, miniſtrantis, & remoti diſcrimen. 391
Sacrificia addititia offerri poſſunt totum diem. 394
Sacrificia cœtus. 280
Sacrificia debent mactari in nomine ſuo. 152
Sacrificia feſtorum magnorum. 280
Sacrificia pacifica & holocauſta offerri poſſunt die feſto. 288
Sacrificium pro peccatis cœtus non moritur. 238
Sacrificia pacifica in feſto parvo de decimis adducenda. 415
Sacrificia pacifica lætitiæ ab Iſraëlitis ſolvuntur votis, oblationibus ſpontaneis, & decimis quadrupedum; ſacerdotes vero ſacrificio pro peccato, reatu, primogenito, pectore, & armo. 415
Sacrificii jugis mactandi tempus. 217
Sacrificii jugis veſpertini tempus propter Paſcha varie conſideratur. 150
Sacrificiorum tam pacificorum quam holocauſtorum conſideratio in ſacris ſolemnibus reſpectu convivarum numeri. 415. offerri poterant die primo & ultimo feſti. 416
Sacrificium feſtorum ſolemnium ex quibus rebus adducebatur. 156. Et quamdiu comedebatur. *ibid.*
Sacrificium juge ceſſavit decimo ſeptimo die menſis Tammus. 382
Sacrificium juge offerebatur à novem, decem, undecim, & duodecim perſonis, non pluribus nec paucioribus. 215
Sacrificium pro peccatis, & ſacrificium pro reatu certis, expiat. 257
Salem ſuper clivum altaris olim ſpargere ſolebant, ne pedes nutarent. 132
Salis & ligni utilitas à ſacerdotibus capienda. 201
Saliva Jeruſolymæ reperta, æſtimatur munda. 202
Salix rapta, ſicca, è luco, vel è civitate idololatrica, legitima eſt. 268
Salomo Rex figura Dei benedicti. 385. Ejus mater figura eccleſiæ Iſraëliticæ. 385
Salomonis mentio in jejuniis. 365
Saltatio cum facibus lucentibus in feſto tabernaculorum. 277
Salutatio prohibita in jejuniis. 360
Sanctificare manus & pedes, quid notet? 248
Sanctificatio facultatum alicujus. 190
Sanguinis excipiendi ordo. 153. Locus ſpargendi. *ibid.*
Sanguinis reliquiæ ſpargebantur ad altare exterius. 236
Sanguinis ſparſio in ſancto ſanctorum. 234. & 235. ad altare aureum. 236
Sanguis hirci in ſpargendo ſanguinem juvenci non debebat antevertere. 237
Sanguis hirci miſcetur cum ſanguine juvenci. 235
Sanguis Paſchalis ſi aſperſus ſit, & dein innoteſcat quod immundus erat, lamina expiat. 160
Sanguis mixturarum in Paſchate effuſus. 154
Sanguis totum diem excipi & ſpargi poteſt. 394
Sartaba. 331
Sartor cum acu ne egreditor circa veſperam Sabbathi. 4
Scalam ex uno columbario ad aliud transferre non licet die Sabbathi. 283
Scamnum in ſanctuario quid? 228
Schilontis & Jeruſolymæ differentia. 391
Scintillatio ſolis. 376
Scriba cum calamo ſuo ne egreditor circa veſperam Sabbathi. 4
Scribere eſt opus principale. 29
Scribere vetitum eſt die Sabbathi. 45. Imo etiam in carne. *ibid.* & 47
Scripta quæ diebus feſti intermediis conſcribi poſſunt, enumerantur. 409 & 410
Scripturas ſanctas ab igne eripere licet in Sabbatho. 53
Sectio Legis quæ pontifici maximo prælegebatur. 210
Sedere in atrio Iſraëlitarum prohibitum erat. 245
Semen concubitus evomens tertio die immunda eſt. 36
Seminiflua ſi de die in diem exſpectet ſeminis fluxum, mactant pro illa agnum Paſchalem die ſecundo, ſi duos viderit dies, mactant die tertio. 165
Seminifluorum diſcrimen. 390
Seminifluus ſi bis fluxum viderit, pro eo mactant die ſeptimo Paſcha, ſed octavo die, ſi ter viderit. 165
Sepulchrorum pictura. 176
Serere eſt opus principale. 29
Serpentis ænei à Moſe erecti cujus erat rei ſignum. 344
Servus duorum ſodalium ne comedat de agno amborum. 163
Servus ex parte ingenuus ne comedat de agno Paſchali. 163
Sicli amiſſi vel ſurrepti. 180
Sicli conflabantur in Darcanoth, propter onus viæ. 180
Sicli ex ærario depromebantur in tres ciſtas. 185 & 186
Sicli proclamatio. 176
Sicli ter in anno exigebantur. 185
Siclorum eductio per cujuſmodi perſonam peragebatur? 187, Et hæc eductio fiebat è tribus ciſtis pro tribus terris. *ibid.*
Siclorum ſectio legalis. 396
Siclorum ſolutio. 177
Siclorum veterum atque novorum differentia. 197
Siclus nequit ſolvi nummis anni ſeptimi. 182
Siclus per ſocium ſolvendus. 181
Siclus ſolvebatur à ſacerdotibus, Iſraëlitis, proſelytis, & ſervis manumiſſis. 178
Siclus variis ſolvebatur monetis. 182
Sigilli alicujus perditi jus. 194
Sigillorum præfectus. 191
Sigillorum ſpecies quatuor in ſanctuario. 193
Siloach. 276
Sith. 48
Societatis ineundæ ritus quod ad terminos Sabbathicos attinet. 117. Et menſura cibi eorum. 118
Societatis quinque quæ ſedem ſuam Sabbathicam in uno triclinio fixerunt. 111
Societatis ineundæ ritus quod ad introitum attinet. 115
Sodalitia duo ſi agnum Paſchalem comedant in uno domicilio. 163
Sodalitium quod amiſit Paſcha ſuum. 170. Duorum ſodalitiorum agni Paſchales ſi commixti fuerint. 171
Soleis clavis plenis in Sabbatho uti non licet viris. 24
Solis ſcintillatio & ortus. 376
Solvere eſt opus principale. 29
Sortem conjicere in Sabbatho licitum eſt. 72
Sortes quatuor erant in miniſteriis templi; prima pro remotione cineris ab altari; ſecunda pro purgatione lucernarum, adductione membrorum ad altare, mactatione, & ſparſione ſanguinis &c. 213. Tertia ſors erat, ut novi ad ſuffitum venirent; quarta, ut accederent qui membra à gradibus ad altare portarent. 215
Sortium eductio. 226
Sortium feſtum. 370
Sparſio ſanguinis per pontificem maximum. 234
Sparſionem ſanguinis impedit caro polluta. 160
Speculator dicebat coruſcationes. 217
Sponſalia mulierum. 409
Sponſalia prohibita in jejuniis. 360
Stagnum ſi tranſiverit per atrium aliquod, non hauriunt ex illo in Sabbatho. 120
Stationis ſacerdotalis origo & neceſſitas. 378
Stationis vices aliquando non obeunt. 380
Stationum ſectio legalis. 397
Stola alba. 244
Succuſſatio urnæ. 226
Sudaria agitabantur in ſignum quod hircum ad deſertum pervenerat. 243
Suere eſt opus principale. 29
Suffitui præfecta erat familia Abthinis. 192
Suffitum die feſto apponere licet. 290
Suffitus matutinus. 219. Et veſpertinus. 220
Suffitus reſidua deſtinata erant operariis. 189. Suffitus novus emebatur ſiclis novis. *ibid.*
Synagoga niſi ſub conditione ut redeat. 395. Synagoga deſtructa ad varia opera peragenda prohibita. 395
Synagogæ pretio emi poteſt arca; at non contra. 394

T.

Tabernacula decem inter Jeruſolymam & Zuck. 240
Tabernaculi lignis in feſto erecti uti non licet per totum feſtum. 295
Tabernaculi præceptum obligat per ſeptem dies; ſed ab eo liberi ſunt parvuli, ſervi, & mulieres. 267
Tabernaculorum immunditics. 11
Tabernaculum in cruribus lecti erectum. 265. Tabernaculum confuſum, denſum. *ibid.* Et in ſummitate

tate currus aut arboris conſtructum. *ibid.*
Tabernaculum inſtar triginta aucupum, & ad parietem erectum. 264
Tabernaculum magnum. 283
Tabernaculum ſub arbore factum; & unum tabernaculum ſub alio. 260
Tabernaculum quod ſindone vel conopeo tectum eſt. 260
Tabernaculum ſupra viginti cubitos altum, illegitimum eſt. 259. Et quod non eſt altum decem palmos, & cui non ſunt tres parietes, etiam illegitimum eſt. *ibid.* Tabernaculum vetus. 259
Tabulæ Legis fractæ ſunt decimo ſeptimo die menſis Tammus. 382
Tamaris hiſtoria non exponitur Chaldaice. 402
Tammus, decimo ſeptimo illius die quinque res luctuoſæ acciderunt patribus. 382
Tecta tabernaculorum è varia materia confecta. 260. & 261. & 262. Tectum cui non eſt pavimentum. *ibid.*
Tecta urbis omnia ſunt unius poteſtatis. 123
Tectum magnum ſi parvo contiguum ſit, magnum licitum eſt, parvum vero prohibitum. 124
Templi initiatio, ejus ſectio legalis. 397
Templo deſtructo feſtum ſeptimanarum ſe habet at Sabbathum. 410. Et initium anni, dieſque *expiationis* ut feſta magna. *ibid.*
Templum primum & ſecundum deſolatum eſt nono die menſis Abh, & urbs diruta. 382
Termini Sabbathi menſurandi modus & inſtrumenta. 103. Nec non perſonæ idoneæ. 104
Terminum Sabbathicum ſi quis tranſgreſſus fuerit vel unicam ulnam, non poterit retrocedere. 101
Teſtamentum diebus feſti intermediis conſcribi poteſt. 409
Teſtes novilunii quo loco & modo examinati ſunt. 331 & 332
Teſtimonio dicendo quinam illegitimi. 322
Texere eſt opus principale. 29
Thermæ Tiberiadis. 70
Threnorum uſus in luctu prohibitus in feſto parvo. 412
Thrumæ ſeparatio. 304
Thuribuli forma. 228. erat argenteum, & aureum. 229. Varia illius menſura. *ibid.*
Tiara. 248
Tiberiadis civium hiſtoria de aquæductu quodam. 16
Tibiæ in feſto tabernaculorum audiebantur. 273 & 278
Tibialia ferrea in Sabbatho prohibita. 24
Tibiarum uſus in luctu. 74
Tingere eſt opus principale. 29
Tintinnabula in uſu apud mulieres Arabes. 26
Tobias medicus. 321
Tondere eſt opus principale. 29
Tonſio quando prohibita. 367
Tonſio quibuſdam in diebus feſti intermediis conceſſa. 408
Tonſio vetita circa tempus Sabbathicum veſpertinum. 3
Trabis menſura determinata. 80
Trabs ſi in mari ſit, non hauriunt ex ea in Sabbatho. 121
Tranſgreſſiones in Deum commiſſas expiat dies expiationis, at non, ſi in hominem, niſi prius placaverit ſocium. 258
Tria verba quæ unicuique dicenda ſunt domi in veſpera Sabbathi, quando obortæ ſunt tenebræ. 14
Tribus anni temporibus fiebat manuum elevatio. 377
Tripus. 33
Triturare eſt opus principale. 29
Trumâ miſceri poteſt pro Iſraëlita. 89
Trumam mundam cum immunda transferre licet in Sabbatho. 67
Tuba & buccinæ ſonitu differebant. 341. Et quibus utebantur in jejuniis, & quali ſonitu. *ibid*
Tunica. 248
Turris Eder. 200

V.

Vacca rufa qua pecunia emebatur. 188
Vaccæ rufæ cineres ne cedant in uſum. 201
Vas aliquod ſi quis mutuo petierit ab *amico ſuo à veſpera diei feſti.* 209
Vas conjungit id quod in eo eſt pro ſancto, at non pro oblatione prima. 421
Vaſa quæ perfecta ſunt cum puritate, indigent immerſione pro ſancto, ſed non pro oblatione prima. *ibid.*
Vaſa Jeruſolymæ reperta pro diverſo loci ſitu munda vel immunda ſunt. 202
Vaſa in Sabbatho dimovere licet. 56
Vaſa omnia quæ erant in templo, habebant ſecundaria, & tertiana, ut, ſi polluta eſſent prima, adducerentur ſecunda in locum eorum. 424. Et omnia etiam immerſione opus habebant, altari aureo & æneo exceptis, quia habebantur ut ſolum. *ibid.*
Vaſa uni è fratribus domus deſtinata, ſunt ut pedes illius in die feſto. 298
Vaſorum opercula in Sabbatho auferri poſſunt. 59
Vehiculum ſub cauda ovium. 22
Vela duo expanſa in templo ſecundo. 235
Velum byſſinum inter ſummum pontificem & populum. 219 & 221
Velum quod pollutum eſt per patrem vel filium immunditiei. 203. Veli longitudo, craſſitudo, & latitudo. 204
Venari eſt opus principale. 29
Venari non licet die Sabbathi. 49
Venatio ferarum & avium die feſto licita eſt. 291
Ventilare eſt opus principale. 29
Veſperæ Paſchatis opera quædam notantur. 147 & 148
Veſperam Sabbathi circa terminum Sabbathicum an exſpectari liceat? 72
Veſperi Paſchatis prope Mincham non comedet homo azymum. 172
Veſtes octodecim enumeratæ. 54
Veſtes purgare non licet, nec legere ad lumen lucernæ Sabbathicæ. *ibid.*
Veſtes rumpere propter mortuum, aut iram, vetitum eſt die Sabbathi. *ibid.*
Veſtimenta die feſto mitti poſſunt. 287
Veſtimenta plebejorum ſunt calcatio pro religioſis. 419
Veſtimenta religioſorum ſunt calcatio pro iis qui comedunt oblationem primam. 419
Veſtimenta ſacerdotum quatuor, ſummi vero pontificis octo erant. 248
Veſtimenta ſancta ſunt calcatio pro iis qui edunt ſacrificium pro peccato. 419
Veſtimentis albis egrediuntur virgines Jeruſolymitanæ. 385
Veſtimentorum præfectus. 192
Veſtium complicatio. 52
Veſtium laceratio, humerorum detectio, & cibi appoſitio prohibita eſt in diebus feſti intermediis. 411
Viatoribus die feſto hoſpitio exceptis non licet adducere portiones. 300
Vini libatio in feſto tabernaculorum. 276
Vini menſura pro poculo Sabbathico. 32
Vinum quando ſacerdotibus permiſſum eſt bibere. 367
Virgines Jeruſolymitanæ olim quinto decimo die menſis Abh, & die Expiationis egrediebantur veſtimentis albis. 385
Viri cuſtodiæ hebdomadalis. 366
Viri ſtationarii quatuor dies in hebdomade jejunabant. 379
Viris quibus rebus licitum ſit die Sabbathi exire, vel non. 24
Vituli hiſtoria prima & ſecunda. 402
Vitulus per totum diem decollari poteſt. 394
Vivaria. 49
Vivariorum generalis regula. 291
Uncini ferrei ſanctuario infixi erant pro agnis Paſchalibus. 154
Unctio die expiationis vetita. 252
Unctio eſt ſicut bibitio die expiationis. 37
Ungues minuere. 41
Volumen Eſteris legitur undecimo, duodecimo, decimo tertio, decimo quarto, & decimo quinto menſis Adar. 387
Ejuſdem voluminis legendi tempus diverſimode conſideratur. 387. & 393. Megillæ etymon. *ibid.* Perſonæ à quibus legi poteſt. 393
Volumen jejunii. 368
Voluminis Eſteris lectio præpoſtera, vel memoriter, Chaldaice, vel in omni lingua. 392. Vel etiam per aliquas pauſas, & dormituriendo; vel ſi inter ſcribendum, exponendum, aut corrigendum intentionem habuerit eam legendi. 392
Votorum diſſolutio diſpellitur in aërem &c. 416
Votorum reſciſſio & conſultatio in Sabbatho licita. 76

Votum

Votum ſi quis fecerit lignorum thuris, vel auri offerendi. 108
Voventis cujuſdam differentia. 389
Urbes muro cinctæ à temporibus Joſuæ. 387. Urbs magna eſt in qua decem ſunt otioſi Synagogæ ſemper præſentes. 388
Urbis magnæ cives totam parvam perambulare poſſunt, & vice verſa. 106
Urbis mixtura quæ fuit unius & poſtea multorum. 105
Urbs Chadaſcha. 105
Urbs quæ non adepta eſt pluviam, buccinis clangit & jejunat. 371. Sic etiam quando peſte affligitur. 371
Urbium miſcendarum ritus de termino Sabbathico. 102
Urim & Thummim. 248
Uſuram ſi quis exercet, ad teſtimonium illegitimus eſt. 322
Uxorem ducere vetitum in diebus feſti intermediis. 405

Z.

ZAphzepha illegitima eſt. 268
Zoman tinctorum. 142
Zophim. 145 & 146
Zytus Ægyptiacus. 142

FINIS.

00120553

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 02 July, 2018